


A  
3  
5

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35




29-4-05



A
3
TAB
5

R. 2175

R.P. SYLVESTRI  
DE



# SAAVEDRA HISPALENSIS,


SACRI ORDINIS REDEMPTORVM  
Beatae Virginis Mariae de Mercede,

Theologiae Magistri, *Bl.*  
*Philos. de la Comp. de Sti. & Gramata.*

## SACRA DEIPARA;

SEU DE EMINENTISSIMA DIGNITATE DEI  
*Genitricis immaculatissima; quae est de illius possibilitate, & existentia  
in ordine ad Dei hominis generationem.*


NUNC PRIMUM IN LYCEUM PRODIT.



LVGDVNI,  
Sumptibus LAURENTII ANISSON.



M. DC. LV.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.



SACRÆ DEIPARÆ,  
AVGVSTISSIMÆ CÆLORVM  
Reginæ, immaculatæ Virgini  
Mariæ

V O T V M.

**T**IBI, O SACRA DEIPARA, hic animi sincerus foetus sistitur, quandoquidem cuncta suum repetunt principium, & ad locum, vnde exeunt flumina reuertuntur. Ecce non quidem flumen, sed veluti gratiarum tuarum guttula, aut stilla roris antelucani, Te ô Virgo, pelagus inexhaustum requirit; à te enim sumpsit exordium, exiit à Te, sed non iuit extra Te; quia in Te totus eius discursus, & recursus. Omnia certè percurrit loca, & tempora; omnia lustrat sæcula, non quasi vagabundus sit hic mentis partus, sed ut altius in Te, quæ, iuxta Prophetam, *terribiliter magnificata es*, velut in profundo diuinæ sapientiæ oceano absorbeatur, & cum Damasceno clamet: *O digna Deo filia! certabant inter se sæcula quodnam ortu tuo dignum inueniretur*. Omnia contemplatur, terrestria quidem, & corporea, vt ista supergrediens in Te vnâ singularem sanctitatis corporeæ dotem cum Richelio miretur dicente: *Tam excellenti puritate venustanda erat, & extitit puellaris caro, vt eam supersplendenti Diuinitati vniri dignum esset*. Cœlestia verò, nimirum Angelos, Archangelos, Cherubim præteruolat, vt luminis, necnon & scientiæ inuestiget plenitudinem; imo feruidum, & supraferuidum (vt Dionysius ait) Seraphim, inquam, Ministros Dei, quos vocat Psaltes *Ignem vrentem* penetrat, vt exardescens præ feruore eructet illud Anselmi: *Conueniens fuit vt illa Virgo tali puritate niteret, quâ maior sub Deo nequit intelligi*. Cùm itaque totus ex te conceptus, totus etiam ad te rapiatur deuotus hic animi partus,

ã 2 hunc

hunc tuis, ô Virgo dignare vestigiis, fove amplexibus, protégé illum, qui Tuis ouat encomiis, & nomine; Tuum enim Nomen quod est SACRA DEIPARA temerare nefas. In te quippe nihil commune, sed, vt ait Petrus Damianus, Tu singulariter nobilis, in qua muliebris natura mutatur, humana conditio non tenetur; singulariter, inquam, nobilis, quæ cum humana sis, quasi diuina nascitur Tibi caro: Verbum caro factum est, carnemque ipsam diuina filiatione cohonestauit. Ne quis ergo prophanus supereminentes Tuas qualitates insolentius atre&are audeat, ô Virgo immaculata prohibe, & hunc partum animitus tibi dicatum tuere.



CENSURA DD. SALMANTICENSIVM  
circa duodecim Propositiones quæ explicant eminentissimam dignitatem Deigenitricis  
semper immaculatæ.



DOCTRINAM in his duodecim propositionibus, & in earum explanationibus, ac demum in additionibus ad explanationem propositionis contentam sedulo, & accuratè legimus, & attente meditati sumus. Nihilque non doctum, non pium, non satis probabile, non regulis scholasticæ Theologiæ conforme notauimus. Imo potius in beatissimæ Virginis laudem, & gloriam vtraque manu satis disertè pugnat dubitans, & sua dubitatione & dubitationibus plus proficit, altiusque attollitur, quam si resolutoriè diffiniret. Vnde merito rationes scholasticas testimoniis Sanctorum ita munit, & illustrat, vt quod aliàs difficile, & nouum, iam non nouum, sed antiquum, non difficile, sed perspicuum cuiusque viro veritatis amatore apparere possit & debeat, tantum abest, vt aliqua censura dignas existimemus has propositiones, & fundamenta quæ in earum confirmationem adducuntur. Sic sub meliori in hoc Collegio Veræ Crucis Ordinis B.M. de Mercede redemptionis Captiuorum, Salmanticæ prima die mensis Martij anni currentis 1641.

*Fr. Ioan. Garcia. Fr. Petrus Merino. Fr. Gaspar de los Reyes.*

HAUD oscitanter, aut vulgari attentione duodecim thesium seriem & doctrinam perpendi, quin meditatione sedula ad lapidem Heraclium reuocari, semel, & iterum perspicendo: neque inspicari fas erit, quasdam illarum prima fronte nouitatem præ se ferre; sed fulcra sanctorum Patrum, rationumque momenta in medium producta, dubio procul euincunt, non recentia hæc, sed recentia, non noua sed nouiter ex venerandæ antiquitatis fuisse eruta penus. Atque idcirco omnia multiformem, & omnigenam eruditionem, omnia probabilitatem, omnia pietatem, & ardentem in Deiparam zelum, fidei sinceritatem, & euphoniæ autumno sapere & redolere. Cuncti ergo capiant & non carpant, arideant, & non irideant, videant & inuideant, suspiciant & suscipiant, cum dubitans faustè, & faciliter, pede inoffenso excurrat, & instar Antagonistæ ambi-dextri vtraque theosophia bellans & debellans pancraticè, & ex amissim tacita obiecta infringat, & reprehendat. Sic æstimo, & meo calculo talibus, ac tantis Magistro subscribo saluo meliori, &c. In Salmanticensi Collegio Collactanei Seruatoris P. H. Bernardi 22. Iunij 1641.

*Fr. Angelus Manrique A. Primarius. Fr. Petrus de Ouedo.*

DUODECIM has propositiones oculis & mente lustrari, & animum qui tales sætus in lucem dedidit, seu potius ab antiquioribus editos fouit & aluit, & doctum, & pium illico proclamari. Doctum, quia Theologicas veritates non tritas, aut vulgatas ex antiquorum Patrum visceribus multa lectione, & eruditione deprompsit. Pium, quia in illis ad Deiparam humani generis reparatricem filialem animum, affectumque exarauit. Omnes illas puto, non solum sine rubore orto ex aliqua erroris, aut temeritatis suspitione, verum cum ingenti laude ob eximiam in beatissimam Virginem propensionem posse defendi. Sed quia in octauam, quæ Deiparæ impeccabilitatem astruit, magis quam in alias auctor videtur incumbere, & incumbit, vt quæ aliquibus forsan difficilis, aut noua visa sit: non possum subtrahere illam pluribus scholasticis Theologis fuisse probatam, è quibus hic proferte libet doctissimos viros Franciscum à Christo & Ægidium de præsentatione illustra germina Augustinjanæ familiæ, quibus ego anno præcedenti in publica vespertina lectione libenter subscripsi, quos magis gaudeo tales in hoc scripto huius doctrinæ aspexisse Patronos, quibus ego pronus meum calculum addo, saluo &c. In conuentu Salmanticensi D. Augustini die 29. Iulij anno 1641.

*Fr. Bernardinus Rodriguez A. Vesperarius. Fr. Franciscus Gamboa.*

INFRA Deum, omnia sunt ipsius matri, tam in ordine naturæ, quam in ordine gratiæ, non solum possibile, sed condecencia. Quid filius summè bonus eius matri condecencium, aut possibile denegabit? Nihil horum ei propria adscribam autoritate, nihil quantumcumque sublimius alienæ denegabo, mediam inter Deum, & creaturas ei Ecclesia adorationem designauit, & medium vtriusque sapit naturam extremi, & veluti in vtriusque ordine collocatur, & qua parte Maria attingit infimum supremi, à supremis reliquas omnes creaturas, vt infimas respicit. Quare

propositiones omnes hæ proposita, nec nostræ Theologiæ principiis dissonant, nec Conciliorum decretis, sanctorum Patrum fulciuntur testimoniis, & pium Auctoris zelum, & deuotionem exag-  
gerant, quas cum approbent supra scripti Magistri prima, & præcipua Theologorum summitas  
non possum illis non libenter subscribere. In Collegio Salmanticensi diuo Vincentio sacro.

*Fr. Benedictus de la Serna Benedictinorum Generalis.*

**I**ntento & libenti animo, & qua potuimus attentione impensa prædictas duodecim propo-  
sitiones, earum explicationes, & additionem ad octauam perlegimus. Fatemur in eorum statim  
limine nos hæsisse; dum in prima propositione offendimus duas videlicet beatissimæ Virgini natu-  
ras concedere. Humanam alteram, alteram ordinis hypostatice deitate fines attingentem. Nimi-  
rum natura simpliciter dicta, substantiam apud Philosophos & Theologos sonat. Patresque ali-  
ter loquentes cum grano salis iuxta communem scholasticorum loquendi modum, & rigorem  
facile veniunt interpretandi. Verum merito auctor propositionum, ne rem tantam quæstio de no-  
mine præpedit; æquiuocationem, confusionem inferret, largam naturæ acceptionem explicuit,  
quidque ad intentum significare velle, enodauit. Quo supposito omnium istarum propositionum  
doctrinam, vt ab auctore explicantur nulla Theologica censura notandam censemus. Imo  
iudicamus auctorem, quasi pro modestia dubitantem de precioso ingenij sui thesauro diuina, in-  
solitaque luce perfusi noua, & vetera sapientiæ, & pietatis in Virginem sanctissimam, arcana iu-  
re veneranda, & inuidenda protulisse, Matrisque Christi D. Dei hominis dignitatem: immuni-  
tatem ab omni, vel originali culpa; imo & impeccabilitatem à primo conceptionis instanti: atque  
excelliorem per supernaturalem infusam vim, donumque gratuitum in beatissimæ Virgini carne  
sanctitatem, ac paternæ diuinæ fecunditatis participationem, qualis tantam Dei hominis gene-  
rationem deceat, maxime Theologum adduxisse. Et quanuis sat, superque sit pro dubio Aucto-  
ris eliminando, & doctrinæ indemnitate, tantorum Magistrorum, doctissimorumque Patrum  
censura, ipsis nihilominus subscriptione nostra libenter numerum addimus in hoc Salmantic.  
Regali Collegio Societatis Iesu die 15. Iulij anni 1641.

*Hdefonfus del Caño. Paulus Theologus. Martinus de Espazar.*

**D**eliciosum hunc duodecim propositionum paradysum, non sine voluptate inoffenso pede  
perlustrari. Paradysum quidem, quia Deiparæ laudes germinat fecundissimè, Paradysum sane  
quia sponsæ sacræ ad instar in Epithalamio suo, noua & vetera seruant artificiosè: nec noua qui-  
dem tantum seges adolescit in eo; nec vetusta solum proles marcescit in illo. Vnde auctori hu-  
iusce panegyris ad Mariam, nescio an certaminis ad Theologiæ palestras, apte illud Tertulliani  
ad Carthageneses libram auspiciantis de pallio concinit. *Viri Carthageneses veritate nobiles,  
nouitate felices.* Nobilem enim de Mariæ excellentiis hoc opusculum continet doctrinam, nobilem  
quia antiquam, quia vetustam, vt pote à Patrum veterum effossam arcanis, è Theologiæ de prom-  
ptam venis, cuius rationes ingeniosè componit, composita erudite persuadent, strenuè decertant,  
faustè conuincunt & feliciter triumphant. Vt sic nouitate illustrationum, non doctrinæ, nouitate  
ornatus, non dogmatum, felix auctor voti compos euadat. Verum quia octauam propositionem  
validius auctor conatur munire, & communit profecto, & sanctorum Patrum, & rationibus vali-  
dissimis fulcris, ideo alicui difficiliorem visam existimaui, non tamen si mediocriter in sancto-  
rum Patrum sit versatus lectione. Nam inquirens seraphicus diuus Bonaventura in 3. dist. 3. part. 1.  
art. 2. quæst. 3. An beata Virgo post Christi conceptionem potuerit peccare? postquam in corpore  
negatiuam partem probasset, concludit sic (concedendæ sunt ergo rationes ostendentes quod  
beatissima Virgo post Filij Dei conceptionem peccare non potuit, & vt hanc impotentiam osten-  
deret esse, quam auctor in hoc præterit opusculo cum sibi opposuisset contra hanc Mariæ im-  
potentiam peccandi hoc argumentum in hunc modum. Impotentia peccandi spectat ad statum  
comprehensoris, sed beatissima Virgo ex hoc quod Filium Dei genuit non est posita extra statum  
viatoris, ergo videtur quod non sit ei ablata peccandi potentia, &c. Statim respondet ad mentem  
& explicationem Auctoris dicta propositione 8. in hæc verba. Ad illud quod opponitur de im-  
possibilitate peccandi dicendum quod verum est, quantum est de lege communi, sed nihil impedi-  
dit quod de gratia speciali possit alicui concedi in via, quod aliis communiter conceditur in pa-  
tria; & illi personæ præcipuè, quæ in terris degens, regina erat eorum, qui exultant in cælis, &  
eodem prorsus modo videtur explicare Angelicus M. D. Thomas impotentiam Mariæ Virginiis ad  
peccandum, quam absolute astruit 1. part. quæst. 100. art. 2. & in 3. d. 3. quæst. 1. art. 2. quæst. 3. in  
corp. & ad 1. & 2. & in solutione ad 3. loquens in speciali materia peccari. Sic satis videtur in-  
nuere octo propositiones Auctoris, vt ab ipso explicantur his verbis. Dicendum quod si per im-  
possibile ponatur beatissimam Virginem post secundam sanctificationem alium Filium ex carnali  
copula concepsisse, & idem quinquies repetit diuus Ambrosius lib. de Institutione Virginiis, cap. 6.  
sic ait 1. anno Dominus Iesus eam sibi Matrem eligeret, quæ virili semine aulam posset incestare,  
& infra secundo. Nec fieri poterat, vt quæ Deum portauerat, portandum hominem arbitraretur.  
Et cap. 7. ait 3. videre vtrum pudorem mutare potuerit Mater Iesu, quæ animum non mutauit? &  
inferius inquit quarto. Quomodo exorqueri potuit integritas Mariæ, quæ fugientibus Apostolis  
supplicia non timebat, & denique cap. 7. ait 5. eritque clausa Maria, nec aperta est, quoniam ha-  
buit semper ianuam Christum suam, qui dixit ego sum ianua quam nemo ab ea potuit auellere. Et  
propterea existimo mentem sanctorum Patrum, & Theologiæ aptius de Deiparæ dignitate sen-  
tienti

tientis Auctorem in huius quæstionis resolutione, vt ab ipso elucidatur fuisse feliciter adeptum:  
Vnde tantum abest, vt alicuius censuræ nota sit dignus inuri, quin potius in Deiparam dulcissi-  
mum profert affectum Auctor in opere, & insudatio eius æternum sibi conciliat præmium in  
retributione. Sic sentio & tantis Magistris subscribo saluo, &c. In hoc D. Parenti Eliæ sacro  
Carmelitarum Discalceatorum Collegio 7. Augusti anno 1641.

*Fr. Iosephus ab Incarnatione. Fr. Dominicus à S. Theresia. Fr. Christophorus à S. Thoma.*

**N**ihil sub sole nouum testatur oraculum Ecclesiast. 10. Nec valet quisquam dicere, ecce hoc  
recens est, quapropter duodecim in propositionibus quid recens? quid nouum quod à san-  
ctis Patribus prioribus sæculis non fuerit traditum apparere, proferte aliquis non sit ausus, vt  
tam mirabilis sanctorum adducta eruditio manifestat, aliorumque adducenda testimonia de-  
clarabunt.

Propositio etenim prima in qua scrupulosus nimis fortasse aliquis videbitur dubitare, disertis  
verbis à seraphico Bernardino est tradita tom. 1. sect. 61. cap. 5. vbi sequentia habet, sane priuile-  
gium hoc (nempe Maternitatis diuinæ) isti soli personæ concessum est, quod sicut impossibile est  
personæ filij & personæ Spiritus sancti generare Deum, pro eo quod in eis non est natura cum  
firmitate fecunditatis, siue cum fecunditate, & potentia ad producendum imaginem, sicut in  
Patre est. Ita impossibile est mulierem aliam posse parere Deum, nisi per nouam potentiam illi  
collatam à Deo. Hæc Senensis, in quibus perpendendum est primum Virgini priuilegium Ma-  
ternitatis soli Deiparæ concessum, illique specialiter commissum, nulli alteri conueniens, quod  
in sexta propositione est assertum. Deinde hanc dignitatem, & singulare priuilegium nouam po-  
tentiam appellat, & potentiam generatiuam paternam assimilat, quod prima astruit propositiones, nec  
non & tertia. Deinde priuilegium dicit singulare liberaliter à Deo collatum, totumque indebitum  
naturæ, supernaturalisque ordinis ad quam pertinent propositionem.

Secundo Anastasius Synaita lib. 6. Anagogic. qq. vbi sequentia tenet. Quis mihi autem ex ho-  
minibus, aut ex demonibus audebit dicere, quod ea, quæ est eiusdem simul cum Deo essentia  
(quoad carnem atinet) non sit ad imaginem, & similitudinem eius, qui est ex ipsa natus. Quo-  
modo enim est ait eiusmodi filij non ferens illæsum fœtus sui imaginem. In quibus Deiparæ ma-  
ternam dignitatem essentiam dicit; deinde talem dignitatem ad carnem pertinere. Tertio purita-  
tem filij ex matris innocentia colligit & puritate ad octo propositiones; sanctus Augustinus ser-  
9. de Assumptione sic habet. Gratia vnitus, quæ à Christo in Christum credentibus, si Mariæ  
etiam minus sapientium testimonio non tollitur, quanto magis cum gratia vnitate ipsa speciali-  
tas naturæ vnum facit matrem, ac filium, filium ac matrem. Hæc Augustinus, vbi habitualement  
gratiam Virgini & aliis iustis communem à materna dignitate secernit. Deinde Matris dignitatem  
naturam appellat, vterius etiam ordinis hypostatice esse, quia vnum facit cum filio. Quia autem  
attinet ad quartam propositionem præ oculis habendus est diuus Bernardinus tom. 4. serm. 8. de  
septem flammis amoris Dei, illa Luc. 2. exultauit spiritus meus in Deo saluatori meo exponens  
verba, hæc dulcia protulit: quasi dicat singularis Saluator meus, quia aliqui Doctores speculantes  
dicunt quod Deus assumpsit carnem potius propter saluare Virginem singularem, quam omnes  
alias creaturas. Vbi singularem Virginem propter singularem Maternitatem per filium suum tes-  
tatur esse liberatam, & ad id venisse principalis secundum multorum Doctorum placitum. Deinde  
idem Bernardinus Senensis tom. 4. serm. 49. Primogenita filij sui fuit, plusque pro ea redimenda  
in mundum venit, quam pro alia creatura. Quid clarius? Perpendendum est etiam illud primoge-  
nita, pertinet enim ad nostræ 8. propositionis explicationem.

Ad sextam propositionem spectat mens sancti Ambrosij in cap. 2. Luca, super illa verba, *Aue gratia  
plena*, vbi sic suam explicat mentem. Bene gratia plena dicitur quæ sola gratiam, quam nulla  
alia meruerat consequuta est, vt gratiæ repleatur auctore. Verba expendere non est necesse. Quod  
autem ad 7. & 8. pertinet propositionem, nempe gloriosam Deiparam ratione Maternitatis san-  
ctam fuisse, culpam quamlibet remoueri à Maternitate, impeccabilemque manere, non minus  
sancti Patres insinuarunt. Sanctus Augustinus lib. de natura & gratia cap. 36. quem seraphicus Do-  
ctor adducit 3. d. 3. part. 2. quæst. 1. Augustiniana sunt sequentia verba: Domini, ac Saluatoris Ma-  
trem sine peccato esse confiteri necesse est pietati. Inde enim scimus ei plus gratiæ collatum ad  
vincendum omni ex parte peccatum; quia concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum  
habuisse peccatum. Ponderandum venit illud omni ex parte peccatum, quod denotat impeccabi-  
litatem & hoc ratione Maternitatis, quia meruit concipere Deum. Deinde puritatem filij ex Ma-  
tris colligit innocentia, nullum habuisse peccatum, filius impeccabilis extitit & mater. Idem  
Augustinus de Natiuitate Domini, & de inculpabili femina inuolabilem virum, vbi Dei Ma-  
trem tali ratione inculpabilem, siue impeccabilem prædicat Seraphicus Senensis tom. 4. d. 45. cre-  
dendum est quod Filium Dei voluit suuere carnem ex carne purissima, & quod eius Mater fuit  
plusquam Eua, & Adam, qui creati fuerunt sine peccato. Vbi illud plus, supra Adæ creationem  
solam impeccabilitatem potuit denotare. Diuus Ambrosius supra illa verba Cantic. 4. *Tota pul-  
chra es amica mea sic loquitur, pulchritudinem quis potest maiorem existimare debere eam,  
quæ amatur à Rege, probatur à Iudice, dedicatur Domino, consecratur Deo.* In quibus asserit in  
creatura Deo dicata & consecrata maiore non posse excogitari pulchritudinem Deiparæ pulchritu-  
dine. Maior autem creaturæ pulchritudo excogitabilis est impeccabilitas, diuus Anselmus orat.  
ad Virginem. O benedicta tu super mulieres quæ Angelos vincis puritate, excessus autem iste in  
puritate impeccabilitas est. Idem Anselmus in explicatione octauæ propositionis adductus cum di-

xisset decere Virginem ea puritate nitere qua maior sub Deo nequit intelligi; sequentibus rationem præstitit. Quia ei Deus per unicum filium quem de corde suum æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset vnus, sicque communis Dei Patris & Virginis filius. In quibus talem, tantamque Virginis puritatem cum impeccabilitate Matris attribuit dignitati. Vltimo adest quod canit Ecclesia, & adducitur in probatione octauæ propositionis, Qui te creauit prouidè lactasti sacro vberè. In quibus Virginis productio Angelorum, & primi parentis æquiparantur, & dicitur esse creatam prouidè, quia licet Angeli peccare possint in primo instanti suæ creationis, non tamen beata Virgo, quos ratione creationis, & particularis prouidentia Dei impeccabilis semper extirrit.

Ex scholasticis DD. qui inter illos subtilitate extirrit primus, hic primatum teneat Scotus 3. dist. 2. quæst. 2. §. ad tertium in fine ubi ait de Virginis puritate & innocentia agens, quod autem homini quæ ostensa sunt possibilis, factum sit Deus nouit, si auctoritati Ecclesiæ, vel auctoritati Ecclesiæ non repugnet, videtur probabile quod excellentius est attribuere Mariæ. Hæc cœlestia, & subtilia verba Doctorum manifestant Virgini Matri probabiliter attribui posse quod excellentius est, Ecclesiæ, aut scripturæ non contradicens, sic ipse Scotus primus Virginis puritatem, & innocentiam tutatus est, sed impeccabilitas est priuilegium, & excellentius donum quod illi potest attribui, cui Ecclesia, aut scriptura non contradicit, imò adiuuat, ut ex dictis, & adductis constat quod impeccabilitas Virgini attribui potest, & in eadem quæst. §. sed contra, sic habet. Arguitur excellentia filij sui in quantum redemptor, reconciliator, & mediator; quia perfectissimus mediator habet perfectissimum actum mediandi respectu alicuius personæ pro qua mediat, sed Christus est perfectissimus mediator, igitur Christus habuit perfectissimum gradum mediandi possibilem respectu alicuius creaturæ, siue personæ respectu, cuius erat mediator, sed respectu nullius personæ habuit excellentiorem gradum quam respectu Mariæ; igitur. Hæc subtilis Scotus virginæ puritatis deuotus zelator, sed excellentissimus gradus est impeccabilitas, ergo hæc Virgini Matri ex meritis filij potest attribui, & quæst. 2. §. Aliter in fine cum Anselmo Christi puritatem ex Mariæ innocentia sequentibus colligit. Ista sententia pariter per eum, nempe diuum Anselmum de Conceptu virginali cap. 10. ubi vult quod innocentia Christi potest poni duplex ratio, scilicet sanctificatio Virginis Matris, sed Christus fuit impeccabilis, ergo impeccabilitas Virgini potest attribui, ex qua Christi puritas deducitur, consonat Sophronius tom. 9. epist. 9. de Assumptione Virginis, ubi hæc habet. Nulli dubium quod totum ad gloriam laudis Dei pertineat quidquid dignum genitrici suæ impensum fuerit, & Nazianzenus orat. 20. quæ sunt enim filiorum ad Patres referre, æquissimum est, ac iustissimum, sic Virginis impeccabilitas ad Dei pertinet gloriam. Deinde Virginis impeccabilitatem tuentur Seraphicus Doctor sanctus Bonaventura in 3. dist. 3. part. 2. quæst. 3. Alexander Alensis 3. part. quæst. 9. per plures articulos. Noster Ochamus 3. dist. 29. quæst. 1. & 2. Gabriel 3. quæst. 2. art. 3. ubi inquit, an beata Virgo peccare potuisset, cui sic respondet. Respondeo quod est communis Doctorum sententia quod Virgo post eius sanctificationem non solum non peccauit, sed nec peccare potuit.

Verum enim vero prædicti Doctores Virginis impeccabilitatem tuentur post eius secundam sanctificationem, nempe in Conceptione filij sui, non tamen in prima, in primoque suæ conceptionis instanti, aliqua tamen dicunt, quæ nobis fauere videntur Alensis membr. 3. art. 2. §. 2. hæc habet. Dicendum quod sicut in Angelis post suam confirmationem non remansit potentia ad peccandum, ita in gloriosa Virgine post suam sanctificationem, & ibidem primum soluens argumentum, sic prorumpit. Ad primū autem obiectum dicendum quod non posse peccare non solum pertinet ad statum gratiæ, sed etiam ad statum perfectæ gratiæ; cum ergo beatissima Virgo post sanctificationem secundam esset in statu plenæ gratiæ, peccare non potuit. Similia habet eius discipulus sanctus Bonaventura dist. 3. part. 2. quæst. 3. in solutionibus argumentorum. Ad illud quod opponitur de impossibilitate peccandi, dicendum, quod verum est, quantum est de lege communi, sed nihil impedit quod de gratia speciali possit alicui concedi in via, quod aliis communiter datur in patria, & illi personæ præcipue, quæ in terris degens, regina erat eorum, qui exultant in cœlis. Tunc sic secundum Bonaventuram part. 2. quæst. 3. in solut. 9. Quodcumque priuilegium conueniens creaturæ, potest Virgini attribui. De verba Bonaventuræ citato in loco, sicut dicit Bernardus quod aliis legitur esse collarum, non est credendum Virgini fuisse negatum, maxime cum sanctitas Virginis excedat aliorum sanctitatem, sed impeccabilitas est priuilegium non repugnans cum statu viæ, & alio ex capite conuenit confirmatis in bono; ergo probabiliter potest attribui Virgini Matri pro omni tempore & instanti, cum in omni instanti aliorum sanctorum superexcedat sanctitatem.

Et ut vltimam adducam rationem, & eius impeccabilitatis fundamentum pro quocumque instanti, suppono non aliter Adæ filios originale contraxisse, nisi quatenus eorum voluntates in sui parentis voluntatem erant transfusæ: Virginis autem voluntas in Adami voluntate posita non fuit, sed antequam Deus decreuisset Adamum, & eius extate posteros elegit Virginem in Matrem filij sui, quod dedit Bernardinus supra adductus pro quarta propositione vocans Virginem primogenitam, & Scotus 3. dist. 18. quæst. vnica, §. Hoc viso, vnde licet Adamus originale iustitiam non amitteret in beatissimam Virginem non transfunderet cum originali iustitia, vel alia eminentiori gratia debita dignitati Maternæ esset præelecta, & præornata. Tunc sic, proxima ratio contrahendi originale est, quia contrahentium voluntates in Adami voluntate erant transfusæ, sed beatissimæ Virginis voluntas sic transfundi non potuit, ergo nec peccatum contrahere. Constat minor ex suppositione diuini decreti, de non transfundenda voluntate Mariæ Virginis; transfundi non potuit, fuit ergo impeccabilis ad originale contrahendum, loquendo de potentia proxima, quid

quidquid sit de re mota. Hanc octauam propositionem tam diffuso calamo percurrere placuit, quia agit de gloriosissima Virginis innocentia, & puritate, cuius subtilis D. Scotus primus extirrit defensor, & eius defensionis gloria prima Seraphicæ debetur religioni.

Quod attinet ad nonam propositionem præterquam quod aliqua sanctorum Patrum adducta testimonia confirmant, celebre adest Bernardini Senensis testimonium tom. 1. serm. 51. art. 3. c. 1. ubi hæc: Spiritus sanctus, non solum descendit in mentem, sed etiam in ipsam carnem, & de carne mirabiliter est carnem eam sine macula fabricatus, reliquit eius carnem immaculatam, extirpando in ea fomitem, & omnem concupiscentiam, ita quod peccare non possit. Quid clarius ad duplicem sanctitatem in Virgine astruendam? Alia enim in mente, & in carne alia.

Vndecima quod astruit propositio disertis verbis traditur à Chrysologo d. 146. super illud Matthæi verbum: Cum esset desponsata Maria, hæc habet. Aue genitrix, quæ sæculorum generauit auctorem, & infra idem sentit sequentibus. Maria Mater vocatur & quando non Maria Mater, & D. Hieronym. tom. 9. serm. de Assumpt. Lauda Maria eum qui talem te fecit ex se, qui priusquam nasceretur te Matrem creauit ex qua nasceretur, ubi dicitur Matris dignitatem omni tempore Virgini conuenire.

Ex quibus constat prædictas duodecim propositiones, aut earum aliquam tam longè abesse quod censuræ aut correctioni Theologicæ subiaceant, quod tanti operis illustrator, Maternæque Deiparæ dignitatis sublimis exaltator, debeat ab omnibus venire laudandus, imò existimo totum hoc in Virgine sanctissima præcessisse figuratum. Apocal. 12. Signum magnum apparuit in cælo. Mulier amicta sole, & in capite eius corona stellarum duodecim. Non incongruè solis vestimentum maternam significat dignitatem & præfiguratur. Et duodecim stellæ, quibus Angelorum Reginæ ornabatur caput, hæc duodecim demonstrantur propositiones quibus Dei Mater Virgo Maria aduocata exaltatur. Vnde censuræ tantorum Theologiæ luminum subscribimus. In hoc regali Seraphici P. N. Salamanticensi Conuentu, die 30. Mensis Augusti anno 1641.

*Fr. Franciscus Gallego Calderon. Fr. Gregorius de Rojas,  
Fr. Emmanuel de Vzete. F. Barnabas Feijoo.*

Cum primum præfata duodecim propositiones quæ in elogium Deiparæ Maternitatis mirandæ potissimum cedunt manus nostras attigerunt, fatemur plane & animam allecasse & affectum. Nihil in ipsis offendimus, quod auribus Catholicis absonet, aut nihil potius quod Theologicæ affectioni in Maria graui eruditione non consonet, dum in illis Mariana Magnalia, etsi non vltra quam fas est, citra quod vulgò plauditur inuenimus. In Matre quidem tanti filij (dummodo creaturæ non transeat metam metuenda minime sunt encomia, sed quo maiora, pia. Tot enim tantæque in eam gratiæ confluxere adores, ut vsque ad superfluentiam redundent. Sic S. Bernardo attestante sermone de Natiuitate Virginis) quod proptia ipsi non sufficiat plenitudo, nec proprio possit esse contenta bono, sed petat superfluentiam. Præsertim cum de Mariæ singulari gratia, quæ Maternitas extat, fiat eloquium, de qua sapientia increata. In plenitudine Sanctorum detentio mea ait, seu in plenitudine sanctitatis, qualiter expendit tritor PP. paraphrasis Vnde S. Augustinus initio sermon. de Assumptione loquens de hac Maternitatis prærogatiua cæterisque eam comitantibus priuilegiis, scribit, Quod huius dignitatis & gratiæ effectum nec cor concipere, nec lingua valeat exprimere. Ergo superfluitatem promeretur laurum (dum magno animo candidati filij Matris candidæ inuitatæ laudes concepit & expressit eloquio) Propositionum author. Illæ quidem prout explanatæ veniunt, ab antiquitate firmitatem trahunt, & à nouitate solam exornationis pulchritudinem; ita ut Author verè noua non dicat, & cum Gaudentio de præfatis propositionibus fas sit scribere: Vt origo maneret ex veteri. Et forsitan meliori iure (dum sic author suas propositiones illustratas videt, quas in antiquis Patribus obuolutas legit) quam Theodoricus rex apud Cassiodorum Variarum epistol. lib. 2. Sauiiano valeat laudari. Ut antiqui principes nobis merito debeant suās laudes, quorum fabricis dedimus longissimam iuuentutem, ut pristina nouitate reluceant, quæ iam fuerint veteriosa senectute fuscata. Ita censuimus Salamanticæ, &c. In hoc nostro D. Caroli Salamantino collegio. Clericorum Minorum die 6. Septembris anno 1641.

*Ioannes de Ios. Hieronymus Celarios. Antonius de la Pana,  
Clericorum Minorum.*

Post tot Theosophiæ & iustitiæ antistes Salamantina lauru conspicuos, & primariæ sapientiæ palma suspiciendos, quæ non iniquum sed optimum nobis præiudicium præluserunt has duodecim Virginæ coronæ (sic arbitror) seu stellas additas, seu primos elucubrator doctrinæ suauolentes honores, seu ornatissimæ sopheriæ hinc inde, dependulos lemniscos, dum eum ut sanctus loquitur Isidorus pariter ex istis sensibus, curuatisque & ambientibus auribus excepimus, & exasse discinximus. Porro illis eruditissimis explicatibus protectis, nullus strictiori censuræ locus, nullus politiori doctrinæ reliquus labor, adq̃ facile fluunt, luculenter incedunt, alte se attollunt. Produunt in disertissimo disputatore euoluendi Patrum indefessum studium, occultam diligentiam, felicem inuentionem, paratam dicendi copiam, & (quod caput est) in B. Virginem antiquissimam pietatem. Cumque tot ex veterum thesauris illustrata deprompserit veriorem vindicat Vatem, ipsam illam suam Virginem Matrem, quippe quæ se in vltimis quoque generationibus gloriam, & beatitudinem præuidetur mansuram, dum Spiritu sancto plena, sic

# Censuræ

cecinit, Beatam me dicent omnes generationes. Quamobrem nostro sæculo gratulandum, & huius lucubrationis auctori, illi quod beatiss. Virginis meruerit audire præconia huic, quod scribere promeritus sit.

Audieram equidem dignitatem Maternam & oppido infinitam, indeque laudum segetem fertilissimam, tanquam ex refertissimo donorum, & gratiarum horreo petendam. Verum hoc antea inuoluta caligine venerati ferè percurimus; nunc commentario Maternalis dignitas lucescit, scitur (ausim dicere) crescit, augustior est, inauguratur. Huius nihil altissimi non enucleatum tituli: omnia per uigil explorator indagat. Octauam certe (peculiariter munitur) multo Patrum agmine fultam, utpote eximie piæ de Conceptione Deiparæ sententiæ patrocinantem suscipimus, multaque rationum vi pollentem existimamus. Quibus (ut auguror) feliciter fiet, ut tota deinde quæstio uoluerit, an de potentia absoluta labem potuerit Virgo inire communem, quasi iam actum sit in quæst. de facto. Hæc utiq; propositio, ex se ipsa plausibilis, & ex antecedentibus monstratis leni ad resolutionem labitur flexu. Rectè adeo scriptor cæteras præmittit.

Nec otiosum fuit in prima thesium illam astruere supernaturalem naturam deitatis finem attingentem, & hypostaticum ordinem ingressam, quæ quid habeat inuidiæ non video, illam utique nec liuor carpere queat, cum summa in aures proprietate descendat. Quare disputatori (impensius ei ad stipulaturus) non acquiesco se explicanti, dum ait vim illam generandi Dei hominis similem naturam, quantitatis naturæ, & relationis (nisi forte in hoc tantum dicat, quod ista sicut illæ accidentalis natura est, quantitas enim, & relatio actiæ non sunt, diuina ista facultas proprie natura est, quæ principium est, & causa generationis hominis Dei, & quidem actiuitate pollens, quæ præstantiorem arguit naturam, non igitur ita proprie uocatur dispositio, facultas, vis, sicut natura, maximè cum probetur recte propositione tertia, eam esse formalem participationem naturæ diuinæ, ut repetitur in prima sacrosanctæ Trinitatis persona. Formalis enim participatio idem nomen postulat, & notionem, licet analogica participatio sit, sic sentiebam sub primore eruditorum calculo in hoc nostro Hieronymiano Collegio sanctæ Mariæ de Guadalupe. Nonis Octobribus anno 1641. Quæ censura pronis auribus hausta à sapientissimis eiusdem nostri Collegij Prælectoribus, qui eandem propositiones sedulo disprexerant probata fuit, eorumque firmior subscriptionibus reddita.

Fr. Ioannes de Toledo. Fr. Christophorus de Espinosa. Fr. Iosephus Fagedo.

## CENSURÆ ACADEMIÆ COMPLUTENSIS.

**M** primum primam propositionem huius duodenarij legi statim memini Diuum Thomam 3. parte quæst. 16. art. 8. ubi licet eandem ueritatem fateatur in his propositionibus, Christus mortuus est: Christus passus est: & Christus est creatura, hanc assertio non absolute concedendam, nisi cum addito, in quantum homo, propter specialem æquiocationem, seu causam erroris, quam posset asserere. Sic in beatissima Virgine, absolute asserere duas naturas (maximè ignaræ plebi pro concionibus) æquum non esset, ne eodem modo, in Matre, & Filio duas naturas inueniri putarent: vel æquiocatione confunderent: vel ne adiuncta octaua propositione aliquis inferre præsumeret beatissimam Virginem fuisse impeccabilem. Sed cum addit: & ut explicantur, quod una sit substantialis humana: altera accidentalis, & ut perdoctus Magister docibilis Dei manifestatur, dum concludit in fine primæ propositionis; quod propter æquiocationem, aut scrupulum uocetur talis natura dignitas, uirtus, seu facultas ad generationem Dei, inoffenso pede omnia non mediocre probabilitatem habent; ingeniosissimeque, ac summa cum eruditione, omnes duodecim propositiones probat, munit & ab obiectionibus mira subtilitate, acumine præpollenti stabilis; & firmat, nouamque eis probabilitatem, & lucem inducit. Nec quia noua appareant contemnenda ab aliquo cordato ueniunt: nam quos hoc mouet inquit Ambrosius, lib. 5. Epistola contra Simmachum: *reprehendant messem; quia sera fecunditas, reprehendant uindemiam; quia in occasu anni est: reprehendant oliuam; quia postremus est fructus. Nec enim, ut aiebat Plinius, lib. 6. epist. ad Cauninum: quasi lassa, & effecta natura nihil iam laudabile parit.* Sed quæ noua, & ferotina lustro præsentis sunt, futuris curriculum uetera censentur. Nonne, quæ retro sæculis docuere Doctores antiqui noua tunc uisa fuere? Sed pius hoc doctus, & egregius Magister, non tam noua, quam nouiter explicata, & ab omni ambiguitate, libera, lucida, illustrata profert consilio usus Vincentij Lirani, lib. aduersus hæreses, cap. 27. *intelligitur enim illa exponente illustrius, quod antea obscurius credebatur. Per istum posteritas intellectum gratulabitur; quod antea uetus non intellectum uenerabatur; eadem ergo qua didicit, ita docet, ut cum dicat noue, non elicit noua, ut tot Sanctorum, & Doctorum testimonio confirmat: in magnam Deiparæ laudem cedit hic labor. Quis non uideat qui totus ad id tendit, ut beatissimam Virginem, per donum, seu dignitatem maternam impeccabilem, & omnis maculæ, etiam originalis omnino expertem à primo instanti suæ conceptionis ostendat: & ad terminos impossibilitatis, & repugnantiae aliter se habendi in toto rigore scholastico defendat: quod quidem feliciter probat. Assumptum plene dignum, tanto Doctore, & filio eiusdem Deiparæ: tantamque eruditionem, doctrinam, & vim ingenij, & rationum exacuit; ut etiam si pro se nullum haberet Doctorem; ipse sufficeret opinionem hanc stabilire, sensumque hunc*

# Academiae Complutensis.

hunc probabilem reddere, qui alias nulli Catholicæ ueritati dissonat, & dignitati Matris Dei maximè congruit. Sic iudico saluo meliori, in hoc collegio Conceptionis beatæ Mariæ de Mercede Complutensis: sexto idus Decembris anno salutis 1641.

Fr. Didacus de Zuniga, in Salmanticensi Academia olim Cathedrat. nunc Complutensis Iudex Conservator, Reitor Collegij Conceptionis, & à censuris supreme inquisitionis.  
Fr. Bernardus de Santander, sacra Theologia primarius Lector.  
Fr. Didacus Enriquez, Vallisoletani Durandi cathedram regens.  
Fr. Ildesunso Lopez à Carrasossa Theologia Lector.

**S**entio in omnibus cum Reuerendò admodum Patre Magistro Fratris Didaco de Zuniga, Scuius sententia, usque adeo mihi aridet ut censeam satis eam esse, ut omnes habeant rem hanc, pro certa, piaque sententia, & infallibili, cui ego libentissimè subscribo tanta tanti Patris auctoritate conuictus. Compluti. 24. die Decembris anno 1641.

Doctus Ioannes Gonsaluis Martini. Theologia Antecessor primarius.

**S**edulo mentis obtutu, & hilari cordis affectu perpensi has duodecim propositiones ex abdito ueterum & sacrorum Patrum Thesuro in lucem editas ab incognito auctore, coque sapientissimo: qui dum Marianum nomen illustrat proprium celat. Quas propositiones, ut ab eodem explicantur, omni censura aduersa immunes iudico; quin imo censeo, ita ingenij acumine, fulcris scholasticæ Theologiæ, & Patrum testimonio pro Virgine pugnas, ut quod Epiphanius habuit impossibile, lib. 3. hæresi 39. illis uerbis. *Immensitatem quippe gratiæ, & gloriæ, & felicitatis tuæ considerare cupienti* (de Virgine loquitur) *sensu deficiat; lingua fatiscit.* ipse assequutus uideatur, cum eius sensus (intellectum dico) tantum à deficiendo abfuerit quantum animi firmitas declarat in propulsandis contrariorum iaculis; & eius lingua eo à fatiscendo distat, quo approximat linguæ Prophetæ Regis, quæ erat calamus scribæ uelociter scribentis. Hæc cum perspicua sint? Cur dubitans, & non certo asserens has pro Maria elucidanda euulgauit Theses? Forsan, ut inde, sicut incognitus in Mathæum præclarius nomen sibi compararet; vel potius modestia consuluit, ne quis illi audaciæ uerteret Virginis caput contrectaturo, hoc ingenij propriis uiribus fretum timore secluso an uitiôsè conari. Rem explico ex illis uerbis Apocalypsis, 12. *& in capite eius corona duodecim stellarum*: de Virgine loquitur secundum frequentem exponentium sensum, nam his duodecim assertionibus, coronam duodecim stellarum æterni Verbi Matri adaptasse uerisimile satis mihi uidetur, quod ut apertius constet, aduerto, non immerito, duodecim stellas ad Mariæ coronam concinnandam accurtere: non uero septem: quia septem stellis planetæ ueniunt intelligendi, quæ sunt stellæ non firmæ, sed errantes. Duodecim uero stellæ non possunt alibi, quam in firmamento reperiri; si autem non pauci stellas primæ magnitudinis duodenarium numerum censent, non excedere, quid ni existimemus, ideo duodecim, & non septem stellas ad hanc coronam conformandam accessisse, ut firmitas sanctitatis Virginis claresceret: pulchrè Bernardus in Saluæ ad illa uerba Psalmi, *& opera manuum tuarum annunciat firmamentum*: Fiat, inquit, firmamentum, & diuidat aquas ab aquis, omnibus firmamentis firmius; tu Domina, quæ eum, quem cæli cælorum capere non poterat cepisti, portasti, & non defecisti; & in sermone de beata Maria in eius mente tamquam in quodam firmamento uirtutes posuit, tamquam stellas speciei omnimodæ; si ergo duodecim his assertionibus, quod præcipuè intenditur est explanare uirtutem superadditam hypostatici ordinis communicatam Virgini, quæ fuit Maternitas in actu primo, ex qua uelut de fonte Riuii, uel flumina Marianæ sanctitatis promanarunt, & hæc materna dignitas ab instanti conceptionis semper Virginem decorauit, non immerito pronunciamus eisdem propositionibus compactam fuisse coronam duodecim stellarum huius cælestis firmamenti. Dubitans ergo, & reuerentiæ timore perculsus eas proponat auctor, ut qui eisdem sacrosanctum Virginis caput coronaturus accedat; Sic de prædictis assertionibus sentio, ab eisdem denuo confirmandis consulto abstineo, tum quia ad probationem hoc non spectat, nec exposcitur, tum quia ab eadem auctore affatum huic muneri est satisfactum.

Hæc per interna principia censeo, si externis moueor sufficiat auctoritatis pondus Reuerendi admodum, & sapientissimi Patris Conservatoris, & Doctissimorum Magistrorum Collegij Complutensis Conceptionis Deiparæ à mercede redemptionis captiuorum, in hoc Collegio Complutensi Societatis Iesv die decima octaua Decembris anno 1641.

Manuel de Nazara. Emmanuel Pardo.

**V**idi, & quam potui accurate perpensi duodecim propositiones, à Doctissimo Patre, & Magistro grauissimo dubitante propositas, & ut ab eo explicantur, nihil in eis inueni, quod non excelsum ingenium sapiat, subtile acumen præferat, ingentem, & doctam eruditionem asferat, & summam Filij Virginis pietatem redoleat: eas grauissimus Magister dubitanter proponit, ut tamquam perfectus operator rem prius efficiat, quam illam effecturus putetur, & ut loquar, cum grauissimo Ambrosio ad illa uerba Genes. 1. *In principio creauit Deus, &c. Ne mora in faciendo fuisse existimaretur, cum effectum primæ operationis impleta, quam iudicium capta explicuisset.* De illo dicam, quod dixit Isaias cap. 31. *Quoniam bene, quoniam fructum adinuentio-*



## Censuræ

*num suarum comedet*: Et quod ait Eccles. cap. 3. 2. *Excepit doctrinam Domini, & qui vigilauit ad illum inuenit benedictionem.* Merito in ipsum quadrat (quod aliis qui sapientissimis præcesserunt) illud Vincentij Lirinensis de profana uocum nouitate cap. 37. *O sacerdos, ô tractator, ô Doctor, si te diuinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione & doctrina, esto spiritualis tabernaculi Beseleel, pretiosas gemmas sculpe, fideliter cala, adorna sapienter, adice splendorum, gratiam uenustatem: intelligatur te exponente illustris, quod antea erat, obscurius; si non, ut inquit Vincentius, credebatur, saltem cognoscebatur; per te posteritas intellectum grauetur, quod antea uetustus non intellectum uenerabatur: eadem tamen, qua didicisti, ita doce, ut cum dicas noue, non dicas noua.* Nam ut optime dixit magnus orator ille Hispanus, lib. 5. cap. 10. *Si uno tantum genere benediceretur fas erit existimari præclusam nobis à prioribus uiam.* Fecit sane, & perfecit grauissimus Magister quod Quintilianus noster, lib. 10. cap. 3. à quolibet scriptore faciendum docet, nempe adhibere curam, ait, *rectius erit, atque ab initio sic opus ducere, & calandum, non ex integro fabricandum sit*, unde propositiones istæ, ut explicantur à dubitante, non tam exoptulant censorem, quam suo iure exposcunt egregium laudatorem. In illis puto Doctorem istum de beneficio Virginis pro tantæ Matris gloria, ut probum mercenarium, imo ut ingenuum filium, tam strenue laborasse, ut eius merces de Virginis mercede futura reputetur iam magna nimis. Miror non iam de probo mercenario factum ingenuum filium; sed tantum filium de tanta mercede, tantum iam esse mercenarium. Nihil ergo in his propositionibus, vel fidei dissonum, vel doctrinæ Catholicæ, vel scholasticæ non consentaneum uila ratione inuenio: sed omnia acuta, omnia egregie tractata; & ex sanctis Patribus, atque Doctoribus subtiliter inducta, & accuratè allata: id quod sentio, saluo meliori iudicio. In nostro Collegio Complutensi Societatis IESV, die decima octaua mensis Decembris anno Domini 1641.

Franciscus Ruiz.

**N**on obscuratur ueritatis aurum contradictionum pressuris, quin potius multiplicatis obiectionum tunctionibus pulchrius apparet, rutilatque uiuidius, & ut cum Christiano loquamur, *talis est falsitatis uel erroris conditio, ut etiam nullo sibi obijcente consenscat, ac defluat, talis autem è diuerso ueritatis status, ut etiam multis impugnantibus suscitetur, & crescat.* Hæc ille, & hæc nos, dum semel, & iterum periuicunde satis duodenam hanc propositionem Deiparæ semper Virginis gloriosissimam dignitatem grauitè proponentium, eruditeque explicantium perlustrarem oculis, uolueremus mente: illarum enim propugnatione Doctissimus uir, & Deiparæ semper benemeritus tantum abest, ut à recto ueræ, inconcusquæque Theologiæ tramite discedat, quinimo rem perdifficilem facillimè percipiendam, tum non uulgatum rationum pondere: tum PP. auctoritatibus fulcitam proponat, & capropter plurimæ sunt tanto Doctori habendæ gratiæ; speretque fidenter, quia bene de Matre scripsit filium pro mercede habiturum. Hoc nostrum iudicium in hoc grauissimo Minimorum Complutensi Conuentu, die 12. Februar. anno Domini 1642.

Fr. Franciscus Luxam Theologia sacra lector, & Corrector Hum. Minimor.  
S. P. nostri Francisci de Paula Complut. Conuuij.  
Fr. Franciscus Gomez Denoboa, Lector primarius, & studiorum Regens.  
Fr. Michael de Tobar, Vespertina Cathedra Lector.

**D**um sapientiam celat author sub efficta persona dubitantis cordatissimam prudentiam euulgat: quippe qui in re graui prius aggressus est aliorum pulsare fores, tentate sententias, quam aperire, & proferre suam. *Os iusti parturiet sapientiam*, ait Salomon Prouer. 8. Septuaginta, *os iusti dilatabit sapientiam*: Vatablus, *os iusti propagabit sapientiam*: expendi dignum, quod uerbum illud parturiendi indicat, non subitam editionem fœtus, sed anxietate dilatam, adinstar grandæ parturientis enixu protracto, distillare similiter, non fluidum labentem cursum; sed intercisum, & tandem propagare, significat intercapedinem inter genituras, prolem, & prolem, non progeniem adglomeratam aceruo. Ad rem, & præfixum scopum, *os aureum authoris*, incogniti gratia, sale, & eloquentia fœcundum parit in duodenario propositionum sub anxia spe dubitantis altissimam sapientiam variis propositionibus distinctam, priusquam sub persona reuelata facie subiti, & resoluti assertoris distillat dubitans, quod congestit affirmans; propagat per uniuersas scholas ambiguus, quod concepit fœliciter assertus, & dum doctores timoratus ad approbationem consulat, inter Doctores doctissimus, plausu probatur, ut quod induxit in aures habitu ementito dubitantis, introducat in orbem dignis uocibus, & præconiis. Ad limina, & ingressum duodenarij, (authoris formulam) concepi timorem sagacem indui dubitantis colores, & eiusdem contagio faucibus indagatorem ambigentem assumpsi, ingenij neruos contendendi, sollicitam indaginem adlydium lapidem præparauit, erexi animum, pia inclinatione, & propensione, ad arduos usque ausus, dum aduertit filium, doctrina, & religione adoptiuum, ad Deiparæ magnalia commendanda prouocari, ut probaretur: *Surrexerunt filij, & Beatissimam prædicauerunt*; inspexi cogitabundus in duodenario sententiarum grauitatem adstruentem naturam accidentariam, uirtutem æmulam Paternitatis æternæ, cui ex natura rei essent debita tot charismata ad exemplar uniois hypostaticæ, introspexi latibundos sensus auctoritatum Patrum expendi ad illa subtilia meditata; ô utinam sub specie, & cortice uerborum hi delitescerent? O utinam sicut affona ad sonum instituti ita consona intelligentia, & ita euincerent intentum,

## Academiæ Complutensis.

intentum, ut timidum quemque conuincerent & rebellem, existimaui (ut uirgam censoriam) pios authoris ausus usque ad possibilitatem commendandos, cum alia rerum serie, gratiarum allegatione, & concatenatione, in gratiam Deiparæ ab illo superpotenti, & seriem rerum, de facto meditatam, quæ alias decretis compaginari possent, non obstante regula uulgari, ut quidquid recta ratione possibile iudicatum fuerit, factum credatur in Virgine, cum super sit ad lapidem examinis citanda recta ratio. Hæc est mortalium conditio, inuenies probatissimos; qui proberent; improbatissimos, qui improberent. Ego uero in re tam graui, malle conuictis cautæ timiditatis, quam præcipitis audaciæ improperari. O fœlix authoris ingenium magnalium Diuæ Matris noui orbis colore, inquisitionis indagine elicita, auctoritatum, & rationum magni ponderis gloriosus quæsitore? Qui ad instar Aquilæ grandis magnarum alarum orbis ingenia Aquilina prouocas ad contemplandam micantissimi solis aciem intentis luminibus, & ad lenocinia sancti splendoris non palpitante facie sollicitas: qui duplicem spiritum Seraphinis enudatus, intuitus sedentem super solium excelsum, & eleuatam (Mariam dico cum PP. filicem Deitatis bis genitricem, stas uigili ingenio) & sex, ac sex alis, aliis uolantibus in hoc duodenario alterna trifagia modulatione sanctus cunctos prouocas ad commendandas Virginis laudes, Dei Matris elogia, quod si Isaia, & Ezechielis eadem uisio in admirationem rapit, quo dum Seraphini, qui stabant super solium excelsum, & eleuatam uocibus in laudes tonarent, & citissimo uolatu quo quatiabant alas ad diuina præconia prouocarent, Seraphini, qui apud Ezechielem in similitudine terrestri facrorum animalium laruati in curru, & uiculo artificioso maiestatem, & gloriam Dei in firmamento insidentem perferebant, cum fieret illa uox super firmamentum quod imminebat capiti eorum, starent ingenij intenta meditatione, & submitterent alas uigore faucio in silentio: O adulterini generis aligeri degeneres, qui improbatione ad splendidissimam gloriam luminibus caligatis. Ornôctuæ caliginosi oculi, qui ægrè splendores sustinere non parimini? O lenti pedes testudinis, qui citissimo uolatu, & aligera agilitate ad uolatum prouocari, stabant, & dimittebant alas suas? Sed ô bene morati, & pede tanti Seraphini, uoce, & cursu, & obtutu. Illi cœlestes spiritus, sex alati in folio, alis uelent caput, uelent pedes; quatiant alas citissimo uolatu, clament in laudes, & elogia sanctitatis, uos autem idem spiritus sub similitudine terrestri facrorum animalium, curru, & uiculum gloriæ Dei in orbem terrarum deferentes humano more gradientes, stas uigili ingenio, & submitte alas ne in conspectu inferscrutabilis, & incomprehensibilis gloriæ instrumentes humanos, & terrehos doctores ad introspicendam, & rimandam cœlestia, & timoratis uocibus, quæ supra naturam sunt supra vires Angelicas terrestri similitudine laruatas, pedentem prædicandam, forte uidebant pure cœlestes Seraphini, quæ similitudine effigiata terrestri, silentio, & demissis alijs comprimebant isti; plurima enim fortè facta, & decreta sunt apud Deum & cœlites quæ in præfenti uia rimamur, odoramur, an facta, uel non facta. His igitur spiritibus seraphicis edoctus (sine felle, & liuore) existimo ex Deiparæ arcanis fortè iam elaborata, quæ pia meditatione, & subtilitate Magister Seraphicus, in duodenario celebrata expressis mihi dubia fide, ut nisi sub maiori luce definiti non posse; uerum attentis & examinatis sincerè fundamentis, adiuncta tot grauium uirorum auctoritate, qui hæcenus, Salamanticæ & Compluti, quibus magni ponderis negoria fide possunt, committi existimo probabilem præ se ferre ueritatem, cui opinatiuus cum formidine possit præstari assensus, non enim exposcit opinio uniuersorum uniuersam assensum, & assertum, saluo, &c. in Carmelo Complutensi Idibus Februarij, anno à uirgineo partu 1642.

Fr. Didacus de Turregano Benanides in Academia Complutensi Doctor,  
& Cathedra minoris sancti Thomæ publicus Regens.  
Fr. Franciscus Vaz Theologia Lector in Carmelo Complutensi.

**O**pus hoc duodecim propositionum magnum, profunditate ingenij celsum, omnino, eruditione doctrinæ præclarum auctoritatum pondere de Marianæ Maternitatis, dignitate, pro auctoris sui pietate in communem omnium Matrem sanctissimam Virginem Mariam, studiosissime elaboratum legi, & iterum diligentius legi, nunquam pro animi mei affectu ad satietatem satis legi. Nihil in eo inueni, litura, aut censura dignum, imò nihil in eo latere inueni, quod feliciora præscorum non admirentur ingenia, quod posteriorum subtilia non æmulerent studia, cui de sanctissima Virgine sentiens bene non gratuletur quilibet Marianus affectus applaudat orbis, si fundamentorum è Patribus soliditatem desideres, nihil in eo non antiquum inuenies, si concinnitatem discursus, nihil non proprium Auctoris conspicias, ita nouitatem, cum antiquitate feliciter conciliat, ut nusquam præstantius, quam in unius hoc operis studio compleri censeam Vincentij Lirinensis Concilium ad factos Scriptores; *O sacerdos, ô tractator, ô doctor, si diuinum munus idoneum fecerit ingenio, exercitatione, doctrina, esto spiritualis tabernaculi Beseleel, pretiosas diuini dogmatis gemmas exculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adice splendorem, gratiam, uenustatem, intelligatur, te exponente illustris, quod ante obscurius credebatur: per te posteritas intellectum grauetur, quod ante uetustus non intellectum uenerabatur, eadem tamen, qua didicisti, ita doces, ut cum doceas noue, non dicas noua.* In cæteris de Maria sanctissima scriptoribus plura sæpius inueni, quæ pietas suadeat, plura quæ subtilitas non fatiscunt: at in hac elucubratione, cum totum ipsum pietatis sit officium, nihil comperio, quod ad sui persuasionem pietate indigeat; nihil quod sui fidei rationi non debeat, nihil, quod uerique obsequiosè non deferat: ita in ea pietas, ita in ea studium auctoris amico fœdere mirè conspirant. Alios sua

# Censuræ

scripta commendant: *Fix paucos contigit degenerare nobiliter.* At officiosum hunc Marianæ laudis laborem, ita extollit ingenium scriptoris, eruditio Patrum, rationum momenta, ut verè in eo comprobatur sit: *Per te posterius intellectum gratuletur, quod ante vetustas non intellectum veneratur: eadem tamen, qua didicisti, ita doces, ut cum doceas noue, non dicere videaris noua.* Hoc meum iudicium, saluo meliori, &c. In hoc Collegio Complutensi Societatis Iesu, die 25. Decembris, anno Domini 1641.

Franciscus Alphonfus.

**D**odecim has propositiones Hispali excusas præter triginta, & septem Magistros Theologos florentissimarum Academiarum Salmanticensis, & Complutensis, quorum Censuræ ad verbum hinc inferuntur, & sunt grauissimæ, & prudentissimæ, probarunt, & summis laudibus extulerunt pro sanctæ Inquisitionis Hispalensis tribunali, & de illius mandato, post diligentem discussionem, & examen, & post Doctores vtriusque Academiæ, qui etiam permisso (sed non mandato) Inquisitionis id præstiterunt Collegij Hispalensis D. Hermenegildi, & Collegij Conceptionis Societatis Iesu.

*Quinque, aut sex Consultores qualificantes, tres sacri Ordinis Carmelitarum.*

**V**lris horum Complutensium, & Salmanticensium approbationibus, & iudiciis, sanctæ Inquisitionis tribunal facultatem concessit illas publice defendendi, & publica earum fuit disputatio Hispali, & Malacæ, summo omnium plausu. Fallitur ergo qui ausus est scribere, illas defensatas fuisse sine Tribunalis licentia, & permisso, & vehementissime fallitur, dum existimat has propositiones ex elucidario patris Pozæ esse desumptas: Auctor enim harum propositionum doctrinam Pozæ in principio huius libri de sacra Deipara confutat, & refellit.

## Probarunt præterea plures Magistri sæculares, & Religiosi.

### Pro Academia Granatensi.

Doct. Ildefonsus de Rojas Theologia Professor.  
Doct. Ioannes Ceton Canonicus Granatensis  
Academia Professor sacratissima.

### Pro Academia Hispalensi.

M. Fr. Franciscus Guerrero Augustinianus.  
M. Christophorus de Alarcon Antecessor Theologia vespertinus.  
M. Thomas Hurtado Antecessor Primarius.  
Pro Ecclesia Cordubensi.  
Doct. Lucas Gonzalez de Leon Canonicus  
Magistralis Cordubensis Collegæ, & Antecessor  
Complutensis, sanctæ Inquisitionis Qualificator.  
D. Michael del Aquila.

### Ordinis sancti Francisci.

Fr. Ildefonsus de S. Bernard. Commissarius, & Visitator Generalis.  
Fr. Ioannes de la Fuente Lect. emeritus Inquisitionis Qualificator.  
Fr. Ioannes Romero Lect. emeritus S. Inquisitionis Qualificator.  
Fr. Petrus de Almoguera Lect. emeritus S. Inquisitionis Qualificator.  
Fr. Ioannes Quiros Lect. emeritus S. Inquisitionis Qualificator.  
Fr. Ioannes Murioz Lect. Primarius S. Inquisitionis Qualificator.  
Frater Franciscus Seriano Minister Prouincialis Granatensis, Prouincialis Lect. emeritus, suprema Inquisitionis Qualificator.  
Fr. Ioseph de Molina Brauo, Custos Granatensis S. Officij Qualificator.

Fr. Antonius Nauarrete Lect. emeritus S. Inquisitionis Qualificator.

Fr. Petrus de Salas Lect. emeritus.  
Frater Rodericus Vallejo Theologia Lect. Hispalensis.  
Frater Michael Angelus de Vbia Lect. Theologia.

### In Regia Curia.

### His propositionibus subscripserunt.

P. Puente Hurtado de Mendoza Qualificator suprema Inquis.  
Pater Augustinus de Castro Regius Concionator suprema Inq. Qualificator.  
P. Petrus Galindo in Collegio Imperiali Societatis Iesu, Lect. suprema Inquisitionis Qualificator.  
P. Ildefonsus Iariez eiusdem Collegij Lect.  
M. Fr. Didacus de Victoria Augustinianus.  
M. Ioannes de Aquilar. D. Salmanticensis Augustinianus.  
Fr. Alphonfus de Herrera Ordinis sancti Francisci de Paula suprema Inquisitionis Qualificator.  
M. Fr. Gabriel Adarco de Santander Complutensis, & Salmantica Lect. emeritus, & Primarius Regius Concionator Ordinis Redemptorum.  
M. Frater Petrus Ortiz de Lugundo eiusdem Ordinis.

### Ordinis sancti Patris Augustini.

M. Fr. Franciscus Guerrero.  
M. Fr. Thomas de Paredes.  
M. Fr. Ildefonsus Granillo Qualificator.  
M. Fr. Michael de Leon.

M. Fr.

# DD. Salmanticensium.

M. Fr. Michael de Leon.  
M. Fr. Franciscus de Torres.  
M. Fr. Ludouicus de Venante Defensor.  
M. Fr. Christophorus de Villaseca, Regens studiorum Hispalensis.  
M. Fr. Franciscus de Ortega.  
M. Frater Sebastianus de Vegas Lect. Primarius.  
M. Frater Andreas de Cordona Prouincialis absolutus.  
M. Fr. Ioannes de Carcamo Lect. Prim. Qualif. Inq. Cordubensis.  
P. Fr. Franciscus de Mata Lect. Theol.

### Societatis Iesu.

P. Didacus Lopez Prim. Hispal.  
P. Christophorus Ruiz Prefectus studij.  
P. Ioannes Mendez Rector Collegij Conceptionis. Tres Qualificatores Hispalenses.  
P. Alphonfus Ximenez Theologia Professor Granata.  
P. Petrus de Auendaño Lect. Theologia Granata.  
P. Petrus Tamayo Prefectus studiorum Granata.

### Ordinis Carmelitarum.

M. Fr. Ludouicus Barnuevo Prouincialis.  
M. Fr. Gaspar de las Casas Prior Hispalensis. Qualificator Inq.  
M. Fr. Ioannes Durandus Collegij D. Alberti Rector.  
M. Fr. Nicolaus Baptista nunc Prouincialis. S. I. Qualificator.  
M. Iosephus de Escamilla.  
Presentatus Fr. Franciscus Dauila Lect. Primarius.  
M. Fr. Melchior de Ribas.  
Fr. Petrus de Chaurria Lect. Theol.  
Fr. Petrus de Leon Lect. Theol.  
Fr. Ioannes de Aquilar Lect. Theol.  
Fr. Bernardus de Hores.  
M. Fr. Ioannes del Castillo Rector Collegij Cordubensis Lect. Prim.  
M. Fr. Hieronymus de Pancorvo Lect. Prim.  
Present. Fr. Petrus Truxillo.  
Present. Frater Alphonfus Desgueron Lect. Primarius.  
M. Fr. Ludouicus Nauarro Regens studiorum Cordub.  
Fr. Didacus Lopez Magister studentium.

### Ordinis sanctissimæ Trinitatis.

M. Fr. Christophorus de Alarcon Minister Hispalensis, & Academia Antecessor.  
M. Fr. Franciscus Muriez.  
M. Fr. Alphonfus Leaz.  
Pres. Fr. Petrus Muriez.  
M. Frater Petrus de Torres Minister Cordubensis.  
Fr. Ignacius de Salinas Theol. Lect.  
Fr. Ildefonsus de Caceres Th. Lect.  
M. Fr. Ioannes de Hojeda Qualificator S. Inq. Cordub. & Hisp.  
M. Fr. Rutilius de Sotomayor.

M. Fr. Martinus de Alcantara Qualificator Cordubensis.  
M. Fr. Ioannes de Pineda.  
Fr. Didacus Ruiz Lect. sacra Theologia.

### Ordinis sancti Francisci de Paula.

Fr. Paulus Torrerio Generalis, & S. Inq. Qualificator.  
Fr. Petrus Vejarano sanctæ Inquisitionis Qualificator.  
Fr. Antonius Ximenez suprema Inquisitionis Qualificator.  
Fr. Petrus Molina Lect. Prim. & Inq. Hisp. Qualificator.

### Ordinis Clericorum Regularium.

M. Thomas Hurtado Prim. Antecessor Academia Hispalensis.

### Ordinis Redemptorum.

M. Fr. Didacus de Zuniga Index Complutensis, Salmanticus Antecessor suprema Inquisitionis Qualificator.  
M. Fr. Petrus Alvarez Prouincialis Vandalie.  
M. Fr. Gabriel Alardo de Santander.  
M. Fr. Petrus de la Cerna Iesus Maria.  
M. Frater Petrus Otez Delayando Complutensis quondam Professor.  
Frater Michael de Alcantara studij Cordubensis Regens.  
M. Fr. Ildefonsus de Sotomayor.  
M. Gundisaluis Sotomayor Collegij S. Laureanti Rector.  
Presentatus Petrus de Cangas magni Conuentus Hispal. Regens.

### Sacri Ordinis Prædicatorum.

Nullum consului, cum vellem omnes, horruerunt enim has assertiones quasi D. Thoma contrarias, & illius doctrina repugnantes. Atque verus Thomista gloriari me illas ex D. Angelis desumpsisse, & ex illius principiis, quæ videntur difficiliore, euidenter probasse, ut ex toto libro fiet manifestum. Vnam vel alteram excipio. Doctissimus M. Fr. Franciscus de Aranio Salmanticensis Antecessor vidit, legit, imo asseruit in illis se nihil reperire. Theol. censura dignum, sed noluit subscribere, & iudicium. Pro auctoritate sue Religionis. Afferuit ex his propositionibus sibi aliquas videri difficiles, aliquas nouas, sed & difficile, & nouum non veritatem enervant. Difficultas iam toto hoc libro est explicata, & venerabilis antiquitas ex sanctorum Patrum, & scholasticorum præcipue S. Thomæ adiis monstrata. Si que in re noua, & obtrusa errata, Romana Ecclesia correctiani nunc & semper volo subiecta, & in dicta volo Hispali die octaua Visitationis. Immaculata, & sacra Deipara. Scribat.

Fr. Syluester de Saavedra.

Approbatio huius operis à Primario Salmantino.

**E**X præcepto mihi imposto à Reuerendissimo Patre nostro Magistro generali Fratrem Marco Salmeron ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum Baroni de Algar supremi Senatus Inquisitionis dignissimi Censoris legi & summa cum voluptate euolui opus à grauissimo ac sapientissimo Patre magistro fratre Syluestro de Saavedra Hispalensi eiusdem ordinis religiosissimo viro mire elaboratum, cui titulus est *Sacra Deipara*, siue de Eminentissima dignitate Dei genitricis immaculatissimæ. In quo nihil offendi ab orthodoxa fide ac morum regula dissonum, ac non solum approbatione sed præcipua commendatione multis nominibus dignissimum duxi, laudabant profecto exteri, consanguineis & cognatis tacentibus, si quidem in eo præter sanam & Catholicam doctrinam, cui semper piissimus auctor in diuulsa adhæsit, inueni (quæ in ipso auctore semper vidi atque suspexi) eruditionem incomparabilem, incredibilem tum in eruendis germanis & coherentibus scripturæ Sacræ sensibus, tum inquisitionibus difficillimis decidendis subtilitatem & dexteritatem, tum denique in confirmanda doctrina de maternitate Dei genitricis Mariæ & de eiusdem immunitate à peccato originali, imo & à debito labendi in illud admirabile robur atque virtutem eximiam, adeo ut in scriptura Sacra exponenda alterum Hieronymum, & ingaleata Theologia, quam scholasticam vocant, alterum Augustinum aut Aquinatem merito illum dixerimus; præcipue in hoc opere ita exaltata est sancta Dei genitrix ut vno ore omnes sanctorum Patrum linguæ de Maria mira & sublimia cecinisse videantur, & ideo magna cum laude & à Theologis, & sacræ Scripturæ expositionibus imo & ab egregiis verbi Dei præconibus egregia gratulatione suscipi debet, quia profert de Maria noua & vetera, siue ut proprius loquat nouiter vetera, cum nihil sit in hoc amano fructo, quod de arboribus antiquorum Patrum non sit instrum, quapropter toti Christiano orbi collarum erit non exiguum beneficium si noster Reuerendissimus Magister Generalis iubeat imprimi opus posthumum, ut eius auctor qui ut spero viuit in cælis in mortalium memoria semper vireat. Sic sentio Salmanticæ in nostro Collegio Veræ crucis ordinis beatæ Mariæ de mercede redemptionis captiuorum, anno virginæ partus 1643. die 25. mensis Iunii.

Fr. Gaspar de los Reyes, Salmantinus Primarius.

Approbatio Conuentus Hispalensis.

**R**erillustre, ac pretiosum opus sacræ Deiparæ, seu Eminentissimæ dignitatis Dei genitricis immaculatissimæ, luculenter elaboratum à piissimo ac sapientissimo P. M. Fr. Siluestro de Saavedra sacræ Theologiæ eximio Professore felici sorte, libenti animo (sic factum, sic) gloriosum duximus, attente perlegimus, diligenter vidimus & accuratè nimis cunctas paginas, omnes líneas & apices an absoluti operis considerauimus iussu Reuerendissimi P. N. M. Fratris Marci Salmeron sacræ ac Redemptoriæ familiæ illibata Mariæ Virginis de mercede dignissimi Magistri Generalis, & supremi Consilij in rebus fidei Consulitoris. Doctrinam Censorum voluimus, studio hausimus, sed non exhaustimus, & quem iura scribere censors iam consummati operis merita impares fecerunt laudatores. Nihil grande nihil doctum retroactis sæculis excogitatum est, ad stabilendam immunitatem Dei genitricis ab originaria culpa, imo & impeccabilitatem, quod ad hanc veritatem æternandam & armandam feliciter non aduocet. Auctor hic Nepotiani amauit plenam modestia gloriam de quo D. Hieronymus tract. 1. Epist. 3. *Ingenno pudore qui ornat ætatem, quid, cuius esset simpliciter confitebatur atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando eruditissimus habebatur, illud aiebat Tertulliani istud Cypriani, hoc Laëtantij, est, &c.* Quorum Doctorum auctoritate auctoris generosi existimamus non obtenebrari doctrinam sed potius illustrari & collimari; generosum duximus teste Seneca Epist. 33. qui rigide stomachatur & carpit eos qui sapientiam ingenuam assequi student semper sub aliena vmbra quia nihil de suo profertunt, *omnes istos, ait, nunquam auctores semper interpretes sub aliena vmbra latentes nihil puto habere generosi præterea ait, qui alium sequitur, nihil sequitur, nihil inuenit, imo nec quarit. Quo usque ab alio moueris? Et impera & dic quod memoria tradatur, aliquid de tuo profert.* Doctor noster vere auctor & scriba generosus in regno cælorum qui tanquam verus P. familias de Thesaurio ingenij sui ditissimo profert vetera & noua, imo Thesaurus locupletissimos pleno de pectore Marte proprio, de suo nouos fert fructus, nouas quæstiones, graues & perdifficiles eruditissime pertractans de potentia generatiua Mariæ respectu Dei, & hominis, quo per supernaturalem vim infusam æmulam paternitatis æternæ, donumque gratuitum eleuatur, ut generationem Dei & hominis conuenientissimè physicè & intrinsecè attingat, quod donum eminentissimè est sanctitas corporalis & impeccabilitas à primo Conceptionis instanti, nodosque hucusque pene indissolubiles de natura entis supernaturalis, peccato originali infantibus voluntario, immunitate Virginis à labe originariæ culpæ & Matris præseruatiua redemptione per sanguinem filij mira dexteritate, nouiter & facilitate resoluit. In sapientiæ ore vilescunt hesterna. Origenes solerter homilia 5 in Leuit. *Sapientes monet ut cum proferre ad populum sermonem ceperint in hesterna proferant*

proferant, non vetera proloquantur, sed per gratiam Dei, noua semper proferant, & spiritualia semper inueniant. Noua, inquit non quia recentia, sed quia quæ apud veteres obscura, & recondita sunt, de Doctoris industria & labore splendore vestiantur, & claritatem in se ferant nouitiam, auctores enim qui assidue Theologicarum conclusionum fontes non pergustant, & perlustrant non imbunt veritatem abstulam, non inebriantur diuina sapientia. Felices auctoris ingenii partes, conclusiones radiant, elucubrations fulgent, elucet eius sententiæ vel nouæ vel nouiter quas ex Antiquorum Patrum medulla & visceribus assidua lectione, & eruditione gratia Dei deprompsit, & quæ in antiquis Ecclesiæ luminibus & Doctoribus obscurius credebantur, eius expositione perfectius & illustrius, intelliguntur; per hunc posteritas intellectum gratulatur, quod antea vetustas non intellectum venerabatur. Verum existimo quod Aristides in prima Platonica scripsit. *Ex ipsis auctoribus quos colimus, aliud est præcedere, aliud est præstare, & antiquos quidem omnes venerari oportet non horrere; nisi forte litteris insignes, maiore quam ipsas litteras honore censuimus afficiendos.* Multi præcesserunt te egregie Doctor, non præcellunt, tuis scriptis nouum decus adiecit splendorem, illuminationem, pulchritudinem ut inter multos alios interpretes de gratia maternali, de eius formali sanctitate, & impeccabilitate facile primas feras nemini celsurus in posterum; Christus enim Mariæ Filius qui antiquos inspirauit, ut de matre sua gloriosa prædicent, ipse etiam recentissimos illustrat ut de ipsa gloriosa non taceant omni tempore, & illustrabit seculis futuris quod innuit Chrylippus Presbyter de laudibus Virginis, *Virgam Iesse semper virentem, omni quidem tempore beatam prædicare, admirari & laudibus extollere conuenit, aureum & felicissimum nostrum seculum in quo maternalis gratia, dignitas & impeccabilitas Deiparæ sublimius à Doctore exaltantur.* Cui belle concinunt illa verba. S. Leocadiæ Ildephonsi merita de Virgine Maria commendantis, *O, Ildephonse per te viuunt domina mea qua celi culmina tenet, feliciorum & beatorum vitam gloriosam habet Deipara ex abundantiori impeccabilitate & dono physico gratiæ maternalis æmulo fecunditatis æternæ, felicior enim est totalis integritas mentis quam ventris; quia opus hoc gloria & honore potius quam examine ac probatione dignum, omnia pietatem ardentem, in Deiparam holum, fidei sinceritatem sapiunt & redolent, nihil reprobandum inuenimus nihil delendum, corrigendum aut expoliendum, nihil censura sed laude digna omnia demonstrant; nulli secundus est labor iste, sermo pretiosus quia rarus, pugnant eruditio; profunda scripturarum intelligentia, rationum pondera efficacissima, sanctorum Patrum noua & subtilis intelligentia, acumen ingenij, pietas & religio. Id autem est in hoc opere maximè commendabile quod securiorem Angelici Doctoris mentem sedula & accurata venatur indagine ut legenti liber ipse probabit, quid mirum si nutritus valde modestia ac sapientia lacte & melle sapientissimi omnium M. Fratris Francisci Cumel, à quo nec perlatum vnguem discedit. O sapiens humilitati & mansuetudini sponte cedens! O æquè hominis admiranda humilitas ima quam alta sapientia; sine consilio in his disputationibus nihil egisti, quod præclarum humilitatis insigne vocat Basilus in Isaiam c. 1. consuluisti sapiens nos discipulos tuos & aliquando nostrum tuo antecessisti iudicium in tuo præclaro defixum retinens id S. Benedicti cap. 3. suæ regulæ *ideo autem omnes ad consilium vocari diximus quia sepe iniuri Dominus reuelat quod melius est.* Sub specie personæ dubitantis aggressus fuisti prius doctores ad approbationem consulere. Imitatus es modestiam S. Anselmi expectantis fuorum operum Censuram ab Hugone Lugdunensi, haud multum errauimus si nos cum Hugone qui laudes pro censura reculit, ita nos referamus, illud in tuis laudibus ponemus. Sane credimus tolerabis laudem, beatissimam Dei genitricem vere coluisse & gratiæ maternalis & impeccabilitatis eius à primo conceptionis instanti singularem deuotum tanquam verum filium honoris matris surrexisse. Exuberanter effudisti inclyta eloquia sapientiæ tuæ ut Ecclesiæ Christi Theologi & deuoti purissimæ Conceptionis deinceps iam non esuriant aut sitiant, sed sagrentur & bibant de tanto voluptatis torrente piissimè, vnde serio sentimus, censemus opus esse dignissimum quod diu à multis exoptatam lucem videat ad sui auctoris gloriam, ad nostræ religionis & familiæ ornamentum & publicam omnium Theologorum vilitatem & refectionem animorum. Nostrum de hoc tanto opere iudicium allaturi; testimonium illud assumere existimauimus quod sapientissimus olim Ferratiensis de Angelica doctrina propalauit, nempe peream si vquam vel neglectam ab eo schedulam legerim quæ non me in eius admirationem pertraxerit, numquam eius doctrinam conueni quin abirem doctior eiusque amator, & pie credimus auctorem bene de Matre scribentem & alta sapientia dignitatem gratiæ maternalis exaltantem sublimius tanquam verum Filium Virginis de Mercede Filium eius substantialem pro mercede & beatitudine subiturum. Censuræ quidem nostræ libri pretiosi finem hic constituimus si ingenij acutissimi præstantiam haud quaquam affecturæ at viribus certè nostris minimè inferiori. Anno à Virgineo partu 1643. in regali Conuentu Hispalensi Redemptorum Ordinis beatæ Mariæ de Mercede.*

Fr. Petrus de Cargas studiorum sacræ Theologiæ Regens; Magister Frater Gondisaluus D.



CENSURA, NOTA, ET IUDICIUM PRO TRIBUNALI  
sanctæ Inquisitionis.

**R**EVERENDISSIMORVM, & omnigena literatura eruditissimorum Patrum, sed in Theologia quondam Primatum, nunc verò emeritè Professorum Magistri Patris Nicolai Baptistæ Carmelitanæ Familæ Prouincialis, in Bethica dignissimi, Patris etiam Christophori Ruiz pro Hispalensium Societatis Iesu, publicis, ac primariis studiis doctissimi Præfecti, S. Inquisitionis Consiliatorum, Patris item Ioannis Mendez Societatis eiusdem in Hispalensi Collegio immaculatæ Virginis meritissimi Rectoris, & apud Primarium Inquisitorum tribunal in eisdem causis Theologi Consulti.

Hunc ad cuius castigandum examen Censores dati fuimus, iussu quidem, & auctoritate Doctoris Domini Christophori de Mantilla pro Hispalensi Diocesi Prouisoris, & Vicarij Generalis eminentissimi Domini D. Cardinalis Gaspari de Borja, & Velasco, eiusdem nunc Hispalensis Ecclesiæ, & ad Toleranam in posterum Archiepiscopi Selecti, hunc sane attentæ cura librum inspeximus, totumque libentissime percussimus, atque vt ex animo loquamur largissime, & vberimè in eius operosa lectione voluptati indulimus. O quam ex vero, ô quam ex serio id Statij i. sylvu. nobis sæpius demirantibus occurrit.

Calone per actum

Fluxit opus.

Duplicem enim vel ex eius lemmate Musarum vsuram prælibauimus, alteram, quam in scriptio illa, SACRA DEIPARA. Toti quidem operi præfixa, alteram vero, quam Auctoris sui sapientissimi celeberrimum nomen, auspiciatissimum indubiè Religiosæ Familæ suæ monumentum, nobis aut reuentibus, aut cæcutientibus ingessisset.

Sed vt ipsa iam admiratione exultantes, quæ sine inuidia, & sine fastu pro re nata senserimus, propalam enunciemus; id omnibus, quantumuis maleuolis & inuidis in hoc diuino opere indubitatum credi volumus encomiasticam (scilicet hanc Mariæ immaculatè conceptæ dignitatem, hic pro virili parte ab Auctore suo sapientissime defensam, hic nouo & erudito inuento celeberrimè adstructum, non theatralem modo plausum, quem maximum Hispali vidimus, nobilissimo quidem sapientum consensu, & omnium fere litteratorum Ordinum consensu, non doctissimorum modo ingenti totius Hispaniæ acclamatione calculum sibi arripuisse, sed Academiarum etiam publicè censoriam subisse quæstionem, vniuersitatum exactissimam trutinam expertam fuisse, approbatoribus, imo laudatoribus, & impulsoribus ipsarum Magistris, qui calculo suo, sententiis ac suffragiis consultis in rem Theologiæ primoribus aliis viris, nescio quos (si qui supersunt) immaculati Mariæ conceptus priuilegium non ferentes, eiusque hic nouiter adstructæ dignitatis excellentiam obmuturantes, tanquam obtretractores, non æquos represserunt. Hæc de operis ad Theologicum perpendiculum iudicia, nobis præ monitu sufficiant.

Nunc verò ad exquisitam, & miram ipsius operis eruditionem, ad Auctoris pietatem singularem, ad vtriusque perennem, & æternam laudem, plaususque summatim colligendos libenter accedamus, necessum est. Nullibi certè nobilium immaculatus Virginis conceptus vt flos campi, & lilium conuallium, quam in hoc Syluestri opere reuirefcit, nullibi gratius priuilegij huius dignitas, nullibi recentiori cultu fragrantius spirat. O magna Syluestri, sed non syluestris ingenij fecunditas! O vtri iudicium incredibile! Quæntus ore dignitatem tonat. Quæntus, qualisque per ingeniosos reconditæ eruditionis canales, & immensos amœnioris calami haustus gestientem animum euagari permittit.

Sed illud vt compendio tandem vtamur in hoc Deiparæ sanctissimæ encomio, & encomiaste præcipuè singulare, quod vetustis nouitatem, nouis auctoritatem, obscuris lucem dederit mirificè, ex quo sibi Marianæ studiosi Conceptionis purissimæ applaudentes inuicem, auctori piissimo de opere, arte nobili, rebus grandi, moribus vtili, nec eruditis musis alieno gratulabuntur immensum. Quapropter hoc esto iudicium nostrum, hæc scripta non solum typis mandanda, verum etiam

Linenda Cedro, & leui seruanda cupressu.

Sunt enim Catholica, & decretis summorum Pontificum, & antiquis, & recentissimis nulla ratione dissentanea. Hispali ita subscriptimus anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio.

Doctor D. Christophorus Mantilla. Fr. Nicolaus Baptista. Ioannes Mendez.  
Licentiatu Baz. de Lisbona. Christophorus Ruiz.

Summa Priuilegij Christianissimi Regis.

**C**Autum est auctoritate Regis, nequis in regno suo, aliisve locis suæ dictioni subiectis intra nouem annos, Librum qui sic inscribitur, P. M. Fr. Syluestri de Saavedra, Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captiuorum, Sacra-Deipara, sine de eminentissima dignitate Dei genitricis, Immaculatissime, absque Laurentij Anisson, Bibliopolæ Lugdunensis permisso, imprimat, aut dissendet, à die publicationis horum exemplarium; qui secus fecerit, multatâ indictâ, prout amplius in diplomate Regio continetur, multabitur. Datum Lutetiæ Parisiorum 12. Octobris 1654.

De mandatis Regis,

M A B O V L.



VESTIGATIONVM,  
Disputationum, Sectionum, &  
Difficultatum Syllabus.

VESTIGATIO PRIMA,

**V**Æ est de eminentissimæ dignitatis sacrae Deiparæ possibilitate & existentia, in ordine ad Dei hominis generationem. Pag. 1

DISPUTATIO PRIMA.

Vtrum B. Virgo Maria verè, & propriè fuerit Mater Dei. ibid.

SECTIO I. V. beatam esse Deiparam negauit Nestorius, deinde Hæretici alij. ibid.

II. Christum Dominum substantialiter esse hominem, & hac ratione sanctissimam Virginem veram Matrem illius semper docuit Ecclesia. p. 3

III. In Christo Domino esse animam rationalem corpori vnitam, & Mariam sanctissimam vere esse Christi hominis Matrem, semper fides Catholica docuit. p. 6

IV. Christum Dominum præter humanam habere naturam diuinam, ac proinde beatam Virginem esse verè Deiparam articulus fidei. p. 9

V. Neque Scriptura, neque ratione deduci Virginem sanctissimam non esse Deiparam, aut filij hominis Matrem. p. 13

VI. Hæreticorum argumenta soluta. p. 16

DISPUTATIO. II.

Vtrum beatiss. Virgo influxum Paternum habuerit in generatione Christi Domini, ita vt verè sit Patri-Mater illius? p. 19

SECTIO I. Affirmatiuum iudicium. p. 20

II. Virginem sanctissimam non fuisse Matrem sensus perpetuus Ecclesiæ. p. 21

III. Noua imaginatio refellitur. p. 22

VI. Pozæ motiua omnia inermia, imprudentia. p. 25

DISPUTATIO III.

Vtrum beata Virgo Maria ad Dei hominis generationem eleuata fuerit diuinitus supra propriam naturam? p. 27

SECTIO I. Status controuersæ, & partis negantis motiua. ibid.

II. Affirmatiua sententia ex Scriptura, & Patribus. p. 28

III. Mariana eleuatio auctoritate scholasticorum, & ratione ex diuo Thoma desumpta probatur. p. 30

DISPUTATIO IV.

Vtrum eleuatio B. Virginis ad generationem Christi Domini facta fuerit per auxilium extrinsecum, & sine intrinseca forma? tractatus de eleuatione potentiarum ad actus supernaturales. p. 33

SECTIO I. Affirmatiua sententia. ibid.

II. Negatiua sententia præfertur. p. 36

III. Ex refutatione sententiæ affirmantis formatur assertio. p. 37

IV. Sanctus Thomas non aduersatur Thomistis, imo fauet expresse. p. 40

V. Diluuntur rationes affirmatiuæ sententiæ. p. 42

VI. Improbabilis sententia de eleuatione diuinatum relationum reicitur. p. 44

DIFFICULTAS.

Vtrum filiatio diuina eleuari possit ad producendum effectum, quem tota Trinitas non producit? ibid.

DISPUTATIO V.

Quisnam sit terminus intrinsecus Marianæ eleuationis ad generandum Deum, & hominem? p. 47

SECTIO I. Terminus eleuationis Mariæ sanctissimæ explicatur ex Patribus. ibid.

II. Auctoritate scholasticorum, & ratione probatur hæc virtus. p. 49

III. Mariæ sanctissimæ virtus indita ad generationem Christi Domini, aliis modis ostenditur. p. 52

IV. Hæc virtus corporea, & ordinis hypostatice. p. 54

DIFFICULTAS.

Quid sit hypostaticus ordo. ibid.

V. Vi huius virtutis perpetuo illæsa Mariana Virginitas. p. 57

VI. Ex Mariana virtute perpetua illius virginis gloria rursus illustris, p. 61

VII. Solutio argumenti secundi principalis & corollaria ex præcedenti doctrina. 63

DISPUTATIO VI.

Vtrum fundamentalis dignitas sacrae Deiparæ sit intrinsecè supernaturalis. p. 64

TRACTATUS.

De ratione, & essentia entis supernaturalis. ibid.

SECTIO I. Ratio entis supernaturalis à Valentino asserta reicitur. ibid.

è 4

II. Opi

# Syllabus

I. Opinio Ripaldæ expenditur, & refellitur. p.66	scholastici. pag. 121
III. Notationes ad veriorē sententiam. p.69	V. Notationes pro affirmatiua sententia. pag. 123
IV. Vera Magistri Cdmelij sententia. p.71	<b>DIFFICULTAS.</b>
V. Mariam virtutem esse supernaturalem, non verò sanctissimam Virginem. p.75	Vtrum repugnet virtus actiua supernaturalis formatiua corporis Christi. ib. & seqq.
<b>DIFFICULTAS.</b>	<b>DIFFICULTAS.</b>
Vtrum reipsa habuerit B. V. perfectiones aliquas accidentaliter illi infusas, ex illis quas haberet supernaturalis substantia, si esset possibilis. ibid.	Vtrum motus localis possit esse in instanti. ibid.
<b>DIFFICULTAS.</b>	<b>DIFFICULTAS.</b>
Vtrum sit possibilis substantia supernaturalis, & quæ sit ratio implicationis illius. ibid.	Vtrum organizatio corporis possit fieri in instanti. ibid.
VI. Ex solutione argumentorum maior lux nostræ sententiæ. p.79	VI. Sacra Deipara virtute supernaturali actiua cum Spiritu sancto concurret ad formationem corporis Christi Domini. 126
Appendix ad præcedentia. ibid.	VII. Eadem veritas variis probatur rationibus. p. 129
<b>DISPVATIO VII.</b>	VIII. Aliis rationibus organizatio à Virgine sanctissima, supernaturali virtute monstratur. 131
Causam perfectionis diuinæ sit participatio Deigenitricis augustissima dignitas? p.82	<b>DIFFICULTAS.</b>
<b>SECTIO I. Assertio prima ad explicationem propriæ sententiæ. ib.</b>	De mortuorum resurrectione, & instantanea corporum in resurgentibus formatione. ib. & seqq.
<b>DIFFICULTAS.</b>	IX. Contrariorum argumenta soluta. 134
Vtrum repugnet formalis participatio potentia generatiuæ Patris? ibid.	<b>DISPVATIO XII.</b>
II. Dignitas Deigenitricis formalis participatio potentia generatiuæ Patris. p.85	Vtrum sacra Deipara vnionem hypostaticam efficienter attigerit. 138
III. Ratione, & rursus auctoritate probatur nostra sententia. p.89	<b>SECTIO I. Negatiua sententia. ib.</b>
IV. Sacra Deipara Deo Patri propinquissima similitudine, dignitate, familiaritate, & vnitatem naturæ. p.92	I. Sententia affirmatiua profertur. 140
V. Aliæ obiectiones contra nostram sententiam, quæ illorum solutione illustrata. p.94	III. Lux maior parti affirmanti & argumentorum negantis solutio. 143
<b>DISPVATIO VIII.</b>	<b>DISPVATIO XIII.</b>
Vtrum dignitas sacra Deiparæ possit appellari natura? p.97	Vtrum sacra Deipara aliquo modo sanctitatem Christi Domini attigerit. 146
<b>SECTIO I. Pars negatiua, &amp; acceptiones naturæ? ibid.</b>	<b>SECTIO I. Vnionem hypostaticam esse formam sanctificantem. ib.</b>
II. Pars affirmatiua probatur ex Patribus. p.98	II. Vnionem hypostaticam gratiæ habitualis, & donorum esse radicem. 149
III. Non incongruè in Virgine sanctissima duplex natura, & argumenta soluta. p.101	III. Sacram Deiparam, vt causam instrumentariam physicam, non verò moralem attigisse sanctitatem Christi Domini, & illius immunitatem ab originali peccato. 152
IV. Aduersariorum argumenta soluta. p.102	IV. Ostenditur sacram Deiparam non esse causam moralem gratiæ Christi Domini, & argumenta soluta. 156
<b>DISPVATIO IX.</b>	<b>DISPVATIO XIV.</b>
Vtrum dignitas sacra Deiparæ educatur de potentia subiecti. p.105	Vtrum sacra Deipara efficienter deriuat ad homines gratiam sanctificantem. 159
<b>SECTIO I. Negatiua sententia. ibid.</b>	<b>DISPVATIO XV.</b>
I. Sententia affirmatiua. p.106	Vtrum virtus productiua vnionis sit permanentis in Deipara. 151
III. Argumenta soluta. p.109	<b>DISPVATIO XVI.</b>
<b>DISPVATIO X.</b>	Vtrum virtus supernaturalis ad generationem Dei hominis vniatur Virgini sanctissimæ, vt tota, & adæquata ratio agendi supernaturaliter. 164
Propendatne in Virginem sanctissimam potentia generatiua supernaturalis? Vbi an sit vitalis? p.112	<b>TRACTATVS.</b>
<b>DISPVATIO XI.</b>	De actiuitate habituum supernaturalium. ibid.
An supernaturali virtute actiue concurrerit Virgo sacra ad Christi Domini generationem? 115	<b>SECTIO I. Notationes ad tituli explicationem. ibid.</b>
<b>SECTIO I. Peripateticorum sententia. ibid.</b>	I. Negatiua sententia. 166
I. De actiuitate feminæ communis, & vera sententia. 116	III. Affirmatiua sententia. 167
III. Sacram Deiparam actiue concurrisse ad Dei hominis generationem, & argumenta soluta. 118	IV. Vtraque sententia refellitur. 169
IV. Virtute intrinseca supernaturali Virginem Deiparam aliquid in Christi Domini generatione actiue effecisse, negarunt aliqui	V. Vera Magistri Cdmelij sententia. pag. 172

# Vestigationum, Disput. &c.

VI. Altera pars nostræ sententiæ. 176	<b>SECTIO I. Sanctitatis essentia. ibid.</b>
VII. Diluo vtriusque sententiæ argumenta. 178	II. Notationes ad veram sententiam. 221
<b>DISPVATIO XVII.</b>	<b>DIFFICULTAS.</b>
Vtrum in generatione Christi Domini potiores deferendæ partes naturali ditæ Virginis, an supernaturali virtuti. 180	Vtrum possibilia accidentia supernaturalia corporea. ibid. & seqq.
<b>DISPVATIO XVIII.</b>	III. Sanctitas corporea possibilis. 225
Vtrum virtus susceptiua Verbi diuini in sacra Deipara fuerit solum potentia obedientialis passiuæ. 183	IV. Sanctitas corporea ex natura rei repugnat peccato. 229
<b>SECTIO I. Scoti sententia. 184</b>	V. Dubia nonnulla resoluuntur. 231
II. Vera sententia. 185	<b>DISPVATIO III.</b>
III. Quæ in his difficultatibus S. Thomæ sententia? Et noua opinio de vniuersitate humanitatis ad verbum. 187	Vtrum in sacra Deipara fuerit sanctitas corporea. 232
<b>DIFFICULTAS.</b>	<b>SECTIO I. In sacra Deipara sanctitas corporea ex scriptura &amp; Conciliis. ibid.</b>
Vtrum gratia habitualis Christi Domini fuerit dispositio vt humanitas vniiretur Verbo diuino? ibid. & seqq.	II. Nostra sententia auctoritate Græcorum PP. probatur. 234
<b>DIFFICULTAS.</b>	III. Sanctitas corporea sacra Deiparæ Ecclesiæ Latinæ Patribus plausible. 236
Vtrum essentia diuina vniatur intellectui beatorum medio lumine gloriæ? ibid.	IV. Sanctitas corporea sacra Deiparæ vniuersis Ecclesiæ sæculis proclamata. 239
IV. Altera assertio, & argumenta soluta. 190.	V. Gratia corporea in sacra Deipara auctoritate scholasticorum probatur. 242
<b>DISPVATIO XIX.</b>	VI. Sanctitas corporea in sacra Deipara stabilitur rationibus. 245
Qua ratione comparetur ad Spiritum sanctum virtus Maternalis sacra Deiparæ? 193	<b>APPENDIX.</b>
<b>DISPVATIO XX.</b>	Ad dicta. 247
Vtrum dignitas maternalis collata fuerit sacra Deiparæ media aliqua dispositione. 194	<b>DISPVATIO IV.</b>
<b>DISPVATIO XXI.</b>	Vtrum dignitas seu virtus Maternalis sacra Deiparæ sit forma corporea à sua natura sanctificans. 248
Vtrum sacra Deipara & Dominus Iesus referantur relatione Matris & Filij, illaque reali. 197	<b>SECTIO I. Dignitas Maternalis est forma sanctificans. ibid.</b>
<b>DISPVATIO XXII.</b>	II. Ex singulari filiatione & adoratione, sacra Deiparæ, illius dignitas est forma sanctificans. 250
Vtrum ex vi dignitatis Maternalis sit perpetuo inuiolabilis sacra Deipara. 200	<b>DIFFICULTAS.</b>
<b>DISPVATIO XXIII.</b>	De adorationis natura & essentia. ibidem & seqq.
Vtrum ante Angeli annunciationem Virgo purissima cognouerit se futuram Deiparam. ibid.	III. Dignitas sacra Deiparæ & sanctitas corporea. 252
<b>DISPVATIO XXIV.</b>	<b>DISPVATIO V.</b>
Vtrum vnio inter sacram Deiparam & Filium ventris illius sit excellentissima omnium. 203	Vtrum vi sanctitatis Maternalis ius aliquod singulare ad singularem gloriam in sacra Deipara. 253
<b>SECTIO I. Vnio sacra Deiparæ &amp; fructus illius excellentissima omnium. ibid.</b>	<b>DISPVATIO VI.</b>
I. Aliis motiuis prima monstratur assertio. 225	Quando hæc sanctitas infusa fuerit sacra Deiparæ. 255
III. Eligibilior est vnio Deiparæ ad Filium quam vnio ad gratiam & gloriam. 207	<b>DISPVATIO VII.</b>
<b>DISPVATIO XXV.</b>	Vtrum ex Maternitatis moriuo aliquid fuerit supernaturale in Conceptione sacra Deiparæ. 259
Vtrum potuerit B. V. M. Christum Dominum ex viro concipere. 210	<b>SECTIO I. Conceptio sacra Deiparæ ex obedientia &amp; charitatis moriuo. ibid.</b>
<b>VESTIGATIO II.</b>	II. Organizationem corporis beatæ Mariæ factam breuissimo tempore. 262
De eminentissima dignitate Dei genitricis immaculatissimæ, quæ est de sanctitate corporea, & Conceptione illius purissima. 215	III. Conceptionem sacra Deiparæ esse sanctam etiam seclusa gratia habituali. 265
<b>DISPVATIO I.</b>	<b>DISPVATIO VIII.</b>
Vtrum Maternalis dignitas sacra Deiparæ sit virtus eminentissima. ibid.	De essentia & natura iustitiæ originalis. 266
<b>DISPVATIO II.</b>	<b>SECTIO I. Primi Parentes in gratia &amp; iustitia originali creantur. ibid.</b>
Vtrum sanctitas corporea sit absolute possibilis. 271	II. Originalem iustitiam dicere plures habitus in voluntate & appetitu sensitiuo existentes, ratione efficaci probatur. 268
	III. Argumenta contra nostram sententiam diluta & ex illa corollaria nonnulla. 271

DISPVTATIO V.  
Vtrum à gratia Maternali physice oriantur gratia habitualis, & virtutes in fusæ. 466

DIFFICULTAS.  
De natura & essentia emanationis. ib. & seqq.

DISPVTATIO VI.  
Vtrum sacra Deipara habuerit plenitudinem gratiæ, ita vt omnes sanctos simul sumptos in illa excefferit? 472

DISPVTATIO VII.  
Vtrum in sui Conceptione sacra Deipara perseuerantiam acceperit, & confirmationem in gratia? 477

DISPVTATIO VIII.  
Vtrum à sacra Deipara simpliciter potuerit auferri potentia peccandi. 478

SECTIO I. Potentiam peccandi à creatura etiam diuinitus non posse auferri, senserunt Medina, & Vasquez. ib.

II. Diuinitus impeccabilis absolute potuit reddi sacra Deipara, & ab illa auferri potentia peccandi. 479

III. Confirmari in gratia, ad non peccandum determinati, ad merendum liberi. 482

IV. Mortua contrariæ sententiæ soluta. 484

DISPVTATIO IX.  
Vtrum ex vi dignitatis Maternalis absolute fuerit impeccabilis sacra Deipara Maria. 485

DISPVTATIO X.  
Vtrum ex dignitate Maternali valor meriti crescat in sacra Deipara? 488

DISPVTATIO XI.  
Vtrum sacra Deipara dignitatem Matris meruerit? 492

SECTIO I. Affirmatiua sententia. 493

II. Sanctam Mariam non meruisse de condigno Maternitatem verior sententia. 494

III. Altera pars nostræ sententiæ. 497

IV. Explicatur Virginis meritum congruum circa sacram Maternitatem. 500

V. De merito Virginis circa Maternitatem nullum pactum, & argumenta soluta. 503

DISPVTATIO XII.  
Vtrum saltem absoluta potentia aliquo modo potuerit mereri beata Virgo Maria Maternitatem? ubi de illius continuatione. 504

DISPVTATIO XIII.  
Vtrum ex vi dignitatis Maternalis sine gratia habituali gloriam potuerit mereri sacra Deipara? 506

DISPVTATIO XIV.  
Vtrum vi gratiæ Maternalis absoluta potentia valuerit mereri aliis gratiam sanctificantem? ubi de illius satisfactione? 509

SECTIO I. Hoc meritum non esse impossibile. ibid.

II. Offensa Dei non infinita simpliciter. 512

III. Obiectiones in nostram sententiam. 515

DISPVTATIO XV.  
Vtrum præseruari à peccato originali sit proprium sacre Deiparæ. 517

DISPVTATIO XVI.  
De prædestinatione sacre Virginis Mariæ. 518

SECTIO I. Electio diuine Mariæ ad Maternitatem ad gratiam, & gloriam vnico indiuisibili instanti & decreto. ibid.

II. Si inter diuina decreta est successio, ele-

ctio efficax, & absoluta S. D. ad Maternitatem, gratiam, & gloriam antecessit absolutam præuisionem meritorum. 519

III. Sacra Deipara non potuit eligi ad gloriam etiam absoluta potentia post merita absolute præuisa. 521

IV. Argumenta in contrariam proponuntur, & diluuntur. 525

V. Expenditur Herice sententia de peculiari electione prædestinatorum ad gloriam, & ostenditur ex suis principiis illam lædere libertatem. 528

VI. Argumenta aduersariorum in illos efficaciter retorquentur. 532

DISPVTATIO XVII.  
Vtrum immaculata conceptio sacre Deiparæ sit aliquo modo credibilis fide diuina. 533

SECTIO I. Nonnulla præmitto. 534

I. Immaculata sacre Deiparæ Conceptio euidenter credibilis (tametsi remotè, & antecedenter) fide diuina. 535

II. Consensus populorum, Antistum, Regum, Academiæ euentiam credibilitatis in causa Conceptionis suadet. 537

IV. Credibilitas Conceptionis ex consuetudine, & vsu celebrandi eius festum deducitur, tum etiam ex aliis capitibus. 540

V. Noua obiectio contra credibilitatem sumptam ex Ecclesiæ auctoritate in festo Conceptionis refutata. 542

DISPVTATIO XVIII.  
Vtrum ita sit certa piissima opinio, vt à parte rei falsa esse non possit? 543

DISPVTATIO XIX.  
Vtrum immaculata Conceptio possit ab Ecclesia diffiniri? 546

DISPVTATIO XX.  
Vtrum ex eo quod veritas aliqua sit difficilis; ab Ecclesia, necessariò inferatur illam, iam esse reuelatam à Deo, & consequenter esse de fide? 548

DISPVTATIO XXI.  
An immaculata Conceptio sacre Deiparæ reuelata iam fuerit Ecclesiæ Catholicæ. 551

SECTIO I. Piissima sententia probabiliter iam est Ecclesiæ reuelata. ibid.

II. Probabile est in sensu litterali immaculatam Conceptionem contineri in sacra Scriptura. 555

III. Noui testamenti testimonia ad litteram pro immaculato conceptu traho suauiter, & probabiliter. 559

DISPVTATIO XXII.  
Vtrum sit de fide veritas immaculatæ Conceptionis sacre Deiparæ? 561

DISPVTATIO XXIII.  
An si nunc viueret Doctor Angelicus in sententiam iret piissimam? 563

DISPVTATIO Vltima.  
Vtrum qui pro immaculata Conceptione sanguinem, & vitam profunderet vere esset Martyr. 568

SACRA



# SACRA DEIPARA,

SEV

DE EMINENTISSIMA DIGNITATE  
Dei Genitricis immaculatissimæ, quæ est de illius  
possibilitate, & existentia in ordine ad Dei  
hominis generationem

VESTIGATIO VNA.


AUCTORE FRATRE SYLVESTRO DE SAAVEDRA  
Hispalensi, sacre & regalis ordinis Redemptorum beatissima Virginis.  
Mariæ de Mercede Theologiæ Magistro.



GGREDIOR rem diuinam, non quidem peruiam, sed difficilem, & abstrusam, videlicet eminentissimæ gloriæ, quæ in sanctissima Virgine Maria propter dignitatem Dei genitricis elucet, purissimam, & mirabilem propalare radicem. Referatio, & suauissima, & deliciofissima, vt quæ versetur in deliciis, in quibus mire suauis sancta Dei genitrix. Vestigatio, & gratissima, & floridissima, amat enim sacrosanctissima Deipara, noua femina, nouas laudes, & primæua sua ornamenta, nouiter, & floride, ex veneranda Patrum, & Theologorum antiquitate poliri, & auerari gaudet sacra Maria, inde excitationes illæ Cantic. 2. ad fideles animas, vt suam dignitatem illustrent. *Fulcite, me floribus, & stipante me malis, quia amore langueo*: quas subtiliter, & nouè meo iudicio homilia prima vergebat Amedeus Episcopus Lausanensis. (*Qui sunt hi flores, nisi diuina in laude eius mysteria, & olim à seculis abscondita sacramenta que iam in carne apparentia, spiritu manifestata ex dictis Patrum veluti ex quibusdam geminis arborum protuberant, fulcitur ergo floribus, cum prædicta oracula apparent.*) Floride, & vere. Vtinam igitur ex gemmis sanctorum Patrum scriptis, gemmis illorum, & scholasticorum, mira fecunditate turgentibus aura Spiritus sancti nouiter noui flores Mariani exoriantur, erumpant. Vtinam ingenio mei calathus excipiat feliciter, disponat feliciter, felicissime proferat.

Illud statim in huius operis vestibulo aduertitur, quod cum dignitas Deiparæ dicat non solum relationem maternitatis, & actualem generationem, sed etiam potentiam generatiuam, sumptam in actu primo, & ante actua-

lem influxum Spiritus S. incarnationis auctoris, de illa secundum hanc vltimam rationem sermonem instituendum, tametsi aliæ duæ, quas priori loco recensui præteriti non possint



## DISPVTATIO I.

Vtrum beatissima Virgo verè, & propriè fuerit, & sit Mater Dei.



PERTO, & infatigabili Marte aduersus Deiparam Virginem decertauit perpetuo lucifer, decertarunt hæretici; at vidrix Maria cunctas hæreses, & interemit, & interimit in vniuerso mundo. Hæc disputatio aliarum fundamentum, & basis, ideo necessariò præmittenda.

## SECTIO PRIMA.

Virginem beatissimam esse Deiparam negauit Nestorius, deinde hæretici varij.

Nestorius impiissimus Patriarcha Constantinopolitanus, & perpetuus Christi Domini, & Mariæ sanctissima hostis primus omnium publice, & expresse, blasphemio ore ausus est affirmare Virginem purissimam non esse Deiparam, partebatur enim vnicum filium, & Verbum Dei pro nobis incarnatum in duos filios, & alterum ex Deo Patre, alterum ex Maria genitum affirmabat, duasque naturas, & duas hypostasies, seu personas asserere.

A bat

bat, vnam purè diuinam; alteram purè humanam, ita tamen, vt in humana persona, Christo scilicet ex Virgine sanctissima nato, non à generatione instanti, sed temporis decursu inhabitauerit Deus, non per vnionem hypostaticam, sed sicut in aliis iustis per gratiam, inde in dogmatico quatern. 17. quod refertur in Conc. Ephesino, tom. 2. cap. 8. blasphemè affirmavit, Christum Dominum non magis esse sanctum, & Deum, quam Moyses, qui est factus Deus Pharaonis, & Cyrus, & Babylonij, qui sanctificati dicuntur, & concludit. Ita quoque Dominum nostrum; & Deum, & Christum, & sanctum appellamus. Vnde infert Virginem sanctissimam non esse Deiparam, quia vt dixit quatern. 17. aliud est nasci, aliud cum nato coniungi, gloriaturque quaternione 23. se dogma hoc asserentem Virginem sanctissimam, non esse Dei genitricem, neque Theotocon, ante omnes Ecclesiæ DD. plebi instillasse, noniter omnino contra eorum doctrinam, vt statim animaduertit Petrus Alexandrinus Presbyter, & Notariorum primicerius ad hunc illius capitis octauo, tomo 2.

Petr. Alexan.

Hæc fuit hæresis Nestorij, vt clarè colligitur ex toto Conc. Ephesino, tametsi Cassianus, lib. 1. de incarnatione Christi ad Pelagianos paulò antiquiores referat, qui Saluatorem nostrum natum ex Maria Virgine affirmabant, qui post baptismum Christus, & post resurrectionem suam primum Deus euaserit. At ceteri PP. huius erroris auctorem tradunt Nestorium, & illius presbyterum, & familiarem Athanasium, qui in concionibus perfidè iactabat Mariam Theotocon, hoc est Dei genitricem nemo vocato, Maria enim homo fuit, & vt Deus ab homine generetur fieri neuiquam potest Dixi publicè, & expressè, quia certissimum est post annum Christi 323. Arrium latenter docuisse Mariam sanctissimam non esse Deiparam, cum illius hæresis fuerit Christum Dominum non esse consubstantialem Patri, ac proinde nec verum Deum, ex quo errore consequenter fit Virginem sanctissimam non esse Dei genitricem; constat apertè ex historia Concilij Nicæni, quod fuit congregatum ad stabilendum homouisionem, docet Eusebius Cæsariensis, Nicephorus Calixt. & alij, inter quos Ant. Pisanus præfatione huius Conc. ad Regem Poloniae.

Arrius.

Atque hunc errorem suscitauerunt discipuli Lutheri, Erasmus Iacertius, Coriacus Spangenbergius, qui dum examinant cum locis has propositiones; Deus natus est ex Maria. Deus est passus, Nestorij sensum confirmant, & sensum illum excludunt, quod Maria peperit Christum, qui simul Deus est, vt refert Canisius lib. 3. de Deipara, cap. 18. 6. Nestorianum fermentum, qui asserit etiam Brentianos, & Bezam esse Nestorianos.

Canisius.

Fundamenta Nestorij præter scripturæ testimonia male intellecta. Primum ex quaternione 21. quia sacra Scriptura nunquam Deum ex Christipara virgine genitum esse, sed Iesum Christum, sed Filium, sed Dominum. Inde Angelus Matthæi 1. ad Ioseph. Accipe puerum, & Matrem eius; cum tamen cælestis spiritus, qui natiuitatis mysterium exactius perspexit nunquam dixerit accipe Deum, & Matrem eius.

Matthæi.

Secundum ex quatern. 24. Quia cum generatio dicatur ab Spiritu S. si Verbum genitum esset ex Virgine necessario esset Filius Spiritus S. & consequenter creatura, inde animaduertit, PP. reiecit in symbolo vocè generationis, & posuisse, Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu S. id est Spiritus S. quod in ea est condidit, ne cogerentur asserere Verbum duos habere Patres.

Tertium, quia si Virgo genuisset Deum, fieret illum, qui æqualis est Patri & Spiritu S. fertur uti essem obnoxius, quod est absurdum. Quartum, quod nemo se antiquiorem parit, at Deus est antiquior Maria, non ergo Maria potest esse Deipara, illud tertium habet quaternione 13. hoc vltimum asserit Canisius.

Verum diuersis motiuis, ac Nestoriani Virginem sanctissimam non esse Deiparam sensere alij hæretici, vel quia existimauerunt Verbum diuinum, non assumptissem veram carnem humanam, vel quia assererent, Christum Dominum non habuisse veram animam rationalem, ex quibus clare sequitur, Virginem sanctissimam non esse Deiparam quia cum non genuerit hominem verum, cui vniretur Verbum diuinum, nec Deum, aut Verbum substantialiter actione humana generauit. At cum hæreticis sit propria diuisio, & vnitas illis nunquam sit familiaris, qui negarunt veram Christi Domini carnem in varios prolabantur errores. Primus fuit carnem Christi, non solum non fuisse humanam, sed neque veram carnem; sed solum apparentem, & phantasticam, ita temporibus Apostolorum censebat Cerdon vt colligitur ex Tertul. lib. de præscriptionibus, c. 51. Epiphano, & Augustino hæresi 41. quem sequuti sunt Marcion, Lucanus, & Manichæi, vt constat ex Tertul. Epiphano; August. Leone, & aliis PP. quos ad 3. p. S. Thom. q. 2. & 3. referunt recentiores interpretes. Hæc etiam ratione Catholicam fidem fœdabat Appelles, qui explicatius asseruit hanc phantasticam carnem ex elementis fuisse cõpositam instar corporum, in quibus Angeli apparent, vt tradit Aug. Pater hæresi 23. sic recentiores 3. p. disp. 33. n. 3. Lorca scilicet.

Tertullianus Epiphanius. August. Marcion. Lucanus. Manichæi. Tertullianus Augustinus. Leo.

Primum notium istorum, & contra fidem catholicam, & cõtra naturalem rationem duos esse Deos, alterum bonum, alterum malum; illum esse auctorem bonorum, hunc verò malorum, inter quæ corpora computabant quæ in se vera essent. Inde argumentum, quia illud quod malum est non potest assumi à Deo, atque adeo, nec vera caro. Secundum morium, quia dedignatus est Spiritus sanctus Virginis carnem ex cuius assumptione inquinaretur, violareturque Verbum diuinum, sic refert August. contra Faustum Manichæum, l. 20. c. 11. & alibi.

7.

Secundus error fuit carnem Christi Domini neque humanam, nec veram fuisse, sed de cælis allatam, ac proinde cælestis, & non humanæ substantiæ, vnde inferebat necessario non sumptam ex sanct. Virgine, quod ex Valentino primo eius auctore desumpsit, quoad hanc vltimam partem David Georg. Hollandus, qui vt refert Canis. de B. Virgine, l. 3. c. 14. ausus fuit affirmare nostris temporibus, nullam esse, vnionem inter Verbum æternum, & corpus ex Maria sumptum

Augustinus.

8.

Valentinus.

David Geor. Hollandus. Canisius.

Augustinus. Tertullianus Irenæus. Gnostici. Apollinaris.

9. In hoc veto errore fuisse etiam Appellem asserentem carnem Christum non è quocunque cælo, sed ex sydere traxisse, docet perspicue Tertullianus, lib. de carne Christi, c. 6. 7. 8. & 9. illumque late impugnat, ita, vt miret recentiores citatos, & Canisium, lib. 3. de beata Virgine cap. 14. 8. Quæ mihi satis quidem, quibus non fauet Augustinus citatus, qui non ex sua, sed ex aliorum loquitur relatione, primum Cerdonis errorem Appelli tribuisse: fundamentum Appellis fuit indignum omnino esse, vt Verbum carnem humanam assumeret malam, & infestam, vt quæ creata fuisset, non à malo Deo, vt insinuant Manichæi, sed ab altero igneo Deo, & inclyto angelo, qui præsidem ageret creationis Dei, quique suasit animabus, vt secum corporea crearent, & carnem facerent; quam cum fecissent infestam credebat Appelles; vt quæ ex delicto Dei ignei fuerit producta, constar autem delictum, quia ex illa productione ille pœnitentia mconstituit. L. ge Tertullianum, de carne Christi, cap. 8. & quæ nos in disputationibus de conceptione purissima.

Tertullianus

Canisius.

Tertullianus

10.

Valentinus. Bernenses. Menno Sim. Anabaptista. Seruetus.

Canisius.

Tertius error fuit, carnem Christi Domini non fuisse humanam, nec ex Maria Virgine natam; sed ex Patris substantia cœlitus allatam. Ita Valentinus Gentilis, de quo merito Bernenses sumpserunt supplicium, cui astipulatur Menno Simonis Anabaptista, dum asserit corpus Christi Domini esse de Patris semine, non autem ex Mariæ substantia. Fauet Seruetus, qui ausus est affirmare corpus Christi esse corpus Deitatis, & carnem eius diuinam carnem cœlestem, & de substantia Dei genitam, vt refert Canisius, lib. 3. de Deipara, cap. 14. in principio, qui etiam affirmat in hoc errore esse Anabaptistas. Fundamentum non vidi, nec existimo hæc deliria, aut explicari, aut intelligi posse ab ipsis nouatibus, quorum studium Virginis sanctissimæ dignitatem minueret. Morium posset esse, quia Deo tribuendum est, quod perfectissimum, cum ergo inter corpora supremam sedem obtineat, quod esset diuinum natum ex Patris substantia supernaturali, & corpus Deitatis, concedendum est huius ordinis esse corpus Christi, non verò desumptum ex Maria Virgine.

11.

Tertullianus

Sæpientes norauit Tert. l. de resur. carnis, c. 7. Sequiores in Virginem sanctissimam fuisse Iudæos, quam hæreticos, hi enim carnem ex illa

sumpsisse Verbum diuinum pertinaciter negant, illi vero fatebantur ingenue Christum, (quem hominem solum intelligebant) esse Filium verum, & non apparentem Mariæ, nunquamque inter illos disputatum fuit, de humana illius natiuitate, cum sapius volutatum sit de diuina, vnde facilius plane est (inquit Africanus) vt certi illum, & Matrem, & fratres habere, diuinitatem potius tentauerint eius, quam natiuitatem.

12.

Contra hæreticos ergo, & propositos illorum (quod attinet ad carnem Saluatoris) errores, semper docuit Ecclesia, Christum Dominum esse verè, & substantialiter hominem, & carnem illius esse veram, humanam, & ex B. Virgine sumptam veraque anima rationali informatam terrestrem, & eiusdem omnino substantiæ, cum corpore, & carne hominum aliorum, ita definitur, quantum attinet ad corporis veritatem in anathematismis 2. & 3. Cyrilli approbatis in Concilio Chalcedonensi Actione quinta, in Constantinopolitano 5. Actione octaua, canone quarto, & vndecimo, & in sexta Synodo generali, Actione vndecima, in Concilio Toletano 1. & 2. in Concilio Hispalensi, c. 13. Bracharensi 1. c. 4. Carthaginensi 4. c. 1. Lateranensi sub Innoc. III in c. firmiter de summa Trinit. & fide Catholica. Et quantum attinet ad animam rationalem contra Arrium, & Apollinarem asserentes illam in Christo Domino non reperiri, aut reperiri sine mente, vt constat ex August. hæresi 49. Epiphano hæresi 69. & aliis. Definitur in Conc. Ephesino, & Chalcedonense, in quibus approbata est ep. 8. Cyrilli ad Nestorium, vbi hanc veritatem explicat, & defendit, & in 5. Synodo generali act. 8. Canon. 4. & 11.

Cyrillus.

Augustinus. Epiphanius. Chalcedon. Conc. Ephes.

13.

Vbi illud obiter aduerterim Chalcedonense Conc. congregatum esse potissimum ad stabilendam incarnationem Verbi diuini, tertiumque fidei articulum, scilicet, *Qui conceptus est, de Spiritu S. natus ex Maria Virgine*, Cui tercia gēma Apocalypseos, c. 2. 1. n. 20. apratur ab aliis quibus, quæ appellatur Chalcedonius, & est carbunculus, cui nomen ab ardenti, & ignita pruna quam refert attribuitur; & significat incarnationis mysterium, (vt colligitur ex Iustino, q. 44. ad orthodoxos, Cyrillo lib. de incarn. Vnigeniti, Damasceno lib. 4. de fide orthodoxa cap. 14. & aliis patribus) propter hypostaticam vnionem inter diuinam, & humanam naturam secundum carnem sumptam, verè, & substantialiter à B. Virgine, & lucentem diuinitate, quæ illam deificat, vt mire splendet, & luces etiam in tenebris carbunculus, ita vt tenebræ illum comprehendant nunquam. Mirum igitur, & diuina providentia factum, vt in ciuitate Chalcedonensi, quæ in nomenclatura refert Chalcedonius, aut carbunculum, incarnationis stabilatur mysterium, & consequenter diffiniatur Verbum diuinum veram, & humanam carnem ad humanam salutem habuisse, (& non apparentem, aut cœlestem,) ex beatissima Virgine.

Apocalypf.

Iustinus. Cyrillus. Damascenus.

14.

Atque ad hanc catholicam veritatem confirmandam innumera asserit Concilium 2. Hispalense sacre Scripturæ testimonia capite illo decimo tertio, & præter alia inferius insinuan

Ioan. 1. insinuanda illa sunt celebratissima Ioannis 1. *Verbum caro factum est*, quod de vera carne semper intellexit Ecclesia, & declarauit, Verbum ex Euangelista factum fuisse verum, & substantialem hominem, & illud Luc. 1. 6 & 7. *Impleti sunt dies Mariae ut pareret, & peperit Filium suum primogenitum*: vbi pragnans, & pariens, inducitur virgo, consequenter ad illud Isai. cap. 7. 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel*. Quod etiam ipse Christus Dominus asseuerauit cum Luc. 24. *dixit discipulis palpate, & videte, quia spiritus carnis, & ossa non habet sicut me videtis habere*. ad Hebræos 2. *Quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse Dominus participauit eisdem, quæ de vera carne, & sanguine vero perpetuo Patres intellexerunt*: sicut & illud 2. ad Corinth. 8. 9. *Cum esses diues pro vobis egenus factus est, ut illius inopia vos diuites essetis*. Quod de vera, & non apparenti paupertate necessario est intelligendum, non de paupertate phantastica, & fallaci, quæ enim gratia hominibus phantastica generatio, paupertas, afflictio, passio, mors; cum dicat Ecclesiast. 29. 20. *gratiam fidei uisoris ne obliuiscaris*, inde Concilium, ut diuinitatem monstret impassibilem, & carnem verissimam, & passibilem; hæc scribit. *Sola enim caro crucis exitium sentit, sola caro sanguine, & aqua manauit, ipsa sola mortua, ipsa sola in sepulchro posita, ipsa sola tertia die resuscitata, &c.* Et deinde spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, tristis autem non idem ipse est (Deus) sed anima suscepit corpus meum, non me fecellit, ut aliud esset, & aliud videretur, quod assumpsit. Quæ verba desumpsit Concilium ex Ambrosio in Lucam, lib. 10. cap. 99.

15. Adde ex negata vera, & humana Christi carne innumeros errores contra catholicam veritatem deduci, quos complexus est Theodoretus dialogo immutabilis, in quo propositas hæreses expugnat. *Sim autem nihil ex nobis a natura accepit Deus sermo, non sunt vera, quæ cum Patriarchis, à Deo vniuersorum, cum inuicem facta sunt pacta, & conuenta*. Inutilis est Iudæ benedictio, falsa vero est, quæ David facta est promissio, superuacanea est, & virgo, quæ Deo incarnato nihil naturæ nostræ attulit; quæ autem Prophetæ prædixerunt nondum finem cepere, inanis ergo est prædicationis nostra, vana quoque est spes resurrectionis; *Mentitur etiam ut videtur Apostolus, cum dicit, suscitauit, & consedere nos fecit in caelestibus, in Christo Iesu, si enim nostræ naturæ nihil habuit Christus Dominus, falso quidem nostræ primitiæ appellatus est, corporis autem natura non excitata est à mortuis, sed neque in cælo à dextris sedem assequutus est, quod si nihil horum assecutus est, quomodo Deus nos suscitauit, & cum Christo sedere fecit, qui nihil ad eum secundam naturam auinemus, sed hæc dicere impium est, &c.*

16. Sed quia verba Theodoreti attulimus, qui infert ex prædictis erroribus, quæ prædixerunt Prophetæ, de incarnatione Verbi nondum finem cepisse: religio erit prætermittere Irenæum, qui eo ex suis erroribus deducere intendit, hæreticos ut consequenter debeant as-

serere aliam incarnationem expectandam esse, quæ sit vera, & non apparens humanæ carnis assumptio, quæ consequutio, ut intelligatur præmittendum est promissiones de Christo Domino factas deque illius incarnatione mirabili, nulla ratione fuisse de carne phantastica, cælesti, elementari, aut diuina assumenda, sed de vera, & humana carne eiusdem omnino rationis, & substantiæ, ac illa, quæ in cæteris hominibus reperitur: monstrant id verba diuina ad Abrahamum, Genes. 22. num. 18. *Et benedicentur in semine tuo, omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ*, quibus sine dubio intellexit Abraham sibi à Deo filium promitti, non opinatiuum, imaginarium, & apparentem, sed sibi consubstantialem, & verum; quod etiam eodem modo intellexerunt Hebræi etiam indocti ex illis verbis Moyli, Deuteronom. 18. 15. *Prophetam de gente tua, & de patribus tuis, sicut me suscitauit, tibi Dominus Deus tuus*. In quibus verbis, incarnatio promittitur, & futurus Messias homo similis nobis nostræque carni, & substantiæ, ut fere explicatius dici non possit, & clare David Psalm. 131. 10. *Iurauit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. Inde vel etiam cæci Christum, & pueri etiam infantes Christum Filium David vocitabant, & non solum Angelus Gabriel, dabit ei Dominus Deus sedem David Patris eius Lucæ 1. Vnde, & illud ecce concipies in utero, & paries Filium, consonè ad Isai. vaticinium citatum; *Ecce virgo concipiet, & pariet Filium*. Vbi de conceptione, de vero partu, deque Filio vero, & vere homine à Propheta, & Angelo sermo instituitur, constat ergo de fide promissiones factas de Christo Domino significare veram humanam naturam, veram carnem, & animam (sicut Abraham Moysem, & David illam habiturum.

17. Præmitto deinde apparitiones etiam illas in quibus sub humana forma visus est Deus antiquis Patribus porrendere veram incarnationem illisque factis, & non solum verbis illam promitti à Domino, ut videtur innuere Irenæus, libro 5. capite 1. inter eas vero visiones celebris est illa, qua Iacob luctabatur cum Verbo diuino Genes. 32. 24. *Ubi mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo usque mane, & paucis interiectis, numero 29. & benedixit ei in eodem loco, quæ lucta famosa, ut loquuntur Patres, & desiderata, & expetita benedictio prophetia fuit incarnationis Dominicæ, explicante inter alios Ruperto Tutienfis, libro 8. de Trinitate, & operibus eius, capite 6. ad finem hæc scribente, Tunc enim reuera Deum benedixit Iacob, quando de semine eius Christus carnem assumens, antiquam maledictionem soluit utramque benedictionem, id est gratiam sancti Spiritus post passionem suam effudit.*

18. Ex his igitur Irenæus lib. illo 5. cap. 1. sic argumentatur, contra Valentinum, & alios hæreticos. *Si autem cum homo non esset, apparebat homo, neque quod erat vere perseverauerit Spiritus Dei, quoniam immixtibilis est Spiritus, neque veritas quadam erat in eo, non enim illud eret, quod videbatur*. Prædiximus autem, quod & Abraham, & reliqui Prophetæ propheticè vide-

Genes.

Moylis.

David.

Luc. 1. Isai.

17.

Irenæus.

Iacob. Genes.

Rupertus Tutienfis.

18.

Irenæus.

videbant eum, id quod fatuum erat per visionem prophetantes, si gigni, & nunc talis apparuit non existens, quando videbatur quædam prophetica visio facta est hominibus, & oportet aliud expectare aduentum eius, in quo talis erit, qualis nunc vitus est propheticè. *Ostendimus autem, quomodo idem esse putat dicere eum visum, & nihil de Maria accepisse. Quæ ratio potest ad hanc formam reduci*. Promisit Deus, qui nec falli, nec fallere potest, verbum suum veram assumpturum humanitatem, verum corpus, & carnem, concipiendumque vere & pariendum à Virgine, atqui ut hæretici asserunt in aduentu, de quo euangelia loquuntur, nec fuit vere, sed putatiuè homo, nec habuit veram carnem, & sanguinem humanum, sed phantastica hæc fuere, & apparentia, aut sumpta ex syderibus, ex elementis, aut ex diuina substantia, non ergo impletæ sunt prophetiæ, ac proinde ne in Deo, qui veritas, reperitur mendacium, alia vera incarnatio, veraque assumptio humanæ carnis est expectanda. Euidens discursus ex principis fidei, qui valde placuit Theodoro. Secundò, qui & illam non solum citat, sed etiam transcribit, sicut & alia Irenæi in suis dialogis, ut recte notauit Feuardenius ad illud c. 1. & merito quidem, nam aliam incarnationem esse futuram est hæreticum dogma: recte Leo I. ep. 97. decretal. c. 2. *Quærat per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, non quo verum lumen obscurant, & per omnia sæcula ita veritatem inuenient coruscantem, ut magnum hoc, & mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum.*

19. Patres verò Ecclesiæ eosdem confutant errores, & quidem Tertullianus libro de carne Christi rotus est in oppugnandis Marcione, Valentino, & Appelle, ex quo multa possent deproxi, his Marcionem, capite percellit. *Nonne vere crucifixus est Deus; nonne vere mortuus, ut vere crucifixus; nonne vere resuscitatus, ut vere scilicet mortuus; falso ergo statuit inter nos scire Paulus tantum, crucifixum, falso sepulchrum ingressit, falso resuscitatum inculcauit, falsa igitur est fides nostra, & phantasma totum, quod speramus à Christo.* Hæc etiam ratiocinatione vitur, pater August. tr. 8. in Ioan. si enim falsa mater, falsa caro, falsa mors, falsa vulnera passionis, falsa cicatrices resurrectionis, non veritas credentes in eum sed falsitas liberabit: Augustino subscribit D. Angelicus, 3. p. q. 5. art. 1. qui in argumento. sed contra, adducit illud magni D. ex lib. 83. qq. q. 24. si phantasma fuit corpus Christi, fecellit Christus, & veritas non est: est autem veritas Christus; ergo non fuit phantasma corpus Christi.

20. Illud etiam ex eod. cap. efficax, & viuendum virtutes spiritum Dei, passiones carnem hominis probauerunt; si caro cum passionibus ficta, & spiritus ergo cum virtutibus falsus. Recte, passio enim, & mors non phantasticam, sed veram, & humanam carnem monstrant, inde Amphilocheus Iconiensis super illud Ioan. 5. 19. *Non potest filius à se quidquam facere, asseruit Christum id miraculum, quo ianuis clausis in medio discipulorum stetit, non*

Leo.

19. Tertullianus

Augustinus.

D. Angelicus

20.

Amphilocheus.

præstitisse, donec soliditatem & veritatem suæ carnis passione, & morte sua clare, & manifeste ostendisset, hæc ergo scribit, idem non fecit ante passionem, ne existimares visionem, aut apparentiam esse æconomiam, nec putares esse spiritualement Christi carnem, nec ex calis descendisse, nec alius esse substantiæ, quam nostræ, quibus verbis hæreticorum errores retulit, & confutauit, contra quos illo lib. processus Tertulliani, legantur PP. Irenæus, Cyrillus, Ambrosius, Athanasius, Nyllenus, & alij quos citant recentiores Interpretes S. Thomæ 1. p. q. 5. art. 1. 2. & 3.

Ratione verò catholicam fidem confirmat ibi D. Angelicus, primo quia ad rationem humanæ naturæ essentialiter pertinet verum, & substantiale corpus, ostendit autem 3. illa p. q. 1. a. 1. Christum Dominum habuisse humanam naturam, Secundò, quia veram mortem sustinuit, aliaque gessit humana, vere, & realiter, non apparenter. Tertio ex diuinitate diuinæ personæ, quæ cum sit summa veritas non decuit, ut aliquid fictum operaretur, mendaciumve factò exercuisset, quam rationem primus dedit Tert. lib. de carne Christi, c. 5. dicens quid dimidias mendacio Christum totus veritas fuit; maluit inde nasci, quam ex aliqua se parte mentiri, & quidem in semetipsum.

Aduersum verò Valentinum Appellem, & illius nouos sectatores, Anabaptistas, hæc etiam decreta Conciliorum sunt PP. asserta, & sacræ Scripturæ testimonia, sed blasphemiam illam, de canali, quam Valentinus excogitauit efficitur vincit Isaias clarissime assumans, de Maria, & ex Maria Verbum assumpturum carnem humanam, c. 1. *Egre diem virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*. Vbi Propheta prædixit, tum ex genere David, tum ex Maria sanctissima nasciturum Messiam, qui flos est pulcherrimus, ut explicant sancti PP. & vrget Tertullianus, vbi eodem modo loquitur Isaias de Christi Domini, & Mariæ sanctissimæ generatione, & natiuitate, cum ergo Maria veram carnem humanam accepit ex genere David, consequenter Christus Dominus eandem naturam secundum speciem accepit, ut loquitur Apostolus Roman. 1. 2. vbi de Christo Domino ait, *qui factus est ei (Patri) ex semine David secundum carnem*. Vbi illa particula, ex semine, ut explicant Concilia, Patres, Interpretes, dicit substantiam, & humanam naturam, quam sumpsit Verbum ex virginea substantia: si enim ex virgine Christus natus non est; si ex muliere non est factus; si nihil à Maria accepit humanum, cur homo Christus, & Filius hominis, & nihil ex homine, nisi si aut aliud homo, quam caro, aut aliunde caro hominis, quam ex homine, aut aliud est Maria, quam homo, ut arguit Tertul. lib. de carne Christi, c. 5. si præterea nihil accepit, ad quid annuntiata conceptio, nonem mensibus in illius utero detentio, explicatus partus ex ventris virginalis angustiiis, cum neque generari, nec foueri possent corpus cælestes; vide Canis. l. 3. c. 15. & seqq. Nec prætereundus Nazianzenus, qui orat. 5. in Apollinarem, quæ est ep. 1. ad Cledonium, ita scribit, si quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra diuinitatem est; si quis Christum per-

Irenæus. Cyrillus. Ambrosius. Augustinus. Athanasius. Nyllenus. D. Angelicus

2. 1.

Tertullianus

2. 2.

Isaias

Tertullianus

Apostolus

Tertullianus

Canisus. Nazianzenus



per virginem tanquam per canalem fluxisse, non autem in ea diuino modo, quia absque viri opera in humano, quia iuxta pariendi consuetudinem, formatu esse dixerit, æque artheus est.

23. Cunctos præterea errores, qui à Cerdone fluxerunt non difficile refellunt, verba illa Christi Domini Ioannis 6. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus; Patres enim Ecclesiæ, sapius Eucharistiam & incarnationem coniungunt, vt probent nos Christi carne saginari, & viuificari, fierique immortales, & incorruptibiles, vnde alij Eucharistiam appellant (mysterium Virginis; ) alij asserunt tantum sacramentum esse repetitionem incarnationis. Proferam aliquos, hac tempestate præcipue quando noui Manichei Anabaptistæ Eucharistiam sanctissimam furiosissimè insectantur, & Catholici diuino ardentes carbunculo vtrumquæ mysterium venerantur, colunt, adorant, festiuèque celebrant, etiam si rumpantur hæretici.

24. Ignatius. Ardet Ignatius, qui epist. ad Rom. hæc pronuntiat. Panem Dei volo, panem caelestem: panem vite, qui est caro Iesu Christi Filij Dei viui, qui natus est in nouissimo ex semine David, & Abrahæ, per Mariam, scilicet, vt martyr insignis prædicauit non semel; sapius idipsum affirmat

Irenæus. Irenæus, præferti l. 4. aduersum Valentinum, qui corpus Christi volebat caeleste, sic enim c. 34. Quemadmodum enim, qui est à terra panis percipiens inuocationem Dei; iam non communis panis est; sed Eucharistia ex duabus rebus constans terrena (en corpus terrenum, non sydereum) & caelesti (en diuinitatem) sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia, vbi ex veritate corporis Christi Domini humani, & veræ eius carnis confirmat Irenæus generalem resurrectionem, vt contra Oecolampadium, aduertit

M. Rosenfis. M. Rosenfis, l. 4. de Euch. c. 21. & 22. & nos aliquando tantum sacramentum venerantes audebamus piissime asserere, resurrectionem futuram ex Eucharistiæ institutione præcise, etiam si illa alias non esset decreta, idque colligi ex verbis Christi Domini, qui Ioan. 6. 55. 56. 57. ita locutus, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Vbi causam resurrectionis asserit carnem suam, quæ vere cibus; sanguinem, qui vere est potus, & vt legit apertissime Euchymius Zigabonus, (cibus aptus) ad multa, quæ recenserem dulciter, ni amor Virginis ad suam maternitatem asserendam etiam ex Augustino vocaret.

25. Pater enim Sanctiss. explicans illud Pf. 98. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, ita disertè: Suscepit de terra, terram, quia caro de terra est, & de carne Maria carnem accepit, & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit, &c. & in sermone de verbis Euangelij, vt refert Beda, Totus erat apud Patrem, quando venit in virginem impleuit illum, nec recessit ab eo, uenibat in carnem, vt eum homines manducarent: & manebat integer apud Patrem, vt angelos patet, lege Chryfolog. ser. 67. Damasc. de fide or-

rhodoxa, l. 1. c. 14. Et rursum Irenæum, lib. 5. & alios præferti Haimonem in primam ad Corinthios, c. 1. 1. relinquitur ergo carnis Christi humanam, & verissimam esse.

rhodoxa, l. 1. c. 14. Et rursum Irenæum, lib. 5. & alios præferti Haimonem in primam ad Corinthios, c. 1. 1. relinquitur ergo carnis Christi humanam, & verissimam esse.

SECTIO III.

In Christo Domino esse animam rationalem corpori unitam, & Mariam SS. vere esse Christi hominis matrem, semper fides catholica docuit.

26. Asserimus sect. præc. ex Conc. in Christo Domino esse veram animam rationalem, id nunc confirmandum testimoniis sacre scripturæ, & SS. Patrum: & probandum illam vere & realiter fuisse unitam corpori, vtrumque enim negarunt hæretici.

Principio enim Arius, vel illius discipuli asseruerunt Verbum diuinum non assumpsisse animam rationalem, sed carni Christi Verbum esse pro anima, vt refert August. de hæresibus, c. 49. & c. 55. citans etiam Epiphanium; & ego ipse ex quibusdam eorum scriptis (Arrianorum scilicet) & colloctionibus certissime comperi. Idipsum scribit Naz. orat. 5. 1. ad Cledonium. Hos postea secuti sunt Appollinarius Laodicensis, & illius sectatores, qui primum negauit, verbum non assumpsisse animam rationalem, deinde conuictus aliquibus scripturæ testimoniis affirmauit illam assumpsisse, sed sine mente, vt refert August. l. de hæresibus, c. 35. Nazianz. epist. ad Nestor. quæ est 46. Vincentius Lirynensis, de phanarum hæresum nouitate. c. 17 & alij apud Vafq. 3. p. q. 6. disp. 37. c. 1.

Fundamenta Appollinaris, vt refert S. Th. 3. p. q. 5. ar. 3. primum quia Ioan. c. 1. asseruit Verbum factum fuisse carnem, nulla mentione facta de anima. Secundum, quia ad vitam non fuit anima necessaria; Verbum enim fuit illi pro anima; est enim apud Deum fons vitæ, Pf. 35. ad quid ergo rationalis anima tertium quia natura animæ rationalis peccabilis est, in Christo autem Domino, nec potest esse peccatum, nec ad peccatum pugna, quæ ad lapsum inducat. Quartum quia si in Christo esset anima rationalis, esset perfectus homo subsistens, ac proinde introduceretur quaternitas, nam præter Patrem, Filium, & Spiritum S. esset ille homo perfectus. Quintum, quia fieret Christum Dominum ex tribus substantiis esse cõpositum.

Sed facile ex SS. conuincuntur Hæretici, & maxime ex illo Ioan. 10. 18. Animam meam pono pro ouibus meis, & nemo tollet animam meam à me; sed ego pono eam, & iterum sumo eam, quæ verba nullo modo possunt, de diuinitate intelligi, quam Christus Dominus nunquam depofuit, cum semper fuerit Deus, & in triduo mortis, si non homini, qua vere mortuus, unita fuit corpori vita animæ, etsi per dissolutionem vnionis inter se separata fuerint. Nomine autem animæ, etsi aliqui vitam intelligant, à quibus non discedit Maldonatus, num. 18. August. & Beda, Theophilus Antiochenus, & Heracleotes, de anima rationali explicant. Matthæi etiam 26. Tristis est anima mea usque ad mortem, ac tristari non potest diuinitas, quod

quod si id verum esset communicatione idiomatum, necessario in Christo Domino humanum aliquid prius debebat tristari, vt diuinitas tristis diceretur, cumque caro sola tristari non posset anima quæ tristaretur necessario esset, & est ponenda. Præterea Marc. 27. In manus tuas commendo spiritum meum, & inclinato capite tradidit spiritum. At certissimum est non commendasse Christum diuinitatem, nec illam constituisse in manibus Patris; intelligitur ergo ille locus, de anima rationali, quæ quia rationalis est vocatur spiritus.

Marc. 27.

29. D. Thom. August.

Patres etiam Ecclesiæ eandem Catholicam veritatem docuerunt; Augustinus præcipue, quem asserit Diuus Thomas, vbi supra in argumento, Sed contra, libro enim de Agone Christiano, cap. 21. ita scribit. Non eos audiamus, qui solum humanum corpus dicunt susceptum à Verbo Dei, & sic audiunt, quod dictum est Verbum caro factum est, vt negent illum hominem, vel animam, vel aliquid hominis habuisse præter, corpus. Sed potissimus locus est quem ad verbum refert S. Thomas ar. supra citato, & desumptus est ex Augustino contra Felicianum cap. 3. post medium qui ibi videndus. Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa, cap. 6. in medio, Totum quippe me totus assumpsit, ac totus toti unitus est, vt toti salutem asserret, nam alioqui, nec medicina quidem ei illata est, quod assumptum non est.

S. Thom. August.

Damascen.

Athanas.

Ambros.

Fulgent.

Athanasius in Symbolo. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens. Quam doctrinam tradidit Ambrosius libro de incarnationis Dominicæ Sacramento cap. 7. Et desumpsit ex Nazianzeno, sexta Synodus generalis, actione 18. in edicto fidei Constantini, & late explicat Fulgentius ad Trasimundum, lib. 1. cap. 9. per errorem 10. in noua editione, qui illud inducit Isai 67. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo, &c. Et addit: Ecce vnus est sponsus, est & sponsa; quæ se etiam animam habere testatur, quam vt ostenderet non sine intellectu susceptam; cor (quod proprium est anima humana) simul cum carne in Deo exultasse ex persona hominis suscepti monstrauit dicens, cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuam, & addit statim, hæc proculdubio pulcherrima. Quia vero natura primitias suscipiens Dominus, sicut in suo corpore, cunctorum fidelium corpus, sic in sua anima vniuersorum fidelium animas, per naturam unitatem, & gratiam iustificationis accepit. Legendus omnino ibi, & capite etiam octauo, & præterea Athanasius libro de incarnatione Christi, Nazianzenus, oratione 51. & 52. ad Cledonium, quæ alias sunt epist. 1. & 2. Epiphanium hæresi. 77. S. Thomas 3. p. quæst. 5. ar. 3.

30.

D. Angelic.

August.

Optimis etiam rationibus veritas Catholica potest monstrari, illa Metaphysica, quod Deus non potest esse forma alicuius corporis, hæc Theologica, quam adducit Doctor Angelicus citatus, quia derogat prædictus error vtilitati incarnationis, quæ est liberatio integri hominis, quam etiam, explicuit, Augustinus citatus contra Felicianum, cuius aurea verba ex

Diuo Thoma transcribo. Cur accepta carne animam dispensatio mediatoris omisit; Nisi forte, aut innociam sciens, medicina indigentem esse non credidit, aut à se alienam putans redemptio-nis beneficium non donauit, aut ex toto insanabilem iudicans, curare nequirit; aut vt volem, & quæ nullis vniuers apta videretur abiecit. Horum duo blasphemiam important in Deum; quomodo enim diceretur omnipotens si curare non posset desperatam? Aut quomodo omnium Deus, si ipse non fecit animam nostram? Duobus autem aliis in vno anima causa nescitur, in altero meritum non tenetur. An intelligere causam putandum est anime, qui cam ad accipiendam legem habuit indita rationis instructam à peccato voluntaria transgressionis non nititur separare. Aut quomodo eius generositatem noui, qui ignobilis vitio dicit esse despectam, & paucis interpositis, quæ omisit D. Angelicus hæc addit. Hic si originem vtriusque gnarus rerum contemplator attendas, pretiosior est anima substantia: si transgressionis culpam, propter intelligentiam peior est causa. Hæc Augustin. in quibus verbis aduerto, meo iudicio, in illo tractu. An intelligere causam, &c. necessario addendam negationem, & scribendum, non nititur separare, non affirmatiue (meritum separate) si enim affirmatiua sit propositio nullam vim habet ratio Augustin. quæ si legatur (non nititur separate) efficacissima est contra Arrianos, eo enim eos deducit, vt ex eorum sententia negante assumptionem animæ, inferatur in Deo ignorantia excellentiæ animæ, quam non assumpsit, cum assumpserit carnem.

Respondent Arriani ex hoc non sequi Deum non cognouisse excellentiam animæ, potuit enim illam curare, nec despectam relinquere, etiam si illam non assumpserit, sed solum carnem. Sed contra, quia cum assumptio sit maximum beneficium assumpto, collatum, explicare non possunt Arriani, Cur Deus illud non contulerit animæ, cum absolute potuerit, contulerit tamen carni brutæ, & quæ beneficium tantum, nec sentire, nec per illud gratias potuerit referre. Obiectio est Augustini ibidem Quod si ita est, nescio, quid nobis mediatoris persona contulerit, quæ melius nostrum ex toto non redimens (quid animam non assumpsit) brutam per se carnem, & quæ sine anima beneficium quidem eius non posset sentire, suscepit. Et inferius. Proh dolor carnem inquam solum Christus assumpsit, animam non quasuit.

31

August.

Et hanc corpori unitam, quæ est altera pars propositæ thesæ, quæ vt intelligatur animaduertendum est, aliquos Doctores tempore Magistri sententiarum asseruisse, verbum dici hominem factum, quia assumpsit corpus, & animam, non vero quia hæc duo inter se fucte unita, vt in aliis vniuntur hominibus, verè enim sunt separata Sic refert Magister 3. dist. 6. Magister sentent. S. Thom. Scotus. Durandus.

32

cum esset homo faceret seipsum Deum, non accidentaliter, (id enim fortan, non negassent tunc,) sed substantialiter omnino, illi vero non cognoscebant Deum habere filium Deum, quod tamen cognouit S. Thomas, cap. 10. Ioannis cum dixit *Dominus meus, & Deus meus*. Vbi confessus Christi diuinitatem, approbante saluatore, qui num. 29. dixit *quia uisisti me Thoma credidisti*, & tradidit Paulus Romanor. 1. & 9. ubi ait Christum esse Deum super omnia benedictum, & ad Hebræos 1. & 2. ubi late tractat, & probat hanc fidei doctrinam. Mitto multa, quæ afferit Didacus Ruiz de Trinitate. disput. 4. per plures sect. Vide Bellarm. tomo 1. lib. 1. de Christo à c. 1. varia testimonia ex utroque instrumento adducentem.

44. Vterius Christi Domini diuinitas diffinita est in Conciliis, & 1. Nicæna Synodus trecentorum, & decem, & octo Patrum congregata est, potissimum ad condemnandum Arrium, & illius sectatores, qui omnes eum anathemate percusserunt, & cum illius hæresim retulissent, asserentem Verbum, & filium Dei esse creaturam, & opus, hæc dixerunt lib. 2. ad finem. Omnia hæc, & ipsamet sancta Synodus anathemate percussit, ne audire quidem sustinens impiam eorum opinionem, & amentiam, atque blasphemata uerba, quin & scriptum de iporum impietate, quod offerre ausi fuerant prorius dilacerarunt. Hunc librum inscriptum fuisse Taleam tradit Sozomenus, lib. 1. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 2. ex interpretatione Christoforoni.

45. Deinde designationem fidei protulit Concilium in hæc uerba, Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium uisibilem, & inuisibilem factorem, & in uoum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, de Patre natum unigenitum, id est, de substantia Patris Deum de Deo, lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero, natum non factum homo uisioni Patri, hoc est, eiusdem cum Patre, substantiæ, &c. Deinde eadem ueritas diffinitur in Concilio Ephesino, & habetur in Epistola Sophronij, ad Monachos, tom. 1. cap. 1. quæ approbatur à Concilio, & præterea cap. 14. Anathematismo 5. Si quis dicere audeat Christum non esse uerum Deum, sed hominem tantum numine afflatum, &c. anathema sit, quod etiam asseruerunt alia Concilia, in quibus diffinitum fuit in Christo Domino inconfusè, & impermixtè duas esse naturas, ut in Concilio Hispalensi 2. cap. 13. mirè probatur alteram humanam alteram Diuinam, & utramque perfectam. De diuina uero natura id ostendit Synodus Ephesina, tomo 1. cap. 5. facti diffuse, & multis nomi Testamenti testimoniis demonstrans, quod fides tendat in Christum tanquam in Deum, & c. 6. pag. 943. probat Christi diuinitatem ex illo Ioannis 6. *Sicut me misit uiuens Pater, & ego uiuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse uiuit propter me*. Vitam enim non potest conferre, nisi qui Deus est, corpus autem solum non est Deus. Eandemque ueritatem ostendit ex Iudiciaria potestate, quæ Christo Domino est collata, quia iudiciaria potestas propria est

Dei, & communicata est humanitati Christi, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. Ita diffuse in illo cap. 6. parum ante finem.

46. Dixi inconfusè & impermixtè, quia Eutyches Hæreticus affirmabat ante unionem in Christo duas fuisse naturas, post unionem uerò resultasse unam tertiam quæ fuit mixta ex utraque, ea ratione qua mixta conflantur ex elementis. Ita declarat hæc hæresim Cardinalis Bellarminus, tomo 1. lib. 3. de Christo, cap. 2. secundum quam natura diuina, & humana manserunt in Christo Domino sine propriis formalitatibus, proprietatibus, & operationibus, eo modo quo elementa, seu mixtura manent in mixtis omnino confusa, quod clarè colligitur ex Liberato Diac. cap. 11. (habetur 1. tomo Conciliorum) & clarè docet Leo Papa in Epistolis de hac re ad Episcopos, & ad Concilium Chalcedonense, ubi hæc hæresis confutatur, sed precipuè uidentis, sermon. 7. de Natiuitate Domini ubi hæc scribit, *In utraque ergo natura, idem est Dei filius nostra suscipiens, & propria non amittens, in homine hominem renouans, in se incommutabilis perseverans, Deitas enim, quæ illi cum Patre communis est, nullum detrimentum omnipotentia subit, nec Dei formam serui forma uiolauit*, &c. Vide Baronium tom. 6. Annalium, anno 448. à num. 19. & Petrum Hurtado, tomo 1. in 3. p. disput. 15. sect. 1. qui Eutycheis errorem optime explicat, & occurrit existimationi Gabrielis Vaquez. Motiua ex scriptura proponam, & diluam, sect. 5. Vide Bellarm. lib. 3. de Incarnat. cap. 8. ubi affert uerba Conciliorum.

47. Errorem facile refello, argumento, quo Theophilus, & Mamantes missi à Concilio 5. Constantinopolitano ad Eutychem, ut auctor est Baronius citatus, num. 5. 1. ad uersum illum disputarunt. Cum enim ille assereret, Christum esse Deum, & hominem, consequenter fit illas naturas formaliter remansisse in Christo Domino, concreta enim sunt ab abstractis, ut album ab albedine, dulce à dulcedine, sic à Deitate Deus, ab humanitate homo, uera ergo humanitas manserunt in Christo sumptæ proprie, & formaliter, ac proinde non sunt inter se confusæ, & mixtæ, ut delirabat hæreticus.

48. Adde, nec diuinitatem posse conuerti in aliam naturam, Nam aut mansit in Christo realiter aut non mansit, sed euauit, ut elementa ad compositionem mixti. Si mansit, realiter conuersa non est in aliam naturam, ut conuertitur panis in carnem Christi Domini, & uinum in sanguinem, si non mansit realiter, consequenter fit desisse, & esse destructam. At id est commentum omnino ridiculum, & refutatione indignum; Diuina enim natura, non potest destrui, neque ab extrinsecis principiis nec ab intrinsecis: ab extrinsecis, quia non est alius Deus potentior, à quo destruat: ab intrinsecis, quia Deus omnino immutabilis, non componitur ex contrariis. Adde rursus, & diuinitatem non habere vitam à superiori agente, per cuius cessationem concursus possit petire, ut patet etiam naturali ratione, & nullum

5. Thom.  
Paulus.  
Didac. Ruiz.  
Bellarm.  
44.  
Sozomen.  
45.  
Concilium.  
Concilium Ephesin.  
Nestorius.  
Hispalense.  
Ephesina Synodus.  
Ioann.

46.  
Eutyches.  
Bellarm.  
Leo Papa.  
Baronius.  
Hurtado.  
Bellarm.  
47.  
48.

Milarius.  
Athanas.  
Ambros.  
August.  
Chrysof.  
Theophilus.  
Nazianz.  
Basil. Alex.  
Lorca.

49.

relinqui authorem illius conuersionis, supponitur enim periisse Deum. Hæresim autem Eutycheis alio modo explicatam refellunt Patres, Hilarius, Athanasius; Ambrosius; Augustinus; Chrysothomus; Theophilus, Gregorius Nazianzenus, Basilius, Cyrillus Alexandrinus: quorum uerba refert Leo primus, epist. 97. decretali, à c. 3. usque ad finem; qui Nestorium, & Eutychem doctissime refellit, quos citat Petrus de Lorca 3. p. quæst. 2. a. 3. disput. 12. num. 4. & 5. His necessariò prælibatis,

Dicendum est Beatissimam Virginem Mariam, uerè, & propriè genuisse Deum hominem, ac propterea esse ueram Dei genitricem Deiparam, seu theothocos, ut loquuntur Concilia. Assertio est contra Nestorium, & alios hæreticos, sed omnino Catholica, & quæ efficaciter potest probari ex locis scripturæ iam adductis, cum enim probatum sit in superioribus Christum Iesum uerè esse hominem, & Deum, & aliàs constet ex dictis Mariam Sanctissimam esse ueram Matrem huius hominis Iesu, in quo à primo conceptionis instanti reperitur diuina natura, clarissimè constat, & Iesum Christum esse Deum, & Beatissimam Virginem esse Deiparam Nam tametsi in Scriptura facta expressè non inueniatur hoc nomen, reperitur expressè esse ueram Matrem, & genitricem Christi, cum uerò ex Euangelio constet, & iam sit asserum Christum esse Deum substantialiter, euidenter colligitur Virginem Sanctissimam esse Deiparam. Vnde hæc ueritas non sumitur tantum ex dictis, sanctorum Patrum, sed ex Sacra scriptura produci- tur, ut rectè Diuus Thomas, 3. p. quæst. 35. artic. 4. ad 1.

D. Thom.

50.

Hanc ueritatem, ut declararet, & definitet Ecclesia coacta est Ephesina Synodus; quæ tota est in asserenda dignitate Deiparæ, contra Nestorium, ita ut superfluum uideatur aliquid particulare ex illa attulisse. Ergo expentis Nestorii erroribus, & adductis pro asserenda Maria Dei genitrice, & Christothocos, tomo 2. cap. 7. Petro Alexandrino, Athanasio, Iulio, & Fælice Romanis Pontificibus, Theophylo Alexandrino, Cypriano; Ambrosio, Gregorio Nazianzeno; Basilio Magno, & Gregorio Nysseno productisque & auditis eorum sententiis asserentibus Beatam Virginem esse Deiparam, quibus ducenti Patres consenserunt eodem tomo 2. cap. 10. Sancta Synodus dixit. *Cum inter cetera religiosissimus Nestorius (ò Ecclesiæ pietas blasphemum hæreticum religiosissimum uocet & ut Christus etiam alterum Iudam honorat) neque nostra citationi parere, nec sanctissimos rursus religiosissimosque Episcopos nostros ad se missos admittere uoluerit, non potuimus, ad eorum, quæ impiè docuit examinationem animam non aduertere. Edocti itaque partim ex litteris commentariisque illius hic (scilicet ad finem cap. 9.) publicè lectis; partim rursus ex concionibus, quas in hac Ephesorum Metropoli habuit, partim denique ex testibus fide dignis, illum impiè docere, & sapere, per sacros Canones, sanctissimæque Romana Ecclesiæ, Episcopi Cælestini Patri nostri litteras*

Alexandr.  
Athanas.  
Iulius.  
Felix.  
Theophilus.  
Cyprianus.  
Ambros.  
Nazianz.  
Basilius.  
Nyssenus.

*lachrymis suffusi, & penè inuisi ad lugubrem hanc sententiam urgemur: igitur Dominus noster Iesus Christus, quem suis ille blasphemis uerbis impetruit, per sacram hanc Synodum eundem Nestorium omni prorsus dignitate primatum, & ab uniuerso, nihilominus Sacerdotum consortio, & cætu alienum esse decernit.* Hæc Synodus facta, quæ iniuriam Virgini sanctissimæ illatam affirmat illatam etiam Christo Domino à Nestorio, cuius blasphemam linguam infeliciter corroserunt uermes, ut auctor est Canisius lib. 3. de Beatissima Deipara, cap. 18. Insignes in magna hac Synodo, Cyrillus Alexandrinus, qui contra Nestorium plures dixit, & Catholice scripsit orationes, Epistolas, & Theodotus Ancyæ Episcopus cuius homilias etiam præsentem Nestorio habitas approbavit Synodus, & inferuntur ultimo tom. illius Concilij, cuius doctrinam suscipiunt Concilium Chalcedonense, sexta Synodus act. 4. & 1. septima Synodus, act. 4. & 7. & Lateranense sub Martino 1. can. 3. & alia frequenter.

Canisius.  
Cyrill. Alex.  
Theodorus.  
Chalcedon.

Nec Synodus Ephesina nomen Theotocos primum excogitauit, ut rectè monuit Canisius, lib. 3. de Deipara, capite 19. ad finem, sed à Patribus accepit, quos ipse recenset. Athanasius enim, in Euangelio de sanctissima Deipara præclare sic loquitur. *Quando quidem ipse est Rex, qui natus est ex Virgine, idemque Dominus, & Deus, capropter & Mater, quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè & uerè censetur.* Epiphanius etiam sermone de laudibus Virginis, ipse antiquior Nestorio, & consequenter Ephesina Synodus ita Virginem Mariam alloquitur. *Sancta Maria Deipara Virgo, Beata tu inter mulieres, quæ nunc genuisti eum, qui olim in Paradiso formauit Adam de lino, tu enim es Deipara, quæ uerbum in te incarnatum peperisti, Deipara existis, quæ Deum uerbum in forma serui concepisti, Deipara existis, quia Deum uerbum suscipiens incarnatum peperisti, &c.* Alios Patres qui uolent, legat Synodum Ephesinam, & posteriores si desideret refert Canisius citatus cap. 18. qui hanc ueritatem egregie probat contra Iudæos hæreticos Turcas, & Mahumetanos. cap. 18. 19. & 20.

51.  
Canisius.  
Synod. Eph.  
Canisius.

Non tamen omitam Cyrillum Alexandrinum pro sanctissima Virgine gloriosum Antagonistam, qui Maternitatem Deiparæ non solum defendit, sed etiam declarat similitudinem, reuera propriissima, Epistol. ad Monachos Ægyptios citata. *Parium cetera femina, & generant homines integros, tamesi ex illarum substantia solum sit caro desumpta; anima enim rationalis à solo Deo creatur, & ea propter quod substantiam corpoream, & ministrans, & fouens, & sunt propria Matres, & qui geniti sunt, filij dicuntur, ex eo, quod corpus, & anima uniuertur inter se realiter, & integer homo per generationem produciuntur: inde Elisabeth. non solum carnem genuit, sed totum generauit Baptistam constantem ex anima, & corpore. Quemadmodum ergo unus homo ex anima, & corpore constituitur, ita in Emmanuelis quoque oru cogitamus accidisse. Nam ex Dei Patri substantia na-*

52.  
Cyrill. Alex.

sum est illius Verbum, hoc autem postquam carne, quam sibi propriam fecit assumpta nostroque more in lucem exortum, & Filius hominis appellatus est citra omnem absurditatem, imo vero necessaria conuenientique ratione secundum carnem ex muliere natum creditur, ac predicatur. Quomodo- dum ipsa hominis anima, licet naturaliter a corpore, quod informat, diuersa sit, & propria quadam ratione subsistat, una tamen cum suo corpore oritur, & velut unum quiddam cum ipso censetur. Hactenus Cyrillus, qui probat deinde generationem humanam Verbi nostrae esse simillimam, Verbumque per se subsistens, recte potuisse esse terminum incarnationis, & generationis, tamen antea subsisteret, essetque Patri coaeternum, atque adeo genitum ex Maria Deipara, quia reuera vnitum erat homini, quem vere genuit Virgo sanctissima.

In quo discursu supponit Cyrillus vnionem Verbi diuini cum humanitate factam fuisse in eodem instanti, & momento, quo perfectè fuit formata in utero Virginis, ac proinde, tunc temporis assumptam fuisse à Verbo illique realiter vnitam, siue prius vnitum sit partibus Verbum, & deinde toti humanitati, siue solùm extiterit vnica vnio, quod modò non disputo. Si enim tunc non vniretur Verbum diuinum humanitati in ipso generationis instanti, sed in alio diuerso tempore necessario mediante, non posset esse Filius Virginis, quia nullomodo terminasset generationem humanam, vt enim optimè asseruit Nazianzenus, oratione 51. *Si quis formatum hominem fuisse Deumque postea subisse dicat, damnationi obnoxius est, hoc enim non Dei generatio fuerit, sed generationis fuga.* Idque necessariò supponunt Patres Concilij Ephesini, cum procedunt contra Nestorium, de quo videndus est sanctus Thomas, 3 part. quæst. 35, art. 4. & etiam quæst. 33, art. 1, cap. vbi probat assumptionem corporis Christi (& idem est de anima) factam fuisse in instanti formationis illius, quia aliàs sequeretur, quòd corpus Christi ante assumptionem habuisset aliquam hypostasim, quod est contra rationem incarnationis, in qua supponimus de fide vnionem factam fuisse in hypostasi diuina. Nec fuit conueniens, quod ad incarnationem destrueretur hypostasis creata, vt increata terminaret, aut corpus, aut animam. Adde, quòd aut Deus potuit assumere naturam humanam sine subsistentia, id est anrequam subsistentia resuleret, aut non potuit, si non potuit Deus non est, hoc enim non implicat contradictionem; si potuit, ergo hoc modo factum est propter rationem sancti Thomae illo art. 3. lege interpretes ad illas quæst. & art.

54. Beatissimam verò Virginem verè, & propriè esse Matrem Christi Domini qua Deus, atque adeo esse Deiparam probatur primò, quia si propter aliquam rationem Virgo Maria non esset Deipara, maximè quia in instanti incarnationis Christus non fuit substantialiter Deus; neque humana natura subsistit subsistentia diuina; at verè fuit Deus, & subsistit personalitate Verbi diuini, & illius subsistentia, ergo beatissima Virgo fuit Mater Dei, & Deipara. Maior constat ex his, quæ superius

diximus, ea enim difficultas hæreticorum; minorem satis probauimus in hac sectione, & consequentia probatur, quia vt asserit sanctus Thomas quæstione illa 35, articulo 4, concipi, & nasci attribuitur personæ secundum naturam in qua dicitur concipi, & nasci, cum actiones sint suppositorum, cum igitur in ipso principio conceptionis assumpta fuerit natura à Verbo diuino, & subsisteret subsistentia Verbi, optimè dicitur, quod Verbum diuinum fuit genitum, & natum ex Maria Virgine, & Virgo est Mater Dei, & Deipara, non quia ipsa diuinitatem produxerit, sed quia genuit hominem, cui in instanti generationis fuit vnita persona diuina, quod etiam docuit Magnus Gregorius, libro 9. registri, epistola 61. vbi inter alia, non prius in utero Virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem, sed statim Verbum factum est caro.

Hæc est ratio diui Thomae in illo articulo 4. quæ roborari potest ex illo Angeli, Lucæ 1. *Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur Filius Dei,* adiuncta prophætia Isaïæ, capite 7. *Eccce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, id est nobiscum Deus;* Quia vt doctè obseruauit Arias Montanus ibidem, nomen Emmanuel significat filium illum oriturum à Virgine duplicem habiturum naturam, humanam, & diuinam, & vtramque plenè arcano tamen & miraculoso modo communicandam ad publicam salutem, & propter hoc Apostolum dixisse 2. Corinth. 5. *Erat Deus in illo,* scilicet in Christo, *mundum reconcilians sibi.* Vnde etiam illa vox Elisabethæ, Lucæ 1. *Vnde mihi vt veniat Mater Domini mei ad me.* Cum enim vox illa Dominus diuinam indicet personam ex Damasceno lib. 3. de fide, capite 12. nunquam in illam Elisabeth prorumperet nisi Verbum carnem esse factum diuinitus intelligeret, cur enim fructum Virginis suum Dominum appellasset.

Secundò potest probari Virginem sanctissimam esse Deiparam argumento desumpto ex his quæ attulit diuus Thomas 3. part. quæstione 1. articulo 1. ad probandum conueniens fuisse Deum incarnati, id enim ostendit ex eo quòd consentaneum est summo bono, id est, conueniens illi propter suam bonitatem, & perfectionem entitativam, & substantialem se aliis communicare, sicut bono, vt bonum est conuenit seipsum communicare; cum verò summum bonum sit Deus, ei conuenit summo etiam modo se communicare, summa autem communicatio est per vnionem hypostaticam, quæ nihil aliud est, quam incarnari, ex quibus, vel expressè, vel implicite subsumptis infert sanctus Thomas conueniens fuisse Deum incarnari, & hoc modo declarata ratio Angelici Doctoris est efficax congruentia, quam dignitati Deiparæ adapto. Modis enim communicandi se Deum, ita ut verè esset Filius hominis nullo modo est impossibilis, & aliàs nullam dicit indecentiam, vt infra probabitur; conuenientissimum ergo fuit Deum generari & nasci ex Beatissima Virgine, quia summo bono conuenit per se, & ex natura sua, quod aliis communicetur, & aliàs communicatio per vnionem hypostaticam videtur necessa

S. Thomas.

Greg. Magn.

55. Luc.

Isaias.

Arias Mon.

Apostolus.

Damasc.

56.

S. Thomas.

57.

necessariò asserere secum hanc communicationem. Dices primo potuisse Deum se hoc modo communicare homini terminando illius naturam, ita tamen, vt non nasceretur ex homine, nec carnem ex Maria susciperet. Respondeo id esse verissimum, sed fuisse conuenientissimum bonitati diuinæ, vt carnem, quæ à salute deuuiat, assumeret, & in illa quæ vita est diabolus vinceretur, quòd nulla ratione contingeret si nouam carnem produceret, & non illam assumeret, quæ fuit in Adamo, ac proinde illam per generationem accipere fuit congruentissimum; cum si alio modo illam sibi vniret, & repente homo appareret, cum fundamento magno dubitari posset, an verus homo esset, an carnem attulisset de cælo, an corpus illud pharasticum esset, cum eius facta assumptione, & carnis generatione ex Maria sanctissima, vt concedebant Iudæi, adhuc tot hæreses fuerint exortæ circa verum Christi corpus, & veram illius humanitatem, vt hactenus vidimus, vide Aug. lib. 13. de Trin. cap. 13. & 17.

Augustinus. 58.

Dices secundò ex ratione sancti Thomæ, vt à nobis adaptatur ad Virginis Deiparæ dignitatem sequi clarissime aliquam perfectionem desuisse Deo ab æterno, si enim per se conuenit summo bono communicari, dicit Deus se non communicauit vt filius, hanc perfectionem non habuit. Respondeo hanc difficultatem esse communem mysterio incarnationis, etiam vt à Dei filiatione, & Deiparæ generatione præscindit, eamque 3. punct. quæstione 1. articulo 1. proposuisse Caietanum, & illum sequuti omnes interpretes Angelici Doctoris fenserunt. Vnde in mysterio præcisè sumpto quærenda est solutio. Assero ergo nec sanctum Thomam, nec nos ex illius doctrina assumere hanc propositionem ad probandum intentum, communicare se aliis est perfectio Dei, aut summi boni, sed hanc communicare se aliis conuenit bonitati entitativæ, vt bonitas est, quæ propositio nihil aliud significat, quàm quòd si summum bonum se aliis communicet, id sit illi consentaneum, & conforme ad propriam boni naturam, sicut consentaneum est ad naturam ignis calefacere, & ignem producere, in Deo igitur seipsum posse communicare, & creaturas producere, maxima perfectio est; quòd verò se de facto communicet perfectio non est, & ideo etiam si creaturas non produceret nulla deesset illi perfectio; ad argumentum ergo nego sequelam, quia etsi Virgo sanctissima non esset Deipara, nec Deus se communicaret homini, ita ut esset filius illius, adhuc Deo nulla defuisset perfectio, defuisset verò Maria, quia nollet Deus se hoc modo communicare, atque adeo non esset Deigenitrix. Vide Ferraram 1. contra gentes capite septuagesimo quinto, ex cuius doctrina hanc illustrat Gabriel Vasquez 3. part. in explicatione, art. 1. quæst. 1.

Ferrara.

Vasquez.

59.

Dixi nollet, quia etiam si optimum fuerit Deum incarnari & nasci ex Virgine potuit Deus non vri hoc medio ad redemptionem generis humani, licet hoc fuerit conuenientissimum, non enim Deus ex necessitate etiam morali semper eligit optimum, vt est verior, & communior sententia, meo enim iudicio,

etiam si in nobis possint distingui necessitates moralis, & physica, in Deo distingui non possunt, si enim Deus propter suam perfectionem necessitatur ad eligendum optimum, re ipsa necessitatur ad electionem huius medij, atque adeo moralis necessitas transit in physicam, & absolutam, quia in Deo non nascitur ex aliquo accidenti illa necessitas, sicut in nobis, qui ad peccandum necessitatur moraliter ex 1. peccato, sed nascitur ex ipsa perfectione, & substantia diuina, in qua ego summam libertatem, necessitatem nullam ad extra contemplor.

SECTIO V.

*Nec ex scriptura, neque ex ratione deduci Virginem sanctissimam non esse Deiparam, aut Filij hominis Matrem.*

60. ID contra hæreticos probandum ex vera explicatione auctoritatum sacre scripturæ, quibus abutuntur ad suos confirmandos errores, & imprimis, vt probent Christum humanum corpus, & humanam carnem non habuisse, proferunt illud Pauli 2. Corinthios 5. 16. *Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.* Quasi dicat Apostolus se antea intellexisse Christum veram carnem habuisse, sed iam retractasse sententiam, & asserere nullam in Christo fuisse carnem, aut corpus humanum. Respondeo primò, in his verbis solùm voluisse Apostolum ostendere ante passionem, & mortem carnem habuisse passibilem, & corpus adaptatum, vt posset mori, post resurrectionem vero carnem humanam esse impassibilem, & quæ ultra mori non possit, Christus enim, iam non moritur, ita explicat Apostolum Paulum Leo Magnus sermone de resurrectione, vbi postquam probasset carnem Christi esse passibilem ante resurrectionem, addit statim. *Et merito dicitur caro Christi in eo statu, quo fuerit nota nesciri, quia nihil in ea passibile, nihil remansit in ea infirmum, vt & ipsa sit per essentialiam, & non ipsa per gloriam.*

Paulus.

Leo Magn.

61.

Respondeo secundum; carnem Christi Domini per resurrectionem, ita eleuatam, ita glorificatam, vt videatur ad sublimitatem diuinitatis ascendisse, & relicta natura creata, & visibili ad increatam, & inuisibilem merito mortis, & passionis ascendisse, quod & significat Leo Magnus illis verbis. *Et non ipsa per gloriam, & indicauit Petrus Chrysológus sermone sexto, dum dixit. Cum dicis in Iesum Filium eius, confiteris Iesum, qui natus est de Maria, Dei esse Filium, caue ergo ne amplius sentias in Christo, quod homo fuit, sed semper quod Deus sit confiteri, Apostolo sic dicente, & si nouimus Christum secundum carnem, &c. Luculentius Gaudentius Brixianus response ad Paulum Diaconum de eo quod dixit Dominus, Pater maior me est. Deus diminutus non est in homine, sed homo profecit in Deum, vt sicut Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ita caro Deus fieret, & habitaret in cælis; quapropter Apostolus, & si cognouimus, inquit, secundum carnem Christum; sed iam nunc non nouimus, est enim Deus, & homo, vtrumque iam*

Chrysol.

Gaudentius

*Deum in Dei Patris dextera constitutum, non quod caro in Deum fuerit conuersa, sed quod in tantam gloriam, & maiestatem fuerit erecta, ut uelut uideatur absorpta, nihilque humanitatis habens, sed tota diuina. Id mortis propter redimendum genus humanum gloriosissimum premium, qui enim captiuo redimunt etiam si pro illis uitam superimpendant, si homines sunt Deum esse uidentur in charitate, si Deus ut Christus Dominus, ita sublimantur, ut caro uideatur in diuinitatem transire. Tanta illius gloria. Hæc mens sanctorum uideas quam à mente, & intelligentia hæreticorum aliena. Lege Caietani explicantem Apostolum diuersa ratione, sed quæ non displiceat doctis magistris.*

Redemptio  
gloria diuina.  
Caietanus.

62.

Corinth.  
ip. 15.

Secundò, hæretici ut ostendant corpus Christi non fuisse humanum, sed de cælo allatum, aut de diuina substantia formatum afferunt illud 1. Corinthiorum cap. 15. *Primus homo de terra terrenus, secundus de cælo celestis.* Videtur enim Apostolus opponere Christum Dominum nouum Adamum veteri & primo in hoc, quod corpus huius formatum fuerit de terra, & ex illa sumptum, corpus uerò Christi fabricatum sit ex cælo, uel ex sideribus, indeque delapsum. Respondeo primum hominem dici terrenum id est mortalem propter peccatum, secundum tamen, scilicet, Christum omnino immortalem post resurrectionem, ut explicat Anselmus, qui aliquo modo uidetur sequutus Chrysostomum, qui affirmat primum hominem in nos transfudisse corpus terrenum, terrenisque affectionibus obnoxium mortalitati scilicet; Christum uerò post resurrectionem habuisse corpus immortale, & gloriosum, indeque spem conceptam hominibus, eorum corpora futura immortalia, & incorruptibilia, quam ueritatem ut ostenderet Christus Dominus transfiguratus est, ut illo modo ostenderet adoptionem filiorum perfectam, id est non solum sanctificandam animam, sed corpus etiam incorruptibilitatem adepturum, exemplo carnis Christi Domini, ut colligitur manifestè ex oratione, quam in die transfigurationis canit Ecclesia.

63.

Tertullianus

Respondeo secundò, hoc testimonio aduersum hæreticos concludi Christum Dominum uerum esse hominem, atque adeo ueram carnem, & corpus habuisse, ut rectè annotauit Tertullianus lib. 5. contra Marcionem, cap. 10. Eodem modo, inquit, & in nomine hominis reuincetur, primus (inquit Apostolus) homo de terra terrenus, secundus Dominus de cælo, quare secundus si non homo? quod & primus? Christus igitur Dominus ueram habuit carnem, sed celestis dicitur propter illius mirabilem generationem, ut sentit Ambrosius, aut propter diuinam naturam, quæ reperitur in illo, ut ait Theophylactus, aut propter conuersionem, quæ tota celestis, ut explicat Oecumenius, aut propter spiritum, ut asserit Tertullianus libro de carne Christi, capite octauo, & de resurrectione carnis cap. 49. & cap. 51. Hæc autem de substantia carnis primus, & nouissimus dicti sunt, sicut & rursus primus homo de terra, & secundus de cælo, quia et si de cælo secundum spiritum, sed homo secundum carnem: at existimo Tertullianum

Ambrosius.  
Theophyl.  
Oecumenius  
Tertullianus

nomine spiritus diuinitatem intelligere.

Quam substantialiter non esse in Christo Domino nullo modo ex scriptura sacra extorquebunt hæretici: torqueant tamen & ueteres, & noui Arriani, illud enim Christi Domini, uado ad Patrem, quia Pater maior me est. iam explicarunt Concilia, & Patres de humanitate Verbo coniuncta, secundum quam minor est Pater, qui æqualis, & consubstantialis Patri secundum diuinam naturam, secundum quam habet realem ueritatem cum Patre. Ioannis 10. Ego & Pater unum sumus: uadit ergo ad Patrem in ea natura, qua minor est Pater, non autem ibat ut Deus, sed ut homo, nec Patris linquens dexteram, quia erat Verbum in sinu Patris, inde Athanasius æqualis Patri secundum diuinitatem minor Patre secundum humanitatem. Nec iuuat hæreticos oratio Christi Domini ad Patrem Ioannis 14. *Clarifica me Pater claritate, quam habui antequam mundus fieret*, sed potius ostendit se substantialiter idem esse cum Patre cuius & Filius naturalis sit, clarificauit enim & Patrem cum manifestauit nomen suum hominibus; nomen, scilicet, Patris, qui genuisset, & generet ab æterno Filium consubstantialem sibi, petit ergo clarificari à Patre id est manifestari hominibus in tempore, quod ipse sit Filius Dei ab æterno. Id significant illa uerba. *Claritate quam habui apud te antea quam mundus fieret*, gloriam igitur Filij, non Patris honor inhæret, ut loquitur Hil. 3. de Trin. qui ad hæc intelligenda omnino legendus, ibi enim optime ostendit diuinitatem Filij, illam uerò explicauerat l. 2.

64.

Athanasius.

Hilarius.

At obiciunt Transyluani, noui quidem Arriani, lib. 2. cap. 6. illud Pauli 1. Corinth. 15. 18. *Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc, & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia ut sit Deus, omnia in omnibus.* cum ergo nomen Deus sit dignitatis, & maiestatis, Christus qui Deo subiciendus est, non est uerè & substantialiter Deus. Respondit Bellarm. lib. 1. de Christo c. 16. Apostolum signare Christum futurum hominem etiam cessante regno ipsius terrestri, regnum declaratur cælestis, in quo etiam ut homo Patri erit subiectus, quod admonendi erant Corinthij, qui parum antea Gentiles erant, fabulisque assueti, cum ergo credidissent Iouem Saturnum Patrem imperio expoliassè, & in ordinem redegressè, ne crederent Christum Dominum uelle Patrem regno pellere ex eo quod Paulus dixerat euacuaturum omnem principatum, & potestatem seris, monuit Apostolus perpetuò Christum Dominum secundum quod homo est subiciendum Patri. Semper enim perseverabunt in Christo Domino, duæ naturæ humana, & diuina inconfusè, & impermixtè, ut superius ostendimus, quin unà conuertatur in aliam.

Bellarmin.

66.

Falluntur ergo Eutychiani, qui ex illo Io. 1. *Verbum caro factum est*, eliciunt conuersionem duarum naturarum, uel carnis in Deitatem, uel Deitatis in carnem, solum enim significat non tantum Deum factum esse carnem, sed & carnem assumptis, ad Philip. cap. 1. *Cum in forma Dei esset, exinanuit semetipsum formam serui accipiens.* Itaque illud Verbum, caro factum est, non debet intelligi, ut illud à qua facta

est est uinum, aut illud panis factus est caro; sed ea ratione, qua David dicitur factus Rex, uel Aaron Pontifex factus, quorum uerque, sine eo quod amississet quod erat, factus est quod non erat. Ita respondet Theodoretus dialogo immutabilis, & ex Latinis Hilarius lib. 3. de Trinitate paulò post medium. *Habuit plenitudinem diuinitatis, atque habet. Namque Dei Filius est, sed quia erat Dei Filius, & hominis cœperat esse Filius, erat enim Verbum caro factum non amiserat, quod erat, sed cœperat esse quod non erat, Videlicet uerus, & proprius Filius Deiparæ.*

Theodoret.  
Hilarius.

67.

Negant id Nestorius, & illius discipuli, & probant ex illo Matth. cap. 12, à num. 46. Vbi refert Euangelista, quod cum Mater Iesu, & fratres eius illum concionantem præ turba non possent adire, ut loquitur Luc. cap. 8. uellentque ad illum loqui & nuntiatum esset Saluatori, quod Mater eius, & fratres foris essent, eumque quærent, respondit; *Quæ est Mater mea, & qui sunt fratres mei?* Quibus uerbis uerè uidetur negasse Mariam sanctissimam esse illius Matrem, secundum humanam naturam. Ex quo fit neque esse Deiparam, non enim potuit Deum generare, nisi hominem factum, cum ergo neget se hominem Matrem habere, negat etiam Mariam sanctiss. esse Deiparam. Respondeo primò his uerbis nullo modo negatam esse Matrem, sed repressum intempestum nuntium, qui aduentasse monebat, foris stare Mariam sanctissimam, hacque uia uellet Christi Domini prædicationem interrumpi. Ita Epiphanius hæresi 11. ex translatione Dionysij Petarij, ubi alloquitur Marcionem. *Scio non his uerbis negatam esse Matrem, sed eius importunitatem repressam, qui tanta multitudine circumfusa, dum salutaris doctrina profunditur, ipse quoque adeo in curandis corporibus, ac predicando Dei Verbo totus occupatur, sic eum ausus est alloqui. Interpellasse quippe uisus est, qui hunc in modum interruperat, ecce Mater tua.* Deinde uerò Epiphanius non solum intendit Matrem non negasse, sed illius intuitu, & præ lætitia aduentus illius (quem tamen iam antea cognouerat, ut qui Deus) acerbissimè interpellatorem non reprehendisse, quod nisi gratus, ac iocundus illius aduentus ipsi fuisset acerbiori quidem increpatione intempestiuam hominis uocem excepisset; magna igitur Matris gloria, quod in gratiam illius, quæ omnium gratissima à seueriori correctione abstinerit.

Epiphanius.

68.

Ambrosius.

Respondeo secundò Christum Dominum Matrem non negasse; sed retinuisse aliquo modo spirituale intentum doctrinæ, inde Ambrosius in Lucam 14. num. 20. *Si propter se Dominus renuntiat Matri; dicens, quæ est Mater mea, cur tu Domino tuo cupias anteferrì.* Adde quod ut ipse etiam Ambrosius notauit lib. 6. in Lucam, exemplo suo docuit propter regnum cælorum, relinquendos esse Parentes, quod uidetur desumpsisse ex Ambrosio, Augustinus lib. de fide contra Manichæos cap. 25. dum ait. *Exemplo suo iam docebat negandos esse parentes, propter Deum, opera enim diuina facienti, terreni affectus obstrepere non debebant.* Quibus uerbis confirmatur sententia Epiphaniij asserentis Matrem sanctissimam, neque negatam,

Augustinus.

neque reprehensam, sed increpatum nunciantem ibi illam adesse. Eodem modo respondet Tertullianus, lib. de carne Christi, cap. 7. *Solet (inquit) implere Christus, quod alios docuit. Quale ergo erat, si docens non tansi facere Matrem, aut Patrem, quanti Dei Verbum, ipse Dei Verbum nunciata Matre, & fraternitate desereret? Negauit itaque parentes, quo modo docuit negandos esse pro Dei opere.* Vide Iustinum martyrem, qui quæst. 136. ad orthodoxos in Virginis fauorem ad intentum hoc explicat illud Lucæ 11. *Quinimo beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud: Quo etiam testimonio ad maternitatem Deiparæ confirmandam uirtutè citatus Tertullianus. Alias auctoritates non afferro, uideri enim possunt, apud interpretes, sancti Thomæ, apud Canisium, Bellarm. & alios.*

Tertullianus

Iustinus!

Luc. 11.

Tertullianus

D. Thom.

69.

Ex ratione etiam nullo modo deducitur Virginem beatissimam non esse Deiparam, illa difficilior; si propter aliquam rationem Virgo sanctissima esset Deipara maxime, quia genuit hominem Deum, atqui Deum generare non potuit; non ergo dicenda Deipara. Min. probò tribus medijs. Primum, quia antecederet ad actualement generationem nulla fuit connexio inter sanctissimam Virginem, & Deum generandum, naturalis enim esse non potuit, ut per se constat; neque supernaturalis, non enim inuenietur fundamentum uilium in quo possit repetiri ratio huius connexionis. Neque obediencialis. Hæc enim generalissima potentia est, & necessum fuit determinaretur, ex vi cuius superadditi ad tantam actionem, ut determinatur obediencialis uirtus intellectus ad uisionem beatificam; secundum medium, quia antequam terminet Verbum humanam naturam, illique uniat, intelligitur completa, & adæquata generatio puri hominis, ita ut beata Virgo contulerit nihil ad illam unionem, cum quia ut causa principalis non potuit, tum quia, nec instrumentalis, efficietiam enim creatura habere non potest, ut Deus sit homo; si ergo non potest esse causa unionis inter Deum, & hominem, non poterit generare Deum. Tertium, quia aliàs mutaretur Deus ex vi generationis, quam accepit de nouo, quod inconueniens, & magnum est; & uitari non potest, habet enim diuina persona humanam naturam quam antea non habebat.

70.

Respondeo negando minorem, & ad primam illius probationem nego in beata Virgine ante actualement generationem Christi Domini non esse ullam connexionem inter illam, & Deum ut generandum; monstrabo enim in sequentibus eleuatam fuisse per uirtutem supernaturalem ad illam generationem, quæ transcendit limites naturæ, & attingit fines Deitatis; est ergo in Deipara sanctissima connexio cum Deo terminante naturam humanam, & suppositum illius natiuitatis, qualis inter potentiam generatiuam humanam, & filium, qui nascitur illius uirtute; qualis etiam inter intellectum illustratum lumine gloriæ, & uisionem beatificam, & præterea accedit, actualis generatio, quæ uinculum est, & connexio inter Virginem sanctissimam, & filium iam genitum, non quia accipiat existentiam à Virgine, ut iam diximus,

sed quia in instanti eodem in quo hominem genuit vnita fuit humanitati persona diuina supplens absentiam personalitatis humanæ, quæ ex generatione resultare debebat; diuinum ergo suppositum, hoc modo est filius Virginis & Deipara Maria sanctissima. Constat ergo fundamentum illius connexionis esse supernaturalem virtutem; tamen si naturalis virtus Virginis, tum absolute, tum etiam secundum obedientialem potentiam non sit excludenda; & si hæc generalis sit determinatur per supernaturalem virtutem, siue illa sit actiua, siue passiuæ de quo modo non disputo.

71. Ad secundam probationem minoris nego antecedens, cum enim in eodem instanti temporis in quo Virgo generauerit, vnita sit humanitati diuina persona, nullo modo intelligitur completa generatio, antequam humanitas subsistat in verbo; qua etiam ratione in generationibus naturalibus humanis non intelligitur completa generatio antequam intelligatur homo subsistens, etiam si generans nullo modo subsistentiam producat, quæ reperitur in toto composito; quod melius intelligitur, si supponamus assumptam animam, & assumptum corpus antequam assumeretur humanitas, tunc enim cum Virgo concurreret ad vnionem animæ, & corporis, rectè intelligitur humanam generationem non esse completam, & adæquatam, saltem ante assumptionem animæ, & corporis. Fuere enim hæc duo vnita inter se per concursum, & causalitatem Virginis, non vtunque, sed vt verè generaretur hic homo, qui iam erat Deus ex vi terminationis per subsistentiam diuinam, quod sufficit, vt Beata Virgo dicatur Deipara, quin ad hoc necessarium fuerit attingere vnionem hypostaticam. an verò saltem instrumentaliter attingerit inferius dicemus.

72. Medium tertium, quo probatur illa minor tangit grauissimam difficultatem, de immutabilitate Verbi Diuini in incarnatione, de qua multa Patres, & Theologi cum Diuo Thoma, 3. p. q. 16. a. 6. & 7. & etiam q. 1. art. 1. de conuenientia incarnationis, & q. 2. a. 6. & 7. Ego supposita Catholica veritate incarnationem factam fuisse sine Dei mutatione, vt loquitur Damascenus, lib. 3. de fide c. 1. & alij etiam Patres, noto breuiter motum esse actum entis in potentia prout in potentia est; requiritur ergo, vt res mutetur, quod sit in potentia ad aliquam perfectionem, quod in illa antecedit illius perfectionis privatio, quod illam perfectionem de nouo recipiat, tanquam principium passiuum; Addo etiam, quod habeat, seu respiciat principium actiuum, à quo incipiat esse illa mutatio, quæ meo iudicio clarissima sunt, & docentur in naturali Philosophia, Materia enim, quæ recipit substantialem formam principio dicit potentiam ad illam formam, deinde priuationem illius, quia nata est formam habere, & tunc illa caret: cum illam recipit dicitur principium, aut subiectum passiuum, & necessariò dicit ordinem ad causam efficientem à qua immutetur. Vnde illa dicitur mutari, quia recipit in se formam, & motum, terminus autem productus, aut generatus propriè non dicitur

D Thom.

Damascen.

mutatus, sed materia, quæ transit de reali potentia passiuæ ad actum cuius est in potentia.

73. Ad rem igitur nostram, & si Verbum diuinum terminet humanam naturam, & dicatur genitum, non tamen mutatur; Primò, quia cum sit actus purissimus, & cui nulla desit perfectio, non potest esse in potentia ad illam. Secundò quia consequenter in Verbo nulla est, nec potest esse priuatio debitæ perfectionis, aliàs non esset summè perfectum. Tertio, quia non est subiectum passiuum humanitatis, neque illam in se recipit, sed potius sustentat humanitatem estque illius persona, & subsistentia, tali ratione, vt humanitate non indigeat; sed potius humanitas à subsistentia, & persona diuina, vt qualibet alia humanitas dependet à propria subsistentia. Tertio, quia in incarnatione, seu vnione diuinæ personæ ad humanitatem non recipit, aut respicit causam efficientem, & superiorem à qua immutetur, ipsum enim Verbum efficienter est causa illius vnionis, sicut Pater, & Filius. Ad argumentum ergo & tertium medium nego antecedens, & ad illius probationem dico, nec Verbum mutari, nec absolute aliter se habere quia terminet naturam humanam, non enim est subiectum vnionis, quæ licet sit nexus, & vinculum ad incarnationem subiectatur in humanitate, non autem in persona diuina. Forsitan res omnino diuina est inexplicabilis lege Petrum Hurtado, in 3. p. disput. 2. sect. 3. à num. 27. ratio autem sustentandi, non dicit necessariò causalitatem materialem; subsistentia enim creata non est causa materialis humanitatis; potius videtur illius causalitas reduci ad formalem causam, quia veluti actuat, & perficit, sine imperfectione tamen. Confule Franciscum Suarez tomo 1. in 3. part. quæst. 2. disput. 8. sect. 4. à §. illo Responderetur hanc esse. Alias difficultates circa generationem Dei, & hominis insequentibus attingemus, vide multas in Aureolo 3. disput. 4. per varios articulos, & in cæteris scholasticis.

Hurtado.

Suarez.

Aureol.

## SECTIO VI.

*Hæreticorum argumenta, & motiua diluta?*

74. Blasphemi discursus Nestorij, quibus intendebat Christum Dominum non esse Deum nullius sunt momenti. Ad primum ex negatiua authoritate (quo genere argumentandi sæpe vtuntur Hæretici) iam ostendemus sect. 4. in principali conclusione huius disputationis ex Diuo Thoma quod tamen in sacra scriptura nullus sit locus in quo expresse dicatur sacra Maria Deipara, inueniuntur plures in quibus expresse dicitur Mater Iesu; cum ergo hoc nomen significet personam subsistentem in duabus naturis diuina, & humana, & probarum iam sit in Sacra scriptura Christum Dominum esse substantialiter Deum, ex illa euidenter colligitur Virginem Beatissimam Matrem huius hominis, necessariò esse Deiparam, non solum,

Cyrillus.

solum, quia ita affirmarunt Patres hoc modo intelligentes scripturam, vt putauit diuus Cyrillus in Concilio Ephesino: sed etiam, & potissimum, quia loquutiones, & veritas scripturæ id ipsum pronunciant.

Secundum non probat Christum esse creaturam, & Spiritus sancti Filium, quia ad hoc vltimum non solum requiritur, quod incarnatio effectiue sit ab Spiritu sancto; sed quod Christus Dominus procederet ab Spiritu sancto secundum propriam substantiam in similitudinem naturæ specificæ, ita, vt Spiritus sanctus illi communicaret propriam naturam, sicut Pater communicat Filio propriam substantiam: inde est quod Christus Dominus nec sit Filius Spiritus sancti, nec Spiritus sanctus Pater illius; ita respondet sanctus Thomas 3. part. quæst. 3. art. 3. corp. & ad primum, & generaliter Patres.

S. Thomas.

75.

Vasquez.  
Concilium.

Tertium argumentum tangit celebrem difficultatem de Christi seruitute, de qua multa in Concilio Francofordiensi, quæ assert, & explicat Vasquez, disputatione posteriori de seruitute Christi contra Elipandum. Ego semper intellexi Christum Dominum nullo modo esse seruum propriè sumptum; seu quod idem est mancipium respectu Dei nec seruus, & abiectæ conditionis esse, sicut sunt ceteri homines, & existimo hanc fuisse mentem illius Concilij, & Adriani summi Pont. ep. ad Episc. Hispaniæ Conc. enim hæc profert in ep. *Quid est aliud dicere, eandem Virginem adoptiuam, vel seruum genuisse, nisi negare Deum illam genuisse, si Deus generatus est, non quidem adoptiuus, sed Filius, quia alia persona est propria Filij, alia adoptiua Filij, vel serui.* Vbi sentit Concilium, quod sicut repugnat cum naturali filiatione de qua loquitur, filiatio adoptiua, ita etiam repugnat ratio propriæ seruitutis, cum naturali filiatione, & identitate cum Patre diuino. Adrianus verò hæc scribit. *Nam, & Deus, & homo erat, qui secundum Deum dicebat, Ego & Pater unum sumus, & secundum humanitatem, Pater maior me est, & tamen non ait Pater Dominus meus est, & inferius: Ipse utique vnus proprius, & dilectus, & non seruus, & adoptiuus; & rectè quidem, naturalis enim filiatio in assumptione humanitatis ad Verbum consumpsit, & filiationem adoptiuam, & seruitutis iniuriam, ita ut Christus Dominus perfectissimo modo esset ingenuus, & liber, qua enim ratione constare potest, quod aut indiuidua substantia, & vnitate natura ratio seruitutis, & mancipij possit consistere, aut quod ille qui non est extraneus in natura à Patre, propriè sit illius mancipium.* Nego igitur Nestorio, quod si Christus Dominus esset Deus, Deus esset seruus, fieri enim non potest, vt eadem diuina persona sit seruus, & Dominus. Loca autem scripturæ, quæ videntur significare Christi Domini seruitutem tropicè, & allegoricè intelligenda sunt, suscepit enim Dominus formam serui; sed verus seruus non fuit, sicut nec verus lapis, aut leo, lege Vasquez citatum.

Adrianus.

76.

Ad quartum dico neminem posse generare personam seipso antiquiorem communicando illi naturam propriam quam habet; hæc enim supponitur præexistens ad generationem; be-

ne tamen generando aliquid, in quo illud antiquius subsistat. Hoc ergo est ineffabile incarnationis sacramentum, quod sanctissimæ Mariæ calitus datum est, scilicet quod generet seipsa antiquiorem Deum ipsum, & proprium creatorem, non quia illi det esse existentiam, & illum de nouo producat, hoc enim est impossibile, sed quia concessum est illi diuinitus, vt generaret hominem subsistentem personalitate diuina, quod satis est, vt verè, & propriè sit Deipara, humanitas enim semper subsistit subsistentia Verbi diuini; ac proinde hac ratione Deus, & Verbum est Filius Virginis matris. Hæc breuiter ad argumenta Nestorij. Vide Damascenum libro 3. de fide, Damascenus. cap. 11.

77.

Nihilò efficaciora sunt momenta, quæ Manichæi afferbant ad suum errorem firmandum. Ad primum enim, fides catholica docet vnicum tantum esse Deum Creatorem, omnium, nullaque ratione admittendum alterum Deum Creatorem malorum, atque adeo carnis auctorem, quæ in se mala est; quod delirium fuit Manichæi, & sectatorum illius, & late refellit sanctus Augustinus in libris, quos contra illos scripsit, caro igitur ex se bona est, & à vero, & vnico Deo producta; & licet mala esset, ex assumptione Verbi, & vnione hypostatica redderetur purissima, & sancta, vt de se est manifestum; ex hac ergo ratione non repugnat Christum Dominum veram carnem humanam habuisse, nec fuit necessarium illam de celo, aut lyderibus deduci, id enim foret contra Veritatem redemptionis humanæ.

Augustina.

78.

Motiuum secundum contra Manichæos facile retorqueri posset, & ex illo contra illos probari Deum non esse Deum: illud enim, quod inquinari, & infici potest ex contactu rei fordixæ Deus esse non potest; at si Deus sumeret carnem ex Virgine beatissima inquinaretur, non igitur esset verus Deus, rectè igitur asseruit S. Augustinus libro de fide contra Manichæos, capite vigesimo quarto, hanc veritatem his verbis. *Ideo magis probatur Filius Dei non posse de sanguine femina conquinari, quia per feminam natus est, quam si non per feminam nasceretur, & membra illa deui asser; videretur enim iudicasse, posse se inde palli & minus à nobis fidenter inoquinabilis diceretur.* Hæc subtiliter, & solide Augustinus Pater. Mirum quod homines stolidi videant hunc solem fœda tractantem, fœdari nulla ratione inter spurcitas immundas, & intelligere non possint, qua ratione supremus sol Deus immaculatus fœdari non possit ex assumptione carnis humanæ, quo exemplo illos torquet etiam Augustinus Pater, ipse ante conuersionem Manichæus lib. de Agone Christiano, capite decimo octauo; quod quidem efficacissimum, præcipuè cum Virginis caro fuerit immaculatissima, mundissima, & sanctissima, vt loquuntur Patres, quos inferius non semel citabimus; ex quibus manet dilutum argumentum Appellis, quod fundabatur in Manichæorum hæresi, addito Angelo illo igneo præside fœdi, & mali Dei, quem efficacissimè exturbat Tertullianus lib. de carne Christi cap. 7.

Augustina.

August.

Tertullianus

79. Ad fundamentum Valentini Gentilis, qui asseruit carnem Christi cœlitus allatam, quia Deo tribuendum est, quod in se est perfectissimum; respondit iam sanctus Thomas 3. part. quæst. 5. art. 2. ad tertium; commendare hoc maxime Dei nostri gloriam, quoad corpus infirmum, & terrenum ad tantam sublimitatem prouexerit: unde in Ephesina synodo legitur verbum sancti Theophili dicentis. *Qualiter artificum operum non in pretiosis tantum materiis, sed in admiratione sunt, sed vilissimum lignum, & terram dissolutam plerumque assumptis, multo magis sua disciplina demonstrantes virtutem; ita omnium artifex Dei Verbum, non aliquam materiam corporis cœlestis apprehendens ad nos aduenit, sed in suo magnitudinem suæ artis ostendit.*

80. Hanc verò carnem non habuisse animam rationalem nullo modo conuincit Apollinaris. Ad primam illius rationem respondet sanctus Thomas 3. part. quæst. 5. art. 3. ad primum, Illis verbis: *Verbum caro factum est, significasse Euangelista Deum factum fuisse hominem, quia in Scriptura sacra caro significat idem, quod homo, ut Isaiæ 40. Videbit omnis caro salutare Dei.* Vbi ille terminus caro, non solum significat hominem, sed etiam omnes homines Iudæos scilicet, atque Gentiles, nam *idem Dominus omnium, dicitur in omnes* (homines scilicet) *qui inuocant illum*: ergo factum est Verbum caro, idem importat, quod factus est homo; qua loquutione indicauit Apostolus Ioannes humanitatem assumptam, vltus est autem nomine carnis, ut significaret principale esse Verbum, in illa vnitate susceptionis, extremum verò esse carnem, ut sentit, diuus Augustinus lib. 83. qq. 9. tom. 4. quo loquendi modo commendauit humilitatem Dei, non quia omiserit animam, quæ in homine principalior pars, sed quia assumpserit carnem, quæ multo inferior est factum est igitur verbum caro, quia Gen. 6. *Omnis caro corruperat viam suam*, ut carni, id est homini, qui sanum, suam tribuerit in mortalitatem contra conscientiam, ut loquitur Zeno martyr sermone de natiuitate.

81. Ad secundum, Verbum, non fuit carni pro anima, Deus enim vita est, & substantialiter, & efficaciter, non autem vita, quia illam confert in genere causa formalis, hoc enim repugnat perfectioni diuinæ, quæ esse non potest altera pars compositi humani; potius ergo ex vita Verbi intetur animam esse in corpore Christi, & non solum carnem, forma enim est effectus agentis, cum ergo Verbum diuinum habeat vitam perfectissimam ex illius presentia ad carnem, per vnionem videtur ita qui vita per modum formæ, quæ nihil aliud quam anima rationalis, sicut ex presentia ignis ad corpus colligi potest, quod corpus sit calidum; ita sanctus Thomas ibidem ad secundum Est ergo Verbum fons vitæ, sicut causa efficiens, non sicut causa formalis.

82. Ad tertium anima peccare potest, quantum attinet ad suam naturam, quæ ex nihilo est; ex vnione autem ad Verbum diuinum, absolute redditur impeccabilis, sicut etiam ex vnionis Beatificæ. Vbi verò Deus substantialiter inuenitur vnitas nulla inclinatio potest esse ad

peccatum, cum ibi sit puritas, & sanctitas infinita. Rectè Ambrosius, quem refert Vasquez Ambrosius 1. tomo in 3. part. quæst. 6. disp. 37. cap. 2. *Qui alios à carnis ludibrio vindicabat, nunquid formidare poterat; ne & ipse Dominus quidem carnis istius vinceretur.*

83. Ad quartum non est quod timeant hæretici quatevnitate inueniunt in Trinitate ex admisione animæ rationalis in Christo, qui tamen carnem animatam habeat, non habeat substantiam, & personalitatem, quæ resultat ex vnione animæ ad corpus in humana generatione. Resultaret certè substantia humana, si personalitas Verbi non assumpserit humanam naturam, impedissetque resultantiam personalitatis creatæ: at cum in primo productionis humanitatis instanti terminauerit illam, & ad se assumpserit, licet fuerit perfectus homo, ex anima rationali & carne subsistens non fuit ibi persona creata; ac proinde non inducitur, quarta persona; eadem enim quæ, & Filius est, & in Trinitate secunda factus est homo.

84. Quartum argumentum illam excitat difficultatem, an ex eo, quod Christus Dominus, & corpus habuerit, & animam veram rectè dici possit compositus ex tribus substantiis, seu naturis; scilicet anima, corpore; & diuinitate, an verò ex solis duabus; non enim posse dici compositum ex tribus substantiis contendit Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa, cap. 16. & hanc sibi loquutionem displicere asseruit Paulinus Aquileiensis in libro factosyllabo, qui refertur in Concilio Francosfordiensi, & habetur in 5. tomo Bibliothecæ veterum Patrum; & prius idem affirmavit Benedictus II. Pontifex Romanus, ut narrat Pater Concilij 15. Tolentani nuper excusi, & ad secundum. Fundamenta duo, primum eodem modo dici posse in Christo esse sex substantias, aut naturas, cum corpus Christi constet ex quatuor elementis. Alterum, quia illo stylo, & loquutione videntur numeri, anima & caro, ut aliquid disinctum, & tamen carnem animatam Verbum assumpserit.

85. Verum rectè dici posse Christum Dominum compositum esse ex tribus substantiis aut naturis, & illam loquutionem esse catholicam, & non impropiam, non solum docuit Concilium illud Tolentanum 15. sed probat etiam ex Augustino, de Trinitate lib. 1. cap. 17. Vbi illa loquutio est expressa ex Isidoro lib. de differentiis, cap. 6. vbi explicatius habetur, quam sententiam habuit etiam Concilium Tolentanum 11. & defendit Stephanus Eduensis lib. de Sacramento altaris, cap. 17. & Bernardus sermone 3. de Natiuitate post medium. Quibus addiderim eundem Bernardum, qui lib. de consideratione ad Eugenium, cap. comparat Mariam mulierem, quæ tria sata farina fermento commiscuit, ut tota deinde conspersio in vnum conflaretur, & vniretur, eleganterque ostendit Mariam sanctissimam hanc esse mulierem, quæ presentis fidei suæ fermento, id quod nemo alius potuit perfecerit, ut in suo vtero tres naturæ, Verbum; anima; & caro, perinde ac tria sata in vnitatem personæ Christi coniungerentur, & coniunctæ non separarentur.

D. Thom.

Conc. Eph.

D. Thom.

Augustinus.

Conc. Tol.

Augustinus.

Conc. Tol.

Steph. Ed.

Bernard.

D. Angelicus

86. Eandem loquutionem non improbant Recentiores quamuis aliqui dicant propriorem esse modum loquendi Damasceni, & Paulini, ut Ragula 1. tom. in 3. part. disput. 63. Sed absolute illam probant Canisius lib. 13. de Deipara, cap. 13. explicans Bernardum; & Cardinalis Bellarminus, lib. 3. de Christo, cap. 8. quos imitantur alij.

87. Sed & probari hunc stylum Damasceno colligitur clarè ex eodem lib. cap. 5. Vbi Damascenus comparat mysterium incarnationis, cum Trinitatis mysterio, ut ex vna re singulari illustret aliam æquè singularem, ut enim singulare est, quod sint in Trinitate tres hypostases cum vna sola, & simplicissima natura, ita singulare est, quod sint in Christo tres naturæ Deitas, anima, caro cum vna simplici hypostasi; quod re ipsa negari non potest, cum ut vidimus contra Apollinarium doceat Ecclesia, præter substantiam Deitatis, & corpus reperiri etiam in Christo animam rationalem, quæ substantia est, cum igitur istæ substantiæ, aut naturæ inueniantur subsistentes in Christo, ratione personalitatis diuinæ, negandum non est saltem non tam proximè, sicut ex humana natura, & diuinitate Christum Dominum esse compositum, tamen negari nulla ratione possit immediatius dici compositum ex duplici natura, & substantia. Vnde rectè dixit Concilium Francosfordiense. *Aliud est contra hæreticos contendere; aliud verò puram fideliter confiteri fidem; ibi enim veritas animæ, & carnis in Christo ostendenda est, hic perfecta humanitas in eodem confitenda est.* Concilia ergo, & Pater Augustinus non negant perfectam humanitatem, substantias enim corporis, & animæ fatentur, non solum Verbo, sed etiam inter se vnitas; quod ut vidimus negabant hæretici. Vnde fit, ut inquit Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa, cap. 5. ut numerentur, nec tamen propterea, numerus diuisionem inducat. Damascenus verò velle in Christo tres esse naturas monstrant illius verba paulò superius, quæ sic habent. *Eodem modo Christi vnita nature, quamuis inter se vnita sint, tamen sine vlla confusione vnita sunt, & quando alia, in alias immanent, non tamen proinde mutua alterius in alteram conuersionem, ac mutationem admittant.* Quæ verba pro Conc. Tolent. ponderanda sunt, vbi enim sunt naturæ quæ in alias immanent, non sunt solum duæ naturæ, sed ad minus tres debent reperiri. Sentio ergo vtramque locutionem Damasceno placuisse, quamuis prima magis placuerit, non quia hæc vltima falsum quid, aut alienum à veritate asserat; ut notauit ibi Iodocus Chitoneus, sed quia numerum naturarum, non eo, quo debent modo, & ordine sumunt, quæ videlicet prima Christi constitutio est ex diuina & humana natura, non autem ex diuinitate, anima & corpore.

88. Damasceni autem, & Paulini Aquileiensis momenta non sunt insolubilia; elementa enim non sunt in mixto secundum substantiam formaliter, aliàs naturaliter plures essent formæ in eodem composito; sed solum secundum qualitates, ut docet Philosophorum verior sententia. Inde Christus Dominus non ex illis compositus dici potest; sicut & anima;

& corpore, quæ duæ substantiæ formaliter reperiuntur in illo; ex illa verò loquutione, tamen videntur numerari corpus, & anima inter se disincta, non ita numerantur, sicut non dinumerantur ex eo quod dicantur esse in Petro anima, & corpus, nec ex eo quod dicantur in Christo Domino esse natura diuina, & humana, etsi non addatur vnitas inter se. Quod vero obiecit Damascenus ex loquutione hac sequi in Christo esse tres operationes, absurdum non esse tradidit Gabriel Vasquez, tomo 1. in 3. part. quæst. 6. disput. 37. cap. 1. num. 14. Quis enim negare potest, præter operationem diuinam, reperiri in Christo Domino operationem spiritualem correspondentem animæ, & corpoream correspondentem corpori, non enim debemus, cum operationes Christi numeramus, eas dinumerare secundum rationem communem, sed secundum rationem peculiarem; non enim istæ inter se vniantur, sicut vniantur anima, & corpus, quæ ratio efficacior est in partibus hominis.

89. Deuteronomij locus nihil inuat Iudæos, quia quando aliquid simile dicitur alteri, non requiritur, quod ex omni parte sit simile, sufficiat simile sit secundum aliquam rationem secundumve aliquem modum, & consequenter secundum aliam considerationem potest esse dissimile quod clarè constat in oleastro, & oliua, ait Augustinus Pater disputans de hac re, lib. 16. contra Faustum Manichæum, cap. 15. ergo Christus Dominus, non ita similis Moyse secundum omnem rationem, ut ille nullo modo fuerit dissimilis, aliàs nec nasceretur ex Virgine, nec tertia die resurrexisset, neque esset Redemptor, est igitur non solum homo sicut Moyse, sed & Deus etiam, quod constat ex aliis scripturæ locis, & in loco Deuteronomij potuit prætermitti, quia ibi nulla ratione necessarium, lege Irenæum, lib. 3. cap. 12. Relinquitur ergo sacra Matia Deipara.

\* \* \* \* \*

DISPUTATIO II.

*Vtrum beatissima Virgo influxum paternum habuerit in generatione Christi Domini ita ut verè sit Patri-Mater illius.*

**H**ANC etiam disputationem præmitto, ut statim in principio constet incarnationem Verbi diuini, ita factam virtute diuina, ut solus Spiritus sanctus omnia in tanto mysterio viti exercuerit munera, quin creatura aliqua illa iuberit, falluntur enim, qui ex virtute actiua ad generationem Christi, (si quæ fuit in beatissima Virgine,) illicò inconsideratè à tanto mysterio efficiendam excludunt, & supernaturalem causalitatem Spiritus sancti.

Ragula.

Canisius.

Bellarmin.

Damasc.

Conc. Fran.

Augustin.

Damascen.

Paulinus.

Benedict.

Conc. Tol.

Augustinus.

Conc. Tol.

Steph. Ed.

Bernard.

Iodocus.

SECTIO PRIMA.

Affirmatiuum iudicium.

90. Difficultas est, an tamen Christus Dominus Patrem non habuerit in terris, vt fides catholica docet, beatissima Virgo tantam habuerit gloriam in illius humana generatione, vt non solum munera omnia exerceret, quae aliae matres exercent in productione filiorum, sed etiam aliquod exercuerit munus ex illis, quae Patres exercent, & nullo modo naturaliter matribus conueniunt, itaut virtute huius muneris exerciti, & influxus virilis in sacratissimam prolem, virgo sacratissima non solum sit Christi mater, vt feminae aliae matres sunt filiorum, sed etiam verè, & realiter Matri-pater aut Patri-mater existat: vt utrumque munus, & vtrumque influxum habuerit, & pater, & mater dici, & esse quodammodo possit?

91. Affirmat latè Baptista Poza lib. 2. Elucidarij Mariae toto tractatu 5. breuiter, & ferè vnico verbo Cornelius in cap. 1. Matthaei, num. 16. §. tertio, vbi haec scribit. Vnde ipsa (virgo) magis est Mater Christi, quam aliae matres suorum filiorum, quia ipsa sola fuit quasi Pater, & Mater Christi. Meminit huius iudicij Cardinalis Aureolus 3. disput. 4. art. 5. versiculo contra secundum, sed illud merito impugnat. Dicuntur fauere Enodius epistola 3. ad Augustinum, Damianus epistola 4. cap. 11. Auctor libri de mirabilibus sacrae scripturae, lib. 3. cap. 1. 2 quorum verba praeter morem non afferuntur, afferenda si expressè hanc imaginationem iuuarent. Ergo existimat Baptista, vt illius vtar verbis, quod ea ratione qua Ioachimus, & Anna quauis ex miraculo acceperint virtutem generandi deuicta sterilitate, & naturales fuere Mariae parentes; sic Deipara etiam si miraculosè obtinuerit illam efficaciam, qua illa sola totam materiam ministraverit futuri corporis Iesu, & illa sola omnem efficientem concursum praestiterit, quem viri semen praestare debebat, nihilominus integrè est Mater, & si non Pater est Matri-Pater, vel Patri-Mater naturalis Iesu, modo tamen supernaturali.

Enodius. Damianus. At quia merito fulmineum timeat dentem addit secundò ad suam explicandam sententiam, quod vtinam non addidisset, totum illum sanguinem, aut semen, aut vtrumque, quod Maria sanctissima ministravit humanitati Iesu Deo miraculosè vrgente, & obumbrante eadem praestitit subito, & vnico contextu in organizatione corporis Christi, & inductione animae rationalis, quae lentè, & paulatim semen vitale, & muliebre coagmentatum, & commixtum in vtero aliarum faminarum praestare solet, & addit vterius propterea, neque alium modum supplendi absentiam viri Spiritus sanctus elegit, neque aliter materis suppleuit concursum, quam miraculosè conferendo Mariae, vt omnem influxum corporis sola ministraret, vt omnem influxum efficientem in genere causae secundae sine viro adhiberet. Vnde sine virili commercio, aut

Matri Pater esset, aut Patri Mater. Haec rursus explicat, & tandem affirmat Mariam sanctissimam respectu generationis filij non esse partialem causam, vt aliae feminae sed integram, & totalem in genere causae efficientis.

92. Probat primò ex metaphora, qua Deus dictus est Patri-Mater etiam à viris catholicis, Gentiles omitto, Synesius enim hymno 2. haec ad Patrem aeternum. Tu Pater, tu es Mater, tu mas, tu femina, & Augustinus Pater 7. de ciuitate Dei cap. 9. Deum ex mente Valerij Sorani Patrem simul & Matrem nominat. Secundò probat Ethnica eruditione, qua ostendit Ioanem factum à gentilibus masculae, & feminae naturae, vt refert Athenagoras legatione pro Christianis, lunam eiusdem esse naturae ex relatione Eusebij Caesariensis lib. 3. de praeparatione euangelica cap. 3. Quod de Vulcano, & Pallade tradit Horus de barbara venere apud Cyprios, quibus addit, quod de Hermaphroditis, & Androgyniis Diis prodiderunt Arnobius, & Augustinus, ex quibus concludit non implicare virginem sanctissimam esse Matri-Patrem, & reuera ita contigisse.

93. Terriò probat auctoritate Sanctorum, & imprimis Hefychij Hierosolymitani, qui oratione de Deipara Virginem vocat instrumentum incarnationis eius, qui omnia pròduxit: Anastasij Sinaitae, qui lib. 3. de rectis fidei dogmatibus asseruit solam Mariam sanctissimam formando corpori Christi praebuisse materiam. Anselmi, de excellentia Virginis, cap. 4. affirmantis Verbum à Virgine totam accepisse humanitatem sine Patre in terris: sanctae Brigitae efferentis totum corpus Christi de solo Virginis corpore esse desumptum, Hugonis de sancto Victore, lib. de Virgin. Mariae cap. 2. dicentis, quod amore, & operatione Spiritus sancti ex carne Virginis natura substantiam ministravit. Guericci sermone de annuntiatione, qui ait. Hoc nempe est de se sola intra femeripsam concipiet, & solius Materni corporis inuolucro vestiet. Haec cap. 1. & 2. in tertio varia producit exempla animalium, quae sunt Patri-Matres.

94. Quartò probat rationibus. Prima Deus tribuit Mariae vt materiam illam, quam vir solet tribuere ad prolem, ipsa sola ministraret materno sanguine: ergo & illi tributum vi huius, vt omnem exerceret efficientiam virilem, consequentiam non probat, nec video, qua via possit probare. Confirmat, quia si Deus voluisset Mariam sanctissimam esse Christi Patrem, & Matrem, non alia ratione quam nunc omnia atrempasseret. Secunda, virilis, & paternus influxus in Christum Dominum possibilis est, & debitus administrationi totius materiae: ergo de facto fuit in Virgine paternus influxus, praefertim cum Dei prouidentia summo studio fatageret, vt Maria sanctissima omnem concursum haberet, propter hanc enim rationem, eam, & Virginem, & inuenculam voluit. Tertia, quia esse Matri-patrem in maiorem cedit Virginis gloriam, sic enim expressius referret Deum, summa enim sapientia, & pulchritudo summi boni amore capta ex illo quasi ex matre femina concepit vniuersum hoc communem amborum progeniem, vt loquitur Leo Hebraeus,

Synesius.

Augustinus. Valer. Sor.

Athenagoras

Hefychius.

Sinaita.

Anselmus.

Gueric.

94.

Leo Hebr.

braeus, vel potius Philo dialogo 3. de Amore; ergo Maria sanctissima verè est Christi Domini Matri-Pater.

SECTIO II.

Virginem sanctissimam non fuisse Matri-Patrem sensus perpetuus Ecclesiae.

94. A ntequam Cornelij, & Pozae imaginationem refellam, praemitto primo Virginem sanctissimam (quod in sequentibus magis explicabitur) omnia munera exercuisse in generatione Christi Domini, quae Matres aliae exercent in generatione filiorum, itaut quantum possibile est in tanto mysterio nulla ratione illi defuerit propria maternalis causalitas. Displicet enim mihi, & valde quidem Aureolus, qui alium extremum sequutus asseruit in 3. d. 4. pagina mihi 399. §. ad propositum. Virginem sanctissimam ideo dici, & esse Matrem Christi, quia inchoauit generationem ministrando materiam, itaut ceterae functiones sint ab Spiritu sancto, & nullo modo à beatissima Virgine, sequitur enim ex hac sententia Virginem sanctissimam non esse Matrem tam perfectam, sicut & aliae matres sunt suorum filiorum, quauis enim generatio consisteret in sola materiae administratione, vt contendit Aureolus ibidem, de quo modo non disputo, negari non potest esse alias functiones, quae complement, & perficiunt causalitatem, & generationem maternam.

95. Praemitto secundò Virginem sanctissimam, vel ratione potentiae obedientialis, vt loquitur Scotus 3. disput. 4. quaestione vnica, vel ratione virtutis susceptivae, & generativae, vt loquitur Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa, siue sit passiva tantum, vt vult diuus Thomas 3. part. quaest. 3. 2. art. 4. ad primum, siue sit actiua, vt docet Benauentura 3. distinct. 4. art. 3. quaest. 1. & explicat Iodocus Clitonaeus ad Damascenum citatum, transcendentalem dicere ordinem ad Spiritum sanctum post eleuationem ad Christi Domini generationem; quam dicunt aliae Matres ad virtutem actiuam virorum, itaut nulla ratione habitudinem dicat ad aliquam actiuam potentiam creatam; illa enim virtus susceptiua, & generatiua non potest reduci ad actum aliqua virtute creata. Quam veritatem video mihi colligere, ex verbis Angeli Lucae 1. Spiritus sanctus superueniet in te. Ac si diceret, quid si virum non cognoscas, ad tam excellentem, & nouam generationem, non homo, sed Spiritus sanctus huius auctor generationis, in qua nec viri vmbra futura, ita generaliter explicant Patres.

96. Vnde infero, & praemitto tertio à generatione purissima Christi Domini, necessario ablegandam non solum virilem materiam, aut substantiam, sed etiam vmbra illius, & non solum decidam naturali modo, sed alias creatam à Deo, & in vterum infusam, tunc enim, etsi generatio esset sine viro, non tamen esset sine virili semine, materia enim illa, quae tunc posset creari esset eiusdem omnino substantiae cum humana materia, ex cuius virtute, & ma-

Aureolus.

Scotus.

Damasc. D. Thom.

Benauentura

Luc.

96.

teriali, & efficienti generatur corpus humanum; à purissima enim generatione, quae similitudo generationis diuinae, non solum excluditur vis paterna, quae in aliis generationibus exterius elucet, sed etiam paterna vis, quae sine exteriori actione interius operetur, vt miraculosè potest contingere. Inde à Patribus praedicatur Christus Dominus sine Patre in terris, & genitus dicitur sine virili substantia. Merito canit Ecclesia. O admirabile commercium creator generis humani animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est, & procedens homo sine femine (id est nullo virili semine) largitus est nobis suam Deitatem.

97. Quartò praemitto ex negatione substantiae virilis non necessario sequi beatam Virginem collaturam omnem illam materiam, quae decidenda à viro, si generatio non esset ab Spiritu sancto, vt videntur loqui Scholastici, & nullo modo hanc generationem futuram, ni pòrtio illa virilis suppleretur de sanguinibus Virginis purissimae, cum enim totalis causa efficiens ex parte viri fuerit Spiritus sanctus non indigebat maiori quantitate materiae, vel aequali respectu generationis humanae, vis enim illa infinita à determinata materia non pendet, & aliunde ad formationem illius corporis purissimi sufficiens erat materia, quam praecise, vt femina exhibet Maria sanctissima. Res impossibilis non est. His praemissis.

98. Veritas catholica est, Virginem sanctissimam nullo modo, aut esse, aut dicendam Patti-Matrem, aut Matri-Patrem, sed Matrem praecise perfectissimam sanè. Hic est perpetuus & generalis consensus Ecclesiae, ita excludens à Maria sanctissima influxum paternum, in hac admirabili generatione, vt multi Doctores, nec efficientiam vllam etiam in linea maternitatis illi vellent concedere, timentes ne ex materiali actiuitate aliquo modo rectè inferatur concursus paternus, vt ex sequentibus amplius constabit, referunt ergo omnem efficientiam in solum Spiritum sanctum; Patres Ecclesiae. Princeps sit Petrus Alexandrinus, qui lib. de Deitate ad illud Ioannis primo. Verbum caro factum est. haec scribit. Dei Verbum circa viri commercium, sola Dei, qui quidam efficere potest voluntate in Virginis vero incarnatum est, viri presentia, eiusque actione minimè requisita, Dei namque virtus Virginem per Spiritum sancti illapsam obumbrans viro quouis efficacius operata est. Catholicè. Adquid ergo necessarius influxus efficiens Virginis absentiam viri suppletis.

99. Secundò Andreas Hierosolymitanus, sermone de Annuntiatione. Salue sancta virginalis tellus, in qua nouus Adam ineffabili fictione formatus, qui veterem saluti restitueret. Si verò beatissima virgo efficacia virili, & efficientia formasset Christi Domini corpus, fictio illa ineffabilis non esset, est ergo ineffabilis, quia tota ab Spiritu sancto, proinde subdit. Quis suapte natura sanctus in vtero virginali, cœnatura officina, quoad incarnationem mirabilem se ipsum conclusit. In quibus verbis notanda duo, primum Virginem appellari officinam, vbi à vi integra formatrice (quam infero Poza) tant longè abest Andreas, vt illà vocet officinam in qua ad effectus, effabre factos nulla est effici-

97.

98.

Doctores.

Petr. Alexan.

Andreas. Hierosolym.

Poza.

ria. Secundum seipsum concludit efformando, scilicet corpore in quo habitaret, ubi Andreas non excludit concursum maternum, est enim Maria sanctissima officina viua, & viuuda.

100. Theophyl. Tertiò Theophylactus Bulgariæ Episcopus efficientiam virilem attribuit Spiritui sancto. *Spiritus sanctus superueniet, secundum reddens verumtuum, & condens carnem consubstantiali Verbo, non ergo à se ipsa Virgo fecunda, nec ab efficacia virili, quam nouiter contra Patres imaginantur auctores citati, & si qui garruli medici, qui garrite affirmant Aristotelem philosophiæ Principem. His Patribus consentit expressè Euthymius Luc. 1.*

Luc. 1.  
101. Beda.

Quartò Beda ibidem, superueniet, non virili semine, (inquit) quod non cognoscis; sed Spiritu sancto, quo impleberis, opere concipies, sed disertius homilia de incarnatione tomo 4. Biblior. homiliarum. *In utero illius sanctum ac venerabile Redemptoris nostri corpus, sola sui operatione creauit, id est, nullo interueniente virili tactu carnem de carne Virginis, sacrosanctam de intemerata formauit;* Excludit ergo à supplemento actionis & presentia virilis quamcunque creaturam.

102. Bernard.

Quintò Bernardus homilia 4. super missus est. *Obumbrabit tibi, quia res nimirum in sacramento erat, & quod sola per se Trinitas in sola, & cum sola Virgine voluerit operari, sed explicatius. Ut quia persona Angeli sciens scies & feliciter scies, sed illo doctore, qui auctore, ego autem missus sum nunciare virginalem conceptum, non creare;* Quasi diceret Angelus, conceptus hic sublimis, etiam à suprema creatura non fit, Auctor est Deus, quasi respondens ad Virginis difficultatem, quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco.

103. Guarricus.

Vltimò Guarricus (ne in re catholica vniuersos afferam Patres) sermone primo de Annuntiatione. *In ipsa quippe, & ex ipsa sapientia edificauit sibi domum, & in ipsa parauit sibi thronum, cum in ea, & ex ea corpus adaptauit ad omnia perfectum, & congruum.* Hic sensus est omnium Patrum Græcorum, & Latinorum, Spiritum sanctum clamant incarnationis artificem, Mariam Dei Matrem, vt ostendimus disputatione prima, non Matri-Patrem aut Patri-Matrem vnquam vocarunt.

104. Bernard. Beda.

Vnde fortasse factum incarnationem dici creationem à Patribus, vt videre est in Bernardo, & Beda adductis, & non sine exemplo in sacris litteris, psalmo enim primo. *Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima, & antiqua tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.* Quem de Christo Domino interpretantur plures asserente, & asserente Lorino. Arabice creati, Anastasius Sinaita de Adamo, vt significaretur informationem corporis Domini esse opus solius Dei: inde congruentia, Adam corpus non vniendum personalitati diuinæ propriis manibus formauit Creator. Cur corpus Christi Dei, & hominis virtuti solum creatura (etiam si Maria) relinqueret Dominus Deus? ergo non integra efficientia est à Virgine Deipara.

Lorinus. Anastasius. Sinaita.

### SECTIO III.

*Nova imaginatio, etiam, atque etiam efficaciatione refellitur.*

105. Nec defunt momenta efficacia, quibus Neneruetur Pozæ doctrina, etiam si neruos haberet. Primum, quia ex illa sequitur euidenter Mariam sanctissimam, sicut absolutè dicitur Mater Christi, absolutè etiam dicendam Patrem, & sine limitatione vlla, quod nunquam audiui Ecclesia. Consequutio est manifesta, ideo enim Maria sanctissima est vere Mater, quia omnem influxum maternum habuit, in ordine ad generationem Christi Domini, tamen ex priuilegio, & eleuatione ad generandum Deum, & hominem: at habuit integram efficientiam, & causalitatem virilem, quam viri solent exercere ad hoc, quod vere sint Patres suorum filiorum. Nihil ergo deest diuæ Virgini, vt dicatur & sit propriè Pater Christi. Explicatur. Quia in linea Matris non habuit beata Virgo perfectiorem causalitatem, & efficaciam, in ordine ad conceptionem Christi Domini, in linea Maternitatis; quam habuit in linea Paternitatis, cū præbuerit omnem concursum, quem semen Patris præstare debebat, tamen si id fieret supernaturaliter, & præterea vnico contextu, & in instanti organauerit Christi corpus, & animam rationalem vniuerit corpori, quod virtute illa integra efficienti formauit. Nihil ergo defuit Virgini, vt esset propriè Pater Dei; id verò quam sit absurdum docet diuus Thomas; qui 3. part. quæst. 32. ar. 4. corp. contendit ad hoc adducere affirmantes Virginem virtutem actiuam habuisse in generatione Christi Domini.

S. Thom.

Confirmatur secundo, quia ad generationem concurrere, vel genitum producere contingit, dupliciter aut efficienter solum, aut efficienter, & materialiter; itaut & exhibeatur materia ingrediente factum, & hic efficienter ex parte viri formetur, & in hoc vltimo consistit ratio formalis Patris, qui exhibendo semen efficit, in ratione primi efficientis, at beatissima Virgo Maria non solum præbuit materiam, quam Pater debebat præbere; sed etiam viriliter concurrat, ad generationem Christi virili efficacia, ac proinde propriè est Pater Christi. Vide Albertum Magnum de laudibus Virginis, cap. 146. cuius est hic discursus.

106.

Confirmatur tertiò, quia si beatissima Virgo integrum concursum efficientem exercuisset in Christi generatione sequeretur, quòd fecunditas illius non esset ab Spiritu sancto, tanquam à causa particulari; ac proinde quod ipsa, Virgo actiue, & efficienter fecundaret seipsam, quod nunquam sustinebit Ecclesia, in cuius fide actualis fecunditas Virginis est particulariter ab Spiritu sancto, & ab obumbrante virtute Altissimi, siue hæc sit Pater siue sit Filius iuxta explicationes diuersas. Id probò clarissime, quia ab illa persona fecunda fuit Virgo sanctissima, quæ habuit virilem influxum, & efficientem integram causalitatem ad generationem Christi Domini; sed ipsa fuit quæ

107.

Albert. Mag.

quæ habuit hunc influxum, & hanc causalitatem, Spiritus enim sanctus non alium suppleendi absentiam viri modum elegit. Ergo sicut presentia viri, si adesset fecundaret veterum Virginis, ipsa se Virgo grauidam fecit, quod nullus Catholicorum vnquam asseruit, nec potest sustineri, quia difficile, & arduum incarnationis mysterium hac inuentione fit obscurius, & difficilius.

108.

Momentum secundum, illudque ex communi sensu sanctorum Patrum, quos attulimus. Virgo sanctissima, vt electa, ad Dei Maternitatem præcisè dicit ordinem ad Christi Domini generationem tanquam ad principium efficiens ad sanctissimam Trinitatem, quin iuxta propriam eleuationem respiciat aliquam creaturam, itaut nouum esset miraculum necessarium, si vellet Deus ibi inueniri substantiam virilem, aut creaturam aliquid, quod haberet vicem illius, quod si respiceret illam efficaciam virilem, quam fingunt collaram Virgini, non respiceret immediatum influxum diuinum, sed solum mediante illa efficacia, ac proinde incarnatio, & conceptio Christi non esset immediate ab Spiritu sancto, nec Christus esset de Spiritu sancto conceptus, quod est hæreticum. Explicatur amplius efficacia huius rationis, confert Deus beato lumen gloriæ ad eliciendam visionem beatificam. Lumen tunc, & intellectus illo illustratus, non respiciunt immediatè Deum, vt causam miraculosam, & peculiarem, sed vt causam generalem in ordine supernaturali operantem iuxta terum naturam, cum verò generatio Christi non sit à Deo, eo modo quo visio beatificæ; sed peculiari alia ratione, est enim admirabile commercium diuinitatis, & humanitatis, & miraculorum maximum, longe alia diuersa ratione Virgo electa Dei Mater, & eleuata ad ordinem hypostaticum respiciet Deum, diuersitas verò, & excellentia defami non potest nisi ex peculiari causandi modo, quem perpetuò intellexerunt Patres.

109.

Tertium momentum, & procul dubio grauissimum, vt quod aduersarios ad rem absurdissimam deducat. Si beatissima Virgo efficientiam virilem haberet in conceptione Christi, sequeretur, & posse esse Matrem alterius hominis cuiuscunque, & vltius etiam Christi Domini ex alia nascentis femina ex vi decreti non impossibilis, nisi propter intrinsecam indecentiam, consequens est absurdum, ergo & contrariorum inaudita imaginatio. Quod vt inferri euidenter ostendatur; ponamus illam Virginis materiam, quæcunque illa sit cum efficientia, adiuncta diuina virtute, poni in ventre femineo, vt possibile est, siue femina sit futura mater Dei, & hominis, siue hominis solius, tunc est argumentum; illa substantia cum illa virili efficacia, est virtus virilis in ordine ad generationem Dei, & hominis, ac proinde hominis solum, cum generatio hominis solius est inferioris ordinis; ergo efficax est ad generationem hominis solius; vel etiam Dei hominis, atque adeo Virgo sanctissima femina præcisè, & non sexus virilis erit proprius Pater filij geniti ab alia femina.

110.

Nec negari potest possibilis casus, nec ge-

neratio prolis futura, cum certissimum sit, vt præter alios docet Martinus del-Rio disq. mag. gicarum lib. 2. cap. 15. creaturæ spiritualis vi naturali, substantiam, & materiam virilem brevissimo tempore posse transferri in verum feminum aptum tunc temporis ad factum concipiendum; ubi ex commixtione vtriusque materie generetur Filius, qui tandem nascatur. Hic verò maior potentia, vt quæ infinita, & diuina.

Martin. del-Rio.

Nec responderi potest Mariam sanctissimam non futuram Patrem Christi ex alia nascentis femina, vel hominis alterius, propter rationem, quam asserit Aureolus 3. disp. 4. art. 5. illud enim simpliciter non necessarium. Hæc non extendam, Virgo enim purissima fortè propter ea, quæ hic præmittuntur dixit vir doctus Thomas Hurtado, iam nostræ florentissimæ Academiae antecessor primarius, & merito quidem disput. 5. Præcursoris Theologi, membro 3. §. 1. imaginationem hanc Baptistæ incidere in rem turpissimam, & Virgine purissima indignam.

111.

Aureolus.

S. Thomas. Hurtado.

Quartum nostrum momentum, sit illud, quo Cardinalis Aureolus impugnat Patri-Maternitatem 3. disp. 4. art. 5. versiculo contra secundum; quia si Virgo sanctissima esset vetè, & propriè Christi Matri-Pater, sequeretur necessario, & Virginem duplici relatione referri ad Filium, & filium duplici relatione referri ad Matrem, ex quo rursus inferretur Christum Dominum non referri in generatione humana solum ad Patrem æternum, tanquam ad Patrem, quod nullus Theologus vsquam, vel vnquam asseruit. Ostenditur clarè. Vbi enim est duplex actiuum, & duplex passiuum, duplex necessario est relatio: in generatione autem Christi cuius auctor immediatus non est Spiritus sanctus, sed illa assera efficacia, duplex est passiuum, inquit Aureolus, quod à Maria sanctissima asseritur Christus accepisse; & substantiam femineam, & substantiam virilem; & præterea est duplex actiuum, vt Baptista concedit, resultat ergo duplex relatio, & in Virgine & in Christo Domino, ac proinde Christus Dominus respiciet Patrem in terris, illumque habebit contra communem, & receptam sententiam Ecclesiæ, & omnium sanctorum.

112.

Aureolus.

Dices Mariam sanctissimam esse subiectum incapax relationis Paternitatis, & propterea absolutè non referri ad Filium hac relatione. Sed contra primò, quia esse Patrem formaliter, nihil aliud est, quam genuisse virtute virili filium, quin ad hoc sit necessaria relatio realis distincta ab vtroque extremo, vt fortasse primus latè probaui in Logica disp. 1. de relatione, sect. 2. quod postea vidi placuisse doctis magistris; at Virgo sanctissima verè, vt Pater genuit Christum ex vi illius efficaciz virilis: Pater igitur est. Dices vltius Virginem non esse virum, atque adeo incapax Paternitatis. At non vides tua imaginatione Virginem, & vocari Patrem, etsi Matrem addas statim, & genuisse, vt Patrem, vt falsò intendis, quid ergo non est capax denominationis Paternitatis, cum sit capax actionis omnino paternæ.

113.

Contra secundo, quia tamen hæc fuga aliquid valeret in Virgine & facilè præcludi non possit

114.



posset, in Christo Domino nihil potest valere, incapax enim non est duplicis denominationis filij, atque consequenter duplicis relationis, quilibet enim filius, & relationem dicit ad Patrem & distinctam relationem ad Matrem. Habet igitur Christus Dominus relationem ad Virginem, tanquam ad Patrem, ac proinde ut probat ratio principalis haberet Patrem in terris.

115.

Quintum momentum, quo Patri-Matrium ablegatur à purissima & perfectissima Matre, ut explicetur necessarium ponendum iuxta imprudens iudicium, quod impugnamus Virginem sanctissimam præcisè, ut Matrem non esse solum principium passivum, sed etiam actuum Christi Domini, idque non viribus naturalibus; sed ex elevatione supernaturali, & divina, ut latè ostendimus disputatione sequenti, ubi ostendimus fortasse terminum illius elevationis esse corporeum, & consequenter extensum. Deinde etiam est supponendum illam efficaciam virilem, & corpoream, & extensam esse, & necessariò receptam in substantia illa, quam supplendo viri absentiam, & non ex munere materno dedit sanctissima Virgo. Hæc enim efficacia in illo subiecto debuit poni ad cuius elevationem inducitur.

116.

Concessis igitur his, Baptista enim non negabit actiuitatem Maternam, ne in hac re Aristotelicus, & peripateticus sit, sic contra illam disputo quinto: illa virtus, & efficacia virilis superaddita Virgini est intelligibilis; ergo vi illius non est Matri-Patrium in Virgine. Consequentia est euidens; antecedens probo duplici medio. Primum, quia illa virtus, qua eleuat substantiam virilis, ut ita dicam, est eadem cum illa, qua eleuat substantiam fæminea ad hanc generationem inenarrabilem, aut est realiter, & omnino diuersa: primum dici non potest, aliàs Maria sanctissima ex vi illius non haberet concursum maternum respectu Dei, & hominis, si verò est realiter, & omnino diuersa, ut necessariò est concedendum, intelligi non potest, quomodo eleuet substantiam virilem, & non maternalem substantiam, cum non hæ sint realiter duæ, sed vna indiuisa, diuisibilis tamen. Ex quo etiam videtur inferri materiam fæmineam non solum eleuari illa virili efficacia, sed etiam materiam virilem eleuari efficacia fæminea, quod non rectè intelligitur, & est præterea superfluum, ad quid enim eleuatio illa necessaria ad nullum producendum effectum.

117.

Confirmatur, quia in illa naturali mixtione substantiæ virilis, & fæmineæ (si separentur, quod non fuit necessarium) necessariò est continuatio vtriusque, ut ita loquamur, cum ergo substantia virilis vniatur cum substantia fæminea, necessariò etiam vnienda erit etiam efficacia virilis maternali substantiæ, atque adeo participabit eandem elevationem, non enim potest intelligi vniui aquam calidam aquæ non habenti calorem, & non illi communicari eundem calorem, ut experientia constat. Dices hos discursus esse nullos, quia illa efficacia, quam in Virgine constituit Poza non subiectatur in illa materia aut substantia, quam ut suppleret Maria sanctissima viri absentiam conse-

rebat) sed in potentia illius vegetatiua; vnde consequentiæ argumenti, & confirmationes nullam habent vim, & inconuenientia cessant.

Sed contra primò, quia in illius sententiâ non recipitur illa vis in potentia vegetatiua, sed in ipso sanguine, seu materia substituta, ipse enim illo cap. 4. pag. 392. paulo ante finem ait: totus ille sanguis, aut semen, aut vtrumque, quod Maria ministravit humanitati Iesu Deo miraculosè vigente, & obumbrante, eadem præstitit subito, & vnicò contextu in organizatione corporis Christi, &c. Quibus verbis manifestè sentit virtutem illam, & efficaciam in sanguine reperiit.

Contra secundò, quia ita intellexerunt hanc imaginationem, Thomas Hurtado citatus, membro 3. §. 2. vesiculo, sed videor mihi, & Paludanus 3. disput. 3. quæst. 3. art. 3. §. vel si hoc non valet, ubi hac ratione illam refellit. Materia generationis in illius instanti reperitur denudata ab omni forma, ac proinde ab omni virtute naturali, & supernaturali; ergo illa supernaturalis efficacia non potuit pro illo instanti reperiiri in materia generationis, quibus addit statim, quod si ibi esset virtus illa proculdubio aliquid seipsam generaret; quia illa materia, seu sanguis remanet in fœtu, & certum est, & aliàs illa materia, seu sanguis organizat fœtum, & illam efficienter producit, ergo seipsam producit, quatenus refultat, & permanet in fœtu.

Dices virtutem illam supernaturalem, non permanisse in corpore Christi, sed generatione peracta euanuisse, ac proinde in fœtu non reperiiri, sed hæc euasio facile præcluditur, quia Paludanus non probat virtutem supernaturalem seipsam efficere; sed sanguinem seipsam efficere, quatenus permanet necessariò in corpore Christi, tanquam materia ex vi actionis procedentis ab illo sanguine, ut eleuato efficacia virili.

Secundum medium, quia illa efficacia, qua Patri Mater dicitur Virgo sanctissima, aut est substantia, aut est accidens. Substantia esse non potest; tum quia repugnat supernaturalis substantia, qualis necessariò futura illa efficacia, tum propter alias rationes ex Abulensi afferendas statim, si autem est accidens, intelligi non potest, qua ratione possit supplere substantialem efficaciam, quæ reperitur in semine virili. Hæc enim efficacia, aut est ipsa feminis substantia, aut sunt spiritus viuidi, qui reperiuntur in illo, aut virtus ex vtroque constata: accidens verò illud non videtur posse continere, neque formaliter, neque eminenter vtramque virtutem, & consequenter non poterit supplere absentiam, & efficaciam vtriusque virtutis. Non formaliter, quia formaliter substantia non est; non eminenter, quia hæcenus incongnitum est accidens; quod sit eminenter substantia, aut quod habeat intransiuiue virtutem illius, si non profluat à substantia, cuius est virtus.

Dices illam virtutem, seu efficaciam nihil esse aliud, quam efficaciam eiusdem omnino rationis, ac illa, quæ reperitur in semine virili, dicitur supernaturalem, non quia talis sit secun-

118.

119.  
D. Thom.  
Hurtado.  
Paludanus.

120.

Paludanus.

121.

Abulensis.

122.

secundum substantiam, sed quia supernaturali modo, & miraculoso sit Virgini collata. At futilis est hæc euasio, & præterea hæretica. Futilis tum quia voluntariè dicitur potentiam, seu virtutem huius substantiæ; in altera substantia constitui, ut verè, & propriè exercent, tanquam proprias actiones alterius substantiæ, maxime si sint vitales, ut fuit generatio Christi; tum etiam, quia illa efficacia asserta est miraculosa, & supernaturalis secundum substantiam. Hæretica, quia de fide est Christi generationem factam fuisse sine semine virili, aut extrinsecus adueniente in vterum Virginis, aut in ipso vtero, & loco generationis creato, ut notatione tertia consulto præmissimus.

123.  
Abulensis.

Atque hunc discursum videtur assumpsisse Abulensis paradoxa prima, cap. 41. statim in principio, ubi hæc habet explicans, qua ratione Spiritus sanctus conceptum virginem operatus est. *Non enim est intelligendum Spiritum sanctum operatum fuisse conceptionem Virginis admirabilem, aliquid semen in virginem vterum per se nullo alio agente decidendo, quod virginalem Virginis humorem temperaret, digereret, atque formaret, & organizaret, sicut semen masculinum operatum erat naturaliter operando, si illi menstrualium humori fuisset admixtum.* Quod clarius, & ad rem nostram expressius explicat, non post multa hæc scribens. *Item nec arbitrari, quisquam debet Spiritum sanctum aliquid semen nouiter creasse de nihilo, nec alicuius viri semen etiam si talem in se virtutem contineret, qualem continet semen quodlibet masculinum, & eadem super menstrualem Virginis humorem efficere.* Et asserti Alphonsus rationem, fieret enim ex illo semine creato absurdum magnum, & obuians dignitati redemptoris, non enim factus esset Christus homo ex semine Abraham; sed ex illo semine, quod nouiter est inductum, quod late, & doctè Abulensis deducit: efficacia igitur Virgini infusa, cum habeat omnem virtutem virilem, & corporea sit (spiritualis enim quid conferret ad generationem) videtur esse semen de nouo creatum, & consequenter generatio Verbi diuini non fuit facta sine virili semine, quod est contra Catholicum sensum Ecclesiæ. Vnde concludit in fine illius cap. 41. Abulensis, ideo Spiritum sanctum dici auctorem incarnationis, & de illo Virginem sanctissimam concepisse. *Quia Spiritus sanctus omnia munera viri exercuit nulla alia operante natura.* Quæ sententia efficaciam illam falsò inductam excludit, & Catholicam veritatem confirmat. Vnde nouum robur medio secundo.

124.  
Hurtado.

Sextum momentum possit esse, quod inter alia, & solida, & subtilia producit Thomas Hurtado, ubi supra, & est tertium illorum, quibus contrariorum imaginationem castigat, quia B. Virgo cõcurrit actiue ad generationem, non secus ac vir concurrit suo semine medio: Ergo si præbuit materiam paternam potuit etiam naturaliter præbere concursum actiuum; probatur consequentiâ, quia opera vegetabilia in Virgine sunt illustiora, & perfectiora, quam in quolibet animali non solum impet-

fecto, sed etiam perfectissimo; ergo seclusa efficientia particulari Spiritus sancti potuit omnem concursum actiuum, tam viri, quam fæminæ tribuere.

Sed hollem virum doctissimum, & acris quidem ingenij hac vsum fuisse ratione, facile enim contrarij admissio antecedenti negabunt consequentiam, cum enim beata Virgo materiam illa virilem non præberit viribus naturæ; sed elevatione diuina, & supernaturali, eadem omnino ratione, neque efficaciam potuit habere in conceptu virginali in ratione efficientis virilis nisi supernaturali virtute, neque ad hoc (quæ est ostensio, & probatio consequentis) aliquid refert illustiora, & perfectiora fuisse opera Virginis, quam alterius animalis etiam perfectissimi; quia tamen vis naturalis vegetatiua in Deipara ratione complexionis optima, quoad naturalia munera fuerit perfectissima, adhuc ad actiones supernaturales nullam vim habuit sibi propriam; sed necessariò illam expectaret à Deo, ut expectauit etiam ad alias supernaturales actiones, quod explicari potest exemplo intellectus creati, qui sit etiam perfectissimus, & habeat vnitam essentiam diuinam in ratione speciei intelligibilis, adhuc expectat necessariò in fusionem luminis gloriæ, quo eleuetur ad supernaturalem visionem, ita etiam Virgo sanctissima tametsi præbuerit materiam virilem, expectauit eleuantem virtutem supernaturalem ad concursum virilem, quem natura sua, ut euidens est non potest producere.

## SECTIO IV.

POZA MOTIUA OMNIA INERTIA, IMPRUDENTIA.

NON mitor hominis nouandi libidinem, imprudentiam mitor, leuibus enim fundamentis discedit à sensu Catholico Ecclesiæ, & cum tam multa possint obici contra suam resolutionem ex Patribus, & Theologia, vnicum locum asserit obicem esse contra illam, & matri-patrium Mariæ sanctissimæ, Aristotelem scilicet, qui affirmat fæminam non concurrere ad generationem fœtus actiue, sed passiuè solum; hic vnicus obex, non fides Catholica? non scriptura? non Patres? non scholastici doctores? non efficax ratio ex media Philosophia, & Theologia facillimè deducta obices sunt? & maximi quidem. Quæ maior hac imprudentia? præcipue cum asserat statim in principio illius capite 4. quætionem, quam tractat in neutram partem ab Ecclesiâ esse diffinitam, cum fides Catholica doceat sanctissimam Virginem solum esse matrem Christi Domini, & nomen Patris in illa nunquam audierit, ut monstrauimus.

Deinde inane studium ostendat hæc humanæ eruditionis, in hac materia prudens nulla ratione. Barbara venus, quid ad matri-patrium Mariæ? luna non solum credita fæmina, sed & mas etiam, quid ad suam imaginationem? Vulcanus; & Pallas, apud gætes, ut ait nouus Apollo

C Andro

Androgini Dij, id est faminæ, & mares opinionone, & errore Gentilium, quid ad errorem, quem defendit; & deleri ex eius libris censuit, sacra inquisitio; Quasi hæc sit aut legitima, aut prudens collectio; Venus Barbata pingitur ab Antiquis, luna est Androgina; ergo beatissima Virgo est Matri-Pater Christi, unde robur huic discursui Ethnico, non Catholico.

128. Præterea quæ est hæc consequentiâ? Maria sanctissima dedit substantiam, seu materiam, quam præstasset vir, si generatio Christi esset purè humana: ergo habuit in illa Virgo efficaciam virilem. Consequutio nulla: quia tamen illa exhibitio connexa sit in vitro cum efficacia ad agendum, non est nec ex natura rei, nec ex ordine diuina virilis efficacia coniuncta cum substantia Virginis, quæ realiter, & formaliter est materia, & substantia faminæ, non ex natura rei vt evidens est; non ex ordinatione diuina, quia vt notauimus ex principiis fidei Virginis substantia solum dicit transcendentalem ordinem ad Spiritum sanctum, tanquam ad vnicam causam efficientem in ordine virili propter viri absentiam; at tenebatur ostendere Poza hanc connexionem, quam ipse proponit vt indubitatum, cum tamen dissoluatur faciliter, & nullo medio possit monstrari.

129. Fundamenta illius, roboris nullius. Deus enim metaphoricè solum, & per quamdam latissimam analogiam dicitur orbis pater, & mater at reuera non est, nisi velit contrarius Deum realiter, & vere esse mundi huius patrem, & matrem; ex hac vero analogia non sequitur Mariam sanctissimam esse patri-matrem Iesu Domini, & multo minus ex Gentilium simulachris, aut foraminis: vtraque collectio imprudens, insulsa.

130. Patres trahuntur ad rem non catholicam, procul dubio inuiti, & renitentes, Hefichius instrumentum vocat incarnationis, at res materiales, quæ ingrediuntur constitutionem rei alicuius large instrumenta dicuntur: Virginis sanguis purissimus ingressus est Christi Domini corpus, potuit ergo hac ratione instrumentum non ineptè vocari: Ni mauius instrumentum vocari, quia instrumentaliter concurrat ad vnionem hypostaticam, quod nouiter non sensit etiam Nouatus de excellentia Virginis.

131. Alij verò Patres solum contendunt veritatem Catholicam, corpus scilicet Christi Domini ex sola substantia sanctissimæ Virginis factum, quin ad id ordinaretur aliqua virilis substantia. Nec curant, an Virgo sanctissima maiorem quantitatem, ampliorumve substantiarum tribuent, quam alix matres solent tribuere, id enim non ad corporis formationem fuit necessarium. Virilis concursus excluditur illis verbis, & aliis similibus, quæ passim occurrunt, & celebratur Spiritus sanctus, qui (vt ait Thaumaturgus sermone 1. de Annuntiatione) in vtero sanctissima Virginis natiuitatem noui Regis peregit.

132. Ad primam rationem iam responsum est:

confirmatio diluitur facile alio modo attemperaretve Deus, & illas disponderet si futura esset Maria sanctissima Patri-Mater Dei; non enim decreuisset, vt modo Spiritum sanctum exercere munia paterna. At decreuit, vt constat ex Euangelio, & prædicat fides, & pie docet Petrus Cellensis libro primo de panibus, capite vigesimo primo. Quasi plebeia quidem desponsatur; sed tanquam celestis Virgo virtute diuina Ioseph ignorante imprægnatur.

Ad secundam rationem, nego antecedens, quidquid enim sit de possibilitate influxus paterni in Christum Dominum, iam ostendimus nullam esse connexionem, inter exhibitionem substantiæ in sanctissima Virgine, & influxum virilem actiuum, etiam ex diuino decreto; Spiritus autem sanctus fatagebat vt Virgo sanctissima omnem concursum maternum exhiberet ad Christi Domini generationem, non verò concursum paternum impossibilem, cum peculiari influxu, & efficientia Spiritus sancti.

Ad tertiam nego matri-patrium, in maiorem cedere Virginis gloriam, gloriosissimum enim Virgini, quod virilis influxus suppleatur ab Spiritu sancto, diuisamque generationem suam respiciat, itaut tota sanctissima Trinitas, ad illam concurrat in ratione efficientis superioris; & illa substantiam suam, seu purissimum sanguinem materno modo exhibeat. Gloriosa dicta, & dicenda, de beatissima Virgine, sed vt loquitur Bernardus honor Regine iudicium diligit. Vidit aliquando beatissima Virgo diuinam essentiam, & potuit habere dotes corporis gloriosi, idque non in gloriam dominæ matri; ideo ergo asseuerandum est illustrem fuisse celestibus dotibus. Gloriotum fuisse Virgini sanctissimæ Christo Filio carlos ascendenti imperium Ecclesiæ tenere cum potestate vicaria; at ergo asserendum statim, vicariam exercuisse potestatem contra Christi Domini sententiam, & institutionem. Gloriosum esset Virgini, aut sacerdotem esse, aut habere virtutem extra sacerdotale munus ad transubstantiandum panem in Christi Domini corpus, quæ potestas illi suauissima, & deliciosissima: repeteret enim dulciter generationem suam, at quia hoc illi honorificium concedendum statim: licet enim cui inest illud, quod est magis, & illud quod minus sit possit inesse; & minus sit, aut vicarium esse Christi, aut sacerdotem, quam esse matrem Dei, quia illa ministrorum sunt munera, maternitas verò donum supremum, adhuc status est considerandus, & Christi institutio; Virginis autem status neutrum patiebatur munus, vt constat ex statu faminæ, cui Christus Dominus non contulit dignitatem sacerdotalem; vide Albertum Magnum, de laudibus Virginis cap. 71. de his differentem, pie, & docte.

Constat ergo in Christi Domini generationem, ita influxisse Virginem sanctissimam, vt nullum munus exercuerit paternum, quacunque id excogitetur ratione; Spiritum verò sanctum peculiari actione munera suppluisse

Petr. Cellens.

133.


134.

Bernard.

Albert. Mag.

135.

Patris, quin ad hoc aliqua creatura interueniret, itaut verè dicatur conceptus de Spiritu sancto, quauis non sit Pater illius, & Maria sanctissima sit solum mater, & nulla ratione, aut consideratione Matri-pater.



DISPUTATIO III.

Vtrum beatissima Virgo Maria ad Dei hominis generationem eleuata fuerit diuinitus supra propriam naturam.



Si hæc disputatio inter omnes huius libri illustrissima, & ex cuius resolutione pendet exacta cognitio, multorum, quæ nouiter eruuntur ex Patribus in illius, & aliorum discursu, ideo exactè tractanda & dilucidè.

SECTIO PRIMA.

Status controuersæ, & partis negantis motiua.

136.

Non disputo an beatissima Virgo eleuata fuerit supra propriam naturam, vt moraliter haberet dignitatem matris: id est an haberet gratiam habituales, & supernaturalia dona, quibus splendide ornata decentissima, & aptissima Dei mater existeret, id enim suppono, & abyssum gratiarum in Deipara existere, omniaque supernaturalium clarissimum flumina in diuinum oceanum placidè, & amicè intrare insequentibus elucidare conabor: sed difficultas est, an ad physicum, & reale influxum quo virtute Spiritus sancti re vera genuit Deum, & hominem Christum, & naturaliter in ea non potuit esse, cum Dei generatio excedat rotam naturam, necessario eleuata fuerit Virgo ante generationem, & constituta in actu primo ad diuinum conceptum, quod est quærere, an sicut intellectus beati ad visionem Dei eliciendam, quæ excedit naturam constituitur in ordine supernaturali, & eleuatur per habitum luminis gloriæ, quo in actu primo est formaliter potens ad eliciendam visionem, & voluntas eleuatur ad actum supernaturalis amoris per habitum charitatis, & sacramenta euehuntur ad physicè causandam gratiam in sententia sancti Thomæ, sic etiam Virgo sanctissima eleuata fuerit ad physicam generationem Dei, & hominis, itaut illi virtute Spiritus sancti concessa fuerit vis, & potestas physica, & realis ad illam, siue hæc sit intrinseca, siue extrinseca, siue sit actiua, siue solum passiva.

S. Thomas.

137.

Ratio dubitandi est, quia tanta dignitas, quanta est generare Deum excedit omnem vim creatæ naturæ, & aliàs, quod est maxime aduertendum, ad generationem illam efficiant nihil gratia habituales, & cætera dona supernaturalia. Sumitur ex Alensi qui 3. part. quæ-

Alens.

stione 12. articulo 2. §. resolutio expresse docet conceptionem Christi sequi naturam non voluntatem, ac proinde nec donum, quæ recipiuntur in illa: item ex Lorca 3. part. disput. 22. vestigandum est an supra propriam potentiam naturalem eleuetur Virgo sanctissima. Dixi gratiam physicè nihil efficere, quia quauis ad gloriam Virginis, necessitudo requiratur gratia habituales, & eminentissima dona supernaturalia; hæc physicè non concurrunt ad generationem Christi Domini, nec iuxta eorum naturas possunt concurrere; tum quia si per possibile, vel impossibile, illis beatissima Virgo careret, verè posset esse Dei mater, vt modo est in genere physico, nec hoc potest vlllo fundamento negari, tum quia facultates, quæ reperiuntur in intellectu, & voluntate aliorum Patrum physicè non concurrunt ad filiorum procreationem; tum vel maxime, quia virtutes supernaturales, vt fides, & charitas residentes in intellectu, & voluntate, vt argumentatur Scotus, disput. 4. quæst. vnica, §. contra ista, non possunt esse ratio agendi ad generationem filij, quæ actio principaliter conuenit virtuti vegetatiuæ, quæ eleuari non potest, per rationem, seu virtutem, quæ omnino spiritualis, in intellectu, & voluntate reperiuntur.

Lorca.

Scotus.

138.

139.

140. Scotus.

141. Aureolus.

Eandem etiam partem tutari videtur Aureolus 3. disputatione, 4. à pagina 399. Sed ad propositum, quatenus asserit Virginem sanctissimam, ideo præcisè dici matrem Christi, quia inchoavit generationem ministrando materiam, & non quia exercuit alias actiones, quæ omnes fuere ab Spiritu sancto, qui si materiam transtulit ad locum aptum generationi, quin beatissima Virgo etiam ad hanc actionem non sit cooperata, sicut ad alias cooperata non fuit, non videretur necessaria vlla eleuatio: ac proinde naturali virtute fuit mater Dei & hominis. Quod peculiariter videtur probari ex doctrina explicata vtriusque doctoris. Vnde duplex definitur ratio ad eleuandam hanc eleuationem ad Dei generationem.

142.

Generaliter verò necessariam non esse illam eleuationem, aut non esse possibilem. Probatur primò; quia hæc eleuatio, aut esset per auxilium extrinsecum ex decreto Dei, & peculiari assistentia, vberiorique concursu ad generationem: aut esset per auxilium intrinsecum, & formam receptam in sanctissima Virgine. Neutrum verò potest contingere: non primum, quia eleuatio extrinseca nihil ad actionem naturalissimam, & vitalem. Non secundum, quia inducitur iuxta hanc eleuationem forma hæctenus inaudita; virtus scilicet addita Virgini, & propria ordinis hypostatici, cum per se ordinetur ad vnionem hypostaticam, & incarnationem, quam non inuenitur, nec Patres Ecclesie, nec doctores antiqui.

143. Scotus.

Secundò, quia vt arguit Scotus vbi supra contra Varronem, cum in omni eleuatione, necessarium sit subiectum, in quo recipiatur terminus eleuationis, qui formaliter debet esse accidens, cum substantia esse non possit, non statim inuenitur subiectum eleuationis; illud enim non potest esse voluntas, aut intellectus, vt in tituli explicatione notabamus, nec potest esse vegetatiua potentia Virginis, hoc n. esset mirabile, quomodo vegetatiua potentia per terminum huius eleuationis facta fuerit intensior ad generationem, quam naturaliter non poterat pertingere.

144.

Tertiò probatur eadem sententia, quia terminus huius eleuationis super naturam, aut esset spiritualis, aut corporeus, aut ex vtroque compositus. Hoc tertium dicitur nunquam, quia vegetatiua potentia omninò corporea est, & non composita ex virtute immateriali, & materiali; nec primum, iam enim ostendimus rem spirituales non posse esse rationem formalem, & principium generationis; relinquitur ergo, quod terminus sit corporeus, hoc autem est magis difficile, quia introducit contra communem Theologorum sententiam res corporea supernaturalis, quod in te grauissima effugiet nunquam temeritatis notam, & videtur secum asserre possibilitatem substantie supernaturalis, quam negat vulgarior, & verior sententia.

145.

Quartò probatur, quia cum generatio sit à natura, quæ principium motus, & termi-

nus huius eleuationis sit collatus ad generationem Dei, & hominis, necessariò erit principium illius mutationis, atque adeo erit formaliter natura, etli supernaturalis sit secundum substantiam, erit supernaturalis natura, atque adeo reperietur in Virgine sanctissima duplex natura in vnico supposito, sicut in Christo Domino, vna humana, altera diuina: vna naturalis, supernaturalis alia, & consequenter alterum incarnationis mysterium præcedens incarnationem Verbi, & veluti illius præcursor, quæ doctrina inaudita est, & excitare potest plures tragedias.

146.

Quintò probatur, quia si natiuitas Christi Domini fuisset ex femina, & viro, vt fieri posset, non dubitant docti Theologi, vir non eleuaretur extra potentiam naturalem ad illam generationem: ergo nec beatissima Virgo ad Christi generationem, consequentia videtur euidens, quia præstantiorem concursum habet vir ad proles generationem, vt certissimum est; habet enim efficaciam efficientem, quam feminae multi negant, vt disputatione vdecima, sectione prima videbimus, & si efficientiam, & actiuitatem femina habet, negari non potest comparatam ad efficaciam viri esse multo debiliorem. Si ergo vir non indiget eleuatione feminae, nulla ratione erit necessaria. Antecedens verò probatur, quia si humanitatem, quæ est terminus formalis generationis, in eodem generationis instanti terminaret persona diuina, genitus filius esset Deus, non enim alia ratione, Christus, & Deus intelligitur Filius Virginis; ergo & vir esset Pater naturalis Dei, sicut & nunc mater beatissima Virgo.

SECTIO II.

Affirmatiua sententia ex Scriptura, & Patribus.

Dicendum tamen est Virginem sanctissimam, vt esset mater Dei, & hominis Christi diuinitus eleuatam fuisse supra propriam naturam. Hæc assertio est mihi certissima, & catholica, in qua non solum affirmo Virgini sanctissimæ supernaturaliter fuisse concessam fecunditatem qua Virgo conciperet, & pareret Virgo, sed etiam vt generaret Deum, & hominem, quæ duo licet de facto reperiantur in Virgine sanctissima, non sunt necessariò connexa ex natura rei, posset enim concipere, & parere sanctissima Virgo hominem purum, qui Deus non esset, vt hunc est Christus Dominus.

147.

Hanc veritatem probo primò ex verbis Angelus ad virginem sanctissimam Lucæ 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit. Quibus, licet immediatè Angelus ad Virginis mirabilem difficultatem respondeat, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, asseratque ad absentiam viri superuenturum auctorem Spiritum sanctum diuinæ generationis, significauit etiam Virginem sanctissimam eleuandam, & euehendam ad altiozem, & superiorem

148.

riorem, atque adeo statum diuinum, qui in aliis feminis naturaliter non reperitur, vt non solum pareret Virgo; sed etiam generaret, Deum, & hominem, quorum neutrum in naturali potentia feminea reperiri poterat, ita explicant Angeli verba Patres communiter, referant plures in hac disputatione, & sequentibus.

149.

Secundò probo auctoritate sanctorum Patrum, qui etli diuersis terminis, & vocibus vbique rem tractant, in hanc eleuationem conspirant, cum Virginem sanctissimam prædicant factam capacem, factam potentem ad incarnationem, & generationem hominis Dei, virtutem suscepisse generatiuam Verbi diuini, vmbra habuisse virtutis quæ reperitur in Patre, in illa plenitudinem potestatis residere diuinæ, eleuatam fuisse ad quandam æqualitatem diuinam, vterum fuisse sanctificatam, Virginem corroboratam ad supremum celsitudinis euectam, inuenisse gratiam, quam nulla vnquam femina inuenit, quæ locutiones, & similes hanc veritatem significant. Afferam multos in hoc libro, idque non semel, sed sæpissimè, multa enim occasio, nunc producam nonnullos.

150. Athanasius.

Primus sit Athanasius, qui in homilia, de Deipara, quæ etiam habetur in 4. tomo, luculente hanc eleuationem expressit, cuius verba & efferam, & explicabo dispt. 5. sect. 1. commodius.

151. Hilarius.

Secundus est Hilarius, qui libro secundo de Trinitate, hæc scribit: Atque vt ne quid per corporis humani imbecillitatem dissidret virtus Altissimi Virginem obumbrat infirmitatem corporis eius veluti vmbra circumfusam confirmans, vt ad sententiam in cunctis Spiritus sancti efficaciam substantiam corporalem diuina virtutis obumbratio temperet. Quo loco Hilarius distinguit virtutem Altissimi, impotentiam Virginis ad diuinum conceptum, quam vocat infirmitatem, huius impotentie confirmacionem, Spiritus sancti efficaciam, & substantie Virginis temperamentum, sentitque infirmitatem confirmatam fuisse per inumbrationem Altissimi ad generationem Christi Domini, ita vt hanc distinguat ab efficacia, qua Spiritus sanctus concurrebat actualiter ad generationem, & asserit per priorem obumbracionem, seu primum descensum Spiritus sancti temperari substantiam Virginis, quod nihil est aliud, quam eleuari, & proportionari ad conceptum, & partum diuinum, sicut in sententia Theologorum attemperari & proportionari intellectum ad visionem Dei virtute luminis gloriæ, nihil est aliud, quam intellectuam potentiam formaliter eleuari ad visionem supernaturalis, ita intellexit Hilarius, Hispanus, Maldonatus in 1. Luc. ad illa verba, Virtus Altissimi. Quasi inquit sit sensus Hilarij; id est proteget te, & adiuuabit, vt concipere (Deum scilicet) sine viro possis, quod natura tua facere non poterat. Distinguit ergo Hilarius, potentiam, & actum, eleuationem ad generationem & exercitium illius.

Maldonatus.

152. Basilus.

Tertius sit Basilus Seleuciensis, qui oratione de Annuntiatione, hæc scribit. Virtus proinde Altissimi præsto est, qua te adiuuet, & obum-

brat, nisi enim eiusmodi virtus te obumbraret incomprehensum capere, obumbrare non posses omnino, id est generare. Statim referens generationem terræ, in mune exordio hæc addit. Qui tunc enim germinandi in illi indidit, idem ille tuum quoque vterum ad præsusceptionem, nunc permouebit. Vbi proculdubio intelligit eleuatam esse Virginem ad Dei generationem, ad quam nulla erat facultas naturalis, sicut nec in terra, vt ex se sola germinaret herbam virentem, & lignum pomiferum iuxta genus suum.

153. Euthymius.

Quartus sit Euthymius Ligabonus, qui in primum Lucæ explicans illa verba, virtus Altissimi, &c. hæc habet. Idem quoque indicat hic sermo, virtus Dei proteget te, potentem faciet te ad huius rei operationem. In quibus verbis sermò est aduertendum Euthymium distinguere Spiritus sancti actionem, ab actione, & virtute Virginis in ordine ad conceptionem sæcis diuini; aliud enim est Spiritum sanctum in illa generatione supplere vicem viri, & illius absentiam, aliud potentem reddere Virginem, vt exerceat matris munera, & hoc vltimum ait per virtutem Altissimi Virgini sanctissimæ fuisse collatum, sentit ergo diuinitus eleuatam potentiam Virginis, quæcunque illa sit ad Dei generationem.

154. Bernardus.

Quintus sit, sanctus Bernardus, qui sermone quarto super Salue Regina huic ad stipulatur veritati Dominus tecum, Dominus autem Spiritus est, Spiritus ergo sanctus magnificauit facere tecum. Magnificauit, igitur, inquam facere in te duo opera sua. Vnum eratum dignam te fecit, qua Dei Filium concipere posses, & parere. Alterum quando ex tua carne sancta, ac digna carnem Filij Dei formauit. Quibus in verbis distinguit eleuationem ad generationem ab actione peculiari appropriata Spiritui sancto, & constituit vtramque tanquam res inter se omnino distinctas, ordinatas tamen ad incarnationem, ex magnificentia Spiritus sancti, vbi cum dignitas non significet sanctitatem habituales, quia hæc nihil ad influxum physicum matris, ad quem statim addit Bernardus influxum physicum Spiritus S. vt superius notabamus necessariò loquitur S. Doctor de eleuatione physica, & reali, quam astruimus.

155. Anselmus.

Quintus sit diuus Anselmus, qui de excellentia sanctissimæ Virginis capite quarto, hanc eleuationem illustrat scribens, ipse inquam ( Spiritus sanctus ) corporaliter, vt bene dicam venit in eam, singularique gratia præ omnibus quæ creata sunt, siue in cælo, siue in terra requieuit in ea. Vbi duo docet Spiritum sanctum corporaliter venisse in eam sanctissimam Virginem, quod intelligi non potest vt euidens est, de corporea substantia Spiritus sancti, quia nullam assumpsit, & idcirco intelligendum est de hac eleuatione cuius terminus fuit aliquid corporeum, & addit singulari gratia in ea requieuisse, per quod significat vim eleuationis, aut maternitatem sumptam in actu primo; hæc enim fuit singularis gratia, quam beatà Virgo singulariter electa, vt esset mater Dei singulariter, & electissimè inuenit, vt ex verbis

30

Gabrielis euincemus, & propter quam lingu- lari, & excellentissimo modo, qui in aliis iustis nunquam inuentus inuenit in Virgine Spiritus sanctus.

156. Bonauentura. Sextus sit Bonauentura, qui lib. 4. de Christi humanitate, cap. 10. hanc eleuationem per virtutem aliam declarat, tres distinguens in in- tione, & formatione Christi virtutes. Spiritus innata materiam ministravit: virtus in- fusa purificando ad vnionem Verbi adaptauit: virtus increata subito perfecit, quod natura non potuit, nisi successiue: vbi nomine se- cundae virtutis, quam distinguit clarissime ab increata, explicat Virginis eleuationem: quam in speculo Virginis, cap. 5. vocat capacitatem immensam his verbis: Tu immensissima Maria capacios es caeli, quia quem caeli capere non poterant tuo gremio contulisti, & concludit si ergo Maria tam capax fuit ventre, quanto magis mente? est capacitas tam immensa fuit gratia plena, oportuit itaque, quod gratia illa, qua tan- tam implere potuit capacitatem esset immensa. Ro- garem libenter, quantum fuerit hac capacitas, & immensa gratia in ordine ad generationem Chri- sti? vocat sine dubio hoc nomine eleuationem diuinam, vt complectitur terminum produ- ctum per eam.

157. Germanus. Septimus sit Germanus sermone de Natiui- tate Virginis. Natura sine Patre Filium, sine doloribus natura induxit vi supernaturali opificem generare. Non potest autem nomine naturae intelligi Spiritus sanctus, qui apud Patres nunquam significatur hoc nomine, & minus in opere tam supernaturali, & diuino: ostendimus autem in sequentibus hanc eleuatio- nem sumptam completè rectè appellari posse naturam, & esse substantialiter supernatu- ralem.

158. Guil. Neobr. Octauus sit Guillelmus Neobrigensis, qui in illud Cantici Cantorum, veniat dilectus meus in hortum suum hac meditatur. Veniat dilectus meus, quem deperit cor meum in horum suum; peculiari iure ipsi dicatur. Verbum ex me carnem sumat, Deus ex me corporetur. Ergo ex mente Guillelmi ante incarnationem verus Virginis, & peculiari iure dicatus erat Deo, quod ius fundabatur in infusa eleuatione, & hortus erat non horridus, non sterilis, sed or- natus & floribus super naturam humanam vernans, ecce eleuatio.

159. S. Th. Villan. Nonus sit sanctus Thomas Villanouanus, qui & ipse deditissimus Virgini sermone 3. de Natiuitate hac protulit. Antequam conciperet Filium Dei, iam erat idonea, vt esset Mater Dei; sed qualis est haec dignitas? vtiq; habet quam- dam infinitudinem esse Matrem infiniti, & omni- potentis. Vbi Augustinianus cognoscit idonei- tatem sumptam in actu primo ad generatio- nem Dei, de qua loquebatur, non verò gra- tiam habituaalem, quae nihil influxit in corpus Christi, neque infinitudinem habuit; Matris vero dignitas sumpta pro principio physico infinitudinem habebat, & habet, vt loquitur sanctus Thomas 1. part. quaest. 25. art. 6 adref- piciebat enim omnipotentem Filium, & pe- culiari modo virtutem infinitam Spiritus sancti.

160. Vltimus (praeterco innumeros, afferendos ta-

men, sine nausea & non importunè) sit sanctus Bernardus Senensis, qui tomo 1. sermone Bernard. 61. cap. 12. comparans Deum, & beatissimam Virginem, in generatione Filij diuini, clarissi- mè, & floridissime hanc eleuationem delinear, Et quidem, quod Deus generaret Deum nulla re- quirebatur in Deo dispositio, cum ei ex natura conueniret, vt per viam naturae intellectus produ- ceret Verbum per omnia sibi aequale: imo impossi- bile est, quod non generet Deum propter suam fe- cunditatem, sed quod femina conciperet, & pa- reret Deum; est, & fuit miraculum miraculorum, oportuit enim, vt sic dicam, feminam eleuari ad quandam aequalitatem diuinam, per quandam quasi infinitatem perfectionum, & gratiarum, quam aequalitatem creatura nunquam experta est. Doctè, & profundè, eleuationem enim Sera- phicus Doctor declarat, & rationem tangit, propter quam necessaria fuit ad Christi Domini generationem, quam iam ex Angelico Do- ctore diuo Thoma huius eleuationis patrono, & explicatore, feliciter vtinam, produco.

SECTIO III.

Mariana eleuatio, auctoritate Scholasti- corum, & ratione ex diuo Thoma desumpta probatur.

161. Eleuationem Virginis sanctissimae ad Verbi Dei generationem humanam, non tam probant ex professo, quam supponunt scho- lastici Doctores, sed illam aperte, & dilucidè tradunt, sanctus Thomas 3. part. quaest. 32. art. 4. ad 1. sanctus Bonauentura 3. d. 4. art. 3. quaest. 1. & 2. Guillelmus Varro Scoti magister ibidem quaest. 3. Scotus quaest. vnica dum affir- mat Virginem concurrisse ad Christi genera- tionem per obedientialem potentiam, quae ta- men in illius sententia eleuetur ex vi decreti, & assistentia extrinseca virtutis diuinæ, qua eleuatio in actu primo completur, Gabriel ibi- dem, qui asserit per supernaturalem virtutem perfectus formatie Virginem corpus Christi, quam aliae matres formant corpora filiorum. Marsilius ibidem quaest. 5. art. 2. dum docet ex Damasceni sententia Deum dedisse Virgini virtutem generatiuam, quia dedit virtutem ad formandum lac, quo vberè de caelo pleno Christum Deum lactaret, Richardus illa dist. 4. quaest. 3. in conclusione illius. Alensis 3. part. quaest. 9. membro 3. articulo 1. qui affirmat in secunda sanctificatione fuisse Virginem san- ctificatam in quantum potuit esse principium ad carnem aliam, & sic sanctificatam fuisse in quantum respiciebat naturam. Maior disp. 4. quaest. 2. quatenus ait Virginem sanctissimam cooperatam fuisse Spiritui sancto subito, & instantaneè operantem, quod sine eleuatione supra naturam fieri non potuit, & addit ad ge- nerationem Verbi adiutam Virginem infinito auxilio, idem sentiunt alij non pauci.

162. Extra scholam verò etiam scholastici docent Dionysius Richelius toto lib. 1. de praconijs Mariae sanctissimae. Magnus Albertus in Luc. cap. 11. ad illa verba, Beatus venter, qui te por- tatis, vbi latissime, & ingeniosissime probat hanc

Caosius. hanc eleuationem; & illam claridis, & floridis luminibus exornat Canisius lib. 3. de beatissima Virgine cap. 13. Absit autem caeda paulo ante finem, Cardinalis Toletus annot. 97. & 98. in cap. 1. Lucæ satis dilucide, Ioseph Cerdenfis, Pacensis Episcop. Salmartinus Antecessor pri- marius de Maria, & Deo incarnato academia 11. sect. 3. num. 26. vbi ait terminum illius fuisse motionem, seu qualitatem diuinam, id- que repetit non semel asserens in Matia Vir- gine ad generationem Christi fuisse naturam supernaturalem sumptam stricte. Iodocus Chlietoueus, in 3. Damasceni de fide orthodo- xa cap. 2. ex mente illius Nouatus tomo 1. de eminentia Virginis cap. 7. disp. 31. statim in principio. Habemus ergo huius eleuationis Patronos tria scholæ lumina sanctum Tho- mam, Bonauenturam, Scotum, & consequen- ter Thomistas, & Scotistas quorum abnuet nullus.

163. Tantorum virorum assertio optima ratione destitui non potest, fundamentum efficacissime tradidit diuus Thomas, Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa, cap. 2. vbi ex interpretatione Billij hæc scribit. Quocirca post sancta Virginis assensum iuxta Domini sermonem ab Angelo pro- lautus Spiritus sanctus in eam superuenit, eam lu- strans, vimque ei, tum ad suscipiendum Verbi deitatem, tum ad gignendum suppeditans. Et iuxta antiquam translationem, qua vtitur san- ctus Thomas, & ceteri scholastici, Spiritus sanctus superuenit Virgini purgans ipsam, & vir- tutem susceptiuam Verbi Dei tribuens ei, simul autem, & generatiuam. Quæ verba nullus scho- lasticus non asserit, & suæ sententiæ, vt libuerit aptat, vrgent enim eos, qui vim actiuam ad ge- nerationem Virgini denegant, cogitque in va- rias, & discrepantes explicationes abire.

164. Mihi verò placet quam tradidit sanctus Thomas 3. part. quaest. 32. art. 4. ad 1. Cum enim sibi obiecit auctoritatem hanc Damasceni sic responderet. Ad primum ergo dicendum, quod illa conceptio tria privilegia habuit, quod esset sine peccato originali, quod non esset puri hominis, sed Dei, & hominis; item quod esset conceptio Virgi- nis, & hæc tria habuit ab Spiritu sancto, & ideo dicit Damascenus, quantum ad primum, quod Spiritus sanctus superuenit Virgini purgans ipsam, id est preseruans, ne cum peccato originali conciperet Verbum Dei. Quantum ad secundum di- cit, & virtutem susceptiuam Verbi Dei tribuens, id est ne conciperet Verbum Dei. Quantum au- tem ad tertium dicit simul autem, & generati- uam, vt scilicet manens Virgo posset generare, non quidem actiue, sed passiuè, sicut alia matres hoc consequuntur ex semine viri.

165. Ex qua explicatione colligitur in tria illa miraculosa, non potuisse Virginis naturalem potentiam, atque adeo ad illa tria eleuandam necessariò, & reuera fuisse eleuatam primò. Vnde illa verba Angeli ad Virginem Luc. 1. 36. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum vocabi- tur Filius Dei. Vbi (vt rectè aduertit Maldona- tus) illud sanctum nomen non est, sed aduer- bium, & non significat prolem solum sanctam futuram, sed etiam sanctè, purè, impollutè, immaculatè, & sine peccato generandam, quia matris caro sancta, pura, impolluta, & imma-

culata, quæ omnia hanc eleuationem astruens tradidit Thaumaturgus; sem. 2. de annuncia- tione, vbi Angelum ad Virginem sanctissimam hæc dicentem adducit. Quin & ipse celestium omnium dominator postquam ex omni creatura te sanctissimam elegit, & ornatissimam, & per sanctum, & castum, purum, & impollutum ven- trem tuum, fulgidissima Margarita in salutem totius terrarum orbis progreditur. Et statim com- parans beatam Virginem throno, quem vidit Ezechiel. cap. 1. ait. Perspicue igitur Propheta natum ex sanctissima Virgine cernebat in figura, & umbra, quem tu sancta Virgo portare non pos- ses nisi omni gloria & virtute pro tempore illo re- fulgeres. Hanc verò gloriam esse sanctitatem carnis, ac vteri declarat hac ratione. Quia & tu sancta omni humana creatura gloriosior, & pu- rior, sanctiorque effecta est, ac mine quidem candi- diorem habens mentem, quouis autem euro quan- tumvis probato purificatum magis corpus, ventrem vero qualem Ezechiel vidit, & qualem recensuit talia dicens similitudo quatuor animalium. Vnde constat ex sententia Thaumaturgi, quem om- nes ferè Patres sequuntur non potuisse Virgi- nem illam sanctitatem necessariam ex Damas- ceno, & diuo Thoma ad hanc generationem, à natura humana habere, atque adeo indigere eleuatione diuina.

166. Verbi autem diuini, aut diuinitatis susce- ptio inuoluit necessariò plura; sanguinis ad- ministracionem; illiusque instantaneam, aut breuiorem, quam naturalem, collocacionem in loco apto ad generationem fouentem, & nutrientem factum, actionem, vnionem corpo- ris cum anima, ad quam statim hypostatica vnio totius, aut vi folius Spiritus sancti, vt totalis causæ, aut Virginis etiam vt instrumen- talis, & quod fatentur nonnulli, ante has ferè omnes actiones organizationem, & formatio- nem instantaneam corporis Christi à beatissi- ma Virgine, vt ab efficienti, & actiuo princi- pio profectam. Quæ functiones à potentia naturali Virginis per se sola proficisci non po- tuerunt; vnde ex hac parte necessaria fuit ele- uatio, & vis miraculosa ex vtroque sancto Do- ctore, qua Virgo esse posset susceptiua diuini- tatis.

167. Tandem fecunditatem virginæam, simul etiam, & maternalem virginitatem cum lactis profluio ad diuinam humanamque alendam prolem à natura sine virili actione, & etiam illa supposita non potuit habere Virgo sanctissi- ma, ac proinde necessaria fuit eleuatio. Hoc enim miraculorum maximum, & signum om- nipotentis diuinæ. Isaia 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium. Quæ res à natura deuians & ideo incredibilis infidelibus, etiam doctis- simis.

168. His ergo præmissis probatur conclusio, ratio- ne qua sanctus Thomas probat 1. part. quaest. 12. art. 5. & alibi non semel, lumen glo- riæ requiri necessariò ad videndam essentiam diuinam, quæ in hac materia potest ad hanc formam reduci, illud quod exercet causalita- tem aliquam, quæ excedat potentiam prop- riam, & naturalem illius necessum est eleue- tur ad illam causalitatem dispositionem aliqua excedente propriam naturam, & constituentem illam

illam in ordine altiori, & proportionato effectu producendo, sed Virgo beatissima in generatione Dei hominis exercuit causalitatem excedentem propriam virtutem naturalem in functionibus requisitis, ut esset mater illius: ergo necessum fuit, eleuaretur ad illam causalitatem, & generationem dispositione aliqua excedente propriam naturam, & constituyente illam in ordine proportionato ad talem effectum. Discursus est legitimus, maior autem constat, quia cum vnumquodque agat in quantum est in actu, & virtutem habet proportionatam in ratione principij ad causandum effectum quod est producturum, nullo pacto illum producat, nisi superaddatur ei virtus, quam ex propria natura non habet ad causationem illius, sicut aqua nunquam producat calorem quem non potest ex natura sua, nisi superaddatur ei forma, qua constituatur in actu ad producendum calorem.

169. Minor vero constat ex enumeratione illorum, quæ requiruntur ad generationem Dei, & hominis, quæ omnia excedunt vires creatas, & naturales, Mariæ sanctissimæ, & ideo petunt dispositionem super naturam cum debiles sint ad tantum causandum mysterium, ac proinde necessum est accrescat Mariæ sanctissimæ ex diuina gratia aliqua virtus generandi Deum, & hominem. Quam rationem, & illius fundamentum, ut applicatur huic materiæ, paucis tradidit meo iudicio sanctus Bonauentura 3. disp. 4. art. 3. quæst. 2. in ipsa conclusione asserens. *Hanc virtutem esse supra naturam, quia data fuit ad ministrandam materiam, & illam preparandam, non vtunque, sed secundum quod, tam nobili, & perfecta conceptioni competeat.* Quasi diceret clarius, non vtunque, sed vt necessarium erat ad conceptionem Dei, & hominis; conceptio autem Dei, & hominis sine viro, non solum dicit peculiare concursum Spiritus sancti exercentis munera Patris supernaturali virtute; sed affert secum ex rei natura, & decencia omnia, quæ ad explicandum Damascenum atulimus ex diuo Thoma. Vnde ratio ex his præmissis concludens hanc eleuationem efficax est, non solum in doctrina Angelici Doctoris, sed etiam absolute loquendo.

170. S. Thom. Confirmatur, & explicatur primò ratione desumpta, ex diuo Thoma. lib. 3. contra gentes, quam affert cap. 51. 52. & 53. & breuiter sic potest formari. Causa de se insufficientis ad aliquam superiorem operationem, nunquam illam attinget, nisi aut crescat illius virtus intra propriam lineam; aut si extra lineam naturalem sit operatio, roboretur virtute illius lineæ extraneæ, & superioris, ut constat in calore vt quatuor insufficienti ad producendum calorem vt octo, & ad iuuandum intentione propriæ virtutis vt illum producat, & in intellectu, qui non eleuatur per virtutem magis intensam, cum intellectus, non intendatur, sed corroboretur per lumen gloriæ, quod est illitatio agendi supernaturaliter, cum ergo potentia naturalis generatiua Virginis sit ex se insufficientis ad tam excellentem generationem, qualis est Dei, & hominis, necessum est roboretur altero ex duobus modis propositis,

& cum primus non sit possibilis, quia virtus generatiua non intenditur, per additionem gradus eiusdem naturæ, maxime quia illi non constituerent naturalem potentiam in altiori gradu supra naturam, consequens est eleuetur per virtutem supra naturam, & ordinis altioris.

171. Confirmatur & explicatur secundò ratione, qua diuus Thomas quæst. 10. de veritate, articulo 13. probat mysterium Trinitatis non posse per vires naturales cognosci, quia ab agente non potest vlla actio progredi ad quam se eius instrumenta extendere non possunt, sicut ars fabrilis non potest edificare, quia ad hoc illius instrumenta non se possunt extendere, nec homo cognoscere naturaliter Trinitatis mysterium, quia prima principia, vt cognita ortum habent à sensibus, in quibus nulla reluctet Trinitatis cognitio: ergo nec beatissima Virgo per propriam, & naturalem virtutem potest attingere generationem Dei, & hominis, instrumenta enim illius ad eam se non possunt extendere; ergo sicut ad cognoscendum mysterium Trinitatis necessaria est eleuatio intellectus supra propriam naturam, illumque constituens in ordine diuino, & supernaturali; ita etiam, vt beata Virgo generet verè, & propriè Deum, & hominem, necessarium est eleuetur supra propriam naturam ad effectum excedentem proprias vires illius.

172. Secundò probatur conclusio principaliter ratione, qua vitur sanctus Thomas 3. contra gentes cap. 53. statim in principio ad probandum intellectum creatum non posse videre Deum sine aliqua influentia luminis diuini. Quia actio progrediens à forma, quæ propria est, & naturalis alicui principio non potest alteri communicari, nisi illud alterum habeat illam formam saltem participatiuè; sed generatio Dei, non solum in propria natura, sed etiam in aliena est propria Patris diuini; & procedens à propria illius natura tanquam à forma: ergo non potuit Virgini communicari sine eadem forma saltem participata, ergo necessaria fuit in Virgine eleuatio supra propriam naturam ad generationem Dei, & hominis, ac proinde participatio illius formæ, siue naturæ, vtraque consequentia est euidens, & minor probatur, quia Pater æternus habet ex proprietate characteristica producere Verbum Deum esseque Patrem naturalem illius, & licet tota Trinitas concurret ad incarnationem, solus Pater respicit Christum vt Filium etiam vt hominem, sic enim illa minor est intelligenda. Maior verò fundatur in similitudine, quæ in principijs vniuocis qualia sunt viuentia, requiritur necessariò ad communicandam naturam, maxime in generatione, quæ est principalior actio, & primum intenta à natura. Illud ergo principium quod in se formaliter non habet similitudinem cum ex propria natura, necessum est illam habeat aliunde, aliàs in illam actionem nunquam posset exire, & cum illam non possit habere, vt est in alio principio, necessum est habeat illam, si non vniuocè saltem analogicè & participatiuè.

173. Tertio probatur conclusio ex maiori distantia, quæ reperitur inter Deum, & potentiam gene-

generatiuam illius si creata sit, ac inter Deum, vt obiectum, & virtutem creatam hæc enim comparata ad Deum vt genitum, & Filium personæ creatæ, sine dubio minor est, integrè enim considerata, & vt Deum tanquam obiectum attingit, non petit ad illam vnionem actionem miraculosam, & quæ peculiari modo procedat ab Spiritu sancto, solum enim concursu generali supposita habitus supernaturalis infusione, homo amat, credit, sperat, & si supernaturaliter videat Deum, vnio illa intentionalis est, non realis, & physica, & inter Deum, vt generandum, & potentiam generatiuam naturalem est, maxima distantia, cum vnio inter matrem, & filium physica sit, & non intentionalis, aut secundum affectum, vt in visione, & amore, vnde dixit Damianus, (quem iam omnes sequuntur) sermone de Annuntiatione, ex vi vnionis matris sanctissimæ cum filio, Deum esse per identitatem in Maria sanctissima! vnde infertur maiorem eleuationem requiri ad generandum Deum quam ad illum videndum, & amandum, & cum illa sit supra naturam, à fortiori requiretur eleuatio ad generationem Dei etiam in aliena natura: vbi summa imis, & ima summis, Deus & homo, creator & creatura realiter, & substantialiter vniantur, estque influxus realis, & substantialis principij creati in ipsum Deum, non vt obiectum, sed vt in terminum, si non realiter causatum, saltem vt terminat in ratione subsistentis naturam humanam, ideo enim realiter est genitus, & realiter filius Virginis, vt supra ostendebamus, & docet catholica fides.

174. Constat ergo auctoritate, & rationibus ex diuo Thoma desumptis necessariò eleuatam esse diuam Virginem, vt esset Deipara supra rotam naturam, ac proinde confirmatam, adiutam, & roboratam diuinitus, constitutamque esse in ordine hypostatico ad generandum Deum, & hominem, vtque esset mater Dei naturalis, eo modo quo requiritur ad tam sublimem & admirabilem generationem.

175. Nec momenta Scoti, & Aureoli aliquid probant, quia tamen discursus ille subtilis Scoti esset verus; quem tamen impugnat Aureolus, adhuc non concluderet, quia præter formationem factus, & intermedias alias actiones, quibus mediis non necessariò operatur agens superior, vt Spiritus sanctus ad corporis organizationem, sunt alia munera, quæ necessariò petunt eleuationem diuinam, vt supra monstrauimus, & constat si asseratur Maria sanctissima concurrisse ad vnionem hypostaticam, Discursus verò Aureoli insufficientis est. Ratio enim maternitatis præcipue in Virgine non potest constare in sola administratione materiæ, quia ex hoc sequeretur non fuisse perfectissimam matrem, cum non exerceret omnia munera illius causalitatis maternalis, exercuit ergo omnia illa virtute, & eleuatione Spiritus sancti qui solius viri non feminæ suppleuit absentiam, sed Mariæ dedit quidquid necessarium fuit ad rationem matris, vt decebat generandum Deum, & hominem. Adde quod nec sola administratio materiæ excluderet diuinam eleuationem, cum illius translatio in locum aptum non facta fuerit longo

tempore; & successiue, sed vel in instanti, vel per breuissimas morulas, idque virgineo concursu ad quem necessaria fuit eleuatio.

176. Argumenta verò alia difficiliora sunt, & petunt disputationes sequentes, vbi nonnulla ad alias difficultates expediendas sunt afferenda.



## DISPUTATIO IV.

*Vtrum eleuatio Virginis beatissima ad generationem Christi Domini facta fuerit per auxilium extrinsecum, & sine intrinseca forma.*

177. PRIMUM argumentum in eleuationem virgineam tangit celebrem difficultatem, de eleuatione supernaturali creaturarum ad supernaturales effectus, sine cuius noticia illud dilui non potest, ideo hic saltem attingenda si pro dignitate non possit tractari.

## SECTIO PRIMA.

*Affirmatiua sententia.*

178. Creaturam posse eleuari ad causalitatem supra propriam naturam, potest dupliciter intelligi primo, itaut ad illam constituatur in actu primo per formam creatam sibi intrinsecam, & inherentem, sicut ignis constituitur immediate calcfactiuus per calorem sibi intrinsecum, & inherentem, qui est proprius, & conaturalis modus causandi, & qui in causis naturalibus reperitur: secundò itaut non habeat aliquam virtutem intrinsecam suæ eleuationis; sed hæc formaliter consistat in decreto diuino applicante potentiam naturalem ad operandum pro tali tempore determinato, & conferente vberiorum concursum, & intensum, vel maius auxilium ad effectum, qui nunquam egrederetur à naturali potentia, si non eleuaretur virtute hac omnino extrinseca, & extrinseca etiam assistentia diuina.

179. Ergo difficultas est, supposita eleuatione Virginis sanctissimæ vt esset Deipara, an eleuata fuerit priori modo, sicut in se receperit virtutem aliquam creatam sibi intrinsecam, & inherentem, an verò modo posteriori, itaut fuerit eleuata per meram & extrinsecam assistentiam Dei in genere causæ efficientis. Hæc difficultas generalis est non solum ad potentias vitales, quales sunt intellectus, & voluntas, sed ad res non viuentes, qualia sunt sacramenta; illamque tractant hoc tempore doctores scholastici: generaliter ergo, & ex principijs generalibus etiam tractanda.

180. Partem affirmantem hanc eleuationem, aut factam fuisse, aut saltem fieri potuisse Dei absolute potentia solo intrinseco Dei auxilio in beatissima Virgine; idque etiam esse possibile in aliis potentijs, aut vitalibus, aut non vitalibus docet latè Ripalda lib. 2. de ente superna-  
Ripalda  
tura

turali, disput. 34. sect. 3. qui pro se refert auctores non paucos quibus addit Alarcon 1. par. tract. 1. de visione, disput. 3. cap. 4. asserens hanc esse communem, & veram Theologorum sententiam, inter quos primum producit Scotum 4. disput. 49. quæst. 11. qui §. Respondeo asserit quod si intellectus non elicit visionem, nec voluntas amorem, neutra potentia indiget ratione formali, seu principio agendi supernaturaliter, quod si suos actus eliciant necessarias esse formales rationes agentis supernaturaliter omnino antecedentes efficientiam illorum: unde addit necessarii in voluntate constituendam charitatem, & licet hoc videatur asserere ex fidei doctrina, modus procedendi declarat illam constitui propter debilitatem potentie naturalis ad eliciendam beatitudinem, & concludit sibi non videri necessarium lumen gloriæ, ut sit lux, quia obiectum visionis, scilicet Deus, lucidissimum est, non verò negat lumen necessarium ad efficiendam visionem, tanquam rationem formalem agendi, neque difficultatem tractat de absoluta, sed de ordinaria potentia, unde non debet referri pro affirmatiua sententia, cum obscure satis loquatur, si forte in illius fauorem.

181. **Cumel.** Refert etiam Reuerendissimum N. Magistrum Cumel 1. tomo, num. 1. part. quæst. 12. tit. 5. conclus. 3. ex disput. 2. Sed insignis Thomistarum huius temporis Princeps extrinsecum auxilium nullo modo cognoscit: affirmat non esse necessarium lumen gloriæ habituale ad visionem beatificam, & addit sufficere electur intellectus per vnionem essentia diuinæ, in ratione speciei intelligibilis, & per auxilium, & motionem Dei supernaturalem, quæ in Magistri sententia aliquid asserit intrinsecum, & colligitur planè ex illius doctrina, in maiori enim explicatione suæ sententia §. Huic obiectioni; affirmat dilectionem Dei super omnia esse supernaturalem, & propter hanc rationem asserit petere principium supernaturale intrinsecum, saltem per modum transeuntis: rectius illum intellexerunt, qui asserunt fuisse in negatiua sententia.

182. **Granado.** Refert vterius D. Granado 1. part. tract. de visione Dei, disput. 6. sect. 4. Sed ibi solum tractat an possit videre beatus sine lumine gloriæ habituali, & asserit posse, neque ad visionem beatam esse necessarium lumen gloriæ habituale, non verò disputat an sine auxilio intrinsecum possit fieri visio, probat verò suam conclusionem, quia dispositiones ad iustificationem, ut contritio, & dilectio non sunt ab habitibus charitatis, & gratiæ, sed solum ab actuali auxilio, (intelligit intrinsecum,) & pro sua sententia adducit Magistrum Cumel, qui tamen docet negatiuam sententiam, non ergo sentit aliquid valere auxilium extrinsecum ad actum supernaturalem.

183. **Lorca.** Citat etiam Lorcam 1. tomo in 1. 2. disp. 2. dicto 2. sed ibi Complutensis solum affirmat de potentia absoluta non requiri lumen habituale, sed sufficere actuale auxilium; sed non asserit hoc auxilium esse extrinsecum Dei assistentiam.

184. **Turrianus.** Asserit deinde in hanc sententiam Ludouicum Turrian. 1. tomo in 22. disput. 38. dubio 2.

Vbi nec Verbum de hæc re, & disput. 77. dub. 1. vbi solum asserit §. Tertio dicendum, quod si actus supernaturalis sit intensior, quam habitus gradus ille intensioris producit ab auxilio, sed non explicat quale sit illud auxilium extrinsecum, aut intrinsecum; ille verò cum ex decreto nono semper exoptulet mutationem intrinsecam in altero extremorum, & hæc non possit esse in Deo, necessario illam constitueret in creatura: unde non admittit efficientiam, aut causalitatem per auxilium extrinsecum §. autem ad argumenta solum asserit actum supernaturalem posse fieri à potentia sine habitu, & posse illius efficaciam à Deo suppleri, quod sententia affirmatiua non fauet, citat Ruizium de prouidentia, disput. 36. sect. 1. & 3. sed illam disputationem nunquam inuenio. Cæteros non discutio, fides sit penes Ripaldam certè acutissimum.

185. **Valentinus.** Sententia hæc variè probatur à suis auctoribus, Valentinus Herize 1. part. tract. 4. disp. 47. cap. 2. illam suo iudicio demonstrat. Primo, quia naturalis potentia, ut præscindit ab eleuatione habet virtutem innatam saltem inchoatam, & partialem, in ordine ad causalitatem, quæ superant illius naturam solumque petit compleri per auxilium intrinsecum; ergo optimè potest Dei absoluta potentia eleuari, & compleri per auxilium extrinsecum. Antecedens asserit se probasse variis in locis, præsertim vbi ostendit lumen gloriæ non esse totam rationem agendi supernaturaliter Consequentiam probat primò, quia virtus supernaturalis duo habet, & esse causam formalem, & esse virtutem effectiuam, & hoc vltimum dependet à priori, ut operari pender ab esse; unde si illa virtus esset (ut potest) sine informatione, & vnione ad subiectum, quod petit secundum rationem accidentis, & conseruaretur cum intellectu, in eodem spatio, cooperari quidem posset cum intellectu ad diuinam visionem. Quod aliis alij terminis dicunt, quod si misceretur sine vnione, charitas cum voluntate, sine vnione optime posset elicere actum amoris, & est tertium argumentum, quo Ripaldam 1. probat hanc sententiam, præcipuè cum fides non vniatur animæ, substantiæ, neque speciebus requisitis ad actum, quæ omnia debent eleuari ad supernaturalem actum; nec Deus, & creatura, quæ aliquando sunt causæ partiales, nec duo ignes vniuntur ad causalitatem: ergo vide ibi Ripaldam.

186. Secundò eandem consequentiam demonstrat, quia causalitas supra naturam, non necessario dependet à supernaturali virtute; ergo sine illa optimè potest exerceri à potentia creata. Consequentia est euidens, & antecedens ingeniosè probat, quia si causalitas supra naturam, visio beatifica Verbi gratia haberet dependentiam à virtute supernaturali intrinseca maxime propter vitalitatem, sed à lumine non pender visio, aut amor, ut à principio vitali; ergo non habet essentialem dependentiam à lumine; potest igitur fieri sine illo: Doctores enim, qui exigunt auxilium intrinsecum ad actiones supernaturales id petunt propter vitalitatem; de aliis principiis non vitalibus nullam habent difficultatem.

Secunda

Secunda demonstratio, num. 11. Essentia diuina concurret instar speciei impressæ cum intellectu creato sine informatione, quam nec habet, nec potest habere; cur ergo si hoc præstat propterea quod habet virtutem effectiuam eminentius, quam species, id non etiam præstabit in absentia virtutis intrinsecæ, Thomista ergo non constant in doctrina.

188. Tertia Valentini demonstratio; quia Deus per se ipsum, immediatè exhibet concursum generalem supernaturalem, sine quo etiam intellectus illustratus lumine gloriæ non posset visionem supernaturalem producere: ergo etiam poterit influere per se, ipsum vice luminis. Consequentiam probat, quia concursu generali non aliter concurret, quàm per omnipotentiam assistentem, & applicatam per voluntatem liberam, cum ergo non implicet hoc modo concurrere per omnipotentiam generali concursu, cur implicabit, quod per extrinsecam assistentiam hoc modo concurrat ad causalitatem & actiones, quæ sunt supra naturam: præcipuè cum, ut alij Doctores huius sententia argumentatur, Deus possit se solo efficere, quod efficit enim causis secundis, id enim Theologorum commune proloquium.

189. **Ripalda.** Quartò probat Ripalda citatus, sect. illa. 3. num. 15. quia actus supernaturalis elicitus à rationali natura per auxilium extrinsecum nihil habet repugnans vitalitati, & supernaturalitati actuali; ergo optimè fieri potest per auxilium extrinsecum. Consequentia patet, quia solum vitalitas, aut super naturalitas obistere possunt, auxilio extrinsecum: Antecedens verò probatur, quia cum ad rationem vitalitatis non requirantur omnia principia vitalia, ut patet in specie creata, & lumine, vel charitate, sufficit potentia vitalis, ad vitalitatem, ut de facto contingit, in actionibus, quæ sunt solum ab auxilio extrinsecum, & ex altera parte habet principium supernaturale extrinsecum, ut declaratur facillè, Dei scilicet decretum, & illius assistentiam. Adde quod ut egrediatur causalitas supra naturam ab aliquo agente, quod operatur per vires sibi indebitas, sufficit quod illas habeat, vel per auxilium intrinsecum, vel extrinsecum hoc enim excedit vires naturales illius, & illi indebitum est; confirmat hanc rationem; sed confirmatio nihil addit difficultatis, & verè ad probandam suam sententiam conclusionem sumit ut medium.

190. Quintò supposita sententia, quæ affirmat gratiam præuenientem nihil aliud esse nisi illustrationes, & inspirationes, quæ fiunt in nobis, sine nobis, & supernaturales sunt sic intendit suam sententiam: illustrationes illæ, & inspirationes fiunt solum per auxilium extrinsecum, & sine super addita virtute intrinseca supernaturali: ergo quæcunque alia causalitas excedens naturam potest egredi ab illa si solum eleuetur per auxilium extrinsecum. Consequentia videtur legitima, & antecedens probat, quia aut fiunt ab habitu; aut ab auxilio intrinsecum, vel extrinsecum, non ab habitibus ut est certissimum, cum fiant à peccatoribus, & pertinere, non possint ad habitus, quos non habet, neque ab auxilio intrinsecum, ut dicit se probaturum lib. 5. neque per alias

illustrationes, aut inspirationes, quia iam esset processus in infinitum; relinquatur ergo quod fiant solum per auxilium extrinsecum.

191. Confirmat primò, quia simplex complacencia de bonitate diuina, quæ regulariter antecedit amorem Dei efficacem, non procedit ab habitu charitatis, maxime in sententia assistentium illum amorem non esse tanquam ab efficienti à charitate; ergo procedit à principio extrinsecum. Confirmat secundò, quia simplex affectus in Deum non efficitur per qualitatem transeuntem: ergo per auxilium extrinsecum. Consequentiam probat, quia efficax amor in sententia Thomistarum non est ab illa transeunte qualitate, alias etiam procederet ab illa actus dilectionis diuinæ: cur enim illa qualitas sufficeret ad simplicem affectum, & non ad efficacem dilectionem, cum vtrumque pertineat ad eandem virtutem charitatis.

192. **Ripalda.** Sextò posset probare Ripalda affirmatiuam sententiam mirabili, & inaudito medio, quod existimat non esse improbabile stando rationi, & profequitur disput. 41. sect. 8. à num. 59. non repugnat absoluta potentia relationem diuinam, Verbi gratia filiationem, absque aliqua virtute superaddita eleuari ad producendum effectum, quem natura sua non poterat producere, & quem non producat Pater, & Spiritus sanctus: ergo non repugnat eleuari quamcunque creaturam ad causalitatem superantem suam potentiam sine aliqua virtute intrinseca superaddita. Consequentia patet, Antecedens vero in quo est summa difficultas probat numero 60. quia si filiatio ageret, & produceret ad extra quod Pater & Filius non producerent latius porrigeretur sphaera modi agendi omnipotentia diuinæ. Probat secundò: suppositis sententiis duabus, altera, quæ affirmat videri posse vniam personam sine alia; altera, quæ docet concursum per modum obiecti non præstari ab omnipotentia diuina; sed ab essentia, & aliis perfectionibus, ex quibus sic argumentatur: Tunc concursus per modum obiecti esset solum à filiatione per assistentiam liberam Dei ortam ex decreto, & coniunctam solum filiationi, non autem Patri, aut Spiritui sancto: ergo non implicat filiationem eleuari ad producendam gratiam, quam non producant alia personæ.

193. **Ant. Perez.** Septimò probat affirmatiuam sententiam Antonius Perez certamine 6. scholastico: quia actus contritionis, & dilectionis Dei, qui dispositiones sunt ad iustificationem, producantur sine auxilio intrinsecum, & sine habitu, ergo non repugnat, quod alia causalitates exercentur sine auxilio intrinsecum; vel potius repugnat, quod auxilio intrinsecum realiter ab habitu producantur: auxilium enim illud est eiusdem omnino rationis cum habitu, & solum differunt, quia auxilium datur per modum transeuntis, habitus per modum permanentis, duratio autem non reddit, aut constituit diuersitatem specificam. Confirmat cap. vndecimo, n. 44. & probat non requiri mutationem nouam, aut intrinsecam; quia Pater æternus nunquam potest se solo Spiritum sanctum producere, potest tamè cum filio,

qui

quin aliqua mutatio aduenientis virtutis reputatur in parte: ergo eadem ratione adueniente solum auxilium extrinsecum sine intrinseca mutatione poterit potentia naturalis eleuari supra propriam naturam.

## SECTIO II.

*Negativa sententia praefertur.*

194.

**D**icendum tamen est, etiam absoluta potentia eleuari non potuisse Virginem sanctissimam ad generandum Deum, & hominem, auxilio solum extrinseco, & consequenter idem sentiendum de quacunque naturali virtute in ordine ad causalitates supernaturales. Hæc est constans, & vera Thomistarum sententia, quam sequuntur Capreolus 4. disp. 49. quæst. 4. art. 3. ad 4. Caietanus 1. part. quæst. 1. 2. art. 5. vbi Banez dub. 3. §. Nobis igitur placeat, & 2. 2. quæst. 2. 3. art. 1. dub. 1. Ledesma, Nauarræ, Aluarez, Albelda, Sotus, Nazarius, Soncinas, Syluester, Ferrara, quos refert Ripalda sect. 2. & quod mihi præcipuum semper, Reuerendissimus, & sapientissimus Magister Franciscus Cumel Decanus Salmanticensis 1. part. quæst. 1. 2. art. 5. disp. 2. & 3. conclus. 2. ad finem cum sancto Thoma ibid. disput. 14. §. sancto Thoma 1. part. quæst. 1. 2. art. 5. disp. 1. 4. §. prima sententia, & sequentibus, & tomo 2. in 1. 2. quæst. 1. 1. 2. art. 1. disp. 2. & 3. vbi hanc sententiam probat latissime, quibus adde Salmanticens. Carmelitas 1. tom. in 1. part. tract. 2. de visione disp. 4. num. 49.

195.

Probatur primò: repugnat absoluta potentia auxilium illud extrinsecum, quocunque modo sumptum, non afferre secum auxilium intrinsecum ad causalitatem in Virgine sanctissima supra propriam naturam: ergo repugnat eleuatio per solum auxilium extrinsecum ad causalitates, quæ sunt super naturam creatam. Consequentia est euidens: & antecedens probatur efficaciter, vi enim illius auxilij extrinseci constituitur Maria sanctissima potens de nouo, & veluti in actu primo ad illam generationem, quæ nouitas necessariò affert intrinsecum auxilium, implicat enim multiplicari inferius, non multiplicato superiori, sicut implicat multiplicari hominem, aut equum, & non multiplicari rationem communissimam entis: multiplicatis enim rationibus inferioribus multiplicatur superiores, vt est euidensissimum; cum ergo in beatissima Virgine multiplicetur posse reale, & nouum, non enim eleuatur per auxilium, quod sit nihil in rerum natura, necessariò multiplicabitur ens, quod est ratio superior, & multiplicata potentia, entitas etiam multiplicabitur: ac proinde dabitur entitas noua ante actum secundum. Tunc sic argumentor, illa entitas noua, aut est substantia, aut est accidens, & cum substantia esse non possit, quia substantia supernaturalis repugnat; necessariò erit accidens, quod ex propria natura non potest per se subsistere, ac proinde petit vnionem, & inhaerentiam ad subiectum, cum ergo in Deo esse non possit, vt euidens est, necessariò erit in Virgine sanctissima, & in

potentia, quæ eleuatur: vnde non erit solum auxilium extrinsecum, sed forma intrinsecè inhaerens illi potentia, atque adeo affertur necessariò auxilium intrinsecum etiam absoluta potentia. Hoc argumento vsus sum in florentissimo Salmanticensi gymnasio: deinde ab anno millesimo sexcentesimo quarto: iudicatur tunc Magistri grauissimi efficacissimum, & nunc video pluribus valde placuisse.

Deinde secundò probatur assertio argumento desumpto ex motiuo omnino contrario fundamento affirmatiuæ sententiæ. Repugnat Virginem beatissimam influere in generationem Dei hominis secundum eam rationem, qua excedit propriam naturam, quin habeat rationem formalem agendi, aut causandi illum superiorem effectum, & hanc proximam, & omnino expeditam, sed ex propria natura non habet vllam rationem formalem causandi supernaturaliter, ergo uecessum est addatur illi virtus intrinseca, & ratio formalis causandi. Discursus est legitimus, & maiorem non negant aduersarij, nec negare possunt; negant tamen minorem, quia in potentia generatiua Virginis est virtus inchoata, & incompleta in ordine ad illam causalitatem: cum enim forma superaddita ex vi auxilij extrinseci non sit vitalis, inde nam oriatur vitalitas, quæ inutitur necessariò in generatione, aut vt generalius loquamur in visione beatifica, aut in amore diuino.

Sed meo iudicio falluntur omnino in intelligentia, & resolutione huius difficultatis, cum enim inquitur an intellectus creatus habeat aliquam virtutem ad producendam visionem beatificam, non est quæstio, an habeat vim vitalem ad producendam vitalitatem, quæ in actibus supernaturalibus reperitur sumpta vitalitate specificatiuè: sed an ad hanc vitalitatem reduplicatiuè, & qua parte supernaturalis est reperitur in intellectu virtus actiua inchoata, itaut lumen, aut charitas non sint tota ratio agendi supernaturaliter, sed solum completum illius potentia vitalis, quæ vim inchoatam habet ad supernaturalitatem. Thomistæ igitur, quos ego consului præcipuè sapientissimi mei Magistri Cumel, & Curiel non negant intellectum, seu voluntatem habere vim vitalem ad actus supernaturales, quia hoc esset comparare intellectum ad visionem, vt aquam ad calorem productum, & dare illi (si quæ vlla est) causalitatem in animam; sed affirmant ex se naturales potentias nullam habere vim ad supernaturalitatem sumptam secundum propriam rationem, atque adeo totam rationem agendi supernaturaliter esse lumen, aut charitatem, siue formam illam intrinsecam, qua eleuatur potentia in ordine ad causalitatem supra propriam naturam. Vnde consequenter negant virtutem supernaturalem & naturalem potentiam esse causas partiales ad effectum supernaturalem, existimant vnquamque rationem esse integram formalem operandi beato; intellectum in ordine ad intellectionem vt sic, & secundum rationem vitalitatis sumptæ præcisè; virtutem supernaturalem integram, & totalem causandi supernaturalitatem, tametsi in effectu ab vtra-

196.

198.  
Cumel.

que ratione formali tanquam ab instrumento oriatur vitalis supernaturalitas, & supernaturalis vitalitas, quia vitalitas in visione Dei non potest non esse supernaturalis, & supernaturalitas non potest non esse vitalis: hæc enim prædicata, etsi distinguantur formaliter, sunt idem realiter inter se.

Ita prorsus philosophatur noster magister Cumel 1. parte, quæstione 12. articulo 5. disputatione 3. nouè addita conclusione secunda, vbi clarissime docet, intellectum, & lumen causas non esse partiales visionis beatificæ (quod etiam sentiet consequenter de alijs potentijs, & virtutibus supernaturalibus) sed verius esse intellectum in suo genere, & ordine causam, seu rationem totalem, & pariter ipsum lumen, scilicet esse totalem rationem causandi in suo genere, cum ergo genus intellectus, sit intelligere, aut proprius loquendo sit intellectum, & hoc necessariò claudat principium vitale, sine dubio Magister censuit intellectum esse rationem formalem agendi in ratione principij vitalis, itaut in hoc ordine nullum sit principium proximius. Id probat multis rationibus, mihi illa sufficiat; partiales causas nullo modo esse subordinatas, nec vnquam accipere intrinsecam virtutem ab altera, itaut intrinsecè perficiatur illa virtute, & præterea ita inter se comparari, vt denominentur ab effectu producto, vt patet in duobus portantibus nauim, quorum nullus alteri confert virtutem intrinsecam, qua illum eleuet, & perficiat, & vterque porrat, & dicitur portare nauim: at in casu disputationis lumen gloriæ est virtus impressa à Deo intellectui illamque eleuans ad superiorem & Deificum statum, vt recte Caietanus 1. p. quæst. 12. art. 5. ita vt intellectus solum vi illius sit efficax ad supernaturalitatem, quod in causis partialibus non reperitur, & præterea non habent eandem denominationem; nullus enim vnquam dixit lumen gloriæ videre Deum.

199.  
Aluarez.

Ex quibus facilè colligo perpetam dixisse Valentinum Thomistas Caietanum sequutos non plus dare intellectui, quam remotam, & radicalem rationem agendi, & totam tribuere lumen gloriæ, vt videre est in Aluarez, lib. 6. de auxilijs disputat. 64. Magister verò Cumel, qui verus Thomista, & illius discipuli, in intellectu, & cæteris potentijs creatis inueniunt totalem rationem agendi vitaliter, illamque proximam in suo genere, licet non in genere supernaturalitatis quam volunt recenteriores, & præcipuè Erice cum ex locis adductis ex diuo Thoma, disput. 45. num. 56. ad finem concludit: [Ergo negari non potest voluntatem actiue per se immediatè concurrere, vel influere in actus supernaturales.] distinguo enim consequens; per se vt supernaturales sunt nego consequentiam: id enim voluntas habet à charitate, & intellectus à lumine per se immediate ad vitalitatem concedo consequentiam.

Erice.

D. Thom.

200.

Atque hanc vim habent cætera illius argumenta, non enim negamus vitalitatem esse à potentia vitali; sed asserimus supernaturalitatem

tem esse à virtute infusa, & superaddita Valentini, & asseclarum rationes intelligimus, & vim earum penetramus, nec subterfugimus. Tridentini verò locus adductus ex scilicet 6. c. 4. scilicet liberum arbitrium non se habere veluti inanime quoddam, nihil omnino agere, mereque passiuè se habere, Lutheranos premit non Doctores catholicos.

Hinc colligo, & explico secundæ nostræ rationis efficaciam, si enim posset eleuari vitalis potentia per auxilium extrinsecum idèo esset, quia virtus supernaturalis non esset tota, & integra ratio agendi supernaturaliter; sed vere est tota ratio agendi in genere supernaturali, vt probatum est: ergo ex vi solius auxilij extrinseci eleuari non potest.

Tertiò probatur assertio nostra proprius, & singulariter ad difficultatem de eleuatione Virginis sanctissimæ ad generandum Deum, & hominem: implicat enim Mariam sanctissimam esse principium etiam passiuum ex quo desumeretur corpus Christi per solum auxilium extrinsecum, ratio enim illa principij passiuè, vt ostendimus disput. 3. sect. 3. affert secum puritatem, & sanctitatem, ne conceptio Christi Domini temeraretur originali peccato: cum ergo implicet aliquid esse formaliter immaculatum; purum & sanctum positiuè per auxilium extrinsecum repugnauit Virginem eleuari ad rationem generationis Christi per auxilium extrinsecum: Consequutio est clara, minorem vero ibi desumpsimus ex Damasceno & Angelico Thoma.

## SECTIO III.

*Ex refutatione sententiæ affirmantis, firmatur assertio.*

**Q**uartò potest probari nostra conclusio ex refutatione affirmantis sententiæ, quod vt fiat efficacius illam suppono consistere, in hoc, quod assermet, ad hanc eleuationem necessarium esse peculiare decretum de assistentiâ omnipotentia diuinæ ad intellectum v. g. & applicatione illius ad intelligendum actiualiter pro tali tempore determinato, & præterea addere vberiore, & efficaciorum concursuum Dei ad visionem efficiendam, & ex hoc concursu; & assistentiâ constari auxilium extrinsecum; quo intellectus constituitur in actu primo ad videndum, neque enim potest negari actum secundum necessariò supponere actum primum à cuius virtute egrediarur causalitas; Hoc ergo appellant auxilium extrinsecum prout condistinguitur, non solum ab habitu, & qualitate permanente; sed etiam vt differt ab auxilio intrinseco per motionem; aut virtutem intrinsecam transeuntet.

Præmitto secundò, aliud esse Deum se solo posse producere quicquid potest causa secunda, sine eo quod causa secunda efficienter instuar in illum effectum: aliud quod causa secunda illum effectum producat sine virtute, & ratione formali ad illius causalitatem; pri-

D muni

mum enim recte potest fieri, producit enim Deus calorem sine igne, & sine calore, producit hominem, quin sol, & homo ad illius productionem concurrant, at fieri non potest, quod Deus hominem genitum producat sine causa secunda, licet enim homo præcisè non dicat essentiali dependentiam ab altero homine, ut genitus tamen dicit essentiali dependentiam ab homine gignente, & eadem omnino ratione videtur non posse fieri, ut causa secunda influat efficienter in aliquem effectum, quin in illa supponatur ratio formalis producendi illum effectum: sequitur enim manifesta contradictio: Primum enim supponitur effectus productus, & deinde non est productus, nulla enim causa efficiens potest producere effectum, nisi in se habeat virtutem illi communicandam, quid enim efficiat, si ei non communicat suam virtutem? si autem in effectu reluceat virtus communicata, quæ in causa non præhabetur actu primo, procul dubio erit ab alio efficiente: producitur calor in ligno aqua illi applicata in qua calor nullus, evidens est calorem, non ab aqua, sed ab alio principio esse productum.

205. Nunc sic argumentor, aut decretum illud de assistentia, & applicatione omnipotentia ad causam secundam antecedenter hic, & nunc ad aliquem producendum effectum habet aliquem terminum, quo causa secunda, & illius potentia constituatur proximè potens, & in actu primo ad eliciendum actum supra propriam virtutem, aut nullum habet terminum productum, hoc ultimum dici non potest, positivus enim actus Dei omnino liber de futuritione rei alicuius necessariò habet effectum ad extra, aut habet aliquem terminum realem, & hic est forma intrinseca, seu auxilium intrinsecum, quod nos constituimus.

206. Dices decretum illud habere hic, & nunc supposita applicatione effectum ad extra, illum verò esse vberiozem illum concursum, quo influat Deus in actum productum, qui ut concipitur fluere à Deo constituit naturalem potentiam in actu primo. Sed contra; quia ex hoc manifestè sequitur idem efficienter seipsum producere; cum enim diuinus influxus realiter identificetur cum effectu producto, ut patet in omni concursu diuino; erit enim omnino realiter cum actu producto, ac proinde actus supernaturalis seipsum producat, ut efficaciter argumentatur magister Cumel, ex quo desumpserunt alij. Secundò sequitur solum Deum, & non causam secundam influere in illum effectum, quia hic nullus intelligitur concursus præter illum vberiozem diuinum.

Cumel.

207. Sed dices ad hæc concursum illum vberiozem recipi in naturali potentia, & ex illo producere influxum in effectum, atque adeo præter concursum diuinum esse creatum concursum. Sed contra primò, quia ille concursus identificatur realiter, ut diximus cum effectu producto, & subiectatur in illo; non ergo potest recipi in potentia, quæ realiter distinguitur ab effectu producto non enim po-

test esse eadem realitas in duobus subiectis realiter inter se distinctis, verbi gratia, in aqua baptisimali, & in anima in qua gratia producta recipitur, aut in ipsa gratia, quæ est effectus per vberiozem concursum productus.

208. Contra secundò, quia ille concursus potentia quem asseris sequi ad concursum diuinum est idem realiter cum concursu Dei, ut patet in actionibus, & causalitatibus aliorum effectuum, non enim Dei actio distinguitur realiter ab actione creaturæ, ut illam comitatur, sed est eadem numero, ut explicatur in Metaphysica, ac proinde non potest oriri à concursu diuino.

209. Contra tertio, quia aut vberior ille concursus eleuat potentiam secundum se totam, id est secundum integram rationem, quæ reperitur in illo, aut non secundum omnem rationem, qua concursus vberior superat ordinarium, & minus efficacem concursum. Si dicatur primum, iam idem secundum eandem rationem est causa sui ipsius, diceretque ad seipsum realem relationem producentis ad productum, quod iam impugnatum est: si vero dicatur secundum, sequitur illum concursum diuisibilem esse, & secundum hanc partem vniri intellectui, aut potentia alteri naturali, illamque constituere in actu primo, esseque auxilium intrinsecum, quod argumentum intendit: secundum verò aliam partem non vniri, sed habere actualis concursus rationem, qui identificetur cum concursu creato naturalis potentia, quod non solum est difficile, sed destruit sententiam, quam impugnamus.

210. Eam rursus refello, & considero decretum de applicatione omnipotentia ad naturalem potentiam, ad causalitatem supra propriam naturam; & deinde vberiozem illum concursum complementem cum assistentia illud extrinsecum auxilium, & rogo vtrum ex vi applicationis voluntas sit constituta in actu primo supernaturali, aut non? si dicatur primum: ergo non est necessarius vberior concursus; sed sufficit ordinario exhibitus ad actum, qui procedit à principio intrinseco auxiliante. Consequentia est evidens, supponitur enim actus primus sufficiens ad actum secundum, atque adeo solum requiritur concursus mouens ad actum, & illam potentiam concomitans: & præterea est contra sententiam, quam impugnamus asserentem actuale illud auxilium extrinsecum importare vberiozem concursum, illumque includere in integra sua ratione: si autem dicatur secundum, inferitur Deum solum illum actum supernaturalem efficere, potentiamque merè passiuè se habere illum recipiendo, atque adeo esse veluti causam moralem illius influxus, & actus quem Deus ad suam præsentiam producit illa nihil efficienter influente, ut explicant, qui negant physicam causam sacramentorum.

211. Et explicatur amplius, vgeturque difficultas, quia si Deus veller causam, seu naturalem potentiam non influere efficienter in actum productum sed se solo illum producere, quid

quid aliud efficeret, quam præbere vberiozem concursum, quam antea tribuebat, & qui secundum suam naturam, & includeret, & generalem concursum supernaturalem, & alium particularem; illum scilicet quem præstare debebat potentia adiuta auxilio intrinseco supernaturali: ergo sicut in illo casu potentia naturalis non influeret super, naturaliter in effectum, ita nec quando solum est auxilium extrinsecum.

212. Dices faciliter, Deum in illo casu, neque applicaturum omnipotentiam, neque habiturum peculiarem assistentiam ad naturalem potentiam creaturæ in ordine ad efficiendum actum supernaturalem. Sed contra, & difficulter, quia stante illa applicatione posset Deus si veller se solo actum supernaturalem producere, licet non sit ille ad quem terminabatur decretum. Supponamus enim, quod stante illa applicatione, & futuritione infallibili actus procedentis à potentia hic, & nunc, & producentis de facto, veller Deus, quod non implicat, actum amoris in voluntate producere ipsa merè passiuè se habente; id enim non reputatur, ab aliquibus impossibile: ergo stante illa applicatione actus potest à solo Deo produci efficaciter per vberiozem illum concursum, quin applicatio illa referat aliquid ad concursum creatum, nisi enim adit diuinus ille concursus, potentia naturalis, etiam assistente omnipotentia, & decreto Dei, nihil actualiter efficeret supernaturaliter.

213. Rursus eandem sententiam, & meo iudicio efficaciter impugno. Sequitur enim ex ea manifestè Deum non esse Deum. Sequelam probo duplici medio. Primum, quia illud, quod est purissimus actus ex principiis suis essentialibus, si quacunque ratione haberet aliquam potentialitatem, non esset purissimus actus; sed si Deus vniretur in ratione efficientis virtuti creatæ, haberet necessariò aliquid potentialitatis: ergo non esset purissimus actus: ergo non esset Deus: vtraque consequentia est manifesta; & minor in qua vis rationis consistit, quia de intrinseca ratione instrumenti est potentialitas, & imperfectio, Deus verò in casu in quo disputamus suppleret vicem instrumenti, à quo præscindi non potest ratio potentialitatis.

214. Secundum medium, & est præcedentis maior explicatio, si Deus existens solum in propria natura subordinaretur alicui, itaut esset subiectus illius nutui, & voluntati non esset Deus, sed si Deus per illam assistentiam, & vberius auxilium eleuaret creatam voluntatem, verbi gratia, esset illi subiectus, & subordinatus, non igitur esset Deus, consequentia est evidens, & maior constat, quia Deus, qui est supremus Dominus suæ creaturæ, non potest esse subiectus, esset enim manifesta implicatio contradictionis: minorem probo, quia posset creata voluntas vti Deo ipso ad nutum, & prout illam liberet. Explico difficultatem. Ponamus Deum eleuare voluntatem per illum auxilium extrinsecum, quod claudit assistentiam Dei, ut efficiens, hominique reuelare se habere hoc auxilium ad diligendum Deum, continuandumque per tres dies determinatos,

aut plures. Sic argumentor, ille homo quando veller posset Deum amare, & cessare ab illius dilectione: ergo Deus esset illi subiectus, & subordinatus; probo consequentiam, quia ad libitum (esset illi subiectus) vtitur Deo quando, & quomodo vult. Quando vult, quia in quocunque instanti posset vti illo auxilio extrinseco quomodo vult: quia homo posset elicere actum amoris in quacunque intentione, quæ non excederet illam assistentiam in ratione efficientis, si enim illa esset tributa, aut communicata ad eliciendum actus intensos vsque ad octauum gradum, quis prohibere posset liberum hominem, ut non eliceret actum, ut quatuor, ut quinque, ut duo, ut tria.

215. Explico amplius hanc subiectionem; nam habitus charitatis, vel fidei comparatus ad hominem in via subiectus, & subordinatus est viatori; non verò viator subditus lumini fidei vel charitati, quia habitus supernaturalis, non vtitur homine, sed ipse vtitur lumine fidei, vel charitate, habitibus enim vtitur cum volumus; ex quo sequitur illorum habituum subordinationem, & subiectionem ad hominem: ergo si homo ut potest liberè vteretur Deo assistenti sibi in ratione efficientis vteretur illo, tanquam sibi subiecto, & subordinato, quod destruit rationem Deitatis.

216. Dices duo: primò nullatenus inferri illam subiectionem, neque enim est necesse quod id, quod se habet ut principium quo non inherens, neque informans entitati, sed solum intelligibiliter perficiens subordinetur intellectui, sed potius intellectum subordinet sibi, quod explicari potest in diuina essentia, ut habet rationem speciei intelligibilis. Desumi potest ex magistro sancto Thoma 1 parte, quæstione 12. disputatione 13. articulo 4. §. Ad tertiam difficultatem, qui hac ratione negat diuinam essentiam subordinati intellectui creato.

217. Secundum, illam reuelationem non esse necessariam, ac proinde non inferri subiectionem Dei ad hominem; cum enim nesciret sibi esse promptam illam virtutem extrinsecam, non posset illa vti ad nutum, cum præcognita non esset. Secundò dices non repugnare illam subiectionem, quæ inuoluit influxum vberiozem, quia creatura, vel ratio agendi creaturæ, sicut non repugnat, quod in assumpta humanitate Deus esset subditus Mariæ sanctissimæ, & sponso Ioseph.

218. Verum facile vtrumque effugium præcluditur, primum quia qua facilitate id asserit sanctus Thomas eadem omnino reicitur: quantum attinet ad præsentem difficultatem, & ratio est omnino diuersa, quia species, vel diuina essentia, ut habet rationem obiecti est forma primo determinans intellectum, & nullo modo subdita illi, verumetiam superior, ut quæ intellectum determinet; at illa assistentia talis est naturæ, ut suppleat vicem instrumenti, scilicet auxilij intrinseco, vel habitus supernaturalis, cum ista subiciantur homini operanti supernaturaliter, subiicitur etiam Deus prout assistit intellectui suppleans causalitatem



instrumentariam virtutis creata; id autem non inuenitur in diuina essentia, quæ vt forma principalis, & nullius creaturæ vicem gerens determinat primò intellectum, Deus verò vt forma principalis, & se vt obiectum præsentans nulli subiicitur. Sed supposita illa vnione, & lumine gloriæ, necessariò impellet intellectum ad videndum Deum, quod in casu disputationis non contingeret, liberè enim omnino, & sine vlla necessitate orta ex diuina assistentia, naturalis potentia eliceret suos actus, aut propriùs loquendo homo per eleuatam, & eleuantem virtutem.

219. Secundùm, quia reuelatio illa extrinsecè omninò se habet ad subiectionem, & inferioritatem, neque est ratio formalis illius; si enim homo sine cognitione illius virtutis extrinsecè, illamque habens amaret supernaturaliter Deum, illa de facto vteretur, tamen non illam nouisset: vnde non effugitur subordinatio, & subiectio. Secundùm, quia non repugnat Deum subiici in natura assumpta; subiicitur enim homo subsistens in Verbo, & cum actiones sint suppositorum dicitur per communicationem idiomatum subiici Deus, vt dicitur pati, & mori, licet reuera Deus non patiat nec moriatur in propria natura, in casu tamen hypothesis subiicitur Deus in propria natura, & subiectio influxus oritur ex subiectione diuinæ naturæ. Vide refutationes alias in Doctoribus nostræ sententiæ, non enim libet transcribere.

SECTIO IV.

Sanctus Thomas non aduersatur Thomistis, imo fauet expressè.

220. Res mihi est magni momenti ad explicandam dignitatem Deiparæ; quid Angelicus Doctor tulerit in præfenti contouersia; auctores enim affirmatiuæ sententiæ constanter docent sanctum Thomam illis impensè patrocinari, nobis verò esse clarissimè aduersum, id vt probent asserunt primò, tanquam efficacissimum testimonium verba ex 4. disputatione 49. quæstione secunda, articulo septimo. Vbi hæc scribuntur. *Contingit aliquando diuina virtute, quod aliqua res miraculosè perducatur in aliquod in quod nullo modo potest per aliquas dispositiones sibi inhærentes, sicut quod sanctissima Virgo pariat, quod ignis in aqua comburatur, & similiter miraculosè fieri potest diuina virtute, quod aliquis intellectus creatus non habens, nisi dispositiones viæ eleuetur ad videndum Deum per essentiam.* Præmittit autem dispositiones viæ esse species à phantasmatis acceptas, per quas in se solo cognoscit obiecta, vt clarissimè patet ex litera. Nunc sic arguit Ripalda numero vigesimo quaito, homo existens solis dispositionibus viæ potest diuinitus visionem beatam elicere; sed inter dispositiones viæ non numeratur aliqua qualitas inhærens; ergo ex sancti Thomæ sententiâ non impossibilis visio supernaturalis, sine qualitate inhærente.

Ripalda.

Respondeo Ripaldam non rectè intellexisse sanctum Thomam, non enim Doctor Angelicus constituit visionem diuinam in via tanquam aliquid distinctum ab exemplis Virginis parientis, & ignis in aqua cremantis, sed addit etiam exemplum visionis diuinæ, quæ non solùm possibilis est in patria; sed etiam in via, neque asserit hanc fieri posse sine inhærenti virtute, vt ex contextu facile constat, cum antea affirmauerit partum Virginis, quod est primùm exemplum fieri inhærenti virtute. Deinde non asserit visionem diuinam fieri solis dispositionibus viæ, hoc enim dupliciter potest intelligi, primo ita vt dispositiones viæ concurrant ad visionem diuinam, & hoc falsissimum est, phantasmata enim non possunt esse principium videndi Deum per essentiam; atque adeo ad hoc nihil efficere possunt. Secundò ita, vt ipsis permanentibus eleuetur intellectus ad Deum videndum, & hoc verissimum est; permanentibus enim phantasmatis, quæ sunt ipsæ dispositiones viæ, potest Deus infundere virtutem intellectui, vt videat Deum. Sicut Paulo existenti in corpore infudit Deus virtutem transeuntem intrinsecam tamen eo modo quo Doctor sanctus existimat 3. part. quæstione 62. articulo 1. Sacramentis inesse virtutem creatam; voluit enim Doctor sanctus ostendere phantasmata, & alias viæ dispositiones non impedire visionem beatificam, sed illam transeuntem in corpore posse haberi.

Solis verò dispositionibus viæ, id est phantasmatis nullo modo docuit posse haberi, tum propter dicta, tum, vel maximè, quia quæstione 10. de veritate 11. asserens visionem in via esse possibilem manifestè docet, cum hæc visio supernaturaliter alicui conceditur, necessariò debere abstrahere à phantasmatis; id est non vti dispositionibus viæ hæc enim in cap. scribit. *Cum autem hoc contingit oportet quod mens, ab illo modo cogitationis, desinat, quo à phantasmatis abstrahit, sicut etiam corpus corruptibile, cum ei miraculosè datur agilitatis actus, non est simul in statu grauitatis, & subdit non per hanc visionem, qua Deum per essentiam vident totaliter animam à carne mortali separari, licet separatur à modo intelligendi per phantasma, quæ thesis est sancti Thomæ: vnde ruit discutit Ripaldæ per interpretationem maioris; testimonium verò sancti Doctoris, iam explicuerat dilucidè Ferraricnsis 3. contra Gentes ad finem, capite quinquagesimo quarto.*

Secundò asserunt testimonium sancti Thomæ qui quæstione 10. de veritate, articulo 11. Præmittit hanc doctrinam. *Aliqua actio potest alicui competere dupliciter, vno modo scilicet, quod illius principium actionis sit in agente, vel operante, sicut videmus in omnibus naturalibus operantibus. Alio modo sicut quod principium illius operationis, vel motus sit à principio extrinsecò, sicut est in motibus violentis, & sicut est in operationibus miraculosis, quæ non fiunt nisi virtute diuina, vt illuminatio cæci suscitatio mortui. Mentis autem nostræ in statu viæ non potest conuenire visio Dei per essentiam secundum primùm modum.*

Quo

221.

224.

D. Angelicus

Cumel.

222.

S. Thomas.

Ferraricnsis.

223.

S. Thomas.

Quo excluso sic statuit de secundo modo agendi per principium extrinsecum. *Sicut autem diuina omnipotentia subiecta sunt corpora, ita & mentes: vnde sicut potest perducere aliqua corpora ad effectus, quorum dispositio in predictis corporibus non inuenitur, sicut Petrum super aquas ambulare, sine hoc, quod agilitatis dotem ei tribueret, ita potest mentem ad hoc perducere vt diuina essentie vniantur, illo modo, quo sibi vnitur in patria sine hoc, quod à lumine gloriæ perfundatur: ergo ex mente sancti Thomæ omnipotentia diuina potest fieri actio supernaturalis per auxilium extrinsecum.*

Respondeo sanctum Thomam in hoc discursu potius stare pro nostra sententiâ in priori enim parte huius testimonij distinguit modum operandi, per permanentem, & habitualementem virtutem à modo operandi per qualitatem, aut virtutem transeuntem, vt patet euidenter consideranti processum Angelici Doctoris, & illum modum vocat naturalem, illi qui ita operatur: hunc verò vel violentum, vel extrinsecum, non quia operatio sit sine intrinseca virtute (aliàs in sententiâ sancti Thomæ, si soli hi duo modi operandi sunt possibile, nulla virtus creata operaretur supernaturaliter per auxilia intrinseca, & sine habitibus, quod tamen falsissimum est; Doctor enim Angelicus manifestè asserit dispositiones ad iustificationem elici non à charitate habituali, sed ab auxilio intrinseco superaddito, vt productis testimoniis euidentibus euincit magister Cumel 2. tomo in 1. 2. quæstione 113. articulo 8. disputatione 1. pagina 660. in conclusione, sed quia non oritur à principio habituali, & permanente; in posteriori verò parte nullo modo est pro contraria sententiâ, etiam si dicat Petrum ambulasse super mare sine dote agilitatis, & Deum per essentiam videri posse sine eo quod intellectus perfundatur lumine gloriæ: explicatur enim per ea, quæ dixit 3. parte, quæstione 45. articulo 2. Vbi asseruit dotem nominare qualitatem immanentem corpori glorioso, & refellit Hugonem de sancto Victore asserentem Christum in hac via vsum dotibus corporis gloriosi; vnde concludit in fine corporis Christi Dominum ambulasse super aquas maris non dote agilitatis, sed agilitate transeunte. Hæc enim scribit. *Sed miraculosè habuit ea, quæ pertinent ad dotes, & est simile quantum ad animam de visione qua Paulus vidit Deum in raptu, vt in secunda parte dictum est.* At sanctus Thomas nunquam asseruit sine lumine gloriæ saltem transeuntem recepto Apostolum vidisse diuinam essentiam; sed oppositum omninò docuit 2. 2. q. 125. art. 3. ad 2. sic enim scripsit. *Diuina essentia videri non potest ab intellectu creato nisi per lumen gloriæ, quod tamen dupliciter potest participari, vno modo per modum forma immanentis, & sic beatos facit sanctos in patria. Alio modo per modum cuiusdam passionis transeuntis sicut est de lumine prophetiæ, & hoc modo lumen fuit in Paulo quando raptus est.* Quam sententiam repetit quæstione 13. de veritate, articulo 2. addens, *& sic mens Pauli in raptu perfusa fuit, vel illustrata lumine gloriæ. Qui modus loquendi non significat exteriorem*

illustrationem, seu auxilium, quis enim dicat intellectum perfundi extrinseco auxilio. Vide diuum Thomam, quæst. 20. de veritate, articulo 2. Neque necessarium est ad firmandam nostram sententiam auctoritate Angelici Doctoris asserere cum Capreolo 4. disputatione 49. quæstione 4. articulo 3. ad 4. Durandi, sanctum Thomam 2. 2. retractasse sententiam, quam in 4. tradiderat, monstrauimus enim testimonio deducto ex 3. part. sanctum Thomam, etiam in Christo Domino ambulante super vndas exposulasse agilitatem impressam licet transeuntem, ac proinde in illius sententiâ nunquam actiones supernaturales fieri sine qualitate intrinseca, & inhærenti. Quod satis probant duo testimonia diui Thomæ. Alterum ex 3. parte, quæstione 62. articulo 4. Vbi hæc exarauit, ponendo quod sacramentum est causatiuum gratiæ, necesse est simul ponere, quod in Sacramento sit quedam virtus sacramentalis ad inducendum sacramentalem effectum. Alterum ex eadem 3. part. quæstione 78. articulo 4. Vbi hæc dixit. *Quidam dixerunt nullam virtutem creatam inesse predictis verbis ( consecrationis scilicet ) ad transubstantiationem faciendam, quod & dictis sanctorum repugnat, & derogat dignitati sacramentorum nouæ legis: vnde cum hoc sacramentum sit præ ceteris dignius, dicendum est, quod in predictis verbis, sit virtus creata ad conuersionem faciendam.* Vidit hæc testimonia Ripalda illa disputatione 34. numero 33. sed ad illa responderet primò his verbis solùm colligi, inesse sacramentis virtutem creatam productiuam gratiæ sanctificantis, sed illam non esse superadditam; deinde si superaddita sit id contingere de facto, sanctum verò Thomam nihil definisse de possibili. Neutrum verò eleuat vim testimonij sancti Thomæ, non primò quia Doctor Angelicus non potuit asserere de facto sacramenta non habuisse gratiam, vel virtutem superadditam ad productionem gratiæ, tum quia non cognouit in pura natura virtutem supernaturalem, etiam inchoatam ad supernaturales effectus, tum quia etiam si illam concessisset, non docuisset illam solam virtutem innatam de facto gratiam producere sine superaddita virtute, quæcumque illa esset ex eleuatione diuinâ. Non secundum, quia Angelicus Doctor ex influenza physica sacramentorum, atque adeo ex natura causæ efficientis petebat illam virtutem creatam, etiam Dei absoluta potentia, quod clare colligitur ex illis verbis, necesse enim est, simul ponere, quod in sacramentis sit quedam virtus, &c. quæ significant id necessarium esse etiam de absoluta potentia, alias enim inefficax esset ratiocinatio: posset enim responderi eam virtutem non esse necessariam, quia de absoluta potentia; imò de facto, vt opinatur Ripalda citandus statim, sufficiebat assistentia Dei sine virtute creata. Maneat ergo inconcussum sanctum Thomam impensè fauere Thomistis, & illius etiam in hac contouersia, & illius resolutione illis principem esse.

S. Thomas.

225.

Capreolus.

226.

D. Thom.

227.

Ripalda.

Ripalda.

D 3

Verum

228. Verum hic non discedo, quin prius examinem Augustini Patris testimonium insigne propter reconditam doctrinam, quo Ripalda disputatione 41. numero 19. & sequentibus intendit, vel in Sacramentis, vel in beatissima Virgine ad Christi Domini generationem non esse necessarium auxilium intrinsecum. Augustinus enim 6. de Genesi ad litteram cap. 17. & 18. principia rerum supernaturalium à creaturis productarum in potestatem Dei extrinsecam referre videtur, atque adeo in decreta Dei, & illius assistentiam extrinsecam. Primum enim hæc scribit explicato posse rerum naturalium. *Super hunc autem cunctum motumque rerum naturalium, potestas creatoris habet apud se de his omnibus facere aliud, quam eorum, quæ quasi feminales rationes habent, non tamen id, quod in eis potuit, ut de his fieri, vel absque ipso possit.* Quibus verbis potentiam creaturæ, atque adeo Virginis Mariæ ad generandum Deum explicat per potestatem diuinam illis extrinsecam, quod de generali concursu, non venit intelligendum vnde addit. *Veruntamen alio modo dedit, ut hoc non haberent in motu naturali, sed in eo, quod ita creata essent, ut eorum natura voluntati potentiori amplius subiceretur.* Negat ergo sufficientem potentiam creaturæ ad illas actiones, & concludit. *Habet ergo Deus in seipso absconditas quorundam factorum causas, quas rebus conditis non inseruit, easque implet non illo opere providentia, quo naturas substituit, ut sint, sed eo quo eas administrat, ut voluerit.* Hactenus Augustinus ex quibus infert Ripalda: ergo ex natura creaturatum subiecta Deo, & ex ipso Deo assistenti creaturis coalescit integra vis creaturarum ad supernaturales effectus, vt enim illam discerneret, ab ea quam inditam, & concreatam esse creaturis iam dixerat; subdit. *Horum, & aliorum modorum rationes, non tantum in Deo sunt, sed ab illo etiam rebus creatis indita, atque concreata.* Quasi diceret has non alias inditas esse creaturæ.

229. Sed quis non videat Augustinum Patrem, qui verè explicat obedientialem potentiam, & subiectionem creaturarum ad Deum ad rem quamcunque efficiendam, vt voluerit nullo modo fauere extrinsecò auxilio; sed solum asserere, id quod negabit nullus, scilicet virtutes, & facultates naturales, quæ profuunt à rerum naturis ad proprias, & naturales functiones esse inditas, & concreatas rebus in illarum productione, non vero illis à Deo communicatas temporis decursu, facultates vero, & vires ad supernaturales actiones non inditas esse à Deo creaturis, in illarum creatione, sed generaliter illis communicari in occasionibus, quibus Deus illis vtitur supra naturam. Deinde quis potest negare non esse proprium harum facultatum supernaturalium habere apud Deum occultas quasdam rationes; habent illas, & naturales virtutes, quia apud Deum sunt occultæ Idææ, & rationes faciendi quascunque creaturas, neque hoc alicui illarum peculiare, sed omnibus commune, vt est manifestum; habet enim Deus in seipso absconditas omnium factorum causas, quæ non manifestarentur, nisi illas ad extra produceret, easque naturis creatis insereret. Ex hoc vero non se-

quitur rationibus illis peculiaribus, quæ feruantur in Deo ad peculiare, & supernaturales actiones iuari, & eleuari naturas creatas sine eo quod Deus aliquid inserat intrinsecum illis, & distinctum ab illis rationibus.

Quod desumpta ratione à generalibus rationibus rerum, quas Deus apud se habet rectè explicatur: si enim Deus ita haberet in se hominis rationem, vt nihil facultatis indidisset homini, neque cum illo illam creasset, proculdubio homo non haberet facultatem intelligendi, quid enim abscondita illa ratio in Deo, si non se explicat, & diffundit in creaturas: necessum est ergo vt virtus distincta ab illa in creatura reperiat in creatura, vt suos possit producere effectus: ergo à paritate rationis, & necessitatis præter illas absconditas factorum causas quas Deus habet intra se, vt obedientia creaturarum eleuetur ad actiones, quas propter inditam virtutem non potest causare, necessarium erit illis indita virtus, non à natura, quod non est possibile, sed ab auctore superiori Deo, qui intendit illos supernaturales effectus. Vbi enim sanctus Augustinus docet primas rationes non solum esse in Deo, sed etiam in creaturis, rationes verò, quas vocat absconditas in creaturis non esse, sed tantum in Deo intrinsecè, in illis verò extrinsecè tantum, vt intendit Ripalda. Refert ergo Augustinus mirabiles illos effectus (vt debet non in vires inditas, & naturaliter concreatas ad productionem naturæ inferioris, sed in potestatem Dei, non nudè sumptam, vt explicant aduersarij, sed in potestatem Dei, vt actione sua eleuat creaturas illis infundendo intrinsecam vim ad supernaturales actiones, vt enim latè probauimus, auxilium solum extrinsecum est omnino impossibile, vberior autem concursus diuinus, aut est influxus solum in effectum productum, aut etiam in causam antecedenter saltem prioritate naturæ ad productionem effectus: si dicatur primo, rationes illæ per se solæ causabunt effectum, quin influat aliquid in illum virtus creata; si autem dicatur secundum, iam non est sola assistentia omni potentia causa contritionis, verbi gratia, aut in Maria sanctissima ratio formalis producendi Deum, & hominem, sed ille influxus receptus in Virgine, qui necessarium erit illi intraneus, & physice inhærens.

SECTIO V.

*Diluuntur rationes affirmatiuæ sententia.*

Motiuum opinionis contrariæ conuellerè Moperosum non erit. Ad primum Valentini nego antecedens, iam enim asserui sect. 2. n. in potentiis naturalibus nullam esse partialem virtutem, ad supernaturalitatem, quæ reperitur in actibus supernaturalibus, quod forsan in discursu huius opusculi amplius ostendam, & ad primam probationem consequentiæ nego quod si intimè sine reali coniunctione intellectus, & lumen essent in eodem spatio, aut inter se miscerentur, voluntas

230.

Augustin.

Ripalda.

231.

& charitas potentia illæ redderentur deificæ, & supernaturales, manerent enim in statu purè naturali, eadem omnino ratione, ac si non penetrarentur, & essent in spatio diuerso, non quia illa virtio formæ supernaturalis ad potentiam sit illi ratio agendi supernaturaliter, sed quia est conditio necessariò requisita, & ex numero illarum, quæ absoluta potentia suppleri non possunt, vt suppositas; causa enim supernaturaliter operans debet præhabere in se virtutem, aut rationem, quam communicat effectui, quod nunquam eueniet, nisi sua virtus sit illi intrinseca; assistentia autem illa non est sua virtus, ac proinde per illam eleuabitur nunquam. Illud verò quod additur ex Ripalda non maioris roboris est, fides enim erit non vniam potentiam ad actum eliciendum à supposito non eleuari suppositum. Illud verò, quod adducitur de Deo operante partialiter, aut de duobus ignibus concurrentibus partialiter ad vnium ignis productionem, non est ad rem, quia potentia naturalis, & forma illam eleuans non sunt causæ pariales, sed duæ rationes agendi, vnaquæque integra, & totalis in suo genere, vt docet Magister Cumel.

Cumel.

232.

Ad secundam probationem consequentiæ nego antecedens, & ad illius probationem nego maiorem, dependentia enim, quam habet causalitas supernaturalis à forma supernaturali non est propter vitalitatem, vt clare constat in potentiis non vitalibus, vt in sacramentis, sed propter supernaturalitatem, quæ in effectibus, & actionibus supernaturalibus reperitur, quæ tametsi non dicant ordinem ad hoc specificum principium supernaturale determinatè, quia possunt elici ex vi alterius principij supernaturalis quale est auxilium intrinsecum, dicunt tamen ordinem ad principium supernaturale influens ad illam perfectionem, quæ essentialiter, & substantialiter reperitur in illis. Auctores verò nostræ sententiæ necessitatem auxiliij intrinseci non fundant præcipue in vitalitate, sed in ratione formali agendi, necessaria omnino ad causalitatem efficientem aliàs in potentiis non vitalibus non peterent intrinsecam eleuationem, veruntamen est illos vrgere hanc necessitatem in actionibus vitalibus, quæ petunt formaliter elici ab intrinsecò principio, vt latius Thomistæ deducunt; miror Valentinum hanc rationem velle demonstrationem.

233.

Ad fundamentum secundum, admissò antecedenti, nego consequentiam, discrimen est; quia ex vnione speciei intelligibilis essentia diuinæ cum intellectu, quæ non solum meo, sed omnium iudicio explicari est difficillima, & premere debet etiam societatis magistros, nullum sequitur inconueniens; ex assistentia vero omnipotentia ad naturales potentias, sequuntur absurda, quæ attulimus; quibus addenecessariò Deum in illo casu, habituram ratio-

nem puræ potentia, quia cum suppleat omnipotentia rationem luminis, vel formæ supernaturalis, quæ non est purus actus, sed pura potentia efficiens, consequenter inducet rationem puræ potentia efficientis, quod repugnat actui purissimo, qualis est Deus: quod amplius potest explicari ex iam dictis; habebit enim subiectionem, & inferioritatem ad naturalem potentiam eleuatam, quod est contra rationem purissimi actus. In vnione autem diuinæ essentia, vt obiecti (non dicam suppletentem speciem intelligibilem; quia quod est impossibile, non suppletur, & diuinæ essentia implicat speciem intelligibilem) hæc non sequuntur inconuenientia, determinatio enim illa procedit à diuina essentia, tanquam ab actu purissimo, & superiori, qui non subditur intellectui; sed potius illum suauissimè rapit ad necessariam visionem ex lumine, & vtroque concursu generali, & particulari, vide Salmanticenses Carmelitas 1. tom. in 1. part. tract. 2. de visione, disput. 4. dub. 5. §. 4. & nouissime sanctum Thomam 1. parte, quæstione 12. articulo 5. disputatione 13. suo articulo 4. explicantes vnionem essentia diuinæ in ratione subiecti cum intellectu, & hanc per assistentiam impugnantem.

Carmelitæ.

Thomæ s.

235.

Fundamentum tertium nihilo vrgentius, concedo enim antecedens, & nego consequentiam, & ad illius probationem dico concursum generalem Dei liberum esse, & voluntati paratum ad quamcunque actionem creaturæ; hoc enim munus causæ vniuersalis; & vniuersaliter influentis: at hic vniuersalis modus causandi non petit necessariò vnionem cum causa secunda, sed solum dependentiam quam hæc in sperando, vt creatura à creatore habet ab illa, & est manifestum exemplum in sole, qui licet cum homine concurrat ad productionem hominis, non illi vnitur secundum substantiam, quod tamen necessarium esset, si ipse sol inesset homini, vt ratio formalis agendi, illud verò quod additur ex communi Theologorum iudicio, iam explicuit Ferrara 31. contra Gentes c. 54. ex quo desumpserunt multi, & nos iam prælibauimus. Aliud est enim Deum se solo posse producere effectum, quem causa secunda producit, aliud posse facere, quod causa secunda sine virtute intrinseca producat suum effectum & licet primum non repugnet, secundum affert repugnantiam, quam explicuimus, neque illum auctores contrariæ sententiæ dissoluunt.

Ferrara.

236.

Ad quintum, quod est primum Magistri Ripalda, nego antecedens, & ad illius probationem concedo in actu supernaturali inueniri vitalitatem, & supernaturalitatem, & illam esse à potentia vitali, hanc verò à supernaturali principio intrinsecò, non extrinsecò, quod haberet potentia naturalis ex illa assistentia: probatio enim consequentiæ est manifesta petitiõ principij; id enim disputamus an auxiliium extrinsecum conferre possit rationem principij supernaturalis, vnde sumitur, vt medium id quod erat probandum; illud verò quod videtur addidisse Ripalda auctor quidem copiosus, & ad inueniendum nouas difficultates argutus, re ipsa nihil addit ad dicta, sicut

Ripalda.

sicut & confirmatio, vt dixi inter proponendum hoc argumentum.

236. Ad quintum concedo illas illustrationes, & inspirationes supernaturales esse secundum substantiam, habereque rationem præuenientis & excitantis, & excitantis auxiliij, nego tamen non oriri à principio supernaturali cuius rationem habebunt nunquam aliæ inspirationes, & illustrationes, ne fiat processus in infinitum: principium verò supernaturale non est extrinsecum, sed intrinsecum, neque in illis inspirationibus certè vitalibus à nobis procedentibus sine nobis liberè operantibus, non video peculiarem rationem propter quam illæ non petant principium intrinsecum supernaturale, cum de facto, vt etiam auctor ille fateatur omnes aliæ actiones vitales petant principium, & auxiliium intrinsecum secundum ordinariam potentiam; in hoc enim distinguit potentias vitales à non vitalibus; existimat enim has etiam si eleuari possent per qualitates inhærentes faciliùs semper eleuari per auxiliium extrinsecum de facto, non absoluta potentia, videtis illum disp. 41. sect. 6. n. 37. & sequentibus.

237. Ad primam confirmationem nego consequentiam: nam simplex complacentia in bonitate diuina quæ elicitur à peccatore procedit ab auxilio intrinsecum, quod explicuimus generaliter: arguens verò debebat probare nullum esse aliud principium præter habitum charitatis, & auxiliium extrinsecum. Ad secundam confirmationem, non solum simplicem affectum in Deum, sed etiam efficacem, qui est vltima dispositio ad iustificationem, non procedere ab habitu charitatis, sed ab auxilio intrinsecum transeunter tamen impresso, lege sapientissimum magistrum Cumel 2. tomo in 1. 2. quæstione 113. disputatione 1. ex quo (vt folent) desumpserunt alij fundamenta quibus Gabrielem Vasquez expugnant.

Cumel.

### SECTIO VI.

*Improbabilis sententia, de eleuatione diuinarum relationum reuocatur.*

238. SI nervos haberet sextum argumentum, Sect. 1. propositum enervari faciliè posset negando antecedens; sed religio esset doctrinam in illo contentam non palam traducere & traductam tenerè impugnare: igitur Magister Ripalda, vt faciliùs probet possibilitatem auxiliij extrinseci imaginatur non repugnare, quod diuina relatio, verbi gratia, filiatione diuina eleuetur ad producendum effectum ad extra gratiam, scilicet per assistentiam diuinam, & omnipotentiam illi realiter coniunctam ex vi decreti diuini, quam tamen non producerent Pater, neque Spiritus sanctus, itaut id quod habet creatura per potentiam obedientialem, & subiectionem ad Deum haberet filiationem per intrinsecam coniunctionem, quam habet cum essentia, & omnipotentia diuina, asseritque hanc eleuationem suo iudicio nullam repugnantiam inuolueret.

239. Inaudita hac imaginatio, & à nullo docto-

rum in medium adducta nisi vt inconueniens sequutum ex affirmatiua sententia, quod facile euertit Albertinus quæstione 1. Theolog. Albertinus, ex 2. principio philosophico dubio 1. num. 7. & hoc aliquibus sufficeret, vt illam nota erroris inuenerent: ego vero prudens à censura libenter abstineo, eam tamen faciliè, & efficaciter expugno meo iudicio. Primò quia Deus tamen non potest in rebus creatis patrare miracula, ad intra tamen & in propria natura, & personalitatibus miracula non potest efficere, quia miraculum necessariò dicit actionem extraordinariam, & præter communem cursum rerum, vt docent communiter Theologi, quod necessariò affert realem mutationem in rebus, & præcipuè in subiecto illius miraculi, vt si Virgo generaret, & pareret, quod diuus Thomas 4. d. 49. quæst. art. 7. docuit non fieri sine qualitate inhærenti; atque adeo sine mutatione, quæ omnino repugnat immutabili Deo; vnde tamen Verbum diuinum nihil peculiare causet in incarnatione, eo solum, quod terminat per subsistentiam naturam humanam; laborant valde scholastici doctores in explicanda ratione, propter quam Verbum non mutetur, & asserunt mutationem solum factam fuisse in natura, vt tractatur 3. part. quæst. 3. art. 1. ergo cum filiatione ex vi eleuationis in genere causæ efficientis virtutem nouam habeat, quam antea non habebat, necessariò mutabitur, læditur ergo ex hac eleuatione immutabilitas Dei, in qua nec vicissitudinis obumbratio; hæc enim realitas est, & non apparentia vicissitudinis. Rem tetigit, & explicuit Richardus Victorinus, lib. 6. de Trinitate cap. 1. *In diuina natura nihil est, aut esse potest ex operante gratia; quod enim ex sola operante gratia pro auctoris beneficio potuit esse, vel non esse, sed tale aliquid non potest esse in ipsa diuinitate, alioqui mutabilitas ei inesset, nec veram aternitatem haberet. Nihil itaque ibi est iuxta donum largientis gratia; sed totum iuxta proprietatem exigentis nature.* Quid clarius.

Richardus.

240. Læditur secundò identitas relationis cum essentia diuina; illud enim quod alterum eleuat, necessariò habet ad illud quod eleuatur rationem causæ efficientis, ac proinde realem relationem distinctionis realis, nihil enim se ipsum producit, neque agit in se secundum realitatem sibi identificatam, aut in realitatem, quæ licet sit formaliter ratione distincta identificat sibi: eiusdem enim ad seipsum non est efficiens causalitas in eadem realitate; si verò eleuaretur filiatione ad gratiam producendam, necessariò omnipotentia diuina ageret efficienter in filiationem, quæ nec ex natura rei, & ante intellectum non distinguitur à filiatione; atque adeo comparabitur ad illam, vt ad subiectum, quod eleuat, & quod constituit; in statu quem antea non habebat, ante enim operari non poterat gratiam, post eleuationem autem potens est gratiam producere.

241. Tertiò læditur ratio Deitatis, saltem prout realiter identificatur cum filiatione, imò & ipsa filiatione formaliter sumpta; si enim filiatione eleuari posset ex vi peculiaris decreti ad operationem ad extra necessariò diceret obedientialem potentiam ad essentiam, & omnipotentiam

tiam illam eleuantes, quod necessariò destruit rationem Deitatis. Quod vt clarius probem Ripalda in memoriam reduco, quod ideo in creaturis est obedientialis potentia ad Deum, vt præter communem cursum illis vtatur vt libuerit, quia habet intra se, vt loquitur Augustinus Pater, quem ipse retulit, absconditas quasdam rationes, quas in prima productione rebus non indidit, infusus tamen ex peculiari decreto quas recepturæ sunt creaturæ, secundum, quod naturaliter habent subiici Deo auctori naturæ; ex quo efficaciter sic arguuntur; in essentia, & omnipotentia diuina sunt absconditæ rationes, quas filiatione diuina non habet ex propria rei natura. Sed accipiet illas virtute eleuationis diuinæ illi omnino supernaturalis, ita vt illas respicere non possit, quia relatio, vt relatio libera non est, & præterea, quia reicere non potest id quod decreuere diuinæ personæ, cum trium personarum vna sit absoluta voluntas: ergo est in potentia obedientiali ad duas diuinas personas: antecedens partim est Diui Augustini, partim est huius imaginationis explicatio. Consequentiam probò, quia illa potestas diuina ex parte Dei est fundamentum potestatis obedientialis, ex parte vero creaturæ illa ratio secundum quam Deus potest illa vt supra propriam naturam ad id quod voluerit.

August.

D. August.

242. Quartò eadem sententia refellitur, quia ex illa sequitur euidenter relationem diuinam posse dicere dependentiam realem à Patre, & Spiritu sancto, & virtute huius dependentiæ subiici illis, esseque illis inferiorem, atque adeo posse aliquando realiter personas diuinas non esse æquales, quod est contra symbolum fidei. Consequenter explico, quia illud, quod eleuatur ab alio ad aliquam actionem, necessariò dependet ab eleuante in causalitate illa ad quam eleuatur, & exinde, illi subiicitur, illudque respicit vt quid superius se ipso; confert enim operari, quod non poterat, quod in quacunque eleuatione est euidentissimum, agens enim æqualis virtutis, aut inferioris cum subiecto eleuato, illud eleuare non potest, vt per se est manifestum, ex hac enim ratione potentia naturalis eleuata ad causalitatem supernaturaliter dependet à Deo peculiari ratione, & illi subiicitur.

243. Vidit hanc rationem Ripalda, & ad illam responderet num. 60. hic difficultatem posse esse, aut de re, aut de voce; & de re non esse improbabile relationem diuinam posse illo modo eleuari per particulare auxiliium: de voce, an ratione huius eleuationis dici possit subiecta esse Deo, & habere potentiam obedientialem ad illum; hoc enim vltimum refert nihil; dicitur enim, sed non est subiecta filiatione duabus diuinis personis, dicitur esse in obedientiali potentia, & re vera in potentia obedientiali non est: non enim eleuatur propter subiectionem, vt creatura, sed propter coniunctionem, quam habet cum omnipotentia, cuius virtute eleuatur.

244. Verum hæc euasio friuola est, & vt minimum modus loquendi, & inuitatus, & securus non est, & hac sola ratione vitandus; quis enim audit filium esse in potentia obedientia-

li ad Patrem, qui quacunque id ratione explicetur non inferat inæqualitatem filij ad Patrem, & huius personæ ad illam superioritatem, huiusque subiectionem ad alteram: neque ad hoc effugiendum aliquid refert, quod dicatur eleuari per coniunctionem; coniunctio enim illa non eleuat, si enim eleuaret, eleuaret semper, quamuis non semper influeret actualiter, quia omnipotentia semper est coniuncta filiationi. Adde probatam esse subiectionem & inferioritatem, quam non destruit illa coniunctio. Adde vltimè nulla ratione intelligi posse, quod aliquid eleuetur, & extra propriam spheram extrahatur per illud, quod est illi proprium, & identificatum cum illo; eleuatio enim, si terminis non abutatur, addit subiecto eleuato aliquid illi non solum non proprium; sed etiam extraneum. Quis vero non iure miretur, si audiat Patrem, & Spiritum sanctum eleuare filium existentem, & subsistentem solum in natura diuina conferre illi aliquid, quod sibi non conuenit; & vere, & realiter in aliqua occasione realiter auxiliatos, & ex vi huius auxiliij filiationem diuinam extractam ad alteram spheram, quam tanta personalitas non pertingebat, vt extrahitur intellectus ad videndam essentiam diuinam ratione luminis gloriæ.

245. Vrgentissimè tandem hanc existimationem refello, quia stando solum luminis fidei, & Apostolorum symbolo, & præcisè explicationibus Patrum, & Ecclesiæ consensu sequitur ex illa posse optime affirmari solum Verbum æternum in ratione efficientis operatum ad extra incarnationem ad illamque non concurrisse Patrem, & Spiritum sanctum, quod ita explico. Incarnatio est maximum miraculorum, & in illa late porrigitur sphaera omnipotentia diuinæ; at si solum Verbum efficienter concurreret ad incarnationem miraculum non posset crescere, ac proinde esset absolute maximum, & amplissime extenderetur sphaera omnipotentia sine præiudicio fidei; ergo posset dici stando solum luminis fidei Verbum diuinum solum efficienter attigisse incarnationem, si enim absoluto posse Verbum ad hanc efficaciam eleuaretur, seu illius personalitas, & relatio, optime posset totam incarnationem efficienter producere, consequentia probatur, quia ex præciso lumine fidei non constat Patrem, & Spiritum sanctum esse auctores incarnationis, sed tantum illam nullo modo factam fuisse opera viri, sed solius Dei operatione, quod totum constaret, etiam si Pater, & Spiritus sanctus ad illam peculiariter non concurrerent; sed solum filiationis relatio.

246. Dices primum ex lumine fidei constare incarnationem esse opus Spiritus sancti & non filij solius, nihil enim vulgare, quam Christum Dominum fuisse de Spiritu sancto conceptum, non ergo propositio consequentia potest asseri sine præiudicio luminis fidei. Sed contra facile, quia illa catholica loquutio non significat Spiritum sanctum, vt dicit non secundam, sed tertiam Trinitatis personam esse auctorem incarnationis, sed tantum affirmat in incarnatione, & generatione Christi non

non interuenisse operam viri, sed solum Dei operationem, quæ tamen attribuitur Spiritui sancto, non quia ille solum fuerit auctor illius, cum fuerit efficienter à tota Trinitate, sed quia cum fuerit declaratio summi amoris, & summus amor sit Spiritus sanctus, non per proprietatem, sed per attributionem, dicitur auctor illius, quod non excludit alias personas, ac vero si sola filatio, aut Verbum diuinum esset propriè auctor efficiens incarnationis, optimè saluaretur, quod docet Catholica fides, scilicet nullius viri interuentu, sed sola diuina in operatione factam fuisse incarnationem, & nihilominus esse declarationem amoris diuini à cuius eleuatione venit, quod Verbum diuinum fieret homo. Dixi attentè stando solum lumini fidei, hoc argumentum concludere, quia si attendatur, vt debent attendi consensus Ecclesiæ, & explicationes Patrum nullum robur potest habere. Vnde Cyrillus Alexandrinus in Concilio Ephesino dixit, quod licet Scriptura expressè non vocet Mariam sanctissimam Deiparam, propter solas loquutiones Patrum ita catholicè esse appellandam, & sine manifesta hæresi non posse non dici Theotocò, tanta est auctoritas Patrum, & communis consensus Ecclesiæ.

Cyrillus.

247. Dices secundò actiones Trinitatis ad extra esse omnino indiuisas, & hoc esse de fide; cum incarnatio ergo sit opus ad extra, sine præiudicio fidei dici non potest incarnationem non esse opus totius Trinitatis. Sed contra, quia licet sit de fide, quod opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, non tamen secundum sententiam, quam impugnamus est de fide, quod quocumque est aliquis effectus ad extra producit à tota Trinitate, quia vt illa intendit non repugnat effectus ad extra qui sit à sola vnica persona, atque adeo possibilis est effectus ad extra, qui non sit à Trinitate. Vnde ergo ex sola fide constat incarnationem non esse effectum huiusmodi, & Verbum diuinum non esse auctorem illius, poterit ergo salua fide asseri ex vi decreti de eleuatione ad hunc effectum, quod est maximum miraculorum solum Verbum esse auctorem illius; hoc enim modo saluatur rectè tota fides de incarnatione solius Dei opera, miraculum hoc ita esse maximum, vt ei addi nihil aliud possit, & consequenter latissimè extendi sphaeram omnipotentia diuinæ. Adde iuxta hanc mentem non esse de fide opera Trinitatis ad extra esse indiuisa, cum absoluta potentia fieri possit opus diuisum, & nulla ratione ex fidei principiis possit monstrari incarnationem non fuisse huiusmodi.

248.

Vnde ad sextum argumentum nego antecedens, & ad primam illius probationem assero sphaeram omnipotentia non porrigi ex causalitate impossibilem: sed ex effectione rerum, quæ non inuoluunt repugnantiam, sicut extensio est, vel declarata gloriosior ex ordine hypostatico in quo tota mirabilia. Ad secundam probationem nego vniam personam videri posse sine alia, & quando id concederetur, consequentia esset neganda, vel quia visio esset à tota Trinitate, licet non totius Trinitatis, vel si esset ab omnipotentia esset à natura absoluta, vt communis tribus personis. Reicienda igitur

constanter, & catholicè hæc imaginatio.

249. Illustrissimi Archiepiscopi Tarraconensis moriua non sunt efficacia disputationes enim ad gratiam, tametsi non procedant efficienter ab habitibus, procedunt ab auxiliis intrinsecis & sententia illius hoc negantis singularis est, omnes enim admittunt saltem de facto procedere contritionem, & dilectionem Dei à principiis supernaturalibus intrinsecè inhærentibus, & difficultas est, an hoc principium inhærens sit habitus, vel solum qualitas transeuntè inhærens, & si semel admittatur principium hoc esse habituale, confirmatur, non infirmatur, nostra sententia. Illud verò, quod additur de duratione maiori, vel minori iam solum est à Thomistis, qui vel affirmant habitum, & auxilium distingui penes modum essendi, vt sentit Ferrara 3. contra Gentes c. 74. vel substantialiter distingui, quia auxilium talis est naturæ, vt petat non protendi, sed excidere statim post effectum productum, habitus autem petat durare, etiamsi non per illum voluntas, aut intellectus operetur, estque illi violentum, quod ratione peccati mortalis destruat, quod tamen non reperitur in auxilio transeunte, cui violenta non est decisio post breuem durationem, sed valde conformis ad suam naturam.

250.

Ad confirmationem respondeo pluralitatem suppositorum peti necessariò ad productionem Spiritus S. non quia in vno sit virtus, quæ non reperitur in alio, vtrumque enim suppositum Pater scilicet, & Filius sunt vnicus spirator, non duo, quia vterque habet eandem formalissimam rationem spirandi, scilicet voluntatem diuinam, sed quia cum Spiritus S. sit è sua proprietate characteristica amor, & nexus duorum, necessariò petit per se, & ex sua ratione spirari & produci à duobus, in quibus tamen est eadem ratio formalis producendi, atque adeo illa duo supposita sunt vnicum tantum principium, in ratione spirationis, atque ita nunquam producet pater, quin Filius producat, quia eadem ratio formalis est in Filio quæ reperitur in Patre, & ita fieri non potest, quod Pater possit producere sine Filio, propter identitatem in ratione formali producendi; in casu tamen disputationis est ratio valde diuersa, quia in virtute naturali nulla est ratio agendi supernaturaliter, ac proinde si sit operatura requirit, & additionem, & mutationem intrinsecam, vt probatum est, vide magistrum Cumes 1. tom. in 1. Cumes. partem, q. 3. art. 4. disp. 4.

251.

Ex quibus omnibus patet solutio ad primam rationem contrariae sententia adductam disp. 3. sect. 1. ostendimus enim hanc Virginis sanctissimæ eleuationem ad maternitatem Dei hominis esse per formam intrinsecam, in sequentibus verò ostendimus illam non esse inauditam, sed illius semina reperiri in Patribus à temporibus Athanasij, illiusque notitiam etiam sub nomine virtutis esse in scholis à sæculo sanctorum Bonaventuræ, & Thomæ, illam verò esse ordinis hypostatici Deo duce, & annuente sacra Virgine Deipara, in cuius gloriam hæc adornamus monstrabimus in sequentibus, auctoritate, & ratione.

DISPUT

DISPUTATIO V.

Quisnam sit terminus intrinsecus Marianæ eleuationis ad generandum, Deum, & hominem.

252.

**R**es difficilis in se & propter argumentum secundum adductum disputat. 3. sect. 1. obscurum est enim, quisnam sit terminus intrinsecus productus per explicatam eleuationem, quam diximus intrinsecam esse, etiam absoluta potentia, cum enim non possit dari actio ad extra sine termino producto, & illa eleuatio sit actio diuina, necessariò habuit terminum. Controuersia igitur est, quisnam sit terminus, vel intrinseca forma producta per eleuationem?

## SECTIO I.

Terminus eleuationis Mariæ sanctissimæ explicatur ex Patribus.

253.

**M**ea sententia est, terminum huius eleuationis supra naturam esse in Virgine sanctissima virtutem realem, & physicam primò, & per se ordinatam ad generandum hominem Deum, illa virginitate sine virili semine de Spiritu sancto conceptum. Hanc assertionem, vt iacet, existimo catholicam, & quæ a nullo possit negari; si enim semel asseratur ad tantam dignitatem sine intrinseca forma Mariam sanctissimam non fuisse eleuatam, tum propter dicta, tum quia modus causandi per principium intrinsecum sit conformior, & connaturalior potentis vitalibus, & alias supponatur catholica fides docens generationem humanam Christi fuisse, non ex virili semine; sed de Spiritu sancto. itant mater sanctissima semper virgo permaneret consequens omnino est terminum eleuationis huius esse virtutem, per quam ad hæc omnia illa virginitate tanta Mater pertingere potuerit, & fines Deitatis propria operatione attingere.

254.

Dixi, vt iacet à nemine posse negari, quia nunc non explicatur, neque ordo ad quem hæc virtus pertineat, neque an sit passiva solum, aut etiam actiua, in quibus potest esse dissensio in sequentibus discutienda: ergo sententiam nostram ita explicatam expressè tradiderunt Patres.

255.

Athanas.

Primus sit Athanasius, qui in homilia de Deipara, quæ etiam habetur in 4. tomo Biblioth. homiliarum explicans illa verba Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, postquam comparasset hanc superuentionem Spiritus sancti, cum illa, qua in die Pentecostes Spiritus sanctus in Apostolos descendit & asseruisset per hunc descensum Spiritus Apostolos indutos esse virtute ex alto, iuxta Christi Domini promissum, quam virtutem vocat efficaciam, ad signa, & prodigia faciendâ, quæ proculdubio realis, & physica est, & distincta ab Spiritu sancto, cum sit

ad extra realis effectus illius hæc scribit. [Itaque quoque Spiritus sanctus in Virgine descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illi per diuini Principatus rationem adsunt, imbuens eam gratia vt omnibus gratiose esset, atque idcirco gratia plena cognominaretur, eo quod adimpletione Spiritus sancti omnibus gratis abundaret & virtute altissimi obumbraretur. Quam virtutem per omnia tempora conceptus illam habuisse confido, neque enim id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora illi esse donatam.] Quæ verba cum intelligi non possint de eleuatione per gratiam habitualem, quis enim negabit hanc in Virgine non fuisse perpetuam, necessariò intelligenda sunt de eleuatione ad generationem Dei, & hominis, præcipuè cum Athanasius supponat illam eleuationem, seu virtutem habuisse ad conceptum, sentit ergo Athanasius præter superuentionem Spiritus sancti, & actualem obumbrationem Altissimi eleuatam esse virginem per illam virtutem, cum asserat illam non fuisse temporariam in Virgine & aliàs constet superuentionem Spiritus sancti ad generationem Christi Domini, vt dicit omnia vsque ad hypostaticam vnionem temporariam fuisse; atque proinde cessasse.

Athanas.

Nec moueat quamquam, quod Athanasius inferius in eadem homilia aduertenter scripsit. [Et nequaquam sicut hæretici dicunt, vim, scilicet, & quamdam energiam Spiritus sancti inditam esse Virgini, vt incarnatio perficeretur.] Vbi videtur Athanasius repellere hanc eleuationem diuinam, quam astruimus, quamque etiam inferius videtur discrete negare. Non, inquam moueat, quia vt ipse explicat loquitur contra Paulum Samosatenum, & alios hæreticos, qui docuerunt Verbum diuinum non esse carnem factum, sed virtute Spiritus sancti datam esse Virgini quamdam energiam efficaciam, & virtutem, vt illa caro posset mirabilia patrare, & miracula efficere, & hanc energiam carni vnitam esse Christum; ex quo errore sequitur Verbum non assumpsisse carnem ex Maria sanctissima.

256.

Athanas.

Audiamus ergo Athanasium, qui seipsum explicans, & assertionem confirmans hæc addit. [Nam tametsi, sine semine id credimus factum, tamen non ita loquimur quod secundum illam diuisionem gratiarum, qua Spiritus sanctus diuidit singulis prout vult caro ista formata sit citra interueniunt propria essentia filij Dei. Absit, ea est enim mens Pauli Samosatani, & reliquorum hæreticorum, verum ita loquimur secundum Orthodoxorum dogmatum rectitudinem virtute, & Spiritu sancto esse impletam Virginem; tam vt corpus eius sanctificaretur, quam vt salutarem factum illa concipere posset.] In quo illustissimo testimonio docet Athanasius Virginem sanctissimam ante conceptionem filij ac proinde etiam ante formationem corporis illius impletam esse virtute Spiritus sancti, ratione cuius & corpus sanctificaretur (quod valde notandum) & veluti in actu primo constitueretur potens ad filij Dei generationem; distinguit ergo virtutem, & potentiam ab actuali generatione, & conceptione, & præterea, asserit hæc omnia esse dogma Orthodoxorum Patrum.

257.

Athanas.

Partum. Quid clarius, quid efficacius? Perpendatur hoc testimonium, quia seminatium est assertio multarum, quæ non nouam, sed satis antiquam afferunt doctrinam à Patribus traditam.

258. Damascen.

Secundus, quia clarissime loquitur, sit sanctus Ioannes Damascenus, qui lib. 3. de fide orthodoxa, cap. 2. iuxta antiquam translationem, (à qua noua in sententia non dissentit) hæc scribit. [Spiritus sanctus superuenit Virgini purgans ipsam, & virtutem susceptiuam Verbi Dei tribuens ei, simul autem, & generatiuam,] in noua verò translatione Billij ita loquutus. [Quocirca post sancta Virginis assensum iuxta Domini sermonem ab Angelo prolatum Spiritus sanctus in eam superuenit eam lustrans, vimque ei, tum ad suscipiendum Verbi Deitatem, tum ad gignendum suppeditans.] Quibus verbis nihil clarius, Damascenus explicatus à sancto Thoma ea ratione, quam tradidimus disputat. 3. sect. 2. ubi auctoritas Damasceni, etiam inducta; & luculentius explicata expressis verbis sancti Doctoris.

259. Scotus.

Vidit Damascenum Scotus 3. d. 4. quæst. vnica paulo ante §. hic est vnum dubium, & responderet, solum voluisse Damascenum asserere dedisse Spiritum sanctum Virgini potentiam propinquam ad generationem, quæ nihil est aliud, quam ipsa naturalis potentia virginis, quæ excitata fuit ab Spiritu sancto, vt à virili femine excitantur potentia naturales aliarum sceminarum; sed manifestè fallitur, quia aliud est excitare potentiam iam præsuppositam; aliud verò illam de nouo conferre; & quidem viri non conferunt sceminis nouiter vim, & potentiam, sed præsuppositam excitant, id est in actum reducunt, spiritus verò sanctus, qui viri suppleuit absentiam iuxta Damascenum non antea existentem virtutem excitauit generatiuam solum, sed addidit nouam, vt ex illius verbis clarissime constat. Fallitur etiam Scotus dum addit illam virtutem susceptiuam Verbi Dei, id est in quantum erat generatiua Verbi, nihil aliud fuisse, quam obedientialem potentiam, vt posset generare Deum similem illi, quam habuit humanitas Christi, vt assumeretur à Verbo diuino, potentia enim obedientialis congenita fuit Virgini Beatissimæ est enim ipsamet virtus generatiua Virginis, prout Deo subiecta ad omne id quod sibi placuerit, at Damascenus asseruit post consensum Virginis vtramque virtutem sibi collatam, quod nullo modo potest competere obedientiali potentia.

260. Marfilus.

Vidit etiam Damascenum Marfilus 3. dist. 4. quæst. 5. art. 2. illumque explicat asserens solum voluisse affirmare Spiritum sanctum dedisse Virgini potentiam generatiuam, quia de virtutem ad formationem lactis: sed vehementer fallitur, quia virtus susceptiuam Verbi secundum hanc rationem, non potest dici lactis formatiua præcise, aliquid ergo habet hæc virtus miraculosa, & diuina præter facultatem formatiuam lactis: præterquam quod Damascenus ad significandam hanc vim, non vteretur illis verbis, cum clarissimis exprimere potuisset terminis frequentibus, & vtratis, nec vim formatiuam lactis appellasset vim susce-

ptiuam, & generatiuam; lactis enim formatio à vegetatiua potentia non est vis susceptiuam Deitatis; interpretatio ergo hæc & falsa, & indigna Marfilio.

261. Palacios.

Vidit etiam Palacios 3. d. 4. disputat. 4. & asserit duo. Primum Virginem habuisse ab Spiritu sancto potentiam generatiuam, sed non ampliorem quam alia scemina habent. Secundum, hanc virtutem habuisse ex munere Spiritus sancti, alias vero sceminas à natura. Sed proculdubio in considerate est loquutus. Virgo enim sanctissima ex vi præcisa generatiua, quam habent alia scemina, non potuit generare Verbum diuinum aliàs non esset illi necessaria eleuatio, vt manifestum est; deinde & falsum, & inintelligibile est Mariam habuisse ex munere Spiritus sancti, quod alia scemina habent à natura; ex hoc enim sequitur potentiam generatiuam non fuisse naturalem Virgini sanctissimæ sicut in aliis sceminis reperitur, quod est absurdum virgo enim purissima fuit perfecta scemina, & ex principiis naturalibus scemina, non ergo vim generandi habuit ex munere Spiritus sancti, & si habuit ex munere proculdubio fuit distincta à naturali virtute, illique collata diuinitus, quæ vt explicuimus, & tradidit sanctus Thomas est Damasceni sententia.

262. Basilus.

Tertius sit Basilus Seleucienensis relatus disputat. 3. sect. 2. qui homilia de Annuntiatione postquam dixisset virtutem altissimi præsto futuram Virgini, vt illam adiuuaret, & obumbraret; id est, eleuaret, quod fieri non posse sine virtute indita, & infusa iam ostendimus, hæc scribit. [Qui tunc enim germinandi vim illi indidit (id est terra in mundi exordio) idem ille tuum quoque vterum ad prolis susceptionem nunc permonebit.] Vim etiam, & virtutem conferens ad Verbi generationem.

263. Bonauent.

Quartus sit Bonauentura, qui lib. 4. de Christi humanitate, cap. 10. hanc virtutem cognouit, hæc enim protulit. [Virtus innata materiam ministravit, virtus infusa purificando ad vnionem Verbi adaptant, virtus increata subito perfecit, quod natura non potuit nisi successiue.] Quibus in Verbis Doctor seraphicus triplicem distinguit virtutem, quarum secundam vocat infusam, & hæc asserit fuisse adaptatam, id est præparatam, & eleuatam Virginem sanctissimam ad Verbi generationem, quam vocat verbi vnionem.

264.

Eandem omnino virtutem agnoscunt alij Patres; quos illa sect. 1. retulimus, & plures alij referendi disput. 7. sectione 2. qui necessario sunt consulendi; & hic non afferuntur, quia ibi commodius, & vtilius sunt afferendi. Id velim semper aduertiri Patres ita esse pro nostra sententia, vt præcipuæ propositiones, & theses illius eisdem omnino auctoritatibus possint probari, vt occasione oblata fieri euidetissimum. Inde enim constabit acolutia, & concatenatio assertionum, quibus explicatur sacra Deiparæ dignitas, & monstrabitur asseri nihil, quod expressè in Patribus non reperitur.

265. Albertus.

Cæteris ergo in illam disputationem adducendis solum hic asseram Alberti Magni sententiam, qui postquam proposuit se explicaturum

caturum felicitatem Mariani ventris ad illud Lucæ 10. Beatus venter qui te portauit. Quam floridè, & copiosè exornat, hæc scripsit. Beatitudo ventris in virtute diuina est in actu ventris perfectissimo. Et addit. Vt nihil miseria patiens naturalem etiam fecunditatem transcendens ex Deo accipiat fecunditatem, vt & florem vernantem habeat virginitatis, & fecunditati diuina fecunditatem similem habeat in gaudio Matris. Fecunditatem similem diuinæ, id est non solum, vt sit Mater & virgo; sed etiam vt generet Deum; fecunditas enim, quæ reperitur in Patre, in Verbo, qui est Deus, & filius in splendoribus sanctorum æternè, explicatur, & hæc asserit non semel esse illius vteri Beatitudinem in virtute diuina, quasi diceret hanc beatitudinem sumptam in actu primo esse diuinam virtutem virginis infusam, vnde oriatur actualis felicitas generandi Deum; indeque etiam ortum, vt venter ille & sit, & dicatur Beatus.

267.

Psalms.

Lorinus.

Magnus Albertus.

Amedæus.

Abfalon.

Sed cum Beatum ventrem Virginis audio, & actualem illius beatitudinem in hac vita in actu perfectissimo diuinæ generationis agnosco, animum illa cogitatio subiit, an doctissimus, & acutissimus Doctor vere & per omnia Magnus alludat ad Psalmum 84. vers. 13. Etenim Dominus dabit benignitatem & terra nostra dabit fructum suum. Qui Psalmus literalis de Incarnationis mysterio ubi forsitan Regius psaltes fundamentum Dignitatis Deiparæ, quæ nomine terræ nostræ intelligitur à Patribus, & Ecclesia, Benignitatem, & suauitatem vocat Dauid, quia in visceribus tantæ Matris primum suauissimum cæpit monstrari Deus ad hominum salutem, id enim de beata Virgine explicat Lorinus his verbis. Sed prius data illi à Domino benignitas implente gratia mentem, & velut arcam expoliente, vt immitteret in eam celeste manna filij Dei. Quod de vtero necessariò est intelligendum Hebraicè. Dominus dabit benedictionem. Hinc laudes Elizabethæ erumpunt; Hinc Ecclesiæ celebratissima encomia, Benedicte tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Aut (quod magis ad rem) Dominus dabit beatitudinem. Quam nisi illam, quam Mariano indidit, & infudit ventri, quia ab illa dicitur (Beatus venter qui te portauit) Alludit sine dubio ad hunc Psalmum Magnus Albertus, dum beatitudinem Virginei ventris in actu generationis Christi constituit, quem attuli non quia existimem efficacem esse ad probandam hanc virtutem susceptiuam & generatiuam, sed quia in illis verbis veluti in turgentibus arbori gemmis, vt sequitur Amedæus, dignitas Matris Dei tamquam suauissimus flos multis sæculis delitescens vltro nouiter ad auram Matris erumpat, erupit proculdubio antea Abfaloni Abbati, qui sermone 34. qui est de Virginis purificatione versus interpretatur de Maria sanctissima, aliquaque scribit huic cogitationi non dissentanea.

SECTIO II.

Auctoritate scholasticorum, & ratione probatur hæc virtus.

MENTEM Damasceni assequuti, & sequuti Scholastici non pauci, & quidem notæ supremæ sanctus Thomas, 3. part. quæst. 32. artic. 4. ad primum factis expressè, & ibi Caietanus, & cæteri illius discipuli, sanctus Bonauentura, 3. d. 4. art. 3. quæst. 1. & secunda, ubi hanc virtutem vocat potentiam supra naturam collatam Virgini in sanctificatione; vocat etiam potentiam supernaturalem, asseritque datam, vt Virgo concurreret ad munera Matris prout decebat, seu competebar, tam nobili, & perfectæ generationi, ubi paucissimis verbis attingit rationem eleuationis; & huius virtutis, Gabriel expressè, 3. d. 4. quæst. vnica; & clarissimè paulo ante tertiam conclusionem; Varro Scoti Magister 3. q. 13. Alexander Alenis 3. part. quæst. 9. membro 3. art. 1. qui affirmat Virginem sanctissimam fuisse sanctificatam, non personaliter solum; sed etiam in quantum respiciebat naturam, id est in quantum poterat esse principium carnis alterius, & carnis Christi Domini, quod fieri non potest sine infusa virtute. Et Clarius Alexander Alen. 3. part. quæst. 8. membr. 1. §. 3. ad finem, Richardus illa distinctione quarta in conclusione quæstionis tertie, quæ est huiusmodi, Virgo per virtutem sibi cælitus datam cooperata est in formatione Corporis Iesu Christi filij eius. Maior quæst. 2. qui idem, quod Richardus affirmat, & addit Virginem infinito auxilio fuisse præuentam ad Christi generationem. Franciscus Suarez 2. tomo, in 3. part. disp. 10. sectione 1. ad finem, qui Damascenum intelligit de vi generatiua, & ait hanc esse eleuatam, & corroboratam ad hoc quod velocitas, & efficacius operaretur, quod naturaliter non posset. Hæc verò confirmatio ex natura rei non fit sine eleuante, & confirmante virtute. Nouatus 1. tomo de eminentia Deiparæ cap. 7. disput. 3. 1. qui addit ex Athanasio hanc virtutem esse Patris æterni specialem imaginem Virgini impressam, quam sententiam necessariò sequentur quicumque existimant Virginem concurrere actiue, sicut alias sceminas ad Christi generationem, & illius virtutem naturalem esse infirmam, & insufficientem ad Dei generationem humanam quos suo loco asseremus sunt enim innumeræ. Eandem virtutem clarissimè docent Dionysius Richelius, iterum Magnus Albertus: Canisius: Cardinalis Toletus: Cerdensis Pacensis Episcopus, quos attuli disput. 3. sect. 3. statim in principio: Iodocus Clitovæus ad Damascenum, quibus nunc adde & libentissimè quidem sapientissimum Salazarium lib. de conceptione cap. 3. num. 19. qui asserit diuinas processiones in Virgine adumbrati, quod sine virtute hac inhærenti non potest intelligi, & suo loco illustrabo. Adde Rutilium Benzonium qui lib. 2. de laudibus Virginis, cap. 28.

268.

S. Thom. Caietanus. Bonauent.

Gabriel.

Varro. Alenis.

Richardus.

Maior.

Suarez.

269.

Richelius. Albertus. Canisius. Toletus. Cerdensis Pacensis Episcopus. Iodocus. Salazarium. Rutilium.

cap. 28. dubio 4. ait immaculatam Virginis carnem praevalere omnibus rebus mundi, quod solum propter hanc virtutem potest esse verum, Baptistam Pozam, & medicos illius non laudo, quia infeliciter hanc virtutem ad Matrimonium extendunt.

Poz.

270. Ad hanc vero assertionem probandam nulla efficacior ratio inveniri potest meo iudicio, quam illa, quae desumitur ex fine huius elevationis Virginis sanctissimae ut esset Mater Dei, & quam iam ex mente Damasceni, & explicatione Angelici Doctoris attingimus, eleuata est enim Virgo sanctissima, ut pure, sancte, & Verbum susciperet, & illud generaret illaesa virginitate de Spiritu sancto conceptum, de qua veritate nulli potest esse dubium, si semel aduertatur, hic sumi virtutem non ut significat principium efficiens, & actiuum, sed ut significat potentiam, quae praescindit, ab actiua, & passiuua. Quo posito rationem primam pro assertionem ad hanc formam reduco: ille est formalissimus terminus huius elevationis Deiparae, qui ad finem illius, id est ad Verbi generationem humanam maximam, & formaliter conducit, sed virtus realis, & physica primò, & per se ordinata ad generandum hominem Deum illaesa virginitate sine virili semine de Spiritu sancto conceptum, maximè, & formaliter (id est secundum suam essentiam ad verbi generationem humanam conducit; ergo hac virtus realis, & physica est terminus Marianae elevationis. Consequentia est euidens, & maior est certa.

271. Minorem probo discurrendo per illa tria miraculosa, quae Diuus Thomas asseruit, inuenta esse in generatione, seu conceptione Christi Domini, quorum primum erat illam fuisse putam, & sanctam, atque adeo sine peccato originali, non solum quia fuit ab Spiritu sancto, sed quia Christus Dominus sancte natus est ex sanctissima Virgine, cuius caro à sanctis Patribus, & Ecclesiae Doctoribus dicitur pura, sancta immaculata, impolluta, praeparata, ornata, aurea, pulchra, ut in discursu huius opusculi videbimus, & expressa verba afferemus, quae omnia significant, & explicant sanctitatem & puritatem illius quam expressit sexta Synodus Constantinopolitana in Epistola Sophronij 3. tomo Conciliorum, pag. 308. vbi hanc carnis, & corporis Sanctitatem expressit his verbis. *Ideo Virgo sancta accipitur, & anima corpusque sanctificatur, quae ita ministravit in incarnatione creatoris, ut munda, & casta, & incontaminata.* Vbi dubio procul asseritur sanctificatio corporis ad Christi Domini generationem; id vero paulo antea dixerat Concilium dum pag. 307. asserit. *Liberatam esse Virginitatem ab omni contagio corporis, & animae.* Intellige non quae inesset, sed quae infuisset, si beata Virgo Deipara non esset futura.

Synodus Constantinopolitana.

272. At hac non possunt intelligi sine superaddita virtute quae naturam excedat & suapte essentia sit supra potentiam virgineam; tum quia etsi possit intelligi peccatum sine gratia habituali remitti absoluta potentia, non ta-

men concipi potest aliquid esse purum, impollutum, & sanctum, sine puritate, & sanctitate physica, puritas enim, non est quid negativum, aut extrinsecum; sed quid positivum intrinsecum in subiecto, quod dicitur purum, & immaculatum; extrinseca enim Dei acceptatio non reddit corpus, aut animam sanctam, immaculatam, & puram. Tum etiam quia ex eo, quod gratia habitualis dicitur in scriptura decor, pulchritudo, ornamentum, & stola iustorum, colligunt Patres illam esse donum aliquod iustis desuper infusum, ut notavit Magister Cumel, 1. in 1.2. quæst. 10. art. 2. in commentario illius, quam propter hanc rationem appellant Patres deuiationem, & participationem sanctitatis diuinæ ex illa in nobis receptam, & ait hanc esse communem Sanctorum Patrum sententiam, quem lucidissime tradidit sanctus Dionysius de Cœlesti, & ecclesiastica Hierarchia, cap. 5. hæc scribens. *Summa illa diuinitas eos quibus se insinuat spiritus purgat primo, consequenter illuminat, & illuminatos ad diuinam speciem perficit.*

Cumel.

Dionysius.

Si ergo hac virtus talis sit natura, ut reddiderit corpus beatissimae Virginis purum, & immaculatum; illudque tamquam forma praeparauerit, ut illa dignum filij Dei habitaculum fieret, consequenter erit illa forma, quam Deus intendit in Virginis generatione: esse vero formam hoc modo praeparantem, & disponentem Mariam sanctissimam efficaciter in sequentibus ostendemus è mente Ecclesiae & sanctorum Patrum.

273.

Secundum miraculosum fuit datam esse Virgini virtutem susceptiuam Deitatis, id est virtutem, ut conciperet Verbum Dei explicante Angelico Doctore, quod quacunq; ratione intelligatur exposulat necessariò explicatam virtutem ad hanc functionem sufficientem omnino, imò in sententia sancti Doctoris necessariam, primo enim ita potest intelligi sententia Damasceni, ut susceptiua illa virtus disponat Virgineam in genere causa materialis ad recipiendum Verbum diuinum in illa generatione mirabili; ipse enim docet, prima parte quæstione vndecima articulo quinta, lumen gloriae requiri, ut principium materiale, & disponens intellectum ad vnionem essentiae diuinæ, in ratione obiecti, quam doctrinam repetit 3. contra genes cap. 53. vbi rationem reddit huius sententiae, quam sequuntur vniuersi Thomistae dicens. *Nihil est susceptiuum forma sublimioris nisi per aliquam dispositionem ad illius capacitatem eleuetur proprius enim actus in propria potentia sit.* Quod ita verum existimauerunt aliqui, ut docuerint humanitatem Christi Domini necessario eleuatam fuisse mediis dispositionibus antecedentibus ad vnionem hypostaticam, illisque necessariis ad hoc munus, quod docuit Alensis, tertia parte, quæ-

274.

Damascenu.

Thomistae.

Alensis.

stione septima, membro secundo, articulo primo, quæstione vndecima, membro vltimo quæstione decima septima: potestque probari ratione Diui Thomae, sed id alij refellunt, vide Suarezium, primo tomo in tertiam partem,

Suarez. tem,

275.

rem, quæstione secunda disputatione decima sectione secunda.

Vnde concluditur virtus necessaria in Virgine sanctissima ut disponderetur in genere causa materialis ad suscipiendum Verbum diuinum, & diuinitatem, quae est forma sublimior excedensque illius capacitatem; unde eleuanda fuit ad hanc susceptionem per aliquam dispositionem sibi non debitam, quam causalitatem virtus explicata potest optime exercere, nec necessarium est alteram addere, etiam si hæc esset actiua, dai enim posset ad vtrumque munus, ut lumen gloriae, quod non solum datur ad suscipiendam essentiam diuinam in ratione obiecti, sed etiam ad efficiendam visionem; quia istae causalitates, licet ex natura rei non sint semper connexae, in vnâ tamen possunt conspirare qualitatem, & aliquando conspirant, fuit ergo eleuata Virgo sanctissima hac virtute ad explicandam qualitatiuam receptionem, & susceptionem Verbi.

276.

Hinc obiter colligas non satis Thomisticè asseri causam materialem non posse eleuari supernaturaliter, constat enim in sententia sancti Thomae supernaturaliter eleuari intellectum ad vnionem diuinæ essentiae in ratione obiecti, & beatam Virginem ad suscipiendum Verbum diuinum in illius humana generatione.

277. Damascen. Thomas.

Secundo potest intelligi illa eleuatio Virginis ad concipiendum Verbum Dei, ut loquuntur Damascenus, & Thomas: ita ut efficaciter concurrat Virgo sanctissima, vel ad omnia illa munera, & functiones, quas explicuimus disputat. 3. sectione 3. vel ad aliquas illarum, & inter has ad vnionem animae rationalis cum corpore Christi ad corporis formationem; aut etiam ad vnionem hypostaticam instrumentaliter, ut pie voluere nonnulli. Et ad hæc officia, & necessaria est illa virtus, & ad ea potest concurrere hac admissa sententia, vnde optimè inferitur illam esse terminum eleuationis Marianae: quando quidem per illam eleuatur illius naturalis potentia ad Verbi diuini generationem. Quod significauit Dionysius Richelius lib. 1. de virginis Praconiis, art. 1. qui hanc virtutem appellat communionem, diuinæ excellentiae his verbis. *Igitur dum communionem diuinam excellentiam desuper tibi, & à tota Trinitate, o felix Maria exhibitam contempler, &c.*

278.

Bonauent.

Colligitur ex his efficacia illius rationis, quam ad adferendam necessitatem huius virtutis paucissimis verbis tradidit sanctus Bonauentura, 3. d. 4. art. 3. quæst. 1. vbi ait hanc virtutem, quam ille vocat potentiam supra naturam; datam esse Virgini, ut esset Mater Dei prout competeat tam nobili, & perfectæ generationi, quae clarius potest ad hanc formam reduci. Beatissima Virgo Maria non habuit naturalem potentiam ad concipiendum Verbum Dei, prout competeat tam nobili, & perfectæ generationi, quam exercuit de facto: ergo necessariò eleuata fuit per potentiam supra naturam competentem tali generationi: ergo & per virtutem, qua proximè, &

formaliter posset attingere tam sublimem generationem: antecedens est manifestum & vtraque consequentia ex dictis est manifesta, & manifestanda disp.

279.

Sed inquit aliquis, & non sine ingenio quid significet Doctor Seraphicus illis terminis, prout competeat tam nobili & perfectæ generationi. Explicandum enim erat, quidnam ex propria rei natura conceptioni Christi competeat, ut consequentia esset efficax, quod tamen in illis duabus quæst. 1. & 2. Bonauentura non praestitit. Respondeo in Christi generatione, & conceptione plura fuisse mirabilia iuxta propriam naturam, & decenciam generationis diuinæ per quam genitus Deus in assumpta natura, Primum transmissio materis ad locum destinatum generationi sine semine, & actione virili illam destinantis, & perducentis ad eum, quia hæc fuisse ab Spiritu sancto. Secundum, carnis formatio. Tertium organizatio instantanea corporis Christi. Quartum vnio animae rationalis ad corpus. Quintum vnio Verbi ad humanitatem. Sextum partus sine integritatis laesione: Quae omnia, & plura alia quae non nouimus; quae omnia propria fuerunt generationis Christi Domini illique competeabant secundum peculiarem, & inauditam rationem generationis de Spiritu sancto; illamque constituunt nobilem, supremam; & in creatis perfectissimam generationem; & ut loquebatur Areopagita citatus, imaginem generationis diuinæ, & ut loquitur Magnus Albertus vmbraem illius; Hæc omnia illis breuissimis verbis inclusit Bonauentura, & quia euidens est ad illa virtute naturali Virginem non posse pertingere, licet posset pertingere naturaliter ad generationem hominis, qui Deus non esset; ideo asseruit necessariam illi fuisse potentiam supra naturam additam potentiae secundum naturam, efficax ergo est Seraphica ratio.

Areopagita. Albertus. Bonauent.

280.

Tertium miraculosum in Christi conceptione, & partu fuit quod Virgo sanctissima, manens virgo, posset generare, propter quod dixit Damascenus, dedisse illi Spiritum sanctum virtutem generatiuam, quae excellentia semper mirabilis, & gentibus incredibilis, non potuit esse in beatissima Virgine sine virtute aliqua, & qualitate supernaturali inherente, ut constat ex illo testimonio, quod attulimus, disputatione 4. sectione 4. ex 4. dist. 49. quæst. 2. artic. 7. vbi hæc D. Sanctus. *Contingit aliquando diuina virtute, quod aliqua res miraculosè perducatur in aliquod quod nullo modo potest; per aliquas dispositiones sibi inherentes, sicut quod virgo pariat, quod ignis in aqua comburat, &c.* Quorum verborum sensus est aliquod perducitur miraculosè per aliquas dispositiones sibi inherentes, & illud, quod non posset eleuantes; ad illum effectum ad quem vires non habebat; & ita eleuari Virginem, ut pariat, ignem ut in aqua comburat, intellectum, ut videat diuinam essentiam; Quae intelligentia iuuatur ex illis, quae retulimus ex 3. part. ibi enim clarissime docet Virgini collatam esse virtutem generatiuam, ut Mater esset permanens Virgo illam-

Damascen.

SECTIO III.

Maria sanctissima virtus indita ad generationem Christi Domini aliis motibus ostenditur.

que asserit esse passiuam, quod cum non possit cadere in Spiritum sanctum, qui nullo modo vnitus est Virgini vt potentia passiuam, debet intelligi virtute creata passiuam Mariæ sanctissimæ addita; Et explicari amplius potest, ex doctrina Diui Thomæ, adducta disp. 4. sect. 4. asserente nullam eleuationem fieri sine forma inhærenti.

D.Thom.

281.

Ex quibus hanc formo rationem; vt Maria sanctissima Mater esset, & Virgo, necessario eleuata fuit per potentiam generatiuam: ergo terminus formalissimus illius fuit hæc potentia generatiua; ergo & virtus, qua sine femine virili conciperet, & pareret Deum, & hominem de Spiritu sancto conceptum. Vtraque consequentia est clara, quia hæc virtus in sententia sancti Thomæ est virtus, seu potentia generatiua: & antecedens constat ex hæcenus dictis, quia cum deberet eleuari ad generandum, & hoc per formam intrinsecam, ratio eleuationis, & illius terminus debuit esse potentia generatiua, quia fuit forma ad eleuandam potentiam ad generandum secundum naturam, sicut lumen gloriæ pertinet ad intellectualem rationem potentiam, quia ex propria natura est eleuatio, aut ratio eleuandi intellectuam potentiam.

S.Thom.

282.

Confirmantur, & roborantur hæc omnia, quia illud est terminus eleuationis Dei genitricis ad tantam dignitatem, quod illam disponit, & perficit ad Christi Domini generationem; Sed hæc virtus explicata, & disponit, & perficit Virginem purissimam ad illam generationem: ergo est terminus formalis illius eleuationis; Consequentia est clara, & maior patet, ex fine, quem Deus intendit, scilicet Christi generationem. Minor autem constat ex illis, quæ latè diximus superius; cum enim terminus eleuationis Virgini sanctissimæ insit ad hunc explicatum effectum; consequenter illam disponit & perficit in ordine ad generationem humanam Dei; eo modo quo lumen gloriæ, & disponit intellectum, & illum perficit, tamquam dispositio, & forma vt essentiam diuinam recipiat, & visionem efficiat, vtor ferè semper exemplo luminis, quia illo rectissime explicatur causalitas Virgini in Maternitate eminentissima.

283. D.Thom.

Rursus confirmantur hæc, rationibus ex Diuo Thoma desumptis, quas explicuimus disputatione 3. sectione 3. & hæc non sunt repetendæ, sed applicandæ solum, ea enim ratione, qua ex fidei virtute de visione sanctorum, & intellectus imbecillitate, & in portione colligitur necessitas virtutis eleuantis, quam appellamus lumen gloriæ, ex dignitate Matris Dei, quam astruximus de fide disputat. 1. & in potentia Mariæ sanctissimæ ad generationem diuinam colligitur necessitas eleuationis, & virtus supra naturalem potentiam, quæ sit terminus formalis illius.

Sapienter docuit Aristoteles in præmio Metheororum coniecturis, & probabilibus rationibus in rebus difficillimis acquiescendum esse, adde etiam in rebus augustissimis & nondum disputatis, qualis est hæc de fundamento physico dignitatis Maternæ disputatio obscura adeo propter eminentissimam illius excellentiam, vt nec beatissima Virgo extra diuinam essentiam illam per scientiam aliquam integre fuerit assequuta, vt tradidit Dionysius Richelius lib. 2. de præconiis Virginis articulo decimo octauo ergo si ad ostendendam hanc virtutem rationes concludentes inueniri non possint, vtendum deinde probabilibus, & locum habent coniectura.

284. Arist.

Dionysius.

285.

Probat igitur secundo, hæc virtus realis, & physica indita Virgini sanctissimæ ad generationem Christi Domini, vt terminus illius eleuationis, fundamentum enim dignitatis Paternæ, quæ reperitur in prima sanctissimæ Trinitatis persona est virtus positua, & realis, qua prima persona constituitur veluti in actu primo potens ad diuinam generationem Verbi diuini, vt latè docent Theologi in materia de Trinitate, indeque oritur proprietas characteristica Patris: ergo terminus huius eleuationis in Virgine matre est etiam virtus positua, & realis ad ipsius Verbi diuini generationem humanam; antecedens supponitur, vt certissimum, nam licet difficultas sit, quidnam sit illa virtus Paterna an relatio sola Paternitatis, an diuina natura præcisè, an hæc prout asserit Paternitatem; De quo videndus Salmanticensis Decanus, 1. part. quæst. 41. art. 5. disputatione 1. nullus tamen negare potest virtutem illam quasi supponi in prima persona ad generationem diuinam. Consequentia verò probatur, estque clara ex analogia huius humanæ generationis ad generationem diuinam, quæ tanta est, vt Magnus Albertus non solum scribat Mariam sanctissimam habuisse fecunditatem in gaudio similem diuinæ fecunditati, Sed asseruerit etiam illam fuisse diuinam quamdam potestatis plenitudinem ad Lucam capite decimo. Respicit enim hæc virtus tamquam exemplar ad sui productionem rationem generandi, quæ reperitur in Patre: Vnde hæc est analogia similis illi quam dicit charitas ad amorem diuinum, quem participat modo supernaturali, & diuino, & quem respicit vt causam exemplarem ad cuius imitationem producitur, vt de gratia habituali variis in locis disputant Theologi; cum ergo ex hac analogia ponantur in iustis gratia habitualis, & virtutes infusæ ad supernaturales actiones, ponenda est hæc virtus Virgini indita ad generationem humanam Verbi diuini.

Albertus.

Confir

286.

Confirmatur non inuenisse, quia eleuatio hominis ad filiationem Dei, adoptiuam asserit, vt terminum, qualitatem positiuam, & realem gratiam scilicet sanctificantem, quæ est formalis participatio diuinæ naturæ, & vera natura, vt asserit sanctus Thomas 1. 2. quæst. 110. artic. 3. cap. clarissime; ergo eleuatio ad Dei Maternitatem, asserit necessario, vt terminum hanc virtutem, vt Virgo sit Mater Filij diuini: antecedens est de fide, & consequentia probatur, quia in generatione Virginis, & filij conceptione est communicatio humanæ naturæ, quam terminat persona diuina, & ad quam non potest propriis viribus humana persona, & quidem videtur mirabile filium adoptiuum necessario petere hanc diuinam naturam communicatam, & Matrem, quæ substantialiter genitrix est, & impotens secundum propriam naturam, ad hanc diuinam generationem, non petere potentiam, & virtutem supra naturam, ad actualem generationem, quatenus necessario supponitur in actu primo ad exercitium illius.

S.Thom.

287.

Dices in homine iustificando solam supponi obedientialem potentiam ad filiationem adoptiuam, & propterea indigere communicatione naturæ diuinæ, vt formaliter sit filius adoptiuus; Virginem verò Beatissimam habere integram potentiam naturalem ad generationem hominis, qui non esset Deus, & præterea obedientialem potentiam ad Dei generationem id est hominis, qui sit substantialiter Deus, in qua naturali potentia fundatur clara ratio discriminis. Sed quidem hæc solutio se ipsam destruit, & nostram assertionem confirmat; quia illa virtus generatiua naturalis, tamen sufficiens sit ad generandum hominem putum, insufficientis est ad generandum hominem Deum, & potentia passiuam obedientialis, necessario debet compleri per totalem rationem agendi supra totam naturam, quod iam monstrauimus, disputatione præcedenti, fieri per formam, & virtutem intrinsecam.

288.

Tertio probatur virtus illa indita Virgini ex maiori distantia, quæ reperitur inter feminam, & Deum ipsum in ratione Matris, & filij, quæ dubio procul infinita est respectu illius distantia, quæ reperitur inter Sacramenta, & gratiam, inter intellectum, seu voluntatem, & actus supernaturales, quæ finita, & limitata est, qua non obstante limitatione potentia vitales eleuantur per habitus supernaturales, & Sacramenta per virtutem illis inditam, seu qualitatem supernaturalem, quod vt sententiam Diui Thomæ docent illius discipuli, & multi extra illius scholam, & non esse impossibile, & si id non sequantur solutionibus argumentorum, in contrarium monstrant docti recentiores, ex quo potest formari hæc ratio, & si non sit tanta distantia, inter creaturam, verbi gratia, aquam, & gratiam sanctificantem, inter intellectum, & actum fidei, quanta est inter feminam puram, & Deum in ratione Matris, & filij, propter ordinem diuinum participatum à gratia, & actibus supernaturalibus, ponuntur qualitates in Sacramentis, & potentiis vitalibus ad gratia

productionem, & etiam actuum supernaturalium, ergo à fortiori ponenda est hæc virtus in beatissima Virgine, vt possit concurrere ad generationem hominis Dei; antecedens partim est sententia probabilissima de qua videatur Salmanticensis Decanus, tomo 2. in 1. 2. q. 112. art. 1. disputat. 3. & partim Ecclesiasticum dogma, à quo nullus secure discedet; & consequentia videtur probari à fortiori ex maiori distantia, inter Mariam Sanctissimam, & Deum hominem genitum, quæ cum euidens sit probanda nou est, in schola igitur sancti Thomæ hæc virtus impressa Virgini sanctissimæ improbanda non est.

Dec.Salm.

289.

Seleucienfis.

Quarto probatur coniectura satis efficaci desumpta ex discursu Basilij Seleucienfis quem non semel laudauimus, ex virtute enim indita terræ in mundi generi ad terminandam herbam virentem, & lignum pomiferum iuxta genus suum infert Virginem sanctissimam per motam fuisse à Deo, vt esset Mater Verbi diuini; sentit enim expresse terræ vim esse inditam post illius creationem, vt herbas, & arbores produceret, quorum semina non habebat à natura ex quo potest confici argumentum ad probandum terræ virginæ, vt fructum suum produceret collatam esse virtutem supra naturam, quam antea non habebat secundum naturam.

290.

Dices antecedens esse incertum, nam vulgarior sententia est terræ nullam esse inditam virtutem, vt germinaret, & proferret herbam virentem, sed id efficienter factum esse à solo Deo qui sua infinita virtute de terra tanquam de causa materiali eximias protulit, vel eduxit plantas, & arbores, terra passiuè se habente, non enim est credibile Deum contulisse terræ supernaturalem virtutem ad efficiendum, quod suapte natura non poterat. Quod confirmari potest, ex Genes. cap. 2. *Fecit Deus cælum, & terram, & omne virgultum agri.* Et clarius infra. *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum.* Propterea ergo sententiam negantem terram produxisse efficienter plantas, tenent Ecclesiæ Patres Ambrosius, Basilius, Chrysofostomus: in Genesim, quibus fauet Sanctus Thomas, 1. part. quæst. 71. art. vnico ad primum, & sequuntur Suarez de opere sex dierum lib. 2. cap. 7. número 7. qui pro se asserit Pereiram, & Ascanium Martinengum in Glossa magna litterali ad cap. 2. Genes. reputatque probabilior Salmanticensis Decanus tomo 2. in 1. part. quæst. 69. in discursu tertius quæstionis vbi vtramque sententiam affirmantem, & negantem docet esse probabilissimam.

Genes.

Ambros. Basilius. Chrysof. S.Thom. Suarez.

291.

Sed affirmantem sententiam terræ inditam esse virtutem ad plantarum productionem, tradidit expresse sanctus Augustinus lib. 5. de Genesi ad litteram cap. 4. & 5. & lib. 8. cap. 3. dicens terram in tertio die accepisse virtutem germinandi omnia vegetabilia, quem sequuntur Caietanus, & Burgenfis citatus à Francisco Suarez, & manifestè videtur probari, ex illis verbis. *Germinet terra herbam virentem.* Genes. 1. vbi statim additur. *Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum.* Vbi verbum, protulit, efficientiam

Augustinus.

Caietanus. Burgenfis. Genes.

significat. Et potest explicari, quia in mundi exordio conuenientissimum erat terram concurrere ad generationem plantarum efficienter, vt modò etiam concurrat, tamen illa productio non posset fieri virtute solis, & necessario peteret vberiore fluxum, & virtutem illi inditam, quod nulla ratione est incredibile, præcipuè propter auctoritatem Diui Augustini.

292.  
Suarez.

Verùm obiicit Suarez, vbi supra num. 7. philosophicam rationem, quia illa pars terræ ex qua vnaquæque planta generata est, non poterat effectiue concurrere ad illius productionem, quia ex illa sequuta est eiusdem terræ corruptio & non poterat ipsa sui ipsius corruptionem efficere. Quod si dicitur vnam partem terræ in alteram influere sicque productionem fieri sine illo inconuenienti, obiicit statim illam partem terræ esse eiusdem substantiæ cum altera parte terræ, haberetque eandem omnino dispositionem; vnde non potuit in aliam efficienter influere. Sed non attendit vir doctissimus alteram terræ partem influentem ad productionem plantarum supra naturales dispositiones habere inditam virtutem supra naturam, quam aliæ partes, quæ fuere veluti materiæ non habeant, quod etiam sine illo miraculo euenit in generatione animalium, vbi ignea vis feminis concurrat efficienter, & influit in partem non igneam minus subtilem, & magis crassam, cum tamen sint partes eiusdem feminis de quo alias.

293.

Vltimò probatur assertio, quia nihil aliud concipi potest, quod sit terminus illius eleuationis præter istam virtutem inditam Virgini sanctissimæ, quid enim ad conceptionem Christi Domini accommodatius iuxta naturam, & proprietates illius. Solùm posset obiici illam virtutem non esse possibilem; sed suo loco ostendemus illius possibilitatem, quæ necessario inferitur ex illius existentia, quam hic auctoritate, & ratione tradidimus.

## SECTIO IV.

*Hæc virtus qualitas corporea, & ordinis hypostatici.*

294.

Vtrumque primo aspectu, & nouum, & difficile, sed si rectè intelligatur antiquum, & facile. Afferimus ergo terminum Marianæ eleuationis virtutemque illi inditam & esse qualitatem, & esse corpoream, & pertinere ad ordinem hypostaticum, quæ omnia ad mentem sunt Doctorum nostræ sententiæ, & consequenter non extra Angelici Doctoris principia; quem quantum veritas patitur nota huius virtutis desideramus Patronum. Hanc ergo virtutem esse qualitatem clarissime constat, cum enim sit potentia, vel virtus indita Virgini ad Christi generationem humanam creatum quid est, & pertinens ad aliquod prædicamentum, & cum non sit substantia necessario erit accidens, & quidem neque relatio, nec quantitas, ac proinde erit qualitas Virginem sanctissimam perficiens, &

eleuans, ea ratione, qua gratia habitualis qualitas est, & qualitates sunt habitus ordinis supernaturalis, qui aliquomodo videntur habere rationem potentiæ, & virtus indita sacramentis, ad causandam gratiam, qualitas est, vt tandem concessit Magister Granada, asserens id esse de mente sancti Thomæ, 1. tomo, in 3. part. controu. 3. de Sacramentis in genere, 3. disput. 4. sect. 2. num. 15. cum num. 12. asseruisset contrarium, explicatur facile, terminus enim eleuationis alicuius potentiæ habet rationem, & modum illius, ita vt si actiua sit, actiua sit addita virtus, si passiuæ; passiuæ, ex quo sequitur subterfugere non posse rationem qualitatis, quæ est de ratione creatæ potentiæ, cum ergo ex sententia sancti Thomæ eleuatio Virgini facta fuerit ex sententia Damasceni, per virtutem, & potentiam generatiuam, hæc erit in eodem genere, in quo constituitur Virgini potentia vegetatiua, seu generatiua, porro has potentias, siue distinguantur, siue non, esse in prædicamento qualitatis, nullus negabit.

Granado.

Damasceni.

295.

Esse verò qualitatem corpoream, & non spiritualem eisdem rationibus potest ostendi, res enim corporea, non eleuatur ad effectum corporeum per qualitates spirituales, vis enim indita sacramentis ad causandam gratiam, non est spiritualis; sed corporea, tamen à Diuo Thoma appelletur spiritualis, quia ad rem spiritualem producendam infunditur, vt rectè notauit Caietanus, 3. part. quæst. 62. art. .... ex diuo Thoma, qui ait. [ *Vis spiritualis est in sacramentis in quantum ordinantur à Deo ad effectum spirituales.* ] Quod etiam explicat exemplo. [ *Sicut (ait) in ipsa voce sensibili est quedam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis in quantum procedit à conceptione mentis.* ] Et licet illa virtus esset spiritualis non inde inferretur corpoream non esse qualitatem inditam Virgini ad generationem, quia Sacramenta causant gratiam, vt instrumenta, at beatissima Virgo fuit causa principalis in Christi generatione, & ideo debuit eleuari per virtutem proportionatam secundum modum essendi potentiæ generatiuæ illius, quæ corporea est. Adde illud quod notabamus disput. 3. sect. 1. ex Alensi 3. part. quæst. 12. art. 2. §. Resolutio; scilicet generationem Christi respicere naturam non voluntatem, neque dona quæ in illa reperiuntur, id est non respicere rem spiritualem, sed corpoream, qualis est humana natura, quod aliis verbis significauit Scotus 3. dist. 4. quæst. vnica contra Varronem.

Caietanus.

Alensi.

Scotus.

296.

Potèd vt res melius intelligatur aduertendum hanc virtutem comparari posse ad Virginem sanctissimam, vt illam purificat, & ad illius potentiam generatiuam, vt est principium generationis Christi Domini, & secundum vtramque rationem esse corpoream: quæ veritas suo loco est fusiùs examinanda; habet enim difficultatem grauissimam. Nunc de illa solum tractamus secundum posteriorem comparationem, non repugnare autem res corporeas ordinis etiam diuini vnio hypostatica euidenter ostendit.

At

268.

Caietanus.  
Mendoza  
Augustinus.

At vt efficiatur hanc virtutem esse ordinis hypostatici, quod ingenia aliquorum tenuit, notandum est ex Caietano, 3. p. q. 1. art. 3. quem sequitur Mendoza Augustinianus, quodlibeto 1. scholastico & referunt omnes, tres esse ordines rerum; Primus complectitur res naturales, vt cælum, terram; homines, Angelos, & cætera, quæ sunt huius rationis, & appellatur ordo naturæ. Secundus continet res, quibus eleuatur natura ad Dei fruitionem, vt gratia, fides, spes, charitas, lumen gloriæ: cum enim natura non possit suis verbis attingere Dei visionem, & fruitionem illius, alterum ordinem superiorem, & eleuatiorem instituit, vt rebus ad illum pertinentibus eleuaretur natura ad diuinam visionem, & hic appellatur ordo gratiæ, in quo Deus communicatur creaturæ naturæ, per vnionem beatificam. Tertius ordo amplectitur ea, quæ pertinent ad Deum, & creaturam; Deus enim, quæ est illius infinita bonitas, hominem peccantem non solum non repulit, vt Angelos; sed ad tantam celsitudinem euegit, vt illi vniretur in persona: affert igitur tertius hic ordo Deum, & creaturam non vtrumque, sed vt Deus, & creatura, homo scilicet vniantur inter se, vt verbum diuinum subsistat in humana natura, & vere sit homo Deus, Deusque verè factus sit caro, & hic appellatur ordo vnionis hypostaticæ, sic dictus, quod substantialis, & vera vnio inter Deum, & hominem facta est, in hypostasi, seu personalitate Verbi immediate, non tamen in natura diuina. Hunc vero ordinem appellant vulgari-ter Theologi ordinem hypostaticum, in quo inueniuntur, & collocantur, omnia illa quæ pertinent ad incarnationem Verbi diuini, quæ est potissima huius ordinis.

299.

Sed est illud valde notandum, quod cum secundus ordo gratiæ ordinem naturæ primum supponat, & tertius vtrumque, ita vt in rebus hypostaticus ordo fuerit posterior, in executione, nunc enim de intentione non disputo, nec necessario inter illos varia inueniuntur discrimina, illud præferri, quod cum duo priores res suas respiciant non confuse, sed ita distincte, vt nec naturæ ordo cõtineat res ordinis gratiæ; nec ordo gratiæ res ordinis naturæ; tamen illæ inter se vniantur. Posterior, qui est excellentior claudit suo ambitu non solum res ordinis gratiæ, & supernaturales, & omnino gratuitas; sed etiam res ordinis purè naturalis; vt res necessarias ad existentiam ordinis hypostatici. Cum enim Deus factus fuerit homo humanitatem assumens, quæ constat ex corpore, & anima; hæc necessario ad illum pertinent ordinem, vt partes assumptibiles à Verbo diuino, & cum voluerit Deus ex femina nasci, tamen modo inuisitato, & mirabili, & ad hoc filius esset futurus felix illa femina, & illius caro præcipuè, ex qua assumenda caro Verbi diuini in illo ordine constituendæ, quæ omnia sunt in se ordinis naturalis.

300.

Deinde cum illa factatissima humanitas congrue esset ornanda, necessario fuerunt in illa habitualis gratia sanctificans, cæteraque dona supernaturalia homini Deo non repugnantia, actus supernaturales, lumen gloriæ, & visio beatifica eiusdem omnino rationis, ac

dona, quæ putis hominibus conferuntur, eo tamen discrimine, quod gratia habitualis, & cætera omnia fuerint in homine Deo excellentissima, & quædam infinitatem habuerint ex gratia vnionis, quæ formaliter est ordinis hypostatici. Illa vero, quæ numerauimus pertinent formaliter ad ordinem gratiæ, vt per se constat; sed illa complectitur tertius ordo, quia sine illis non potest consistere; qui enim fratribus voluit assimilari non solum humanitatem assumpsit, sed etiam rebus supernaturalibus, quibus homines ad gratiæ ordinem euehantur voluit ornari. Vnde constat hypostaticum ordinem petere ex propria rei natura res ordinis supernaturalis, & gratuiti, præstantissimo enim omnium ordini, res naturales, & supernaturales deferuntur, dicuntur ergo, & sunt ordinis hypostatici omnia illa quæ immediate pertinent ad executionem incarnationis diuinæ, quæ nihil est aliud, quam substantialis, & realis vnio, inter Deum, & hominem.

301.

Ex his facile deducitur virtutem Virgini inditam ad Christi Domini generationem & hanc qualitatem corpoream, quam explicamus esse ordinis diuini, & hypostatici, illa enim pertinent ad hunc ordinem eleuatissimum, quæ necessaria sunt ad executionem, & existentiam incarnationis, at hæc virtus valde est necessaria, vt Deus sit homo, & hominis filius, qui talis sine Matre non est, nec esset, sine illa enim non possent exerceri tria illa miraculosa, quæ ex diuo Thoma diximus reperiri in conceptione Christi Domini: ergo perisse pertinet ad ordinem hypostaticum. Dixi per se, quia alia (tamen non omnia) quæ in incarnatione reperiuntur pertinent ad ordinem gratiæ, & naturæ, producique potuerunt aliis motiuis, nec habent ex natura rei connexionem intrinsecam cum incarnatione; at vero hæc virtus eminentissima, & quæ fundamentum est, & radix primæ dignitatis materialis intrinsecam connexionem habet cum incarnatione & generatione Dei & hominis Christi, qui necessario perit generari, & esse hominis filius media hac virtute, vt ratione formali causandi.

302.

En explicatam difficultatem, quæ primo limine inexplicabilis, & intelligibilis videbatur, rem, quæ noua videbatur, & nouiter asserita, satis antiquam, & non solum cognitam veruissimis Theologis, sed ita certam, vt à nullo, qui illam probè calluerit possit negari: magnum habere specimen probabilitatis; præterquam quod (vt rectè ponderabat sapientissimus Magister Suarez 2. tom. in 3. p. disput. 19. sect. 4. dum nouiter antiquam de excellentia sanctitatis Mariæ Virginis supra excellentiam omnium sanctorum in gratia simul sumptam piissimam sententiam induceret) non est quod nouum censendum sit, quod doctrinæ priscorum Patrum non solum non aduersatur, verum etiam ita ab eis insinuat, vt merito illis attribui possit, vel saltem existimari hanc esse accommodatam explanationem eorum, quæ ipsi magno pondere verborum virtute docuerunt. Hactenus vir nullo non acclamante doctissimus. Adde hanc sententiam cum illis omnibus, quæ illam concernunt plausibilem & verissimam visam sapientissimis



viris, quos ergo consului, & in florentissimis Academiis miratur, & veneratur Hispania, quique(quæ est illorum pietas)asseruerunt gloriosum futurum, & Matri, & filio sanctissimis si publicam aspicerent lucem, faxit Deus si cedent in aliqualem Virginis gloriam.

303. Verum ut hæc veritas discussis nebulis difficultatum amplius eluceat, clarius elucescat, sic primo illam impugno; Nihil enim hæc virtus corporea ad tantum mysterium in quo diuina persona generatur, quæ corporea non est, Deus enim concipitur & generatur virtute spirituali, & prorsus diuina in splendoribus sanctitatis, & per actionem immanentem producit ad Patre diuino, quæ spiritualissima est, & nullo modo corporea eminenter etiam, creaturæ enim non continentur in processibus diuinis secundum rationes formalissimas earum; sine vlla igitur necessitate hæc virtus introducit.

304. Respondeo: Verbi diuini duplex est generatio prima diuina, humana secunda; illa generatur Deus in propria natura, hæc producit in aliena, & humana, ad illam virtus corporea nihil, ad hanc multum per omnem modum. Deus enim qui spiritus est nihil corporeum petit ad generationem, quæ procedit necessario à Patre in propria natura, at cum in humana generatur à Virgine sanctissima, quæ corporea est petit generationem, atque adeo principium proximum corporeum, homo enim genitus necessario petit generantem potentiam cum ergo in incarnatione Deus factus sit homo virtus corporea fuit necessaria, non qua Deus sit genitus in diuina natura, sed qua immediate gignatur in humana natura, quæ non potest esse terminus generationis spiritualis, ac proinde petit generari, aut communicari supposito per generationem corpoream; Deus igitur hac virtute corporea gignitur, non in diuina, sed in humana natura.

305. Secundo & virgentius, quia ex hac sententia sequitur Beatissimam Virginem non esse Matrem naturalem Christi Domini, nec vniuocæ participare hanc rationem cum aliis Matribus, quod tamen est contra fidem, & contra communem Ecclesiæ, & sanctorum Patrum consensum, quem disput. 1. explicuimus. Sequela patet, quia non concurrat ad Christi generationem per naturalem potentiam, sed per hanc virtutem, quæ est supra naturam. Unde inferitur non esse Matrem vniuocæ cum aliis Matribus, istæ enim generant naturali virtute, seu generatiua potentia.

306. Respondeo: nego sequelam, & ad probationem dico, ad rationem formalissimam Matris, solum requiri, quod per generationem (quæ est origo viuientis à principio viuenti in similitudinem naturæ specificæ) communicet filio Materno modo, & ministrando materiam propriam naturam specificam, fiat hæc communicatio hoc, vel illo modo, quæ enim possunt accidere, huic communicationi substantiali, non variant illius essentiam & prædicata quidditatiua, quamuis illam possint eleuare, & constituere accidentaliter in ordine superiori, exemplum est in potentiis vitalibus, quæ supernaturaliter eleuantur ad actus supernatura-

les, & illos producant eodem omnino modo, scilicet vitaliter, & immanentem, ac actus proprios naturales; neque eleuatio illas extrahit extra proprium operandi modum, tamen euehat ad ordinem supernaturalem, ex eleuatione illa non destruitur nec naturalis potentia intellectus, aut voluntas, nec congenitus operandi modus. Ad rem igitur, Maria sanctissima non genuit Deum hominem per solam hanc virtutem, id enim impossibile est, sed per naturalem potentiam, generatiuam quam habuit innatam sicut aliæ feminæ, eleuatam tamen per hanc qualitatem, & virtutem corpoream, quæ data est illi supra naturam, & cum per illam communicauerit Christo Domino humanam naturam, vera est. & naturalis Mater illius sicut aliæ Matres filiorum suorum, cum hac tamen differentiâ, quod cum hæc generatio terminata fuerit ad diuinum suppositum, vt subsistens in humana natura, & ad hoc insufficientes esset potentia naturalis, necessaria fuit eleuatio, propter ea quæ diximus. Unde sancti Doctores cum absolute affirmant Mariam sanctissimam esse Matrem, dubitant an dicenda sit Mater naturalis, an supernaturalis, non quia non sentiant esse substantialiter vere, & propriissime Matrem, sed propter accidentalem rationem generationis.

Hoc explicuit optimè Bonauentura dum 3. dist. 4. artic. 3. quæst. 2. in conclusione dixit. [ *Dicendum quod generatiua potentia in Virgine fuit excitata ab Spiritu sancto, & fuit supra posse suum eleuata, excitata fuit vt posset preparare materiam conceptui, secundum quod competit sexui muliebri, sed supra naturam fuit eleuata, dum data est illi potentia preparandi materiam, secundum quod tam nobili, & tam perfecta conceptioni competebar.* ] Ex quo deducit generationem Christi, etsi fuerit naturalis secundum quid dici posse supernaturalem, in quo à Sancto Thoma dissentit, qui 3. p. quæst. 33. art. 4. c. absolute asserit dicendam esse simpliciter supernaturalem, & secundum quid naturalem D. Thom. assentitur Argentina 3. d. 4. quæst. 1. artic. 1. cui ego libenter subscribo, & scribo ex Ambrosio lib. de incarnatione in Christi generatione multa fuisse, & multa inuenienda secundum naturam, & ultra naturam; rationem reddit Doctor Angelicus, quia in hac generatione magis attendenda est forma, quam materia, & agens quam patiens, cum ergo agens fuerit supernaturale absolute est supernaturalis, tamen materia circa quam naturalis fuerit, & naturali modo producta virtute potentia vegetatiua; & ad primum ait. [ *Quod Christus dicitur filius naturalis hominis in quantum habet naturam humanam veram, per quam est filius hominis, licet eam miraculose habuerit.* ] Eadem ergo ratione Maria sanctissima Mater est naturalis Christi Domini, quia illi per veram generationem communicauerit naturam humanam, licet eam miraculose communicauerit, tamen non desint qui illam absolute vocent Matrem supernaturalem.

Nec destruit hæc virtus rationem vniuocæ Matris in Virgine Beatissima, sicut non destrunt alia multa, quæ supernaturalia inueniuntur in hac generatione supernaturali

307. Bonauent.

D. Thom.

Argentina. Ambrosius.

308.

in aliarum Matrum generationibus non inueniuntur, vt conceptio sine femine virili, & rota ab spiritu sancto instantanea formatio carnis, organizatio fœtus, filius substantialiter Deus, quæ tamen non impediunt, quominus Maria Sanctissima sit Mater vniuocæ cum aliis feminis. Adde in quacunque sententia potentiam generatiuam virginis excitatam fuisse virtute spiritus sancti ad generationem Christi Domini excellentiori, & puriori modo, quam à veris potentia Matrum generatiuæ; ita vt dixerit Scotus 3. d. 4. q. vnica potentiam propinquam Virginis esse ab spiritu sancto & excitante, & mouente, & tamen nullus intulit ex his Mariam sanctissimam non esse vniuocæ Matrem. Unde constat miracula; & res supra naturam; quæ inuenta in generatione Christi Domini, & multo minus hanc virtutem auferre Matris vniuocationem; dum præter communicatio humanæ naturæ.

Scotus.

309. Tertio obijcies generationem hanc fuisse instantaneam, atque adeo ad illam non construendam hanc virtutem; seu qualitatem, cum sufficiat motio diuina vt in sacramentis. Respondeo 1. generationem hanc esse instantaneam non destruit hanc virtutem, quam monstrauimus esse simpliciter necessariam, vt virgo sanctissima sit Mater Christi: Respondeo secundo, quod licet generatio fuerit instantanea, virtus fuit permanens, & habitualis in virgine, vt & potest generatiua naturalis, collata enim fuit propter alios fines, licet omnes ad Christi Domini generationem ordinati. Respondeo tertio hoc argumentum adduci à Granada, quem supra retulimus contra sententiam asserentium imprimi qualitatem sacramentis ad causandam gratiam; & ibi habere aliquam difficultatem, hic verò nullam, & quæ vbi est facile diluitur, quia motus ille non potest intelligi sine termino producto, vt superius probauimus, scio alia esse difficulta in hac virtute; sed suo loco explico, & diluo.

SECTIO V.

Vi huius virtutis perpetuo illa sã Mariana Virginitas.

310. Difficilius nihil in Maria sanctissima, quam perpetua Virginitas cum Maternitate coniuncta; inde rem hanc mirabilem, & in fidelibus incredibilem, comparat Basilius Seleucienensis homil. de Annunciat. cum ipsa diuinitate, & difficultatem illam explicandi cum difficultate declarandi diuinam naturam his verbis *Etenim vt summa difficultatis est nosse, & explanare quid sit Deus; imo vero id omnem omnino creaturam vim excedit, ita quoque magnum illud Dei genitricis mysterium omnem excellit orationem, & cogitationem.* Inde error Iouiniani; inde hæresis Eluidij, quos profligarunt iam Hieronymus, & Illephonus Hispanus; & quidem præterquam quod Maternitas, & Virginitas semper discordes citra fidei iudicium non statim apparet, quæ nam fuerit gloria Mariæ in partu saluatoris quoad virginitatem, & incorruptionem spectat. Immo si attente inspicatur præ-

Basilius

Hieron. Illephonus.

ter genuisse, & peperisse Deum nulla nobilitate, excellentia nulla, quæ lapidi sepulchrali, quæ ianuis clausis illius domus in qua residebant Apostoli non sit communis, egressus est enim Christus de sepulchro, quin necessarium fuerit lapidem auferre, quia illum penetrauit, & quia ianuas clausas penetrauit etiam, clausas opus non fuit vlla ratione recludere, si ergo in partu Saluator penetravit, vt egrederetur corpus virgineum hac nascens gloria non verò virginis Matris, sicut egressio ex sepulchro lapide non ablato, ingressio in domum ianuis clausis, gloria resurgens magna, lapidis sepulchralis & ianuarum excellentia nulla de illibata in partu Virginitate dubitate fas non est, sed (quæ verè fuit magna, & excellentissima) desideratur Virginitas gloria, & quid ad illam, & ad illibatam Virginitatem hæc virtus Matri sanctissimæ in futurum contulerit est explicandum.

311.

Et quidem etsi secretissimum difficile non est Mariam purissimam Virginem illibatam, & integram concepisse de Spiritu sancto, facile enim Deo in visceribus illius sine humano semine de purissima materia, & humana substantiæ corpus fabricari in instanti, nullis intermediis actionibus illi infundere animam; & illis vnitis in eodem instanti in quo homo resultat Deum illi humanitati vniri, ita vt genitus filius causalitate maternali sit vere, & substantialiter Deus, virginem enim clauso vtero posse concipere ex virili femine, & medicorum instrumenta non negant parata ad aperendam vuluam, quia alias impossibilis partus. Rectè Sanctus Petrus Chrysologus sermone 117.

S. Petrus, Chrysolog.

*Hinc est fratres quod Virgineum fontis verum celestis spiritus arcana luminis sui admixtione fecundat, vt quos limosa origo stiperis profundas sub misera conditione terrenis, celestes pariat, & ad similitudinem sui perducat auctoris.* Quibus verbis incorruptionem fontis Baptismalis; in regeneratione fidelium ex incorruptione in conceptione virginis eleganter deducit, de qua antea sic est loquutus *Hoc totum sit in tranquillitate diuini spiritus, humani corporis in quiete sanguis siluit, caro stupuit, soporata sunt membra, & aula Virginis tota est in celestis commoratione suspensa donec auctor carnis, carnis sumeret indumentum, & fieret homo celestis, qui non solum terram redderet homini, sed homini donaret celum* Quo elegantissimo verborum apparatu virginis sanctissimæ puritatem in conceptione filij nullo modo fuisse temeratum, neque integro pudori illam factam iniuriam.

Hanc catholicam veritatem subtiliter explicuit Andreas Augustinianus, verè vel ex hoc beatus, qui manuscripto lib. de laudibus virginis, quem vidit Nouarinus vmbra virginæ num. 89. in illius cap. 3. qui postquam asseruit explicans illud Isai 7. *Ecce virgo concipiet.* conceptionem esse propriam mentis actionem; hæc scribit. *Primum quidem verbum mentis in nobis absque vlla latione concipitur; non enim aut frangitur, aut minuitur mens intelligendo, ita sane Beatavirgo nullam fracturam, aut lationem in concipiendo Dei filio sensit.* Virginitas enim ex superuentione spiritus sancti perfici, violari non potuit, quod acumen debet Eremita S. Thomæ qui 3. p. q. 78. art. 1. c. hæc protulit *Verbum abs-*

312. Andreas Augustin.

Isai. 7.

S. Thomæ.

que vlla corruptione cordis (intelle&us) concipitur quin imo corruptio verbi, perfecti verbi conceptionem non patitur, quia ergo caro sic fuit a verbo Dei assumpta, ut esset caro Dei, conueniens fuit. ut etiam ipsa sine corruptione a matris conciperetur] ut vel sic humana conceptio redoleret diuinam in qua sine corruptione vlla concipitur verbum

Ambrosius.

Inde Ambrosius, sermone 16. *Quem ad modum virgo diuinitus ediderat, ita eum & Virgo Maria generauit.* Quod conuenit proprietati filij diuini, qui ut verbum mentis fecundæ concipitur, & hæc est secunda ratio qua probat Angelicus Doctor conceptionem Christi fuisse sine læsione virginalis integritatis verbum enim secundum proprietatem suam, non solum verbum à Patre integra diuinitate generatur, sed veluti in humana generatione delineans æternam qua fieri potest, ut verbum mentis à purissima, & intacta concipiatur Matre.

D. Angelicus

313. Eremita

Confirmatur ratione Eremitæ citati qui cap. illo tertio rem illustrem illustrat. *Secundo in nobis verbum mentis absque macula concipitur, non inquinatur enim mens etiam dum res sordidas intelligit, & apprehendit, sed cum desiderat, sic in virgine factum est verbum caro, tam munda, tan sancte, ut ibi nulla possit macula cogitari.* Ex quibus sic argumentor: conceptio vbi nulla macula, vbi summa sanctitas, vbi summa mundities violare non potuit virginitatem; sed Christi conceptio, ut qui filius mittentis Patris, quem non decebat alium habere Patrem, quam Deum fuit talis ut ibi esset summa sanctitas, puritas summa; ergo violare non potuit Mariæ sanctissimæ virginitatem. Discursus est legitimus, & minor ut explicata est assertit secundam probationem, qua Diuus Thomas ostendit ex dignitate Patris mittentis filium Christi in conceptione Beatissimam virginem integram & incontaminatam extitisse, quod quidem sacratissimum est.

314.

Illefonfus.

Sed virginitas partus sacratior in quo quia etiam inuiolata permanet virgo Deum suam ostendisse potentiam duo copulando extrema integritatem, & partum clamat Illefonfus de virginitate sanctissimæ Mariæ, & hæc ait. *O virtutum omnium Deus: o creaturarum omnium Deus: o factor omnium Deus: o mirabilem auctor omnium Deus! qui cunctis miraculis tuis, vniuersis insignibus tuis, totis mirabilibus tuis, omnibus magnalibus tuis, hoc factum, hoc opus, hoc gestum, hoc actum miserationis thesauros aperiens, indulgentia diuinitas referans, pietatis arcana demonstrans, &c. in salutem meam fecisti.* Quæ verba, & rei ipsius nouitas, miraculum ostendunt, sed adhuc non ostendunt, aut de clarant in quo luceat Dignitas, & gloria virginea, si penetratio solum inueniatur in partu. Res difficilis, & de qua Illefonfus eodem libro, cap. 7. *Qualiter introierit nemo nouit, qualiter exierit egressio sola cognouit.*

315.

S. Fulgentius

His adde communem modum loquendi sanctorum rem reddentem difficiliorem, asserunt enim virginitas integritatem non solum non læsam in partu, sed auctam, corroboratam, solidatam; Illefonfus enim quem nunc præ oculis habeo, vbi proxime hæc scribit. *Sua carnis veritate hunc videt esse vestitum, & in se suis nitoris, ac pudoris integritatem minui non sentit, sed potius creuisse cognoscit.* Sanctus Fulgentius

de laudibus Mariæ, credit partu integritas corporis potius, quam decreuit, & virginitas ampliata est potius quam fugata; sed nullus luculentius, & explicatius Chryologo, qui sermone 144. sic virginem alloquitur, *In tuo partu creuit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, & solidata virginitas.* Non enim statim intelligitur (etsi humiliter credatur) quomodo in partu integritas crescat, virginitas augeatur.

Chryolog.

316.

Nollem tantæ maiestatis scrutator opprimi à virginis gloria, dicam sub censura Ecclesiæ ad illustrandam Virginis perpetuam Virginitatem, quod sentio, si semel hæc ex Illefonso ex illo cap. 2. in medium adduxero; loquens enim de Maternitate sanctæ Mariæ; *Utrumque seruat in proprio, utrumque transit in alterum, quia diuersa id ipsum, quia indistinctum accidens, quia indiscretum concurrens, quia differens superuentum.* Verba obscurissima non solum propter synonyma, quæ sanctus Pater affectat; sed propter sententiam, quæ non se prodit statim, ego eam (si aliud non obstat) libenter intelligerem de virtute virgini ad generationem Christi collata, quam vocat accidens, & superuentum, eo quod virgini Mariæ superuenit operatione spiritus sancti, & accidit illi, quia nullo modo ab humana natura, & asserit ambo esse vnum, & duo vnum, quia ut ipse paulo superius scripserat. *In solito iure alternat in generante virginitas, alternat in virgine gererandi facultas, & neutrum cedit vlli, & utrumque in alterum deriuatur.* Quorum verborum sensus virtutem inditam virgini, ut simul esset & Mater, utrumque hoc respicere, & quod Maternitatis fecunditatem conferat, virginitatem non lædat, ita ut indidcrete, id est sine separatione asserat utrumque sanctissimæ Mariæ, ut ita sit virgo, ut simul Mater existat, & ita sit Mater ut virgo esse desinat nunquam, hæc enim indifferentia deitæ superuenientis determinationem asserit ad utrumque ex propria huius virtutis essentia, & ratione specifica.

317.

Illefonfus.

His adde quæ idem Illefonsus scribit lib. illo; cap. 10. paulo ante medium; cum enim laudasset virginitatem sanctissimæ Mariæ, & dixisset. *Et huius certe virginitas semper incorrupta est, semper integra, semper illa, semper inuiolata.* Statim addit. *Hæc femina sanctificationis vias est æternitas virginitatis est. Mater Dei, sacrarium spiritus sancti est.* Quasi diceret, ideo virginitatem illius esse incorruptam, esse integram, & nunquam vel in partu, vel extra partum violandam, quia sicut illud, quod in se æternum est, & incorruptibile (Deus scilicet) interire nulla ratione possit propter attributum æternitatis; quod defitionem, aut corruptionem non patitur, ita etiam virginitas Mariæ corrumpi non potest, nec violari, quia in virgine sanctissima aliquid ad instar æternitatis, quod illam neque interire, neque corrumpi permittat. Vnde ut æternitas indefectibilis, ita virginitas illius perpetuo sit inuiolabilis; qua loquutione voluit significare Illefonsus integritatem in Beatissima virgine Maria ita fuisse & esse perpetuam, ut ante partum, in partu, & post partum sit inuiolabilis, quia illa integritas fecunda, veluti æterna est, & petit nullo modo corrumpi.

318.

Nunc mea consideratio, & sententia est partum

rum virginis sanctissima illi esse gloriosissimum, quia peperit filium Deum, qui ita penetravit corpus illius, ut nasceretur, quod si non penetrasset, nasceretur ex virgine nulla ratione posset, saltem ex vi præsentis decreti, cum enim partui salutis corruptio repugnet, & Deum deceat nasci ex corrupta, ut ex diuo Thoma docuimus, necessarium omnino fuit, ut fetus de spiritu sancto solum per penetrationem vteri, & non per corruptionem, aut dilatationem illius in lucem prodiret. Vnde donum illud indifferens ex vna parte, & ex altera determinatum ad Virginitatē fecundam, ita ad hanc penetrationem ordinem dicit, ut omnino impossibile esset, Virgineum fetus, id est Christum Dominum alio modo quam per penetrationem sui corporis, cum corpore Virginis nasci, & in hanc lucem produci; ergo patientis Virginis Mariæ hæc felicissima gloria, quod Mater nullo modo esse potuerit Dei, & hominis læsa virginitate, ex vi enim fundamenti Maternalis dignitatis petit, quod sit virgo perpetua, atque adeo quod illius filius non violat illius integritatem, ut violant alij filij, sed egrediatur de vtero per penetrationem, & coexistentiam in eodem loco cum vtero virginis. Rectè Zeno Veronensis, sermone de continentia. *Dei Mater fuit Virgo post connubium, Virgo post conceptum; Virgo post filium, denique si esset aliquid virginitate melius, Dei filius, hoc magis potuerat sue Matri præstare, cui præstiterat, ut diuina virginitatis polleret honore.* Sed rectius Augustinus, & magis ad rem, sermone 20. de Natali Domini: ut sicut in cælo filius habet Patrem immortalem, & æternum, sic & in terra habet Matrem omni corruptione carentem.

Zeno Veronensis.

Augustin.

319.

Illefonfus.

Proclus Cyzicenus.

Theodotus Ancyranus.

Eleutherius

320.

Deum verò non posse nasci de corrupta vlla ratione, docent Ecclesiæ Patres qui contra hæreticos asserentes Christum Dominum esse Deum, & negantes virginitatem Mariæ etiam in partu, inferent filium virginis non esse Deum, sed hominem purum. Illefonsus lib. de partuitione, & virginit. Sanctissimæ Mariæ tomo 9. Biblioth. veterum Patrum ita argumentatur. *Alioquin si ipse ex Matre coninguitus esset, ut Materna viscera, quasi pro peccato corrumperet, & sordibus ex vitio prima damnationis coninguitaret non esset Dei filius, sed adoptiuus, ut cæteri. Quin imo nec adoptiuus, & nullus esset per quem adoptaretur ipse si non esset propitius.* Proclus Cyzicenus oratione de Natiuitate habita in Concilio Ephesino eodem vtitur medio; *Quod si ea, quæ genuit non permansit, neque ille qui natus est, aliud quam purus homo extitit, atque ille nihil admiratione dignum habuit.* Theodotus Ancyranus in homilia 2. ad Patres concilij Ephesini eodem vsus est discursu. *Nata si more nostro natus est, homo utique, & nihil aliud est. Hos Patres imitatur sanctus Eleutherius Martyr, & Episcopus Tornacensis homilia de Annuntiatione tom. 15. nouæ Bibliothecæ hæc scribens. Si Maria Virgo non permansisset, non utique filium Dei generaret.* Tanta igitur connexio inter Deum nascentem, & virginitatem, sanctorum Patrum iudicio, ut ex negatione virginitatis in partu Christi Domini, negationem diuinitatis inferant in illo supposito.

Iam ergo constat honor & gloria virginis etiam

sanctissima, quæ ut sit eminentissima, & prima, & nullo modo visa sit habere sequentem, hoc modo explicanda est in partu virgineo, quia si alio modo nasceretur Christus, ex ea nihil in illo partu gloriosum, quod non reperiretur in quacunq; femina, quam vellet Deus, ut est sua absoluta potentia concipere, & parere virginem, tunc enim fetus prodiret per penetrationem ex vtero, quam tamen Mater non peteret ex propria ratione causandi fetus, & illum parienti, & quod in difficultate proponenda addebatur nullus esset maior honor in virgine patiente, quam in lapide sepulchrali, & ianuis clausis, vbiq; enim esset corporum penetratio; Nullam verò in virgine esse maiorem gloriam, quam in lapide, & ianuis ex penetratione nullus Catholicus asseret, & hæc sit ratio nostræ asseritionis, quantum attinet ad hanc partem.

321.

Illam ad hanc formam reduco; si in partu virginis sanctissimæ intelligatur penetratio corporum petita ex natura Maternitatis diuinæ, & principij collati virgini sanctissimæ, ut esset Dei Mater, intelligitur facile immensa virginis gloria & dignitas excellentiæ Matris, & virginis; ergo fundamentum & ratio Maternitatis diuinæ ex propria natura, aut essentia petunt necessariam hanc corpoream penetrationem. Consequentia est clara, & antecedens explicatur, quia si hæc penetratio non petatur ex vi dignitatis Matris Dei, non elucet in quo hæc penetratio distinguatur à penetratione alterius feminae, quæ potentia absoluta pareret Virgo, nec à penetratione lapidis sepulchri, & ianuarum, quibus clausis est Christus ingressus, nullum enim istorum petit ex propria natura, neque ex aliquo dono superaddito illam penetrationem ad quam solum habuerunt obedientialem potentiam, potuit enim Christus Dominus alio modo egredi ex sepulchro, & domum intrare, cum vero Deus non possit nasci homo nisi ex virgine, necessario Mater illius ex vi, & ratione dignitatis Maternalis petit generare filium, qui non nisi per penetrationem possit ex illa prodire.

322.

Confirmatur, quia alius nascendi modus, & alius patiendi indecentis sunt, & filio, & Matri purissimis, atque adeo sunt impossibiles, non quia implicent contradictionem, sed propter indecentiam, quæ reperitur in eo, quod integritas summa nascatur ex natura corrupta, & summa puritas, qualis est diuina violet virginitatem. Indecens autem, & quidquid diuinæ Maiestati opponitur esse simpliciter impossibile docet expresse Aureolus 3. dist. 12. q. vnica, qui ideo ex vnione hypostatica deducit impossibilitatem peccati in Christo, quia non solum est impossibile, quod implicat contradictionem, sed etiam quod opponitur, & repugnat suæ decentiæ, quæ est expressa doctrina Anselmi.

Aureolus.

Anselmi.

Et forsitan explicari hoc amplius posset, si animaduertamus aliud esse Christum Dominum habere vim, & facultatem miraculosam suum corpus penetrandi cum alio corpore; aliud autem Mariam sanctissimam esse immunem priuilegio diuino à corruptione carnis, & virginitatis amissione, separantur enim hæc duo etiam

323.

etiam in conceptione Christi Domini, vbi Maria sanctissima concipit virgo sine semine virili, & penetratio corporis Christi non est; fuit enim in aluo virgineo corpus Christi Domini sicut corpora aliorum paruulorum sunt in vteris Matrum, vbi penetratio nulla: Hanc doctrinam deduco ex verbis Illefonfi, qui lib. de virginitate, & parturitione sanctissimæ Mariæ colum. 5. hæc loquitur. *Beata virgo plena gratia, nec dolorem sensu, nec corruptionem viscerum pertulit, quia quantum aliena fuit à culpa spiritali in ea cooperante, & virtute altissimi, qua adumbrabatur, in totum extranea à maledicto prima damnationis, & tantum immunis permansit à corruptione carnis, nec non à gemitibus, & doloribus, quibus vetantur omnes filie Eue cum pariunt.* Quibus in verbis non refert inortuptionem virginis in vim penetratiuam, quam habuit corpus Christi in natiuitate, cum posset, sed in gratiam, qua plena fuit, & in cooperationem spiritus sancti, & virtutem altissimi; plenitudo verò gratiæ non importat solum gratiæ habitualis affluentiam, sed etiam omnia illa quæ supernaturaliter reperiuntur in virgine, & cum virtus explicata ad generationem sit donum, & gratia, sentire, vitus est Illefonfus in hanc gratiam referendam integritatem virginem in partu saluatoris, & non solum in penetrationem corporis Christi, at plenitudinem gratiæ hanc virtutem asserit docuit expressè Odo Cameracensis in opusculo vbi hæc habet. *Igitur gloriosus sexus, gloriosus vterus, gloriosa viscera; gloriosum totum quod gratia plenum.*

Illefonfus.

Illefonfus.

Odo Cameracensis.

324.

Paludanus.

325.

Ochamus.

Vazquez.

Hoc verò donum, aut virtutem inditam virgini vim posse habere ad conseruandam integritatem corpoream virginis, idque esse probabile ostendit opinio Paludani, qui in 3. d. 3. q. 3. art. 4. conclusione 2. docuit virginem sanctissimam esse impeccabilem, non solum ex extrinseca protectione Dei; sed etiam vi qualitatis animæ virginis impressa, qua integritas, & sanctitas spiritalis conseruabatur illæsa, & omnino inuolabilis, & examinandis, cum de impeccabilitate Deiparæ instruat disputatione; cum ergo non repugnet, qualitas conferens integritatem animæ sine timore violationis, & peccati, haud repugnabit virtuti ratione cuius virginitas sit inuolabilis.

Ostendit etiam Ochami sententia, qui in 3. d. 4. contendit fomitem peccati in virgine Beatissima, non solum ligatum, sed etiam extinctum, virtute qualitatis infusæ, nomine autem fomitis intelligimus inordinatam appetitus rationem inclinantem & allicientem voluntatem in aliquid contra rationem, & ideo dicitur fomes peccati, quia est veluti fomentum, & torris, & quod præbeat materiam peccati voluntati, & ad illud accendat, de quo videndus Vazquez 1. tom. in 3. p. disput. 61. cap. 8. & fufius 2. tomo. disput. 118. cap. 1. 2. & 3. si ergo motum illum naturalem qualitate comprimit Deus; cur non hac virtute habeat virgo Deipara integritatem omnino inuolabilem. Vide vestigationem. 29. disput. prima. sect. 2. contra Vazquez.

Id etiam monstrat Vbi Eucharisticum, quod ex propria ratione non solum petit, quod ratione illius corpus Christi constitutur totum in toto, & totum in quacunque parte hostiæ consecratæ, sed etiam quod penetraretur cum accidentibus panis, & simul sit in eodem loco, cum aliis; ita vt quantum est ex natura illius vbi, nec potest corpus Christi esse extensum localiter etiam absoluta potentia, nec esse impenetrabiliter cum accidentibus, atque adeo si Deus veller vltimum contingere necessario deberet destruere vbi Eucharisticum, quo destructo, & corpus Christi maneret extensum in ordine ad locum, & in loco distincto à loco accidentium panis: sic liceret de hac vi indita virgini philosophari, illa enim inuolabilis est integritas Mariæ sanctissimæ, & petit prolem natiuitatem penetrari cum purissima aluo; quod si Deus veller, per possibile, vel impossibile Christum nasci ex Maria modo vtitato, & communi, necessario illam virtutem, destrueret, vt Deipara in partu non esset virgo.

Dices, & non indoctè, sanctum Thomam 3. p. 28. art. 2. docuisse secundum fidem virginem integram in partu permansisse, & art. 3. etiam post partum virginitatem retinuisse, id que probasse quatuor optimis rationibus petitis ex dignitate Christi, ex maiestate spiritus sancti, cuius sacrarium fuit Virgo sanctissima, ex virginis gratitudine, illiusque dignitate, & sanctitate, & ex Ioseph. iusti humilitate, vbi nec verbum quidem de hac virtute, quæ si sancto Thomæ esset cognita, medium illi esset efficax ad probandam virginis integritatem, sic enim posset arguere: habuit virtutem cum qua impossibilis corruptio: ergo in partu, & post partum integra virgo permansit.

Respondeo hanc virtutem cognitam fuisse D. Thomæ, vt probauimus, & sine dubio omnia etiam quæ diximus, at Doctor Angelicus non omnia, quæ sciuit scriptis mandauit, vt & verosimile, plura enim posteris vestiganda reliquit præsertim, cum non latissimam Theologiæ prouinciam, sed summam solum illius fuerit adgressus, in summa autem omnia non potuit scribere. Deinde Sanctus Doctor disputauit solum, an Virgo integra fuerit in partu, & post partum cuius difficultatis resolutionem affirmatiuam probauit rectè quatuor illis rationibus, & aliis; quas attulit articulo 2. cap. quibus conclusit virginitatem perpetuam, non autem disputauit, quo modo in partu, & post partum Virgo permanserit, & qua ratione puritas illius esset seruata, si enim hoc punctum tractasset ad explicandam huius rationem vteretur, vt medio proximo hac virtute, vel vt minimum argueret à Christi penetratione cum vtero Virginali, quod etiam est efficax medium, petatur, vel non à virtute hæc penetratio; cum igitur his mediis concludentibus non fuerit vsus, signum est veritatem virginitatis

326.

327.

S. Thomæ.

328.

tatis probasse, non tamen qua ratione id acciderit attingisse.

## SECTIO VI.

Ex Mariana virtute perpetua illius virginitatis gloria, rursus illustris, & solutio securi argumenti.

339.

Delectat purissima integritas Sacræ Deiparæ, ideo fusior calamus, vt ostendat qua ratione Virgo etiam post partum; id enim docet Catholica fides; inde Augustinus Pater, de Ecclesiasticis dogmatibus, capite 69. *Firma fide tenendum est, aut credendum, neque blasphemiam acquiescendum Heluidij, effusiuit autem hæreticus hic virginis in iniuriam, integram non mansisse post partum, sed præter Deum, & hominem (ò blasphemum delirium) alios filios habuisse, qui in Euangelio fratres Domini dicuntur.*

330.

Iodocus.

Canisius.

Suarez.

Nouarinus.

Sexta.

Synodus.

Et quidem de virginitate post partum, varia, & floridissima lumina Ecclesiæ, illorum testimonia non refero, scripsere multa Iodocus Coccius 1. tomo Theauri Catholici libro de Maria. Canisius Suarez 2. tomo in 3. part. disputatione 5. sect. 3. Nouarinus vmbra virginæ libro 4. & qui non? Illud nobis asserendum Mariam sanctissimam vi huius virtutis inditam ad generationem, perpetuam virginitatem seruasse, & inuolabilem permansisse etiam post partum. Hanc me veritatem docuit Sexta Synodus actione 11. vbi dicitur. *Maria virginitas ante partum, in partu, & post partum intemerabilis.* Quibus Verbis non significatur solum virginitatem post partum conseruasse, sed etiam illam non posse vlla ratione temerari, aut corrumpi, id enim importat terminus (intemerabilis) Et ex illis potest formari argumentum, quia eodem modo, atque ante partum, & in partu, dicitur post partum intemerabilis puritas Virginis, sed ex vi illius virtutis in partu, & in conceptione Christi fuit inuolabilis, ita vt non potuerit virginitatem amittere; ergo ratione illius virtutis post partum fuit inuolabilis, quod idem est ac si dicamus virginitatem perpetuam Deiparæ esse indissolubiler connexam cum dignitate Dei genitricis.

331.

Illefonfus.

Deinde probatur testimonio Illefonfi, qui lib. de virginitate, & parturitione sanctissimæ Mariæ, cum retulisset dolores, & vexationes parturientium Mulierum hæc scribit. *Sed Beatissima Maria nihil horum pertulit, qua & gaudium habuit in fructu, & honorem in partu, hinc quoque dicitur, & concepisse Virgo, & peperisse, & permansisse, aqua igitur conditione dicitur concepisse, & peperisse, & permansisse.* Cum igitur dicat æqua, id est eadem ratione permansisse virginem, qua concepit, & peperit; conceperit autem, & fuerit Mater Dei ratione illius virtutis quam accepit ad generationem, ratione

cuius in conceptu, & in partu fuit inuolabilis, consequens est, vt asserat eadem ratione fuisse post partum intemerabilem.

Tertio Bonauentura hanc inuolabilitatem defendit, & exemplo impeccabilitatis: Probat in 3. dist. 3. part. 1. art. 2. questione 5. hæc scribens; *Sed cum sanctum sanctorum gestauit in vtero suo, tunc sanctificata fuit conformiter filio suo, non tantum, quantum ad impotentiam ad peccatum, sed etiam quantum ad impossibilitatem labendi in aliquod peccatum. Unde sicut impossibile fuit propter honorem filij sui, vt alium haberet filium, sic impossibile fuit, vt unquam vterius haberet peccatum, sicut enim impossibile fuit, vt carnis virginitas violaretur in qua filius Dei habitauerat, sic impossibile fuit vt mentis sanctitas aliqua culpa macularetur.* Vbi Seraphicus Doctor comparat impossibilitatem peccandi, cum impossibilitate corruptionis, aut violationis, & ex hac vltima illam primam deducens vtramque merito illustrat, & defendit. Alios Patres omitto.

Et hanc partem probo ratione. Primò quia virginitas Deiparæ ratione iudicæ virtutis ad Maternitatem Dei, dicit intrinsecum ordinem ad spiritum sanctum, tanquam ad auctorem fetus diuini: ergo etiam post partum Deipara est inuolabilis, antecedens declaratur, & probatur simul, quia ita spiritu sancto est facta virginitas ratione fundamentalis Maternitatis, vt dicat intrinsecum ordinem ad hominem Deum sine semine virili concipiendum de spiritu sancto, hic enim effectus formalis illius qualitatis, & ad hoc modo potentem constituendam virginem ordinatur primò & perse ex natura rei, & consequentia est clara, quia violabilitas consequitur ad puram naturam, quam eleuat dignitas fundamentalis Matris in ordine ad generationem purissimam, confert ergo virgini, quod sit intemerabilis, eundem enim effectum, post partum habuit, quem in conceptu, & in partu habuerat.

Dices consequentiam esse optimam, & rectè valere si probaretur illam formam post partum permanere. At illius permanentia, nec probatur nec probari potest, eadem enim facilitate, qua asseritur, reici potest. Respondeo supponi permanentiam alio in loco probandam fortassis, non difficile, quia duo munera habet hæc forma, & sanctificare virginis purissimum corpus, & Mariam sanctissimam constituere proxime potentem ad generationem filij diuini; & quamuis ad hoc vltimum non permaneret, quia nulla alia verbi generatio humana futura, permanere debuit ad primum effectum, & munus. Adde quod gloriosissimum semper forum virginis, quod perseuerent in illa virtutes, & ornamenta, quibus decorata, & erecta ad filij diuini actualem generationem, sicut gloriosissimum Christo, quod passionis cicatrices lucidissimo, & impassibili in corpore permanent, nec esse

332.

334.

335.

consequentia, hæc potentia iam non necessaria in virgine; ergo ab illa aufertur, facile enim negatur, & instatur in potentiis beatorum. Hanc verò Virtutem esse perpetuam in Virgine clarissime docuit Athanasius, qui oratione de Deipara ait. [Quam virtutem per omnia tempora conceptus illam habuisse confido, neque enim id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora illi esse donatam.] Scilicet in conceptu, in partu, & post partum.

Athanas.

336. Bonavent.

Probo etiam secundo argumento desumpto ex verbis Bonavent. Quia si Beatissima Virgo post partum violabilis esset, & temerabilis, id non accideret sine Virginis inclinatione, & desiderio absolute inordinato, sed hæc inclinatio, & inordinatum desiderium est, & sunt impossibilia in Beatissima Virgine; ergo & mansit intemerata, & intemerabilis; consequentia est clara, & minor probatur, quia illa inclinatio actualis ad generationem, & inordinatus affectus proculdubio essent peccatum, ut minimum ingratiitudinis, quam à Beatissima Virgine dei eius propter illius dignitatem, & sanctitatem excludere; derogat enim id & sanctitati, & dignitati illius. [Ingratissima enim videretur si tanto filio contenta non esset: & si Virginitatem, qua in ea miraculose conservata fuerat sponte perdere vellet per carnis concubitum.] Ut asserit Sanctus Thomas cuius sunt verba hæc in 3. argumento 2. p. quæst. 28. art. 2. c. Quam etiam rationem tradidit Sircyus Papa cum Concilio Romano Epistola decretali, quæ habetur 1. tomo Conciliorum, & etiam inter Epistolas Ambrosij est 80. maiorem autem probat, & explicat Abulensis, in c. 1. Matthæi q. 50.

S. Thom. Sircyus Papa. Ambros. Abulensis.

337.

Non tamen existimo hic non interuenisse protectionem Spiritus sancti, ex qua illud proveniebat, quod tanta Virgo in aliis etiam castitatem servaret, & etiam augetur, & non solum eam in propria conservaret persona, inde illud vulgare Ambrosij de institut. Virginum cap. 7. Cuius tanta gratia, et non solum in se Virginitatis gratiam præservaret, sed etiam his quos videret integritatis insignem conferret. Id uterque Ioannes ostendit perpetua Virginitate à Mariæ sanctissimæ præsentia.

Ambros.

Uterque Ioannes.

338.

Age vero explicemus qua ratione intelligendæ loquutiones Patrum, qui sectione præcedenti §. his adde, serio docent Virginitatem in partu creuisse, auctam, & solidatam esse, quæ sine dubio, sicut rem continent certam, continent & produunt difficilem: ergo meo iudicio tripliciter explicare possunt. Primò ita ut sancti vellent creuisse in Virgine non integritatem corpoream, sed virtutem virginitatis id est habitum inclinantem ad illam servandam, cum enim Virgo Sanctissima considerasset propter Virginitatem se electam in Matrem, quæ pareret immaculata, non potuit non super suam virginitatem reflectere, illamque impensè amare, & actus Virginitatis supernaturales elicere, quibus intensior facta illa virtus augetur, & solidaretur magis radicata in Sanctissima Virgine, ut de Charitate loquitur.

Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 24. articulo 5. & hoc modo videtur Patres intellexisse; Nouatus primo tomo de excellentia Virginis cap. decimo quæst. quarta qui addit id contigisse propter Virginis contactum ad Christi corpus, qui Virginitatis non potuit, non incendere amorem.

D. Thom.

Nouatus.

339. August.

Sed quia Augustinus Pater de corporali Virginitate videtur loquutus, cum Sermone decimoquinto, de tempore dixit. Crenit in eius partu integritas corporis, potius quam decrenit, & Virginitas ampliata potius, quam fugata. Quem ut sect. 5. vidimus imitatur Fulgentius Ruspensis. Possent secundo explicari non quod reuera aucta fuerit integritas Virginis; sed quia declarata fuit, & magis ostensa Virginitas in partu. Felicissimaque iudicata, vel ideo quod cum in corruptione reperiretur Maternitas indiuisibiliter æstimatione non solum Virginis, sed etiam Ioseph, purissimi, uterque enim cognouit partum fuisse sine carnis defatigatione, quod clarissimè ostendit ipsa Virgo Sanctissima, quæ sine obstetricibus, sine ministrantibus Angelis; sed propriis immaculatissimis manibus Divina Leuana corpus recens nati è terra leuauit, purificauit, fasciis ligauit, pannis inuoluit, & in præsepio reclinauit; quæ omnia illius Virginitatem, & carnis infatigationem ostendunt. Atque hoc modo explicant Patres illud, Lucæ 2. in fine. Puer autem crescebat, & confortabatur Spiritu. numero 40. & illud, Iesus proficiebat sapientia, & atate apud Deum & homines, non quod gratia, & sapientia proficeret, ita ut ille in se augmentum, & accretionem reciperent; sed quia gratia, & sapientia in dies declarabantur, ita ut vere hoc significat (apud Deum) hominibus videtur gratiam in Christo crescere, & sapientiam in illo auctam esse, quamuis reuera cresceret nulla, de quo videndus Maldonatus in Luc. 2. numero 40. vbi locum vtrumque elucidare conatur, de cuius intelligentia inter Artianos & Patres controuersia magna.

Fulgentius.

Maldonat.

340.

Tertiò possent aliquis inspicari, quod cum fundamentalis Maternitas sit qualitas, atque adeo intensibilis potuit dici creuisse, Virginitas aucta, & solidata in partu, quia Deus contulit Virgini aliquos gradus illius virtutis, quos antea non contulerat, non quia hi essent necessarii ad partum, dedit enim Mariæ in prima illius infusione sufficientem virtutem, & quæ omnino necessaria erat ad conceptionem, & partum hominis Dei; sed ut crescentibus (ut fas est iudicare) aliis virtutibus, & donis supernaturalibus, in Christi natiuitate, cresceret etiam illa virtus, à qua habuit operationem Spiritus sancti, quod esset Deipara caroque illius sanctissima occasione instante entendi ad factum diuinum, non valentior sed pulchrior, & ornatior esset, cur enim pulchrior intensiori gratia futura anima Virginis propter Maternitatem spirituales, quæ in Christi natiuitate, non deficit; & non futurum pulchrius, & purius corpus, ad quod pertinuit, & esse sacram diuinitatis, & concipere, & parere Dominum;

minum; hæc pia, sed incerta, eligat Lector, quod ex his tribus iudicium magis ariserit; ego probarem secundum.

SECTIO VII.

Solutio argumenti secundi principalis, & corollaria ex præcedenti doctrina.

341.

Proclue ex his omnibus diluere secundum argumentum, quo disputatione 3. sectione 1. intendebatur Mariam sanctissimam nullo modo supra naturam esse eleuatam ad generationem humanam Verbi diuini: monstrauimus enim terminum illius eleuationis, & esse necessarium, & esse corporeum, qualitatem scilicet inditam virgini sanctissimæ, ad inuitatam, & nouam generationem; sed negamus introduci eam contra communem Theologorum, ac proinde temeritatis nota inurendam sententiam nostram quæ illam affirmat; nam propositio temeraria ad sui rationem formalem, requirit primum, quod sit contra communem sensum Patrum, & Doctorum, vel scholasticorum, qui concordet & mutuo consentientes positue, & non negatiue docent contrarium sine vilo dubio, atque formidine; vnde si aliqua doctrina talis sit ut contra illam nihil Patres, Doctores, aut scholastici vnanimis scripserint immunis erit à temeritatis censura; & hoc est communis sententia.

342.

Secundò requiritur præter consensum hunc generalem ad hanc inferendam censuram, quod materia propositionis talis sit, quæ fidem, aut bonos mores lædat, ut tradunt Turcremata libro 4. summæ; 2. part. cap. 10. & 11. Canus libro 7. cap. 3. & 12. libro cap. 11. Banez 2. 2. quæstione 11. art. 2. Suarius disputatione 19. de fide sectione 2. Valentia: Vazquez, Turrianus; & alij.

Turcremata. Canus. Banez. Suarius. Valentia. Vazquez. Turrianus.

343. Puente Hurtado.

344.

Requiritur tertiò, quod propositio aut doctrina contra communem Patrum, & Doctorum sensum, asseratur sine auctoritate, vel ratione probabili, quod docent Vazquez 1. 2. disputatione 62. Torres tomo 1. in 2. 2. disputatione 55. dubio 3. Vnde non erit temeraria, illa doctrina, quæ contra Patres, aut Doctores pronunciat, si efficax ratio succurrat, quæ nec antiquioribus nec nouioribus cognita sit, qua illa ostendatur; vnde Puente Hurtado, disputatione 82. de fide, sectione 7. dixit propositionem sine fundamento dictam, si auctoribus sit destructa, & alias nullos contra se habeat Doctores improbabilem esse, non temerariam.

Ad rem igitur nostram, sententia declarans hanc potentiam susceptiuam in virgine, & simul generatiuam temeraria non est: tum quia non est contra communem sensum Patrum, & scholasticorum, qui in eam scripserunt nihil ut ab Ecclesia

vel schola repellent, quod ita certum est, vt asseruerint aliqui, tamen in nullo reperiri Doctorum: tum etiam si aliquo modo spectet ad fidem; auctoritate sanctorum Patrum, & Ecclesiæ Doctorum fulcitur, & optima ratione ex doctrina Conciliorum, & sacre Theologiæ probatur, ita sanè, & catholicè vt ex illius introductione (si introductio dicenda est) nullo modo lædatur fides; sed explicentur puritas, virginitas, maternitas, & impeccabilitas Virginis, vt constabit amplius ex dicendis in sequentibus, & constat ex dictis.

345.

Nouam verò, & inauditam & in nullo Doctorum reperram solum dicent, qui nec Patres, nec Doctores viderunt quidem: nec scholasticos vel à longe salutarunt, multos enim attulimus disputationibus præcedentibus, laudaturi plures tractantes de effectibus huius potentie, & susceptiue, & generatiue, quam ex Damasceno desumpsit schola, vnde nec noua, nec inaudita.

346.

Ex his infero primò excellentiam, & felicitatem virginis sanctissimæ in partu filij, quæ nullo modo inueniri potuit in aliis corporibus, quæ Christus Dominus penetrauit, illa enim non petebant ex propria rei natura, illam penetrationem, quam tamen petebat Deipara, & ex vi propriæ dignitatis, vt explicuimus, propter quod illam salutat Ecclesia. Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Quæ enim maior felicitas, quam nunquam posse violari.

347.

Infero secundò, aliud esse Christum Dominum habuisse virtutem penetrandi corpus virgineum, sicut & potuit alia corpora penetrare, aliud verò Beatissimam virginem immunem fuisse à corruptione carnis, quod enim in partu violata non fuerit, dolorem non habuerit, tristitiam non pateretur, & alia sceminarum incommoda; vt compressiorem, & defatigationem membrorum; non accidit solum ex penetratione, sed etiam quia vt Deipara illa omnia pati non potuit, vt dicebat sanctus Illeconsus, sectione 6. relatus; fuit igitur immunitas à consuetis & naturalibus incommodis felicitas collata virgini à filio propter illius dignitatem.

S. Illeconsus.

348.

Infero tertiò singularem explicationem illius testimonij Ezechielis 44. Porta hac clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Principi. Quo Patres Ecclesiæ ostendunt virginitatem perpetuam Mariæ sanctissimæ; vnde Augustinus sermone 14. de Natali Domini Quid est quod clausa erit in æternum; nisi quia Maria Virgo ante partum; Virgo in partu; Virgo post partum. Non enim solum significat Ezechiel perpetuam virginitatem Mariæ, quæ vt æternitas nec minus poterit, nec interire, vt propter hoc clausa dicatur: Sed ita clausam esse, vt nec Principi, id est Deo homini, possit referari;


August.

Illesonfus. Proclus Cyzicenus Theodorus Ancyranus Eleutherius

349.

aut recludi. Deus enim factus homo nullo modo posset illam portam aperire, cum necessario partus diuinus cum illa porta clausa, id est cum inuolabili, ac intemerabili uirginitate commexus, ut ex Illesonfo, Proclo Cyziceno, Theodoro Ancyrano, & Martyre Eleutherio sect. 5, ostendebamus.

Infere quarto quam sit rationi consonum Sanctorum Patrum, & scholasticorum sententia, fundamentalem dignitatem Matris Dei (iam enim hanc miraculosam uirtutem hoc nomine appellem) esse qualitatem corpoream supra naturam, & ordinis hypostatici: An uero sit ordinis supernaturalis, quod etiam petebat illud argumentum secundum explicabo Deo annuente sequenti disputatione.



DISPUTATIO VI.

Utrum fundamentalis dignitas Deipara sit intrinsece supernaturalis.

350.

ETIAM si hac uirtus generatiua Dei & hominis indita uirgini sit ordinis hypostatici, non sequitur statim esse ordinis supernaturalis, anima enim Christi Domini pertinet ad ordinem hypostaticum, ut ex terminis, & iam praemissis notum est, & tamen est ordinis naturalis, ut & animae nostrae. Vnde difficultas est, an hac uirtus, & potentia generatiua, quae est fundamentum proximum dignitatis Maternalis, & ratio formalis causandi conceptionem Dei, & hominis sit supernaturalis secundum substantiam, ut sunt supernaturalia lumen gloriae, gratia, charitas, & uisio Beatifica, quod recte explicari non potest, nisi definiatur in quo consistat ratio entis supernaturalis, utrumque pro uiribus in hac disputatione praestandum.

SECTIO I.

Ratio entis supernaturalis à Valentino asserta reuicetur.

351.

S. Thom.

Athanasius Augustinus Turrianus M. Curiel.

Adi in hoc uniuerso res supernaturales, non solum per ordinem ad Deum efficientem; sed etiam secundum propriam substantiam, seu quidditatem certissimum est; & id colligunt scholastici, & interpretes cum Sancto Thoma 1. 2. q. 110. a. 3 ex illo 2. Petri 1. 4. Per quem maxima, & pretiosa uis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinae consortes naturae. Quod peculiari-ter de gratia habituali intelligunt Athanasius, & Augustinus; quos laudat Turrianus disput. 1. de gratia habituali, dub. 4. & latius, & doctius Magister Curiel contro-

uersa ad eadem uerba. Huius generis sunt non solum ipsa gratia sanctificans, sed etiam uirtutes, quae illam comitantur, fides, spes, charitas, lumen etiam gloriae, & uisio Beatifica: Appello uero res supernaturales illas, quae secundum propriam rationem indubitae sunt ordini rerum naturalium, quae has formaliter eleuant, & constituunt intra alium ordinem excellentissimum, & profus diuinum. Quod fusius explicant alij & ego breuiter hac solum ratione; intelligo enim nomine entis supernaturalis, illud quod his terminis iam scholastici omnes uulgariter intelligunt. Est ergo difficultas in quo nam consistat ratio & quidditas huius entis supernaturalis secundum substantiam: non ut extenditur ad Deum, sed solum ut comprehendit creaturas.

Si aliquando uerum, in hac disputatione uerissimum, quot capita, tot sententiae in re enim ab antiquioribus scholasticis non disputata inter Recentiores, quibus prauiuit Spientissimus Magister Cumel 2. tomo in 1. 2. quaestione 110. art. 4. disputatione 5. nullus alteri consentit, & diuersa quilibet graditur (uia. Ego non omnes sententias referam, id enim inutile, seligam quae minus probabiles uidentur, ut illas impugnem; aliarum, quae probabiliores sunt necessario in sequentibus mentio futura.

Prima ergo sententia docet rationem entis supernaturalis consistere in connexionione, quam ens supernaturale propter perfectionem supernaturalitatis petit habere cum Deo, ut est in se, aut immediate, aut mediate, aut ut effectus coniunctionis immediatae, ita Valentinus Erice 1. p. tit. 4. disput. 48. cap. 3. Probat primò, quia ex Concilio Arausiano 2. & Tridentino sessione 6. de iustificatione, Liberum arbitrium post peccatum ita mansit astennatum, ut sine speciali adiutorio gratiae Dei non possit credere aut diligere Deum, prout oportet ad obtinendam iustificationem, seu iustificationis gratiam, aut aeternam salutem. Vbi illa particula prout oportet inducit ordinem supernaturalem, aut ut meritum, aut ut dispositio ad gratiam iustificantem, & vitam aeternam: ergo totus ordo supernaturalis constitui à nobis debet in coniunctione mediata aut immediata & proportionata cum Deo. Secundò, quia gradus supernaturalitatis est perfectior in ea ratione omni gradu contento intra naturam: ergo à nobis constitui debet in perfectiori, & eleuatiore ad quam non repugnat natura; sed perfectio eleuatiore est illa, qua coniungitur immediate, & proportionate cum creatore: ergo in hac est constituendus ordo supernaturalis. Confirmat auctoritate Augustini, qui lib. de praedestinat. Sanctorum cap. 15. ait agens de unione hypostatica Esse tantam tam excelsum, & tam summam subiectionem natura humana, ut quo attolleretur amplius non haberet; sic ut pro nobis ipsa diuinitas quousque se deponeret humilium non habuit. Ergo Sanctus August. intellexit supernaturalitatem unionis per coniunctionem naturae humanae; cum termino omnium excellentissimo; id est cum Deo, ut est in se; Tertio à priori, quia ens supernaturale non sumit suam

352.

M. Cumel.

353.

Valentinus Erice. Concil. Arausic. Tridentin.

Augustinus

354.

Asturicensis Albelda

Erice

355.

356.

suam perfectionem à subiecto in quo est, neque à terminis naturalibus: ergo à Deo ipso ut est in se ad quem tendit, & ordinatur ex natura sua; & concludit, actus uirtutum insularum non futuros supernaturales; nisi haberent principia huiusmodi excellentiae, scilicet quae mediate, vel immediate coningerent cum Deo ut est in se;

Hac protulit Erice post quam suo iudicio expugnauit sententias Magistri Cumel, quem cum non intellexerit, inconstantem uocat, Astruricensis, & Ioannis de Albelda, quae dubio procul ad ueritatem accedunt, ut infra constabit. At illius sententiam, vel illi ridebunt, qui sciunt ex summis diffinirum nullo modo debere intrare definitionem, cum ergo propria difficultas sit de ratione formali, quidditate, & essentia entis supernaturalis; non recte explicatur illius natura asserendo consistere in connexionione, quam habet, aut petit habere ens supernaturale propter perfectionem supernaturalitatis cum Deo, ut est in se; sicut si rogaretur, quis, quamnam esset ratio formalis, aut essentia animalis rationalis, aut rationalis praecise non recte responderet, si assereret consistere in connexionione quam rationale propter perfectionem rationalitatis petit habere cum obiectis, ad quae rationale terminatur ex natura sua. Idem responderet Erice, praecipue cum num. 37. addat supernaturalia lumen supernaturalitatem à Deo, ad quem tendunt, & ordinantur ex natura sua, debebat enim, qui ita facile impugnat aliorum sententias explicare quidnam habeant supernaturalia, propter quod ex natura sua tendant, & ordinentur in Deum, quod non habeant entia naturalia.

Ex quo illius sententia impugnatur. Primò quia non explicat, quae nam sit illa perfectio supernaturalitatis, propter quam ens supernaturale petit connecti, aut coniungi cum Deo, ut est in se. Nullus enim Theologus est, qui licet diuerse explicet rationem supernaturalis entis, non tandem concedat sumi illius quidditatem à Deo, ut est in se, hac uel illa ratione, ut in decursu huius disputationis uidebimus. Sed tota difficultas est in explicanda perfectione supernaturalitatis; in quo scilicet consistat generaliter. Afferit enim consistere ens supernaturale in connexionione, quam propter perfectionem supernaturalitatis petit cum Deo, ut est in se. At difficultas est, quidnam sit, & in quo consistat haec perfectio; unde oritur illa connexionio, aut coniunctio cum Deo, ut est in se, quae excellentissima est, & in entibus supernaturalibus tantum reperitur, & non in entibus ordinis naturalis.

Tertio impugnatur, quia ordo supernaturalis non potest consistere in illa connexionione praecise, tamen negari non possit illam habere ens supernaturale cum Deo propter suam peculiarem rationem. Illa enim connexionio transcendentalis est, atque adeo fundari debet in re aliqua, quae excellentissima sit, sicut excellentissimus est Deus, ut terminus illius connexionionis, & potiori iure si sit connexionio, aut ordo pra-

dicamentalis, qui nostro iudicio non distinguitur, nec ratione ab utroque extremo, ut late monstrauimus in logica, controuersia de relatione, disputatione prima. Et confirmatur, quia nullus dicet omnipotentiam diuinam consistere in connexionione praecise, aut ordine transcendentali ad creaturas, quin supponat infinitam uirtutem productiuam, in qua fundatur illa connexionio. Debat ergo explicare Valentinus fundamentum illius connexionionis, de quo est tota difficultas, connexionionem enim negabit nullus, sed fundamentum seu radicem illius connexionionis sedulo inquirunt.

Quarto impugnatur ad hominem; quia disput. 46. cap. 1. num. 2. affirmant lumen gloriae speciali ratione fluere à Deo, & tanquam singularem participationem luminis diuini; & alibi docet gratia esse formalem, & peculiarem participationem diuinæ naturae. Ex quibus sic argumentor: in entibus supernaturalibus reperitur participatio formalis, aut essentiae diuinæ aut luminis diuini, & ex hac nascitur connexionio illa, quam Valentinus intendit; participatio enim non potest oriri à connexionione; sed necessario à participatione singulari nascitur illa connexionio: ergo ante connexionionem datur conceptus formalis, & generalis participationis naturae diuinæ in entibus supernaturalibus, non est igitur illa connexionio ratio primaria, & quidditatiua entis supernaturalis; cum ex illius sententia, lumen gloriae, & gratia conueniant formaliter in participatione diuinæ naturae, ut ipse concedit; Nihil ergo dicit Erice, & si dicit aliquid incidit in sententiam Albeldae, & Magistri Curiel asserentium rationem entis supernaturalis consistere in participatione diuinæ naturae, & attributorum, ut sunt in se ipsis, quas ipse acriter, & immodeste impugnat cap. 2. illius disputationis 48. sed leuibus ratio-

bus. Fallitur etiam primò du num. 27. existimat, quod ut entia supernaturalia sint participationes diuinæ naturae requiruntur necessario, quod participant formaliter omnia; quae reperiuntur in diuina natura, ita ut, quia diuina natura est independens, & substantia; gratia, & debeat esse substantia, & nulla ratione dependens, alias enim quomodo est participatio diuinæ naturae! Sed non animaduertit, lumen gloriae esse participationem luminis diuini, ut ipse asseruit, & tamen, neque esse substantiam neque omnino independens; cum tamen lumen diuinum, & substantia sit, & omnino independens; in Deo enim nihil est non substantiale, nihil dependens; participatio ergo formalis solum afferit conuenientiam in gradu, qui participatur formalissimè sumpro, non uero in illis praedicatis, quae includuntur in illo gradu; substantia enim naturalis participat rationem substantiae, quae reperitur in Deo, & tamen substantia corporea non est intellectualis, & substantia intellectualis Angelica participat formaliter intellectualitatem Dei, & tamen nec est à se, nec est infinita quod tamen reperitur in intellectualitate diuina.

F 3 Fallitur

359.

Fallitur etiam, dum num. 28. & 29. existimat has participationes, non posse reperiri sine vniocatione, quæ cum non sit possibilis inter Deum, & creaturas, impossibilis est etiam formalis participatio, in suo enim modo essendi infinite distant à Deo propter rationes accidentis, & dependentiæ istæ participationes. Sed parum roboris habet hæc ratio, quia ad conuenientiam formalem in aliquo prædicato, non requiritur vniocatio, sed solum participatio analogæ illius prædicari, quod participatur secundum illam rationem præcisè in qua participatur, non verò secundum omnia illa, quæ prædicatum includit in suo conceptu. Lumen enim gloriæ est formalis participatio luminis diuini, & tamen non est abyssus, & pelagus perfectionum, neque ens à se, vt lumen diuinum, quod etiam constat in visione beatifica, quæ est participatio visionis diuinæ, & habet cum illa conuenientiam formalem, tamen analogam, quia vtræque terminatur per se ad Deum vnum, & trinum, & tamen visio beatifica Angeli, imo nec Christi Domini est comprehensiuæ. Non igitur res supernaturales conueniunt cum Deo, in modo essendi (hic enim incommunicabilis est, & imparticipabilis) sed conueniunt in natura, seu essentia, & substantia Dei, vt inferius explicabitur.

360.

Fallitur etiam tertio, dum num. 33. existimat Albeldam, & Asturicensem concedere, quod si daretur substantia supernaturalis, illa non foret expressior participatio diuinæ naturæ, quam gratia, & alia accidentia supernaturalia, & quod non haberet ordinem transcendentalem ad suas proprietates, id enim omnino falsum est, imo ex perfectiori, seu perfectissima participatione naturæ diuinæ, non accidentaliter solum, sed etiam substantialiter colligunt auctores illius sententiæ, illam substantiam formaliter esse Deum vnum, & trinum, identificareque sibi omnes diuinas perfectiones, vt sanctitatem, impeccabilitatem, beatitudinem, &c. quæ omnia implicat cum ratione creaturæ, quæ supponitur futuræ in illa substantia, de quo vide Decanum Salmanticensem 1. 2. vbi supra disputatione illa 5.

361. Erice. Concilium.

Rationes vero quibus Erice suam sententiam defendit nullius sunt momenti. Concilium enim Arausicanum 2. & Tridentinum, esto in illa particula prout oportet ad salutem declarent necessitatem gratiæ, & inducant ordinem & supernaturalem, non tamen explicant, in quo consistat ordo supernaturalis formaliter, & minus explicat Erice, qui ad finem num. 35. inquit consistere in vnione proportionata cum Deo, & non declarat, in quonam hæc proportio consistat, hoc enim est difficile: in quo nam sita sit hæc proportio, quæ reperitur in entibus supernaturalibus, & in naturalibus non inuenitur.

362.

Ad secundum, concedimus ordinem supernaturalem dicere excellentissimam coniunctionem cum Deo, & ad illum ordinari, quodcumque ens supernaturale: Sed inquirimus in quo nam consistat hæc excellentissima coniunctio, & quid habeant entia supernaturalia

propter quod ordinentur ad Deum, vt est in se, quod non habeant entia naturalia, actus enim, quo hæreticus credit Deum esse trinum, & vnum terminatur ad Deum, vt est in se & tamen non est supernaturalis.

363.

Dices ex Erice, ideo non esse supernaturalem, quia nec terminatur, nec ordinatur ad Deum cum illa connexionione, qua terminatur, & ordinatur actus fidei catholicæ, qui substantialiter est supernaturalis: sed id est quod inquirimus, quod sit illud propter quod actus catholicus habet connexionem cum Deo, vt est in se, & quod non reperitur in actu hæretici credentis Trinitatem.

364. August.

Confirmatio ex Augustino Patre non fauet; certissimum enim est, non posse vterius euehi naturam humanam, quam ad vnionem hypostaticam, participat enim substantialiter personalitatem diuinam, qui modus participandi est excellentissimus, non enim participatur Deus, vt lumen, non vt amor, non vt fructio, non vt à gratia accidentaliter, sed participatur Deus, vt Deus substantialiter sumptus, & personalitas diuina constituens vnum suppositum, in humana, & diuina natura subsistens: ex hoc vero non sequitur generalem rationem entis supernaturalis consistere in illa connexionione; sed potius participationis modum, qui relucet in vnione hypostatica esse excellentissimum inter omnes modos participandi Deum, vt est in se ipso, quia participatur substantialiter, & ibi ostenduntur tres personæ diuinæ, dum illarum secunda scilicet filius vnitur humanæ naturæ.

365.

Tertium à priori nullius est momenti. Concedo supernaturalitatem rerum non sumi à subiecto, non à terminis creatis; sed à Deo ad quem ordinantur. Sed nego consistere in illa connexionione. Concedo etiam actus virtutum infusarum non futuros supernaturales, nisi orientur à principiis huius excellentiæ, & perfectionis à quibus fluunt, seu efficiuntur. Sed rogo vnde his principiis tanta excellentia, & perfectio: quæ vltimo ab Erice reducuntur ad participationem diuinæ naturæ vel, nolit.

SECTIO II.

Opinio Ripaldæ expensa refellitur.

366.

Secunda sententia existimat conceptum proprium, seu rationem formalem Entis supernaturalis, consistere in connexionione quidditatiua, cum gratia sanctificante physica, aut intentionali, immediata, aut mediata, antecedenti, aut consequenti eo modo, quo essentia rerum materialium explicatur penes ordinem ad quantitatem seu penes dependentiam ab illa. Ita opinatur Magister Ripaldæ, de ente M. Ripaldæ. supernaturali, lib. 1. disputat. 4. sectione 3. à num. 21. qui pro se refert Scotum 2. d. 3. q. 9. littera D. S. Hac distinctione præmissa; Agidius Lusitan. lib. 7. de beatitudine quæst. 5. art. 2. num. 2. Granadum 1. 2. controversia 8. de Gratia tit. 4. disput. 8. sectione 5. num. 50. Reuerendissimum Cumel, vbi supra in principio

M. Ripaldæ.

Scotus.

Lusitanus. Granado.

Cumel;

capio

Erice. Fasolus. Hurtado.

367.

capio illius disputationis 5. & in 1. illius conclusionem: Erice, Fasolus, Hurtado, & alios, quos ipse iam refutauit, sed meo iudicio immerito quidem.

Scotus enim vbi citatur, nec verbum habet, quo vel hanc insinuet sententiam leuiter etiam. Nihil enim aliud asserit, quam perfectiones datas Angelis in principio suæ creationis, etiam si non sint à natura: dici tamen naturales distinguendo contra mere supernaturales, scilicet gratiæ, & gloriæ; ex quo vt facile videtur nihil ad sententiam Ripaldæ. Magister etiam Agidius Lusitanus ibi solum hæc habet. Illud dicitur supernaturale quoad substantiam, cuius entitas est ordinis supernaturalis, vt gratia, & gloria, & illa, quæ per se ad ista disponunt. Quæ verissima sunt, & conceduntur ab omnibus; sed vbi illa connexio cum gratia in qua consistat ratio supernaturalitatis? Granado affirmat gratiam dici productam ad imitationem diuinæ naturæ in quantum dat principia intelligendi, & amandi vt diuina natura, quæ est principium amandi, & intelligendi, cum discrimine tamen, quod ibi explicat, & in toto illo num. 50. nec verbum, quod significat in hac connexionione Ripaldæ constitui adæquatam conceptum entis supernaturalis. Magister vero Cumel in principio illius disputationis quinta 8. difficilis, concedit hominem eleuatum esse per gratiam, atque adeo supponi esse habitus, & actus supernaturales; gratiamque esse radicem supernaturalitatis, quo præmissa inquit in quo consistat hæc supernaturalitas, quæ communis est gratiæ; habitibus, & actibus; & in conclusione prima docet gratiam esse ordinis supernaturalis, esseque radicem supernaturalitatis, & pignus gloriæ in quibus verbis nullo modo declarat in quo supernaturalitas consistat.

368. S. Thom.

Citat etiam sanctum Thomam, qui tamen in omnibus testimoniis à Ripaldæ adductis solum affirmat gratiam participare diuinam naturam, & virtutes conuenire homini secundum Dei naturam participatam, hominemque constitui in esse supernaturali, per quoddam supernaturale in homine à Deo proueniens, vbi clarius indicat rationem formalem entis supernaturalis consistere generaliter in participatione diuinæ naturæ vt diuina est, quam significat consistere in connexionione cum gratia. Refert etiam Carthusianum 2. dist. 27. quæst. 2. ad sententiam Durandi, quem ait expressim habere suam sententiam, & adducit hæc verba. Dignitas, & pretiositas meritoria actionis est ex parte gratiæ gratum facientis, quæ est supernaturalis, & ex parte hominis seu rationalis creaturæ, quæ per gratiam in esse supernaturali constituitur. Quæ certissima, & indubitata; sed non explicant, in quo sit conceptus communis entis supernaturalis. Adducit tandem Cyrillum Alexandrinum in Ioan. cap. 14. quasi suam indicantem sententiam; ibi tamen solum affirmat filios Dei adoptiuos deponere in iustificatione suam humilitatem, & honoratos à Christo gratia quasi splendida indutos purpura ad supernaturalem dignitatem ascendere, quæ verba, quid indicant quod illam connexionem tedoleat? Existimo quidem

Carthusian.

Cyrillus.

Ripaldam ingeniosum certe, ne solus calcaret senticosam, & obscuram viam fictitious sibi comites, & socios itineris adfiscere.

369.

Mileuitanũ. Arausicanũ. August.

Sed rectam esse hanc viam conatur ostendere ex Conciliis, & Patribus, nam Mileuitanum Canon. 3. auxilium appellat gratiam per quam iustificamur & Canon. 5. gratiam iustificationis: & Arausicanum secundum Canon. 13. gratiam baptismatis: & Augustinus Epistola 95. gratiam, qua iustificamur, gratiam qua saluatur natura, & Epist. 105. gratiam qua iustificamur, & iustificati sumus, vt homines iusti essemus. Quæ locutiones in eo fundantur, quod auxilia, & dona supernaturalia connexionem habent cum gratia sanctificante.

380.

Deinde probat ratione à priori, Quia omnia entia supernaturalia conueniunt in hac connexionione cum gratia, & eadem differunt à naturalibus, vt facile patebit consideranti: ergo hæc connexio est illorum primus, & essentialis conceptus. Secundo etiam à priori, quia ens supernaturale apprehenditur esse quoddam eleuatissimum, ac supremum proprium naturæ, vt eleuata, supra omnem naturam creatam, ad cognationem cum diuina natura; at natura eleuatur hoc modo per gratiam sanctificantem, ergo esse supernaturale apprehenditur rebus conuenire, vt illæ pertinere considerantur ad eleuaram naturam. Consequentiã est clara, & minorem probat, quia à sancto Thoma dicitur gratia formalis participatio diuinæ naturæ, quod illi conuenit peculiari quadam ratione, vt explicant scholastici, & Patres, qui illam appellant diuinam qualitatem, quod ex Tridentino colligit Catechismus Pij V. Cyrillus formam diuinam lib. 4. in Isaiam Oration. 2. Dionysius cap. 2. de Ecclesiastica Hierarchia (Diuinam natiuitatem.) Ex quibus concludit num. 29. ad finem esse supernaturale apprehendi, vt attingens cognationem Dei conueniensque naturæ creatæ, vt ad Deitatem peculiari aliqua ratione supra omnem naturam accedit. Addit num. 30. ordinem gratiæ, & ordinem supernaturalem inter se conuerti, ex quo infert suam sententiam asseritque illi necessario adhaerendum; quia aptius declarat rationem omnibus supernaturalibus entibus communem.

S. Thom.

Trident. Pius V. Cyrillus. Dionysius.

381.

Sed mirum est quanta facilitate possit sententia huius auctoris contemni, qui mira facilitate, sed non felicitate aliorum opiniones refellit, & contemnit. Primo enim supernaturalitatem explicat per connexionem cum gratia sanctificante; & cum vrgetur, vt explicet, vnde de sumatur supernaturalitas gratiæ? Respondet primo num. 31. desumi ab identitate, quam habet cum se ipsa, si enim alia entia supernaturalia sunt quia habent connexionem cum ipsa, cur multo melius illa non erit supernaturalis propter connexionem logicam, quam habet ad se ipsam, id est propter suam identitatem; si enim res corporeæ sunt propter connexionem cum quantitate, multo melius quantitas erit corporea. Sed hæc non est solutio, sed mera euasio, cum enim gratia, & cætera dona supernaturalia conueniant in ratione supernaturalitatis vnioco, necessario

constituendus est aliquis conceptus omnibus communis, & qui formaliter inueniatur in illis, gratiæ autem ad gratiam nulla est connexio quidditatiua, nec physica, nec intentionalis nec mediata, nec immediata, quia inter illa, inter quæ est connexio necessaria est distinctio, ac proinde quod sit aliud, & aliud in rebus creatis, vt cernere licet in donis supernaturalibus, quæ oriuntur à gratia, gratia verò est idem sibi ipsi, & logica connexio formaliter loquendo identitas est; asserere ergo gratiam esse supernaturalem, quia identificatur sibi ipsi, quæ supernaturalis est, nihil aliud est, quam affirmare esse supernaturalem, quia supernaturalis; nos vero inquirimus, quare gratia supernaturalis est; Ridicule enim rogatus quis, cur Petrus sit homo, responderet quia homo, aut quia est idem sibi ipsi. Instantia verò quantitatis nullius est momenti, substantia enim corporea est prior quantitate & res omnino absoluta, vnde non participat rationem corporis à quantitate, licet actualem extensionem ab illa recipiat. Adde quantitatem suam peculiarem habere naturam, in qua omnes quantitates conueniant.

372. Respondet secundo gratiam esse formaliter supernaturalem, & seipsa immediate ratione excellentiæ participantis diuinam naturam, qua inter omnia dona singularissimum est ad ordinem singularem, atque excelsum, nempe supernaturalem pertinere. En qui negauerat participationem diuinæ naturæ, vt est in se esse rationem formalem supernaturalitatis, sectione 1. num. 7. pressus difficultate, id concedit, & necessario incidit in alteram illarum sententiam, quas impugnavit; si enim gratia singularissimo, & excellentissimo modo participat diuinam naturam, aut participat naturam diuinam vt à nobis cognoscitur, aut vt est in se ipsa, non vt à nobis cognoscitur vt est manifestum: ergo participat diuinitatem, vt est in se, quæ est ipsissima sententia Curielis; & Albeldæ, quam ipse impugnavit. Incidit etiam in sententiam Magistri Cumel, quia si gratia participat Deum vt est in se, & hoc perfectissimo modo necessum est participet Deum, secundum rationem, quæ in illo potest participari, & secundum quam Deus est supernaturalis, at hæc ratio est vnitas, & Trinitas, hoc enim est primum inter diuina mysteria.

373. Secundo refellitur eadem sententia, quia potentia obedientialis habet connexionem cum gratia habituali, & tamen supernaturalis non est: ergo connexio cum gratia sanctificante non sufficit ad supernaturalitatem, maior videtur negari non posse, & minor probatur, paradoxum enim est esse formaliter supernaturalem potentiam obedientialem. Respondet Ripalda, num. 46. potentiam obedientialem non habere connexionem cum gratia possibili, quia non constituitur in suo esse per respectum absolutum, sed per respectum conditionatum, ita vt potentia obedientialis quoad suam entitatem non sit potens recipere, aut efficere actus supernaturales absolute, sed solum sub conditione, si illi sint possibili, potentia enim obedientialis est

identificata naturæ & hæc non habet connexionem cum gratia possibili, negat ergo ad argumentum maiorem.

374. Sed facile refellitur, primo quia negari non potest naturam cum aqua adæquate identificatur obedientialis potentia, secundum quod Deo immediate subiicitur habere connexionem cum gratia existenti, & tamen vi huius connexionis potentia obedientialis supernaturalis non est, vt ipse auctor probat, aut insinuat locis diuersis. Secundo refellitur, quia ille respectus ad gratiam possibilem non est conditionatus sed absolutus, posita enim possibilitate gratiæ alterius, vt ipse ponit transit in absolutum, quia purificatur conditio, & statuitur possibilitas: ergo obedientialis potentia habet connexionem cum gratia possibili, & tamen supernaturalis non est, ex vi huius respectus. Tertio quia si de facto produceret Deus gratiam possibilem, ea reciperetur in eadem potentia obedientiali, in qua gratia producta recipitur, quin aliquid animæ adderetur, ne esset processus in infinitum, habet ergo connexionem cum gratia possibili. Quarto, quia vt sit supernaturalis non est necessarium, quod habeat connexionem cum gratia possibili, sufficit enim quod habeat connexionem cum gratia existenti, actus enim possibilis fidei, vel visionis, si dabilis est non habet connexionem cum gratia sanctificante producta, & tamen supponitur supernaturalis, ex vi connexionis cum gratia possibili quæ etiam esset excellens participatio diuinæ naturæ.

275. Respondet 2. potentiam obedientialem inuoluere connexionem entitatiuam cum donis supernaturalibus, etenim non ad æquatur entitati naturali, sed intrinsece importat, tum entitatem rei omnino absolutam, tum eleuationem supernaturalem Dei, cum donis supernaturalibus connexam; verum hæc doctrina non euacuat vim argumenti; primo enim concedit potentiam obedientialem inuoluere connexionem cum donis supernaturalibus, quod argumentum intendit, & in prima solutione negauerat, & ex quo sequitur illam potentiam esse substantialiter supernaturalem. Secundo quia argumentum non procedit, de potentia obedientiali adiuncta intrinseca Dei eleuatione, sed de illa, vt secundum propriam naturam præscindit ab eleuatione, hac enim super addita, quis neget potentiam naturalem, quæ obedientialis dicitur, ad omnia, quæ non implicat contradictionem, Deificam esse, & supernaturalem, vt potentia intellectiua superflua lumine gloriæ. Tertio quia potentia obedientialis non est contingens, nec defectibilis, nec sumit suam denominationem à forma contingenti, & defectibili, sed est necessaria, & indefectibilis existente re naturali in qua reperitur, & sumitur à diuina omnipotentia, cui vt creatura subiicitur. Quarto in illius sententia potentia naturalis habet virtutem partialem ad actus supernaturales, ita vt gratia non sit tota ratio formalis agendi. Conceditur ergo necessario cum donis supernaturalibus vt obedientialis, & consequenter cum gratia sanctificante saltem mediata, quod sufficit ad supernaturalitatem.

Tertio

376. Tertio principaliter hæc sententia refellitur, quia non satis constanter in ea proceditur, nunc enim asserit ordinem supernaturalem consistere in connexionione cum gratia habituali; nunc vero, vt patet ex num. 29. ad finem concludit ordinem supernaturalem apprehendi, vt quoddam attingens vnionem Dei, conueniensque naturæ creatæ vt ad Deitatem peculiari aliqua ratione, supra omnem naturam accedit, quæ duo diuersa quidem sunt, in conclusione enim connexio est cum gratia, non cum ipso Deo; & in probatione illius, connexio, seu cognatio est cum Deitate, vt peculiari ratione ens supernaturale ad Deitatem accedit, vbi videtur manifesta contradictio, & est recursus ad Deum, vt est in se, idem enim sunt participatio, vt est in se, diuinæ naturæ, & cognatio peculiari ratione cum ipsa Deitate.

377. Dicis gratiam habere cognationem, & connexionem cum Deitate peculiari ratione, & sic de primo ad vltimum ordinem supernaturalem in quo includitur ipsa gratia consistere in connexionione cum ipso Deo. Bene. Sed si res ita se habet, cur facilius, & breuius non definitur ens supernaturale, quod habet cognationem cum Diuinitate, quia illam participat. Secundo cur non explicatur in quo consistat ista cognatio, omnes enim cum Diuo Petro Epistola 2. cap. 1. asserimus per gratiam sanctificantem fieri nos consortes Diuinæ naturæ, illic peculiari ratione cognatos, quod non habemus per naturalia dona, & tamen adhuc disputatio est, in quo consistat hoc consortium, & hæc peculiari cognatio. Nihil ergo explicat ista sententia.

378. Momenta illius non videntur, non primum desumptum ex auctoritate conciliorum, & Patrum; concedimus enim auxilium dici gratiam iustificatiuam, quia ad gratiam iustificantiem disponit, gratiam sanctificantem appellari diuinam qualitatem, formam diuinam, diuinam natiuitatem; ex quibus etsi colligatur connexio auxiliorum cum gratia, quam nullus negat, non tamen, nec apparetur deducitur in hac connexionione consistere supernaturalitatem.

379. Nec secundum; nego enim consequentiam, quæ huic est simillima; in risibilitate conueniunt omnes homines, & per illam differunt ab animalibus aliis; ergo conceptus primarius hominis est risibilitas. Adde quod vt vidimus in illo conceptu connexionione cum gratia non conuenit ipsa cum aliis entibus supernaturalibus.

380. Non tertium, quod dicitur à priori: concedimus enim ordinem supernaturalem apprehendi, vt eleuatissimum, & ad illum per gratiam eleuari naturam inde vero non sequitur in connexionione cum gratia consistere hunc ordinem eleuatissimum, vt constat, & deinde excellentius eleuatur natura humana per vnionem hypostaticam, & tamen nullus dixit supernaturalitatem consistere in connexionione cum vnione hypostatica, cum hæc asserat secum coniunctionem, & communicationem Dei, substantialem; gratia vero solum accidentalem, vnde argumentum; & posset formati

assumendo vt medium vnionem hypostaticam, aut visionem beatificam, hoc modo ens supernaturale apprehenditur quid eleuatissimum, & supremum proprium naturæ, vt eleuatur supra omnem creatam naturam per cognationem cum diuina natura; sed hoc modo eleuatur per hypostaticam vnionem, & per visionem beatificam, vt de se constat; ergo in connexionione cum hypostatica vnione consistit ordo supernaturalis. Consequentia est euidens, & minorem non negabit Ripalda præcipue cum ad vnionem hypostaticam, & ad visionem beatificam statim consequatur gratia ex natura rerum, quæ tamen gratia non infert statim vnionem, nec visionem beatificam. Sequitur ergo ex illa maiori & minori res supernaturales pertinere substantialiter ad illum eleuatissimum ordinem, sed statim redit difficultas, in quo nam essentialiter consistat ille eleuatissimus ordo.

381. Quartum denique momentum est inutile, conuertuntur ordo supernaturalis, & ordo gratiæ, sed restat declarandum, in quo formaliter vtrique ordo consistat.

### SECTIO III.

Notationes ad veriorum sententiam.

382. VT in difficillima, & abstrusa nostram etiam constituamus sententiam: Primo norandum est Trinitatis gloriosissimum mysterium esse augustissimum, primum & supremum inter omnia mysteria fidei nostræ, & veluti principale quasi constitutum Dei, ratione cuius superat cognitionem omnium creaturarum, inde recte vocari ab August. lib. 1. de Trinitate cap. 1. statim in principio, initium fidei, quia dum perfectiones diuinæ, & absolute declarantur, & si difficilia in illis explicandis, & intelligendis occurrant, intellectus non solum Angelicus, sed etiam humanus illas cognoscit, & non difficile penetrat, & euidenter demonstrat, vt esse vnum Deum, actum purissimum, sapientem, omnipotentem, & iustum, ac proinde primam causam à quocunque alio independentem in essentia, & substantia: ac vbi primum proponitur fecunditas illius ad intra, & Trinitas personarum in vna simplicissima natura incipit apparere difficultas mysteriorum fidei; cognoscibilitas supra totam naturam creatam, quia intra illius latitudinem nullum principium est vnde naturali lumine possit hæc mirabilis fecunditas deduci, vt his verbis Dionys. cap. 13. de diuinis nominibus ostendit. *Nulla monas, aut trias, neque numerus, nec vnitas neque fecunditas, neque quidquam aliud eorum, que sunt, aut cognita sunt arcanum illud summa, omniaque superantis diuinitatis, quod rationem omnem vincit, enuntiat, neque eius nomen est, neque ratio, sed in iis ad qua aditus non patet secreta est.* Et soli Trinitati cognita.

383. Vt manifeste tradidit Christus Dominus Matthæi 11. *Nemo nouit filium, nisi Pater, & Pater quis nouit nisi filium, & cui voluerit filium reuelare.* Et Luc. 10. *Nemo scit quis sit filius, nisi*

constituendus est aliquis conceptus omnibus communis, & qui formaliter inueniatur in illis, gratia autem ad gratiam nulla est connexio quidditativa, nec physica, nec intentionalis nec mediata, nec immediata, quia inter illa, inter quae est connexio necessaria est distinctio, ac proinde quod sit aliud, & aliud in rebus creatis, ut cernere licet in donis supernaturalibus, quae oriuntur à gratia, gratia verò est idem sibi ipsi, & logica connexio formaliter loquendo identitas est; asserere ergo gratiam esse supernaturalem, quia identificatur sibi ipsi, quae supernaturalis est, nihil aliud est, quam affirmare esse supernaturalem, quia supernaturalis; nos vero inquirimus, quare gratia supernaturalis est; Ridicule enim rogatus quis, cur Petrus sit homo, responderet quia homo, aut quia est idem sibi ipsi. Instantia verò quantitatis nullius est momenti, substantia enim corporea est prior quantitate & res omnino absoluta, unde non participat rationem corporis à quantitate, licet actualem extensionem ab illa recipiat. Adde quantitatem suam peculiarem habere naturam, in qua omnes quantitates conveniant.

371. Respondet secundo gratiam esse formaliter supernaturalem, & seipsa immediate ratione excellentiae participantis diuinam naturam, qua inter omnia dona singularissimum est ad ordinem singularem, atque excelsum, nempe supernaturalem pertinere. En qui negauerat participationem diuinæ naturæ, ut est in se esse rationem formalem supernaturalitatis, sectione 1. num. 7. pressus difficultate, id concedit, & necessario incidit in alteram illarum sententiam, quas impugnavit; si enim gratia singularissimo, & excellentissimo modo participat diuinam naturam, aut participat naturam diuinam ut à nobis cognoscitur, aut ut est in se ipsa, non ut à nobis cognoscitur ut est manifestum: ergo participat diuinitatem, ut est in se, quae est ipsissima sententia Curielis; & Albeldæ, quam ipse impugnavit. Incidit etiam in sententiam Magistri Cumel, quia si gratia participat Deum ut est in se, & hoc perfectissimo modo necessum est participet Deum, secundum rationem, quae in illo potest participari, & secundum quam Deus est supernaturalis, at hæc ratio est unitas, & Trinitas, hoc enim est primum inter diuina mysteria.

Coriel.  
Albeldæ.  
Cumel.

373. Secundo refellitur eadem sententia, quia potentia obedientialis habet connexionem cum gratia habituali, & tamen supernaturalis non est: ergo connexio cum gratia sanctificante non sufficit ad supernaturalitatem, maior videtur negari non posse, & minor probatur, paradoxum enim est esse formaliter supernaturalem potentiam obedientialem. Respondet Ripalda, num. 46. potentiam obedientialem non habere connexionem cum gratia possibili, quia non constituitur in suo esse per respectum absolutum, sed per respectum conditionatum, ita ut potentia obedientialis quoad suam entitatem non sit potens recipere, aut efficere actus supernaturales absolute, sed solum sub conditione, si illi sint possibili, potentia enim obedientialis est

Ripalda.

identificata naturæ & hæc non habet connexionem cum gratia possibili, negat ergo ad argumentum maiorem.

374. Sed facile refellitur, primo quia negari non potest naturam cum aqua adæquate identificatur obedientialis potentia, secundum quod Deo immediate subiicitur habere connexionem cum gratia existenti, & tamen vi huius connexionis potentia obedientialis supernaturalis non est, ut ipse auctor probat, aut insinuat locis diuersis. Secundò refellitur, quia ille respectus ad gratiam possibilem non est conditionatus sed absolutus, posita enim possibilitate gratiæ alterius, ut ipse ponit transit in absolutum, quia purificatur conditio, & statuitur possibilitas: ergo obedientialis potentia habet connexionem cum gratia possibili, & tamen supernaturalis non est, ex vi huius respectus. Tertio quia si de facto produceret Deus gratiam possibilem, ea reciperetur in eadem potentia obedientiali, in qua gratia producta recipitur, quin aliquid animæ adderetur, ne esset processus in infinitum, habet ergo connexionem cum gratia possibili. Quarto, quia ut sit supernaturalis non est necessarium, quod habeat connexionem cum gratia possibili, sufficit enim quod habeat connexionem cum gratia existenti, actus enim possibilis fidei, vel visionis, si dabilis est non habet connexionem cum gratia sanctificante producta, & tamen supponitur supernaturalis, ex vi connexionis cum gratia possibili quæ etiam esset excellens participatio diuinæ naturæ.

275. Respondet 2. potentiam obedientialem inuoluere connexionem entitativam cum donis supernaturalibus, etenim non ad æquatur entitati naturali, sed intrinsece importat, tum entitatem rei omnino absolutam, tum elevationem supernaturalem Dei, cum donis supernaturalibus connexam; verum hæc doctrina non euacuat vim argumenti; primò enim concedit potentiam obedientialem inuoluere connexionem cum donis supernaturalibus, quod argumentum intendit, & in prima solutione negauerat, & ex quo sequitur illam potentiam esse substantialiter supernaturalem. Secundò quia argumentum non procedit, de potentia obedientiali adiuncta intrinseca Dei elevatione, sed de illa, ut secundum propriam naturam præscindit ab elevatione, hæc enim super addita, quis neget potentiam naturalem, quæ obedientialis dicitur, ad omnia, quæ non implicant contradictionem, Deificam esse, & supernaturalem, ut potentia intellectiva superflua lumine gloriæ. Tertio quia potentia obedientialis non est contingens, nec defectibilis, nec sumit suam denominationem à forma contingenti, & defectibili, sed est necessaria, & indefectibilis existente re naturali in qua reperitur, & sumitur à diuina omnipotentia, cui ut creatura subiicitur. Quarto in illius sententia potentia naturalis habet virtutem partialem ad actus supernaturales, ita ut gratia non sit tota ratio formalis agendi. Connectitur ergo necessario cum donis supernaturalibus ut obedientialis, & consequenter cum gratia sanctificante saltem mediata, quod sufficit ad supernaturalitatem.

Tertio

376. Tertio principaliter hæc sententia refellitur, quia non satis constanter in ea proceditur, nunc enim asserit ordinem supernaturalem consistere in connexionione cum gratia habituali; nunc vero, ut patet ex num. 29. ad finem concludit ordinem supernaturalem apprehendi, ut quoddam attingens cognitionem Dei, conueniensque naturæ creatæ ut ad Deitatem peculiari aliqua ratione, supra omnem naturam accedit, quæ duo diuersa quidem sunt, in conclusione enim connexio est cum gratia, non cum ipso Deo; & in probatione illius, connexio, seu cognatio est cum Deitate, ut peculiari ratione ens supernaturale ad Deitatem accedit, ubi videtur manifesta contradictio, & est recursus ad Deum, ut est in se, idem enim sunt participatio, ut est in se, diuinæ naturæ, & cognatio peculiari ratione cum ipsa Deitate.

377. Dicis gratiam habere cognationem, & connexionem cum Deitate peculiari ratione, & sic de primo ad vltimum ordinem supernaturalem in quo includitur ipsa gratia consistere in connexionione cum ipso Deo. Bene. Sed si res ita se habet, cur facilius, & breuius non definitur ens supernaturale, quod habet cognationem cum Diuinitate, quia illam participat. Secundò cur non explicatur in quo consistat ista cognatio, omnes enim cum Diuo Petro Epistola 2. cap. 1. asserimus per gratiam sanctificantem fieri nos consortes Diuinæ naturæ, illique peculiari ratione cognatos, quod non habemus per naturalia dona, & tamen adhuc disputatio est, in quo consistat hoc consortium, & hæc peculiaris cognatio. Nihil ergo explicat ista sententia.

Petr. 2. c. 1.

378. Momenta illius non videntur, non primum desumptum ex auctoritate conciliorum, & Patrum; concedimus enim auxilium dici gratiam iustificationis, quia ad gratiam iustificantem disponit, gratiam sanctificantem appellari diuinam qualitatem, formam diuinam, diuinam natiuitatem; ex quibus etsi colligatur connexio auxiliorum cum gratia, quam nullus negat, non tamen, nec apparenter deducitur in hac connexionione consistere supernaturalitatem.

379. Nec secundum; nego enim consequentiam, quæ huic est simillima; in risibilitate conueniunt omnes homines, & per illam differunt ab animalibus aliis; ergo conceptus primarius hominis est risibilitas. Adde quod ut vidimus in illo conceptu connexionione cum gratia non conuenit ipsa cum aliis entibus supernaturalibus.

380. Non tertium, quod dicitur à priori: concedimus enim ordinem supernaturalem apprehendi, ut eleuatissimum, & ad illum per gratiam eleuari naturam inde vero non sequitur in connexionione cum gratia consistere hunc ordinem eleuatissimum, ut constat, & deinde excellentius eleuatur natura humana per vnionem hypostaticam, & tamen nullus dixit supernaturalitatem consistere in connexionione cum vnione hypostatica, cum hæc afferat secum coniunctionem, & communicationem Dei, substantialem; gratia vero solum accidentalem, unde argumentum; & posset formati

assumendo ut medium vnionem hypostaticam, aut visionem beatificam, hoc modo ens supernaturale apprehenditur quid eleuatissimum, & supremum proprium naturæ, ut eleuatur supra omnem creatam naturam per cognationem cum diuina natura; sed hoc modo eleuatur per hypostaticam vnionem, & per visionem beatificam, ut de se constat; ergo in connexionione cum hypostatica vnione consistit ordo supernaturalis. Consequentia est euidens, & minorem non negabit Ripalda præcipue cum ad vnionem hypostaticam, & ad visionem beatificam statim consequatur gratia ex natura rerum, quæ tamen gratia non infert statim vnionem, nec visionem beatificam. Sequitur ergo ex illa maiori & minori res supernaturales pertinere substantialiter ad illum eleuatissimum ordinem, sed statim redit difficultas, in quo nam essentialiter consistat ille eleuatissimus ordo.

381. Quartum denique momentum est inutile, conuertuntur ordo supernaturalis, & ordo gratiæ, sed restat declarandum, in quo formaliter uterque ordo consistat.

### SECTIO III.

Notationes ad veriorum sententiam.

382. VT in difficillima, & abstrusa nostram etiam constituamus sententiam: Primo norandum est Trinitatis gloriosissimum mysterium esse augustissimum, primum & supremum inter omnia mysteria fidei nostræ, & vultu principale quasi constitutum Dei, ratione cuius superat cognitionem omnium creaturarum, inde recte vocari ab August. lib. 1. de Trinitate cap. 1. statim in principio, initium fidei, quia dum perfectiones diuinæ, & absolute declarantur, & si difficilia in illis explicandis, & intelligendis occurrant, intellectus non solum Angelicus, sed etiam humanus illas cognoscit, & non difficile penetrat, & euidenter demonstrat, ut esse vnum Deum, actum purissimum, sapientem, omnipotentem, & iustum, ac proinde primam causam à quocunque alio independentem in essentia, & substantia: at ubi primum proponitur fecunditas illius ad intra, & Trinitas personarum in vna simplicissima natura incipit apparere difficultas mysteriorum fidei; cognoscibilitas supra totam naturam creatam, quia intra illius latitudinem nullum principium est unde naturali lumine possit hæc mirabilis fecunditas deduci, ut his verbis Dionys. cap. 13. de diuinis nominibus ostendit. *Nulla monas, aut trias, neque numerus, nec vnitas neque fecunditas, neque quidquam aliud eorum, que sunt, aut cognita sunt arcanum illud summa, omniaque superantis diuinitatis, quod rationem omnem vincit, enuntiat, neque eius nomen est, neque ratio, sed in his ad que aditus non patet secreta est.* Et soli Trinitati cognita.

383. Ut manifeste tradidit Christus Dominus Matthæi 11. *Nemo nouit filium, nisi Pater, & Pater quis nouit nisi filium, & cui voluerit filium reuelare.* Et Luc. 10. *Nemo scit quis sit filius, nisi*

383.

Matth. 11.

Luc. 10.

nisi



nisi Pater, & quis sit Pater nisi filius, & cui vo-  
luerit filius reuelare. Quod testimonium ad  
ostendendam impossibilitatem cognitionis  
mysterij generationis filij proferunt Conci-  
lium Nylenum, lib. 2. §. neque, Clemens  
Romanus Epistola ad Iacobum fratrem Domi-  
ni colum. 10. Synodus Antiochena tempore  
Dionysij Papæ, Cyrillus, Phebadius, Basilius, &  
alij, quos referunt recentiores in materia de  
Trinitate.

Clemens.  
Dionysius.  
Cyrillus.  
Phebadius.  
Basilius.

384.

Inde non immerito colligunt insignes Tho-  
mistæ quos refert Vincentius relectione de  
gratia Christi, pag. 11. editionis Romanæ, su-  
pernaturalitatem in Deo consistere in fecundi-  
tate ad processiones diuinas seu in Trinitate  
personarum, (quod tamen ille intendit impu-  
gnare;) & meo iudicio non sine fundamen-  
to; in Diuo Thoma, qui 1. contra Gentes c. 5.  
hæc ait: *Tunc solum Deum vere cognoscimus,  
quando ipsum esse credimus, supra omne id, quod  
de Deo cogitari ab homine possibile est, eo quod  
naturalem hominis cognitionem diuina substantia  
excedat. Per hoc ergo quod homini de Deo, ali-  
qua proponantur, quæ rationem excedunt, firma-  
tur in homine opinio, quod Deus sit aliquid, supra  
id, quod cogitari potest.* Quæ verba manifestè  
ostendunt ex sententia Angelici Doctoris,  
tunc apparere supernaturalitatem in Deo quan-  
do proponuntur perfectiones, quæ superant  
vim intellectiuam creatam, proponuntur au-  
tem, si reuelentur tres in vnitatem essentia per-  
sonarum; ergo in illarum reuelatione incipit appa-  
rere Dei supernaturalitas. Non dico ibi solum  
esse supernaturalitatem. Sed ibi primum de-  
clarari; Deus enim, vt vnus supernaturalis est,  
vt infra explicabitur. Confirmatur ex Diuo  
Thoma, qui 1. contra gentes, cap. 3. osten-  
dens in Deo esse aliquid super naturale intelli-  
gibili solum ponit exemplum in mysterio  
Trinitatis, quasi vellet ipsum esse radicem su-  
pernaturalitatis in Deo. Si quid verò in hac  
sententia, & iudicio est difficile; quam ex-  
pressè sequitur sapientissimus Magister Cum-  
mel, in sequentibus declarabitur. Vide Vas-  
quium, 1. part. disput. 132. cap. 2. in prin-  
cipio.

M. Cumel.  
Vasquius.

385.

Negari enim non potest, saltem in ratione  
cognoscibilis mysterium Trinitatis esse pri-  
mum super naturale, ratione enim illius Deus  
est omnino absconditus intellectui creato,  
quod potest probari: mysterium Trinitatis est  
in se omnino independens (vt ita dicam) ab  
aliis mysteriis fidei, & sine illis, potest reue-  
lari, proponi, cognosci, & considerari, quod  
in aliis mysteriis non inuenitur, pendet enim  
illorum cognitio à noticia Trinitatis, & sine  
illa tradi non potest; vt incarnatio, Euchari-  
stia, mors Christi, missio Spiritus sancti; ex quo  
intelligitur esse primum, & supremum myste-  
rium absolute superans captum creatum, &  
quod merito propter sui difficultatem in ve-  
teri Testamento, non sit reuelatum, vt tradit  
Montoya, disputatione 36. de Trinitate,  
sect. 1.

Montoya.

386.

Vnde etiam videtur consequenter inferri,  
non solum in esse cognoscibilis sed etiam in  
esse quidditativo mysterium Trinitatis esse  
primum super naturale inter omnia, quæ rep-

riuntur in Deo, quidquid dicat Astrucensis, &  
illum sequutus Thomas Hurrado, quia cogno-  
scibilitas sequitur entitatem, & quidditatem  
rei, suntque in eodem gradu perfectionis, quia  
verum est passio entis, & quo ens est perfe-  
ctius, perfectior est veritas, & cognoscibilitas  
illius, si ergo cognoscibilitas Trinitatis est pri-  
ma inter cognoscibiles supernaturales il-  
lius, quidditas etiam est prima in ordine re-  
rum supernaturalium, & veluti index omnis  
supernaturalitatis, & increata, & creata.

Astrucensis  
Thom. Hurr.

387.

Hanc veritatem me docuit Ecclesia, quæ in  
animæ commendatione peccatorum indul-  
gentiam morienti precatur, non quia credidit  
Deum esse vnum, esse omnipotentem; incar-  
natum, & mortuum, se ipsum suscitasse, quod  
vltimum inter ineffabilia mysteria retulit Au-  
gustinus epist. ad Volusianum, sed quia cre-  
didit, & non negauit Trinitatis mysterium,  
his enim ibi vtitur verbis. *Licet enim pecca-  
uerit, tamen Patrem, & filium, & Spiritum  
sanctum non negauit; sed credidit.* Quasi asse-  
rat Ecclesia, hoc arcanum inter omnia esse mi-  
rabile abstrusum difficillimum creditu, atque  
adeo inter omnia primum supernaturalia my-  
steria.

388.

Notandum secundò præter formalem Tri-  
nitatem personarum, & antecedenter ad rela-  
tiones, & personalitates, in quibus de facto  
subsistit essentia diuina, reperiri in Deo fecun-  
ditatem absolutam ad intra secundum, quam  
essentialiter perit diuina natura esse in tribus  
suppositis, quæ fecunditas est ipsa natura di-  
uina; vnde consequitur etiam non intellecta  
formali Trinitate, id est essentia cum tribus  
personis, adhuc manere supernaturalitatem in  
Deo, quia non considerata formali ratione  
Trinitatis, in fecunditate incipit apparere, &  
est supernaturalitas, quod vt amplius expli-  
cetur.

389.

Tertiò notandum in veriori sententia natu-  
ram diuinam consistere in intellectualitate, non  
quomodocunque, sed vt dicit efficaciam ad  
cognoscendum omne illud, quod reperitur in  
Deo, scilicet essentiam, absolutam, personas, &  
cætera, quæ reperiuntur in Deo siue formaliter,  
siue eminenter, eo modo quo petunt ex  
propria rei natura cognosci; cumque intelle-  
ctualitas Dei infinita sit (licet id non afferat  
explicite, sed implicite in conceptu intelle-  
ctualitatis) sterilis non est, sed fecunda per  
processiones ad intra, quarum immediatum  
principium quæ sunt intellectus, & voluntas  
diuina, cum hac tamen consideratione, quod  
fecunditas illa est absoluta, & essentialis, ta-  
meti recipiat, & petat tria supposita diuina,  
quia in illo priori non intelligitur in illis sub-  
sistere, vnde respectus ille, est absolutus, quia  
relationes diuinas antecedit, & præintelligi-  
tur ad personas, & relationes; statim ergo vt  
fecunditas hæc petens essentialiter tria sup-  
posita apparet, incipit etiam clarescere super-  
naturalitas Dei, sine Trinitate formali, non ta-  
men sine absoluto ordine ad illam, quia inci-  
pit monstrari id quod supremum, & excellen-  
tissimum est in diuina natura, vnde constat,  
non expressa Trinitate vt relatiua est, manere &  
intelligi supernaturalitatem Dei absolutam,  
Quod

390.

Quod maxime aduertendum est in præsentem  
materia propter illos, qui dicunt ablata Trini-  
tate adhuc Deum esse supernaturalem.

Intelligitur verò melius hæc absoluta fecun-  
ditas si animaduertamus constitutionem  
primæ sanctissimæ Trinitatis personæ, quæ à  
nullo principio producit, & constat ex di-  
uina essentia, & personalitate nullo aptiori  
modo concipi posse, quam si intelligamus per-  
sonaliter Patris, veluti emanare logice, &  
quasi per resultantiam ab ipsa essentia, & na-  
tura diuina, personalitas enim illa, nulla alia  
persona realiter producit, ac proinde cum  
sit fons, & principium Trinitatis non respicit  
principium à quo producat, vnde necesse est  
intelligatur veluti resultare ab ipsa diuina ef-  
fentia atque adeo illam secundum esse abso-  
lutum, quia nullum relatiuum supponitur an-  
tecedenter ad primam personalitatem, esse fecun-  
dam, & petere personarum Trinitatem, in  
quo iam apparet mysterij excellentia, & radix  
supernaturalitatis. Id vero quod quasi resul-  
tantiam voco, non infert realem distinctio-  
nem inter essentiam, & personalitatem, sicut  
reperitur inter personam producentem, &  
productam, quia emanatio illa est logica, &  
non realis, id est intelligitur ad instar emana-  
tionis creatæ, & est manifesta instantia in ar-  
tribus diuinis, quæ sine reali distinctione ab  
essentia intelliguntur, quasi resultare, & ema-  
nare ab illa, cum sola distinctione rationis,  
quo etiam modo philosophamur in actioni-  
bus intellectus, & voluntatis, quæ videntur  
dimanare ab essentia diuina, & etiam in natu-  
ra, & subsistentia creata, quæ ita inter se com-  
parantur, vt subsistentia resultet ad existen-  
tiam naturæ, vel ad ipsius productionem,  
tanquam modus illius, natura ergo diuina, quæ  
à se ipsa est, & non producit, supponitur vt  
subiectum ad paternitatem, & est quasi res ad  
quam, vt modus quidam illam determinans,  
consequitur necessariò, atque adeo à se ipsa  
est fecunda absoluta & non à relationibus, vt  
docet Decanus Salmanticensis 1. p. quæst. 28.  
art. 2. disputatione tertia, virtute enim essen-  
tia diuina continet in se personas diuinas,  
proprietas, & relationes, & propterea dici-  
tur ab Athanasio tit. de diffinitionibus, colum-  
na 3. §. dicendum est (Natura est domina, &  
genitrix hypostasum) Videri possunt Molina  
1. part. quæst. 27. art. 3. disput. 4. §. cautè vsus  
sum, & Ruiz de Montoya de Trinitate dis-  
putat. 52. sect. 5.

Decanus.

Athanas.

Molina.

Montoya.

391.  
M. Curiel.

Notandum quartò ex Magistro Curiel con-  
trouersia 3. ad 2. Epistolam Petri cap. 1. parti-  
cipationem diuinæ naturæ esse duplicem,  
aliam formalem, quæ consistit in hoc quod est  
esse formaliter ipsam diuinam naturam, quan-  
tum ad id quod ex ipsam dicitur participari,  
non secundum esse quod in se habet, aut mo-  
dum essendi, qui in illa reperitur, hic enim  
modus absolutè est imparticipabilis, vt iam  
dicam, sed secundum conuenientiam forma-  
lem in illo prædicato, quod dicitur participari  
limitato, & determinato modo, qua ratione  
perfectiones, quæ dicuntur à Theologis sim-  
plicitè simplices participantur formaliter à  
creaturis, vt sapientia, misericordia, quæ re-

vera secundum rationes formales reperiuntur  
in creaturis in quibus est sapientia, & miseri-  
cordia, licet non secundum modum essendi,  
qui reperitur in Deo, vnde cum illo habent  
conuenientiam formalem in illo prædicato,  
vt duo homines habent conuenientiam forma-  
lem in gradu rationalitatis, quia in vtro-  
que est gradus rationalitatis, & illa participant.

392.

Altera participatio est virtualis, quæ consi-  
stet in hoc quod est esse, aut formaliter id  
quod in Deo est eminenter, aut esse in virtu-  
te, quod in Deo est formaliter; Homo enim  
dicitur, & est virtualis participatio Dei, quia est  
formaliter animal, quod in Deo non reperitur  
formaliter, sed tantum eminenter, aut causa-  
liter, vt albedo dicitur virtualiter esse id quod  
in Deo est formaliter, quia quilibet effectus in  
virtute est sua causa, & proinde albedo est vir-  
tualiter omnipotentia diuina, quæ est sua causa.

393.

Ex quo sequitur & est quòd notandum,  
vt melius intelligatur formalis participatio di-  
uinæ naturæ, & illud, quod paulò superius  
dicebamus, inter diuinas perfectiones, alias  
esse, quæ in suo explicito conceptu dicunt  
aliquid proprium Deitatis, ita vt in suo con-  
ceptu nullo modo possint à Deitate præscin-  
di, vt esse infinitum, ens à se, actum purum,  
abyssum, & pelagus perfectionum; quauis  
quæ quantuncumque abstrahantur à Deo, nun-  
quam Deitatem excludent; alias verò esse quæ  
quamuis implicite afferant rationem Deitatis,  
non illam dicunt explicitè, ita vt si sumantur  
in summa abstractione non dicant formaliter  
aliquem modum proprium Dei, vt distingui-  
tur à creaturis, sed ab illo possint præscindi,  
vt sapientia, iustitia, & misericordia, quæ licet  
formaliter reperiuntur in Deo non afferunt in  
conceptu explicito modum proprium, & infi-  
nitatem diuinæ naturæ, atque adeo reperiun-  
tur in creaturis etiam formaliter, & secundum  
proprias rationes; Ratio enim iustitiæ sumpta  
in propria abstractione, & secundum conce-  
ptum præcisum à Deo, & creaturis non importat  
infinitatem, aut aliquem modum proprium Dei.

394.

Ex proprio ergo conceptu, & natura harum  
perfectionum sequitur inter illas manifestum  
discrimen, quod perfectiones primi generis  
nullo modo possunt participari à creaturis; fe-  
cundi autem generis possunt participari, quia  
istæ non afferunt in proprio conceptu aliquid  
proprium Deitatis, illæ vero nullo modo pos-  
sunt à ratione Dei præscindi, sed sunt illi pro-  
piæ, vt distinguitur contra creaturas, illud ve-  
ro quod formaliter est proprium rei alicuius,  
vt distinguitur formaliter ab alia non potest  
alteri communicari, vt rationalitas, qua forma-  
liter homo distinguitur ab aliis rebus forma-  
liter illis non potest communicari. Hæc fere  
transcribo, & assumo ex meo Magistro Curiel  
controuersia illa 3. num. 104. 105. & 106. quod  
antea tradiderat M. Cumel. i. tom.

M. Curiel.

SECTIO IV.

Vera Magistri Cumelij sententia.

Vera sententia est, rationem entis super-  
naturalis creati consistere in formali parti-  
cipatione

395.

ticipatione diuinæ naturæ, quatenus essentialiter petit esse vna in tribus suppositis, atque adeo in participatione Dei, vt est vnus, & trinus. Hanc constanter docuit sapientissimus Magister Cumel, tametsi diuersis terminis illam explicauerit, qui suo iudicio eandem rem omnino significant, & eandem præferunt sententiam 1. part. quæst. 12. artic. 4. disputatione vnica, & in noua additione ad illam, & q. 3. 2. art. 1. disputat. 2. conclusione 6. vbi expressè affirmat gratiam esse ex natura sua participationem Dei, vt est vnus, & trinus; charitatem disponere ad amandum Deum Trinum, & Vnum, lumen gloriæ ad cognoscendum Deum Trinum, & Vnum; & pari ratione omnes supernaturales effectus habere ordinem ad Deum Trinum & vnum, non tamen in ratione efficientis, quia nullus effectus procedit à Deo vt Trinus, sed solum, vt vnus, respectus ergo fundatur in participatione, & conuenientia formali, non verò in efficientia, vt falso multi imponunt M. Cumel.

396. Eandem sententiam explicat, & defendit latius 2. tomo in 1. 2. quæst. 110. art. 4. disp. 5. vbi nunc dicit, ens supernaturale esse participationem Dei vt est in se nunc, vt est Trinus, & Vnus, quia in illius sententia idem omnino significant duo illi termini, ( vt est in se, & vt est Trinus, & Vnus) quod clarè probat modus loquendi si attente legatur, disp. enim illa vnica ex quæst. 12. 1. part. hæc scribit. *Cum ergo supernaturalitas sumatur ex Deo, prout est est in se ipso, sequitur, quod si daretur creatura supernaturalis in substantia, illa esset vna in essentia, & Trina in personis.* Sentit ergo idem omnino esse Deum vt in se est, & Deum Vnum in tribus personis. Et 1. 2. disputat. illa 5. pag. 244. §. quod autem, explicans qua ratione accidens possit esse supernaturale, & non substantia; asserit accidentia posse attingere Deum prout est in se, & conferre nobis quod illum vt Trinum amemus, vel cognoscamus, substantiam autem non posse habere proportionem cum Deo vt est in se. Et pag. 254. columna 2. asserit illum, qui sine auxilio supernaturali diligeret Deum auctorem supernaturalem nec attingere Deum, vt est in se, nec proprie diligere Deum vt Trinum. Sentit ergo idem esse Deum vt in se est, & Deum esse Vnum, & Trinum; Non ergo vt effutit Erice inconstans est Magister Cumel cuius doctrinam veneratus est Clemens octauus, & Ecclesia vniuersa. Sed insultant lepores leoni mortuo.

397. Adde perperam citari Magistrum Cumel, & falso referri illius sententiam ab aliquibus fortasse, vt facilius illam reiciant. Valentinus enim refert Magistrum Cumel asseruisse illud esse supernaturale, quod ordinatur ad Deum vt Trinum, quem imitatur Albelda 1. part. quæst. 12. artic. 4. disputat. 2. 6. quod miror in tanto Thomista, qui se discipulum gloriatur Magistri Cumel. Ripalda affirmat Magistrum in eo differre supernaturalia, à naturalibus, quod illa respiciunt Deum vt Trinum; naturalia solum, vt Vnum. Alij docere supernaturale respicere Deum, vt Trinum tanquam causam efficientem, naturalia Deum vt vnum. Hoc vltimum nunquam potuit asserere Magi-

ster Cumel, imo expressè negauit 1. p. quæst. illa 32. vt supra retulimus. Altera duo sepius asserit, & repetit supernaturalia ordinari ad Deum Trinum, & vnum, & illud necessariò respicere. At nunquam asseruit illorum essentiam, & conceptum formalem consistere in illa ordinatione, & respectu, sed in participatione Dei, vt Trinus, & Vnus, ex qua sequitur necessariò illa ordinatione, & sequitur ille respectus, & hoc modo rectè intellexerunt hac in difficultate nostrum Magistrum Granado con-

Granado.  
Fassolus.

trouerfia 8. de gratia tit. 4. disput. 8. sectione 5. §. 4. & Fassolus 1. p. q. 12. art. 4. dub. 6. Atque in hanc sententiam generaliter sumptam non video ire scholasticos, quia forsitan non illam penetrarunt. Sed illam necessariò videntur sequuti Caietanus 1. part. quæst. 12. ad articulum 5. Illustrissimus Archiepiscopus Calaritanus N. M. Machin, 1. p. disp. 16. sect. 8. §. secundus modus, & Antonius Perez certamine 4. scholastico Laureæ Salmantianæ num. 48. & Thomas Hurtado in præcurfore Theologo conouerfia 4. membro 4. qui explicant rationem entis supernaturalis consistere in eo quod res sit ordinis superioris, & diuini, ordo autem diuinus dicit in se Deum vt Vnum, & Trinum, ita vt si auferatur à Deo Trinitas personarum, necessariò, & per locum intrinsecum destruat Deus, & diuinus ordo, quia auferatur à Deo forma intrinseca modificans diuinam essentiam, quam essentialiter petit hic Deus, vt optimè docet Magister Cumel, disput. illa 5. pag. 245. & maneret solum Deus fictitijs, & non verus, quia hæcitas est de ratione veri Dei, & Vnus Deus petit esse in tribus suppositis, atque adeo hoc est essenziale Deo vero, qui nunc in illis subsistit, falluntur ergo qui existimant, quod si Deus esset vnus, & non Trinus, esset adhuc supernaturalis, & existimant hoc argumentum concludere contra veram nostram sententiam, ablata enim Trinitate neque esset ordo supernaturalis, neque ordo diuinus.

398.  
Caietanus.  
Machin.  
Perez.  
Tho. Hurt.

Deinde vero in illam facile vocari possunt Doctores qui affirmant essentiam entis supernaturalis consistere in participatione diuinæ naturæ vt est in se, vt Ludouicus Molina 1. p. quæst. 33. artic. 3. §. vt articulus, & idem docet inferius de visione beatifica, & 1. part. q. 12. art. 5. disputatione 2. idem de lumine gloriæ, & affirmat res supernaturales esse participationes Dei per antonomasiam, & ibidem §. ad 2. ait lumen gloriæ esse tale, quia refert naturam, & perfectionem diuinam, refert verò intellectum terminatum ad Trinitatem, & vnitatem. Albelda citatus disputatione illa 16. num. 9. Herrera, & Sosa, quos refert Ripalda, disputatione illa 4. num. 1. Deus enim vt est in se, quatenus ad hanc participationem refertur, nihil aliud est quam Deus vnus, & trinus, nulla enim perfectio absoluta potest ita participari, vt sit principium supernaturalitatis generaliter sumptæ, & conuenientis omni enti supernaturali, vt patebit discurrendo per singula. Non substantia à se, quia hæc non conferret supernaturalitatem accidentibus, & aliàs secundum illam rationem explicatam non est participabilis; non intellectus, quia charitas

399.  
Molina.  
Albelda.  
Herrera.  
Sosa.  
Ripalda.

non esset supernaturalis, cum non posset participare intellectum; qui est lineæ appetitiuæ; non voluntas; quia non potest participare lumen gloriæ; non sanctitas, quia fides, & spes sanctitates non sunt, cum tamen substantialiter sint supernaturales. Non sapientia, quia amor, fortitudo, & temperantia formaliter non sunt sapientia, Non iustitia, aut aliud ex attributis diuinis, quia visio beatifica formaliter non est iustitia, aut participatio alicuius attributi, sed solum habet conuenientiam formalem cum visione diuina & increata, quatenus terminatur ad Deum Trinum & vnum. Sola ergo Trinitas potest participari formaliter ab omnibus entibus supernaturalibus, mediate, vel immediate, vt in solutionibus argumentorum explicamus: relinquitur ergo, quod diuina natura, vt est in se, & quantum attinet ad hanc participationem sit vt est vna, & petit esse in tribus suppositis.

400.  
Cyril. Alex.

Et hoc modo intelligendi sunt Patres qui docent gratiam esse participationem diuinæ naturæ, aut Spiritus sancti, ex quibus Cyrillus Alexandrinus; lib. 4. Comm. in Isai. oratione 2. ad cap. 44. *Hæc autem pulchritudo potest intelligi spiritualis, formatur etiam veluti in Christo per Sancti Spiritus participationem ad ipsius speciem, Et infra. Formatur autem in nobis Christus Sancto Spiritu diuinam quandam formam per sanctificationem; & iustitiam nobis indente, sic enim in animis nostris elucet character Dei substantia, & patris.* Dionysius Areopagita de cælesti hierarchia part. 1. cap. 2. *vbi ait nos operari diuine quia diuine habemus.* Gregorius Magnus, lib. 18. moralium cap. 33. *Omnes superna Patrie electi Sancti quidem, & iusti sunt, sed participatione sapientia, non comparatione.* Sapientia verò diuina terminatur ad Deum Vnum, & Trinum.

Dionysius.  
Greg. Mag.

Tertia, & fortassis non inuitus in hanc venire sententiam Ioannes Vincentius, qui licet existimet Trinitatis mysterium non esse augustissimum, & excellentissimum inter fidei arcana, sed supponi alterum, quod sit augustius, & excellentius, scilicet, esse imparticipatum, & independens, totam essendi plenitudinem in se continens simplicissima quadam complexione, in quo, inquit, comprehendimus duas vniuersalissimas rationes viuere, & intelligere, quia Deus est, ipsum esse viuens intellectualem vitam à semetipso, quod docuerat quæst. 1. pag. 12. in medio tamen ad finem affirmat vitam intellectualem in Deo esse priorem quam mysterium Trinitatis, vt veluti illius rationem (quamuis non propriè fundamentum,) vt peritiores Theologi docent immutabilitatem esse rationem æternitatis. *Nam qua ratione (ait pag. 13. in principio) infinita Dei essentia est ipsum intellectualem viuere, naturam est ei ad intra communicari, omni; & summo modo natura intellectualem possibilis que sancte intellectualem communicatio, cum non nisi per actiones intellectus, & voluntatis esse queat, diuina essentia in tribus dumtaxat personis potest subsistere.* Et statim explicat rationem Patris, generationem filij, & processionem Spiritus sancti, illam per intellectum, hanc per voluntatem; & tandem pag. 14. ante medium con-

401.  
Vincentius.

cludit duas esse tantum processionem in diuinis, & mysterium Trinitatis necessariò reducendum esse ad ipsum esse, viuere, & intelligere, tamquam ad priorem rationem illius.

402.

Cum ergo illa pag. 14. §. gratia per se primo. asserat illam esse quandam formalem expressionem, & participationem entitatis per essentiam, & ex hoc esse excellentissimum, & supernaturalem, & asseruerit, Deum prout præintelligitur ad mysterium Trinitatis esse ipsum intellectualem viuere, proculdubio asserit, ex natua communicabilitate tamquam ex primo fonte supernaturalitatis, atque adeo ex essentiali fecunditate, quam præcedenti sectione explicabimus, refutare Trinitatem personarum, quæ est ipsissima sententia Magistri Cumel, quia negare illa ratione non potest vitam intellectualem cum natua illa communicabilitate ad intra supponi veluti rationem formalem Trinitatis, & actualis subsistentia; relatiuæ in tribus suppositis.

M. Curiel.

Hinc facile colligitur Vincentium sensisse diuinam naturam consistere primo & per se in vita intellectualem à se, atque adeo in perfectissima intellectualitate, & reddidisse rationem cur tantum reperiantur duæ processionem, & cur sint per voluntatem, & intellectum, vt vidimus, quod non satis aduertit Magister Curiel conouerfia 3. in 2. Petri 1. num. 180. dum infert contra Vincentium ex illius sententia non posse reddi rationem illarum duarum veritatum, quas fides catholica docet, quia licet non reddatur ex ratione esse independentis, redditur ex ratione perfectissimæ intellectualitatis à se, vt bene discuit Vincentius tota illa pag. 13. & 14. sequent. editionis Romanæ, qui numquam negauit gratiam esse expressionem intellectualitatis diuinæ licet asseruerit esse participationem eius independentis, & à se, quia putauit hoc esse idem omnino cum vita intellectualem.

403.  
Vincent.

Curiel.

In explicationem huius sententiæ, quam sequuntur Doctissimi Recentiores qui nondum sua scripta typis mandarunt,

404.

Dico iam primo, ad formale mysterium sanctissimæ Trinitatis præcisa intellectualitate diuina non præsupponitur aliquid in Deo, quod habeat rationem naturæ diuinæ, & possit participari à creaturis. Hæc conclusio est contra Vincentium quatenus asserit actum purum, ens per essentiam imparticipatum, & independens supponi, ad mysterium Trinitatis formaliter sumptum, tanquam perfectionem supremam, & veluti naturam diuinam, hancque formaliter participari à gratia sanctificante; sed amplectuntur eam Magister Cumel 1. part. quæst. 12. artic. 4. disputatione vnica Curiel conouerfia illa 3. ad 2. Petri num. 94. & sequentibus; Thomas Hurtado conouerfia 4. membrò 1. & alij.

405.

M. Cumel.

M. Curiel.

Th. Hurt.

Probatum efficaciter, quia si aliquid supponeretur per modum naturæ, & esset participabile à creaturis, maxime ratio entis à se imparticipatum, & independens, atque adeo ipsa essendi plenitudo; sed hæc nec possunt habere rationem naturæ nec participari à creaturis: ergo ad mysterium Trinitatis sumptum formaliter, & præcisa intellectualitate diuina

406.

nihil supponitur, quod habeat rationem naturæ in Deo, neque quod possit participari à creaturis. Discursus est evidens, & maior est sententia Asturicensis; & minor quoad primam partem probatur duplici medio; primum, quia omnia illa etiam si addatur infinitas, & illimitatio & pelagus perfectionum non intelliguntur ut principium, & radix alicuius actionis, vel actus secundi: ergo neque illorum omnium alterum, nec omnia simul sumpta intelliguntur habere rationem naturæ. Consequentia est evidens, quia natura semper intelligitur, ut radix & principium actus secundi: & antecedens ostenditur, quia si esset principium alicuius actus secundi, ille esset intelligere, aut velle, quia in Deo nullus alius actus reperitur, intelligere autem, & velle comparantur, ut ad principium ad divinam intellectualitatem, non vero ad entitatem per essentiam independentem, infinitam & imparticipatam, ut clarissime constat.

407. Secundum medium, quia illa omnia concipiuntur, ut modi naturæ & essentia diuinæ: ergo non concipiuntur ad modum naturæ. Antecedens ostenditur, quia esse participatum, limitatum, finitum, & dependens ab alio non constituit in creatura naturam aut essentiam; sed determinatum modum illam habendi à quo nulla orientur prædicata essentialia, quibus in sua essentia, & quidditate constituatur creatura: simili igitur in Deo omnia illa, quæ idem prorsus sunt, & in idem recidunt, solum habere modum naturæ diuinæ. Deum enim esse à se nihil aliud est, quam non habere suam naturam, & essentiam ab alio, quod idem significat esse imparticipatum, & independentem, scilicet illius essentiam non participati ab alia causa, neque naturam dependere ab alio: ergo ad independentiam, & imparticipationem supponitur essentia, & natura, quæ illis modis habeatur, sicut ad dependentiam essentia creaturæ supponuntur prædicata essentialia, & quidditatiua, quæ limitato modo, & adiuncta potentialitate sunt in creatura, tamquam illius natura, & essentia.

408. Quo ad secundam verò partem probatur eadem minor, quia in illo in quo reperitur repugnantia directa, cum esse participato, non potest esse vlla conuenientia formalis inter Deum, & creaturas, sed in illis prædicatis, aut perfectionibus affertur directa repugnantia cum esse participato: ergo in illis non potest esse conuenientia formalis inter Deum, & creaturas, & ulterius, ergo ante mysterium formaliter Trinitatis, & Intellectualitatem diuini, nihil intelligitur in Deo, quod possit participari à creaturis, & in quo fundetur conuenientia formalis, utraque consequentia est evidens, & maior ex terminis patet; affertur enim si posset illa conuenientia reperiri, implicatio evidens contradictionis, haberet enim creatura esse participatum, quia talis est, & non participatum, quia in hoc conuenit cum Deo, formaliter ac necessario debet habere idem prædicatum formaliter. Minor verò probatur, quia esse à se habet directam repugnantiam, cum esse ab alio; esse per essentiam & illimitatum cum esse per participationem & limitatum; esse actum purissi-

imum immixtum potentialitati, cum ente, quod non est actus purus, & habet necessariò potentialitatem admixtam; cum absolute repugnet, eandem rem omnino esse à se, & non esse à se, non esse participatum, & esse participationem, esse quid independentem, & esse dependens; habent ergo omnia illa directam repugnantiam cum esse participato, ac proinde non possunt in creatura inueniri; alias creatura supernaturalis, ut gratia formaliter esset pelagus perfectionum, cætera contra hanc sententiam vide in Magistro Curiel illa controuersia 4.

Dico secundò; Ratio entis supernaturalis, secundum substantiam, ut reperitur in creaturis consistit in formali participatione diuinæ naturæ, ut habet communicabilitatem ad intra, & petit esse in tribus suppositis, atque adeo in participatione Dei, ut est Trinus & Vnus. Hæc est contra Erice, Fasolum, Ripaldam, & alios. Sed est expressa M. Cumel, & illam docent recentiores Doctissimi. Et probatur supponendo prius illius explicationem; non enim sensus illius est, quodcumque ens supernaturale ita esse formalem participationem Dei, ut petit esse Trinus, & Vnus, quod etiam ipsum sit vnus subsistens in tribus suppositis, id enim est omnino impossibile, cum tota Trinitas non possit communicari creaturis; sed sensus est, nullum esse ens supernaturale, quod secundum suam rationem non habeat conuenientiam formalem, vel cum ipsa fecunditate diuina, vel cum prædicatis, & perfectionibus, quæ consequuntur ad illam vsque ad actualem, & formalem Trinitatem, non cum omnibus simul sumptis. Sed cum vna, vel altera illarum sumpta, ut distinguitur ab aliis; quæ ratione gratia est formalis participatio diuinæ naturæ, ut est intellectualitas fecunda, charitas formalis participatio diuini amoris, ut terminatur ad Deum Trinum, & Vnū, visio beatifica formalis participatio diuinæ intellectualionis, ut per illam cognoscitur, & videtur Deus Vnus, & Trinus, & sic de aliis entibus supernaturalibus in quibus reperitur hæc participatio vel immediate, vel solum mediate antecederet, vel consequenter; quod dixi, ut includerem omnia entia supernaturalia, etiam illa in quibus explicite non reuertitur participatio Dei, ut est Trinus, & Vnus, quod non erit noui Erice, & Ripalda, & amplius explicabitur, sect. 6. Et hæc quidem est S. Thomæ sententia, qui 1. 2. q. 110. art. 3. ex professo docet gratiam esse diuinam naturam participatam, quam etiam sequitur Caietanus ibidem. Hæc enim participatio non potest recte explicari, nisi in ordine ad fecunditatem internam diuinæ naturæ, præcipue cum charitas, & visio beatifica essentialiter terminentur ad Deum Trinum, & Vnum.

410. Conclusio ergo ita explicata probatur primò, quia ratio entis supernaturalis creati consistit in formali participatione supernaturalitatis increatæ, & diuinæ, sed hæc consistit in diuina natura, ut dicit innatam communicabilitatem, ad intra, & petit esse in tribus suppositis; ergo ratio formalis entis supernaturalis consistit in participatione formali diuinæ naturæ, ut petit esse in tribus diuinis personis.

Curiel.

409.

S. Thomæ.

410.

Conf.

Consequentia est manifesta, quia ratio entis supernaturalis creati non potest melius explicari, quam per analogiam ad increatam supernaturalitatem, quæ est fons, & origo omnis supernaturalitatis, ex quo principio etiam ostenditur maior. Minor vero probatur, quia ut ostendimus sect. 3. fecunditas ad intra, ut intelligitur esse in intellectualitate diuina est prima diuina perfectio, in qua veluti in natura, & essentia incipit apparere supernaturalitas diuina, & ex qua deriuatur ad omnes alias perfectiones, quæ reperiuntur in Deo.

411. Probatur secundò, quia ille est conceptus primarius entis supernaturalis generaliter sumpti; in quo primario conueniunt omnia entia supernaturalia & quo à naturalibus distinguuntur; sed in formali participatione Deitatis, ut petit esse, vel est in tribus personis primario conueniunt omnia entia supernaturalia, & per illam differunt à naturalibus; ergo participatio formalis Deitatis, ut Vna, & Trina est ratio primaria, & essentialis, entibus supernaturalibus generaliter sumptis. Consequentia est evidens, & maior est certa. minor vero inductione probatur, quia nullum est ens supernaturale, quod aliquo modo non participet formaliter rationem Trinitatis, ut declarabimus in solutionibus argumentorum, & terigimus in explicatione huius conclusionis.

412. Teriò probatur ex refutatione aliarum sententiarum, ex quo conclusio euidenter infertur; non enim restat aliud, à quo sumatur formalis ratio supernaturalis, quæ non consistit in hoc quod supernaturale sit, super omnem substantiam creatam, & creabilem, ut existimauit Magister Granada 1. 2. tit. 4. de gratia disput. 8. sectione.... num.... hæc enim sententia petit principium, cum enim disputatio de natura entis supernaturalis ortam habuerit ex illa, an possibilis sit, supernaturalis substantia non recte probatur illius impossibilitas, ex eo quod ens supernaturale est supra naturam creatam, & creabilem, id enim est, quod inquiritur, an scilicet sit creabilis substantia supernaturalis? & in hoc recte procedit contra recentiores suos Valentinus Erice.

Valt. Erice.

413. Albertinus.

414. Fasolus.

415. Hurtado.

Nec secundò consistit in ordine ad Deum, ut actum purum, ut existimat Albertinus, quem num. 9. citat. Ripalda, tum quia fundamentum huius ordinis non explicatur, tum quia ratio actus puri non est participabilis, ut iam monstrabimus; tum denique, quia non declarat in quo consistat hic ordo, vel quomodo respiciatur actus purus, qui respici non potest, ut obiectum, neque ut principium, neque ut exemplar.

Nec teriò potest consistere in essentiali ordine in Deum, ut extremum cui rationalis natura coniungitur per visionem, vel amorem, vel vnionem hypostaticam, ut putauit Fasolus 1. part. quæst. 1. 2. art. 4. num. 22. tum quia non explicatur in quo fundetur hic ordo, tum quia amor naturalis, ut recte notarunt alij immediate coniungit hominem cum Deo, & tamen supernaturalis non est.

Nec quartò potest ratio entis supernaturalis consistere in eo quod pertineat ad ordinem videndi Deum, ut existimauit Hurtado

apud Ripaldam num. 18. explicandum enim restat, quid nam peculiare habeant entia supernaturalia propter quod pertineant ad ordinem videndi Deum, quod in naturalibus reperitur nunquam; Adde in aliquorum sententia, virtutem arboris vitæ esse supernaturalem, quæ quidem non dicebat essentialem ordinem ad coniunctionem cum Deo per visionem beatificam, sicut nec vita prolata per illam virtutem, aut qualitatem communicata illum ordinem dicebat.

Nec quintò vera est sententia, quam defendit Salas: 1. 2. tomo 2. tit. 11. disputatione 6. n. 103. & etiam Agidius Coninch. 2. 2. disp. 5. dubio 4. entitatem supernaturalem esse illam, quæ indebita est naturæ, & illi superadditur, manet enim res obscura, & non explicata, quia statim inquiritur cum illa entitas indebita sit naturæ, & illi superaddatur, quare ratione essentiali sit supra ordinem illius.

Nec sextò constat essentia entis supernaturalis in participatione entis à se, & imparticipati per essentiam, & ut est abyssus, & pelagus perfectionum, ut existimauit de gratia Vincentius, qui illa omnia prædicata non possunt participari, ut iam vidimus, & bene probat Thomas Hurtado.

Cæteræ verò sententiæ, aut iam refutatae sunt sect. 1. & 2. vel sine violentia vlla explicantur, de participatione Dei, ut est Trinus, & Vnus, & suauis quæ existimat supernaturalia esse; quæ pertinent ad ordinem diuinum, participatio enim Dei, ut est Trinus constituit diuinum ordinem in sententia nostra, iudicio enim nostri Magistri supernaturalis idem est, quod eleuatum supra naturam aut diuinum. Relinquitur ergo rationem propriam entis supernaturalis, esse participationem formalem Dei, ut est Trinus, & Vnus.

SECTIO V.

Marianam virtutem esse supernaturalem: non vero sanctissimam Virginem.

416. Dico teriò: Mariana virtus ad generandum Deum, & hominem, seu quod idem est dignitas fundamentalis Dei genitricis formaliter est entitas supernaturalis secundum substantiam, & non solum ex parte efficientis. Hanc docent Diuus Thomas 3. quæst. 32. D. Thomæ artic. 4. ad primum quatenus docet virtutem generatiuam, & susceptiuam in virgine fuisse miraculosam, expressè sanctus Bonauentura 3. d. 4. artic. 3. quæst. 1. & 2. Guillelmus Varro. Varro, eadem distinct. Gabriel ibidem q. .... Gabriel. Canisius lib. 3. de beata Virgine, cap. 13. Cet. Canisius. Academia 15. præcipue sectione 3. à num. 20. & asserit, & seriò probat in sanctissima Virgine gignente per gratiam, esse strictè supernaturalem naturam, ut generaret filium Deum, idque tam clarè, dilucidè, & constanter, ut clarius dilucidius, & constanter; ego ipse, qui hanc virtutem supernaturalem

416.

Salas. Coninch.

417.

Vincentius.

Th. Hurt.

418.

419.

D. Thomæ.

Bonauent.

Varro.

Gabriel.

Canisius.

Cet.

Academia.

3.

20.

Sanctissima.

Virgine.

gignente.

per gratiam.

esse.

strictè.

supernaturalem.

naturam.

ralem, noniter, & ex Patribus, & ex scholasticis profero in lucem nulla valeam explicare, & tueri ratione; quo verò ingenio hæc addam nonnullis intelligit. Illam etiam docent Patres, & Doctores, quos in discursu huius tractatus afferemus; & censent probabilem, & piam Salmanticenses Antecessores Theologi, qui postquam nostram propositionem viderunt, & summopere laudant, & vehementer cum aliis nostris assertionibus lucem aspicere, & desiderant, & hortantur, vt quæ in maximam cedant Virginis gloriam, eam significauit Ripalda in Magistrum sententiarum, 3. d. 4. q. 6. & tradit expressè 2. tomo entis supernaturalis, qui iam excusus, vbi vt ipse mihi retulit ex professo probat dignitatem Matris Dei excellentiori modo, quam gratiam habitualemente esse formam sanctificantem, & perfectiori modo ex illa prodire, quæcunque dona nascuntur ex gratia habituali. Subscribunt, & non sine elogiis huius doctrinæ Academiæ Hispaniarum, & viri doctissimi intra, & extra religiosas familias, & ego ita certam iudico, vt si bene perspicitur à nullo possit negari, qui entia supernaturalia quoad substantiam admittat.

Ripalda.

420.

Dixi in illa, & non solum ex parte efficientis, vt excludam notissimam sententiam Scoti, quæst. 1. prologi §. ad quæstionem, & 4. distinctione 10. quæst. 8. §. contra rationem etiam huius responsionis, & antiquorum, qui docuerunt, supernaturale esse illud, quod necessario petit Deum ad sui productionem, quia in natura causam efficientem non habet. Quam cum sancto Thomas 3. part. quæst. 4. art. 1. iam improbarunt non solum Thomistæ, vt Caietanus, Magister Cumel, Banez, Albelda & alij; sed etiam Molina; Suarez & multi quos refert, & sequitur Salas, 2. tom. in 1. 2. disput. 1. 2. sect. 3.

D. Thom. Caietanus. M. Cumel. Banez. Albelda. Molina. Suarez.

421.

Hæc assertio constabit euidenter ex sequentibus disputationibus, & ex omnibus, quæ ex Patribus afferuntur ad explicandam dignitatem physicam Dei genitricis, quæ est nostrum argumentum. Nunc breuiter illam ostendo, quia illud est substantialiter supernaturale, quod est formalis participatio maximè immediata fecunditatis, quæ reperitur in diuina natura in ordine excellentissimo Trinitatis diuinæ: sed dignitas fundamentalis Dei genitricis, & virtus illius ad generandum Deum, & hominem est formalis participatio fecunditatis diuinæ ad intra atque adeo Dei, vt est in se Vnus, & Trinus: ergo hæc virtus, seu dignitas est substantialiter supernaturale. Consequentia est legitima, & minor probatur, quia hæc virtus est fecunditas ad generationem omni modo excedentem naturam, in qua nulla est virtus ad generandum Deum, neque ad attingendam vnionem inter Deum, & hominem: ergo formaliter est participatio fecunditatis diuinæ, vt dicit rationem formalem producendi, & generandi Deum. Hæc autem est perfectio in linea Trinitatis: ergo virtus hæc generatiua Virginis est formalis participatio fecunditatis diuinæ illaque propriissima, & immediata.

422.

Dico quartò, & si hæc dignitas sit formaliter

supernaturalis, non inde infertur beatissimam Virginem Mariam esse supernaturalem secundum substantiam, seu quod idem est, non deducitur esse substantiam supernaturalem. Hæc assertio est contra illos, qui non rectè penetrantes nostram doctrinam asseruerunt ex illa sequi Virginem sanctissimam esse formaliter substantiam supernaturalem, sed amplectuntur eam omnes, qui affirmant in creaturis intellectualibus dari accidentia supernaturalia illis intrinseca & per modum naturæ, & per modum virtutis efficientis, & adhuc censent illas esse secundum substantiam naturales omnino, quos non est recensere necessarium.

423.

Probatur clarissimè, quia si ex hoc, quod virtus hæc est supernaturalis sequeretur Virginem sanctissimam esse supernaturalem substantiam, ideo esset quia fluere vt proprietates ad illius essentiam illamque respiceret, vt proprium illius principium, vt risibilitas respicit hominis essentiam, sed nec fluit vt proprietates, nec Virginem immaculatam respicit, vt sui principium efficiens; ergo ex hoc non sequitur, beatissimam Virginem esse supernaturalem. Consequentio est euidentis, & minor probatur, quia eodè modo comparatur hæc dignitas ad Mariam sanctissimam, ea ratione, qua gratia, & dona supernaturalia comparantur ad intellectualem naturam, ita vt & sit indebita Virgini, & illi collata omnino gratuito; sed gratia & perfectiones, quæ illam consequuntur non inferunt creaturas intellectuales esse substantias supernaturales, vt omnes fatentur, neque dona supernaturalia fluere ex propriis principiis, aut essentibus neque esse proprietates illarum: ergo neque quod sit dignitas Maternalis supernaturalis infert aliquo modo Mariam sanctissimam esse substantiam supernaturalem.

424.

Dico quintò, etsi Beatissima Virgo Maria nec sit, nec possit esse substantia supernaturalis adhuc tamen ex accidenti, dono diuino, & omnino gratuito, & indebito habuit, & habet proprietates aliquas ex illis, quas haberet supernaturalis substantia, si esset possibilis. Hanc ego assertionem primus publicè defendi in florentissimo Theologorum Salmanticensium lycæo, quæ Academiæ tantæ plausibilis fuit, illamque probarunt sapientissimi Magistri Cumel, Curiel, Herrera, Antolines, Basilius Pontius, Marquez, & Antonius Perez.

M. Cumel. Curiel. Herrera. Antolines. Basil. Pont. Marquez. Ant. Perez.

425.

Tres partes habet hæc assertio, prima est beatissimam Virginem non esse supernaturalem substantiam, & hæc est de fide, illamque docet Ecclesia contra Hæreticos asserentes Mariam sanctissimam esse Deum. Et probatur manifestè: quia Maria sanctissima est vera filia Adami, vere genita, & nata, vere etiam Mater Christi, vt homo est, vt colligitur ex Euangelica doctrina, & ostendimus disp. 1. sect. .... est ergo naturalis substantia, alias Christus Dominus, non esset verus, & substantialis homo, cum à Patre id non habeat, neque à Matre id posset habere. Immo nec Mater posset esse Maria, quia substantia supernaturalis si daretur Mater esse non posset, derogat ergo error prædictus dignitati Mariæ sanctissimæ, dignitati Christi Domini, & dignitati redemptionis humanæ.

426.

Secunda est Mariam sanctissimam non potuisse

tuisse esse, supernaturalem substantiam, quæ intelligenda est etiam absoluta potentia, ratio est quia substantia completa supernaturalis repugnat, & est absolute impossibilis: ergo: Antecedens negat Ripalda, de ente supernaturali disput. 3. sect. 1. n. 9. & latius disputatione 23. Alarcon. quibus occasionem dedit Molina 2. part. quæst. 1. 2. artic. 5. disput. 7. dum conatur diluere argumenta sententiæ affirmantis substantiam supernaturalem esse absolute impossibilem, quam post R. M. Cumel 1. part. quæst. 1. 2. art. 4. disput. vnica in antiqua, & noua editione & 2. tomo in 1. 2. quæst. 110. artic. 4. disput. 5. sequuntur omnes scriptores Thomistæ & non Thomistæ, quos refert Ripalda, illa disput. 23. sect. 1. & probari solet variis rationibus, quas late explicat Magister Cumel, illa disputatione 5. ex quo eas desumpserunt, & amplificauerunt posteriores, vt & multa, quæ passim inuenies in eorum scriptis, in quibus vnam, aut alteram seligam.

Ripalda.

Alarcon. Molina.

Cumel.

427.

Probatur ergo primò illa propositio, scilicet substantiam supernaturalem esse impossibilem etiam absoluta potentia; quia implicat substantia creata quæ petat ex propria rei natura subsistere in tribus suppositis; ergo implicat substantia supernaturalis creata. Antecedens est certum, & à nullo potest negari nisi velit Trinitatis arcanum esse communicabile creaturæ; & consequentia probatur, quia illa substantia peteret necessario esse vna in tribus suppositis; haberet enim conuenientiam formalem cum Deo in ratione substantiæ supernaturalis; Deus vero secundum substantiam petit naturam, quæ vna subsistat in tribus suppositis; & hæc communicabilitas conuenit naturæ diuinæ essentialiter; Immo est ipsa natura, vt nostro modo intelligendi dicit diuinam intellectualitatem fecundam ad intra, ante actualè mysterium Trinitatis; & explicatur, quia illa substantia esset consors naturæ diuinæ, non accidentaliter, sed substantialiter & ex propriis principiis; ergo haberet substantialiter diuinam naturam: ergo substantialiter esset fecunda intellectualiter & ad intra. Hæc consequentia patet, quia ex vi fecunditatis ad intra incipit apparere supernaturalitas diuina, vt latius deduximus sectione 3. & prima ostenditur; quia prima conuenientia formalis illius substantiæ cum Deo non esset in illo attributorum, aut perfectionum, quæ veluti consequuntur naturam iam constitutam, atque adeo cum necessario imitetur naturam diuinam formaliter, esset substantialiter fecunda ad intra: & antecedens probatur, quia conuenientia formalis substantialis inter Petrum, & Paulum in ratione hominis, fundatur in consortio eiusdem omnino naturæ; & essentia; ita vt si hoc consortium non esset conuenientia substantialis inter illos, non inueniretur, si ergo substantia illa haberet conuenientiam formalem cum Deo in prædicato illo, supernaturalis substantia, necessario esset consors diuinæ naturæ, & non per accidentia, vt substantia Angelica, & humana; ergo substantialiter esset consors diuinæ naturæ, ac proinde peteret vna esse in tribus suppositis. Et explicatur se-

cundo, quia conuenientia formalis visionis Beatificæ, fundatur in consortio, quod habet cum visione diuina, & increata in sua propiissima ratione, id est in quantum terminatur ad Deum Trinum, & Vnum; ergo conuenientia substantiæ illius esset fundata in consortio diuinæ naturæ, & substantiæ, vt concipitur intellectualis perfectissimo modo, & etiam ad intra fecunda, non enim inter perfectiones diuinas inuenitur alia cum qua habeat conuenientiam formalem.

428.

Vidit hanc rationem Falsolus 1. part. q. 12. art. 5. dubio 6. num. 26. & ad illam responderet negando consequentiam, & ad illius probationem negat etiam substantiam supernaturalem necessario futuram participationem, seu imitationem supernaturalitatis substantialis, quæ reperitur in Deo, quia non est necessarium, quod perfectiones, quæ reperiuntur in creaturis, & sunt formales participationes perfectionum diuinarum inueniantur in illis, cum illa eminentia, quam habent in Deo, ab eis nulla diuina perfectio potest participari; Deinde respondet nullam esse rationem, propter quam excessus quem habet Deus in ratione entis supernaturalis, sit in ratione vnus, & Trini & non in ratione actus puri infiniti: vel omnipotentis, quæ haberet Deus etiam, si non esset Trinus, & Vnus.

429.

Sed hæc solutio facile refellitur, quia tametsi verum sit perfectiones diuinas non posse participari à creaturis, cum illa eminentia, quam habet in Deo, negari nulla ratione potest quod si sint participationes alicuius gradus eorum, qui formaliter reperiuntur in Deo necessario debeant habere formaliter illum gradum, & conuenientiam formalem cum Deo in illo gradu, alias non essent participationes formales illius gradus; visio enim beatifica si non haberet conuenientiam formalem, cum visione diuina in gradu, quem participat, scilicet terminari clare, & euidenter ad Deum, vt est in se, nullo modo esset participatio diuinæ visionis secundum illum gradum, quod idem manifestum etiam in perfectionibus alijs, quæ participatur à creaturis. Ex quo deducitur non obscure, quod cum substantia illa supernaturalis conueniret cum Deo in gradu supernaturalitatis necessario deberet habere in se formaliter gradum in quo formaliter primo est supernaturalitas substantialis in Deo; hic autem est fecunditas ad intra, vnde ipsa vel non esset participatio supernaturalitatis substantialis, quod est contra rationem illius, & eam destruit, vel à natura haberet, quod esset fecunda & peteret communicabilitatem ad tria supposita, quæ ratio non potest præscindi à substantiali supernaturalitate, sicut ratio diuini in sua abstractione præscindi potest, à voluntate, & intellectu Vnde rectè inferunt, qui negant substantiam supernaturalem illam futuram, & non futuram Deum.

430.

Deinde falsum est, nullam esse rationem propter quam in fecunditate, potius quam in aliquo attributorum constituenda sit ratio primaria supernaturalis, est enim congruentissima ratio quam assignauimus Sectione 3. licet enim negari non possit omnes diuinas perfe-

ationes esse supernaturales. Certissimum est supernaturalitatem debere oriri primario ab aliqua perfectione diuina, ea ratione qua omnes perfectiones diuinæ æternæ sunt ab vnica solum æternitate, quæ reperitur in Deo, ita etiam licet ratio supernaturalitatis sit veluti prædicatum transcendens nascitur vel primario inuenitur, in natura & essentia Dei secundum illud quod habet rationem naturæ, quod est intellectualitas secunda ad intra, atque adeo communicabilitas ad tria supposita, quæ omnino superat viuacitatem cuiuscunque intellectus creati, merito ergo, & recte notauit Vazquez, 2. tomo in 1. p. disput. 13. c. 2. vnitatem in Deo non dici, supernaturalem, sed trinitatem personarum solum, quia vnitas, & alia Dei attributa naturali ratione possunt cognosci, mysterium verò Trinitatis non solum plenè cognosci, sed neque adorari possit sine reuelatione Dei, vnde merito intelligitur, quasi supremum, & eminentissimum in diuinitate; illud verò, quod addit Deum futurum supernaturalem etiam si non esset Trinus; est idem, quod asserere Deum futurum Deum, etiam si non haberet rationem Deitatis, quod amplius declarabitur sectione sequenti.

Vazquez

431. Ripalda

Vidit etiam Ripalda, disput. 23. sect. 16. numero 81. & etiam negat consequentiam, tum quia dicit se probasse rationem supernaturalis non consistere in participatione sanctissimæ Trinitatis, tum quia etiam si consisteret non posset esse illa participatio vniuoca Deo, & creaturis, quæ solutio ferè est eadem, quam iam refutauimus & de nouo refellitur; tum quia monstrauimus in nullo alio posse consistere supernaturalitatem, quam in illa participatione, neque contrarium ostendunt rationes Ripaldæ, tum etiam, quia substantialis participatio necessario esset vniuoca, quia licet accidentia non participent, nec possint vniuocè cum Deo supernaturalitatem, substantia tamen illam vniuocè non solum participaret, sed esset idem ipse Deus, quia haberet conuenientiam formalem Deo in illa fecunditate ad intra, à qua diximus non posse præscindi rationem Deitatis.

432. Valentinus

Hinc constat, quam insulse dixerit Valentinus disput. 48. cap. 2. num. 24. sententiam asserentium supernaturalitatem creatam consistere in participatione Dei vt est vnus, & Trinus nihil referre ad resolutionem huius difficultatis, quam præ manibus habemus: fallitur enim cum ex illa sententia efficax sumatur argumentum ad probandam impossibilitatem substantiæ supernaturalis.

433.

Probatur secundò; quia si substantia supernaturalis creata esset possibilis necessario fluere ab illa proprietates, & accidentia supernaturalia, quæ de facto inueniuntur eleuantia naturam substantialem creatam, illaque substantia esset connaturale, & proprium subiectum illarum, vt quæcunque alia substantia connaturale est subiectum proprietatum, quæ fluunt ab illius natura: Ergo de facto omnia supernaturalia accidentia, vt gratia, Charitas, lumen gloriæ sunt extra proprium, & connaturale subiectum: Ergo violentiam perpetuam patiuntur & in æternum patiuntur, vt violentiam pateretur calor, si nunquam reperiretur in igne à quo petit fluere, sed

semper reperiretur in aëre. Non est igitur credibile Deum nõ creasse substantiam supernaturalem si possibilis est, ne tot accidentia in æternum perseverarent, cum inclinatione ad proprium, & connaturale subiectum, quin hæc inclinatio satiaretur vnquam, vnde manifesta violentia accidentibus supernaturalibus.

434.

Dices negandum esse antecedens, quia dona supernaturalia; quæ de facto dantur ex propria essentia ordinantur ad eleuandam naturam substantialem creatam; accidentia vero, quæ consequerentur ad illam substantiam supernaturalem possibilem non ordinantur ad hanc eleuationem, atque adeo necessario forent distincta à supernaturalibus perfectionibus, non existentibus.

435.

Sed contra primò, quia forsitan repugnat alia gratia habitualis distincta ab ea quæ nunc existit, & id dubitari non potest de charitate; lumine gloriæ & visione beatifica supposita sententia asserentium non posse videri essentiam sine personis, aut vnâ personam sine alia quæ vera, & communior est. Contra 2. & vrgentius, quia esto verum sit accidentia illius substantiæ possibilis distincta in specie à nostris accidentibus supernaturalibus; adhuc argumentum manet in suo robore; Hæc enim accidentia semper manent extra proprium subiectum, neque aliquod respiciunt à quo naturaliter oriatur. Tertio quia non vitantur inconuenientia, quæ in aliis rationibus adducuntur; substantia enim illa per accidentia supernaturalia, quæ fluere ab illa naturaliter videret Deum & esset impeccabilis, &c. Adde quod si accidentia, quæ fluere ab illa substantia supernaturali possibili collocarentur (vt fieri potest) in substantia naturali, proculdubio illam eleuarent, & miraculum non consisteret in eleuatione potentiarum, aut substantiæ naturalis; sed in vnione ad illam, qua supposita necessario constituerentur in ordine supernaturali, & elicerent supernaturales actiones, vt eliciunt de facto. Alias rationes attingam statim, argumenta vero, quæ proposuit Molina, & ampliarent alij, iam Theologi enuauerunt. Vide Albeldam, Granadum, Fallolum, & cæteros: non enim ad hæc nos animus.

Molina. Albelda. Granada. Fallolum.

436.

Sed ad tertiam partem quintæ assertionis, quæ affirmat Beatissimam Virginem habuisse ex dono gratuito, & accidentaliter perfectiones, quas haberet substantia supernaturalis possibilis, & repugnat peti intrinsecè à substantia creata. Hanc partem, quoad particulares perfectiones sequuntur Doctores, quos laudabimus inter nostram explicandam sententiam, de dignitate Dei genitricis adducendi in propriis disputationibus.

437. M. Cumel.

Principio enim illa esset naturaliter sancta, vt argumentatur Magister Cumel, & omnes qui negant supernaturalem substantiam, Beatissimam verò virginem accidentaliter esse sanctam à primo conceptionis instanti docent, quicunque affirmant illam conceptam fuisse, non solum sine peccato originali, sed etiam in gratia, qui iam est vniuersalis Ecclesiæ consensus. Et probatur latissimè à recentioribus inter quos, vt inter viburna cupressus altior, & argutior Illustrissimus Salazar: Magister Granado optimè

Salazar. Granado.

M. Oña.

optimè id probat. Et licet Hispano sermone Reuerendissimus, Magister Petrus de Oña Episcopus Caietanus ex nostro ordine assumptus, in libro eruditissimo de nouissimis ostendit, Sanctitatem autem virginis fuisse inamissibilem à prima sui infusione, itavt nunquam fuerit culpa interrupta; est dogma fidei, vide disputationem nostram an B. V. potuerit infici peccato originali de absoluta potentia: Argumentum hæreticorum iam diluit Suarez, in 3. p. q. 27. a. 3. disput. 4. sect. 3.

Suarez

439.

Deinde substantia supernaturalis esset natura sua impeccabilis, ita vt nulla ratione posset labi in peccatum, & hoc accidentarium fuit in virgine sanctissima ex gratia particulari quod peccato originali non potuit infici, cum creata fuerit in gratia, quæ non compatitur secum vllum peccatum, & saltem post filij conceptionem nunquam potuerit etiam venialiter peccare, vt docent ex preste sanctus Thomas, 3. p. q. 27. a. 4. ad 1. & clarius 3. d. 3. q. 1. vbi Bonaventura a. 2. q. 1. Alensis 3. p. 9. membro 3. a. 2. §. 2. & rectè declarat Suarez vbi supra licet diuersis principiis vtatur. Vtrum verò hæc impeccabilitas originem habuerit ex qualitate solum, aut saltem ex protectione diuina, vel ex qualitate, & protectione simul discutendum est l. 2. interim addo repugnantiam cum peccato originali, non solum ortum habuisse ex gratia habituali, sed etiam ex dignitate Dei genitricis, & visione beatifica, si certa sunt, quæ iam dico.

S. Tom. Bonaventura Suarez. Alensis.

440.

Tertio si daretur supernaturalis substantia, illa esset filius Dei naturalis, quod implicacionem inuoluit. Sequelam rectè probat Magister Cumel, disput. illa 5. part. seu art. 2. §. Moueor etiam, pag. 250. efficaci ratione desumpta ex eo, quod non posset esse filius adoptiuus cum non esset extranea à natura diuina, quam non soluunt recentiores. Filiatio autem hæc tamen si non naturalis ex dono gratuito, & accidentaliter collata fuit virgini sanctissimæ excellentissimo modo, & nulli creaturæ etiam Angelicæ communicabili in se, quia habuit de facto fecunditatem miraculosam ad generandum substantialiter Deum, & hominem, ad instar fecunditatis, quæ reperitur in Patre, habuit enim eundem filium; quem habet Pater, atque ad eo terminus illius fecunditatis fuit supernaturaliter substantialis, quantum attingit ad personalitatem diuinam. Quod beneficium exaggerat Sanctus Bernardinus Senensis tomo 1. sermone 61. art. cap. 12. his verbis Inde Maria sanctissima dicta Patris filia à Patribus, & Ecclesia singulari stylo, quia sicut substantialiter filius accipit à Patre naturam fecundam ad producendam alteram in Trinitate personam, licet non alterum filium, ne sit processus in infinitum, vt late intendit deducere Cuniga, de Trinitate 1. p. q. 27. disput. 2. n. 9. ita etiam virgo sanctissima accidentaliter, & per formam accidentalem participauit fecunditatem diuinam prout reperitur in Patre ad generandum substantialiter Deum subsistentem in natura humana.

Bernardinus.

Cuniga

441.

Quarto substantia supernaturalis, si daretur, naturaliter, videret Deum; vt est in se ipso, quod creaturæ repugnat, proprietates enim

diuinæ non possunt naturaliter fluere à natura creata, neque illi esse connaturales, quam rationem tradit S. Thomas 1. p. q. 12. art. 4. & illustrat Ioannes à sancto Thoma. ibid. disput. 14. Diuina autem Dei genitrix non semel vidit diuinam essentiam in hac vita, & in illius conceptione purissima, vt late, piè, & eruditè ostendit illustrissimus Salazar, de conceptione cap. 3. §. 4. quem iam plures imitantur, & nos forsitan, vt & hanc tertiam partem ex professo probabimus si Deus dederit, quæ generaliter ostenditur ex Gersono, qui supe. Magnificat Alphabero 83. littera E. hæc scribit. Maria iuxta hierarchicam Dionysij legem continet eminenter omnem perfectionem creaturarum, tanquam inferiorum, vt iure dicatur Regina mundi, & domina. Vis ergo breui compendio Maria beatitudinem tibi notam fieri, da illi per eminentiam, quidquid in creaturis videris melius ipsum, quam non ipsum, & quoniam participans fuit in via vniuersæ beatitudinis via, scilicet, & Patria. Ex quibus sit argumentor, esse sanctum semper & sine intermissione vlla, impeccabile perpetuum Dei filium, & videre diuinam essentiam sunt perfectiones meliores ipsa, quam non ipsa; sed omnes perfectiones huiusmodi concedendæ sunt Beatissimæ virgini: ergo de facto ornata fuit accidentaliter, & gratuito, perfectionibus, quæ consequerentur supernaturalem substantiam. Assertio, me indice, talis est, vt etiam cum hæc generalitate à nullo possit negari.

S. Thom. Ioan. à S. Thom.

Salazar

Gerson

442.

Relinquetur ergo dignitatem Dei genitricis fundamentaliter sumptam esse substantialiter supernaturalem, non vero Beatissimam virginem, tamen si habuerit aliquas proprietates substantiæ supernaturalis.

SECTIO VI.

Ex solutione argumentorum maior lxx nostra sententia.

443.

Variè oppugnant aduersarij nostram de ente supernaturali sententiam: Principio enim Magister Granado; quem ex parte imitatur Ripalda, ita argumentatur, plura sunt entia supernaturalia, quæ non participant Deum Trinum, & vnum, neque etiam illum vt causam exemplarem respiciunt: ergo ratio entis supernaturalis in hac participatione nulla ratione consistit. Consequentia est legitima, & antecedens probant efficaciter, dotes corporis gloriosissimi vbi Eucharisticum, & virtutes morales infusæ, Hoc in hac materia summum argumentum, quod religiosissimus Granado solita modestia componit.

Granado. Ripalda

444.

Respondeo negando antecedens, & ad illius primam probationem respondeo, dotes corporis gloriosi non esse immediatas participationes formales Dei, vt est vnus, & trinus, sed solum mediatas: præfiscuntur enim à visione beatifica, quæ formaliter immediatè est participatio visionis Dei, quatenus terminatur immediate ex sua natura ad Deum, vt est vnus, & Trinus, ex eo enim, quod corpus sit vnitum animæ videnti Deum, vt est in se ipso, subtilitas, agilitas, & alia dotes nascuntur tanquam à

proxima illarum radice, quod sufficit ad illarum supernaturalitatem, illud enim, quod respicit entitatem supernaturalem, tanquam proprium principium non potest non esse naturale, sicut a contrario, illud quod essentialiter respicit naturale principium non potest non esse naturale, & est exemplum in accidenti, quod absolute loquendo est ens, tamen si relatum ad substantiam sit ens, quia a substantia proficiscitur, & illam respicit ut proprium principium a quo fuit, ita etiam dotes corporis gloriosi formaliter, sed mediate sunt supernaturales a formali, & immediata participatio- ne visionis Beatificæ.

445. Ad secundam probationem Respondeo ubi Eucharisticum substantialiter non esse super- naturale quia intra ordinem naturæ optimè posset Deus constituere corpus in loco per ubi omnino simile ubi Eucharisto, ita ut esset totum in toto, & totum in qualibet parte, hoc enim nullam implicat contradictionem, neque ita proprium est corporis Christi Domini, quod aliis corporibus non possit diuinitus communicari, non ergo mirum quod non sit formaliter participatio Dei, ut est Trinus, & vnus. Quibus adde (si obicias illud ubi fieri supernaturali virtute) non omne opus miracu- losum exigere virtutem supernaturalem, pro- cul dubio enim in statu puræ naturæ, ubi nulla eleuatio ad finem supernaturalem, possent fieri miracula, ut conuersio vnus substantiæ in aliam, ut nunc fit in sacro Eucharistiæ myste- rio, quin hæc transsubstantiatio exigeret su- pernaturalem virtutem pertinentem ad ordi- nem diuinum, sed solum extraordinariam vir- tutem contentam intra ordinem naturæ, alias enim Deus nullum posset facere miraculum, nisi eleuando creaturam ad ordinem diuinum: vnde sanctus Augustinus dixit libro de vtili- tate credendi cap. 16. in 6. tomo. *Miraculum voco, quiquid arduum, aut insolitum supra spem, vel facultatem mirantis apparet.* Vbi non exigit ad efficientiam miraculi supernaturalem virtu- tem, quia illud sit substantialiter supernatura- le, sed virtutem superiorem, aut extraordina- riam, quia extraordinarie fit, & alias fieri non potest virtute innata causæ secundæ, sed petit necessario virtutem causæ primæ, & hoc solet vocari supernaturale quoad modum. Vide san- ctum Thomam 1. p. q. 105. art. 7. & Magistrum Granado, ubi supra sect. 7. num. 53, & sequen- tibus breuiter differentem de natura miraculi.

S. August. S. Thom. Granado

346.

Secundo Respondeo quod si ubi Eucharisti- cum supernaturale est non solum quoad mo- dum, sed etiam secundum substantiam partici- pat formaliter Deitatem, mediate tamen, ut diximus de dotibus corporis gloriosi; suapte enim natura petit esse ubi corporis Christi ut vnitum hypostaticè verbo forsitan non secun- dum propriam naturam, sed ut est corpus Ver- bi diuini petit posse esse illo modo in Eucha- ristia iuxta voluntatem Christi D. id est quo modo, & quando oportuerit, & ipse decreuerit, se sub accidentibus panis velare, quod sufficit ad supernaturalitatem, quia illud quod peritur a corpore Christi propter vnionem hypostati- cam, quæ immediate est formalis participatio diuinæ vnionis propter identitatem, ut ego

existimo, aut diuinæ substantiæ, ut dixit Al- belda non potest non esse supernaturale, præci- pue cum talis modus essendi corporis Christi, in Eucharistia hoc vel illo modo, sit causa, prin- cipium vel occasio plurimum effectuum super- naturalium, qui reperiuntur in suscipientibus rite Eucharistiam.

Ad tertiam probationem antecedentis res- pondeo, mediate etiam virtutes morales infusas esse formales participationes Dei, ut petit esse vnus in tribus suppositis, quod sufficit ad ratio- nem supernaturalitatis. Adde temperantiam, vel fortitudinem, & idem est, & de aliis virtuti- bus moralibus infusis, comparatam ad diuinam regulam, non ut a nobis cognoscitur, sed ut est in se ipsa, & nobis proponitur per fidem habe- re quandam supernaturalitatem, quam non ha- bet temperata comestio, verbi gratia, ut con- formis est regulæ diuinæ, ut a nobis cognosci- tur. Hoc modo explicat hanc supernaturali- tatem Magister Cumel, disput. illa 5. §. colligo ergo, & debent explicare, qui existimant ratio- nem supernaturalitatis consistere in participa- tione Deitatis cum aliqua entia supernaturalia participant Deum, & habeant conuenientiam cum illo in ratione, quæ formaliter reperitur in Deo, ut sapientia, & visio diuina, alia vero participant rationem, quæ non formaliter, sed solum eminenter reperitur in Deo, ut partici- pat temperantia, castitas, &c.

447.

M. Cumel

Secundo obiicit Magister Granado; Quia substantia supernaturalis, cui esset naturalis gratia sanctificans procul dubio esset superna- turalis, & tamen gratia procedit a Deo, ut vno: ergo ens supernaturale non est participatio Dei ut est vnus & trinus. Respondeo, nego consequentiam, quia licet entia, etiam superna- turalia procedant a Deo, non ut trinus, sed præ- cisè ut vnus est, adhuc negari non potest esse aliqua entia supernaturalia in quacunque sen- tentia, quæ non possent existere, nisi Deus esset Trinus, & vnus, visio enim beatifica essentiali- ter est cognitio Dei, ut est Trinus, & vnus, quæ non stare ut modo si Deus non esset vnus in Trinitate, & similiter vnio hypostatica inter Deum, & hominem est nexus inter humanita- tem, & personam filij, quæ existere non posset, si in diuinis non esset filius: stat ergo aliquid effi- cienter procedere a Deo, ut est vnus, & tamen necessario petere ad sui existentiam Trinitatem personarum, de quo non videtur esse posse dif- ficultas; Gratia ergo efficitur a Deo, ut est vnus, & tamen necessario exigit Deum petentem processionem ad intra, quod nulla ratione Ma- gister Granado negabit, cum num. 51. per er- rorem 21. affirmet gratiam dici posse participa- tionem diuinæ naturæ, & ad eius similitudinem factam, quatenus Angelo, vel animæ infundi- tur, ut tribuat illi principium radicale intelli- gendi, & amandi, sicut diuina substantia est principium amandi, & intelligendi, quod idem est, ac esse principium diuinarum processio- num, est enim etiam gratia hoc modo fecun- da, tamen illius termini substantiales esse non possint; ens ergo supernaturale necessario dicit illam participationem.

448. Granado.

Tertio obiiciunt Falsolus, & Albelda etiam, & alij putantque insolubile argumentum, quia

449. Falsolus.

si per impossibile deesset Deo Trinitas perso- narum, non propterea formaliter ac præcisè de- esset Deo supernaturalitas. Confirmatur, quia antequam intelligatur in Deo pluralitas per- sonarum intelligitur Deus supernaturalis: ergo supernaturalitas in Deo non est a Trinitate personarum, ergo neque in creaturis.

Respondit iam Magister Cumel 1. 2. q. 110. art. 4. disput. 5. pag. 245. columna 2. in medio, negando antecedens, quia (inquit) si id quod primo supernaturale est in Deo, quod est Tri- nitas suppositorum in vnitate essentiæ præ- cindas & repellas, continuo Deum tollis, & re- liqua supernaturalia, quia hic Deus verus petit ex propria essentiæ vnitate in tribus supposi- tis, illud verò, quod relinqueretur præcisa Tri- nitate non esset, hic Deus, atque adeo non esset Deus, neque super naturalis, falsum enim est, quod præcisa Trinitate Deus esset omnipotens, sapiens, aut infinitus, & multominus præ- cisa fecunditate; Quod hac ratione demonstro; Quia aut diuina natura petit esse fecunda ad intra ex propria rei natura; ita ut hæc fecundi- tas sit in illa perfectio simpliciter simplex; aut non petit: si non petit, habet iam aliquid Deus; quod non perat, ac proinde potest diuina natu- ra habere aliquid, vel habet aliquid de facto quod Deus non petit; illud verò, quid Deus non petit ex propria natura, Deus non est, ac proinde fecunditas illa non erit Deus: Aut necessario petit (ut reuera petit) hanc fecunditatem, & sic non posset Deus esse, nisi illam haberet: vnde tam intrinseca est Deo hæc fecunditas, sicut ipsa sapientia, si ergo tolleretur fecunditas non maneret hic Deus, qui quod non petit; illud, verò modo est, neque absolute loquendo maneret Deus verus, sed Deus omnino fictus: Vnde sequitur contra Falsolum participationem substantiæ superna- turalis creatæ debere esse consortium formale Dei ut est vnus Deus, id est, ut fecundus ad intra, non Dei fictitij, & non subsistentis.

450. Cumel.

451.

Ad confirmationem nego antecedens quia cum fecunditas ad intra sit prima radix super- naturalitatis, hac non intellecta, non intelli- gitur fecunditas, neque intelligitur supernatu- ralitas non quia Deus ut vnus non sit formaliter supernaturalis, sed quia non potest super- naturalis intelligi nisi intelligatur, ut fecun- dus. Hæc autem fecunditas licet Deo conue- niat, ut vnus est, quia est perfectio absoluta, petit necessario processionem, & sic ab illa non potest præcindi ordo ad processionem, & ut ita dicam ad formale mysterium Trinitatis.

452.

Dices, ergo attributa diuina nõ sunt superna- turalia, supponuntur enim necessario ad Trini- tatem personarum, & ab soluta sunt priora rela- tiuis, ut est commune Theologorum proloquium.

453.

Respondeo negando consequentiam, & ad probationem dico attributa diuina supponi qui- dem ad formalem Trinitatem, id est ad actua- les processionem filij, & spiritus sancti, imo; etiam ad quasi resultantiam, vel emanationem Paternitatis diuinæ, ut explicuimus late se- ctione 3. non verò supponi ad Trinitatem quasi radicalem, seu ad fecunditatem intelle- ctualem, quia hæc cum sit Dei essentia, & at- tributa dimanant a natura, & essentia suppo-

nunt essentiam iam constitutam, habent ergo supernaturalitatem attributa diuina, a diuina fecunditate, quæ est perfectio absoluta & illa antecedit nostro intelligendi modo. Vnde qui amaret Deum præcisè, ut vnus necessariò amaret Deum fecundum, quo ruit aliud ar- gumentum aduersariorum; Cætera, vel procedunt ex praua intelligentia nostræ sententiæ, ut est illud de assensu hæretici circa mysterium Trinitatis, & illud de actu charitatis, qui non est similitudo, sed appetitus (quasi in appetitu de amore charitatis non posset esse similitudo fundata in participatione amoris diuini) vel soluta iam fuerint a sapientissimo Cumel.

Ex his solutum omnino manet secundum argumentum, quo disputatione 3. sectione 1. intendebatur Mariam sanctissimam non eleuari ad maternitatem Dei, monstrauimus enim virtutem dari substantialiter supernatura- lem eleuantem illam ad Dei generationem creatam.

454.

Appendix Ad precedentia.

Absolueram iam hanc disputationem, cum forte incidi in Diegum Alarcon; quem nunquam legeram, quia de modestia quæ in illius scriptis desideratur, mihi sinistra semper notitia, tamen si religiosissima & vrbaniissima familia Societatis Iesv. is disput. 2. de visione beatifica, sen- tentiam refert Magistri Cumel procul dubio amaro animo, & sine illius intelligentia, affir- mat enim c. 1. n. 4. illi asseruisse supernaturalia esse, quæ ordinantur ad Deum, ut trinū & re- tractabile que docuerat 1. p. 1. Impugnat Mode- stissimus Diegus; quia Deus in se ipso, non magis perfectus est, ut vnus, & ut omnipotens, quam ut Trinus; cur ergo supernaturalitas non a sapientia, sed a Trinitate? Deinde repetit argumentum desumptum ab assensu hæretici circa mysterium Trinitatis, indignum certe, quod iteretur, futilius enim quidam & tandem infert gratiam, & virtutes Theologicas, quæ Deum, ut vnus respiciunt, esse naturales se- cundum substantiam.

455. Alarcon.

Hæc illius relæ, quis non videat infirma, & indigna viro Theologo. Primum, & alienum & insipienter propositum: antecedens enim hoc esse debet, Deus ut vnus, & ut omni- potens non est minus perfectus, quam ut Tri- nus, quare ergo Trinitas est radix supernatura- litatis, non verò vnitas, aut omnipotentia.

456.

Responsio est in promptu, Trinitas non ex- cedit vnitatem in perfectione, sed est primum in diuinitate mysterium, & primum ex natura rei reuelabile. Potuit id discere Alarcon ex Gabriele Vazquez, quem sect. 5. citauimus, qui ex natura huius mysterij fatetur non vnitatem Dei, sed fecunditatem ad intra merito dici su- pernaturalem. Rationes iam dedimus, propter illum non repetam. Illud fortissimum, dicit gratiam, ut virtutes Theologicas respicientes Deum, ut vnus naturales secundum substan- tiam, sed ubi est gratia, quæ respiciat Deum, ut vnus amor vel charitas huius rationis; super- naturale quodcunque respicit Deum, ut vnus & Trinum, & ad illum ordinatur etiam illius cognitio procedens a fide, & ad illum termi- nata.

457.

Vazquez

nata, vt vnus est, hac enim ratione est fecundus ad intra, at in hac ordinatione aut respectu supernaturalitas non consistit, quamuis ex participatione oriatur, quæ non est in assensu hæretici, qui neque procedit ad principio supernaturali, neque terminatur ad Deum Trinum, sub motu supernaturali; quod vero obiectum materiale supernaturale non inferat actum supernaturalem, etiam Diegus est assequutus.

458. Sed videamus, quid eliminatis aliorum sententiis afferat Alarcon, c. ergo tertio hæc scribit. *Videor mihi supernaturalitatem esse prædicatum quoddam intrinsecum & perfectionem quamdam quasi diuinam, quæ significatur per independentiam à natura creata, ita vt ens illud, quod natura sua, & ex prædicato intrinseco ita independentens est à rebus à Deo primum creatis & creabilibus eiusdem ordinis, vt neque virtute naturali vllius, neque omnium simul cum concursu generali illis debito produci possit; neque sit quid ab aliquo simili ente natura sua petitum ad naturalem modum, & perfectum illius esse substantialis vel accidentalis, qualis est aliqua operatio immanens, vel transiens, sit supernaturale secundum substantiam, id est essentialiter, & egregia diffinitio, longissima, implicata, obscurissima, & quæ diffiniti naturam totaliter inexplicatam relinquat, & difficultatibus, quæ opponi possunt parat effugia nullius momenti. Hæc num. 1. sed Primo breuius, & vt ipse asserit luculentius supernaturalitas est excellentia quædam in re supernaturali superans vires agentis naturalis, quis non miretur verborum congeriem omnino inutilem nihilque rei explicantem; & quæ breuissime possit, & efficaciter computari. Mi homo, quia omnes conueniunt in hac luculentiori, explicatione statim oritur dubium, quænam hæc sit excellentia in ente supernaturali reuera, propter quam non possit produci ab agente naturali? Id enim inexplicatum relinquit. Secundò negat nemo supernaturalitatem esse quid diuinum. Sed rogant omnes statim quid habeant entia supernaturalia propter quod diuina dicantur, vt distinguantur ab entibus naturalibus, quæ propria perfectione non attingunt esse diuinam; Tertio ordo creatus, vt compelectitur creaturas omnes etiam creabiles, absolute independentes est à creatura, & nulla virtute creata, vel creabili potest produci & tamen non est supernaturalis secundum substantiam. Quarto independentia hæc supernaturalitatem non explicat, mox enim dubium, Quid ni inferat hanc independentiam? Et propter quam rationem, hæc independentia rebus supernaturalibus sit propria, non tamen naturalibus? Quod quis non explicari desideret? Quintò non vides quid amplius habeat modo gratia habitualis, caracter, & aliæ formæ supernaturales; nisi quod sint virtutes perficientes naturam supra totam virtutem illius, non multa quidem vides; restat enim videndum, quis nam formaliter sit ille gradus propter quem perficiunt supernaturalia naturam supra totam virtutem illius; Sextò supremus Angelus naturalis substantia est, & propter naturalem perfectionem absolute independentens est à rota natura, & virtute creata; & tamen non dicitur esse supernaturalem secundum substantiam; septimo ex hac explicatione longissima non rectè paras viam ad concedendam creabilem esse substantiam supernaturalem, quia creabilis est substantia supra totam naturam creatam & creabilem huius ordinis iam producti, ratio enim quam exhibes manifesta est petitio principij.*

dum substantiam; septimo ex hac explicatione longissima non rectè paras viam ad concedendam creabilem esse substantiam supernaturalem, quia creabilis est substantia supra totam naturam creatam & creabilem huius ordinis iam producti, ratio enim quam exhibes manifesta est petitio principij.



DISPUTATIO VII.

*Cuius nam perfectionis diuina sit participatio Dei genitricis, augustissima Dignitas.*

459. **H** V I V S disputationis ad præcedentem necessarius nexus, asseruimus entitatem supernaturalem consistere in participatione diuinitatis, vt petit esse fecunda ad intra per processiones diuinas, & conclusimus fundamentalem dignitatem Deiparæ esse substantialiter supernaturalem; pulsat ergo statim animum quæstio, cuiusnam perfectionis diuina sit Maternitas Dei genitricis formalis participatio, & quam in sua ratione essentiali imitetur. Difficultas procul dubio grauissima, & quam nullus Theologus, quod sciam his terminis disputauerit, tamen sub aliis apud Patres, & scholasticos sit illius notitia. In illius resolutione, mihi semper ob oculos insignis ille Carthaginensis Metropolitanus Capreolus, qui in Epistola ad Concilium Ephesinum, quæ habetur, & probatur à Patribus tomo 2. illius Concilij c. 9. hæc catholicè scribit, *Porro, qui illam perpetuam stabilitatem retinere voluerit, quæ de catholica fidei ratione statuerit, is non propria auctoritate. Sed antiquorum Patrum Iudicio sententiam suam corroborare debet, ita vt partim recentiorum sanctionibus, & sententiis placita sua corroborans unam eandemque Ecclesiam veritatem eam inde ab initio recurrentem se tenere ostendat.* Hæc ego ingenuè in hac & sequentibus disputationibus profiteor, ni fuerim assequutus, omnia mea dicta, indicta volo, & stylo catholico libenter expungo.

SECTIO I.

*Affertio prima ad explicationem propriae Sententiæ.*

460. **M** Ea sententia est, dignitatem fundamentalem virginis Mariæ, vt Mater Dei est, seu illam qualitatem, qua eleuata fuit ad generandum Deum, & hominem, quæ supernaturalis est esse formalem participationem naturæ diuinæ, vt fecunda ad generationem reperitur in Patre diuino. Ad cuius explicationem,

Dico 1. non repugnat formalis participatio diuinæ naturæ, prout fecunda reperitur in Pa-

M. Camel.  
M. Curiel.

Vincentius.

tre diuino. Hanc assertionem non possunt negare Magister Camel, 1. p. q. 12. art. 4. q. vnica, & 12. q. 110. art. 4. disput. 5. & Magister Curiel Controuersia 3. ad Petri secundam, quatenus asseruit, illas omnes perfectiones diuinas, quæ formaliter, & in abstractione vltima non dicunt aliquid proprium Dei posse formaliter participare à creaturis. Nec Magister Vincentius qui q. illa 1. existimat gratiam esse formalem participationem diuinæ naturæ, vt est ens per essentiam, & independentens, & necessariò debent concedere, qui ad munus Dei genitricis in virgine sanctissima supernaturalem qualitatem agnoscunt, quos iam reuulimus disputationibus præcedentibus & referemus in sequentibus etiam.

463. Sensus assertionis est, quod sicut non repugnat participari formaliter lumen diuinum, visionem Dei, & amorem diuinum, à creaturis, & in his prædicatis illas habere conuenientiam formalem, cum Deo, vt est in se ipso, ita etiam non repugnat fecunditatem diuinam prout reperitur in Patre diuino, & est principium generationis filij diuini participari formaliter à creatura, ita vt in illo prædicato potentia generatiuæ supernaturalis habeat, & consortium diuinæ fecunditatis, & consequenter conuenientiam formalem, in prædicato potentia, & fecunditatis gratia, quam ad formalem participationem diximus necessariò requiri præcedenti disput. sectione 3. quod rectè velim perpendatur ab illis, qui viderint nostram doctrinam, existimo enim probè intellectum & animò pacatò perpenam nonnemi placituram.

464. Illam ergo ita explicatam probo efficaciter primò; illa perfectio diuina potest formaliter communicari creaturæ, quæ in proprio conceptu abstractissimo non importat aliquid, quod habeat repugnantiam cum ente creato; sed fecunditas diuina vt reperitur in Patre diuino ad generandum Deum non habet repugnantiam cum creatura; ergo illa fecunditas sumpta modo explicato formaliter potest participari à creatura. Discursus est euidentis, & maior supponitur ex dictis disputatione præcedenti, minor verò probatur clarissimè. Primò quia generare Deum in suo conceptu explicito non dicit actum purum, non ens per essentiam; non ens independentens, non infinitatem, aut perfectionis abyssum, quæ in Deo sunt perfectiones omnino imparticipabiles, vt explicuimus disputatione præcedenti, sicut visio Dei, aut amor illius in suo conceptu formali, & explicito non sunt actus puri, licet in Deo implicite habeant has perfectiones imbibitas. Eadem ergo ratione potentia generatiua Dei, licet, re ipsa sit actus purus, & habeat infinitatem; non asserit has perfectiones explicitè, atque adeo non dicit directam repugnantiam, cum creatura, & declaratur ampliùs, quia visio beatifica Patris, aut Trinitatis totius etiam si implicite asserat actum purum, communicatur de facto visioni creatæ beatorum; quin obstat actus purus inclusus in visione Dei, actus ergo purus in potentia generatiua, non obstat; quo minus formaliter possit communicari creaturis.

465. Secundò probatur eadem minor, quia illud;

quod de facto communicatur creaturæ, non habet directam repugnantiam, cum esse creato, at Beatissimæ virginis Mariæ communicata est de facto illa fecunditas ad generandum substantialiter Deum, & hominem, ita vt vere, & proprie genuerit Deum, & sit Mater substantialis illius, ergo fecunditas diuina sumpta in sua abstractione non est perfectio, quæ dicat repugnantiam directam cum esse creato, sicut ratio visionis, vt terminatur ad Deum Trinum, & vnum, non est prædicatum quod habeat directam repugnantiam cum esse creato. Consequenter est clara, & hæc vltima minor probatur, tum ex diuo Damasceno asserente virginis sanctissimæ datam fuisse potentiam generatiuam ad generandum Deum hominem, lib. 3. de fide Orthodoxa, cap. 2. tum ex diuo Thoma, qui 3. p. quest. 3. art. 4. Damasceno consentit, tum etiam ex diuo Bernardino Senensi, qui clarissimè tomo 1. sermone 51. a. 3. c. 2. hæc scribit. *Tanta est laus, quam ei tribuimus, dum diximus Mater Dei, quod neque in personis creatis, neque in Angelis, & hominibus, neque in personis increatis reperitur hæc incognibilis dignitas, scilicet quod habeat Dei filium, nisi in vna persona diuina, quæ est Pater; & vna persona humana, quæ est Mater.* Tum etiam minor probatur ratione, quia sine eleuatione per formam supernaturalem Virgò sanctissima non poterit habere fecunditatem iunctam cum Maternitate ad suscipiendum verbum Diuinum, & Deum hominem generandum; res enim hæc mirabilis omnino, & quam nec habeat, nec petat ex propriis principiis humana natura; necessariò igitur à Deo illi fuit addita virtus illa supernaturalis; & miraculosa, vt loquitur sanctus Thomas.

466. Dices fecunditatem illam esse suprèmam in diuina natura, & propter illam Deum excedere creaturam, constituique in gradu supernaturalitatis, & esse diuini, ac proinde esse perfectionem, quæ nullo modo possit communicari creaturis.

467. Sed contrà, & probo conclusionem secundò. His non obstantibus gratia est formalis participatio diuinæ naturæ, vt fecunda est ad intra per processiones diuinas; ergo propter excellentiam explicatam non repugnat participari à creatura fecunditatem diuinam; prout reperitur in Patre; Consequenter est euidentis. Et antecedenens probatur, quia sicut diuina natura, vt fecunda est, intelligitur, vt principium, quo processiois vtriusque per intellectum, & voluntatem, ita etiam gratia dat substantiæ cui in est, vt sit principium intellectiois, & volitionis supernaturalis per virtutes supernaturales; quæ ad illam consequuntur, & intelligitur esse prima forma respectu illarum, in quo imitatur diuinam naturam, quod rectè explicat Doctissimus Granado; quem disputatione 6. sæpiùs laudauimus.

468. Probatur tertio, quia diuina, natura, vt fecunda reperitur in Patre diuino, & formaliter loquendo est potentia generatiua, non habet proprietatem aliquam, in suo conceptu, propter quam repugnet participari à creatura; ergo non repugnat, quod formaliter participetur à creatura. Consequenter est legitima, & antecedenens probatur, quia si illam proprietatem habet;

Damascenus

D. Thomas

Bernardinus

466.

467.

Granado.

468.

ret, nec naturalibus potentiis generatiuis possent communicari; ac communicatur omnibus illis de facto: ex æterna enim Paternitate, & filiatione etiam æterna omnis Paternitas, & filiatione denominatur in terris, & à diuina natiuitate, natiuitates omnes, & generationes dicuntur; non ergo habet aliquid intrinsecum propter quod non possit participari etiam supernaturaliter, vt naturaliter participatur.

Dices participari à creaturis ad generandum creaturam, vt vero reperitur in Patre diuino, est principium generationis substantialis secundæ personæ sanctissimæ Trinitatis, quæ est filius, & propter hanc rationem dicit aliquid proprium Patris diuini, quod est incommunicabile.

Sed hæc euasio facile refellitur, quia in discursu primæ rationis ostendimus potentiam generatiuam fuisse in virgine ad producendum seu generandum substantialiter ipsum Deum, qui creatura non est: vnde euidenter infert rationem formalem, seu principium generandi filium Deum, non substantialiter, quia id impossibile, sed accidentaliter fuisse communicatam virgini, vt esset Mater Dei, quia per propriam naturam pertingere non poterat ad tantam excellentiam, quanta est generare substantialiter filium Deum. Adde quod potentia generatiua dicit aliquid incommunicabile non creaturis; sed personis diuinis propter oppositionem relatiuam: Pater enim æternus, et si communicet filio naturam secundam ad producendam alteram Trinitatis personam, non tamen communicat, nec communicare potest relationem Paternitatis; nec ipse filius, qui communicat naturam spiritui sancto, communicat illi relationem spirationis actiue, aliàs non esset realis distinctio inter personas diuinas, atque adeo, nec Trinitas personarum, incommunicabilitas, ergo potentia generatiua ad intra est, non ad extra, & hæc est in Deo infinita perfectio; propter hanc enim incommunicabilitatem relationum, & communicabilitatem diuinæ essentia est Deus Trinus, & vnus.

Verum obiicit: Potentia generatiua Patris Diuini est principium quo diuinus filius generatur à Patre, & procedit ab illo, vt similis in natura diuina, sed hoc non potest communicari alicui creaturæ; ergo potentia generatiua Patris non potest participari à creaturis: Probatur efficaciter minor, quia à nulla creatura potest filius procedere, vt similis in natura diuina, nulla enim creatura est in se formaliter natura diuina, nec Pater diuinus.

Respondeo ad rationem generantis filium diuinum non requiri per se, quod filius producat simul generanti in natura diuina; sed sufficere si genitum sit simile generanti in natura generantis ipsius, dummodo terminus generationis sit formaliter Deus, cum enim Deus possit subsistere non solum in propria natura, sed etiam in natura humana, vt monstrat incarnationis Mysterium, inde est quod possit accipere per generationem creatam humanam naturam persona diuina, & cum qui ab homine accipit naturam humanam per veram generationem sit propriissime filius; inde fit consequenter, quod communicans naturam humanam personæ diuinæ necessario generet perso-

nam diuinam, & sit aut Pater aut Mater illius, præsertim si terminet humanam naturam in ratione subsistentis, in ipso generationis instanti, vt prima disput. exposuimus, & vt terminauit verbum diuinum in incarnatione humanam naturam. Ergo ad generationem diuini verbi, vt primum generatur à Patre, necessario petitur, quod procedat simile in natura diuina, ad generationem tamen humanam, id neque petitur, neque est absolute possibile, sed solum sufficit, vt terminet naturam creatam subsistentia diuina, illamque recipiat à Matre, & ei sit simile in accepta natura, atque consequenter sit Deus, & homo, & vna solam persona subsistens in duabus naturis, humana scilicet, & diuina. Relinquitur ergo quod potentia generatiua Patris, possit communicari creaturæ, non ad generandum Deum vt in propria, sed vt in aliena natura subsistentem, generatio enim creata pendet ab increata, ea ratione, quod si Deus non esset primum subsistens in diuina natura, nullo modo posset subsistere in natura creatæ; quia vt est manifestum, neque esset persona, nec creata natura, communicaret illi propriam substantiam: creatura enim non potest generare diuinum suppositum, nisi ad humanam generationem illud supponatur in diuina natura subsistens.

Sed vt gebris, potentia generatiua Patris diuini intelligitur vt principium, quo immediatè, & ex vi processionis communicatur filio natura diuina, quam illi non potest communicare natura creata etiam accidentaliter: ergo nulla creatura potest participare fecunditatem naturæ diuinæ prout reperitur in Patre, atque adeo nec illius potentia generatiua. Cōsequētia probatur, quia vt reperitur in Patre est principium comunicans immediatè & ex vi processionis diuinam naturam.

Respondeo negando consequentiam, & ad probationem dico, Paternitatem diuinam, vt affert diuinam essentiam, atque adeo potentiam generatiuam nullo modo posse participari à creatura secundum omnem excellentiam, quæ reperitur in illa, & eo modo quo inuenitur in Patre, hoc enim non esset participare potentiam generatiuam accidentaliter, sed habere illam substantialiter, & à se, vt illam habet Pater æternus, atque adeo substantialiter esse Deum Patrem, participabilis ergo est formaliter secundum illam rationem secundum quam est principium generandi personam subsistentem in diuina natura, atque adeo personam, quæ vere sit filius Dei, quæ duo inter se maxime distinguuntur, aliud est enim producere personam subsistentem in diuina natura, aliud verò communicari illi immediatè; & ex vi processionis naturam diuinam, vt manifestum est in processione spiritus sancti, cui non communicatur natura diuina ex vi processionis, & tamen procedit Deus, & subsistens in diuina natura: sunt ergo hæc duo separabilia inter se etiam in Trinitatis mysterio; ergo potentia generatiua Patris potest participari à creatura secundum illam perfectionem ex vi cuius potest generare, & de facto generat personam subsistentem in diuina natura, quamuis non secundum eam formalitatem, qua immediatè, & ex vi processionis communicat immediatè naturam filio diuino, quia in priori modo non est

est manifesta implicatio, quæ tamen reperitur in secundo modo participandi potentiam generatiuam Patris diuini. Exemplum est in quocunque ente supernaturali, gratia enim est participatio diuinæ naturæ, prout in se est, & tamen substantia non est, cum natura diuina sit essentialiter substantia, visio beatifica qualitas est, & tamen visio diuina est substantia, lumen diuinum clarissimum est, & tamen fides participat illud secundum certitudinem, non secundum claritatem, Charitas participat formaliter amorē diuinum, & tamen æterna non est, nisi ratione status etiam si charitas diuina æterna sit absolute; quod etiam cernitur in attributis, iustitia enim increata, identicè est misericordia & tamen, creata iustitia, quæ illam participat non est misericordia, stat ergo participari à creatura potentiam Patris generatiuam, & non participari secundum omnem perfectionem, quam habet etiam in ratione talis potentia.

## SECTIO II.

*Dignitas Dei genitricis formalis participatio potentia generatiua Patris diuini.*

475.

Dico secundò, fundamentalis dignitas Dei genitricis, seu (quod idem est) qualitas illa qua eleuata fuit ad generandum Deum, & hominem est formalis participatio diuinæ naturæ, prout reperitur in Patre, & consequenter potentia generatiua Patris diuini, qua filium diuinum producit & generat. Supponit hæc assertio in Patre diuino esse formaliter potentiam generatiuam, & hanc importare duo, & naturam diuinam fecundam & relationem Paternitatis, & in illis formaliter consistere, quin descendat ad illam disputationem, an vtraque afferatur in textu, an verò aliqua in obliquo, de quo disputant Doctores cum sancto Thoma 1. p. quæst. 41. art. 5. M. Cumel disput. 1. asserit virtutē illam eleuatam virginem sanctissimam, vt in actu primo posset generare Deum & hominem, qua supernaturalis est esse formalem participationem diuinæ naturæ, vt habet rationem potentia generatiua existentis in Patre diuino, atque adeo Virginem Diuam habuisse consortium diuinæ naturæ secundum hanc rationem, & conuenientiam formalem cum Patre in hoc prædicato generandi Deum, non substantialem, nec vniuocam, sed accidentalem omnino, & mere analogicam, sicut ratione visionis beatificæ quilibet beatus habet consortium diuinæ naturæ quatenus visio est Trinitatis cum ipso Deo, & ipsa visio conuenientiam formalem cum visione beatifica ipsius Dei. Sentio igitur quod sicut lumen gloriæ est imitatio luminis diuini, ita etiam virtus illa supernaturalis in virgine, quam ex Patribus, & scholasticis optima ratione astruximus, disput. 5. & 6. sit imitatio formalis potentia generatiua residentis in Patre diuino, sicut gratia habitualis est imitatio diuinæ naturæ sumptæ absolute, & vt præcindit à personalitatibus diuinis, & consequenter participatio formalis illius nullo

Thomás.

modo vniuoca, sed tantum analogica.

Hanc participationem potentia generatiua Patris colligo ex illis verbis Angeli, Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quibus significatur virginem accepisse ad Christi generationem vniuocam, seu similitudinem, imitationem, aut imaginem Patris potentia generatiua, per quam posset in secundam virginatatem procedere, & Filium diuinum generare; quæ intelligentia mea non est, sed Beati Alberti Magni, qui commentario ad illud Luc. 1. beatus venter qui te portauit, hæc scribit. Virtus altissimi obumbrabit tibi, hoc est quamdam sui in te producat imaginem ex se resultantem per quam poteris in tantam fecunditatem diuinam, & celesti generationi similem, vt incorrupte producas prolem sicut Pater filium, & sicut solus radium. Vbi & potentiam explicat ad generandum Deum vt Pater generat filium, & fecunditatem virginem, sine vlla latione, addit enim. Sicut virga splendorem, & sicut virga florem. Quam explanationem transcribit, & approbat Rutilius Bezonius, lib. 3. in Magnificat. c. 4. dubio 18. & indicant Patres, qui asserunt summam virtutem Patris se obumbrasse, seu descripsisse in potentia generatiua, quæ Virgini est collata ad Dei generationem, quod expressè asseruit Albertus Magnus, vna, vel altera linea, ante verba producta.

476.

Albertus.

Rutilius Bezonius.

477.

Paulus.

Dionysius S. Thomas.

469.

470.

471.

472.

473.

474.

478.

Anselmus.

H

esse



esse tantum suum, sed voluerit, quod sit filius Virginis, & de facto ita contigerit cum omni proprietate, necessarii vis generatiua collata virgini in sententia S. Thomæ erit participatio formalis potentia generatiua diuinæ, pro vt terminatur formaliter ad æternam generationem filij, quia alia inferior participatio non esset sufficiens, ad generandum Deum, vt hominem.

479. Colligo tertio ex illo 2. Petri 1. *Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hac efficiamur diuina natura consortes.* Quo testimonio vtuntur Patres, vt ostendat diuinam naturam participari supernaturaliter per gratiam, & hæc esse confortium, & participationem Diuinitatis, per illamque fieri iustos similes Deo. Cùm ergo Beatissima Virgo præ aliis pretiosiora, & maxima dona acceperit à Deo: ita vt & filium diuinum generauerit altiori, modo effecta est confors diuinæ naturæ, inquit Baptista Nouatus tomo 2. de eminentia Virginis, cap. 4. quæst. 16. §. Respondeo secundo; est Patri sine dubio in potentia generatiua simillima, quod significauit Andreas Cretensis, sermone 2. de assumptione his verbis. *Hæc est diuinarum reconciliationum, quæ pignore dato sit fideiussio, eximia pulchritudo à Deo sculpta, rectè descripta Diuini archetypi imago.* At Beatissima Virgo in generatione filij, imago est non filij, non spiritus sancti, sed æterni Patris Filium generantis quam similitudinem nouerunt Patres, tametsi non explicent per terminum participationis formalis, sed per varias metaphoras; & similitudines, quæ reperiuntur in illis, non enim scholasticè loquuntur. Illos iam profero.

480. Primus sit Sanctus Athanasius, qui homilia de Deipara, quæ attulimus supra vbi hæc habet. *Obumbravit Mariam Virtus altissimi corroborans eam & diuinæ vmbra imaginem induxit.* Vbi vocat Patrem, & illius potentiam vmbra, non quia sit similitudo effecta ad alterius formam, sed quia lucem habitat inaccessibilem luminosam caliginem, lucentesque tenebras, vt loquitur Dionysius Areopagita; duo ergo coniungit Athanasius, qui Marianam virtutem iam constituerat, & corroborationem virginis & in illa imaginem vmbra: Virtutem ergo supernaturalè nomine corroborationis intellexit, & quasi per expositionem addit imaginem vmbra vt demonstraret illam virtutem respicere tamquam causam exemplarem ipsam Patris potentiam, esseque imaginem illius eo modo quo lumen gloriæ respicit lumen diuinum, vt sui ideam, & causam exemplarem, ad quam exemplatur, & hoc modo est veluti illius imago, & similitudo, & ea ratione, qua Paternitas, quæ est in cælo, & in terra respicit Paternitatem diuinam, ad quam effigiatur estque illius imago, sic virginis potentia generatiua: ita explicat Athanasium illustrissimus Pacensis Episcopus, Academia 11. sect. 3. num. 27.

481. Dices Athanasium ibi solum tractare de vindicta Virgini, vt videret conceptum Deum formæ expertem, non tamen vt illum generaret; statim enim post verba adducta hæc habet. *Vt inde lineamentis collectis videre possit quatenus possibile est Deum formæ expertem in se concipi, ut potè obumbrante illam virtute altissimi, &*

*vmbra, lineamenta que, quasi faciente.* Ergo de visione incarnati Dei non de illius generatione loquitur Athanasius. Respondeo nulla ratione negari posse, de generatione humana loquutum, cum vtatur Angeli verbis, illaque explicet, velitque amplificare Virginis gloriam, non solum ex eo quod conceperit Deum, sed etiam, quia clarè vidit incarnationem, quæ duo illo integro testimonio testatur, neque vnum illorum alterum negat.

482. Respondeo secundò, ibi de generatione sermonem instituere, sic onfulantur græca Athanasij, quæ reddita latine hoc modo habent; Obumbravit virtus altissimi corroborans eam, & conspiciuitates, seu demonstrationes, & apparitiones diuinæ vmbra faciens, Verbum enim græcum, pro quo in vulgari translatione ponitur imago, non imaginem, sed demonstrationem, seu apparitionem significat teste Budeo. Sæpius ergo Athanasij est in generatione Christi Domini apparuisse demonstrationes, in quibus perspicue possent videri Patris Virtus, & generatiua potentia, quia hæc accidentaliter communicata virgini ad generationem humanam Verbi. Adde ibidem negasse virginem vidisse diuinam essentiam.

483. Secundus sit Magnus Albertus, qui in caput primum Lucæ hæc scribit. *Sicut natura generantis vmbra suam relinquit in semine que partum, & conceptum format humanum, sic supermundana illa Patris virtus vmbra suam produxit in virgine, que conceptum, & partum format diuinum.* Ex sententia ergo Alberti Magni, quam hac metaphora protulit ( nec enim Spiritus sanctus vmbra Dei, sed Deus, nec in virgine sanctissima tunc, sed ab æterno producta ) Pater æternus vmbra suæ virtutis, id est participationem suæ potentia voluit esse in virgine, & hoc illam producendo de nouo, vt verè Deum generaret, essetque Mater illius instat æterni Patris, potentia Paterna illi comunicata, & forsitan huc respexit Bernardus cum sermone de Beata Maria ait, Pater exhibuit potentiam, filius sapientiam, Spiritus sanctus omnium virtutum gratiam.

484. Hanc verò fuisse mentem Alberti Magni constat clarissimè ex illis, quæ scripsit ad Lucam cap. 11. vbi hæc habet. *Sed beatitudo ventris in virtute diuina, est in ventris actu perfectissimo: vt nihil miserie patiens naturalem etiam fecunditatem transcendens ex Deo accipiat fecunditatem: vt & florem vernantem habeat virginittatis, & fecunditatem diuine fecunditati similem habeat in gaudio Matris.* Quo nihil clarius ad formalem participationem fecunditatis Paternæ, quam ad 1. cap. Lucæ significabat, & deinde enumerans capita, vnde deducitur beatitudo ventris virginis; septimum sic declarat. *Gloriosissimum exemplum æternam fecunditatem ostendens, & omnem diuinam fecunditatem in futurum designans.* Quibus verbis euidenter significat fecunditatem virginis esse supernaturalem imaginem, & participationem formalem fecunditatis Paternæ ad generationem filij; & in hoc prædicato habere conuenientiam formalem Deum, & Virginem Beatissimam. Ac si diceret qui ignorat Patris virtutem ad

ad generandum filium, videat Deiparam, & cognoscit actiuam Patris generationem. Qui non assequitur, quænam sit illius dignitas, & natura, Maternitatem introspicit sedulo, doctior euadet, Patris diuini dignitatem cognoscet, quod melius explicat & vmbra virtutis declarat ad Luc. 1. affert similitudinem gigantes, quæ videtur in speculo, vel in illius filio etiam corpore paruo, ibi enim gigas cognoscitur totus, & addit. *Ei sic Maestas Dei infinita in puritate Virginis tanquam in speculo sibi obiecto resulsit, & vmbra in ea sua similitudinis relinquit, quæ conceptum diuinum perfecit quod nulla vmbra alterius rei facere potuit.* Quod amplius explicat, cum ibidem dicit. *Neque aliquid desit Matri per Virginitatem, & ne aliquid desit Virgini per Maternitatem, diuina quadam potestatis plenitudine perficiens.* Quasi dicat Deum dedisse virgini, vt simul Mater existeret, plenitudinem potestatis diuinæ, eo modo, quo in creatura, potest inueniri.

485. Sed perpetuus huius participationis assertor, & conuenientia, & vnitatis formalis in prædicato fecunditatis diuinæ indefessus defensor in Mariali, cap. 237. hæc scribit. *Singularem veri fecunditatem inuenisti apud Deum, apud dico propinquissima similitudine, dignitate, & familiaritate, & vnitatis natura.* Vbi conuenientiam formalem vnitatis, & similitudinem in fecunditate singulari ad concipiendum Deum, quem semper concipit Pater æternus disertis verbis affirmat: Attuli tot testimonia Alberti Magni, quia virginis alumnus, quia vbiq; Magnus; quia scholasticus insignis, & quia scholastica lingua loquatur. Sed de hoc testimonio magna nobis concertatio sect. seq.

486. Tertius sit Bernardus Senensis, qui vt referebamus sectione 1. antea scripsit verba, quæ quia dulcissima rursus transcribo. *Tanta est laus, quam ei tribuimus, cum dicimus Mater Dei, quod neque in personis creatis Angelis, vel hominibus, neque in personis increatis reperitur hæc incognabilis dignitas scilicet quod habeat Dei Filium, nisi in vna persona diuina, quæ est Pater, & vna persona humana, quæ est Mater.* At hæc dignitas non potest reperiri in virgine tanquam in primo principio, & substantialiter, sit ergo inueniri per participationem, & accidentaliter, & terminari ad filium diuinum substantialiter generandum, quo etiam modo dignitas Patris diuini terminatur ad eiusdem filij generationem. Inde Bernardus, sermone 2. de Annuntiatione Dominica. *Denique ipsa est virginis nostra gloria singularis, & excellens prærogatiua Maria, quod filium vnum, eandemque cum Patre meruit habere communem.*

487. Id etiam licet obscure docuit tomo 1. sermone 61. art. 3. cap. 3. dum ait. *Vt intra Trinitatis gloriam, ipsa sola amplius sit erecta, ac plus beatissime Trinitatis dilget gloriam, capiat, sentiat, & fruatur, quam omnis alia creatura simul sumpta, de cuius gloria post filium participant vniuersi.* Quæ verba non solum significant virginis beatitudinem excedere omnium Sanctorum beatitudinem; sed etiam virginem dum Trinitatem gloriosissimam clare videt, & aspicit, videre etiam clarè æternam filij generationem à Patre, cuius imaginem habet; attendit

seque emanationem æternam filij, cui similis humana generatio, & ideo amplius dilexisset, dum in via vidit diuinam essentiam, & actu nunc diligere Trinitatem sanctissimam, quia videt in Patre tanquam in prototypo, & exemplari potentiam supernaturalem; qua gignit filium, & vtramque comparat inter se, confertque cum increata creatura; capit dulciter, sentit dulcius, & dulcissime fruitur. Huc refero illud. *Exultant spiritus meus in Deo salutari meo.* Quia vt argute Ambrosius apud Benzoniū,

488. Imago benè exemplata qualis fuit Beatissima Virgo ex Andrea Cretensi ad exemplaris præsentiam veluti exultat, at in incarnatione filij Deipara iam videt diuinam essentiam, & Patrem generantem filium, cuius tunc referebat in conceptione diuina imaginem, & similitudinem, & propter hanc rationem imago animata, & rationalis exultauit, sed concionatorem non ago.

489. Quartus sit Augustinus Pater qui in questionibus noui testamenti 2. p. quæst. 51. hæc protulit. *Superueniens igitur spiritus sanctus in virginem sanctificauit eam opere suo, efficiens corpus sanctum ex ea in qua virtus, qui dicitur filius nasceretur, cuius obumbratio in virginem, hoc est, vt de immensitate diuinitatis aliquid esset in vtero Matris quantum, possit capere natura humana.* Vbi Augustinus Pater non loquitur de immensitate sumpta formaliter, vt dicit rationem existendi in quocunq; loco, hanc enim non comunicauit Pater æternus virgini ad incarnationem, sed de immensitate Patris in ratione Patris, seu de illius fecunditate, quam vocat immensam, quia est ad generandum immensa, & ex illa processit filius immensus.

Deinde neque loquitur Augustinus de Patre, & Spiritu sancto quia cum tota Trinitas in virginem venerit; non rectè loqueretur dicens, vt de immensitate diuinitatis aliquid esset in vtero virginis, non enim aliquid filij, sed totus filius, non aliquid spiritus sancti, sed totus spiritus sanctus in virginem superuenit. Restat igitur vt loquatur de potentia generatiua Patris, & asserat aliquid huius immensitatis esse in virgine, illud scilicet, quod necessarium erat ad humanam verbi generationem: ergo hoc aliquid immensitatis in ordine ad generationem Christi ( loquitur enim Augustinus iuxta subiectam materiam, at quid aliud immensitas in generatione Christi, quod velim attendas ) est formale participium, & confortium potentia Patris iuxta mentem Augustini, qui semper doctissimus, & profundissimus.

490. Quintus sit Andreas Hierosolymitanus, qui homilia 1. de dormitione Deiparæ apud Gerardum Morfanum tomo 4. Bibliotheca homiliarum, hæc protulit. *Mulier que calorum superauerat naturam puritate, virgo ipsorum Seraphim, ipsam vincens naturam miraculo Dei generationis primæ natura proxime accedens ad Deum opificem omnium generationem.* Quibus verbis duplicem naturam videtur Andreas insinuare esse in virgine, alteram humanam, quæ substantialis, & naturalis est, aliam omnino accidentalem, & supernaturalem, & asserit quod licet ratione prioris Beata Virgo sit Ange-

lis inferior ( illam enim Deus filium paulo minus minuit ) tamen ratione posterioris ( quam vocat primam, quia supernaturalis, & dignior humana ) excellit naturam Seraphinorum, & illam eleuatissima exsuperat, quia per illam proximè accedit ad Deum Patrem, quia per appropriationem, quia generat, dicitur opifex omnis generationis, & proximè accedit, quia naturam Patris æterni habet participatam, & sicut Pater æternus æmula generationis diuinæ generat Filium Deum, & consequenter potentiam habet generatiuam. Dilucidè hæc, & copiosè Almeriensis Antistes, Academ. 15. sect. 3. num. 24. Non inuideo, vtriam huius veritatis Assertores plures: Virginis Deiparæ Gloriam quæro, non meam.

Almeriensis Antistes.

491. Dionysius Richelius.

Sextus sit Dionysius Richelius vir sanctitate perspicuus qui lib. 1. de præconiis Virginis Mariæ hanc similitudinem communicationem, & participationem dignitatis Paternæ explicat. Primò enim art. 8. hæc scribit. *Adhuc, quò Deo creatura amplius conformatur, eo ad diuinas excellentias gloriosius assurgit. Quid autem æterno Patri in creatis rebus tam simile, quemadmodum illa quæ eundem cum eo filium peperit. Et art. 11. Igitur dum communionem diuinæ excellentiæ desuper tibi, & à tota Trinitate ô felix Maria exhibitam contempler, charitatis illius, quæ te tota supersancta Trinitas dilexit, magnitudinem, itemque fauorem mirari non sufficio.* Quibus verbis nomine excellentiæ fundamentalem dignitatem Deiparæ sine dubio intelligit, & in hac excellentia Mariam sanctissimam similem Patri diuino prædicat, in hoc enim non similis virgo, nec filio, nec Spiritui sancto, & producere filium eum generando est perfectio, excellentissima in Patre, & summa illius excellentia. Inde enim dicitur fons diuinitatis, & diuinarum personarum principium.

492.

Articulû verò 18. in hac veritate amplificanda libenter integrum transcriberem, seligo hæc. *Nihil Deo causalius, nihil Deo fecundius, quippe omnium bonitarum fontana bonitas exeat, atque quo increatis entibus fuerit illi quid similis eo certissime est ipsi quoque in dignitate Deiformi, que assimilatione propinquius.* Et statim. *Sî igitur creatura aliqua ne dum, sed eiusdem quoque cum Deo proeductrix sit germinis, haud dubium illam diuinitati effectam simillimam, amplioemque, quam cogitari queat aut fari excellentiam Deiformem sortitam, sed in præinductis vbertim si rectè memini declaratum est eundem filium à Patre æternaliter genitû, à Maria vero in tempore natum, & vti Deus Pater, sic & homo, Mater vere Dei genitrix censenda est, etenim idem ipse Christus, qui Patris Filius est, sapientia, & virtus, Maria quoque vnigenitus est.* Intendit ergo principio articuli Dei fecunditatem extollere & declarare, excellentiamque entis in illa Deo simillimi declarare, vt inde inferat Beatissimam Virginem excellentissimam illam fecunditatem habere per participationem, & in hac cum Patre cui Matrem similem dixit formalem conuenientiam habere, quæ procul dubio est expressa assertio huius sectionis, & tandem articulo 19. comparat fecunditatem sanctæ virginis cum fecunditate Patris æterni.

Merito ergo hanc assertionem defendunt Pacensis Antistes lib. de Verbo incarnato Academ. 15. sect. 3. num. 20. pag. 355. colum. 1. in principio, qui illam his verbis asseuerat, & illustrat. *Sic superi Patris reinsculperur origo, dum simul supernaturalis virtus superueniens ad diuinum fetum præscribitur; & in virginea Matre, sublimiori quodam, & inextricabili modo diuina natura participatio eniteat, at supernaturalis quædã natura redderetur Patre Deum imitans, in quo strictim natura residere concipitur, vt prolem pariat diuinam.* Quod latius explicat, & probat tota Academia vñdecima, desideratque doctos viros hanc probare, & illustrare doctrinam. Nouatus 2. tomo, de emihentia virginis, cap. 4. quæst 16. §. Respondeo, & debent defendere, quicumque affirmant virginem sanctissimam eleuatam fuisse per supernaturalem qualitatem, vt gigneret Deum hominem, & Patres, qui facem præbuerunt ad hanc veritatem asserendam, per euidentem enim consequentiam sequitur ex illo principio, vt constabit statim, illos verò & retulimus, & referemus in sequentibus.

493. Pacensis Antistes.

Nouatus.

Septimus sit Sanctus Bernard. qui sermone 20. ex paruis hæc scribit. *Sit sane Angelus Maria fecunditatem commendans, quod nascitur ex te sanctum vocabitur Filius Dei, cum eo solo est tibi generatio ista communis.* Vbi ex eo, quod filius sit communis Patri Diuino, & Mariæ, colligit generatione esse communem illi cû Patre, & ex hoc laudat fecunditatem, quasi diceret, & generationem, & filium, & principium generationis, scilicet fecunditatem esse virgini communia cum Patre Diuino, sentit ergo habere potentiam generatiuam Patris participatam realiter, sicut realiter, & physice genuit filium.

494. Bernard.

Octauus sit Chryzologus, qui sermone 142. qui est de Annuntiatione virginis, vbi postquam virginitatem Mariæ diuæ explicuisset hæc scribit. *Nostre ergo carnis ordo secedat, hic sibi natura nostra nihil vindicet, vbi ad diuinam progeniem cælestis ordo, diuinam insituitur in naturam.* Quibus verbis contra nostram naturam opponit naturam diuinam, & hanc in ordine ad diuinam progeniem, quasi diceret ex ordine cælesti collatam esse virgini sanctissimæ naturam diuinam in ordine ad generandam diuinam prolem, quod nihil est aliud, quam ipsi datam potentiam generatiuam Patris per participationem, & ideo inferius addit ad Mariam ex persona Angeli prætermitte naturæ ordinem, recognosce ordinem creatoris, vbi diuinum, & supernaturalem ordinem vocat ordinem creatoris. Nisi suspicetur aliquis in superiori testimonio ipsam virginem sanctissimam vocari ordinem cælestem à Chryzologo, qui diuinam instituitur in naturam, eo quod; Virgo sanctissima constituar peculiarem ordinem nulli alteri creaturæ communicabilem, vt infra attigimus, & instituat; id est constitutur intra diuinam naturam, id est Trinitatem, vt per participationem fecunditatis illius constitutur in actu primo Mater verbi diuini, quam rationem interpretandi Chryzologum amplector libenter, & existimo esse genuinam.

495. Chryzolog.

SECTIO III.  
Ratione, & rursus auctoritate probatur nostra sententia.

496.

Nec desunt rationes ad hanc in Virgine participationem formalem potentia generatiuæ Patris probandam, prima quasi à priori potest ad hanc formam reduci: Dignitas fundamentalis Dei genitricis, seu virtus illa, qua fuit eleuata ad generandum Deum, & hominem est substantialiter supernaturalis: ergo est formalis participatio diuinæ naturæ secundum aliquam perfectionem, quæ reperitur in illa, & deinde, ergo est formalis participatio potentia generatiuæ Patris diuini: antecedens probauimus latè disputatione præcedenti, & prima consequentia ostenditur, quia ibidem late monstrauimus formalem, & substantialem supernaturalitatem consistere in participatione perfectionis diuinæ pertinentis ad fecunditatem illius ad intra. Et vltima consequentia probatur, quia nullius alterius perfectionis potest esse participatio formalis; cum enim hæc virtus collata fuerit purissimæ Virgini ad suscipiendum, & generandum Verbum diuinum, necessario est de linea fecunditatis, ac proinde non potest esse formalis participatio intellectus, & voluntatis, neque attributi alicuius, vt sapientia, misericordia, æternitas; Hæc enim & cætera quid ad generationem Dei, & hominis, vt argutè notabat Scotus 3. d. 4. quæst. vñca contra Varronem. Participatio verò naturæ diuinæ præcisè sumptæ non potest, quia hoc est proprium gratiæ habitualis, vt per se constat, vnde infertur necessario esse formalem participationem fecunditatis, quæ ad generandum Filium diuinum inuenitur in Patre; atque adeo potentia generatiuæ illius, quæ erat vltima consequentia huius discursus.

497. S. Thomas Bonauent. Gabriel. Varro. Alensis Richardus. Maior. Suarez. Dionysius. Richelius. Canisius. Ioddaeus. Clitovæus. Toletus.

Nec video quid ad hanc rationem possit responderi, si semel admittatur illam virtutem esse supernaturalem, vt admittunt plerique Theologi, vnde meo iudicio hanc assertionem sine violentia vlla defendunt sanctus Thomas; sanctus Bonauentura, Gabriel, Varro, Alensis; Richardus, Maior, Suarez 1. & alij, quos articuli disp. 5. sect. 1. disp. 3. sect. 2. statim in principio.

Tradit expressè, & elucidat Didacus de Bæza ex scriptura & Patribus tom. 1. in Evangelia, lib. 1. cap. 6. §. 2. qui omnino legendus. Verba non do, quia longissima, sed piissima, & grauiissima. Luculentius Laurentius de Aponte vir sanè doctissimus, qui 1. tomo commentat. in Matthæum annotatione 24. num. 15. & 16. hæc scribit. *Ad Dei Maternitatem eligitur ad Filium Dei gignendum adinstar diuini Patris ad infantulum portandum, & in sinu fouendum, & ad illum sicut ante luciferum æternus Pater, sic in se ipsa in tempore gignendum eadem cum eadem, vt sic dicam, charitate, amore, affectu, propensione. Quid ergo, certè si non idem spiritus per essentiam illi communicatus, tamen sic illi adsimilis, vt humana lance ponderatus, ac absque fide idem appareat, idem estimetur.*

Hæc etiam illa annotatione scribit. *Ita Pater æternus, qui generat, & generatione sustentat filium diuinum posuit super Mariam, vel in illa, non eandem potentiam suam, sed similem, & participatam, vt secum sustentaret, & generaret eundem filium, quem ipse genuit semperque gignit.*

498.

Dices negandam esse vltimam consequentiam; Primo quia illa virtus cum sit virginitas etiam supernaturalis, vt scripsimus dis. 5. sect. 5. ex Illelsono, Proclo, Theodoro Ancyranò, quos audiuit, & approbavit Concilium Ephesinum, & præterea ex Martyre Eleutherio erit formalis participatio virginitatis, vt reperitur in spiritu sancto, cui virgo procul dubio simillima. In hac enim Trinitatis sanctissimæ tertia persona vibrat virginitas, quæ nullam generationem redoleat, vt redolent persona Patris, & Filij, in quibus relucet generatio actiua, & passiuæ, nec vllam affert productionem; vnde licet tota Trinitas sit Virgo, virginitas videtur appropriari posse spiritui sancto. Inde hac ductus consideratione, dixit Damianus, Sermone de Annuntiatione Virginis. *Mariâ à Deo electam, & super electam totam rapturam erat sibi spiritus sanctus.* Vbi cuius in virginitate Maria sanctissima esset imago, quia Pater Virgo est, sed adhuc Pater est; Filius Virgo est, sed genitus est, at spiritus Sanctus, nec est Pater, nec genitus est.

Illelsonus. Theodorus. Ancyranus.

Damianus.

Subtiliter hæc Cerdensis Antistes, de Maria, & Deo incarnato Academia 1. sect. 2. à n. 7. consequentiæ vim non eneruant, fallitur enim cum asserit se nihil inuenire similius spiritui sancto, quam Mariam, potius enim in prædicato virginitatis tertiæ personæ nò assimilatur Maria, quia spiritus sancti persona, & si virgo sit, non tamen est fecunda, atque adeo illius virginitas non participatur à virgine, quæ fecunda est, sed participatur à virginitate Patris, quæ est optimo modo fecunda, & generat Filium, quod in virginitate Matris Dei reperitur, vt quid ergo virginitas imitabitur hanc perfectionem in spiritu sancto dimidiato, vt ita dicam, modo cum integrum sit, illam integre imitati in potentia generatiua Patris diuini, inde acumen solidum, nulla ratione.

499. Cerdensis Antistes.

Secundò dices illam consequentiam esse nullam, quia potest virtus illa virginea esse formalis participatio fecunditatis, prout in filio, qui principium fecundum est tertiæ Trinitatis personæ, vt ergo Virgo Beatissima virgo homineta generet Deum, fat fuerit si habeat communicatam diuinam fecunditatem prout reperitur in filio, & ex hoc dicatur filia filij diuini, vt loquitur sanctus Illelsonus, qui in Mixtarabico Missali, hæc profert. *Talem multo quippe creditur mirabilem Matrem creasse, qualem diuinitus per eam transiens decus virginem non amisit, dum ab illo creari, ita est, & ab eo concipi.* Quod expressè etiam tradit Paulus Sherlogus vestigatione 2. in cap. 1. Canticorum, didascalicæ explanationis sect. 1. num. 56.

500.

Illelsonus.

Sherlogus.

Respondeo hanc instantiam nullius esse momenti, nam tamen Virgo sanctissima concipi dicitur à Verbo diuino, illùque lactasse & ad hoc in solitudinem duxisse, ex hoc nulla ratione inferri participare fecunditatem filij, non

501.

non tamen primæ Trinitatis personæ, nam fecunditas necessaria in Maria sanctissima erat fecunditas non vtrumque. Sed fecunditas ad generationem filij diuini, quæ cum non reperitur in filio, sed solum in Patre, inde est, quod formaliter non fecunditas filij; sed Patris fecunditas in Virgine, & participetur, & inueniatur.

502. Merito igitur diximus, nullius diuinæ perfectionis, præter quam fecunditatis, & potentia generatiuæ Patris posse esse participationem formalem virtutem supernaturalem, qua potens generare Deum Deipara constituitur, quod vt probem secundo animaduerto virginem sanctissimam singulari excellentia, nullique iusto communicabili, & esse, & dici filiam Patris æterni, id tradiderunt expressè Laurentius Iustinianus, qui sermone de Purificatione Mariæ hæc scripsit; quæ non integre transcribo. *Erat profectò ipsa talis, & tanta, vt illi minimè reperiretur similis. Sibi namque in sponsam delegerat ( Spiritus sanctus ) sapientia in Matrem, & suam interuentricem mundus, Angeli in Dominam, & æternus Pater in filiam.* Vbi post multa, quæ in Mariæ sanctissimæ laudem adduxerat, filiationem hanc tamquam supremam illius dignitatem, & excellentiam dinumerat, quod eodem spiritu dixit Seraphicus Franciscus, si enim singulari aliquo modo, & soli Deiparæ proprio filia Patris æterni non esset Maria sanctissima, neque specialis illius gloria, quod esset filia Patris æterni, id enim commune omnibus iustis: Idque videtur explicuisse Simon de Cassia, Augustinianus nobilissimus, qui lib. 2. de beata Maria, cap. 1. hæc protulit. *Diuina Virgo filia Patris æterni, plus habet in occultis suis, quam possit sermo proficere, quam scribi membrans.* Vnde non falleret, qui diceret illa verba Cantorum, *absque eo quod intrinsecus latet, & aliàs absque occultis tuis, & illa Psalms 44. Omnis gloria filia regis ab intus.* De singulari Virginis filiatione intelligenda; Hæc enim principium, & origo omnis gloriæ, omnis excellentiæ, & omnium virtutum, quæ reperiuntur in sacra Deipara.

Laur. Iustin.

Simon de Cassia.

503. Id verò difficile, quia occultum, & ab intus, in quo nam consistat hæc singularis filiatione: quod, vt explicem aduerto tripliciter posse Patrem diuinum suam naturam communicare; Primo generando personam, quæ verè, & substantialiter sit Deus, & vere Verbum, & filius, & hoc modo communicat suam substantiam, & naturam diuinam secundæ sanctissimæ Trinitatis personæ. Secundo accidentaliter, ita vt in subiecto, cui natura diuina communicatur, reperitur diuina natura, non substantialiter, sed tantum participatiuè, non ita, vt producat personam per illam communicationem, sed tantum personam iam existentem in fundatur natura diuina participata per qualitatem quædam, & hac ratione creaturæ rationales dicuntur filij Dei, vt Angeli, & homines. Inde Ioannis Epistola 1. cap. 3. 1. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.* Tertio potest intelligi communicari natura diuina secundum aliquem modum, qui per proprietatem characteristicam inuenitur in

Ioan.

Patre, & communicari non potest aliis personis diuinis, vt explicabamus sect. 1. huius disputationis. Natura autem diuina, vt in Patre, dicit fecunditatem ad generationem filij, atque proinde habet rationem potentia generatiuæ: Vnde illa persona cui communicaretur natura diuina secundum hanc rationem vere esset filius, aut filia, non naturalis, sed per quamdam singularem adoptionem, qua cæteri iusti non dicuntur filij, non substantialis, sed accidentalis, vt quicumque iustus est filius Dei, non substantialiter, sed accidentaliter, & Pater æternus singulariter diceretur Pater illius non quia ipse solus regeneraret illam personam: regeneratio enim illa, sicut & regeneratio iustorum efficienter esset à Trinitate rota, sicut omnia opera ad extra; sed quia proprietates Patris, & illius natura, vt habet rationem potentia generatiuæ communicaretur illi subiecto: Vnde prima persona diuina per appropriationem diceretur singulariter Pater illius, eo modo, quo potentia appropriatur, Patri; sapientia filio, & bonitas, seu amor Spiritui sancto, quia natura, vt est fecunda ad generandum filium Deum communicatur dilectæ personæ.

Ex hac verò triplici ratione communicandi naturam, & generandi filium, sicut triplex oritur Paternitas, ita triplex etiam resultat filiatione: Prima, & perfectissima naturalis, qua Verbum diuinum dicitur, & reuera est filius substantialis: Secunda accidentalis, qua iusti, & Angeli, & homines dicuntur, & sunt filij Dei. Tertia hac secunda perfectior, qua illa persona dicitur filius, aut filia, quia respicit Patrem æternum, singulari illo modo, & recipit ab illo naturam diuinam, vt est principium filij substantialis; ita vt terminus illius & generationis, hoc modo communicatæ sit substantia, & non solum accidens, vt contingit in gratia, vbi terminus generationis supernaturalis, aut productionis est terminus accidentalis vt Verbum mentis, intellectiois supernaturalis, & actus charitatis, &c.

Hoc ergo, tertio modo filiationis, & Paternitatis existimo Beatissimam Virginem dici filiam Patris æterni, & Patrem æternum singulariter Patrem illius, & hoc modo intelligendos Patres, qui Deiparam filiam Dei Patris pronuntiant, quos imitantur recentiores; quia scilicet accipit naturam Patris in ordine ad substantialem fecunditatem, & generationem filij substantialis, vnde secundum hanc filiationem non solum potest dici primogenita, sed etiam vnigenita, quia in hoc ordine filiationis illa, & est prima filia, & vnigenita filia, sicut Christus Dominus cum fuerit vnigenitus Matri dicitur primogenitus Luca 2. 7. *Et peperit filium suum primogenitum, & præterea rectè propter hanc etiam rationem Virginis applicantur ab Ecclesia in festo purissimæ Conceptionis illa verba Ecclesiastica 24. Ego ex ore Altissimi prodium primogenita ante omnem creaturam.* Quæ litteraliter de sapientia increata, quemadmodum enim sapientia genita est substantialiter filius, quia ex ore altissimi Patris, & memoria illius fecunda produit Paternam referens naturam, & similis

Ecclesiast.

507.

similis illi ex vi processionis intellectualis, ita etiam Virgo sanctissima produit referens accidentaliter Patris naturam fecundam.

Ex quibus late discussis ad gloriam Deiparæ hanc conficio rationem, & probo assertio-nem nostram secundo: Beatissima Virgo Maria, est singulariter, & modo excellentissimo sibi peculiari, & nulli alteri creaturæ de facto communicabili Filia Patris diuini: ergo accidentaliter communicatur illi natura diuina, secundum illam rationem & modum, quo reperitur in Patre: ergo dignitas fundamentalis Deiparæ, seu qualitas illa est formalis participatio diuinæ naturæ prout reperitur in Patre, & vltius, ergo formalis participatio potentia generatiuæ Patris diuini. Vltima consequentia est euident, & secunda probatur quia habere diuinam naturam, ita vt sit simul cum Paternitate diuina potentia generatiua Filij est proprietates characteristicæ Patris incommunicabilis diuinis personis, imo nihil est aliud in Patre diuino ad intra incommunicabile, ac propterea hoc constituit illius personam, vt distinctam à Filio; prima vero consequentia constat ex explicatione singularis filiationis in Virgine sanctissima, respectu Patris æterni; quam diximus consistere in receptione, seu infusione qualitatis, quæ exprimeret naturam diuinam, vt fecundam in Patre diuino ad filij naturalis generationem.

508.

Probatur tertio conclusio, quia si fundamentalis dignitas Deiparæ non esset participata fecunditas Patris, sequeretur Mariam sanctissimam non esse Matrem Dei meliori, & perfectiori modo, quo potest, consequens est falsum, & contra receptam sanctorum Patrum doctrinam assententem, aut Deum non posse meliorem Matrem, quam Mariam sanctissimam, aut in illa indutum ad assumendam humanam naturam, & illam induisse, id est coaptasse meliori modo, quo potuit, qua locutione significant non posse fieri Matrem meliorem; & sequela probatur, quia conceptus Matris non solum ad sui perfectionem respicit filium productum, sed etiam dicit perfectionem principij, & virtutis ad generandum filium, sicut etiam conceptus Patris æterni, non solum dicit relationem generantis ad filium, sed supponit in priori originis virtutem & potentiam ad illam generationem. Vnde Pater claudit vtrumque: licet Beatissima Virgo non potuerit esse melior mater ex parte filij producti, qui Deus est, si non haberet fecunditatem illam Patris participatam, sine dubio ex parte principij, & virtutis generatiuæ, & susceptiuæ verbi diuini, potuit esse perfectior Mater, si illam virtutem participaret, & per eam concurreret ad generandum Deum. Possibilem vero esse hanc participationem ostendimus sect. 1. statim in principio, & necessariam fuisse vim generatiuam supernaturalem in Virgine, hancque necessariò intrinsecam, vt esset Deipara in antecedentibus auctoritate Patrum, & scholasticorum, & optima ratione deduximus.

509. S. Thomas. Pecanus.

Ex quo quartam pro secunda assertione constituo rationem similem illi, qua sanctus Thomas 1. part. quæst. 50. art. 1. probat de facto Angelos esse productos; qua etiam vtruntur alij

Theologi, & satis explicat, & defendit Decanus Salmanticensis, ibid. quæst. 1. Non implicat contradictionem potentiam generatiuam Patris diuini in ordine ad filium diuinum generandum, participari formaliter à creatura, ergo de facto participatur: ergo de facto potentia generatiua diuina reperitur in Beatissima Virgine. Hæc consequentia probatur, quia solum fuit necessaria in gloriosissima Deipara, non autem in alia creatura; solum enim illi concessa est in hoc vniuerso hæc incogitabilis dignitas, quod simul cum Patre haberet, & habeat filium Dei, vt discunt acriter Senensis laudatus sect. 2. Adde necessarium omnino esse, vt Mater Dei redeat ad suum principium, qua ratione probat sanctus Thomas 1. contra Gentes cap. 46. de facto reperiri in vniuerso creaturas completas intellectuales, quia principium vniuersi est intellectuale, Deus scilicet optimus maximus, cum ergo Beatissima Virgo Maria sit Mater Dei hominis perfectissimo modo, oportuit ad Patrem æternum, qui est principium filij habere per similitudinem formalem conuenientiam, & participationem gradus illius secundum quem Pater est principium filij, & illum producit, aliàs nulla esset ratio Diui Thomæ, qua probat Angelos esse de facto productos.

Senensis. S. Thomas.

510.

Confirmatur, quia licet ad perfectionem vniuersi non requiratur quod producantur omnes species perfectissimæ, quia hoc est impossibile, requiritur tamen, quod producantur omnes gradus rerum, qui sunt possibiles, vt notat Magister Cumel, vbi supra, & amplificat alij: ergo gradus ille potentia generatiuæ diuinæ participatæ ad perfectionem vniuersi, in quo est vnio hypostatica, & ordo illius, & consequenter Deus subsistens in diuina natura productus est consequenter, & explicatur, quia, vt data occasione dicemus, Beatissima Virgo vt Mater Dei est, constituit peculiarem, & excellentissimum gradum super omnes choros Angelorum, vt canit Ecclesia in quo sola resider, quia nec primam similem habuit nec habebit sequentem.

Cumel.

511. S. Thomaz.

Quintò probatur conclusio ratione desumpta ex diuo Thoma, 1. part. quæst. 39. art. 2. ad 3. vbi ait posse dici vnus natura, quæ conueniunt in aliquo actu, sicut omnia calefacientia: ex quo sic argumentor, quæ conueniunt in aliquo actu conueniunt etiam in illius principio, siue illud habeant à propria natura fluens, siue superadditum ex aliquo accidenti; sed Beatissima Virgo conuenit cum Patre æterno in actu generandi substantialiter filium diuinum; ergo conuenit cum illo etiam in principio generandi filium Deum, at hoc principium est potentia generatiua; ergo habet conuenientiam formalem cum Patre diuino in potentia generatiua ad generationem filij diuini, sed non propter imparticipatam naturam, ergo per participationem formalem eiusdem prædicati, qui reperitur in Patre; est ergo illa virtus participatio formalis naturæ diuinæ vt reperitur in Patre, discursus est euident, & primum antecedens est sancti Thomæ, secundum autem clare deducitur ex priori.

512.

Scio meas rationes demonstrationes non esse, sed negabit nullus eas esse valde probabiles, &

& ex doctrina Patrum, & Theologorum de- promptas, quod in materia non perua, & non disputata fufficeret piis ingeniis, & de Maria gloriosa optimè meritis; iuxta assertionem enim Aristotelis 1. Ethicorum cap. 3. Non debemus querere aequalitatem evidentiã, & demon- strationem in omnibus rebus.

SECTIO IV.

Sacra Deipara Patri propinquissima simi- litudine, dignitate, familiaritate, & unitate nature.

513. IN hac verò nostra non vna sed multiplex est difficultas. Principio enim contra illam sic argumentatur nonnemo, & simul contendit eleuare illam excellentiam Virginis: quam sect. 2. testimonio tertio acute, & religiose excogitauit Magnus Albertus; si fundamentalis dignitas Matris Dei esset formalis participatio diuinæ potentie generatiuæ, quæ reperitur in Patre, sequeretur Mariam sanctissimam esse propinquissimam Patri diuino, similitudine, dignitate, familiaritate, & unitate nature: con- sequens videtur absurdum: ergo & anteceden- dens: & est nostra sententia, & expressa cogitatio, & acumen Alberti; Absurditas vero consequentis, seu sequelæ probatur, quia si vellemus excellentissimam dignitatem Verbi diuini asserere, & declarare, nihil aliud de illo possemus asserere, quam illud esse pro- pinquissimum Patri dignitate, & unitate nature, Diuam verò Virginem habere unitatem nature cum Patre diuino fides nulla ratione permittit. Hanc rationem phaleris verborum exornat, & horret ad nostram sententiam, quam tamen non semel dicit esse catholicam, & se illum defensurum publicè si res expo- stularer, O pium ingenium! Si ego illum dubium intelligerem reddere sensum, non solum non defenderem, sed exsibilarem statim.

514. Respondeo facillime distinguendo seque- lam, esset Virgo Deipara propinquissima Deo Patri dignitate, & unitate nature analogicè, & inæqualiter concedo sequelam, æqualiter, & vniocè nego sequelam. Hoc vltimum proprium Verbo, illud creaturæ communicabile; vbi absurditas? Vbi horrois vmbra? timue- runt, vbi non erat timor.

515. Sed gratulor: inde enim nobis occasio ex- plicandi unitatem Virginis sanctissimæ cum Deo in natura diuina, quam vt fecundam par- ticipat, & vindicandi ab inconsiderata calum- nia tantum Doctorem. Testimonium illud iam plures prælibarunt, & catholici, & do- ctissimi, & tamen suspicatus est nullus illa ver- ba aliquem præferre errorem, neque aliquo modo per illa derogari filio aut significare Virginem esse æqualem Verbo diuino, ille enim terminus. Propinquissima additus al- teri. In unitate nature. Minuit & extenuat Vir- ginis dignitatem, & offendit illam non esse Deum ac diuersissimo modo se habere unitatè nature cum Deo, ac habet filius diuinus, qui non est propinquissimus Patri, sed idem in natura diuina cum Patre, illi consubstantialis,

aut homouision, coæternusque illi, vt fides docet. Propinquitas vero non dicit identita- tem æqualitatem, & consubstantialitatem, vt ex terminis patet; & si Artio concederet Ec- clesia Verbum esse propinquissimum Patri in unitate nature, plauderet proculdubio, & sta- tim superbus, & gloriabundus inferret Ver- bum esse creaturam, tamen perfectissimum Patris ministrum, vt sentiebat Eunomius, con- tra quem scripsit peculiariter sanctus Basilius Magn. Basili. Magnus, dicit ergo propinquitas similitudi- nem, aut conuenientiam sine identitate, æqua- litate, aut consubstantialitate, vt ex terminis constat etiam grammaticis, qui enim propin- quissimus est Regi; Rex non est.

Deinde dico, quod si explicanda esset natu- ra filij diuini plura dicerentur, & dicunt Patres contra Eunomium, & Arrium, quæ in Virgi- nem & si propinquissima Patri diuino, nec ca- dunt, nec cadere possunt. Verbum enim pro- cedit à Patre ab æterno per veram & realem generationem intellectualem cum identitate reali, & substantiali nature, & essentia, & Patri æquale, consubstantiale, & coæternum, imago substantialis illius, candor lucis æternæ, & speculum bonitatis illius, quæ in Virginem sanctissimam, non quadrant, neque inueniri possunt cum proprietate, quæ propter proprie- tatem characteristicam inueniuntur in filio di- uino, quo facillè intelligitur Mariam sanctissi- mam esse creaturam, Verbum vero creatorem. Vellem certè cum celerioribus ambulare viam, sed quia qui tardius ambulant non sunt relin- quendi iuxta sententiam Diui Augustini Patris tract. 5. in Epist. Ioannis, libenter meas explico propositiones, & assertiones declaro. At si bar- barus, aut indoctus, vel etiam doctissimus il- lis iam explicatis non penetrer earum sensum, aut parum attentus labatur in suspicionem er- roris, id mea non interest; Hæc propositio Christi Domini. Pater maior est me. Non solum catholica, sed ab ipso Christo prolata; ideo non quia ex ea Arrius probat suum errorem absolutè non potuit proferri ab ipsa veritate? Ex hac propositione. In Deo sunt tres persona realiter distinctæ, inferat, vt potest indoctus, vel hæreticus: ergo sunt tres Dij; ideo ergo catholicus non poterit absolutè proferre hanc propositionem? Asserereque tres esse personas diuinas? Minimè quidem.

Præterea sine vilo fundamento torquentur voce illa. Unitate nature, quæ si recte intelli- gatur, metaphysicè etiam, & affirmari potest de Virgine sanctissima, & de quocumque iu- storum, nisi velimus clare repugnare verbis Petri 2. cap. 1. Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hac efficiamur diu- ine consortes nature. In quibus Apostolus ma- gnificat consortium intrinsecum diuinæ na- turæ, quod habent iusti cum Deo per gratiam sanctificantem. Vbi vero est consortium natu- ræ est conuenientia formalis in natura, & con- sequenter formalis vnitas in natura, id vulga- ris metaphysica docet. Habent omnes homi- nes unitatem in natura humana, quia in illa habent conuenientiam formalem, quia homi- nis, in illis omnibus est prædicatum, quod etiam reperitur in omnibus substantiis propter prædicatum

prædicatum substantiæ, licet in omnibus non vniocè, sed analogicè solum inueniatur, quæ doctrina à fortiori vera est in Scotistarum sen- tentia, qui existimant prædicatum entis, & substantiæ vniocum esse ad Deum & creatu- ras, quod in logica controuersia de commu- nissima ratione entis impugnaui.

518. Illa verò verba Petri intelligunt Patres, & grauiores interpretes de consortio, participati- one, & conuenientia formali in illo prædi- cato, quod in Deo intelligitur habere ratio- nem nature, vt optimè declarat, & defendit Magister Curiel, controuersia 3. in illam Epi- stolam, vnde necessariò sequitur conuenientia formalis, & vnitas in natura diuina, quæ sum- pra abstractè determinatur deinde, quasi per differentias, sicut enim à substantia creata & in- creata à Deo, & creaturis potest abstrahi com- munitatis ratio; ita à natura diuina participata; & imparticipata abstrahi potest communis con- ceptus, qui fundat unitatem nature diuinæ respectu illorum, in quibus (tamen diuer- si modo) reperitur, nec iste conceptus com- munitatis in schola Scoti potest negari.

Consonat illud Psalmi 81. 5. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Quod de dignitate di- uinitatis participatæ explicant omnes, & si di- uersa ratione declarent. Vnitas autem hæc in natura Diuina per gratiam nihil derogat Dei dignitati, vt cum stomacho, & indignatione Chryostomus apud Euthymium in Panoplia, tit. vndecimo. Ergo quoniam homines filij Dei dicuntur, & Dij, vniogeniti dignitatem in dubium vocabis, eumque nihil amplius habere, quam te dices? Habet ergo vnigenitus multa, quæ non habet Virgo, etiam si similis sit Deo in unitate nature; sumus ergo per gratiam Dei genus perfectiori modo, quam per humanam natu- ram, generi enim illi, quod non deducitur, aut exemplatur ex propriissima ratione diuini- tatis, additur genus alterum supernaturale, quo consortes, & participes sumus diuinæ na- turæ, quantum potest capere creatura in sua limitatione.

Et vterius hanc cum Deo unitatem nature in Virgine sanctissima, & cæteris iustis asserunt verba illa Ioannis Epist. 1. cap. 3. num. 1. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Nulla enim ratione pos- sumus dici, & esse filij Dei, nisi habeamus eam- dem naturam quam Pater habet, non per iden- titatem vt habet Patris Verbum, & Filius Diui- nus; sed propter participationem accidentalem, & communicationem nature, vt potest reperiri in limitata, & creata substantia, non substantialiter, vt in filio diuino naturali, sed per qualitatem accidentalem, vt in filiis adop- tiuis. Ad cuius explicationem aduerto, illud esse discriminis inter filios adoptiuos diuinos, & humanos, quod isti non habent naturam humanam participatam à Patre, neque enim il- lis in adoptione, & filiatione mere extrinseca natura Patris communicatur: at iusti habent intrinsece participatam naturam à Trinitate Sanctissima, illisque intimè in hærentem in substantia animæ, & vi illius Filij Dei adopri- ui dicuntur: non quia non habeant naturam diuinam, & in illa unitatem cum Deo; sed quia

non habeant eam substantialiter, sed acciden- taliter, iustificatur enim per in hærentem iu- stitiam, non extraneam, sed intraneam partici- pationem diuinæ nature, quam explicauit Leo Magnus sermone 1. de Natiuitate Domini his verbis. Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam, & diuinæ consors factus natura, noli in ve- terem vilitatem degeneri conuersatione redire. Consonat Augustinus, qui tract. 4. in Episto- lam Ioannis hæc scribit. Habemus ergo, & nos imaginem Dei; sed non illam, quam habet filius, æqualis Patri. Tamen nos pro nostro modo si non sicut ille essemus ex nulla parte ei similes dicere- mur. Intelligit ergo iustus habere similitudi- nem, & unitatem in natura diuina, cum ipso Deo, licet non sicut filius habet substantiali- ter, & identicè.

Addo etiam ex scripturæ Sacræ, & sancto- rum Patrum modo loquendi, necessariò in iu- stis reperiri hanc unitatem nature, sine æqua- litate, qua iusti dicuntur geniti à Deo, & salui facti per regenerationem, vt constat clare ex Epistola Pauli ad Titum 3. 5. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem in nos effudit abundè. Di- cuntur etiam renasci, & regenerati; vt constat Ioannis 3. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto: & alibi sapè, iustificatio enim dicitur etiam regeneratio, & natiuitas, at hæc non possunt stare nisi in iustificatione sit communicatio genitoris, & Patris, quia generatio dicit necessariò communicationem nature Paternæ, & natiuitas sumpta passiuè affert naturam Patris communicatam, genera- tio vero & natiuitas iustorum vere, & non de- nominatiue tantum sunt tales, licet non at- tingant rationem natiuitatis, & generationis substantialis; vnde illa ratio est illis analogæ, quia communicatio licet sit nature, & sub- stantiæ, non tamen substantialiter, sed acci- dentaliter, vnde iusti, quia filij, quia commu- nicant in natura Patris, suntque consortes di- uinæ nature per gratiam, similes sunt Deo in unitate nature per gratiam.

Confirmatur hæc catholica Doctrina ex illa oratione Christi Domini ad Patrem Ioannis: 17. 21. Pater serua eos in nomine tuo, quos dedi- sti mihi, vt sint vnum sicut, & nos Ita vt adda- tur illa sententia, quæ inferius habetur. Sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Vbi non solum rogat Christus Do- minus Patrè, vt concedat Apostolis & fidelibus, quod vnum sint inter se, sed etiam quod vnum sint cum ipso Deo; per consensionem volun- tatis, quæ est prima petitio, & etiam quod sint vnum in nobis, inquit, id est per participatio- nem nature diuinæ, quæ fit per gratiam recep- tam in anima vt doctè, & subtiliter explica- uit Cyrillus lib. 1. in Ioann. cap. 26. non enim petit Christus Dominus unitatem in natura per identitatem, peteret enim rem impossibilem, sed per participationem eiusdem nature, quæ fit per gratiam, vt rectè notauit Toletus Car- dinalis in Ioannem an. 13. & colligitur ex primo Corinthiorum 6. Qui adheret Deo vnus spiritus est, siue efficiatur cum eo, id est habet eundem spiritum, & naturam, quam habent Pater, & filius, quamuis non ad æqualitatem, addit To- letus.

Arist.

Albertus.

Magn. Basili.

516.

August.

Arrius.

517.

Petri 2. c. 1.

M. Curiel.

519. Psal. 81.

520. Ioannis.

Leo Magn.

August.

521.

Paulus.

Ioannis.

522.

Ioannes.

Cyrillus.

Toletus.

Corinth. 6.

Toletus.

letus. Si ergo habemus vnitatem Spiritus per gratiam, vnitatem habemus in natura, & similes sumus propinque Deo in vnitatem naturæ. Diua verò Virgo, quia & sanctissima est, & quia participatam habet naturam secundam ad generationem filij, propinquissima est Patri similitudine, quia generat, vt Pater æternus; dignitate, quia generat eundem numero filium, licet subsistentem in humana natura; vnitatem naturæ, quia habet participatam potentiam generatiuam Patris, qua producit hominem Deum: Inde Damascenus Oratione 1. de Natiuitate Mariæ. *Tota Spiritus sancti thalamus (Maria) & gratiarum pelagus, tota pulchra, tota Deo propinqua, O miraculorum omnium maximè nouum.* Quid enim miraculosius quam diuam Virginem, ita esse Deo propinquam, vt concipiat, generet, & pariat filium diuinum per potentiam generatiuam, & susceptiuam participatam, quem Pater æternus concipit, generat, parit, potentia generatiua Isai. 68. 9. *Nunquid ego, qui alios parere facio sterilis ero?*

Damascen.

Isai. 68.

523.

Et fortassis (vellem hæc sicut subtiliter ita solidè dicta) consensus ille supra explicatus, & vnitatis voluntatis cum Deo, peti à Christo Domino non potuit, quin peteretur simul communicatio, & vnitatis analogia in natura, quia consensus iste, aut est habitualis, aut actualis. Si habitualis consistit in gratia sanctificante habituali, & charitate, ac proinde peti non potest, nisi petatur etiam illius communicatio, atque adeo participatio formalis naturæ diuinæ per modum naturæ, quæ est ratio & quidditas gratiæ sanctificantis. Aut fatiatur actualiter ille consensus, nimirum vt est actus voluntatis, quo creatura coniungitur actualiter Deo & sic etiam petitur vnitatis possibilis in diuina natura, quia postulat fructus illius coniunctionis, & vnitatis habitualis in natura, quæ iuxta legem, aut supponitur, aut subsequitur ad illam actualem vnitatem procedentem ad voluntatem, in quacumque ergo explicatione petebat Christus Dominus vnitatem in diuina natura fidelibus, quamuis non ad æqualitatem, neque per identitatem. Quam explicationem intelligo eandem esse cum illa Photij quam laudat Iustinianus 1. Corinthior. 6. 17. ad finem, sic scribens: *Vnus spiritus est, quia vnus quodammodo natura totusque spiritus efficitur, neque impuris cogitationibus tangitur, neque scinditur in partes Deo, & mammona seruiens, sed vni Deo penitus adheret; eique se totum dedicat, & addicit.* En naturam, & operationem diuinam, habitus, & actus supernaturales: Vidi Photium, postquam Apostolum ita intellexeram; si ergo iusti similes Deo, & illi propinqui in vnitatem naturæ, quid quod beatissima Virgo Deipara propinquissima sit Patri in similitudine, & vnitatem naturæ: Dixi pro illius gloria latissimè, sed quid facerem cum viderem sententiam Alberti Magni in manifestissimum præiudicium Dei genitricis, vt troneam traduci.

Plotius.  
Iustinianus.

Albert. Mag.

## SECTIO V.

*Alia obiectiones contra nostram sententiam, qua eorum solutione illustrata.*

Vtum maioribus argumentis in pugno hanc veritatem, & secundo contra illam procedo: sequeretur enim beatissimam Virginem, vi illius virtutis, & participationis formalis esse simul Matrem, & filiam, in ordine diuino, consequens est inintelligibile: ergo illa virtus Maternalis, non potest esse formalis participatio diuinæ naturæ, vt dicit in Patre potentiam generatiuam. Sequelam probo, primo enim ad hoc astruitur hæc virtus, vt beatissima Virgo esset Mater Dei, & Verbum generaret in humana natura. Secundo ratione illius virtutis est vere filia, vt latè deduximus, sect. 3. falsitas autem, seu inintelligibilitas sequelæ probatur, quia ex vi eiusdem omnino formalitatis non potest eadem persona esse Mater, & filia, vt satis constat in omnibus generationibus.

524.

Respondeo negando minorem, licet enim illa duo videantur pugnare inter se secundum rerum naturas quia respectu eiusdem personæ fieri non potest, quod idem sit Pater, & Filius; in mirabili Sacramento incarnationis id euenisse est necessarium omnino, sed ita singulari, vt nullum habeat exemplum, verum non ita sit, vt vi eiusdem qualitatis, & participationis sit eodem omnino modo Maria sanctissima Mater, & Filiæ; ex vi enim illius, vt filiatio est, est formaliter filia, & ex vi eiusdem, vt est generationis principium, est Mater non formaliter, sed seu fundamentaliter realiter in quantum est formalis ratio & principium generationis ex qua resultat formalis relatio Maternitatis, quia Virgo sanctissima filio communicauit naturam humanam.

525.

Adde, quod licet vtrumque haberet formaliter propter fundamentalem Maternitatem, id non esset impossibile, quia esset Mater naturalis, id est principium communicans Verbo naturam humanam, & esset filia adoptiua propter naturam diuinam participatam, quod rectè fieri potest, quia terminus generationis est Deus, qui præxit non solum ad generationem, sed & Matrem ipsam, vnde antecedenter ad secundam generationem potuit Matri conferre, & infundere participium diuinæ naturæ, vt felicius, & vt petit diuina soboles illam producat, & generet in assumenda natura, illa ergo virtus Materna duplex exercet munus, quorum neutrum, cum altero est impossibile, sicut impossibile non est, quod ex vi propriæ naturæ sit naturalis Mater Dei Virgo sanctissima, & quod aliàs per gratiam sit filia adoptiua, solutio potest defumi ex Concilio Toletano 11. vbi dicitur, quod Christus Dominus, vt Deus generat Mariam; at vero vt homo creatus est, id est natus ex Maria; sentit ergo Concilium, Deum & posse esse Patrem, & Filium respectu eiusdem omnino personæ.

526.

Concilium.

Dices, hæc esse vera, sed in beatissima Virgine constitui ad filiationem adoptiuam, & Maternitatem

527.

ternitatem naturalem duo inter se valde distincta scilicet gratiam habitualement, & naturam humanam & etiam in Christo Domino ad filiationem, & Paternitatem respectu Virginis, naturam diuinam & naturam humanam: In Virgine tamen sanctissima respectu filiationis, & maternitatis solum constitui illam formalem participationem, quæ vnica est.

528.

Respondeo vnica esse realiter, quod non inficior, sed quæ diuidatur in duas formalitates, quæ secundum conceptus nostros sunt distinctæ, illa enim virtus est participatio diuinæ naturæ, non vtrumque, sed est participatio illius prout fecunda reperitur in Patre atque adeo respicit Patrem, vt exemplar ad cuius imitationem producitur, & cuius naturam participat per peculiarem adoptionem, & generationem spirituales, & sic dicit rationem filiationis, & præterea, quia est ratio formalis proxima generandi Deum, & hominem respicit Deum, non Patrem, sed filium, & secundum hanc rationem dicit rationem Maternitatis fundamentalis: sunt igitur in illa duo respectus diuersi, qui fundamentum habent in diuersis functionibus, quarum vna posset absoluta potentia esse sine altera; posset optimè Deus hanc virtutem conferre Virgini, quæ illam redderet formaliter filiam, & propter suum beneplacitum non reducere illam ad generationis actum; Virgo sanctissima esset filia adoptiua Patris, & non Mater Filij: hæc enim duo non sunt connexa, etiam absoluta potentia, vt constat ex mutua separatione functionum, ex quibus resultant diuersæ formalitates in vnica forma reali.

529.

Tertio obijcio, quod non reperitur in filio perfectissimo consubstantiali, & naturali, reperiri non potest in Virgine Beatissima, quæ licet filia sit est ordinis inferioris, sed in filio diuino non reperitur potentia generatiua Patris, neque illi communicatur virtus ad generandum alterum filium; ergo beatissimæ Virginis non potest communicari virtus Patris generatiua: ergo illa supernaturalis virtus non est formalis participatio potentie generatiuæ Patris; Hæc vltima consequentia est euidentis, & maior constat, quia quæ sunt de linea filiationis debent necessario esse in perfectissimo filio, maximè cum imperfectionem non dicant, quod si in illo non sint, non videntur posse filio minus perfecto communicari, minor vero est de fide, in filio enim diuino non est fecunditas ad alterum filium, ne fiat ab initio in infinitum.

530.

Respondeo nego absolute maiorem, quia est perfectio infinita in Trinitate gloriosissima, quod in illa non sit nisi vnicus filius, si enim plures essent, & destrueretur Trinitas, & vnitatis non esset quæ petit illam fecunditatem ad processiones duarum personarum: Vnde in Filio diuino non potest illa inueniri, esset enim formaliter Pater, quod repugnat, quia habere illam fecunditatem est proprietas characteristica Patris æterni, & præterea summa perfectio est filij diuini quod non sit possibilis alius filij substantialis, & naturalis; non autem repugnat, quod quæ in illo non inueniuntur reperiantur in filio per adoptionem, qui capax

est saltem secundum participationem potentie generatiuæ, quæ non reperitur in Filio diuino, vt sumitur ex dictis, & constat in beatissima Virgine, quæ filia per adoptionem singulari modo potentiam habet ad generandum filium diuinum, quod etiam contingit in filiis naturalibus, qui habent potentiam generandi alios filios, quæ virtus, seu vis non potest reperiri in Filio diuino, sine eo quod hoc sit contra perfectionem illius, quia habet fecunditatem sibi debitam ex communicatione naturæ Patris, scilicet, ad spirationem actiuam Spiritus sancti: linea autem filiationis sumptæ abstractissimè, non petit quod filius possit generare alterum filium, sed solum, quod filio communicetur Patris natura, alias filius in diuinis, non esset perfectissimè filius, quod est contra fidem, de quo vide Scholasticos, cum sancto Thoma.

S. Thom.

531.

Quarto obijcio, quia si in beatissima Virgine esset singulari illo modo communicata Patris diuini natura, sequeretur esse filiam semel, & iterum, atque adeo duplici titulo, & propter generalem adoptionem, & propter adoptionem particularem, quod quidem verum non videretur, ideo enim negauit Concilium Francofordiense, cuius autoritatem defendit, & sensum Vasquez, disput. priori contra Elipandum, Christum Dominum non esse filium adoptiuum, quia est Filius naturalis; & adoptari non possit nisi qui extraneus est à Patris natura: Cum verò beatissima Virgo Maria habeat iam Patris naturam per generalem adoptionem, extranea non est à natura Patris ac proinde rursus adoptari non potest: ergo non est in Virgine sanctissima illa participatio formalis potentie generatiuæ; ex qua nascitur necessario adoptiua filiatio: Hac ratione ad negandum Christum Dominum esse filium Dei adoptiuum vtuntur sanctus Thomas 3. p. q. 23. art. 4. Bonauerura 3. dist. 10. art. 1. quæst. 1. Scotus ibidem d. 10. quæst. 1. dum probabilem reputat sententiam negantem Christi adoptionem.

Vasquez.

S. Thom.  
Bonauer.  
Scotus.

532.

Respondeo concedendo sequelam, & negando id quod inferitur, non esse verum, licet enim fieri non possit, quod filius naturalis adoptetur, quia adoptiuus filius, non secundum naturam sed solum secundum affectum coniungitur adoptanti, quod & ipsa vox adoptio significare videtur; est enim desiderantis, vt ex Concilio Francofordiensi, & Epistola Adriani ad Episcopos Hispaniæ rectè colligit, & explicat Vasquez, disputatione priori contra Elipandum cap. 13. contingere optimè potest, quod qui est filius adoptiuus secundum hanc rationem possit esse filius adoptiuus per aliam, quod in filiis adoptiuis diuinis maximè probatur, vbi affectus potest esse distinctus & distincta communicatio naturæ Patris, quod neque in filiis adoptiuis, neque in naturalibus, numquam inuenitur; in adoptiuis, quia non communicatur natura, nisi solus effectus, in naturalibus, quia vnico tantum modo communicatur natura. Pater enim humanus, non potest duplici, & diuersa ratione filio communicare naturam. At Deus optimus Maximus, cuius in natura sunt, tot perfectiones, & qui

Concilium.  
Adrianus.

Vasquez.

volans

voluntariè genuit nos verbo veritatis, potest communicare naturam diuinam non vnico tantum modo, sed vario, & multiplici, præsertim in eorum opinione, qui volunt non implicare gratiam habitualemente specie à nostra distinctam, quia natura potest commuicari creaturis secundum hanc perfectionem, aut secundum illam. Potuit ergo communicare naturam diuinam Mariæ sanctissimæ modis diuersis, & secundum diuersas perfectiones.

533. Nec obstat iam esse illi communicatam naturam, vnde extranea non est à natura Patris; tum quia fortassis communicatio naturæ, vt dicit potentiam generatiuam prius fuit communicata, quam natura præcisè per modum naturæ, vt sic in infusione gratiæ habitualis, tum quia licet absolutè ex vi gratiæ sanctificantis non sit absolutè Virgo extranea à natura Patris, ad hoc non habet illam omnibus modis, quibus potest illam habere, non enim eam habet vt est principium in Patre productionis filij.

534. His adde, quod est consideratione dignissimum filios adoptiuos humanos non posse crescere in iure ad paterna bona, ad quorum hæreditatem adoptantur, nec naturales in substantia, quam semel receperunt à Patre, quod in filiis adoptiuis non reperitur, potest enim in illis intendi communicata natura, & crescere ius ad gloriam, & hæreditatem cœlestem per actus supernaturales, quibus intenditur gratia, & ius maius ad gloriam acquiritur, vnde iustus est magis filius, quia hæc filiatio non consistit in indiuisibili, sed potest intendi: non ergo difficilè, quod ex vi naturæ participatæ diuersa ratione beatissima Virgo sit semel, & iterum filia, neutro enim modo in Matre sanctissima pleniter fuit Diuinitas, vt loquitur Pontifex Adrianus, in illa Epistola colum. 4. vbi ait. *Scriptum est enim Pater diligit filium & omnia dedit in manu eius: adoptiuus verò filiis non dedit omnia, sed quadam dona Charismatum.* Quod firmari potest ex Epistola Concilij Francofordiensis ad Episcopos Hispaniæ colum. 7. Vbi inter Christum Dominum, & alios iustos, quos Christos etiam appellat hoc vult interesse discrimen, quod Christus Dominus natura vnctus sit, illi verò per gratiam, idque probat, quia. *In illo pleniter fuit diuinitas.* Sentit ergo Concilium, quod si pleniter non esset in illo diuinitas, posset optimè adoptari, etiamsi aliquo modo haberet vnitatem, ex quibus hanc conficio rationem, diuinitas non pleniter existens in Christo Domino ex mente Concilij non impediret adoptionem, quia non haberet plenariam diuinitatem Sed Maria sanctissima ex neutra illa adoptione habet pleniter, seu plenariam diuinitatem: ergo neutra obstante potest vtraque adoptione adoptari.

Adrianus.

Concilium.

535. Quintò obicio: videri hanc formalem participationem diuinæ naturæ in Virgine sanctissima, non distingui à gratia habituali, quod tamen in nostra sententia supponitur, gratia enim habitualis, non solum est participatio naturæ, vt sic, sed etiam vt habet fecunditatem ad intra quia saltem per virtutes, & habitus supernaturales est principium supernatura-

lium actionum, quæ sunt immanentes, & imitari videntur processiones per intellectum, & voluntatem; gratia enim habitualis præsertim in patria, est principium intelligendi diuinam essentiam, vt in se est, & amandi Deum.

536. Respondeo fundamentalem maternitatem Dei genitricis esse donum realiter & essentialiter distinctum à gratia habituali, quod præterquam quòd euidenter infertur ex reali illarum separatione, probatur facilè, quia gratia habitualis est omnino spiritualis; Dignitas Deiparæ omnino corporea: gratia habitualis subiectatur in essentia animæ: Dignitas Deiparæ in corpore: gratia habitualis datur ad actiones spirituales, dignitas Deiparæ ad actiones corporeas; gratiæ habitualis terminus productus est accidentalis; dignitatis Deiparæ terminus est substantialis, scilicet Christus Dominus, & tandem gratiæ habitualis terminus non est filius; Dignitatis verò maternalis terminus est propriissimè filius; non ergo gratia habitualis participat fecunditatem diuinam, eo modo quo illam participat virtus Mariana supernaturalis: ex quibus non solum colligitur realis distinctio, sed etiam essentialis, & quidditatiua.

537. Sextò obicio duo inconuenientia, quæ ex nostra sententia sequuntur. Primum dignitatem maternalem Deiparæ esse sanctitatem formaliter, quia est participatio formalis naturæ diuinæ. Secundum oriri ex illa omnes supernaturales virtutes, esseque radicem illarum. Respondeo hoc secundum non esse inconueniens, vtrum autem sequantur physicè, an solum moraliter, alibi videro. Primum vero late tractandum, si Deus dederit libro secundo, vbi sergò, & ex professo disputandum. Vtrum possit dari sanctitas corporea. Interim consideranda est natura vnionis hypostaticæ, per quam multi recentiores dicunt humanitatem Christi sanctificare formaliter.

538. Septimò obicio: repugnat participatio corporea diuinæ naturæ; ergo Mariana virtus non potuit esse formalis diuinæ naturæ participatio. Consequentia probatur, quia est corporea. Hæc obiectio petit difficultatem insignem infra tractandam disput. 2. vestigat. 2.

599. Illud addiderim in fine huius disputationis beatissimam Virginem Mariam, perfectissimo modo possibili, & quantum patitur natura creata constitutam esse in ordine diuino, & supernaturali, atque adeo intra celsissimam Trinitatis spheram, non solum, quia mirabili modo, vt loquitur Epiphanius, de laudibus Virginis. *Sancta puella Virgo Maria est sponsa Trinitatis,* & sponsa transit in familiam sponsis, sequiturque forum, & leges illius, vt fert communis. Iureconsultorum sententia cum Baldo Baldus. in Cod. constitutis in præsentia extra de testibus; sed etiam censetur eiusdem originis, cum Marito, de quo Tiraquellus ad legem primam Tiraquellus. connubialem, patte 1. à num. 25. Sed etiam quia ratione dignitatis fundamentalis dicit ordinem ad totam sanctissimam Trinitatem, ad Patrem quia participat naturam fecundam illius: ad filium, quia substantialiter generat illum: ad Spiritum sanctum, quia virtus illa Materna essentialiter ex natura sua, & propriis principijs

536.

537.

538.

599.

Epiphanius.


Baldus.

Tiraquellus.

principijs respicit, vt sponsum Virginis Spiritum sanctum, tanta connexionione, vt impossibile esset illam virtutem, & potentiam generandi reduci ad actum, nisi per Spiritum sanctum: inde summa energia dictum Conceptionem Christi Domini esse de Spiritu sancto, quia solum Trinitatis potentia concipi potuit noster assertor, quæ grauius complexus est Thaumaturgus sermone 2. de Annuntiatione, his verbis. *Vbi glorificatur Pater omnis principij expers, cuius obumbrantem habuisti potentiam, adoratur filius quem secundum carnem peperisti, celebratur Spiritus sanctus, qui in tuo vtero natiuitatem Magni Regis peregit.* Similia Augustinus Pater sermone 10. de Natiuitate Domini. *Tanta est enim diuina illa potentia, vt Matrem reddat fecundam, & Virginitatem seruet illam; ideo benedicta inter mulieris, quia de Spiritu sancto concipies, vbi non est carnalis maritus, sed diuina concipitur virtus.* En ex Thaumaturgo, & Augustino ratione Maternitatis Maria intra Trinitatem totam. Quæ consideranda sunt quia in rerum supernaturalium ordine nihil est, quod tam expressam dicat habitudinem ad Trinitatem Sanctissimam, vt Beatissima Deipara.

Thaumaturgus.

August.



DISPUTATIO VIII.

Vtrum dignitas maternalis Deiparæ possit appellari Natura.

540.



I rectè penetrarentur, quæ hactenus, diximus, & in promptu esset, prima illaque propriissima, & antiquissima Naturæ acceptio offenderet nullum illa propositio, quæ asserit in Virgine duplicem esse naturam: substantialem vnã; accidentalem alteram, illam naturalem qua filia Adami; hanc supernaturalem, qua Mater Verbi diuini hominis facti, sed quia aliquibus vtrumque non contingit, disputari necessum est; an qualitas illa, qua eleuata fuit B. Virgo, ad generationem hominis Dei sit, & possit dici natura.

SECTIO I.

Pars negatiua; & acceptiones Natura.

541.

Renunt aliqui illam propositionem concedere. Primò, quia si illa qualitas posset dici natura sequeretur in beatissima Virgine duplicem esse naturam, sicut in Christo Domino duplex reperitur natura; vna humana; altera diuina, atque adeo Mariam sanctissimam in vtraque subsistere quod quis non horreat statim. Confirmatur, quia eadem ratione posset dici Virginem sanctissimam triplicem habere naturam, cum etiam habeat gratiam sanctificantem, quæ ex communi Theologorum sententia est participatio diuinæ naturæ.

542.

Secundò, quia si Nestorius intelligeret naturam posse vsurpari, in significatione illa, qua accipitur, dum asseritur hæc natura in

Maria sanctissima, illam libenter statim arripere, & affirmare se in Christo Domino, non negare duas esse naturas, nec nouam inferre hæresim, quæ assereret in Christo vnã tantum esse naturam; fauet ergo hæc loquutio errori Nestoriano, & ideo veranda.

Tertiò, si illa qualitas, seu fundamentalis dignitas Matris Dei posset dici natura, asseri etiam posset Virginem duas habuisse naturas; nam duas in Virgine dari naturas, & duas in illa fuisse naturas, idem omnino significat: at hoc asseri non valet; sicut nec affirmare in quolibet iusto duas esse naturas, aut duas naturas habuisse, eo quod habeat naturam humanam, & insuper qualitatem supernaturalem; quæ est gratia.

Quartò, eadem omnino ratione posset dici in Christo Domino tres esse naturas, aut fortasse plures, cum habeat substantiam diuinam, animam rationalem, & corpus: Confirmatur, quia etiam posset asseri in diuinitate plures esse naturas, non vnã solum, quia in Deo sunt tres substantiæ, & tres relationes, quas iuxta hunc modum loquendi, quid prohibet appellari naturas?

Quintò, gratia non dicitur natura iusti: ergo neque illa qualitas naturæ Virginis putissima: consequentia est manifesta à paritate rationis, & antecedens probatur; quia illa loquutio est durissima, nemo enim cordatus dixerit albedinem esse hominis naturam, non ergo illa qualitas est Virginis natura.

Sextò, cum illa virtus supernaturalis sit indebita Virgini & alias dicatur esse illius natura: infertur statim manifesta implicatio, quod natura Virginis sit indebita Virgini, quod idem est, ac si asseratur naturam hominis esse indebitam homini, ex quo sequitur manifesta implicatio: esset enim natura illius, & non esset natura, quia quod rei indebitum est, non potest esse illius natura. His aliqui Theologi triumphant affirmatiuam sententiam.

Ad cuius declarationem, & defensionem aduerto. Naturam terminum esse, qui plura significat, diuersasque acceptiones habeat apud Philosophos, & Theologos, Primo enim significat essentiam, quidditatem, & substantiam rei cuiusque, siue sit Deus, siue creatura, siue sit substantia, vel accidens, siue res, aut modus illius, quod ita verum est, vt antiquius sit nomen naturæ ad significandam rei quidditatem, quam nomen essentiæ. Vtrumque expressè tradidit, summus Theologus, & Ecclesiæ lumen Augustinus, qui lib. 2. de moribus Manichæorum cap. 2. hæc scribit. *Nam & ipsa natura nihil est aliud, quam id, quod intelligitur in suo genere aliquid esse; itaque vt nos nouo iam nomine ab eo quod est esse vocamus essentiam, quam plerumque etiam substantiam nominamus; ita & veteres qui hæc nomina non habebant pro essentia, & substantia naturam vocabant.* Hæc Augustinus, quem imitatur D. Thomas 1. 2. q. 10. art. 1. corpore. Vbi ait. *Alio modo dicitur natura, qualibet substantia, aut quodlibet ens, & tradit Severinus Boëtius, lib de duabus Christi naturis, vbi affirmat naturam significare omne intelligibile, & præterea specificam essentiam, seu differentiam, quod rursus explicat S. Thom.*

543.

544.

545.

546.

547.

Augustinus.

D. Thom.

mas 2. d. 1. quæst. 1. artic. 1. & addit primo de ente, & essentia cap. 1. illud dici naturam, quod quocumque modo intellectu capi potest, & hoc modo significare essentiam, in ordine ad operationem, sequitur Doctorem Angelicum Caietanum ibi, qui ait ens dicere conceptum communem ad decem naturas prædicamentorum, ubi quodcumque prædicamentum vocat naturam: sequuntur Coniunctivales, qui lib. 1. physicorum cap. 1. q. 1. art. 1. hanc significationem naturæ primo loco constituunt, & addit Ripalda, de ente naturali disp. 1. sect. 1. num. 9. hanc esse propriam naturæ apud dialecticos acceptionem. Sed transcendit Philosophiam, etiam Metaphysicam, & Theologiam.

548. Philosoph. Secundò Natura significat realia principia, & causas ex quibus componitur ens naturale, quæ à Philosopho 2. physicorum cap. appellantur natura, & diffinitur hoc modo. *Naturam principium esse quoddam, & causam, ut id moveatur, atque quiescat, in quo primò, & per se, & non per accidens inest.* Vbi Divus Thomas declarat compositum ex his naturis, ut hominem, aut equum non esse naturam, quia neuter sui ipsius est principium, & causa, sed esse aliquid à natura, & hæc celeberrima inter Philosophos significatio naturæ.

549. Tertio significat natura substantiam completam, ut distinguitur à subsistentia, & intelligitur supponi ad omnia, quæ reperiuntur in aliqua re, & hæc acceptio est pure metaphysica, quia per illam importatur res, quæ nullam aliam substantiam completè supponat, neque illi adueniat aliunde, sed ipsa per se sit principium radicale suarum operationum, ad radicem primam non supponens aliam, & hoc modorecte negavit Lugo de incarnatione disputat. 10 sect. 3. num. 27. gratiam sanctificantem esse naturam.

550. S. Thomas. Quartò, Natura significat quamlibet substantiam, quo sensu dixit sanctus Thomas 1. 2. quæst. 10. artic. 1. cap. *Natura dicitur qualibet substantia, & secundum hoc illud dicitur naturale, quod conuenit rei secundum suam substantiam*, quod explicuit ibidem, quæst. 1. 10. art. 2. ad 2. *Omnis, inquit, substantia, vel est ipsa natura rei, vel pars illius naturæ, & quia gratia est supra naturam humanam, non potest esse, quod sit substantia aut forma substantialis.* Vnde colligit Granada 1. 2. controuersia 8. de gratia disput. 8. sect. 7. num. 7. sanctum Thomam nomine substantiæ intellexisse creatam, & creabilem & in illius sententia omnem substantiam creatam esse naturam; quod docuit etiam sapientissimus Cumel 17. quæst. 110. artic. 4. disputat. 5. ex quibus colligitur primam, & propriissimam acceptionem naturæ, atque adeo antiquissimam esse illam, in qua significat quodcumque intelligibile secundum esse reale quidditatum, & essentiale, & ex hac significatione propria, & primaria, alias naturæ significationes deriuari, & esse, desumptas.

Granado. Cumel.

SECTIO II.

Pars affirmatiua probatur ex Patribus.

Dico primò: Virtus illa supernaturalis, qua sacra Deipara Verbum diuinum suscepit, & genuit non est natura, ut natura sumitur in secunda, tertia & quarta acceptione. In hac propositione conuenio cum negatiua sententia, & necessariò debet esse communis, est enim certissima, & probatur facile, quia virtus illa non est principium, & causa entis naturalis: nullum enim ens naturale ex illa componitur. Secundò illa non est substantia completa, quæ nullam aliam supponat; sed potius supponit completam substantiam metaphysicam & physicam Virginis sanctissimæ illique subsistenti completè additur, ut illam eleuet in ratione principij generantis Verbum diuinum, quod in completam substantiam non potest quadrare. Tertio neque est vicumque substantia, tum quia est qualitas, ut declarauimus, tum quia substantia supernaturalis illo modo, quo explicuimus ex Diuo Thoma est impossibilis: inde enim inferitur ens supernaturale esse supra naturam creatam, & creabilem.

Dico secundò: Virtus illa supernaturalis collata Virgini sanctissimæ ad hoc quod esset Dei, & hominis Mater est propriè natura, ut significat natura quamcumque entitatem, quidditatem, & essentiam atque adeo vere potest appellari natura, eo modo, quo quælibet, res vocatur natura, & omnes affirmant diffinitionem explicare naturam rei, siue res sit substantia siue sit qualitas, siue alterum accidens: Hæc assertio adeo est euidentis, ut mihi certissimum sit à nemine posse negari, & hanc esse Diui Thomæ, sententiam, qui de gratia sanctificante affirmat illam esse naturam, & non solum naturam, sed etiam naturam diuinam participatam, etenim 1. 2. quæst. 1. 10. art. 3. c. hæc scripsit. *Virtutes autem infuse disponunt hominem altiori modo, & ad altiore finem, unde etiam oportet quod in ordine ad altiore naturam hoc est in ordine ad diuinam naturam participatam, qua dicitur lumen gloriæ, secundum quod dicitur. 2. Petri 1. Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hæc efficiamur diuina consortes naturæ, & secundum acceptionem huiusmodi naturæ dicimur regenerari, in Filio Dei.* Vbi expressè affirmat virtutes comparari ad gratiam sanctificantem, ut ad principium illarum, eamque vocat lumen gratiæ, & dicit esse naturam diuinam participatam, quam doctrinam repetit ad finem illius articuli, & docuit etiam articulo 4. ad primum, ubi comparat gratiam cum essentia animæ, à qua effluunt eius potentia, quæ sunt operationis principium & asserit virtutes effluere à gratia in potentias animæ, quod fieri non potest nisi gratia sit vere natura diuina participata, ut iam explicauerat.

Sanctum Thomam sequitur expressè Caietanus ibi art. 3. 9. & vide quod hanc similitudinem,

dinem, ubi gratiam vocat naturam, & lumen, & dicit illam vtrumque habere, verba Cardinalis. *Et vide quod hanc similitudinem auctor post probatam conclusionem inducit, ut ostendat, quod natura illa præsupposita (ad virtutes infusas) esset, & natura, & lumen; Vbi non femel gratiam ad quam supponuntur virtutes vocat naturam. Si ergo in sententia sancti Thomæ, gratia habitualis, & est natura & natura diuina, cur non erit illius sententia virtutem Marianam Deiparæ esse propriam naturam, præcipuè cum hæc immediatè sit principium generationis in sententia S. Thomæ, quod in illius sententia non habet gratia habitualis, quæ per se non causat, sed immediatè causat virtutes supernaturales infusæ. Magister etiam Curiel sequitur Diuum Angelicum & controuersia 3. ad 2. Petri 1. explicans testimonium quo virtus Diuus Thomas conclusione 1. num. 9. ait quod accipere gratiam iustificantem est accipere naturam diuinam, quod verum esse non posset, nisi gratia iustificans formaliter esset natura diuina, idque necessario debent omnes fateri, quia re vera omnes iusti, & sunt, & nominantur filij Dei iuxta testimonium Ioann. 1. cap. 3. num. 1. *Vi filij Dei nominemur, & simus.* idque intrinsecè, & non solum per adoptionem extrinsecam, quod fieri non potest nisi expressam habeamus Patris naturam, quod nobis per gratiam habitualement contingit; est ergo dignitas Matris natura, quæ à Patre participatur; præcipuè cum vi illius virtutis, Maria sanctissima dicatur, & sit filia ut disputatione præcedenti diximus, & hanc rem expendemus statim.*

S. Thom.

Curiel. Petrus 1. 2.

Ioan. 1.

D. Thom.

554.

Bonauent.

Præcipuum vero fundamentum assertionis sumitur ex Patribus in quibus frequenter dignitas physica Matris Dei appellatur natura; Refero ut occurrunt, Primus sit Bonauentura; qui de Ecclesiastica Hierarchia part. 4. c. 7. hæc scribit. *Nec caret natura, & proprietate cælesti Virgo beatissima, ad cuius vterum subintrandum per incarnationem Verbi est diuinitas inclinata.* Vbi vtitur nomine naturæ, & proprietatis cælestis ad significandam hanc virtutem ad Verbi generationem, quam ex professo tradiderat 3. d. 4. artic. 3. quæst. 1. & 2. nomine enim naturæ non potuit intelligere naturam humanam, quæ non est cælestis proprietas, atque adeo intellexit supernaturalem virtutem.

555. Andreas.

Secundus sit Andreas Hierosolymitanus, qui homilia 1. de dormitione Deiparæ 4. tomo Bibliothecæ Gerardi Mosani hæc protulit. *Virgo ipsorum Seraphim ipsam vincens naturam, prima natura proximè accedens ad Deum opificem omnium generationum.* Vbi duplicem in Virgine supponit esse naturam, cum vtriusque voce illa (prima natura) & secundum hanc existimat Seraphinorum naturam superari à prima natura; & dignitate Matris, quam propter sui excellentiam vocat primam comparatione ad secundam, quæ est humana natura; Reddit autem rationem illius loquutionis, quia accedit ad Patrem, qui opifex omnium generationum, & quia peperit ipsum vitare. Vnde constat sumere naturam, ut

significat generationis principium, & supernaturalem dignitatem Matris non humanam naturam, in qua ut ipse Filius Maria sanctissima paulo minus ab Angelis est minorata.

Tertius sit Magnus Albertus, qui dum explicaret in Mariali cap. 737. illa loquutus, quæ iam adduximus, & late perpendimus disput. præcedenti. *Singularem veri Virginis secunditatem inuenisti apud Deum, apud quem dico propinquissima in unitate natura.* Quæ non possunt intelligi de humana natura in qua Virgo sanctissima non potest dici propinquissima Deo, atque adeo intelligenda sunt de fecunditate illi supernaturaliter data, ac proinde de illa supernaturali virtute, quam vocat naturam, quia similis naturæ diuinæ ut in Patre reperitur fecunda.

556.

Epiphani.

Quartus sit Epiphanius Cyprius Episcopus, qui lib. de laudibus Virginis 2. tomo Bibliothecæ Margarini suauiter virginem affert hæc profert. *Solo enim Deo excepto cunctis superior existis, natura formosior ipsis Cherubin, & omni exercitu Angelorum.* Apertè enim docet aliquam naturam reperiri in Virgine, secundum quam Cherubinos antecellat, quod de gratia habituali non potest intelligi, neque de humana natura, nisi maius de sanctificante gratia intelligendum, illamque naturam vocari in Virgine, quia ad Maternitatem consequitur naturaliter, quod & probauerim, sed si gratia hæc ratione Natura in Deipara, cur non natura dignitas Genitricis, ad quam sequitur gratia habitualis, aut cur vtrumque donum non intelligitur nomine naturæ, cum rectè possit de illa explicari dignitate Materna.

558.

Bernard.

Quintus sit Bernardus, qui homilia de aqueductu videtur cognouisse dignitatem physicam Matris Dei esse naturam purissimam. *Pura siquidem humanitas, inquit, in Maria, non modo pura ab omni cogitatione, sed & pura singularitate natura.* Quo loco humana natura nequit intelligi, quia hæc non singularis in Virgine, sed necessaria dignitas Dei genitricis, quæ in beatissima Virgine & vnica, & singularissima est. Examinabimus vestigat. secunda.

559.

Germanus.

Sextus sit Germanus Patriarcha, qui sermone de Natiuitate Virginis scripsit: Natura sine Patre filium sine doloribus natura præter naturam induxit, virtute supernaturali naturæ opificem generat, ubi meo iudicio coniungit vtramque naturam, & primam quæ est vis illa supernaturalis, affirmat præter naturam humanam, id est supra illius potentiam induxisse, & sine Patre Filium, & sine doloribus opificem naturæ generare, quia ratione illius virtutis, & Spiritus sancti obumbrantis, & protegentis, & Beata Virgo genuit Deum, & sine doloribus peperit, vocat autem naturæ opificem Deum genitum, ut significaret Verbum vtriusque naturæ esse opificem, & authorem, ut facile credatur ex vtraque natura generationis mysterium.

Septimus sit Bernardinus Senensis, qui tom. 1. sermone 61. art. c. 12. hæc scribit. *Sed quod*

560.

Bernardus

femina

fœmina conciperet, & pareret Deum est, & fuit miraculorum miraculum, oportuit enim, ut sic dicam, fœminam eleuari ad quamdam æqualitatem diuinam, per quamdam quasi infinitatem perfectionum, & gratiarum, quam æqualitatem nunquam creatura experta est. Cum verò æqualitas hæc non vniuoca, & perfectissima, sed minus perfecta, & analogica sit quàm in natura Patris, à fortiori erit natura, quod igitur ab Alberto, & Bernardo dicitur vnita in natura; à Senensi æqualitas, dicitur, licet expressè non vocet naturam.

561. Octauus sit sanctus Ambrosius, qui lib. 4. de fide ad Gratianum c. 4. licet subobscure, indicare videtur Virgineam dignitatem Maternalem esse naturam, hæc enim producit. *Est quidem verus arcanum substantia, interiusque secretum, quod non Angeli, non Archangeli, non potestates, non dominationes, non aliqua creaturarum potuit penetrare naturam.* Vbi cum meminerit vteri Paterni, non intelligendus est de visione, vt prima facie videtur, sed omnino de Verbi generatione, ad quam præter Virginem Deiparam nulla creatura penetrare potuit; sic in nostram sententiam explicat Ambrosium Cerdensis Antistes, Academia 15. de Deo incarnato, sect. 4. n. 39. At ego vim non afferam tantò Doctori, quem equidem vellem meæ sententia Patronum, qui si attentè legatur illo cap. 4. nec Verbum quidem de Maria sanctissima, nec de Christi Domini incarnatione, solum enim loquitur de altissimo Trinitatis mysterio, & asserit non Angelos; non Archangelos, non vllam creaturam penetrasse vterum Patris, sed solum Verbum diuinum; id est nullam creaturam in vtero Patris & ad intra genitam, nisi solum Verbum diuinum.

Cerd. Antist.

562. Eadem ratione non traham Ephremum, nec Augustinum Patrem, in locis enim quibus eos refert Cerdensis, mirantur Virginem, Matrem esse factam, & naturam fontem, id est originem filij, qui de natura (humana scilicet) naturam suscepit; sed nihil habent, quo astrui posset dignitatem Matris esse naturam: semper enim de natura humana loquuntur, non de virtute supernaturali, nisi quispiam velit dignitatem Matris appellari vbertatem naturæ; sed hoc non est asserere illam esse naturam; sed esse, aut vbertatem, aut fecunditatem additam ipsi humanæ naturæ. Stet igitur firmum principium Patres dignitatem Deiparæ non semel pronunciasse naturam; atque aded, & dici rectè, & esse naturam, vt explicabat asseritio secunda.

563. Quam facile probo, primò, quia illud dici potest, imò est vere natura, quod immediatè supposito communicatur per generationem; sed dignitas Matris communicatur Deiparæ per generationem diuinam: ergo dignitas illius, & qualitas illa potest appellari natura. Consequentia est euidens, & minor probatur, quia illa virtus, seu qualitas communicata fuit Virgini, ea ratione, qua communicata est illi & cæteris iustis gratia sanctificans, quia est participatio diuinæ naturæ, hanc autem communicari iustis per quamdam regenerationem, aut recreationem docet S. Thomas 1. 2. q. 110. a. 4. c. ad finem. Confirmatur, quia illud est, & dicitur natura, quò substantialiter constituitur

filius in ratione filij, si substantia illi communicatur, aut accidentaliter filius, quando illi non communicatur substantia per modum substantiæ, vt constat in filiis naturalibus, & adoptiuis per gratiam, sed ratione Maternitatis fundamentalis singulariter est Deipara filia sanctissimæ Trinitatis, & per appropriationem Patris æterni: ergo illa virtus, seu dignitas Maternalis physice sumpta, rectè potest appellari natura; maior est certa, & consequentia euidens; minorem ratione, & autoritate Patrum probauimus disput. 7. sect. 3.

564. Secundò facilius quia illud, quod habet essentiam, quidditatem, & substantiam, & intellectu capi potest, & est, & dicitur natura secundum primam, & maximè vulgarem acceptionem naturæ; sed dignitas, seu virtus Deiparæ ad Verbi hominis generationem habet essentiam, quidditatem, substantiam, & intellectu capi potest, vt res vera, & realis: ergo & est, & in hac acceptione potest appellari natura: Maior est Augustini, Boëtij, Thomæ Caietani, imò omnium Philosophorum, & Theologorum: & consequentia est clara, minorem vero monstrant, quæ scriptimus, & Deo dante scribemus, de hac physica dignitate.

August. Boëtius, S. Thomæ Caietanus.

565. Dico tertio fundamentalis dignitas Deiparæ Virginis, tamen qualitas, atque aded entitas accidentaria, & non substantialis redolet, & aliquo modo imitatur naturam sumptam physice, & metaphysice, & hac ratione potest optimè dici natura, vt dicitur natura, gratia habitualis; ita expressè Pacensis Episcopus, qui de Maria, & Verbo incarnato Academia 15. sect. 4. n. 39. post explicationem Ambrosij hæc confidenter scribit. *Iure igitur dicat Ambrosius, quod vterum diuina substantia nulla potuit penetrare natura, cum non alia natura inueniatur, ex qua filius diuini vteri pullulet, & effloreat, nisi in Maria, qua supernaturalem naturam, vt naturam sortita est, scilicet quatenus operationis, generationisque filij Dei principium exiit, vt alibi dissero;* quod etiam repetit ibidem, & docet Mariam propter dignitatem factam esse supernaturalem naturam, accidentaliter tamen.

Pacens. Episc.

566. Probo asseritioem, vnica ratione; fundamentalis dignitas Deiparæ, & est principium generationis Verbi diuini, ita vt in suo genere non supponat aliud principium, & ad illam consequuntur peculiare proprietates, quemadmodum ad substantiam completam metaphysicè sumptam singulare proprietates consequuntur: consequens igitur est, quod redolet aliquomodo naturam physicam, & metaphysicam. Illatio probatur, quia in duabus illis rationibus allatis in antecedenti, videtur explicari ratio formalis vtriusque illius naturæ, vt sumitur ex sect. 1. & antecedens partim ostensum est in superioribus, & partim inferius ostenditur: & pro nunc declaratur, quia vi illius dignitatis vere Maria sanctissima genuit Christum Dominum, & fuit principium illius, eò modo, quo physica natura extendendo illam ad integrum compositum quod secundum aliquos, & est natura, & principium motus, & quietis, & præterea conuenit tantæ dignitati, quod moraliter saltem petat, vt proprietates suas gratiam habitualem, expulsionem cuius

cususcumque peccati, & supernaturales virtutes, quod vt minimum concedunt omnes in gratia habituali, quia est participatio naturæ diuinæ, vt prima forma supernaturalis, quæ reperitur in iustis in quo imitatur rationem substantiæ metaphysicæ Deiparæ dignitas, quæ, vt asserunt, quicumque affirmant illam superare in perfectione filiationem generaalem adoptiuam, habet rationem primæ formæ, respectu supernaturalium virtutum, vt explicat Suarez 7. tomo, in 3. p. disput. 1. sect. 2.

567. Dices illam virtutem, seu dignitatem esse potentiam supernaturalem supponentem necessarium Virginis naturam humanam, cui superadditur, atque adeo non posse dici naturam, nec physice, nec metaphysice, quia istæ naturæ non supponunt aliam primam naturam in qua resideant, nec petunt aliquod subiectum in quo recipiantur ad suas functiones exercendas, & vtrumque hoc petit, dignitas illa, quæ est entitas accidentalis.

568. Respondeo, me non asserere dignitatem Deiparæ proprie esse naturam physicam, & metaphysicam, sed redolet vtramque, vt vere redolet est ostensum, vnde argumentum nihil efficit contra asseritioem propositam. Adde quæcumque reperiuntur in linea dignitatis Deigenitricis esse singularia, & exempla non habere, quæ adæquate illa declarent, aut confirmant; vnde simul habet dignitas Matris, quod sit natura, & potentia, quamuis in rebus aliis non reperiatur mea sententia, licet id non sit singulare extra scholam sancti Thomæ, Scotus enim, & multi qui illum sequuntur, non improbabiler docent, gratiam, & charitatem, non distingui; vnde consequenter docent illam supernaturalem qualitatem, vt est gratia esse naturam, vt vero est charitas esse potentiam productiuam actus supernaturalis: & præterea multi docuerunt potentias animæ, scilicet intellectum, & voluntatem, non distingui realiter ab illius substantia. Nominales omnes, Gregorius, Ochamus, Marsilius, præterea Scotus, Bonauentura, & alij, quos refert, & sequitur Arriaga disp. 3. de anima sect. 3. subsect. 4. n. 118. & à principio illius disputationis. Non ergo mirum, quod ratio naturæ, & potentia simul vnita inueniantur in illa eminentissima qualitate, possibiles autem esse qualitates, quæ eminenter contineant duas formales rationes inter se distinctas, necessariò concedunt, qui existimant eandem qualitatem realiter diuisibilem esse, & lumen gloriæ, & diuinæ essentia speciem impressam.

Nominales. Gregorius. Ochamus. Marsilius. Scotus. Bonauent. Arriaga.

SECTIO III.

Non incongrue in Virgine sanctissimæ duplex natura, & argumenta soluta.

569. Dico quartò: in Maria sanctissima est duplex natura, vnà humanæ, & substantialis, altera accidentalis, & supernaturalis; vnà indubitata illi vt filia Adami; & illius Augustissima proles, alia, debita illi secundum sua prædicata essentialia, & hæc nec est impropria, neque incongrua loquutio. Asseritioem hanc tueri de-

Almer. Episc. bent, quicumque affirmarunt dignitatem Matris esse naturam, quod sect. 2. ex Patribus plane deduximus, & expressè tradit Almeriensis Episcopus, illa Academ. 15. sect. 3. num. 30. qui in illius principio concludit ex multis, quæ adduxerat. *Ergo in sinu Virginis duplex natura conspirauit*, illicque subscribunt doctissimi Salmanticensis Magistri, & alij Hispani, Theologi, qui eam non tam explicatam videntur, & non horruerunt, sed miris elogijs approbant.

570.

Quam, vt rectius intelligas, & vt tutissimam ames, seridè est necessarium aduertas, non esse animum asserere in beatissima Virgine; sicut in Christo Domino ita duplicem reperi naturam, vt vtraque sit completa, & substantialis, & intra quas subsistat Deipara, vt Deus homo subsistit in natura diuina, & humana, hoc enim est hæresis manifesta, sed solum intendi duplicem esse naturam, quarum vnà est substantia, altera propriissime accidens, vnà vere subsistens, altera inhærens priori, vnà dicta natura propriissime, altera non ita proprie, vnà quæ sit substantiale principium, altera quæ solum accidentaliter, quod tamen in Christo Domino non reperitur in quo vtraque natura est substantia, quam terminat personalitas Verbi, at in Virgine sanctissima humana personalitas non terminat dignitatem Deiparæ, accidens enim non potest subsistere, neque esse persona, vt de se est manifestum, vnde licet in Virgine purissima reperiatur duplex natura, non tamen vt in Christo Domino, vt referunt piissimi aliqui; quod non fecissent, si animaduertent, vt debebant dignitatem Virginis expressè, & Verbis perspicuis vocari accidentariam, qui terminus satis explicat duplicem in Virgine naturam non esse substantialem, sicut in Christo Domino. Sed vnica tantum substantialem; Sed videntes; non vident.

571.

Ad illius verò probationem, non Theologica ratio sed Arithmetica sufficit, quia in Virgine sanctissima est vnà natura, humana scilicet, & est dignitas Deiparæ quæ verè est natura, est ergo duplex natura.

572.

Loquutionem autem non esse impropria, neque incongruam facile ostenditur, illa enim loquutio, & phrasia impropria non est, & incongrua, per quam explicatur, quod inuenitur in rebus, ita vt vere illis insit, præcipue si termini illius primo impositi sint, ad illud, quod in illis reperitur significandum, tamen translati deinceps fuerint ad aliam rem significandam, translatio enim non enervat significationem primæ, sed illam in sua vi derelinquit, Leo enim; & Petra dicitur Christus; & homines; & patientes, & fontes, & tamen termini illi perseveranter permanent in significatione primæ. Cum igitur vox natura, primo sit imposita ad significandam essentiam, aut entitatem quamcumque; non inde impropria est ad hoc significandum, quia translata fuerit ad significandum non rem quamcumque; sed illud, quod solent appellare Philosophi rei constitutum vt materiam, & formam, præcipue cum natura, in prima significatione apud doctos viros perseveret, ita vt



significatio hæc sit vulgatissima. Nihil enim frequentius auditur apud Philosophos, & Theologos, quam natura relationis, natura quantitatis; natura gratiæ; natura entis supernaturalis, imo terminorum natura, vnde fit etiam hanc vocem natura esse naturam, aut nomine naturæ posse vocari, vt inficiabitur nullus, quia est terminus vocalis ex hominum beneplacito significans principium motus, & quietis, & habet propriam entitatem realem, & peculiarem essentiam, ex quo etiam manifestè constat loquutionē hanc non esse incongruam.

573. Sed obieciens primò conclusionem, seu propositionem hanc esse male sonantem, horret enim animus, cum auditur duplex in Virgine natura; id enim quid nam *ingratum*, & asperum resonat, cum proprium sit Christi Domini duas habere naturas, & id nunquam sit assertum de Virgine sanctissima, neque legatur in Patribus. Respondeo negando propositionem esse male sonantem, etiam sumpta propositione male sonante propriissime, & vt distinguitur contra propositionem, aut hæreticam, aut sapientem errorem, vt videtur sumi in obiectione; illa enim est propositio male sonans sumpta, (vt ita dicam,) formaliter, in qua manifestè nullus error contrarius fidei reperitur, neque manifestè potest notari, sed absonum nescio quid atque absurdum, quod pias aures offendat, videtur secum afferre, ita asserit Canus lib. 1. 2. de locis cap. 11. velut existimauit Simancas, de Catholicis institutionibus 54. titul. n. 16. Ex Turrecremata, Albertino, & Castro, quæ auditoribus, seu piis lectoribus scandalum, & ruinæ præbet occasionem, quam explicat Suarez, disp. 19. de fide, sect. 2. n. 18. exemplo propositionis æquiuocæ, quæ in vno sensu etiam proprio est catholica, in alio vero est hæretica. At quocumque modo diffiniatur propositio male sonans, aut (si idem sunt) piarum aurium offensiuæ conclusio non malè sonat, neque extrinsecè, quia à Catholico, & religioso viro profecta; neque intrinsecè, & secundum se, quia adiuncta habet statim explicationem, & non absolute prolata est, & integrum prædicatum illius, non est illud, duplex natura, sed vna humana & substantialis, altera accidentalis, & supernaturalis, &c.

574. In hac igitur propositione, quid absonum? Quid absurdum? Quid quod pariat scandalum? Aut lectoribus, & auditoribus piis ruinæ præbeat occasionem? In illa enim vt profertur occluditur via ad scandalum quodcumque, vt manifestè constat, nullus enim qui terminos illius consideret, aut intelligat solum ruere potest in errorem, statim enim cognosceret in Virgine sanctissima non esse duplicem naturam completam & substantialem vt in Christo Domino, vt ergo propositio censetur male sonans integre legenda & pronuncianda, vt ponitur ab illius assertore, aliàs sine vlla ratione indicabitur digna censura. v. g. Hæc propositio Christus non est visibilis secundum quod Deus est, Catholica est propositio, si vero illius prædicatum, non proferatur integre, erronea est, quia negat absolute Christum esse visibilem, vnde sic nostram propositionem, neque esse æquiuocam, neque male sonantem.

Obieciens vltorius, vt minimum hanc propositionem; imo & alias quas proferemus vestigantes Marianam dignitatem difficiles esse, abstrusas, & obscuras, quod in thesi non solum graui, sed & sacra non potest permitti. Respondeo hanc, & alias propositiones primo aspectu videri illius conditionis, illis præcipue, qui communes tractant materias, & quæ nunc in scholis leguntur, non tamen illis, qui reconditas venantur veritates, & in sanctis Patribus latitantes Virginis laudes vestigant. Immo nec illis prioribus si explicationes videant, autoritates sanctorum perpendant, motiua, & fundamenta examinent illarumque probabilitatem conferant, aut cum aliis materiis, aut cum aliis excellentiis Virginis sanctissimæ. Vidi, ego viros doctissimos, & subtiles, qui ad nostram, sententiam horrebant, at vt momenta viderunt, Patres audierunt, sensum intellexerunt piissimam, & ingeniosam dixere, dignamque quæ ad Virginis gloriam lucem aspiceret.

575. Adde etiam nostram conclusionem etiam malè prolata in publicis concertationibus excusationem (si illa indigeret, at nõ indiget,) habere; ibi enim poterat explicari, si alicui videretur ambigua, obscura, & æquiuoca; Nos vero hic illam illustrare, & lustrare, declarare dilucide, obiectiones diluere, nequid inueniatur in illa à cordatis viris, & consulto illam penduntibus, quod indigeat excusatione. Recte, & ad rem Albertinus de agnoscendis Catholicis assertionibus; q. 7. n. 19. *Alia est ratio eorum, qua proponuntur disputanda, alia eorum qua ad doctrinam in scriptis traduntur legenda. Quod enim disputandum proponitur, & si dubium, ambiguum, obscurum, vel æquiuocum sit, aliquam recipit excusationem; sed scribendo omnia clara, dilucida, expedita esse debere.* Hanc ego prudentem regulam non imprudenter sequutus. Propositio, quod B. Maria duas habeat naturas, nunquam absolute proferenda, sed cum aliquo addito, quod illam declarat quod intelligatur de accidentali, & supernaturali principio.

SECTIO IV.

*Aduersariorum momenta diluta.*

577. Restat respondeamus ad argumenta quibus intenditur dignitatem fundamentalem Virginis sanctissimæ non posse vocari, aut esse naturam. Ad primum nego sequelam; factis enim explicatum est illam virtutem supernaturalem esse omnino accidentariam, quod in Christo Domino vt dicit naturam diuinam, & humanam non reperitur: vtraque enim est substantia: accidens nulla, doctus vero Theologus addere non debuit conclusioni illa verba (sicut in Christo Domino) quæ hæreticam reddunt propositionem; Hunc enim sensum efficiunt, sicut in Christo Domino est duplex natura substantialis, ita etiam in beatissima Virgine. Neque in re tanti momenti debuit subticere illam particulam. *Accidentalit, vel accidentaria*, qua posita vt re vera ponitur in propositione, explicatur facile secundum naturam

ram in Virgine non esse substantialem sicut in Christo Domino, & cuiusque illam audienti scrupulosi affertur occasio. Miror Theologum Catholicum in hoc imitatum Eunomium, & Marcionem, de quibus Basilius Magnus hæc scribit lib. 2. contra Eunomium (verum nisi imitatus impium Marcionem alia ex diuinis sermonibus tollat, alia scribat, nequam inueniet) vt enim inueniat viam assertionem notandi è suo addidit (*vt in Christo*) & ademit illud, *Omnino accidentariam, vel accidentalem.* Et quidem in Beatissima virgine (licet alio forsitan etiam sensu) duplicem naturam ex relatione fidelium primitiæ Ecclesiæ constituit, & veneratur Martyr Ignatius, qui Epistola 1. ad Euangelistam Ioannem hæc scribit. *Sicut nobis à fide dignis narratur, in Maria Matre Iesu humane nature, natura sanctitatis Angelica copulatur, & statim propter hanc naturam additam humanitati, vocat Beatissimam Virginem caeleste prodigium, & sacratissimum spectaculum.* En à nascentis Ecclesiæ exordio in sacra Deipara duplex natura.

578. Ad confirmationem concedo sequelam, ex eo enim nullum sequitur inconueniens, si explicetur statim, quæ nam sint tres illæ naturæ, quas affirmatur esse in virgine Sanctissima, & declaratur alteram esse humanam, in qua subsistit, & quæ substantia est: secundam caelestem virtutem qua constituta, & esse Deiparæ. Tertiam; gratiam sanctificantem quæ à Diuo Thoma appellatur natura à Thalasio Monacho Hecatondas 2. num. 48. tomo 4. Bibliotheca, & à Cyrillo Alexandrino, lib. 4. in Isaiam oration. 2. ad cap. 44. forma diuina; à Dionysio Ateopagita, esse diuinum.

579. Ad secundum respondeo negando nostram sententiam fauere errori Nestoriano, quem arguens non videtur esse quutus. Controuersia ergo inter Ecclesiã Catholicam & impiũ Nestorium illa erat, an in Christo Domino, qui filius Mariæ purissimæ duplex esset natura substantialis, humana vna, altera diuina, & eã, quæ in Patre Diuino reperitur, vt colligitur ex hæreseologia, & latè tradidimus disput. 1. Id ita esse catholicè assererat, & asserit Ecclesiã. Negabat blasphemè Nestorius, & quia in Christo diuinam naturam imparticipatam inficiebat, negabat etiam virginem dicendam Deiparam, & Theodosios, tamen non abnueret Christum Dominum esse Sanctissimum per gratiam, seu naturam Dei participatam, & consequenter iustum, & Deum eo solum modo, quo ceteri iusti dicuntur Dij, etiam si sint puri homines; vnde licet concederet in Christo esse duas naturas alteram humanam alteram diuinam participatam, adhuc nõ concederet Mariam Sanctissimam esse Deiparam in sensu Ecclesiæ; adhærebat enim errori suo & sibi persuadebat illam secundam naturam non esse eandem, quæ imparticipata reperitur in Patre, consequenter enim debebat asserere non esse duos Christos. Alterum Filium Dei Substantialem, subsistentem in diuina natura, & alium subsistentem in humana natura, primum qui esset Filius Dei naturalis, alterum, qui esset subsistens per personalitatem creatam in humana natura, non per diuinam, qui fuit

580. filius Mariæ purissimæ, neque ex concessione secundæ naturæ per gratiam concederet virginem sanctissimam esse Matrem Dei substantialiter, qui est sensus perpetuus Ecclesiæ, ridiculus enim esset, qui diceret Matrem cuiuscunque iusti esse Matrem Dei, quia iuxta phrasim scripturæ iusti dicuntur Dij; deponat igitur, aut arguens, aut Censor timorem, qui enim feliciter laborat, vt ostendat, quomodo Maria sanctissima fuerit Deipara, Nestoriano non fauet errori: His adde, quod si in sensu arguentis Nestorius loqueretur, necessariò è tribus hæresibus, quas continebat illius falsa doctrina recantaturum duas, vnam qua assererat Virginem non esse Deiparam proprie, alteram; qua affirmabat duos esse Christos, vnum pure diuinum, alterum pure humanum, emerit autem (dictam sit cum Deo) vt loquitur Magnus Basilius citatus ex ipsa inquisitione idoneus conclusionis sensus, & qui nullum habeat periculum, quo insipientes etiam quibus debitores sumus, ruere possint.

Ad tertium concedo sequelam, & nego minorem, sicut negaret Angelicus Doctor, certissimum enim est, quemlibet iustum, duplicem habere naturam, neque vllus Catholicus potest id negare aliqua ratione probabili, si enim iustus vere est filius Dei, vt asserit Ioannes 1. cap. 3. 1. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater vt filij Dei nominemur, & simus.* Idque per inherentem iustitiam necessario in quolibet iusto est natura diuina participata, quæ ratio formalis est filiationis diuinæ, & cum simul sit hominis filius & habeat humanam naturam; consequenter in iusto est duplex natura, & duplicem illa naturam habet: eadem ratione virgo sanctissima, non solum duplicem sed triplicem habuit naturam, vt iam explicuimus, & docuit Doctor Angelicus, qui gratiam asseruit esse naturam diuinam participatam, quod etiam generaliter supponunt interpretes ad locum Ioanis Euangelistæ citatum, & negabit nullus, nisi hæreticè asserat iustificationem fieri non per inherentem sanctitatem, sed per imputationem extrinsecam iustitiæ Christi de quo vide sanctum Thoma & illius interpretes 17. quæst. 113. Vega: de iustificatione, & alij.

581. Ad quartum Caietanus concederet intentum, qui vt retulimus, cap. 1. de ente & essentia non solum substantiam, sed etiam omnia prædicamenta quæ ad duo scilicet substantiam, & accidens possent commode reduci, in primæua acceptione dixit esse naturas, & per ens significari immediate; sed loquendo propriissime physice, concedi optime potest sine errandi periculo in Christo Domino tres esse naturas, vt latè explicuimus disput. 1. sect. 6. ex Consilio Toletano 17. Augustino, Isidoro; Bernardo, Stephano, Euenfi, Canisio, Bellarmino, & aliis asserentibus illam loquutionem esse propriam, & Catholicam, Christus est compositus ex tribus naturis, seu substantiis, diuinitate, Anima rationali, & corpore, vbi id etiam deduximus ex auctoritate Damasceni, cui hæc displicuit sententia, lib. enim 3. de fide orthodoxa cap. 15. illud asserit esse singulare in Trinitate, sanctissima, quod in

Canus.

Simancas.

Turrecremata. Albertinus. Castro.

Albertinus.

Basilius.

580.

Ioan. r.

S. Thomas. Vega.

581.

Concil. Tolentan. August. Isidorus. Bernardus. Stephanus. Euenfi. Canisius. Bellarminus Damascen. Non proferendum esse in Christo tres naturas sine aliquo addito

vnica natura Diuina tres sint personæ, singulare etiam illud in incarnatione, quod in vna persona tres inueniantur naturæ; ita intellexit Damascenum Cardinalis Bellarminus, lib. 3. de Christo, cap. 8. idque significari satis illis fatinæ tribus, quæ mulier Euangelij commiscuit, ea est Beatissima Virgo, docuit expresse Bernardus lib. 5. de consideratione ad Eugenium. cap. 10. quem sequutus est Canisius lib. 3. de Deipara cap. 3. vide illum sect. 6. vbi hæc latè.

382. Ad confirmationem forsan aliquis concederet in Trinitate Sanctissimas tres esse naturas, maxime si aderet relatiuas, tum propter dicta de significatione, & propria & primæua nominis natura. Tum etiam quia Patronum haberet S. Hilarius qui in lib. de synodis explicans Canonem 24. Concilij Smyrnenfis, ita inquit. *Filius natus ex Deo talis subsistit, qualis & Deus est, nec dissimilem sui edidit natura naturam.* Vbi Patrem generantem, & filium genitum clare vocat naturam.

383. Ego tamen numquam concederem in diuinis esse tres naturas, tres essentias aut tres quidditates etiam relatiuas, etiam si id videatur concessisse Sanctus Thomas 1. disput. 33. quæst. 1. art. 1 ad 1 dicens significare etiam id, quod est proprium relationum nomen quidditas, quidditas autem est idem quod essentia & natura, quod etiam non negabit Scorus, qui dist. 11. q. 2. §. ad rationes pro secunda opinione, tribuit singulis relationibus propriam quidditatem, atque adeo essentiam, & naturam. Vnde ad confirmationem nego in diuinis, aut posse dici tres esse naturas, quia sicut essentia in diuinis restricta est ab Ecclesia ad significandam solam naturam diuinam, ita etiam natura in diuinis restricta est ad significandam essentiam diuinam, quod probatur auctoritate ipsius Ecclesiæ, nam in C. Firmiter dicitur sancta Trinitas; *Indiuidua secundum communem essentiam.* Et in Concilio Florentino sessione 18. & 19. Ioannes distinguit essentiam diuinam à proprietatibus, seu relationibus, & Augustinus lib. 5. de Trinitate cap. 8. non dicimus tres essentias: & Diuus Thomas, 1. d. 25. & vltim. ad 2. explicans suam sententiam, illam limitans dixit. *In diuinis quæuis sit vna quidditas absoluta, tamen sunt plures rationes realem relationum, & ita plures quidditates quoadmodum, quæuis hoc non possit concedi, quia quidditas & essentia, & definitio est simpliciter tantum substantiarum, ut probat Philosophus septimo Metaphysica. Qui ergo assereret in Trinitate diuina tres esse naturas, vsurparet hoc nomen contra communem sensum Ecclesiæ & non loqueretur rectè, quia Ecclesia in diuinis, nomen quidditatis, essentia, & naturæ vsu suo restrinxit ad significandam solam entitatem absolutam, at in rebus aliis non ita coarctauit, sed vulgariibus acceptionibus, vti permittit, naturæ ergo nomen in virgine sanctissima non sumitur strictè, vt in Trinitatis mysterio, sed sumitur, vt propriè significat quamcunq; essentiam, aut quidditatem, in quo nullum est periculum, si autem illa loquutio in mysterio Trinitatis vsurparetur, maximum periculum esset, quia significaretur in*

Deo tres personas, & tres essentias, & naturas realiter inter se distinctas, Deumque in natura multiplicari, quo euerteretur Trinitatis mysterium, lege pissimum Gianado, controuersia, de Trinitate t. 5. disput. 1. sect. 3. à num. 13. Et Reuerendissimum Cumel 1. p. quæst. 29. art. 2. in discursu articuli, vbi loquens de nomine (*substantia*) ait vsu Ecclesiæ inualuisse, vt significet essentiam; vnde nomen (inquit) substantia habet inuidiam, sed in Deo esse tres substantias, & hanc loquutionem pulso omni scandalo coram doctissimis, & Catholicis viris nullum inconueniens afferre docuit sanctus Augustinus 7. de Trinitate cap. 6.

Ad quintum nego antecedens, gratia enim habitualis vere habet rationem naturæ in iusto, & quatenus est Filius Dei, propria est illius natura, vt constat ex dictis. Vnde in Diuo Petro duplex est natura: altera humana, qua homo est; altera supernaturalis, qua Filius Dei est, & constitutus in esse diuino, factusq; confors diuinæ naturæ, proprietatesque habet profluente ab ipsa gratia, quæ natura est in ordine supernaturali & veluti prima forma, quæ omnia reperiuntur in virgine sanctissima in quantum est Deipara, & peculiariter participat Patris naturam. Illud verò de albedine efficit nihil, quia albedo non constituit hominem in esse hominis, sed in esse albi, at gratia, & dignitas Maternalis transferunt iustos, & Deiparam ad ordinem diuinum, quasi substantialiter.

Ad sextum, virtus illa supernaturalis non est Virginis natura, sed est natura Deiparæ in Virgine existens, quæ duo inter se sunt valde diuersa; Primum enim significat virginem constitui, in sua essentia per illam virtutem. Secundum autem importat Virginem constitui Deiparam, per illam supernaturalem, & Deiformem Dignitatem; & primum est falsum, secundum verum; vnde non natura Virginis est in debita Virgini, id enim est implicatio, vt rectè argumentum; sed natura quæ reperitur in virgine vt sit Deipara, quæ tamen Dei genitrici debita est, quia illam petit ex propria ratione, & principiis Matris Dei, sicut ratio Patris petit tamquam rem sibi propriam potentiam generatiuam. Et hæc de hac disputatione, quæ viris doctis visa est de nomine, & rectè quidem meo iudicio, si enim natura significat constitutum, aut constitutum substantiale; Dignitas Matris Dei, non est, natura: si vero significet entitatem quamcunq; & operationis principium, Deiparæ dignitas non abusus sed propriè est, natura, quod præsumptuosè non dixerim, sed modestia religioſa & Catholica, vt ea omnia, quæ in his vestigationibus, & dixi, & dixero, nouitates enim, quæ nec Sanctorum Patrum auctoritate fulciuntur, nec probabili ratione fundantur, numquam amari.

DISPV

Granado. Cumel.

August.

384.

385.

Hilarius.

August. D. Thomas.

DISPVATIO IX.

Vtrum dignitas Deiparæ educatur, de potentia subiecti.



386.

ON est facilis hæc controuersia communis omnibus entibus supernaturalibus, maxime gratiæ habituali, illamque disputant antiquiores scholastici: cumque Mariana qualitas, qua in actu primo constituitur Mater, id est potens ad generationem Dei hominis sit supernaturalis secundum substantiam, vt rectius cognoscatur illius natura explicandum est, an creetur à solo Deo sine concursu materiali substantia, an educatur de potentia subiecti, ita vt illud conferat huic virtuti materialem concursum, quod est querere, an petat ex propria rei natura per creationem, vt anima rationalis, an per educationem de potentia subiecti, vt forma equi, aut leonis, produci.

SECTIO PRIMA.

Negatiua sententia.

387.

Thomas. Hurtado.

Vega.

Gratiam habitualem & consequenter virtutem illam supernaturalem, qua Maria sanctissima constituitur in actu primo ad generandum Deum hominem, non educi de potentia subiecti; in quo recipitur docuerunt ferè omnes antiquiores Theologi, quos refert Thomas Hurtado Præcursoris Theologi disput. 1. controuersia 6. membro 2. & 3. vnde consequenter docent eas fieri per creationem proprie dictam, licet aliqui eorum existiment non esse terminum primarium creationis, quia non sunt res subsistentes, vt anima rationalis, & Angeli, sed terminum secundarium, & ideo dicendas non absolute creati, sed concreari, quia non per se creantur, sed ad creationem totius, ita opinatur Hurtado citatus, & Vega 7. in Tridentinum cap. 23. dicens contrarium alienum esse à ratione. Quod eadem ratione, qua id affirmant, de gratiæ habituali affirmarent de supernaturali virtute vt patebit, sect. 2. Hæc sententia duas habet partes: Prior gratias has non educi de potentia subiecti in quo recipiuntur. Posterior creati, aut concreari.

388.

S. Thom.

389.

Prior probatur primò auctoritate sancti Thomæ, qui 1. 2. q. 110. a. 2. vbi cū asseruit accidens neque fieri neque corrumpi per se, sed ad productionem, vel definitionem totius, atque adeo, proprie non dici fieri, vel definire, nisi secundum, quod subiectum incipit esse in actu secundum illud accidens, vel definit esse in actu, addit, & secundum hoc etiam, gratia, &c.

Et quæst. 1. d. 14. quæst. 3. art. vnico cap. vbi cū dixisset naturam creatam nullam posse producere formam; quæ non educatur de potentia materiæ, quia in sua operatione illam supponit, addit statim. *Et quia gratia gratiam faciendi elidit hominem supra naturam esse*

natura in quantum elicit actum, & ordinat in finem in quem natura per sua principia attingere non potest, non est perfectio educata de potentia materiæ sed à solo Deo infusa. Quo nihil clarius ad educationem negandam. Deinde ibidem disput. 17. quæst. 2. art. 2. cap. vbi cum dixisset qualitates naturales educi de potentia materiæ, & Deum quasdã earum inchoationes posuisse, seu indidisse materiæ, concludit. *Dona autem gratuita, non educuntur quasi de potentia naturæ, quia nihil est in potentia naturali, quod per agens naturale educi non possit, & ideo origo gratiæ est per nouam infusionem.*

Secundò probatur ratione desumpta ex priori testimonio sancti Thomæ, quod potest ad hanc formam reduci, gratia gratum faciens eleuat hominem supra totam naturam, ergo non educitur de potentia animæ: antecedens constat ex disputationibus præcedentibus: asseruimus enim esse formalem participationem, diuinæ naturæ, vt vna, & trina. Et consequentia probatur, quia nihil educitur de aliquo nisi prius in illo contineatur, & virtualiter reperitur in illo, gratia autè, & donum supernaturale Maternitatis, non continentur in potentia subiecti, & ideo ex illo non possunt educi. Minor hæc ostenditur, quia non continentur in virtute naturali, tum quia alias educerentur vi agentis naturalis, cuiusque enim potentia passiuæ naturalis, correspondet potentia naturalis actiua, tum etiam quia in potentia supernaturali non continetur forma naturalis, ergo nec in potentia naturali forma supernaturalis. Neque continetur in potentia supernaturali, quia hæc, aut est entitas animæ, vel corporis Virginis, & hoc esse non potest, aliàs anima, & corpus virginis sanctissimæ erunt simul naturales, & supernaturales, aut est aliqua entitas superaddita, & de hac potest statim inquiri, an sit producta per educationem. Nec de potentia obedientiali, quia hæc continetur intra ordinem naturæ, tametsi dicat ordinem ad Deum supernaturalem auctorem, ex nulla ergo potentia ista dona possunt deduci.

Terriò probatur eadem pars, quia si propter aliquam rationem dona ista educerentur de potentia subiecti, ideo esset, quia sunt accidentia, & ex propria natura petunt in hærentiam ad subiectum atque adeo habent intrinsecam dependentiam ab illo, sed hæc ratio non est sufficiens ad veram educationem: ergo ista dona non educuntur de potentia subiecti, consequentia est euidens, & maior videtur esse fundamentum contrariæ sententiæ: minor vero ostenditur, quia formæ colorum proprie creantur, tametsi in materia tanquam in subiecto à qua habent dependentiam in suo esse. Confirmatur, quia vt constat in materia de gratia, & prædestinatione, ex Concilio Arausicano, & Parribus, contra Pelagium gratia excitans producitur à nobis sine nobis: ergo non educitur de potentia animæ. Consequentia est clara, quia, quod sit concurrente materia, non fit sine materia, & quod fit concurrente anima non fit sine anima; Concilia verò, & Patres non solum excludunt consensum liberum nostrum, sed etiam concursum vitæ

390.

391.

Alvarez.  
Hurtado.  
592.

lem, quod notavit Alvarez de auxiliis disput. 74. & quidem optimè ut ponderat Hurtado. Quando probatur, ut ista dona supernaturalia educantur de potentia subiecti non solum requiritur, quod producantur in illo, sed etiam præterea, quod subiectum habeat aliquam causalitatem in illa, sed fieri non potest, ut habeat causalitatem in ordine ad gratiam habitualem, & Maternitatem Deiparæ: ergo non possunt educi de Potentia subiecti, consequentia est legitima, & maiorem probat: anima rationalis quæ in subiecto producitur, & tamen non educitur, quia subiectum non habet concursum materialem in illam; & minor probatur, quia cum anima & corpus Virginis sint ordinis inferioris respectu horum donorum non videtur posse ostendi quam causalitatem, aut concursum materialem habeant circa illa. Ex propria enim natura illum non possunt habere, neque ex supernaturali addita virtute, alias sequeretur Deum esse causam materialem principalem respectu illorum; anima enim, vel corpus Virginis causalitatem exercent virtute eleuationis supernaturalis, atque adeo erunt solum instrumenta.

593.  
S. Thomas.

Deinde posterior pars probatur primo auctoritate etiam sancti Thomæ, qui 1. 2. q. 110. art. 2. ad 2. postquam dixisset accidens neque produci, neque definire nisi ad productionem vel destructionem subiecti, sed dici produci, & corrumpi, secundum quod subiectum incipit, vel desinit esse secundum illud accidens, statim addit. *Et secundum hoc etiam gratia dicitur creari, ex eo quod homines secundum ipsam creantur, id est in nouo esse constituuntur ex nihilo, id est non ex meritis, secundum illud ad Ephesios 2. Creati in Christo Iesu ex operibus bonis.* Unde fit gratiam non proprie creari, sed concreari, subiectum verò in quo recipitur creari proprie, & primario, quod ostendunt Testimonia sacra Scripturæ, in quibus gratia dicitur creari, quæ repetunt omnes interpretes.

594.

Secundò probatur ista dona supernaturalia sunt participationes diuinæ naturæ, ergo proprie sunt terminus creationis, atque adeo saltem creantur secundario, seu concreantur: Antecedens constat ex superioribus, ideo enim Filij Dei nominamur, & sumus, quia per veram generationem qua eleuamur ad confortium diuinæ naturæ nobis diuina natura communicatur, & consequentia probatur, quia quo esse productum est perfectius, actio productiua perfectior est, actio verò tam in se quam in modo perfectior est, quanto magis est eleuata, & independens à subiecto, sicut agens perfectius est, quo eleuatus, & independens à subiecto, unde actio productiua formarum præcellentissimarum creatio erit, quam rationem attrigit Vegas citatus, & amplificat Thomas Hurtado, qui ad illius illustrationem pendet ex Conciliis, & Patribus, ex infusione gratiæ habitualis iustos dici Filios Dei, & charitatis, & gratiæ infusionem esse renascentiam, & natiuitatem, eique adeo placuit, ut non semel illam proponat, ea differentia, ut nunc consequens sit antecedens, nunc antecedens sit consequens.

595.

Confirmat §. 1. memb. 3. Maternitas Deiparæ

est participatio diuinæ naturæ, & idem est de gratia sanctificante: ergo conuenit illis omnis perfectio, quæ illis potest competere intra terminos talis participationis: ergo competit illis produci per creationem. Vltima consequentia est euidentis & prima probatur, quia naturæ diuinæ conuenit omnis perfectio possibilis, quia est ipsum esse per essentiam, ita Maternitati & gratiæ conuenit omnis perfectio illis possibilis, cum sit illius participatio, ac proinde illis non repugnabit quod per se sint terminus creationis, sicut quauis animæ potentiæ, & forma cæli in suo esse actu dependant à subiecto tamen non habent esse nisi per creationem.

Confirmatur 2. quod accidens dependens à subiecto, ut à sustentante fiat per creationem non repugnat naturæ accidentis, ut sic: ergo id potest competere alicui accidenti quod exigit per creationem produci. Consequentiam aut esse euidentem, & antecedens manifestum, quia accidens inhærens subiecto non dependet ab illo per suam essentiam sicut dependent actio ab agente, & motus à mobili: ergo accidens inhærens subiecto potest per creationem produci, maxime si propter suam perfectionem exigit produci ab agente infinito, cuius ratio à priori est, quia creatio est actio Dei agentis infiniti, non præsupponentis alterius causæ concursus atque ita media creatione constituit terminum in rerum natura sine dependentia alicuius subiecti.

Tertiò probat principaliter ratione desumpta, ex Dno Thoma: 1. p. quæst. 45. art. 5. & quæst. 3. de potentia art. 4. terminus creationis est esse: ergo gratia habitualis potest esse terminus creationis, etsi inhæreat subiecto, ergo de facto creatur. Hæc vltima consequentia patet ex dictis, quia si gratiæ non repugnat creari, & si inhæreat de facto; id habet, quia hoc modo produci est perfectio perfectissimæ formæ, & prima consequentia probatur, quia Maternitas, aut gratia habitualis, etiam ut inhærent habent esse, ergo secundum illud esse possunt produci à Deo: ergo & possunt creari, quia esse, ut sic, est prius quam quodlibet subiectum, & præterea esse absolutum in sui productione pendet à Deo solo, atque adeo petit per creationem produci, quauis id non petat ut est tale esse, quia sic potest alia productione produci: unde quauis terminus inhæreat id habet materialiter, & non ex vi productionis sicut Spiritus sanctus, quauis sit similis Patri id est non est ex vi processionis, & ex ratione sub qua procedit, sed materialiter, & identicè quod ipsum contingit in Maternitate, & in gratia.

SECTIO II.

Sententia affirmatiua.

Verior est sententia, quæ affirmat entia supernaturalia, atque adeo Maternitatē Deiparæ, gratiam habitualem, & dona, quæ illam, siue antecedent, siue consequuntur educi de potentia subiecti in quo recipiuntur. Hæc iam existimatur sancti Thomæ sententia, quam nunc

596.

597.  
D. Thom.

598.

S. Thomas.  
Hurtado.

M. Cumel.  
Montesinos.  
Curiel.  
Lorca.  
Complutenses  
Ioan. à  
S. Thoma.  
Granado.

nunc sequuntur omnes illius discipuli, quos refert Thomas Hurtado disput. 1. Præcursoris Theologi, controuersia 6. membro 1. omneque recentiores; M. Cumel. 1. 2. quæst. 100. art. 1. disputatione 5. Montesinos, Curiel dub. 3. Lorca disput. 24. de gratia & ex nouissimis Thomistis Carmelitæ Complutenses 1. physiorum disput. 4. quæst. 7. Ioannes à sancto Thoma ibidem quæst. 4. art. 2. §. de formis accidentalibus. Granado controuersia 8. de gratia 4. disput. 7.

599.

Hæc sententia mihi maximopere placet, in cuius explicationem dico primo Maternitas Deiparæ, gratia habitualis, & habitus supernaturales viæ in prima sui productione moraliter creantur, ita Egidius Coninch. in habitibus supernaturalibus, disput. 6. dub. 3. num. 48. nec possunt dissentire Doctores nostræ sententiæ sequuti Sanctum Doctorem, qui de gratia loquens expresse affirmat illam creati. *Ex eo quod homines secundum ipsam creantur, id est in nouo esse constituuntur ex nihilo, id est non ex meritis.*

Egidius.

600.

Dixi in prima sui productione, quia quando gratia, & habitus supernaturales intenduntur, veluti educuntur de potentia subiecti moraliter, quia homo iustus non fit magis gratus ex nihilo, sed ex meritis præsuppositis, atque adeo in hac consideratione fit ex præsupposito subiecto, scilicet ex meritis præcedentibus. Dixi habitus viæ propter habitum luminis gloriæ, quod in sui productione, neque moraliter ex nihilo est, cum sit præmium quod confertur ex meritis.

601.

Thomas.

Ergo conclusio sic explicata probatur, quia creatio moraliter sumpta est productio rei ex nihilo, id est nullis præcedentibus meritis: ut explicat sanctus Thomas: sed Maternitas, gratia habitualis, & virtutes infusæ producuntur ex nihilo, & nullis præcedentibus meritis: ergo creantur moraliter. Discursus est euidentis, & minor probatur, quia gratia & virtutes infusæ in prima sui productione non cadant sub meritum, cum sint principium illius ut late disputatur 21. quæst. 114. in materia de Merito.

602.

Dices Maternitatem Deiparæ illi collatam ex propriis meritis, atque adeo neque moraliter fuisse creatam. Sed contra est, quia Maternitas ut dicit præcisè potentiam generatiuam nulla ratione potest cadere sub meritum Virginis, sicut nec gratia habitualis, quæ Virgini fuit collata in primo instanti suæ conceptionis, quia non potuerit mereri, ut conceptio illius esset sancta, & sine peccato. Sed de hoc vestigatione 2.

603

D. Thom.

Dico secundo: Maternitas Deiparæ, gratia habitualis, & idem est de omnibus donis supernaturalibus, nec petunt ex propria natura creari, nec concreari, ac proinde secundum sua principia non sunt terminus generalis creationis proprie dictæ, etiam secundarius. Ita Doctores nostræ sententiæ. Probatur primo auctoritate Diui Thomæ, qui 1. 2. q. 113. art. 9. cap. comparat iustificationem cum creatione cæli, & tertæ, & idem est de aliis creationibus, & affirmat creationem ex parte modi agendi, scilicet quia Deus operatur ex nihilo

esse maximum opus respectu iustificationis, quæ est productio prima gratiæ iustificantis, ubi sine dubio distinguit productionem gratiæ à creatione, & consequenter affirmat gratiam non proprie creati, neque concreari etiam, quia non creatur ad primariam creationem alterius, aut calorum formæ. Quod testimonium non potest eludi, nec explicari aliqua ratione secundum quam non sit expressè oppositum contrariæ sententiæ, ut videre optimè, qui illud non attulere contra suam sententiam.

604.

Deinde 1. p. quæst. 45. art. 4. cap. docet creationem proprie dictam esse solum rerum subsistentium, qualia sunt substantiæ separatae, & etiam materiales substantiæ, & rationem reddit, & rationem reddens ait, *illis enim proprie conuenit esse, quod habet esse, ac proinde, quod est subsistens in iuo esse, forma autem, & accidentalia, & alia huius modi non dicuntur entia, quasi ipsa sint; sed quia eis aliquid est ut albedo.* Et concludit, accidentia magis sunt coexistentia, quia non subsistunt, & ita magis debent dici concreata quam creata. Vbi sine dubio non loquitur de omnibus accidentibus, sed de illis quæ producuntur ad creationem alicuius subsistentis; ut lux quæ producta fuit ad productionem calorum si habent lucem propriam, aut ut intellectus, & voluntas, quæ concreantur ad animæ creationem unde miror insignem Thomistam non attendisse in hoc testimonio nihil esse, quod suæ faueat sententiæ; illudque afferat, ut indubitatum, ad illius probationem cum in illo nec gratiæ, aut accidentium supernaturalium, quæ non producuntur ad creationem alicuius subsistentis mentio habeatur.

605.

Probatur secundo ratione desumpta ex sancto Thoma 1. p. quæst. 45. art. 1. quæ potest ad hanc formam reduci; creatio est emanatio totius entis à causa vniuersalissima, quæ est Deus: ergo Maternitas & alia dona supernaturalia nullo modo creantur; antecedens constat, quia productio quæ dependet ab agente creato non terminatur ad totum esse, sed ad tale esse particulare; unde necessario subiectum supponitur emanationi creatæ, quia homo non fit ex nihilo, sed ex non homine; album non fit ex nihilo, sed ex non albo; gratum non fit ex nihilo, sed ex non grato, creatio verò terminatur ad totum esse secundum rationem vniuersalissimam ita ut nihil supponatur ad illam, & consequentia probatur, quia in infusione Maternitatis, aut productione habitualis gratiæ non est emanatio totius entis, sed entis particularis solius, ita ut supponatur necessario iustificandi substantia, ut de se euidentis est; iustificatur enim homo iam productus, confertur Maternitas supposito Virginis iam existentis, creatio tamen nullum præsupponit subiectum, ideo enim dicitur productio ex nihilo id est ex non ente, ita ut nihil sit terminus à quo receditur in creatione, unde rectè dixit Anselmus in Memorologio cap. 8. creationem esse productionem ex non aliquo, quod in cæteris productionibus non reperitur.

Anselmus.

Confirmatur & amplius explicatur conclusio quia

606.

quia creatio est productio rei ex nihilo, non ita quod nihilum sit materia ex qua aliquid creatur, sed quia sit terminus a quo reciditur, ut insinuauimus, vnde idem est rem aliquam fieri ex nihilo, atque nihil præexistere quod ad constitutionem rei producendæ aliquo modo pertineat, & id constat clare in creatione Angelici, & cæli, vbi nihil præexistit, quod ad illorum constitutionem pertineat, cum ergo ad productionem Maternitatis supponatur subiectum illius, & ad productionem gratiæ anima in qua recipitur, euidentissimum est non posse esse ex nihilo, id est non ex aliquo, atque adeo nulla ratione creati, neque ut terminum primarium; neque ut secundarium; non ut primarium, quia ista dona non sunt per se subsistentia, non ut secundarium, quia monstrauimus non creari ad creationem alicuius substantiæ, quæ accipiat totum esse.

607.

Thomas.

Explicatur amplius; Quia Maternitati diuinæ: neque donis supernaturalibus in sui productione communicatur esse absoluti, sed in esse, quia sunt entis ens, ut loquitur Sanctus Thomas; & patet clarissime, quia ex vi suæ productionis in hæret subiecto, nec de facto producuntur vna actione, quæ terminetur ad illorum esse, & altera, qua vniantur subiecto recipienti sicut contingens in productione animæ rationalis, quæ per creationem recipit esse absolutum, & vniuersalissimum, & per alteram actionem corpori vnitur, vnde ex natura est per se subsistens, & vnione destructa permanet incorrupta, quod in Maternitate Dei genitricis non reperitur, neque in gratia, destructa enim in hæretione, ad subiectum, destruitur gratia; Aliæ rationes videantur in M. Cumel; Magistro Curiel, & aliis.

M. Cumel. M. Curiel.

608.

Ripalda.

D Thom.

Dico tertio fundamentalis dignitas Deiparæ; gratia habitualis, & alia dona; supernaturalia, vere educuntur de potentia obedienciali subiecti: ita Doctores nostræ sententiæ, quibus adde Ripaldam de excellentia entis supernaturalis, disput. 7. sect. 1. num. 6. probatur primo auctoritate Diui Thomæ, qui quæst. vnica de virtutibus in communi art. 10. ad 13. hæc scribit. *Sic igitur in anima est aliquid in potentia, quod natum est reduci in actum ab agente naturali & hoc modo sunt in potentia in ipsa virtutes acquisita. Alio modo aliquid est in potentia in anima, quod non est natum educi in actum, nisi per virtutem Diuinam, & sic sunt in potentia in anima Virtutes infuse.* Testimonium hoc irrefragabile est, non enim potuit Doctor Angelicus clarius exprimere nostram sententiam præcipue cum aliis in locis asseruerit gratiam non creari ex quo sequitur educatione produci: Sed intendit adhuc Hurtado illius efficaciam eleuare dupliciter. Primo enim respondet membro 2. §. sed obijcies, Sanctum Thomam improprie fuisse loquutum, ibique vsu nomine educationis, ut significat quamcunque productionem, qua etiam ratione loquutus est in 2. dict. 18. quæst. 2. art. 1. ad 4. vbi asserit animam rationalem educi, vbi sumit educationem improprie, ut testatur Bergomenfis in concordantiis Diui Thomæ dubio 178.

Bergomenf.

609.

Sed contra, quia credibile non est Angelicum Doctorem eodem omnino termino in

tribus, aut quatuor lineis vsu fuisse propriissime, & improprie: negare enim non potest propriissime fuisse loquutum cum asseruit virtutes acquisitas esse in potentia animæ, & ex illa educi, quod cum omni rigore & proprietate verissimum est, curego cum asserit virtutes infusas esse in potentia animæ, & inde educi virtute diuina improprie est loquutus? Deinde in loco illo citato Angelicus Doctor, nec dicit neque insinuat animam rationalem educi; sed solum asserit rei productionem, aut esse quia educitur de potentia subiecti, aut quia materia ita disponitur, ut recipiat formam ex vi illius dispositionis, non quia forma ex materia educatur, sed quia recipitur in illa sic disposita; & primum ait ex sententia Auerrois contingere in formis solum accidentalibus. Sed iudicio Arist. & commentatoris in formis etiam substantialibus. Secundum vero in anima rationali. In tota igitur responsione nunquam asserit animam rationalem educi. Quæstione autem de veritate 3. non disputat, Sanctus Thomas. An anima rationalis educatur in esse per creationem? neque illa quæstio habet articulum nonum, & si id inquireret se ipsum explicuit, educio enim quamcunque productionem significat sine villo addito, & ibi etiam additur per creationem: at educio de potentia subiecti non significat productionem quamcunque, sed illam, qua forma producitur cum necessaria dependentia a subiecto.

Auerro. Aristotel.

610.

Respondet 2. Sanctum Thomam non fuisse loquutum de gratia habituali, sed de infusis virtutibus, quæ supponunt gratiam in anima, ut enim (inquit) affirmata. citato & 1. 2. q. 62. in gratia habituali, & virtutibus infusis Theologicis reperiuntur quædam inchoationes virtutum moralium. Sed contra, quia præterquam quod ista explicatio est voluntaria ad hominem sic argumentor; vbi est inchoatio alicuius formæ, potest esse educio illius ex potentia subiecti, in quo inchoationes reperiuntur sed in anima ut informatam per gratiam sunt inchoationes quædam virtutum Theologicarum: ergo possunt educi de potentia animæ secundum hanc rationem, cum tamen Hurtado expresse asseruerit virtutes Theologicas creari, quia nulla inchoatio illarum reperitur in anima: minor probatur, quia maiorem proportionem habent virtutes Theologicæ cum gratia, quam aliæ virtutes morales infusæ, quia fluunt veluti immediate ab anima informatam gratia seu ab ipsa gratia, quod non habent virtutes morales, videntur enim supponere virtutes Theologicas quare ergo non educuntur de potentia animæ, cum in illa vt eleuata per gratiam sint inchoationes illarum, cum respectu illarum gratia sit radix, & natura a qua fluunt. Maneat igitur nostram conclusionem esse expressam Sancti Thomæ sententiam.

611.

Quæ vt efficaci ratione probetur sciendum est formam educi de potentia subiecti, nihil aliud esse, quam talem esse ex natura sua vt non possit habere esse, nisi dependenter a subiecto, neque vllas operationes nisi existat in illo, ita vt si subiectum desinat, desinat & forma

ma, & si subiectum non sit, operari vlla ratione illa forma non possit, ad quod necessarium omnino est, vt forma sit immersa subiecto. Hanc doctrinam recte explicauerunt Complutenses Carmelitæ citati q. 2. illius 4. disput. §. 1. asserentes formam materialem immersam esse materiæ, & in illius contineti virtute, nihil aliud esse, quam formam nec esse, nec posse habere aliquam operationem quæ fluat ab illa, nec connaturaliter illam posse habere sine dependentia a materia, seu quæ non fiat per organum corporis vt contingit in quacunque forma materiali, quæ nec habet operationem, aut proprietatem fluentem ab illa quæ necessario hinc modo non dependeat a materia. Quod a contrario reperitur in anima rationali, quæ separata & habet suas proprietates intellectum, voluntatem, memoriam, & suas elicit actiones sine vlla a corpore dependentia in suo esse immortaliter perseverans destructa vnione, quam cum corpore habebat, quod in aliis formis non reperitur; atque hoc est quoque asseruit Sanctus Thomas 1. p. quæst 90. art. 2. ad 1. tametsi breuiter, dum dixit. *Actum extrahi de potentia materia, nihil aliud est quam aliquid fieri actu, quod prius erat in potentia.* Ex qua Doctrina colligit Decanus Salmanticensis nostram sententiam disput. illa 5. conclusione. 2.

S. Thom. Decanus.

612.

Ex his ergo efficaciter proba 2. conclusionem, Maternitas, gratia habitualis, & alia dona supernaturalia ex propria rei natura sunt immersa substantiæ animæ aut corporis, ergo verè educuntur de potentia animæ, aut corporis in quo reperiuntur, antecedens est manifestum, quia destructa in hæretione quam habent ad proprium subiectum, nec permanent in esse, nec habet proprietates fluentes ab ipsis, nec habent aliquam connaturalem operationem, sed destruantur illa destructa, & multo verius ad destructionem proprii subiecti, si enim destrueretur corpus Virginis nec Maternitas permaneret, neque esse, aut esse posset generationis principium, at si destrueretur anima non permaneret gratia habitualis, neque esset initium & radix supernaturalium operationum; & consequentia est euidens, quia vt explicuimus, id est proprie esse in potentia subiecti & ex illo educi dixi res supernaturales immersas esse substantiæ animæ, & corporis, vt includerem accidentia supernaturalia corpora, quæ immediate subiectantur in corpore.

613.

Probo conclusionem tertio, & simul impugno præcipuum fundamentum Thomæ Hurtado, ad quod reducuntur omnes rationes illius, quia si Maternitas Deiparæ & dona supernaturalia non educuntur de potentia obedienciali subiecti esset propter perfectissimam excellentiam quam in se habent, sed hæc ratio est nulla: ergo vere educuntur de potentia subiecti, consequentia est euidens, maior est ratio fundamentalis contrariæ sententiæ, & minor ostenditur, quia perfectio, aut imperfectio formæ producendæ nihil omnino confert ad perfectionem, aut imperfectionem productionis illius ad quam solum attenditur natura illius, & modus secundum quem petit produci ex propriis, quod proba & declaro simul; primo quia materia prima est imperfectis-

sima etiam inter corporeas substantias & tamè petit ex propria rei natura produci per creationem, quia est primum omnium subiectum, quod nec habent neque petunt formæ substantiales quæ ex illa per generationem educuntur. Secundo quia visio Beatifica est forsitan perfectissima inter omnes entitates supernaturales & tamen non creatur, sed educitur de potentia obedienciali intellectus, quod est certissimum & docetur a communi sententia, alias enim Beatus non produceret visionem Beatificam, sed acciperet illam per creationem de facto, & videret Deum visione a se non elicita, & nullo modo vitali, quod aliqui quibus ego libenter assentior existimant esse etiam absolute impossibile: quia enim ratione potest esse attentio, quæ in intellectu necessario reperitur, sine intrinseco & vitali influxu intelligentis, aut in voluntate elicientis actum charitatis potest esse inclinatio ad obiectum; memo enim inclinatur ad amadum aliquod obiectum præcisè ex exterioris principio, nihil enim intimius, & magis profluens ab intrinseco principio, quam inclinatio.

614.

Tertio quia vnio hypostatica, vt dicitur modum distinctum ab humanitate & persona verbi, non est inferior in perfectione, gratia habituali, & tamen non producitur per creationem, vt vrgenter probauimus conclusione secunda, cum supponat extrema, & neutrum eorum creetur, perfectio ergo formæ non inducit, sumpta præcisè creationem, nisi ad sit alia ratio, propter quam illam exposituler. Adde quarto vnionem formæ cælestis ad materiam esse modum, atque adeo imperfectæ entitatis; & tamen in comuni sententia Thomistarum asserentium formas cælestes non educi de potentia materiæ, sed concreari, non educitur de potentia subiecti sed concreatur ad creationem totius: illa verò propositio sancti Thomæ 1. p. q. 45. a. 1. ad secundum. *Tanto perfectior est prior est aliqua operatio, quanto terminus illius est nobilior.* In qua potuit fundari Thomas Hurtado non includit creationem, vt manifestè patet, sed solum productiones alias vt generationem, & alterationem, aliis quo decrescit terminus, decresceret etiam perfectio actionis, & sic productio materiæ, aut cæli non esset creatio, cum materia sit imperfectissima substantiarum, & quodlibet viuens sit cælo empyreo perfectius.

S. Thom.

SECTIO III.

Argumenta soluta.

615.

AD primum desumptum ex auctoritate Sancti Thomæ, non est solutio difficilis, Primum enim testimonium non infert proprie gratiam cõcreari, sed secundum rationem accidentis produci ad productionem totius, vt calor & albedo, quæ cum non sint entia non producuntur per se, creatio enim, aut concreatio, sicut & creati, & concreari non sumuntur semper in omni rigore si enim Verbum, creati Psal. 50. *Cor mundum crea in me Deus* sumeretur in eadem significatione, qua, sumitur Genesis 1. *In principio creauit Deus, calum & terram,* quia utrobique est Hebræum *Bara*, vt volunt auctores sententiæ

Psalm. 50. Gen. 1.

contraria, proculdubio in productione gratia, aut Maternitatis nullum supponeretur subiectum, etiam recipiens, vt non supponitur in creatione celorum, quod quam sit falsum ignorat nullus.

616. Testimonium secundum, non est efficacius, ibi enim S. Doctor non negat dona supernaturalia educi de potentia subiecti, sed affirmat non posse educi virtute natura, sed Dei illa producentis, quod manifeste colligitur ex contextu, cum enim asseruisset gratiam eleuare hominem ad finem quem natura per sua principia attingere non potest: addit non est perfectioeducta de potentia materiae, scilicet per propria principia natura, & virtute agentis creati, sed a solo Deo infusa, ex quo non sequitur, non educi de potentia subiecti; sed non educitur, creata virtute natura, quod certissimum est.

617. Tertium testimonium eadem intelligentia explicandum, re vera enim non educuntur quasi de potentia subiecti dona supernaturalia, quia in agente naturali sit naturalis virtus ad eorum educationem, respectus enim potentiae obedienciae ex qua educitur est ad agens infinitae virtutis; sed quia in anima reperitur potentia obedienciae, vt recipiat quidquid Deus voluerit, & ideo origo gratiae est per nouam infusionem, illa vero verba (& non per educationem) quae habentur in testimonio hoc prout refertur ab Hurtado non sunt sancti Thomae, neque habentur in textu, vt legenti patebit. Hinc constat in anima, secundum potentiam obediencialem illius esse quasdam inchoationes rerum supernaturalium, non actu, vt in causa efficiendi, sed vt in causa materiali, vt explicuimus notatione ante tertiam conclusionem. Quid magis declaro, dum diluo secundum fundamentum.

618. Ad quod respondeo concedendo antecedens, & negando consequentiam, & ad illius probationem nego minorem, & ad discursum quo probatur, duo entia supernaturalia contineri in virtute obedienciale subiecti ex cuius potentia educuntur, quia sicut potentia obedienciale secundum proprium conceptum immediate respicit, & subditur agenti supernaturali, ita etiam secundum hanc rationem respicit supernaturalia accidentia, & continet illa in genere causa materialis, vt explicuimus. Haec enim sunt natura sua immersa subiecto, vnde tamen obedienciale potentia sit intra ordinem natura adhuc ab illa non potest prescindere ordo ad agens infinitum & supernaturale.

619. His adde potentiam obediencialem non esse pure naturalem, sed partim naturalem, & partim supernaturalem ex Caietani sententia, tomo 3. opuscul. tit. 3. q. 2. etiam enim naturalis est in rebus naturalibus ex parte subiecti, ex parte vero respectus, quem dicit ad Deum supernaturalem, quia iste respectus est supernaturalis, & ratio potentiae ex illo non variatur in esse entitativo, cum ratio potentiae passivae non consistat in entitate subiecti absolute sumpta, sed vt dicitur ordinem ad actum recipiendum & ad agens, quod illum producit.

620. Ripalda. Deinde etiam si id neget Ripalda disput. 8. sect. 2. non desunt, qui affirmant potentiam obediencialem esse formaliter supernaturalem,

non solum ex parte termini, sed etiam secundum substantiam, quod docent multi recentiores Thomistae apud collegium Complutense disput. 4. q. 5. §. 4. quos ipsum non refellit, sed asserit eorum iudicium esse valde probabile, & verum; defendit Granada controu. 1 de Incarn. tit. 19. disput. 3. n. 5. quem alij impugnant, & mihi non verum apparet, vel ea solum ratione, quod si potentia obedienciale esset formaliter supernaturalis nullo modo posset Deus creare ordinem natura, quia inchoatiue etiam crearet ordinem gratiae, cum in quacunque re naturali necessario sit constituenda potentia obedienciale formaliter supernaturalis, quae secundum hanc rationem exigeret formas supernaturales. Quocumque ergo modo explicetur potentia obedienciale continere potest formas supernaturales, & consequenter illa possunt ex potentia obedienciale educi.

Ad tertium respondeo negando minorem, & ad illius probationem dico formas celorum non petere ex propria rei natura concreari, sed posse etiam educi de potentia materiae, si enim empyrei forma destitueretur, & aliam formam eiusdem speciei introduceret Deus, haec educeretur de potentia materiae cum, neque crearetur vt terminus primarius, non enim acciperet esse ex non aliquo, neque concrearetur, quia in illa productione nullum ens immediate creatur ad cuius creationem illa concreatur. His addiderim, quod si caeli sunt corruptibiles, vt praeter Arist. docuerunt omnes Philosophi, vt significant Patres, quos sequuntur Magister, Cartusianus, Catharinus, & alij apud Ouiedum de caelo disput. seu controuersia vnica puncto 1 num. 14. necessario pendet a materia in conseruari, ita vt destructa inter formam, & materiam vnione destruat, quod sufficit, vt educatur ex potentia materiae, non enim alia ratione formas sublunares asserunt Philosophi oriri, & educi de potentia materiae primae. Si autem sunt incorruptibiles, vt docet communior sententia ex Arist. lib. 1. de caelo c. 3. & lib. 2. c. 1. quam sequuntur Dionysius, Nyssenus, Sanctus Thomas, & plures recentiores, quos laudat Ouiedus ibidem n. 15. destructa vnione potentia absoluta, non destruetur statim forma caeli, sed perseverabit, vt destructa animae rationalis vnione cum corpore perseverat naturaliter anima, quia in corruptibilis & immortalis est, & hoc modo non dependet forma caelestis a materia, vt gratia Maternalis, & habitualis dependent, cum destructa in vnione petant ex propriis principiis corrumpi.

Ad confirmationem res haec nihil habet commune cum Pelagianorum errore, vt constabit legenti Patres qui contra illos scripserunt, & nego iuxta Concilia, & Patres gratia excitante produci a nobis sine nobis vitaliter operantibus, tamen producat sine nobis libere operantibus, imo iudicavi iam impossibile id fieri sine nostro concursu vitali. Gratia enim excitans sunt illustrationes, & spirationes quae nobis immittuntur a Deo, atque adeo pertinent ad intellectum, & voluntatem, & consequenter sunt cognitiones, & volitiones, & consequenter etiam actus vitales procedentes efficienter a potentiis vitalibus, nisi quis velit asserere

Complut. Granado.

621.

Magister. Cartusianus. Catherinus. Ouiedus. Arist. Dionysius. S. Thom.

622.

de facto, & quotidie esse in rerum natura actus vitales, qui non procedunt a principio vitali vitaliter operante, quod meliores Doctores existimant implicare potentia Dei absolutam inspirationes vero & illustrationes dicuntur fieri a nobis, quia non sunt in nostra liberalitate, non quia non efficiantur vitaliter vt actus deliberati, alias ad quid illa auxilia intrinseca, quae iuxta dicta disput. 4. conferuntur ad illarum productionem. Id quod videtur evidens, tum quia intellectum illuminari circa aliquam veritatem nihil aliud esse videtur, quam habere cognitionem illius, tum etiam quia illae illustrationes, & inspirationes a nobis sentiuntur, & percipiuntur, non possent autem sentiri nisi a nobis fierent vitaliter, quod est contra gratiam excitantem, & illius naturam.

623.

Sorus. Brillarm. Molina. Valentia. Granado. Driedo. M. Camel.

624.

Alvarez.

Hinc fit turpiter errasse Vegam lib. 6. in Tridentinum cap. 8. affirmantem nullo modo effici a nobis vitaliter operantibus illustrationes, & inspirationes supernaturales, & merito displicuisse illius sententiam Soto, Bellarm. Molina, Valentia & aliis, quos refert & sequitur Magister Granada, controuersia 8. de gratia tit. 5. disput. 2. sect. 4. num. 23. propter quod illam etiam impugnant Driedo, Ricardus Taper, Stapletonius referente sapientissimo Magistro Camel tomo 2. in primam secundam, q. 111. disput. 2. circa articulum 1. late, & disput. etiam 1. qui acriter inuehitur in Vegam. Adde ad solutionem confirmationis nihil efficere hanc doctrinam, quam tradidit Vega, quia etiam si gratia excitans non esset a nobis physice, dum a Deo imprimitur, educitur de potentia intellectus, & voluntatis, cum ostensum sit non creari, & idem dicendum est de auxiliis supernaturalibus, quibus potentiae eleuantur ad illos eliciendos.

Obiter aduerte Magistrum Alvarez, quem pro se citat Hurtado non negare gratiam excitantem procedere vitaliter a nobis, sed solum asserere auxilium supernaturale, quo praue nitur intellectus ad illustrationem efficiendam nullo modo esse a nobis, sed a solo Deo imprimente illud auxilium, quod constat manifeste ex secunda conclusione, vbi auxilium illud, quod vocauerat gratiam excitantem appellat primum auxilium, & hoc ait non esse a nobis, quod verissimum est; inspirationes vero, quae sequuntur, vt effectus ad infusionem primi auxiliij, ait fieri a nobis vitaliter, imò aliquando libere operantibus. Non ergo villo modo fauet contrariae sententiae insignis Thomista, qui num. 6. §. ad secundum. etiam in gratia praue nitenti distinguit gratiam subsequenter, & hanc ait esse illuminationem, vt sequitur ad primum auxilium, quod verissimum est.

625.

Ad quartum nego minorem, & ad illius probationem dico subiectum formarum supernaturalium non habere causalitatem illam materialem circa illas, quia eleuatur supernaturali aliqua virtute; esset enim ab initio in infinitum, sed quia subiectum habet obediencialem potentiam, quae respicit agens supernaturale per quod reducitur in actum, quod sufficit ad materialem causalitatem & si ad efficientem id non sit sufficiens. Continentia autem illa iam est explicata, & necessaria dependen-

tia illa a subiecto, quam habet gratia habitualis, & non habet anima rationalis necessario infert concursum aliquem subiecti ad gratiam cum sine illa non possit existere, qui cum non pertineat ad causalitatem formalem, efficientem, aut finalem, necessario debet pertinere ad causalitatem materialem, quia pendet a sustentante, formalis enim causa iustificatio-

S. Thoma.

626.

Tridentina.

nis est nobis intrinseca, & inheret nobis, vt docet Concilium Tridentinum; sect. 6. cap. 7. & canon. 11. vnde non potest dici gratiam pendere ab anima, vt a conditione, quia conditio non sustentat. Ad primum partis posterioris contrariae sententiae desumptum ex auctoritate Diui Thomae asserentis gratiam concreari, patet solutio ex prima conclusione; asserit enim Doctor Angelicus gratiam moraliter creari, quia producit ex nihilo, id est non ex meritis. Tropicè enim vtriusque verbi creandi, quod notant omnes interpretes, ex quo non sequitur dona supernaturalia creari, aut concreari, cum ibi, id est, in iustificatione nihil physice denud producat vt est manifestissimum. Vnde mirum est contra nos asserere Diuum Thomam loqui de physica productione, & creatione gratiae, idque mordicus defendere, cum sanctus Thomas satis se explicet; dicens gratiam dici creari, quatenus homines secundum ipsam creantur, id est in nouo esse constituuntur ex nihilo, id est non ex meritis, produci autem ex nihilo meritum, id est nullis praexistentibus meritis, quid ad physicam hominis creationem?

627.

Ad secundum concedo antecedens, & nego consequentiam ad cuius probationem, iam dixi maiorem, vel minorem perfectionem termini producti, non arguere creationem esse illius productionem, cum certum sit imperfectissimas res creari, vt materiam, & perfectissimas educi vt visionem beatificam; illud autem quod additur de filiatione iustorum efficit nihil; vnus enim homo alterius est filius, & communicatam accipit naturam per generationem. Vnde Sanctus Thomas productionem gratiae appellauit regenerationem, aut recreationem; Discursus vero argumenti efficaciam habet in generationibus substantiarum & in alterationibus per quas accidentia producuntur, quia quo substantia est perfectior, generatio perfectior est, vt patet in generatione hominis, & bruti, & quo perfectiora sunt accidentia perfectiores sunt actiones, quibus producuntur; productio enim lucis, perfectior est, quam productio frigiditatis.

628.

Ad primam confirmationem, concessa antecedenti nego vtranque consequentiam, si sensus prioris sit conuenire Maternitati, & gratiae omnem perfectionem possibilem intra terminos participationis, cum nō competat illis ratio luminis gloriae, quae est perfectio possibilis, intra terminos participationis diuinæ naturae, competit ergo illis omnis perfectio, que inueniri potest intra propriam speciem non extra illam, cum ergo sint accidentia de quorum ratione est, quod habeant intrinsecam dependentiam a subiecto in fieri & in conseruari, fieri non potest, quod illis com-

petat esse terminum per se creationis, etiam ut supernaturales sunt; quia in ipsa supernaturalitate inuenitur ratio accidentis imbibita, quæ ab illa non potest præscindi, neque ex eo quod esset participatio entis per essentiam sequeretur illis competere, quæ entia per essentiam conueniunt, cum non posset illis conuenire ratio substantiæ, id enim esset confundere naturas accidentis, & substantiæ, & utramque à propria ratione extrahere, constituereque in linea alterius. Adde gratiam non esse participationem entis per essentiam, quia si talis perfectio esset participatio, esset omnino independens etiam à causa efficienti, & per se subsisteret, subiectoque nullo inhæretet, ac proinde esset propriissime substantia completa; Adde secundò, Maternitatem non esse participationem intellectualitatis diuinæ sicut gratia habitualis, cum tamen hoc conueniat gratiæ intra terminos participationis diuinæ naturæ. Quod si obicias non participare Maternitatem rationem intellectualitatis, quia hæc non potest componi cum re corporea, occurro nec cum ratione talis accidentis posse componi, quod non dependeat à subiecto inhæsiuè, & tamquam à causa illud sustentante.

629.

Ad secundam confirmationem respondeo, iam dixi id repugnare accidenti, esse que confundere rationem illius, & rationem substantiæ: sicut enim implicat fieri substantiam, quæ petat ex natura sua produci, eo modo quo accidentia producuntur, quia esset, & non esset substantia; esset quia supponitur, non esset quia petat produci, ut producat accidentis: ita etiam repugnat dari accidens, quod petat produci per creationem etiã si possit per illa produci, & de facto creari, independentem à subiecto sustentante, aliud est enim posse creari rem aliquã, aliquid verò aliud petere ex propria rei natura fieri per creationem: primum non repugnat entitati supernaturali, & sic posset Deus creare gratiam extra subiectum. Secundum verò implicat, quia est contra illorum naturam, forma autem cæli non dependet à sua materia, ut accidens à substantia.


630.

Ad tertiam confirmationem distingo antecedens; terminus creationis est esse omnino absolutum, & quod recedit à nihilo, & nullam supponit causalitatem antecedentem, quæ pertinet ad constitutionem rei, quæ creatur, concedo antecedens, est terminus talis esse determinati, qui necessario præsupponat causalitatem priorem necessariam ad illius existentiam nego antecedens: esse verò accidentis supernaturalis, non est esse absolutum, neque illius productio emanatio totius esse, quod necessario requiritur ad creationem, ut docet D. Thomas, q. 114. a. 4. 1. vbi ait creationem, esse emanationem totius esse, alias verò productionem terminari ad tale esse. Confirmatio vero, etsi acuta videatur suam asserti solutionem, si enim esse est prius, quam quodlibet subiectum, & accidentia supernaturalia non sunt prius quam subiectum, sed illud iuxta propriam naturam supponunt; quia illorum esse est inesse, & inhære subiecto, signum euidentissimum est illorum esse non esse ex numero eorum, quæ putant produci per creationem, sed eorum quæ ex vi productionis, & propriæ naturæ petunt fieri per

D. Thom.

productionem distinctã. Spiritus sanctus non petit ex vi processionis spiritali, quod sit similis in natura principio producenti, si enim id peteret, esset filius, sed id habet identicè, & materialiter, at verò accidens ex vi suæ productionis petit à subiecto educi; ita ut iuxta suam naturam alio modo non possit produci.

Ex dictis in hac disputatione infero quod etiam si virtus hæc supernaturalis indita virgini ad generationem illi fuisset collata in primo instanti suæ generationis, seu conceptionis non posset dici cõcreata, quia illius subiectum nulla ratione creatur; Quod tamen aliquo modo posset dici de gratia habituali, qua præseruata fuit à peccato originali, quia producta fuit ad creationem animæ rationalis, sed quia non producta fuit eadem actione, qua anima, sed alia distincta, cum naturale, & supernaturale non terminent eandem actionem, absolute dicendum illam virginis gratiam sanctissimam, (& idem est de gratia Angelorum, & primi hominis) esse educam de potentia subiecti.



DISPUTATIO X.

Propendatne in Virginem sanctissimam potentia generatiua supernaturalis, vbi an sit vitalis

**G**ratia dona propendere veluti naturaliter, & suoque pondere in Mariam SS. atque adeo habere inclinationem, & appetitum ad illam, ut ad subiectum proportionatum propter dignitatem Dei genitricis generaliter videntur sentire omnes Ecclesiæ Patres ex quibus seligam aliquos. Ansel. lib. 5. de excellentia Virginis c. 4. hæc scribit. *Est in beatissima feminarum, in quam fluxit tam copiosa, & supereminens gratia omnium gratiarum, quid animi quæso gerebas ad eum qui tibi hæc magna fecit.* Fluit ergo gratia gratiarum in Mariam sanctissimam, ut aqua fluit ad centrum, quod sine propensione, inclinatione, & appetitu fieri non potest. Quem loquendi modum imitatur S. Bonaventura, qui in speculo Mariæ cap. 8. *Quid mirum si omnis gratia ad Mariam confluxit per quam tanta gratia ad ceteros defluxit.* Defluxisse verò ad omnes illius gratiam monstrat Laurentius Iustinianus sermone de Annuntiatione Virginis ab illis verbis. *Profecto fuit Maria gratia exuberans, atque completa, qua cælis dedit gloriam, Terris præbuit Deum, gaudium præstuit Angelis seculoque pacem refuldit &c.* Quod fieri non posset, nisi gratiæ omnes in illa reciperentur essentque in illa sine violentia vlla, atque adeo ipsam appetent, ut collum appetit influxum capitis, qua metaphora vtitur sanctus Bernardus sermone, de aqueductu comparans Virginem collo, quod expetit virtutem capitis, & illa ad cætera membra diffundit, sed nullus breuius, & elegatius Chrysol. qui serm. vocat Deiparam (*Collegium sanctuarum*) & recte, quia sicut in florentissima Salmantic. Academiã, candidati, & collegiorum, & cathedrarum, ambiunt cathedras, & collegia, illaque etiam inuadunt, quæ ratione possunt propter

631.

632.

Anfermus.

Bonauent.

Laurentius.

S. Bernardus.

Chrysolog.

Cardinalis. Seraphicus.

Thom. Villanouanus.

633.

634.

Suarez.

propter pondus, & inclinationem ad illa, ita etiam gratiæ omnes confluunt ad Mariam illamque ambiunt, ut flumina omnia ambiunt mare, ad illudque suapte natura velocissime fluunt, ut iam vulgariter considerat Cardinalis Seraphicus. Sed quid mirum inclinatur in Mariam virtutes, ut Deipara est, si auctor omnium gratiarum in illam propendit, & inclinatur, ut lapis abscissus de monte sine manibus in valles inferiores; Egregie Beatus Thomas Villanouanus concione 4. in Natali Domini. *Hæc Virgo Beata nobis Deum protulit & hominem, hæc enim sua pulchritudine, & decore à cælis allexit, amore illius captus est, & humanitatis nostræ rebus irretitus.* Pulcre allexit, Allecti enim dicebantur ordinem Senatorium ingressi, qui illum ambiunt, & illorum admissio in senatum allectio, ut constat ex humana eruditione; allexit igitur Virgo sanctissima Deum in numerum, & ordinem hominum, veluti si humanitatem ambiret.

Sunt hæc pia, & verissima, sed merito dubitamus, an Dignitas Maternalis Deiparæ suoque pondere propendat, & inclinatur in virginem sanctissimam, ratio dubitandi est, quia non supponit in virgine sanctissima nostra sententia formam aliam supernaturalem in quam inclinatur ut supponunt Maternitatem ipsam, seu quod idem est virtutem illam generandi supernaturalem existentem in virgine, vel illam comitanter ut proprietates comitantur essentiam, at Maternitas nullum Donum supernaturale supponit, quod prius tempore reperitur in illa, ut infra dicemus etiam ex mente Damasceni, unde colligi posse videtur non propendere in Mariam sanctissimam suapte natura.

Dico primo. Hæc virtus supernaturalis, quæ Virgo sanctissima constituta est Deipara, appetitu innato suoque pondere propendit in virginem sanctissimam, & inclinatur in illam, ita Suarez, romo 1. de gratia, lib. 2. cap. 4. num. 8. qui de ente supernaturali generaliter loquitur. Hanc conclusionem generaliter intellectam, de appetitu, ut abstrahit, ab appetitu desiderij, & simplicis complacentiæ negabit nullus, qui illam ut par est intellexerit; Et probatur, quia accidentia supernaturalia propendent natura sua in subiectum à quo pendet eorum existentia, idque innato appetitu; sed virtus illa supernaturalis est accidens: ergo innato appetitu propendit in proprium subiectum. Consequentia est legitima, minor constat ex superioribus, & maior probatur, quia res quælibet inclinatur in suum esse, accidentis autem generaliter sumpti esse est inesse subiecto: ergo inclinatur in proprium subiectum, à quo conseruatur, & vterius, ergo accidentia supernaturalia inclinatur, & propendent in propria subiecta, à quibus pendunt in fieri, & conseruari. Confirmatur, quia accidens individuale dicit inclinationem ad proprium subiectum, vel ad illud in quo de facto recipitur, vel quia ab illo sumit suam individuationem, vel quia illam in subiecto conseruat, ita ut subiecto destructo statim destruat, & accidens individuum, sed virtus illa supernaturalis, hoc, vel illo modo respicit subiectum in quo est, scilicet Beatissimam Virginem: ergo suoque pondere propendit in sanctissimam virginem; consequentia est cui-

dens, & maior probatur, quia res quælibet inclinatur in causam conseruantem suam existentiam, Beatissimam verò Virginem concursu materiali conseruare Maternitatem, esseque causam illius in præcedenti disputatione est ostensum. Confirmatur, quia omnis res propendit naturaliter in illud, in quo quiescit; sed virtus illa supernaturalis quiescit in Virgine sanctissima; ergo naturaliter propendit in illam: maior est vniuersalis ipsa experientia duce firmata, & minor probatur, quia si virtus illa separaretur à Maria sanctissima, dubio procul conseruata esset in statu violento, ut calor separatus ab igne, & quælibet proprietates separata à propria substantia; illa ergo virtus quiescit nunc in Virgine, quia nulla est res, quæ semper existens sit in statu violento.

635.

Dico secundò: Hæc virtus Deiparæ appetit B. Virginem, in illamque propendit appetitum innato per modum complacentiæ, & non per modum desiderij. Ut assertio explicetur aduerto appetitum, proprie dictum, non inueniri nisi in rebus cognoscentibus, proprie enim res nulla inclinatur, & amat nisi rem quam cognoscit, inclinatio enim amor est, metaphora autem sumpta à rebus cognoscentibus, & per analogiam ad illas, entia etiam non cognoscentia dicuntur amare illud, quod est secundum illorum naturam, & quia aut res est absens, aut præsens, & inclinatio cognoscentis aut est ad rem absentem, & dicitur desiderium aut in rem præsentem, & possessam, & dicitur complacentia de re iam possessa. Inde factum est, ut inclinatio non cognoscentium, illorumque appetitus, aut sit complacentia, aut desiderium; complacentia si sit de re iam habita, & possessa; desiderium si sit de re absente, & quæ non possidet, sed possideri potest, exemplum est in lapide, qui sursum eleuatus centrum desiderat, & propendens in inferiora veluti illa amat, & desiderat, at iam constitutus in centro non grauitat, neque illum desiderat, sed in illo quiescit, & complacet de consistentiã, & coexistentia cum illo.

636.

His præmissis probatur conclusio. Complacentiæ appetitus est de re quæ absens non est, sed præsens existit; & veluti possiderit ab appetente, sed virtus illa supernaturalis non respicit ut absentem, sed ut præsentem Virginem SS. ut quæ cū illa intrinsece vniatur, & intimè inhæreat, appetitus ergo complacentiæ fertur, & propendit in eam. Dixi non respicit nisi ut præsentem, quia vere illa virtus respicit Virginem SS. dicitque ordinem transcendentalem ad eam illamque naturaliter exigit, quod tamen in virgine sanctissima non reperitur, quæ tamen dicit capacitatem ad illam virtutem recipiendam, non tamen dicit respectum transcendentalem naturalem ad eam, quia ex vi agentis naturalis non potest eam accipere, ut neque gratiam, aut virtutes infusas.

637.

Dico tertio, virtus supernaturalis Dei genitricis aliquando propendit in Mariam sanctissimam actu desiderij, simul cum actu complacentiæ. Declaro assertionem, virtus illa Materna, & producit in instanti, & conseruatur conseruaturque in corpore virginis sanctissimæ, & in utroque statu potest comparari ad Mariam sacratam, si comparetur

in illo priori instanti, non amat eam innato desiderij appetitu, sed tantum complacet in ea: si vero referatur ad subiectum, S. Mariam nimirum in continuatione, & conseruatione sua propendet in Virginem S. appetitu desideranti. Probo primum, in illo priori instanti & possidetur illud subiectum a forma, & in illo non potest amitti, neque absens esse potest ab illa supernaturali virtute; ergo non propendet in Deiparam appetitu desideranti. Probo secundum, continuatio illius inhætionis ad virginem sanctissimam non est præfens, sed omnino absens, sed est futura etiam: ergo comparatur ad virginem sanctissimam, quasi nondum per futurum tempus possessa, appetitu ergo, & desiderij fertur in illam, & non solum complacentiæ.

638. Sed obicitur in hanc conclusionem. Vnicus solum est appetitus in virginis Maternitate, sed per illum complacet in vnione ad virginem sanctissimam: ergo non potest illam desiderare per hunc appetitum, consequentia est clara, & manifestatur amplius, quia appetitus ille innatus nullo modo distinguitur ab ipsa virtute, sed identificatur cum illa, sicut appetitus materiæ primæ est vnicus tantum, quia est idem realiter cum materia: adde, ideo distingui etiam desiderium & complacentiam liberam, ab innata, quod prior potest exerceri per actus distinctos, posterior vero nullatenus, quia hæc non est distincta à re appetente, at tamen prior, quia est actus elicitus distinguitur realiter. Distinguo maiorem: vnicus tantum est appetitus comparatus non ad virginem sanctissimam, sed ad ipsam Maternitatem concedo maiorem; comparatus ad virginem purissimam, & vnionem cum illa nego maiorem, quia licet appetitus in se sit vnicus, & constituatur per propriam virtutis supernaturalis essentiam; in ratione tamen talis appetitus necessario respicit præsentiam, aut absentiam obiecti: si absens sit, est desiderium; si præfens, est complacentia.

639. Dices secundò, vnio Maternitatis ad virginem sanctissimam iam est virtutis supernaturalis possessio; ergo nullo modo potest virtus ferri in Beatissimam virginem pondere desiderij antecedens supponitur certum ex dictis, & dicendis & consequentia probatur, tum quia nulla res iam producta appetit quam habet existentiam, per modum desiderij, iam enim supponitur, nec Pater æternus generationem Filij, quem genuit ab æterno.

640. Respondeo, est possessio existentis vnionis concedo antecedens, vnionis, & futuritionis, seu conseruationis inhætionis illius, nego antecedens, & consequentia, quia virtus illa continenter fuit vnio virginis sanctissimæ, & nõ naturaliter, seu ex principiis humanæ naturæ: probationes non sunt ad rem, seu non vigent; productio rei, vt productio est, possessa est; inde desiderari non valet, cū tamen possit esse obiectum desiderij, vt conseruatio est, res enim vniqueque desiderat naturaliter suam conseruationem, idem est de virtute supernaturali; Pater vero æternus filij generationem non desiderat, quia generatio est æterna, & æternitas interminabilis vite: tota sumus, & perfecta possessio, illud verò, quod vnico instanti durat possessum non potest desiderari, generatio durat per nunc æternitatis, inde non desideratur. Adde generationem non esse contingentem in Patre Diuino sed necessariam, & æternam ab intrinseco, & ab extrinseco, Maternitatem verò virginis sanctissimæ non esse ita necessariam.


Dico quarto, si virtus illa supernaturalis, quæ Virgo sanctissima constituta est in actu primo principij generationis Dei & hominis esset cognoscitiua, appetitu elicito consequuto ad cognitionem ponderaret, & inclinaret in Virginem. Hanc conclusionem sumo ex Arist. 1. Rhetoricorum, & eam defendunt iuxta sua principia Fonseca 1. metaphys. c. 1. q. 1. sect. 3. Egidius Lusitano tomo... de Beatit. q. 3. a. 2. n. 11. tenet Ripalda, de ente supernaturali, disput. 8. sect. 4. n. 20. qui omnes cum Philosopho asserunt res quæ inclinantur in alias tanquam sibi conuenientes propendere in illas, ita vt ferrentur etiam si sentienti, aut rationali appetitu mouerentur: Quod significauit Augustinus luculenter sane, lib. 11. de ciuitate Dei; c. 28. Si lapides (inquit) essemus, nihil quidem sentiente motu amare possemus, verumtamen non desisset nobis, quasi quidam nostrorum locorum atque ordinis appetitus: Nam velut amores corporum momenta sunt ponderum, siue deorsum grauitate, siue sursum leuitate nitamur. Probatur facile: Res quæ suum commodum, & proprium locum, aut subiectum sine cognitione, siue sensitua; siue rationali procurat, procuraret efficacius, si suum commodum, aut perfectionem cognosceret; sed Maternitas Virginis propendet innato appetitu in Mariam sanctissimam, sine præuia cognitione: ergo existenti illa cognitione proprii commodi, & existentia elicito appetitu ponderaret in illam. Discursus est legitimus, & minor iam constat: maior autem probatur, quia commodum illud nociuum nõ est, sed conuenientissimum rei illius naturæ, & exemplum est manifestum: homo enim appetitu innato fertur in suam conseruationem & præterea, quia illam cognoscit, elicito etiam appetitu in illam, quod non solum potiori iure, sed necessario inueniretur in aliis rebus, quæ in illo obiecto proprio, scilicet commodo, difficultatem nullam reperirent, neque ex propositione obiecti contrarij præpedirentur, quominus in proprium commodum elicitive propenderent; quod dixi propter libera agentia, quæ liberè proprium commodum deserunt, & res nociuas amore consequuntur, vt constat in hominibus respectu supernaturalis beatitudinis.

641. Dico quarto, si virtus illa supernaturalis, quæ Virgo sanctissima constituta est in actu primo principij generationis Dei & hominis esset cognoscitiua, appetitu elicito consequuto ad cognitionem ponderaret, & inclinaret in Virginem. Hanc conclusionem sumo ex Arist. 1. Rhetoricorum, & eam defendunt iuxta sua principia Fonseca 1. metaphys. c. 1. q. 1. sect. 3. Egidius Lusitano tomo... de Beatit. q. 3. a. 2. n. 11. tenet Ripalda, de ente supernaturali, disput. 8. sect. 4. n. 20. qui omnes cum Philosopho asserunt res quæ inclinantur in alias tanquam sibi conuenientes propendere in illas, ita vt ferrentur etiam si sentienti, aut rationali appetitu mouerentur: Quod significauit Augustinus luculenter sane, lib. 11. de ciuitate Dei; c. 28. Si lapides (inquit) essemus, nihil quidem sentiente motu amare possemus, verumtamen non desisset nobis, quasi quidam nostrorum locorum atque ordinis appetitus: Nam velut amores corporum momenta sunt ponderum, siue deorsum grauitate, siue sursum leuitate nitamur. Probatur facile: Res quæ suum commodum, & proprium locum, aut subiectum sine cognitione, siue sensitua; siue rationali procurat, procuraret efficacius, si suum commodum, aut perfectionem cognosceret; sed Maternitas Virginis propendet innato appetitu in Mariam sanctissimam, sine præuia cognitione: ergo existenti illa cognitione proprii commodi, & existentia elicito appetitu ponderaret in illam. Discursus est legitimus, & minor iam constat: maior autem probatur, quia commodum illud nociuum nõ est, sed conuenientissimum rei illius naturæ, & exemplum est manifestum: homo enim appetitu innato fertur in suam conseruationem & præterea, quia illam cognoscit, elicito etiam appetitu in illam, quod non solum potiori iure, sed necessario inueniretur in aliis rebus, quæ in illo obiecto proprio, scilicet commodo, difficultatem nullam reperirent, neque ex propositione obiecti contrarij præpedirentur, quominus in proprium commodum elicitive propenderent; quod dixi propter libera agentia, quæ liberè proprium commodum deserunt, & res nociuas amore consequuntur, vt constat in hominibus respectu supernaturalis beatitudinis.

Ex dictis inferitur, quod si absoluta potentia illa virtus supernaturalis esset in tusta separatione, quod non repugnat, proculdubio propenderet in Virginem SS. desiderio innato. Ratio est, quia esset in statu violento, & sine visione ad proprium subiectum ad quod diximus inclinari in prima assertione; ablato igitur appetitu complacentiæ per destructionem vnionis statim propter absentiam subiecti, & comodi proprii naturalisque quietis succederet desiderium. Quæ in hac disputatione diximus communia sunt gratiæ habituali, & habitibus supernaturalibus, & illis facile applicantur, si quæ verò supersunt dicenda explicabuntur vberius.

August. Fonseca. Egidius. Ripalda. August.

aliis disputationibus: De vitalitate vero tractabimus ad illam disputationem, an hæc virtus sit totalis ratio agendi.



DISPUTATIO XI.

An supernaturali virtute actiue concurrerit Virgo sacrata ad Christi Domini generationem.

644.



PARATVS sunt quæ hæcenus diximus, & præambula quadam ad difficultatem præsentem; quæ adeo celebris est, vt veluti omnes scientias transcendat, in illasque propriam sedem obtineat. Disputatur enim, an femina concurrat actiue ad prolis generationem: vnde illam ex professo tractant Philosophi, & Medici, Theologi, & iureconsulti: vt constabit ex dicendis in illius progressu. Nos verò illam disputatur sumus, ita vt ad generalem tractationem, de quacumque femina, & illius naturali virtute; tractemus etiam an Virgo Beatissima ad Christi Domini generationem, actiue concurrerit vi, & efficacia illius supernaturalis virtutis, quam astruimus necessariam ad tam diuinam generationem, ad cuius puncti resolutionem, prior punctus necessario est præcursor; quia naturalia in eleuatione supponantur ad supernaturalia.

SECTIO I.

Peripateticorum sententia.

645.

AD tituli ergo intelligentiam, supponendum est ad generationem perfectissimam viuentium, vt experientia constat concurrere Marem, & Feminam, & ex illorum congressu factum, sobolem, aut filium produci; ita vt femina & compatetur ad marem, & ritas ad feminam, & vtrumque ad filium producendum, & generandum: Hæc est relatiuorum natura, qualia sunt principium actiuum, & passiuum & filius respectu parentum: ergo femina, & mas in primo congressu comparantur inter se, vt principium passiuum, & actiuum; femina enim patitur, mas vero agit; & in ipsa factus productione, vt hæc non significat propriam generationem, quæ consistit in introductione formæ substantialis, & animæ rationalis vnione; sed vt importat actiones intermedias, etiam mas virtute seminis comparatur ad feminam, vt principium actiuum, femina vero, vt principium passiuum, cum femina materia ad generationem exhibita sit subiectum in quod primum mas actiuitatem exerceat, vel quia illam trahat ad locum conuenientem generationi, vel quia illam aliis actionibus præmissis formet, & organizer ad factus productionem; vel quia effectiue tangat: vtrumque. Hæc negat nullus.

646.

D. Thom.

Noto secundò, lacram Deiparam ad Christi Domini corporis generationem non semel concurrisse actiue vt asserit Diuus Thomas;

3. part. quæst. 32. art. 4. cap. cum enim ad generationem necessaria fuerit ministratio materiæ ex qua factus partialiter saltem constituitur, organizatio factus, nutritio & cætera quæ inueniuntur vsque ad vnionem animæ cum corpore, necessaria fuit etiam decoctio, & confectio sanguinis, deportatio ad locum generationis, concalectio, & conseruatio factus, & alia huiusmodi, & ad horum aliqua Virgo Deipara concurrat actiue, neque de hoc est aut potest esse dubium, maris enim actiuitas, non potest ad illa extendi vlla ratione.

647.

Tota ergo difficultas est an femina concurrat ad introductionem formæ substantialis, & quia eiusdem est formam introducere, & materiam disponere, & perfectissima, & vltima dispositio sit formatio membrorum, & partium organizatio, ad illam enim statim sequitur introductio formæ substantialis, merito inquiritur, an femina actiue concurrat ad delineationem, & formam factus, & ad partium illius organizationem.

648.

Negauit Aristoteles 1. de generatione animalium, cap. 19. & 20. & alibi non semel, quem sequuntur Caietanus, 3. part. quæst. 37. art. 4. & prolixè 2. 2. quæst. 154. art. 12. Durandus, Capreolus, Paludanus, Marsilius, Alensis, Sonzinas, Heruzæus, Magnus Albertus quos citant Conimbricenses, vbi supra art. 1. quibus adde Granadam 3. p. commentario, quæst. 37. Thomam Hurtado Præcurfore Theologo, disput. 5. controuersia 2. membro 4. §. 7. & sequentibus, qui laudat Thomam Sanchez, & ex medicis Petrus Gateciam & alios nonnullos. Præcipuum fundamentum Philosophi est; quod femina non emittunt prolificum semen: Vnde sequitur non concurrere actiue, cum semen prolificum sit instrumentum actiuum, & hoc sufficienter saluetur in semine maris, qui continet totum effectum producendum in se. Constat autem, quia aliàs in femina esset duplex excretio seminalis, vna sanguinis menstrui, alia veri seminis, quod est excrementum sanguinis decocti, & vterius, quia verum, & prolificum semen non emittitur sine voluptate, at non illam habere in generatione nonnulla fatentur femina; vnde colligitur semen non esse prolificum.

Arist. Caiet. Durandus. Capreolus. Paludanus. Marsilius. Alensis. Sonzinas. Mag. Albert. Granado. Thom. Hurt. Th. Sauch. Petr. Grati.

649.

Tertium. Vbi sunt media distincta, & diuersa ad consequentiam alicuius finis diuerso modo causant finem, & ad illius concurrunt existentiam, siue distincto modo influant in finem, sed natura distincta in genere sexus, vt sequatur finis generationis quem intendit natura: ergo diuerso modo operatur sexus femineus, vt sit generatio: & vterius. Sed mas concurrat ad generationem actiue: ergo femina concurrat passiuè, ita vt solum disponat materiam, inquam mas vt principium actiuum inducat materiam, seu corporis organizationem. Consequentia probatur, quia femina, vt femina patitur, alienusque est à Philosophia, qui id non videt cum maris & femina diuersa sint instrumenta.

650.

Constat autem contra solutionem Valmasdani, quia à principio generationis tota vis distinguendi marem, & feminam sunt principium

in illo priori instanti, non amat eam innato desiderij appetitu, sed tantum complacet in ea: si vero referatur ad subiectum, S. Mariam nimirum in continuatione, & conseruatione sua propendet in Virginem S. appetitu desideranti. Probo primum, in illo priori instanti & possidetur illud subiectum a forma, & in illo non potest amitti, neque absens esse potest ab illa supernaturali virtute; ergo non propendet in Deiparam appetitu desideranti. Probo secundum, continuatio illius inhætionis ad virginem sanctissimam non est præfens, sed omnino absens, sed est futura etiam: ergo comparatur ad virginem sanctissimam, quasi nondum per futurum tempus possessa, appetitu ergo, & desiderij fertur in illam, & non solum complacentiæ.

638. Sed obieci in hanc conclusionem. Vnicus solum est appetitus in virginis Maternitate, sed per illum complacet in vnione ad virginem sanctissimam: ergo non potest illum desiderare per hunc appetitum, consequentia est clara, & manifestatur amplius, quia appetitus ille innatus nullo modo distinguitur ab ipsa virtute, sed identificatur cum illa, sicut appetitus materiæ primæ est vnicus tantum, quia est ideam realiter cum materia: adde, ideo distingui etiam desiderium & complacentiam liberam, ab innata, quod prior potest exerceri per actus distinctos, posterior vero nullatenus, quia hæc non est distincta à re appetente, at tamen prior, quia est actus elicitus distinguitur realiter. Distinguo maiorem: vnicus tantum est appetitus comparatus non ad virginem sanctissimam, sed ad ipsam Maternitatem concedo maiorem; comparatus ad virginem purissimam, & vnionem cum illa nego maiorem, quia licet appetitus in se sit vnicus, & constituatur per propriam virtutis supernaturalis essentiam; in ratione tamen talis appetitus necessario respicit præsentiam, aut absentiam obiecti: si absens sit, est desiderium; si præfens, est complacentia.

639. Dices secundò, vnio Maternitatis ad virginem sanctissimam iam est virtutis supernaturalis possessio; ergo nullo modo potest virtus ferri in Beatissimam virginem pondere desiderij antecedens supponitur certum ex dictis, & dicendis & consequentia probatur, tum quia nulla res iam producta appetit quam habet existentiam, per modum desiderij, iam enim supponitur, nec Pater æternus generationem Filij, quem genuit ab æterno.

640. Respondeo, est possessio existentis vnionis cõcedo antecedens, vnionis, & futuritionis, seu conseruationis inhætionis illius, nego antecedens, & consequentia, quia virtus illa contingenter fuit vnita virgini sanctissimæ, & nõ naturaliter, seu ex principiis humanæ naturæ: probationes non sunt ad rem, seu non virgent, productio rei, vt productio est, possessa est; inde desiderari non valet, cū tamen possit esse obiectum desiderij, vt cõseruatio est, res enim vnacumque desiderat naturaliter suam conseruationem, idem est de virtute supernaturali, Pater vero æternus filij generationem non desiderat, quia generatio est æterna, & æternitas interminabilis vita: tota sumus, & perfecta possessio, illud verò, quod vnico instanti durat possessum non potest desiderari, generatio durat per nunc æternitatis, inde non desideratur. Adde generationem non esse contingentem in Patre Diuino sed necessariam, & æternam ab intrinseco, & ab extrinseco, Maternitatem verò virginis sanctissimæ non esse ita necessariam.

Dico quarto, si virtus illa supernaturalis, quæ Virgo sanctissima constituta est in actu primo principium generationis Dei & hominis esset cognoscitiua, appetitu elicijo consequuto ad cognitionem ponderaret, & inclinaret in Virginem. Hanc conclusionem sumo ex Arist. 1. Rhetoricorum, & eam defendunt iuxta sua principia Fonseca r. metaphys. c. 1. q. 1. sect. 3. Egidio Lusitano tomo... de Beat. q. 3. a. 2. n. 1. tenet Ripalda, de ente supernaturali, disput. 8. sect. 4. n. 20. qui omnes cum Philosopho affirmant res quæ inclinantur in alias tanquam sibi conuenientes propendere in illas, ita vt ferrentur etiam si sentienti, aut rationali appetitu mouerentur: Quod significauit Augustinus luculenter sanc. lib. 1. de ciuitate Dei; c. 28. Si lapides (inquit) essemus, nihil quidem sentiente motu amare possimus, verum tamen non desisset nobis, quasi quidam nostrorum locorum atque ordinis appetitus. Nam velut amores corporum momenta sunt ponderum, siue deorsum gravitate, siue sursum leuitate nitantur. Probatur facile: Res quæ suum commodū, & proprium locum, aut subiectum sine cognitione, siue sensitua, siue rationali procurat, procuraret efficacius, si suū commodū, aut perfectionem cognosceret; sed Maternitas Virginis propendet innato appetitu in Mariam sanctissimam, sine præuia cognitione: ergo existenti illa cognitione proprii commodi, & existentia elicijo appetitu ponderaret in illam. Discursus est legitimus, & minor iam constat: maior autem probatur, quia commodum illud nociuum nõ est, sed conuenientissimum rei illius naturæ, & exemplum est manifestum: homo enim appetitu innato fertur in suam conseruationem & præterea, quia illam cognoscit, elicijo etiam appetitu in illam, quod non solum potiori iure, sed necessariò inueniretur in alijs rebus, quæ in illo obiecto proprio, scilicet commodo, difficultatem nullam reperirent; neque ex propositione obiecti contrarij præpedirentur, quominus in proprium commodum eliciuè propenderent; quod dixi propter libera agentia, quæ liberè proprium commodum deserunt, & res nociuas amore consequuntur, vt constat in hominibus respectu supernaturalis beatitudinis.


641. Ex dictis inferitur, quod si absoluta potentia illa virtus supernaturalis esset in iusta sepatationis, quod non repugnat, proculdubio propenderet in Virginem S. S. desiderio innato. Ratio est, quia esset in statu violento, & sine vnione ad proprium subiectum ad quod diximus inclinari in prima assertione; ablato igitur appetitu complacentiæ per destructionem vnionis statim propter absentiã subiecti, & comodi proprii naturalisque quietis succederet desiderium. Quæ in hac disputatione diximus communia sūt gratia habituali, & habitibus supernaturalibus, & illis facile applicantur, si quæ verò supersunt dicenda explicabuntur vberius.

August. Fonseca. Egidius. Ripalda. August.

642.

643.

aliis disputationibus: De vitalitate vero tractabimus ad illam disputationem, an hæc virtus sit totalis ratio agendi.



DISPUTATIO XI.

An supernaturali virtute actiue concurrerit Virgo sacrata ad Christi Domini generationem.

644.

PARATVS sunt quæ hæctenus diximus, & præambula quædam ad difficultatem præsentem; quæ adeo celebris est, vt veluti omnes scientias transcendat, in illasque propriam sedem obrineat. Disputatur enim, an fœmina concurrat actiue ad prolis generationem: vnde illam ex professo tractant Philosophi, & Medici, Theologi, & iureconsulti: vt constabit ex dicendis in illius progressu. Nos verò illam disputaturū sumus, ita vt ad generalem tractationem, de quacumque fœmina, & illius naturali virtute; tractemus etiam an Virgo Beatissima ad Christi Domini generationem, actiue concurrerit vi, & efficacia illius supernaturalis virtutis, quam astruimus necessariam ad tam diuinam generationem, ad cuius puncti resolutionem, prior punctus necessario est præcursor, quia naturalia in eleuatione supponantur ad supernaturalia.

SECTIO I.

Peripateticorum sententia.

645.

AD tituli ergo intelligentiam, supponendum est ad generationem perfectissimam viuentium, vt experientia constat concurrere Marem, & Feminam, & ex illorum congressu fœtum, sobolem, aut filium produci; ita vt fœmina & comparatur ad marem, & itas ad fœminam, & vtrumque ad filium producendum, & generandum: Hæc est relatiuorum natura, qualia sunt principium actiuum; & passiuum & filius respectu parentum: ergo fœmina, & mas in primo congressu comparantur inter se, vt principium passiuum; & actiuum; fœmina enim patitur, mas vero agit; & in ipsa fœtus productione, vt hæc non significat propriam generationem, quæ consistit in introductione formæ substantialis, & animæ rationalis vnione; sed vt importat actiones intermedias, etiam mas virtute seminis comparatur ad fœminam, vt principium actiuum, fœmina vero, vt principium passiuum, cum fœminæ materia ad generationem exhibita sit subiectum in quod primum mas actiuitatem exercent, vel quia illam trahat ad locum conuenientem generationi; vel quia illam alijs actionibus præmissis formet, & organizes ad fœtus productionem; vel quia effectiue tangat: vtrumque. Hæc negat nullus.

646.

d. Thom.

Noro secundò, lacram Deiparam ad Christi Domini corporis generationem non semel concurrisse actiue vt asserit Diuus Thomas;

3. part. quæst. 3. 2. art. 4. cap. cum enim ad generationem necessaria fuerit ministratio materiæ ex qua fœtus partialiter saltem constituitur, organizatio fœtus, nutritio & cætera quæ inueniuntur vsque ad vnionem animæ cum corpore, necessaria fuit etiam decoctio, & confectio sanguinis, deportatio ad locum generationis, concaléfactio, & conseruatio fœtus, & alia huiusmodi, & ad horum aliqua Virgo Deipara concurrat actiue, neque de hoc est aut potest esse dubium, maris enim actiuitas, non potest ad illa extendi vlla ratione.

647.

Tota ergo difficultas est an fœmina concurrat ad introductionem formæ substantialis, & quia eiusdem est formam introducere, & materiam disponere, & perfectissima, & vltima dispositio sit formatio membrorum, & partium organizatio, ad illam enim statim sequitur introductio formæ substantialis, merito inquiritur, an fœmina actiue concurrat ad delineationem, & formam fœtus, & ad partium illius organizationem.

648.

Negauit Aristoteles 1. de generatione animalium, cap. 19. & 20. & alibi non semel, quem sequuntur Caietanus, 3. part. quæst. 37. art. 4. & prolixè 2. 2. quæst. 154. art. 12. Durandus, Capreolus, Paludanus, Marsilius, Aletius, Sonzinas, Heruæus, Magnus Albertus quos citant Conimbricenses, vbi supra art. 1. quibus adde Granadam 3. p. commentario, quæst. 37. Thomam Hurtado Præcursore Theologo, disput. 5. conuouersia 2. membro 4. 9. 7. & sequentibus, qui laudat Thomam Sanchez, & ex medicis Petrus Garciam & alios nonnullos. Præcipuum fundamentum Philosophi est; quod fœminæ non emittunt prolificum semen: Vnde sequitur non concurrere actiue, cum semine prolificum sit instrumentum actiuum, & hoc sufficienter saluetur in semine maris, qui continet totum effectum producendum in se. Constat tamen, quia alijs in fœmina esset duplex excretio seminalis, vna sanguinis menstrui, alia veri seminis, quod est excrementum sanguinis decocti, & vltcrius, quia, verum, & prolificum semen non emittitur sine voluptate, at non illam habere in generatione nonnullæ feruntur fœminæ, vnde colligitur semen non esse prolificum.

Arist. Caiet. Durandus. Capreolus. Paludanus. Marsilius. Aletius. Sonzinas. Mag. Albert. Granado. Thom. Hurt. Th. Saonch. Petr. Gracia.

649.

Tertium. Vbi sunt media distincta, & diuersa ad consequentiam alicuius finis diuerso modo causant finem, & ad illius concurrunt existentiam, siue distincto modo influant in finem, sed natura distinctit fœmineum sexum à masculino specificè in genere sexus, vt sequatur finis generationis quem intendit natura: ergo diuerso modo operatur sexus fœmineus, vt sit generatio: & vltcrius. Sed mas concurrat ad generationem actiue: ergo fœmina concurrat passiuè, ita vt solum disponat materiam, inquam mas vt principium actiuum inducat materiæ, seu corporis organizationem. Consequentia probatur, quia fœmina, vt fœmina patitur, alienusque est à Philosophia, qui id non videt cum maris & fœminæ diuersa sint instrumenta.

650.

Constat tamen contra solutionem Valmasedani, quia à principio generationis tota vis distinguendi marem, & fœminam sunt principium



pium actiuum, & passiuum: ergo ad finem vsque generationis distinctiuum illud perfeuerat: ergo ad finem vsque generationis femina solum concurret, vt principium passiuum; sumitur ex Caietano vbi supra ex 3. part. a quo auide desumpsit alij, qui addunt feminam necessario esse principium passiuum in actione prima per se ordinata ad generationem, vnde sequitur non posse esse principium actiuum, alias respectu & comparatione maris exerceat munus vtrumque, quod tamen in partibus materiae femineae contingere possit, non tamen respectu viri.

Caietanus.

650.

Quantum, necessum non est, quod femina concurret actiue ad formationem fetus: ergo non concurret, frustra enim fiunt per plura, quae aequè bene possunt fieri per pauciora, & antecedens probatur, quia mas, & femina non sunt causae partiales vtrumque, sed vt duo trahentes nauim, & non sicut intellectus, & species impressa, atque adeo tantum potest crescere vis vnius causae partialis, vt vis alterius non sit necessaria: cum ergo mas sit causa partialis generationis, tantum potest crescere illius vis, vt semen femineum non sit necessarium, quia si mas ita sit fecundum, vt emittat materiam aequalem in quantitate, ac femina emittit, semen feminae necessarium non erit. Confirmatur, quia viri materia est perfectior materia feminae: ergo efficacior: ergo alia non est necessaria. Caetera lubens praetermitto, hic etiam vile praecceptum Bonauenturae.

SECTIO II.

De actiuitate feminae vera sententia.

651.

Dicendum tamen est primo feminam concurrere actiue ad generationem, atque adeo formationem fetus, & organizationem partium illius: Haec est iam communis sententia quam sequuntur omnes Medici post Hippocratem eorum Principem lib. de genitura, & lib. de dieta; Galenus lib. de vsu partium & lib. de semine cap. 1. & 4. & lib. 6. de locis affectis cap. 5. Vallesius lib. 1. Controuers. c. 6. Peramatus lib. de semine, qui ait Aristotelem in hac parte ferri non posse: Auicenna lib. 3. Fen. 20. tit. 2. cap. 44. Fernelius lib. 7. suae philosophiae cap. 6. à quibus stant etiam Anatomici Andreas Laurentius Historiae Anatomicae lib. 7. cap. 11. & 12. Vasalius, Ambrosius Pareus, Iacobus Guillemaus, Ioannes Baptista Siluaticus, quos refert Carranca, de partu humano, cap. 20. num. 5.

Hippocrat. Galenus.

Vallesius. Peramatus. Fernelius. Andreas. Laureot. Vasalius. Ambrosius. Pareus. Iacobus, &c.

652.

Amplectuntur Philosophi, Plutarchus de placitis Philosophorum cap. 5. Lucretius lib. 4. de naturis rerum, Lactantius de opificio Dei cap. 11. Hemesius lib. de natura hominis c. 25. Leuius Lemnius de occultis naturae miraculis lib. 4. cap. 23. v. constat autem homo; & ex antiquissimis Democritus, Pithagoras, & Hippo, quos refert Mirandola lib. 1. de examine vanitatis cap. 16. & ex nouissimis Conimbrienses, i. de generatione cap. 4. quaest. 27. Hurrado Valmasedanus disput. 2. de genera-

tionem, sect. 5. qui vberius, & dilucidius rem hanc tractauit, quam alij nouiores, suae familiae; & plures alij.

Ex Theologia ita sentiunt Bonauentura, in 3. dist. 4. art. 3. quaest. 1. Scotus quaest. vnica. Maior quaest. 3. art. 4. Ochamus quaest. 3. Licherus, Gabriel, Maironius, Bassolis, apud Conimbrienses, Lorca 3. part. disput. 2. Suarez lib. 2. de potentiis animae cap. 12. num. 2. & 2. tomo in 3. part. disput. 10. sect. 2. vbi hanc sententiam appellat valde probabilem, illaque clarissime & expedite omnia explicari, sequuntur vno agmine omnes Scoti discipuli, & Baptista Nouatus, de excellentia Virginis c. 7. quaest. 17. §. dico secundo.

653.

Bonauent. Scotus. Maior. Ochamus. Licherus. Gabriel. Maironius. Bassolis. Lorca. Suarcz.

Baptista.

Ex iureconsultis auide arripiunt Iustinianus Nuella 18. & leg. 12. Tabularum 14. C. de legitimis haeredibus: Baldus in lege finali in fine Codd. de seruis fugitiuis, Boerius decisio. 241. num. 7. Andreas Dalnerus de iure hominis p. 6. num. 7. Thomas Actius post Syluam tit. de infirmitate legali cap. 20. num. 7. Thomas Sanchez, de Matrimonio lib. 2. disp. 21. num. 11. & nouissime Carranca, de partu humano cap. 20. satis dilucide, & docte. Artuli praeter morem tot auctores, possem & plures, vt constet quanto autoritatis momento stet affirmatiua sententia, quo etiam iure à Peripateticis dissentiamus, & à doctissimis Thomistis in re qua nullo modo pertinet ad fidem; Virginis enim Deiparae Maternitas constans est in vtraque sententia, vt constaret si vera esset illa doctrina, quae asserit Deum, vt causam particularem concurrere ad fetus organizationem, quam asserit Plato in conuiuio vocans formationem opus diuinum, & Galenus libello, An omnes partes animalis fiant simul, ait illam fieri à Deo, vel à sapientissima intelligentia, in quam manibus, & pedibus irent, qui considerarent sedulo anatomiam corporis humani, vt asseritur à Vessalio, clamarent enim prudentissimo cum Psalmista; Mirabilis facta est scientia tua ex me, confertata est; & non porero ad eam.

654.

Iustinianus. Baldus. Boerius. Andreas. Th. Actius.

Th. Sanchez. Carranca.

Probatur primo, femina emittit semen prolificum ad generationem: ergo actiue concurret ad illam: ergo efficienter etiam ad formationem fetus, & partium illius organizationem. Vtraque consequentia est certissima, quapropter Theologi reprehendunt Caietanum eo quod loco citato ex 2. 2. cum conuictus argumentis ex experientia, & anatomie concessisset feminas verum semen emittere, negauit satis inconstanter illas ad generationem actiue concurrere, adeo iudicio omnium connexae sunt feminis viri emissio, & ad generationem actiuitas: antecedens in quo est difficultas probat variis experientis Medicorum, & Anatomicorum Valmasedanus citatus à num. 50. quem vide in his enim non habendum.

655.

Deinde vt secundo probetur conclusio, notandum quod mas, & femina comparantur ad fetus in omnibus statibus, in quibus reperitur; cumque necessario foueatur, formetur, & generetur necessario habet etiam rationem principij, seu subiecti passiuo, sicut enim generare est agere, ita etiam generari est quod-

656.

dam

dam pati: Inde ergo mas, & femina comparantur ad fetus, vt ad subiectum passiuum, ita vt realiter haec tria inter se distinguantur, & sint tria supposita: mas, femina, & fetus generandus, materia enim ex qua fetus formatur ex parte feminae est realiter distincta à materia maris, & vtraque est idem realiter cum fetus, qui producitur hac ratione ex substantia vtriusque parentis, qui in illam agit suo modo: vnde colligitur euidenter mater non solum respicere vt subiectum passiuum feminam, sed etiam ipsum fetus, & in vtrumque suam exercere actiuitatem. Notarunt hoc Conimbrienses, lib. 1. de generatione, & corruptione cap. 3. quaest. 27. art. 2. §. igitur ad fundamentum Aristotelis, & meo iudicio est notatione dignissimum, forsitanque ex eo lux magna ad resolutionem disputationis.

Conimbri.

656.

Nunc ergo secundo probatur conclusio, quia si propter aliquam rationem feminam neganda esset actiuitas ad organizationem fetus, maxime quia mas concurret actiue, & actiuitati illius debet correspondere principium passiuum, quod necessario erit femina; sed stante actiuitate maris, non repugnat feminam actiue etiam concurrere: ergo actiue concurret femina ad generationem, & partium organizationem, consequentia est legitima, & maior constat ex sectione 1. inter probandam sententiam Aristotelis, quae fundamentum habet in necessitate principij passiuo, & actiuo ad generationem, minor vero probatur quia vt constat ex his, quae superius notabamus femina in prima omnium actione, quae praeterea est ad generationem habet rationem passiuo propriissime loquendo, vnde principium passiuum non potest deficere, quin necessarium sit vt existimauit Caietanus loco adducto ex 3. parte perpetuo feminam causare passiuo sine actiuitate vlla, nam si ex passione primaria semper esset principium passiuum, sequeretur mater etiam semper futurum actiuum, quod quidem falsissimum est, cum partes subtiliores, & igneae feminis virilis agant in non calidas & quae sunt crassiores, vnde fit euidenter mater etiam pati in generatione, alijs filij nullam haberent substantiam Patris, atque adeo non essent filij.

657. Aureolus.

Negar hanc consequentiam Aureolus 3. dist. 4. art. 5. quia existimat substantiam Patris, & semen illius non ingredi substantialiter fetus, & probat, quia filius diuinus est vere filius, & tamen substantia Patris non ingreditur materialiter filij constitutionem; Sed contra facile, quia tamen substantia Patris non ingreditur materialiter generationem filij, re vera Verbum diuinum filius non esset, si non haberet Patris substantiam. Vnde exemplum est contra Aureolum, & potest in illum retorqueri, perfectissimi enim filij ratio non potest consistere sine communicatione totius substantiae Patris: ergo ratio filij necessario petit substantiam Patris.

658.

Secundo probatur eadem minor, quia fetus habet rationem passiuo in illius generatione, & dispositione partium per formationem, & organizationem: ergo ex defectu principij

passiuo, aut subiecti non deficiet perfectissima generatio viuentium, consequentia est euidentis, & antecedens clarissimum, quia vt diximus generari est quoddam pati, sicut generare est agere; negari autem nulla ratione potest: fetus dum illius partes delineantur, formantur, organizantur vere pati, vereque esse passiuum, cum femina ex sola receptione concursus virilis ita habeat rationem passiuo, vt velint contrarij perpetuo illam conseruari. Confirmatur quia illud habet rationem passiuo ex cuius potentia educitur forma organica, at haec educitur de potentia fetus, ergo respectu illius est principium passiuum; minor est facilis, quia non educitur de potentia feminae, neque de maris potentia, quia licet materia fuerit propria vtriusque parentis, iam est ab illis decisa, & vt in fetu, qui ex illa componitur est suppositaliter distincta ab vtroque supposito, seu parente, alias nulla esset ratio, quia ex Patribus docet sanctus Thomas 3. part. quaest. 33. art. ... organizationem corporis Christi Domini factam fuisse in instanti, vt infra explicandum.

S. Thom.

Atque ex his constat uteruoque Peripateticorum sententiam: meo iudicio negantur feminas verum & prolificum semen emittere, ne cogentur statim concedere illas concurrere actiue, cum ex hoc non remaneret principium passiuum generationis, quod necessario natura desiderat. Concurrente enim actiue vtroque parente non videbatur relinqui principium passiuum, vt ergo vitarent hoc inconueniens negantur feminas emittere semen prolificum, totamque actiuitatem ad generationem referunt in masculos sine vlla vrgenti ratione, cum ex anatome constet semen verum in illis reperiri, & nulla ratione posse monstrari illud non esse prolificum: Cum enim natura illud constituerit ad generationem, fieri non potest, quod ad illam non deseruiat, ad illamque non sit necessarium. His adde propter hanc rationem feminas ardentes viros post mixtionem quiescere, caecosque ignes extingui; quod vt obseruauit Caietanus 2. 2. quaest. illa 254. non inuenitur in spadonibus, quia cum humor ille aqueus non ordinetur à natura ad generationem quiescunt nunquam, rabiemque, & ignem semper patiuntur, quod signum clarissimum est ad ostendendum semen femineum à natura ordinari ad generationem, prolificum esse, & ad illam necessarium omnino, non minus quam masculorum materiam.

Caietanus.

659.

Confirmari haec valide possunt argumento desumpto ab organis feminae, quae eiusdem rationis sunt ac organa maris, vt fatetur Auicenna lib. 3. Fen. 21. tract. 1. cap. 1. & ex praecceptore Fallopio obseruauit Sihenlius, lib. 4. Sihenlius, obseruationum, titulo de mulierum genitalibus partibus, Baptista Syluaticus in contro- uersis medicinalibus cap. 79. Carranca, de partu humano cap. 20. quaest. 1. & nouissime sancta Cruz de Hippocratica Philosoph. super textum 73. Hippocraticis de dieta contra Scalligerum, & Fabium Pacinum. Et vigeri potest haec ratio, quia natura nihil frustra operatur, quis ergo asserat, tot organa & venas in loco

Auicenna.

Sihenlius.

Syluaticus.

Carranca.

genē

generatiuae potentiae constitutum esse à natura frustra omnino si elaboratum semen non ordinetur à natura ad generationem, cum tamen in viro ad generationem omnia illa organa per se ordinentur ab ipsa natura.

660. Verum obiicit Aureolus commune argumentum Peripateticorum, quia si semen femellae haberet actiuitatem in generatione, sequeretur tantum intendi posse, vt sola femina sine masculo generaret, tantum enim potest crescere virtus vnus causae partialis, vt virtus alterius non sit necessaria, vt contingit in duobus portantibus lapidem. Sed non aduertit Aureolus, neque qui hoc vtantur discursu nullam esse sequelam, mas enim & femina non comparantur ad generationem, vt duae causae partiales omnino disparatae, & quae nullum inter se ordinem habeant, vt referuntur inter se duo portantis lapidem; Sed talis est vtriusque natura, quod licet neuter parens habeat ab alio virtutem ad generationem, sed quilibet habeat illam à propria natura in suo genere completam, non tamen possit vnus sine altero effectum producere, id enim petit eorum natura, & causalitas, & est euidentis instantia in intellectu, & specie in ordine ad intellectiōnem; intellectus enim habet vim actiuam ad illam producendam, sicut etiam species intelligibilis in communiōe & vera sententia, & tamen, neque intellectus sine specie, neque species sine intellectu possunt intellectiōnem producere iuxta proprias rerum naturas, ita similiter in re nostra excitat species intellectum sicut viri actiuitas feminam, ac proinde feminam concurrere ad generationem foetus, sine maris concursu, numquam continget sine magno miraculo, vt contingit in incarnationis Mysterio.

661. Adde ad superiora, iuxta Medicorum, & Philosophorum placitum semen esse *Portionem optimam, & validissimam totius humoris residentis in corpore, corpus humidum, spumosum & album ex reliquijs alimenti vltimo elaboratum.* Cumque haec sit illius natura non poterit non reperiri in semine femineo, tamen non sit ita perfectum, ac semen maris, erit ergo portio optima, & validissima totius humoris residentis in corpore, spiritus qui habebit igneos, & efficaces in ordine ad generationem, & qui ad illam possint optimè deseruire, ex quo fit consequenter semen mulieris concurrere actiue ad generationem, & igneos illos spiritus fabricare corpus organicum, ad quid enim validissima illa portio, & ignea, vt praecise sit causa naturalis, & principium passiuum respectu maris, vigorosi enim, & ignei spiritus actiuitatem magnam praefereunt, & vis ignea non est necessaria ad patiendum, ad hoc enim sufficeret esse corpus spumosum & humidum sine ignea virtute ad recipiendas delinationes, & formationes organicas.

662. Dices femineum semen nullam habere igneam vim, neque esse validissimam portionem humoris illius: Verum hoc voluntarie dicitur, & sine vilo fundamento, & praeterea iam constat verum, & prolificum semen emittente, quod non potest à proprietatibus veri seminis deficere, quod libenter, & necessario conce-

dent, qui existimant solam feminam immediate concurrere ac foetus, formationem, quod existimauit Hurtado, disputatione illa degeneratione de quo modo non disputo, solum aduerterim difficillimam creditu esse absentem marem virtute feminis concurrere actiue ad formationem foetus, & vnionem formae substantialis cum corpore, cum iam potuerit esse mortuus, & non actiue concurrere feminam, quae prolem tangit, illi vnitur, fouet; nutrit, & alit.

663. Ex his infero primo falso asseruisse Thomam Ficum, lib. de formatrice, q. 8. fol. 187. animam rationalem esse causam organizationis, & similitudinis filij ad parentes, affirmat enim in semine esse species intentionales naturales, & aliqua simulachra infusa à parentibus, quae anima rationalis inspicit non aliter, quam pictor qui aemulatur prototypum propositum: & addit animam introductam instinctu quodam diuino, & admirando illa simulachra apprehendere, & secundum illa conformare, & organizare corpus. Paradoxa sententia, quam optimè refellit Petrus Garcia, in Auicennam disput. 37. cap. 1. & facile refutari potest: tum quia anima rationalis non est forma assistens, sed vere informans; tum quia suos effectus non causat successiue, sed instantaneè, organizatio autem naturaliter est successiua, vt notauit Scotus 3. d. 4. quaest. vnica, & ex illo omnes, tum quia anima est actus primus corporis physici organici, ac proinde supponit corpus organicum ex Aristot. 1. de anima. Vide Suarez 2. tomo in 3. p. quaest. 3. disp. 11. sect. 2. §. tertia, & obscurior difficultas est.

664. Infero secundo non rectè asseruisse Aureolum supra relatum feminam concurrere actiue ad organizationem, quia concurrat efficienter ad causalitates necessarias ad generationem, & organizationem, non quia immediate organizationem efficiat, quia quando sunt vltimae formae necessariae ad vnum terminum vltimum, agens quod actiue attingit aliquarum illarum dicitur efficienter vltimum terminum tangere actiue, sed id non rectè dicitur tum quia ostensum est feminam immediate concurrere ad foetus organizationem, immo immediatius, quam marem; Tum etiam, quia non respondet Aureolus ad difficultatem quaestionis, dubium enim est, an femina concurrat actiue ad prolis formationem, praeparatio autem materiae, & coctio illius non est prolis formatio.

SECTIO III.

*Sacram Deiparam actiue concurrisse ad Dei hominis generationem; & argumenta in contrarium, nihil efficere.*

665. Infero ex his & dico secundo. Sacra Deipara actiue se habuit in generatione Christi Domini. Haec est contra Theologos primae sententiae, quibus adde Argentinam 3. d. 4. q. 1. art. 2. Sed amplectuntur illam expressè Scotus;

Hurtado.

663. Ficus.

Petr. Garcia

Scotus.

Arist. Suarez.

664.

Bonauent. Gabriel. Ochamus. Maior. Richardus. Suarez. Varro. Palacios. Almainus.

tus 3. d. 4. quaest. vnica: sanctus Bonauentura: ibidem art. 2. quaest. 1. Gabriel quaest. vnica: Ochamus, quaest. vnica: Maior, quaest. 2. Richardus quaest. 3. in conclusione. Franciscus Suarez 2. tom. in 3. part. disput. 10. sect. 2. vbi illam praefert sententiae contrariae, quam tamen ait probabiliter posse defendi, Varro Scoti Magister in 3. dist. 4. quos sequuntur Philosophi, Medici, Anatomici, & Iurisconsulti, quos pro nostra sententia attulimus sect. 2. & fere omnes recentiores Theologi, & Doctores infra adducendi, fuissetque commune Antiquorum placitum aduertit sedulo Palacios 3. dist. 4. disput. 2. §. iam vero, & pro illo Almainum adducit. His adde Iodocum Clitonaum in Damascenum lib. 3. de fide ca. 2. cuius autoritate etiam haec assertio fulcitur, verba attuli, & saepe asseram necessaria ad tertiam assertionem.

666.

Ratio est manifesta, sacra enim Deipara fuit perfectissima Mater Christi Domini, atque adeo debuit habere perfectissimè etiam omnes functiones, quas aliae Matres exercent in generatione naturali filiorum: Quod enim Mater fuerit Dei non minuebat in ea rationem, & causalitatem perfectissimam Matris, sed potius illam augebat, cum ergo aliae feminae actiue efficiant generationem filiorum id denegandum non est sacrae Deiparae, sed concedendum necessario ex principiis, quibus id generaliter explicatur.

667.

Dixi, se habuisse Virginem sanctissimam actiue, sed non addidi effectisse organizationem actiue, quia id habet in Matre excellentissima singularè difficultatem tractandam sequentibus sectionibus, propter Spiritus sancti peculiarem concursum, quo corporis Christi Domini fuit Architectus, & propter quem Christus Dominus singulariter dicitur conceptus, de Spiritu sancto, at cum hac actiuitate, non est impossibilis actiuitas Virginis, vt non rectè colligunt nonnulli.

668.

Sed contra istam conclusionem statim obiicit argumentum, quod efficacissimum existimauit Capreolus 3. d. 4. & merito quidem, quia est Angelici Doctoris 3. p. quaest. 3. a. 4. si sacra Deipara actiue egisset, aliquid in Christi generatione sequeretur esse Patrem illius: consequens est falsum: ergo Virgo beatissima nihil egit actiue; consequentiam probat Thomistarum Princeps: quia Pater est qui concurrat actiue nego sequelam, & ad illius probationem nego antecedens generaliter sumptum, vt sumitur ab arguente; Monstrauimus enim etiam Matrem concurrere actiue ad filij conceptionem etiam supernaturali virtute, & non solum naturali potentia, & beatissimam Virginem non esse Patrem, nec Matrem Christi Domini late probauimus disputatione 1. huius investigationis contra Pozam, & alios, qui etiam actiuitatem Paternalem tribuunt Virgini Beatissimae.

669.

At secundo vrgentius obiicit, sequi & Christum Dominum genitum fuisse ex humano semine, & sacram Deiparam non esse purissimam Virginem: Primum est contra Diuum Augustinum lib. 10. de Genesi ad litteram c. 20. vbi probat Christum non contentum esse in-

Abraham secundum feminealem rationem, sed solum secundum corpulentam substantiam; quam veritatem amplectitur Ecclesia in festo Circumcisionis illis Verbis. *Et procedens homo sine semine.* Quae cum sint negatina aequiualent vniuersali. Et secundum ostenditur, quia illius materiae emissio deintegrat virginitatem propter voluptatem inde sequutam.

670.

Verum haec non sunt robusta. Ad primum dico Augustinum solum intendere Christum Dominum conceptum non esse ex virili semine, feminei autem nullatenus meminit, Verba illius. *Ratio vera conceptionis eius non à semine virili, sed longe aliter desuper venit,* quod etiam confirmat Ecclesia in citato officio, *Magnum hereditatis mysterium templum Dei factum est veterius nesciens virum, & beatissimam Virginem quantum ad hanc partem amulatam esse alias Matres docet Anselmus lib. de Conceptione Virginis, cap. 8. Beda lib. 4. in 1. Ioannis cap. 49.* quos sequuntur Docti Iuniores, & inter illos Suarez citatus vbi supra, qui §. & haec sententia, asserit quod si quis voluerit sentire cum sancto Thoma conceptionem hanc esse absque vlla feminis transmissione perfectam, vbi non mutauit sententiam, vt aliqui notant, sed modum explicuit, quo sententia D. Thomae posset defendi. Patres vero, qui affirmant ex purissimis sanguinibus Virginis formatum corpus Christi Domini, aliam materiam non excludunt, ex vtraque enim confici potuit, & forsitan propter hoc dicitur Deipara magis mater comparata ad alias matres, vel nomine sanguinis aliam materiam intellexerunt, neque id est absurdum, & indecorum, sed decorum satis & conuenientissimum, ne vlli in suspicionem veniret Virginem non esse purissimam. Cauebat id sanctus Bonauentura, qui quaest. illa citata ait, id verum esse, sed non frequenter in ore habendum, id tamen vitari non potest, in tan longa disputatione. Demum hoc sentit Caietanus 2. 2. quaest. illa 154. art. ... qui insignis Angelici Doctoris discipulus. Vnde Hurtado disput. 2. de generatione sect. 5. subsect. 3. anno 67. qui optimè ad hoc argumentum.

Anselm. Beda.

Suarez.

Bonauent.

Caietanus. Hurtado.

671.

Ad secundum assero emissionem illam materiam nullo modo violasse virginitatem, & integritatem Deiparae, quia est opus naturae necessarium omnino, sicut digestio, & coctio illius, atque adeo Virginitatem non violaret; tum etiam quia fieri potuit obumbrante Spiritu sancto sine concupiscentia vlla, aut impulsu; & hoc videor mihi colligere ex Verbis Angeli; *Et virtus altissimi obumbrabit tibi,* quod cateruatim Patres referunt ad ardorem, & concupiscentiam, quae solet esse in alijs matribus, quae vt non sentiretur in Virgine altissimi effectit obumbratio illam refrigerando. Vnde potius videtur ex sententia sanctorum Patrum Virginem sanctissimam illam exhibuisse materiam; sic respondet Suarez citatus, §. sed adhuc facta illa hypotesi. Adderem ego ex vi supernaturalis virtutis, qua Maria Deipara fuit eleuata, nullam ibi fuisse voluptatem, cum enim vi illius Deipara fuerit Virgo perfectissima, non fuit possibile illa supposita aliquid esse in Maria sanctissima quod illius deintegraret virginitatem.

Restat

August.

Scotus;

672.

Restat respondeamus ad argumenta in contrarium. Ad primum constat ex dictis. Diximus enim utrumque parentem emittere semen prolificum, & ex illo generari foetum, unde sicut Pater non est sola causa efficiens filij, sed etiam Mater, non videtur foetus esse adaequate solum in illo, sed necessario etiam in Matre, quae effectiue ad illius generationem concurrat. Ad confirmationem concedo in foemina esse duplicem excretionem, & sanguinis menstrui, & seminis si corruptatur ut mensurus sanguis corrumpitur, hic enim aliquando est purissimus, neque id vllum est inconueniens, sicut inconueniens non est in sententia arguentis duplicem esse excretionem in foemina alteram sanguinis menstrui, alteram illius seminis imperfecti, & non prolifici.

673.

Ex dictis in hac solutione, & latius in secunda conclusione infero non recte sensisse, qui asserunt foeminam, neque de potentia absoluta posse verum, & prolificum semen efficere ut causam principalem, & si illud ut instrumentum efficiant, non futurum semen foemineum, sed virile. Vtrumque est falsum, & non considerate assertum; primum quia id solum est denegandum diuinæ omnipotentiae, quod aut indecentissimum est, aut manifestam inuoluit contradictionem, quorum neutrum inuenitur in efficientia veri seminis respectu foemellae, indecentia enim nulla? Implicatio contradictionis ubi? Quae enim repugnantia, ut eleuata foemina materiam, quam efficit imperfectam naturali potentia, efficiat perfectam, & vigorosam supernaturalem virtute, praecipue cum tantam proportionem habeat ad illam. Secundum etiam est falsum; Cur enim semen illud esset virile, quod neque elaboratur a masculo, neque de illius substantia vlla ratione, neque ad illum pertinens vllomodo. Miror viros doctos his rationibus inclinari; prima consequutio est similis huic, intellectus creati vis, non se extendit ad visionem beatificam secundum propria naturalia, ergo etiam si eleuetur lumine gloriae.

674.

Ad secundum concedo priorem discursum, & nego consequentiam secundam, & ad illius probationem distingo antecedens, foemina ut foemina paritur comparata ad marem in prima generationis actione trāseat antecedens, comparata ad foetum, & ad ipsum marem, seu substantiam illius paritur, nego antecedens; actiue enim concurrat ad formationem foetus, & actiue etiam agit in virilem materiam, ut constat ex sectione 1. & quantum attinet ad primum, negari non potest; & quantum ad secundum ostenditur, quia licet partes crassae foeminae materiae non sint perfectiores partibus crassae materiae masculorum, dubium non est partes subtiliores foemineae seminis esse validiores, & efficaciores propter igneam temperamentum, quod est maxime actiuum, quam partes crassae virilis seminis, unde recte possunt agere in illas, sicut igneae partes virilis seminis agunt in illas propter igneam virtutem, unde constat actiuitas seminis virilis, sed de his, & actiuitate alia quam respectu maris considerant Medici illi sunt consulendi, quia propter Anatomiam in arte periti.

Ad confirmationem concedo antecedens, & nego consequentiam, & ad secundam dico illam nulla ratione etiam valere, si enim haberet aliquam vim probaret etiam virum numquam pati in generatione, quod tamen iam ostendimus esse falsum asserentes partes seminis subtiliores viri agere in partes, quae sine dubio patiuntur, dum in illas introducitur forma foetus, non ergo ex prima operatione actiua deducitur actiuitas perpetua, neque ex prima passione infertur passio perpetua; ergo ratio passiuus, & actiuus non ex primo congressu, sed ex muneribus, & officiis diuersis.

Quod explicatur amplius, & probatur magis nostra Doctrina: contingit in generatione, nunc terminum marem, nunc esse foeminam. Desideratur ratio huius differentiae; illa communis. Vincit semen virile, & egreditur masculus; Vincit semen foemineum & generatur foemina. Tunc sic: ergo in materia foeminea est virtus aliquando vincens virilem virtutem; haec vero non potest esse passiuus: virtus enim passiuus non agit, signum ergo est in materia foeminea etiam ut foeminea est actiuitatem inueniri, quae & resistere possit actiuitati maris, & illam etiam vincere, a fortiori igitur poterit infertur suam actiuitatem exercere; illud vero quod additur solum manet ex diuersis respectibus, & comparationibus maris & foeminae, non enim repugnat sint inter se principium actiuum, & passiuum secundum considerationes diuersas, cum fundamento, & causalitate reali.

Tertium Peripareticorum fundamentum solum ex dictis cum sua confirmatione, Mas, & foemina non sunt causae partiales disparatae, licet vna ab alia virtutem non habeat, sed iuxta rerum naturas, ita inter se connexae, ut neutra possit foetum producere sine alia secundum rerum naturas, quod organa ostendunt. Unde licet foemina sint eiusdem speciei, & crescat illorum alterum valde foetus non generabitur; inde illud ridiculum, quod si maris semen quod valde actiuum est concluderetur in vase aliquo & foueretur addito calore petito iuxta temperamentum prolem enascituram, quantocumque enim crescat actiuitas viri, numquam generabit propter defectum foeminae quam perit necessario ad generationem.

Sed quia non semel diximus in semine esse partes subtiliores, & crassiores ita inter se comparatas, ut primae agant effectiue in secundas, explicanda est difficultas, quam virget Fienus de formatione foetus cap. 6. & ex illo Carranca citatus. Implicat enim in composito esse partes essentielles, quarum vna intendat destructionem alterius: ergo in semine illae partes esse non possunt. Respondeo illas partes esse non essentielles, sed integrantes solum, ac proinde non repugnare, quod priores agant in posteriores, praecipue cum illarum destructio per se ordinetur ad foetus integram generationem, neque id sine exemplo; calor enim naturalis, quandoque per accidens interficit ipsum hominem, & forma ignis suam praeparat materiam, ut in fumum, vel cinerem abeat: spirituales vero, sine ignescentes & subtiliores partes auolare statim ostendit illas non

675.

676.

677.

678.

non esse essentielles, sed integrales solum, quae sine subiecti destructione possunt perire, ut constat in abscissione manus. Adde illas conseruari etiam praecipue ubi semen est vitale, quod mihi euidentissimum, experientia magistra, semen enim deciduum a fericis bombycibus, & in scrinio custoditum Vere iam adueniente, & mori turgentibus gemmis, & folijs erum, enaribus, non solum intra pectus viuendo calore hominis inclusum reuiuiscit, sed etiam sine illo calore vitali, conuiguit enim mihi Murcia semen vidisse in capsula scrinij repositum reuiuiscens, & vermiculos iam iam erumpentes, & quarentes, aut petentes pabulum, permanent ergo illi subtiliores spiritus, & igneae partes, quidquid reclamant alij.

SECTIO IV.

Virtute intrinseca supernaturali Virginem Deiparam actiue effecisse aliquid in Christi Domini conceptione negarunt aliqui scholastici.

679.

Diximus sacram Deiparam eleuata in fuisse ad Christi Domini generationem supernaturalem, & intrinseca virtute; idque e mente Patrum, & scholasticorum probauimus in disputationibus praecedentibus & addidimus concurrisse ad illam actiue, non minus, quam alias Matres ad generationem suorum filiorum, non tamen explicuimus, an efficienter formaerit, & organizaerit Corpus Christi Domini: unde id restat explicandum, an vere sacra Deipara effectiue attigerit illius diuini corporis organizationem, ut foeminae aliae filiorum delineationem, & formationem attingunt, quod habet in B. Virgine peculiarem, & grauissimam difficultatem, eo quod corpus illud formatum sit in instanti, ut docet D. Thomas 3 q. 3. a. 1. estque communis sensus Ecclesiae sanctotum Patrum, & scholasticorum omnium in 3. dist. 4. tametsi Scotus insinuauerit in breuissimis morulis fuisse formatum.

680.

Sed notandum est nullo modo in hac disputatione excludi peculiarem influxum Spiritus sancti in Christi Domini conceptionem, hoc enim esset haereticum; & docuimus iam diuinam Virginem prout dicit illam virtutem supernaturalem respicere Spiritum sanctum, & totam Trinitatem gloriosam, ea ratione quia virtus generatiua foeminea respicit viri virtutem, ita ut nulla ratione posset in actum reduci, & in generationem Christi Domini produci, sine miraculoso, & particulari concursu Spiritus sancti, tanta inter Deiparam, & Spiritum sanctum connexio ex natura illius supernaturalis virtutis, quod est maxime aduertendum: sicut enim influxus formatiuis in quacumque foemina non impedit, quominus vir exerceat circa foetum virtutem formatricem, quam semini inprestitit, sed & vir, & foemina ad formationem concurrunt actiue, ita etiam Virgo beatissima influxum Spiritus sancti non impediret, etiam si ad Christi Domini corpus formandum attineret.

681.

682.

Thomistae

Scotus

Aureolus

683.

Bonaeritae

684.

D. Thomae

Bonaeritae

Scotus

685.

fortiori calefaciente lignum, nullo modo ignis esset causa illius caloris, & si ignis futurus esset pater illius caloris, nullo modo esset pater illius, sine efficientia enim ignis ille calor produceretur. Vnde explicatur magis, & vigeat discursus, quia vt notat Scotus, tenetur actiuitatem matris simul cum actiuitate viri esse omnino necessariam ad generationem naturaliter, aut aliquid quod illius suppleat causalitatem, vt suppleuit in Christi Incarnatione Spiritus sanctus. Minus ergo tribuit Virgini Doctor Seraphicus, quam Doctor Angelicus, aufert enim a Deipara actionem organizantem foetus, quae in aliis Matribus reperitur, quod sine Virginis prauidicio fieri non potest, exempli vero virgae Aaronis, quo vritur Bonauentura facile retorquetur contra ipsum, quia si illa virga futura esset pater illius fructus, quem tulit miraculose, proculdubio pater non esset, quia tamen foecunda prauenta fuit in actione a causa superiori; eadem igitur ratione Virgo sacrata non fuisset Mater Christi, vt sunt aliae Matres suorum filiorum.

Secundo impugnatur haec sententia ratione Diui Thomae vbi supra, quia vnaquaeque res est propter suam operationem; ita vt si illam non exerceat sit omnino superflua, & fere impossibilis: ergo illa virtus superflua est in Virgine sanctissima, atque adeo nulla ratione constituenda. Probat manifeste quia solum in generatione Christi Domini potuit illa virtus habere suam actionem, idque semel omnino; si ergo tunc actionem propriam non habuit superfluit omnino, ad quid ergo collata? Imo in sententia, quam sequimur non fuit beneficium virgini collatum; cum nec naturaliter, nec supernaturaliter ad generationem Christi contulerit vlla ratione, ad quid enim collata illa potentia, cuius exercitium extititum nunquam, & quam praeventurus erat Spiritus sanctus, & tanto tempore antea, id est in ipsa sanctificatione collata, & destinata diuinitus ad tam nobilem generationem.

Confirmatur, quia nulla potest reddi ratio efficax propter quam Spiritus sanctus anreuerterit illius virtutis, & Virginis actiuitatem, cum ex natura sua inclinet in generationem Christi Domini, vt formalis ratio illius; sicut quaelibet potentia inclinatur in suum actum; & alias, ad id etiam destinata sit ab Spiritu sancto. Adde sequi ex hoc violentiam passam esse illam virtutem, quia supponitur praeparata materia aliis actionibus, & in loco generationis constituta; quando ergo sequenti instanti habitura erat suam operationem prauenta, est, & propria actio contra illius inclinationem impedita, quod sine violentia esse non potuit. Nec valet humanitatem Christi non esse violentam, quia terminetur personalitate diuina, & non propria, quia vere terminatur personalitate, quae explet illius inclinationem, & perfectissima est. Virtus vero illa supernaturalis nullam habuit actionem, quae illius explet appetitum, & inclinationem, actio enim producta totaliter ab vno agente, non explet appetitum, & inclinationem alterius; quia non agit prioris actione, & causalitate.

Relicta igitur ista sententia virtutem super-

naturalem non addidisse Virgini potentiam ad Christi generationem, & ad corporis organizationem probat primò Scotus: quia sequeretur sacram Deiparam, non ita per se, & vere egisse in formatione Christi Domini, sicut aliae Matres, illa enim virtus esset accidens per accidens, id est nullo modo debitum naturae ergo si Mater Christi illo solo accidenti fuit cooperata ad organizationem corporis Christi Domini, non ita perfecte egit sicut aliae Matres, non enim ita vere conuenit lapidi disgregare visum, quod conuenit ei per albedinem sicut conuenit ferri in centrum, & deorsum quod conuenit ei per suam naturam, aut per accidens sibi connaturale.

Secundo, vbi non inuenitur alicuius accidentis subiectum, nec accidens illud potest inueniri, sed illius virtutis supernaturalis, nullum est subiectum, ergo illa virtus supernaturalis non potest existere; & ulterius: ergo vt illius sacra Deipara non efficit organizationem corporis Christi; vtraque consequentia est euident, & maior est certa, cum enim inhærentia sit essentia accidentis, vbi est impossibilis inhærentis subiectum, impossibile est accidens, minorem probat Scotus, quia haec virtus non est in voluntate, neque in intellectu Virginis, quae duae potentiae, vt non semel diximus impertinentes sunt ad generationem, & consequenter virtutes resistentes in ipsis; nec resider in potentia vegetatiua, quia mirabile est quod in illa inueniatur virtus supernaturalis.

Tertiò, nulla vis est in natura, quae iuxta sua principia possit cooperari Spiritui sancto operanti in instanti: ergo nec illa virtus supernaturalis: ergo neque Virgo sanctissima per illam virtutem, antecedens est manifestum, quia actio quae est natura sua successiua non potest oriri in instanti ab aliqua virtute creata, quae in operari dependet a loco, & tempore, suppositum vero antecedentis, scilicet formationem corporis Christi factam fuisse virtute Spiritus sancti in instanti est veritas catholica, quam ex Patribus, & scriptura, rationeque Theologica ex principiis fidei, & naturae dilucide monstrat Suarez 2. tom. in 3. p. q. 3. art. 1. disput. 11. & prima consequentia probatur, quia etiam virtus illa est creata, sicut naturalis potentia, si igitur propter limitationem virtutis in natura non est virtus seu potentia organizationis actiua in instanti, neque in virtute supernaturali erit formatiua facultas.

Quartò probat Scotus ex suis principiis: Accidens non potest producere substantiam: ergo neque illa virtus supernaturalis organizare corpus Christi: Dices negandum esse antecedens, & praeterea virtutem illam Virgini collatam fuisse ad hanc actionem mirabilem, & constitutam in potentia vegetatiua. Sed contra, quia virtus vegetatiua non potuit fieri intensior additione illius virtutis, etiam si Deiparae sit intrinseca, & praeterea tunc fuisset plusquam Mater, quam consequentiam ex sancto Thoma 3. p. q. 2. art. 4. corp. sumit Capreolus, quem supra citauimus.

Quintò probat B. Virgo naturali virtute, quae remissa est ad tam inuistratum effectum, non

Scotus.

688.

692. Aureolus.

689.

Suarez.

690. Scotus.

S. Thomas.

691.

non potuit concurrere ad organizationem corporis Christi Domini: ergo neque per illam virtutem superadditam. Antecedens est manifestum, & consequentia probatur, quia forma magis, & minus intensa eodem modo comparantur ad suam actionem quantum attinet ad agendum instantaneè, vel successiue, poterit enim intensio producere perfectiorem effectum, sed non in instanti: si minus intensa id non potest; quod & in calore, & in luce est clarissimum, sex enim, aut octo gradus caloris, nunquam producent in instanti calorem, etsi illum perfectiorem producant, quam quatuor gradus, & lux perfectior, & minus perfectior aequaliter in instanti lucem producant, tamen si vna perfectiorem lucem producat, quam altera.

Sextò argumentatur Aureolus ad eandem sententiam probandam ratione quae potest ad hanc formam reduci, si Deipara sacra actiue attigisset organizationem corporis Christi Domini, aut id fuit non agendo in materiam, aut in materiam nudam, & expoliatam, aut in materiam informatam iam forma feminis; sed nullo ex his modis potuit concurrere: ergo non attigit actiue formationem corporis Christi. Consequentia est euident, & maior probatur, quia non potest fingi alius modus concurrenti ad illum effectum. Minor vero in qua est difficultas probatur quoad primam partem, quia iam illa actio esset creatio, creatura autem, neque instrumentaliter concurrat ad creationem: & quoad secundam ostenditur, quia nullum agens efficit in materiam nudam & spoliatam, quia nullum agens inuenit materiam nudam, & spoliatam, sed cum forma, & dispositionibus necessariis ad illius conseruationem: Quoad tertiam vero partem, probatur eadem minor, potentia naturalis agentis nunquam agit immediatè nisi ad ea ad quae materia est in potentia naturali immediatè, sed materia feminis non est immediatè in potentia ad organizationem: ergo Virgo non potuit concurrere actiue ad illam organizationem. Hoc argumentum, maiorem habet vim contra sententiam Scoti, quam inferius referemus, sed quia etiam destruit causalitatem supernaturalem ideo hic a nobis proponitur.

Septimò probatur eadem negatiua sententia, si sacra Deipara actiue per illam virtutem supernaturalem concurrerent ad organizationem corporis filij, sequeretur actionem illam fuisse supernaturalem secundum substantiam; consequens est falsum; ergo & antecedens, sequela probatur, quia ideo visio beatifica est supernaturalis secundum substantiam quia procedit a principio supernaturali secundum substantiam, scilicet a lumine Gloriam, virtus vero secundum quam dicitur agere benedicta Maria est supernaturalis secundum substantiam, falsitas autem consequentis probatur primò; quia iam Maria sanctissima non esset naturalis Christi Mater, non enim produxisset filium sicut, & aliae Matres. Secundo, & vrgentius quia actio supernaturalis secundum substantiam respicit terminum supernaturalem; organizatio autè non est terminus supernaturalis, nec alius terminus potest assignari illius actionis.

Octauò probatur: materia exhibita a B. Virgi-

ne non potest concurrere ad organizationem corporis Christi; ergo neque Virgo sanctissima, consequentia probatur, quia eatenus vit concurrat actiue ad formationem foetus, quatenus semen concurrat ad illam per virtutem, quam illi imprimit generans; & antecedens validè ostenditur, quia si concurrerit, aut id esset per naturalem virtutem quam in se habet, aut per superadditam, & supernaturalem virtutem, & vtrumque est impossibile, ergo & quod semen organizationem actiue procuret Minor quoad primam partem probatur, quia virtus naturalis non se extendit ad instantaneam illam actionem: & quoad secundam, quia si superaddita fuit semini virtus supernaturalis actiua, aut fuit immediatè communicata ab Spiritu sancto, & sic erit eiusdem rationis, ac illa quae reperitur in Virgine sanctissima, quod quam sit absurdum, & indecorum ille solum attendet qui considerauerit, quanta dicta, & dicenda de virtute supernaturali indita Virgini, aut fuit communicata semini a B. Virgine, & sic fiet illam virtutem supernaturalem esse secundum sua principia productiuam alterius similis in specie, quod est impossibile, gratia enim non producit gratiam, nec lumen gloriae alterum lumen.

SECTIO V.

Notationes pro affirmatiua sententia.

Mihi consideranti excellentissimam sacrae Deiparae dignitatem, & plenitudinem gratiae participationemque generatiuae potentiae Patris, quam in illa probauimus inueniri, semper summo opere placuit, ex quo cogitatio haec venit in mentem, virtute illa supernaturali gloriosissimam Matrem actiue attigisse generationem Christi Domini, qua generatio est, & formationem, & organizationem partium corporis Christi, hancque esse summam gloriam Virginis Matris, ita Deum genuisse in humana natura, vt simul cum Spiritu sancto architectata fuerit corpus Dominicum; neque dedignatum supremum numen illius in hac formatione consortium quam elegit veram & substantialem Matrem secundae sanctissimae Trinitatis personae. Res aliquibus visa recens omnino; sed quid mirum Maria Mare gratiarum, & vt rectè dixit Damascenus oratione de fidelibus defunctis. *Plerumque enim vsuuenit, vt quod homines adulta aetate fugit, hoc puer inueniat, & quod eruditos praeteritis indoctis in mentem veniat, & quod Magistros sefellit discipulis occurrat.* Ego vero nec ita nihil adinuenio, spicas relictas colligo, & quae veneranda antiquitas asseruit in gloriam Virginis cum recentioribus doctissimus rursus desidero post tenebras spectare lucem.

Ad huius ergo veritatis replicationem suppono primo non implicare potentia Dei assoluta virtutem actiuam supernaturalem formatiuam corporis Christi Domini. Ita opinatur sanctus Bonauentura saepe citatus, & meo iudicio negari vlla ratione potest, primo quia maior distantia est inter foeminam, & Deum generandum ab illa, quam inter foeminam generantem,

695.

Damascen.

696.

Bonauent.

nerantem, & virtutem formatiuam corporis, quod Deus assumpsit; qua distantia non ob- stante, virtute supernaturali, & diuina fa- ctum est, vt femina fuerit Dei genitrix sub- stantialiter, cur ergo repugnet feminam concurrere ad formationem corporis illius in quo Deus apparuit, inter feminam enim, & Deum nulla proportio at inter feminam, & organizationem proportio magna, naturaliter enim organizat corpora filiorum idque sine villo miraculo, vnde colligitur ex parte organiza- tionis, vt præscindit ab instantanea, & succes- siua nullam esse repugnantiam in Virgine.

Secundò eandem veritatem ostendo, quia illa forma organica non creatur, sed educi- tur de potentia subiecti, non ergo implicat quod virtute creata educatur, ac proinde ne- que implicabit virtus eductiua illius de po- tentia subiecti. Probo consequentiam, quia resistentiã, quæ reperitur in semine vt tran- seat ad formam organicam subito, & propter quam requirit diuersas transmutationes, quæ antecedunt generationem non est infinita, si enim infinita esset, nec longissima successio- ne, & successiua actiuitate posset superari, infi- nitum enim impertransibile est. Ex quo fieri posse videtur possibile esse aliquam virtutem, quæ vincat illam resistentiã, & coniungat illa extrema non infinite distantia, cum sup- ponatur materia ex qua educenda est illa for- ma organica, quod in creatione non reperitur, vbi inter ens, & non ens est infinita distantia, quam non potest pertransire agens finitæ vir- tutis, & præterea non inuenitur materia circa quam operetur agens limitatum, ex quibus duobus infertur creaturam nullo modo posse creare, neque producere aliquid ex nihilo. Sumo hæc ex Maiori 3. d. 4. quæst. 2.

Vlterius id explico, quia transmutationes, quæ antecedunt organizationem, non ita per se necessariae sunt ad illam, & ad generatio- nem substantialem vt in illis formaliter, & per se organizatio consistat, sunt enim præ- uia, & antecedentes solum ad illas actiones, & vt constat intermediæ ad primum actum generationis, & ad illam sumptam formaliter, potest ergo Deus, qui hanc legem statuit illas intermedias transmutationes omittere, quæ non destruant rationem generationis si absint, & illis non vti pro sua voluntate, & potentia absoluta, quæ legibus naturalibus non est al- ligata, vt rectè vidit Scotus citatus quæst. illa vnica, qui absolute concedit ex hoc principio Virginem actiue attigisse formationem cor- poris Christi, licet abnuat concedere id acci- disse supernaturali virtute; existimat enim ad hoc intermediis actionibus sublati natura- lem virtutem sufficere, quod impugnabat Aureolus ratione 6. adducta sectione 4. Verba hæc Scoti §. ad postremum applicando. *Ad- huc dico quod beata Virgo potuit cooperari Spi- ritui sancto in ista actione instantanea, & quan- tum ad formam substantialem istius termini, & quantum ad ubi, & ad figuram & densita- tem, licet subito inductas.* Quam doctrinam repetit Gabriel Distinct. illa 4. quæst. vnica in explicatione conclusionis secundæ, licet asse- rat id contigisse supernaturali virtute intrin-

Secutus. Aureolus. Gabriel.

seca Virgini, Deus verò in Christi Domini incarnatione illis transmutationibus vsus non fuit, ac proinde organizatio facta est in in- stanti; ex quibus colligitur non repugnare virtutem supernaturalem actiuam, quæ illam formam in subiectum inducat, non successiue, sed in instanti.

Eandem rem magis declaro, quia etsi or- ganizatio petat ex propria rei natura fieri suc- cessiue, etiamsi omnes corporis partes semel incipiant formari, quia non omnes simul promoueantur, cum enim magna sit partium tum in dignitate, tum in facultatum robore varietas, fieri omnino nequit, vt gu- bernatrix omnium natura, omnes æquè pro- moueat, vt rectè notauit Fernelius lib. 7. Phy- siologiæ cap. 10. non est contra rationem or- ganizationis, quod forma producta fiat in instanti, ratio est manifesta, quia ita conti- git in Christi Domini conceptione, vbi tota, & integra forma organica subito est pro- ducta, & sine vlla successione inducta, quod doctè explicat Suárez 3. p. tom. 2. disputatio- ne 11. qui necessario videndus, non ergo re- pugnat virtus supernaturalis creata, quæ hoc modo formæ organice introductionem attingat. Adde fortassis hoc modo Angelos in vl- tima die curaturos corporum resurrectionem, de quo inferius forte redibit sermo.

Suppono secundò non esse contra essen- tiam motus localis, quod fiat sine transitu per medium, atque adeo in instanti, & non successiue; ita opinantur scholastici omnes qui ad 1. part. quæst. 53. art. 2. & 3. existimant Angelum posse moueri de loco ad locum non pertransito medio. Ratio est, quia essentia motus localis consistit in hoc, quod sit tran- situs de loco ad locum respectu alicuius sub- iecti, sed hoc totum potest intelligi, sine eo quod intelligatur transitus per medium, ergo essentia motus localis potest intelligi sine transitu per medium. Consequentia est le- gitima, & Maior est Aristotelis, qui lib. 5. physicorum textu 3. dixit omnem motum esse ex quodam in quoddam, scilicet transitum ex termino à quo recedit mobile ad termi- num ad quem accedit, inde inferius admo- tum tria veluti substantialia poscit, & subie- ctum quod transit, & terminum à quo recedit, & tandem terminum ad quem accedit sine his enim non potest intelligi motus, vt & ipsum nomen transmutationis indicat, vt as- serit Aristoteles, transitus ergo ex quodam in quoddam est tota ratio motus: & vlterius ergo transitus de loco ad locum est tota ratio motus localis, vltima consequentia constat quia om- nis ratio generica contrahitur per suam diffe- rentiam, vnde ratio illa de loco ad locum ad- dita ratione transitus constituit motum loca- lem in propria essentia.

Hoc autem totum intelligi posse sine tran- situ per medium facile colligitur ex eo, quod cum certissimum sit apud omnes Angelum posse moueri localiter; vertitur tamen in du- bium an possit noueri in instanti, an possit mo- ueri continuè, & an transeundo per medium, vel non transeundo, quod signum certissimum est nullam ex his differentiam per se pertinere ad

699.

Fernelius.

Suarez.

700.

Arist.

701.

ad motum localem sumptum præcisè, sed illius rationem esse superiorem ad illas, si enim quis asserat se ab vno loco Hispali scilicet, in alterum Cordubam scilicet transisse mente concipitur locum mutasse, quin necessarium sit intelligere an per medium, an sine medio, an successiue, an in instanti illuc peruenerit, vt manifestè constat consideranti.

Tota verò difficultas circa rem hanc in motu Angelorum sine transitu per medium consistit in eo quod mente concipi non potest; qua ratione Angelus, vel corporeum aliquod subie- ctum relinquat, vel locum in quo est, & ad al- terum peruenerit, quin transeat per spatium medium inter vtrumque terminum, hoc enim fugit ipsam imaginationem, & capi non potest, vt inquit sanctus Bonauentura, si ergo es- sent aliqua exempla id aliquo modo rem de- monstrantia forsitan capi posset, & nullum meo iudicio aptius est, quam quod sumitur ex Eu- charistia sanctissima, vbi aut producit de nouo corpus Christi Domini, aut adducitur secundum diuersas Angelici Doctoris & Scoti sententias, & quidem in instanti, & non tran- seundo per medium, nec relinquo cælum constituitur sub speciebus Sacramentalibus; medio non pertransito, si enim denud produ- citur, vt asserit Vano, ex sententia D. Thomæ, cõsequenter secundario producitur vbi, quo fit præfens speciebus, & hoc sine transitu vilo per medium, si vero solum adducitur, etiam fit præfens per vbi Eucharisticum, idque in vlti- mo instanti prolationis verborum, ita vt verum sit dicere, nunc est corpus Christi in Euchari- stia, & immediate antea non erat, idque sine transitu per medium; Vide Stephanum Buba- lum, de Angelis ad q. 53. 1. p. Angelici Doctoris a. 2. quæst. vnica, difficult. 2. §. 5. qui hæc tractat eruditè & copiosè, & Albertinum quæst. 16. Theologica ex primo principio Theologico in 16. corollarium, disput. 2. §. afferuntur post primam assertionem, qui asserit exemplum de corpore replicato, & anima rationali.

702.

Bonauent.

D. Thom.

Bubal.

Albertinus.

703.

704.

Ex hoc infero, & suppono tertio non im- plicare contradictionem quod organizatio, & si petat motum localem possit fieri in instanti, quod supra insinuauimus, & necessario conce- dendum est propter incarnationem Christi Domini, & illius corporis instantaneam for- mationem. Ratio est manifesta, quia si propter aliquam rationem implicaret organizatio in- stantanea, vel ideo esset, quia petat necessario motum localem, cum enim materia factus sit condensanda, partesque formandæ diuersæ vt ossa, cartilagines, &c. id nulla ratione potest fieri sine motu locali, sed ostensum est motum localem posse esse sine successione vlla, atque adeo in instanti: ergo organizatio potest fieri in instanti.

Dices hoc argumento optimè probari Deum posse in instanti organizare corpus Christi, & de facto ita formasse, infinito enim agenti nul- la est resistentiã, sed non probari possibilem esse creatam virtutem, quæ cogendo, & coo- perando Spiritui sancto illam operetur orga- nizationem, hoc enim repugnat agenti corpo- reo, vt monstrat illius natura, de ratione enim causæ principalis actiue corporalis est quod

agat in tempore, nec potest agere in instanti; dependet enim in sua operatione à loco, & tempore; vnde sicut non potest agere nisi ex- tendatur in loco, ita etiam non potest agere nisi extendatur in tempore, operari enim se- quitur esse, & modus operandi modum essen- di, quare si Deus potentia sua auferret à dispo- sitionibus necessariis ad generationem natura- lem resistentiã actualem, adhuc beatissima Virgo non posset producere organizationem, quia impediretur ab intrinseca natura agentis corporei, quod petit operari in tempore, & non potest operari in instanti.

Ad hæc ratio infirma est, & ad hominem po- test contra illam concludi: Infirma, quia etsi agens corporeum non contineat hunc modum operandi in instanti ex propria natura poterit communicari illi virtus supernaturalis quæ il- lum contineat, operatio enim instantanea cor- pori non repugnat, alias illuminatio aëris à Sole non fieret in instanti, quod est contra om- nium sententiã, nec generatio substantialis fieret subito, & instantaneè, vt ab alteratione distinguitur, quod tamen omnes fatentur, & in vnione animæ rationalis ad corpus est ma- nifestum, quamuis enim applicatio agentis ad passum sit successiua, & indigeat motu locali continuo facta applicatione nulla successio re- quiritur, & hoc voluit Angelicus Doctor, quando sapienter & philosophicè dixit, 3. a. 3. q. 5. a. 2. ad 4. quod omnis mutatio instantaneæ facta ab agentibus corporeis est terminus alicuius motus localis, addo etiam succes- sui, non vero voluit illuminationem, atque adeo productionem lucis non esse instantaneam, etiamsi proficiatur ab agente corporeo, & actione corporea.

Deinde ad hominè potest contra illam obi- ci, quia in motu attractionis sanguinis, quo B. Virgo collocavit sanguinem purissimum, & fetus materiam in loco conuenienti genera- tionis vt fatetur auctor huius difficultatis, du- plex actio potest considerari, prima est produ- ctio qualitatis attractiue, vt constat in magne- te, dum attrahit ferrum; secunda est motus lo- calis attracti vitali modo, & de prima asserit fieri in instanti. Ex quo sic argumentor. Virgo sanctissima impressit sanguini purissimo qua- litatem attractiuam illum impellentem ad lo- cum generationis subito, & in instanti, sine successione vlla, & hoc operans in corpore, & modo corporeo; ergo actio agentis corporei, & corporeo modo operantis potest esse instanta- nea: ergo ex hoc capite non repugnat virtus supernaturalis effectiua organizationis Christi Domini in instanti. Quod si dicas esse qualita- tes aliquas, quæ non habent contrarium, & ideo produci posse in instanti, vt producit lux: statim occorro, ergo ex resistentiã sumitur con- tinuitas, & successio motus, atque adeo ex cõtrarietate, & non ex ratione agētis corporei.

Obiicies etiam contra formationem corpo- ris Christi Domini instantaneam ex virtute creata, fieri non potest, vt mobile quiescens vna hora verbi gratia moueatur in instanti: ergo partes corporis organici non possunt mo- ueri in instanti; ergo nec organizatio potest esse instantanea, Vtraque consequentia liquet,

L 3 & ante

705.

D. Angelic.

706.

707.

D.Thom.

& antecedens est Diui Thomæ, quæst. 1. part. quæst. 5. art. 3. cap. hac ratione probat Angelum non posse moueri in instanti, quia quiescere est nunc, & prius eodem modo se habere; vnde quis necessariò debet durare etiam in vltimo instanti illius temporis, alias alio diuerso modo se haberet nunc, quam antea, quod est contra rationem quieris, consequitur ergo motum Angeli, vel etiam mobilis corporei non posse esse in instanti, duo enim instantia immediata non possunt dari, atque adeo motus necessariò est successiuus: cum igitur sanguis ille Virgineus quiescerit toto tempore antecedente organizationem, necessariò in vltimo instanti quiescit, atque adeo organizatio non potest esse instanti.

708.

Caietan. Decanus.

Hoc argumentum difficile est in Diui Thomæ sententia, sicut etiam illa est difficilis. de quo multa Caietan. & Decanus Salmanticensis 1. part. quæst. 5. art. 3. quæst. 2. & vterque docet conclusionem Diui Thomæ non tenere ratione formæ, sed ratione materiæ, non enim valet in simili forma in hominis desitione, quæ est per primum sui non esse, ita vt verum sit dicere. Nunc non est homo, & immediatè antea erat, non est ergo necessum, quod illud quod quiescit toto tempore antecedente aliquod instans, quiescat in instanti terminatiuo illius temporis; potest enim moueri, vt ratio conuincit, Hoc in Angelis explicat Bupalus, qui ingeniosè explicat Angelicum Doctorem, in cuius sententia Magister Cumel docet conclusionem 2. Angelum in vnico instanti posse deserere cælum, & succedere in loco, quem antea non habebat.

709.

Sed ego ad argumentum quantum atinet ad organizationem Respondeo, transeat antecedens, & nego consequentiam, ratio est, quia licet verum esset antecedens in mobili verè quiescente toto tempore antecedenti, atque adeo in vltimo instanti temporis, adhuc negari non potest, quod si moueatur ante illud instans, vt potest fieri successiuè, non possit moueri in illo instanti sequenti, quia quies non præcessit, vnde existimant multi Theologi Angelum qui motu continuo mouebatur posse moueri instantaneè in vltimo momento illius temporis: Assero ergo ita posse contingere in formatione partium corporis Christi Domini, sanguis enim purissimus Deiparæ morus fuit successiuè, licet breuissimè ad locum generationis, & sine eo quod quiescerit in vltimo instanti temporis illius potuit esse sub alia forma organica scilicet in instanti, atque adeo moueri de vna forma in aliam non successiuè, & sine eo quod duo instantia succedant sibi immediatè. Quod valde confirmatur exemplo Angeli, qui cum successiuè moueatur tempore determinato Verbi causa vnus horæ à termino à quo, ad terminum ad quem, in eodem instanti potest deserere terminum à quo, & constitui in termino ad quem estque hoc maximè considerandum ad defendendam organizationem instantaneam etiam vt comparatur ad virtutem increatam.

SECTIO VI.

Sacra Deipara virtute Supernaturali actiuè concurrat cum Spiritu sancto ad formationem corporis Christi Domini.

His necessariò præmissis dico iam tertio concursus supernaturalis, & diuinus, quo Spiritus sanctus formauit, & organizauit partes Christi corporis in instanti, & propter quem dicitur conceptus de Spiritu sancto non necessariò excludit cooperationem Deiparæ ad illius corporis organizationem actiuam atque adeo illo stante potuit Virgo beatissima concurrere actiuè ad illam, & de facto concurrere, & cooperata est Spiritui sancto in Filij Dei & hominis conceptione. Assertio vnum supponit, & asserit duo. Supponit Conceptionem Christi, & organizationem corporis illius factam fuisse virtute Spiritus sancti, quod est Catholicum dogma, & asserit tum potuisse Deiparam virtute illa supernaturali ad organizationem concurrere actiuè, tum illam virtutem non fuisse superfluum, sed vi illius Deiparam actiuè attrigisse Christi Domini conceptionem.

Suppositum assertionis quantum ad primam partem scilicet organizationem corporis Christi Domini factam esse virtute Spiritus sancti, est certa secundum fidem & eam ostendit ex Patribus, & scriptura S. Thomas 3. p. q. 3. a. 1. quem explicat Suarez 2. tomo in 3. part. q. 33. disp. 11. neque in illius probatione immorandum: Quoad secundam vero scilicet factam fuisse in instanti, & non per morulas etiam breuissimas, vt insinuarunt Aureolus, & Scotus, ita est certum, vt Suarez existimet oppositum esse manifestum errorem; id omnes fatentur, & nouissimè Baptista Nouatus de excellentia Virginis, tom. 1. c. 7. q. 34. qui rectè probat motum localem posse esse instantaneum distinguque à mutatione instantanea, non in eo quod habeat successionem partium, sed in eo quod possit illam habere, quod in instantanea ratione non inuenitur.

Assertionem quoad primam partem docuit Bonauentura 3. dist. 4. pat. 2. art. 3. quæst. 1. Vbi hæc scribit. Et propterea melius sentire videntur qui dicunt quod beata Virgo habuit virtutem sibi diuinitus datam, per quam administraret materiam illi conceptui, materiam, inquam, que non solum habuit rationem potentia passiuæ, sed etiam sufficientiam & virtutem ad prolis productionem. In quo dissentit à sancti Thomæ sententia; & quoad vtramque partem illam sequuntur Varro Scoti Magister 3. d. 4. quæst. 13. Gabriel quæst. vnica, qui in explicatione secundæ conclusionis ita disertè. Ex quo patet quod per virtutem supernaturalem Virgo Maria perfectius operabatur ad formationem corporis Christi, quam alia Mater naturalis ad prolem suam, quare verius competit Mariæ Maternitatis ratio, quam cuique alteri Matri respectu prolis suæ. Ochamus ibidem quæst. 3. art. 2. principali, vbi cum dixisset sacram Deiparam operatam fuisse in formatione Christi corporis administrando materiam, sanguinem scilicet, & alia

710.

711.

S. Thomas Suarez.

Nouatus.

712. Bonauent.

Varro. Gabriel.

Ocham.

Ocham.

alia huiusmodi ex quibus formabatur corpus Christi, ita scribit. Tertio fuit ibi inductio forme substantialis naturalis (organicæ videlicet) & respectu istius operabatur Virgo cum Spiritu sancto tamquam vnica causa totalis, quia illa educitur de potentia materiæ, & ideo respectu huius potuit habere Beata Virgo actiuitatem, sicut respectu inductionis alterius forme habet alia Mater. ad stipulat. Richardus, qui 3. d. 4. quæst. 2. ponit hanc conclusionem. Beata Virgo per virtutem sibi calius datam cooperata est in formatione corporis Christi Filij eius. Maior ibidem: quæst. 2. 3. qui vt assertionem suam ostendat fuisse probat. Creaturam posse operari in instanti & sacram Deiparam ad formandum Christi corpus adiutam esse infinito auxilio. Clitovæus, qui ad librum. 3. cap. 2. Damasceni de fide orthodoxa integram assertionem his verbis complectitur. Virumque scilicet longe supra naturæ vires erat, & quod Dei Verbum verumque Deum in purissimo uteri sui thalamo susciperet; Et quod filium ex vera sui corporis substantia formatum expertori conciperet. Sed cum ambo cælestia bona Spiritus sanctus adueniens ei attulerit rectè superuenisse in eam dicitur ob nouos suæ immensæ virtutis effectus, quos in ea tum operatus est. Deinde virtus altissimi (inquit littera Damasceni) scilicet Filius Dei, qui à Beato Paulo dicitur virtus, & sapientia obumbravit ei, veluti diuinum semen; Quod postremum ea ratione dictum putatur, quia quemadmodum virtus hominis feminaria ad propagationem naturalis lege complendam ad miniculum præstat efformandique fœtus suggerit virtutem, ita, & in hoc conceptu virginali supra omnem naturæ legem peractò, filius Dei candidissimæ, Virgini, vim effigiandi sibi sacratissimi corporis ex eiusdem sacrosanctæ Matris suæ præbuit, quin imò corpus purissimum suæ maiestati diuina virtute condidit, ædificauitque sapientia sibi domum, &c.

Richardus.

Maior.

Clitovæus.

714.

Canisius.

Palacios.

715.

Quibus verbis autem sine dubio non solum affirmat Clitovæus spiritum sanctum, & Virginem Deiparam concurrisse ad organizationem corporis Christi Domini, sed etiam explicat Damascenum magis ad illius mentem verissimam accedens, quam vllus alius scholasticorum, quos ego viderim; Quod testimonium magnificandum, quia vir doctissimus & Damasceni fidus interpret in nostra videtur verba iurasse, sicut & Canisius, qui lib. 3. de laudibus Virginis cap. 13. pag. 252. columna 1. virtutem supernaturalem in Deipara ad Christi corpus formandum concedit his verbis. (Quæ loquitur de Maria sanctissima) Spiritu sancto peculiariter cooperante naturalem simul, & supernaturalem virtutem habuit ad Christi Domini corpus non modo formandum sed in suo utero nouem menses conseruandum, &c. Et tandem sententiarum esse communem antiquorum scholasticorum affirmat Palacios 3. dist. 4. disput. 2. §. iam verò.

Et ex recentioribus illam non solum insinuat, sed etiam promouet, & defendit, vt valde probabilem Doctissimus Franciscus Suarez 2. tomo in 3. quæst. 32. art. 4. disput. 10. sect. 2. atque supposita Galeni sententia de fœminæ actiuitate esse multum verissimilem,

& non alienam à modo loquendi sanctorum Patrum; idque confirmat, quia negari non potest perfectiori modo Deiparam futuram Matrem si non solum effectiue ministrat materiam, sed etiam formet fœtum; indeque futuram perfectiorem relationem Matris; inde etiam infert non priuandam virginem sanctissimam perfectissima ratione, & relatione Matris, est Conimbric. lib. 1. de generatione cap. 4. quæst. 14. art. 2. qui expresse asserunt virtutè altissimi excitatam facultatem vitalem Virginis. Ad delineandum, efformandumque pro sua parte corpus Christi. Vbi necessariò concedunt supernaturalem virtutem distinctam à facultate vitali; Baptista Nouatus lib. de excellentia Virginis cap. 7. quæst. 17. conclus. 1. & 2. Petrus Vuadingus de incarnatione disput. 4. dubio 11. num. 137. tenet expresse Hurr. disput. 2. sect. 6. dum asserit Beatissimam Virginem immediate concurrisse ad formationem corporis Christi, adiunctis illis quæ attulit sect. 5. à num. 65. de vera efficientia materiæ, quam exhibuit Deipara sacra in Christi Domini conceptione eandem etiam sententiam valide & ingeniose explicat Episcopus Almeriensis, de Christo, aut verbo incarnato multis in locis, sed præcipue Academia 11. sect. 2. asseritque in illius confirmationem testimonium Alberti Magni, quod inferius laudabimus, & explicabimus.

Sequuntur tandem hanc nostram sententiam quicumque affirmant fœminas concurrere actiue ad formationem fœtus, quos attulimus in hac disput. sect. 2. vnde pio illa à fortiori adducendus est Scotus sæpe citatus, qui licet neget virtutem supernaturalem ad hanc actiuitatem, concedit tamen virginem sanctissimam formasse corpus Christi Domini in instanti, & in fine illius §. potest dici. explicans Damascenum ait. Quod sicut natura ad quam, vt ad formalem terminum erat illa generatio, tantum erat in potentia obedientialis, vt vniretur verbo, ita illa Mater tantum habuit potentiam obedientialem, vt esset Mater Verbi, quia Verbum subsistebat in natura sibi vnita. Quod si obedientialis potentia completur ad actiuitatem per virtutem supernaturalem saltem ordinaria potentia, aliquo modo concedit Scotus supernaturalem virtutem, quam negat contra Varronem; Scotum sequuntur omnes illius discipuli & meo iudicio negabit nullus virtute supernaturali attrigisse Deiparam illam formationem instantaneam, si semel admiserit illius efficientiam ad organizationem, quia certissimum est natiua virtute eam attingere non potuisse.

Vt vero quoad vtramque partem probetur assertio auctoritate Patrum, & ratione aduertendum est id quod sæpe insinuauimus in omni sententia hæc tria se consequenter habere in fœmina sicut in viro. Primum virum semen emittere prolificum, & efficacem ad generationem. Secundum actiuè concurrere. Tertium corporis filij organizatio. Vnde qui semel concedit semen mulieris esse verum prolificum, & necessarium ad fœtum formandum necessariò debet concedere, & habere actiuam virtutem in generatione, & effectiue

Nouatus. Vuadingus.

Episc.

Almeriens. Albertus. Magous.

716.

Scotus.

717.

concurrere ad partium formationem, propterea communiter reicitur Caietanus; qui cum asseruisset feminas emittere verum, & prolificum semen negauit illas actiue ad generationem concurrere, vt supra attigimus, inde (vt feneel id dictum) qui Patres concedunt Virgini aut verum semen aut virtutem actiuam consequenter docent effecisse simul cum spiritu sancto corpus Christi Domini, & illud tamquam causam minus principalem organizasse.

78. Damascen.

Præbatur ergo conclusio tertia, auctoritate Patrum. Primus sit sanctus Damascenus qui lib. 3. de fide orthodoxa cap. 2. expressis verbis illam asseruit, ita scribens. *Quocirca post sanctæ Virginis assensum iuxta Domini sermonem ab Angelo perlatum, Spiritus sanctus in eam superuenit, lustrans eam, vniue ei, tum ad suscipiendam verbi Deitatem, tum ad gignendum suppeditans.* Quæ verba adeo sunt efficacia ad probandam virginis sanctissimæ supernaturalem actiuitatem, vt post Magistrum in 3. d. 4. & S. Thomas 3. p. quæst. 32. omnes scholastici illa attulerint, & laudauerint ad hanc veritatem confirmandam, tamen Doctores oppositæ sententiæ, illa vel enuerunt, vel explicare contendunt. Principio enim Doctor Angelicus cum absolute concedat virtutem illam susceptiuam, & generatiuam fuisse miraculosas, illasque explicuerit, negat esse actiuam illam generatiuam potentiam, sed solum passiuam, vt in aliis feminis reperitur, sed imprimis impropria loquutio esset potentiam; passiuam vocare vim generatiuam, Hic enim terminus (vis) efficientiam sonat, & actiuitatem iuxta communem modum loquendi Philosophorum, & Theologorum; Secundo nullum est Verbum in Damasceno ex quo argui posset, illam potentiam generatiuam esse solum passiuam, neque id colligit Doctor Angelicus ex verbis Damasceni, sed cum illis vrgeatur valde sententia negatiua quam astruit de virginis sanctissimæ actiuo concursu illa eo modo explicat, sed cum probatum fuerit hactenus virginem sanctissimam actiue se gessisse in Filij conceptione, nos addere possumus, vim generatiuam actiuam sicut in aliis feminis.

719. Medina. Palacios.

Præterea Batholomæus Medina 3 p. 37. art. 4. & Palacios supracitatus affirmant quod sili-brasset Scotus verba sequentia in Damasceno, actiuam virtutem ad formationem fetus non concessurum, ita enim scribit immediate ad verba, quæ attulimus. *Et construxit sibi carnem animatam ex castis, & purissimis sanguinibus.* Et erat sermo de diuina virtute, & sapientia; vnde videtur constare non tribuisse Damascenum virtutem actiuam. Sed facile occurrit Scotum etiam Angelicum Doctorem, librasse recte Damasceni verba, neque ad soluendum argumentum ex illius auctoritate vsum fuisse hac solutione, tamen vidisset verba, quæ ponderat, Medina, sed solutione quam proposuimus, quia sciebat operationem Spiritus sancti non excludere operationem actiuam Virginis, si in illius, & Aristotelis sententia femina concurreret actiue, vnde 3. p. quæst. 32. art. 4. vt probet virginem sanctissimam non concurrere actiue in conceptione Christi

Domini, non vrgetur argumento desumpto ex auctoritate Spiritus sancti.

720. Marcellus.

Tertio responder Marcellus 3. d. 4. quæst. 5. art. 2. Damascenum illis verbis, solum voluisse asserere spiritum sanctum dedisse virgini sanctissimæ virtutem susceptiuam, & generatiuam ad formationem lactis, quo filius Diuinus in natura assumpta erat nutriendus; sed hæc est manifesta fuga, ad hoc enim significandum necessarium non erat vt illis terminis, quibus vtitur Damascenus, neque aliquis ad significandam vim formatiuam lactis illis vteretur: adde hanc explicationem nullatenus cadere posse in illa verba, ad suscipiendam verbi Deitatem, neque conficere lac est generare; sed filij iam geniti nutrimentum efficere. Relinquitur ergo ex Damasceni sententia Virginem Diuam cooperatam fuisse spiritui sancto in generatione Christi, & ad hoc accepisse supernaturalem virtutem generatiuam.

721. Athanasius.

Secundus sit Sanctus Athanasius, qui homilia de Deipara explicans illa verba. *Spiritus sanctus superueniet in te.* Luc. 1. Asserit virtutem hanc actiuam habuisse virginem sanctissimam ex Spiritu sancti infusione, hoc modo. *Quam virtutem per omnia etiam tempore conceptus illam habuisse confido, neque enim id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora illi fuisse datam.* Voluisse verò illam virtutem esse actiuam colligitur manifeste ex eo quod, comparat eam cum virtute, quam acceperunt Apostoli in die Pentecostes ab Spritu sancto, quam vocat efficaciam ad signa, & prodigia facienda, constat autem illam virtutem esse actiuam, non verò passiuam, passiuam enim virtute non curantur infirmi, non expelluntur Dæmones, nec fiunt prodigia, virtus enim ad patranda miracula est effectiua.

722. Origenes,

Tertius Origenes Adamantius, qui relatus à Magno Alberto in cap. 1. Lucæ, explicans illud (& virtus altissimi obumbrabit tibi) ex intelligentia Magni Doctoris affirmat habuisse virginem sanctissimam virtutem formatricem corporis Christi Domini, & vt viri illam habent & feminis communicant, quam interpretationem edisseram verbis Sancti Doctoris.

723. Albertus.

Quartus Albertus Magnus citatus, qui illum elucidans & simul Angeli verba hæc exarauit. *Maiestas Dei infinita in puritate Virginis, tanquam in speculo sibi obiecto reflexit, & umbram in eam sua similitudinis reliquit, sic ergo umbra similis virtuti altissimi, in vterum Virginis immissa vocatur umbra, sicut enim natura generantis umbram sibi similem relinquit in semine, qua partum, & conceptum format humanum, sic supermundana, & diuina illa Patris virtus umbram suam produxit in Virgine, qua conceptum & partum formaret diuinum, & hæc est melior omnibus expositio ab Origene concepta.* Hactenus Magnus Albertus, vbi ex mente Origenis quam sequitur clare, docet in Virgine sacra esse virtutem formatiuam corporis Christi.

724.

Dices Albertum nomine illius umbræ, & virtutis intellexisse Spiritum sanctum qui superuenit in virginem sanctissimam, non aliam virtutem creatam superadditam Virgini, quod ex eo constat, quia illam virtutem comparat virtuti impressæ semini à generante, viro scilicet

licet quod quadrat in spiritum sanctum, statim occurro primo consulto dixisse Albertum Magnum natura non viri sed generantis, vt comparationem non à viro solum & Patre, sed etiam à generante femina declararet desumptam. Secundò spiritum sanctum nulla ratione productum in Virgine in incarnatione; loquitur ergo de virtute creata non de increata, aliàs Pater diuinus esset virtus producta, quod est hæreticum. Quod vt melius intelligatur, & vrgeamus testimonium Alberti, sedulo aduerte formationem corporis Christi fuisse factam à Tota trinitate, atque adeo à Patre Diuino, etiam si approprietur spiritui sancto, si ergo nomine umbræ productæ Albertus intelligeret Deum producentem organizationem immediate, & non mediante virtute supernaturali Virgini immissa, dubio procul assereret Trinitatem esse virtutem productam in Virgine, quod est hæreticum, umbram ergo productam vocauit virtutem actiuam inditam Virgini, & hæc ait conceptum, & partum formasse diuinum, quæ est nostra sententia.

725. Euthymius.

Quintus Euthymius Zigabenus, qui vt retulimus disput. 3. sect. 2. explicans illa verba Lucæ 1. virtus altissimi obumbrabit tibi, hæc habet. *Idem quoque indicat hic sermo, virtus Dei proteget te, & potentem faciet te adhuius rei operationem.* Vbi duo illi termini proteget te, & potentem faciet te, indicant virtutem Virgini collatam fuisse non passiuam solum, sed actiuam, nullus enim dicitur alterum protegere, & potèrè facere ad aliquam operationem quia dedit illi principium passiuum ad illam recipendam, & sine eo quod dederit etiam virtutem actiuam, quod dixerim propter lumen gloriæ, quod in sententia Thomistarum non solum est virtus actiua ad productionem visionis beatificæ, sed etiam disponit intellectum ad recipendam essentiam diuinam. His adde Verbum *protego* semper efficientiam signare; vnde Cicero pro Sylla 37. *Ego iacentem & expoliatum defendo, & protego.* Et Ouidius amorum Elegia 2. 11. *Qua viuit, victor protegit ille manu.* Et potens, etiam efficaciam significat semper, vt constat ex Thesaurio linguæ Latinæ, Verbo *possum*.

Cicero. Ouidius.

726.

Bernardinus. Luc. 1.

Sextus sit Sanctus Bernardinus Senensis, qui tomo 3. de septem Verbis Virginis serm. 9. art. 2. cap. 1. hæc scripsit ad illa verba, *quia fecit mihi magna, qui potens est* Luc. 1. *Ista quippe magna, non solum creaturis sunt maxima, sed etiam maxima & insuperabilia sunt illi, qui potens est, imo omnipotens, & sanctum nomen eius.* Et inferius quod, *ipsa fuerit potens Dei Filium generare, & talia magna recipere* (scilicet virtutem generatiuam) *non sua virtuti attribuit, sed ei qui potens est, qui suam potentiam in humilitate Virginis voluit honorari.* Quibus Verbis ad significandam Patris virtutem generatiuam verbi, & productiuam creaturarum Deum appellat potentem, quo etiam verbo vocat Mariam Deiparam potentem ad filij generationem, at virtus productiua Verbi in Patre diuino, sicut omnipotentia efficax est; & actiua, ex mente igitur Bernardini virtus generatiua virginis actiua est, & formatrix, vbi obiter aduerte ad gloriam Deiparæ hono-

rari potentiam qua Pater æternus generat Deum filium.

727. Beda.

Septimus sit venerabilis Beda, qui lib. 4. in Luc. cap. 49. ex professo probat Christum Dominum conceptum de femine Virginis, hoc modo. *Qua enim consequentia eius lacte credatur nutritus cuius semine negatur esse conceptus, cum ex vnius, eiusdemque fontis origine secundum Philosophos vterque liquor emanet.* asseruimus tria hæc esse connexa, semen, actiuitatem, & organizationem: ergo ex sententia Bedæ Virgo Deipara actiue effecit organizationem; Dices ex Suario disput. illa 10. sect. 1. ibi Bedam solum contra hæreticos voluisse probare Christum Dominum esse de Virginis substantia; Non ibo inficias, sed ad illius intentum efficax est argumentum, Christum Dominum factus est ex semine Virginis; ergo Christus Dominus est de substantia Deiparæ, eo scilicet modo, quo ceteri filij sunt de substantia Matrum.

728. Anselmus.

Octauus sit Sanctus Anselmus, qui libro de conceptione Christi cap. 8. loquitur hoc modo. *Quapropter si ab his necessitatibus (consequentibus scilicet peccatum originale) semen assumptum de Virgine liberum ostendi poterit. Quod repetit cap. 13. & cap. 14. explicans illud Iob. Quis potest mundum facere de immundo conceptum semine, ait. At si de omni femine hoc senterunt ergo semen de sola Virgine sumptum immundum est, aut esse tanti viri asserunt, & statim affirmat semen Virginis fuisse mundum vbi duo affirmat, & Verbum habuisse ex femine Virginis, & illud esse mundum, vt illud opponat immundo semini ex quo formantur omnes homines; qui ex viris generantur; credibile igitur non est vt explicant aliqui, hoc nomine intellexisse semen improprium, quale femellæ tribuunt, Aristoteles & alij, nec vbi rem hanc disputabat ex professo, non semel, sed sæpe vsum fuisse hoc nomine, nisi verè intelligeret illam materiam virginem sanctissimam ministrasse, illamque mundissimam fuisse, & ex vi conceptionis Christum D. peccato originali non fuisse obnoxium, propter quod dixit Damascenus citatus Spiritum sanctum illam lustrasse, vt optime explicuit Doctor Angelicus 3. p. quæst. 32. art. 4. ad. 1.*

Damascen. S. Thomas.

SECTIO VII.

Eadem veritas variis probatur rationibus.

R. Ecce dixit Magister Canolib. 1. de locis Catholicis cap. 1. in sacra Theologia duplicem esse viam probandi aliquam conclusionem, auctoritatem scilicet, & rationem, hæcque ita inter se comparari, vt primum locum teneat auctoritas, ratio vero secundum, quod contrario modo euenit in Philosophia in qua ratio priorem locum obtrinet, posteriorem auctoritas, probauimus iam virtute etiam supernaturali actiua, & non naturali solum virginem sanctissimam attingisse organizationem corporis Christi Domini; restat nunc eadem veritas probanda ratione, quod statim præstabitur

729. Canus.

bimus, si duo pramiserimus. 1. nostram sententiam probari doctissimis Iuris ciuilibus Doctoribus, quos adduximus sect. 2. idque consentaneè ad locum desumptum ex auctoritate Philosophorum, qui est nonus Theologicus, iure enim ciuili Consulti asserunt se veram Philosophiam profiteri, vt notauit Magister Canus lib. illo 1. cap. 3.

730. Secundum est nostram asserionem rectè probari posse auctoritatè negatiua. sanctorum Patrum, imo Conciliorum, & Totius Ecclesiæ, licet enim frequenter versetur in ore omnium Christum Dominum ex Spiritu sancto conceptum, corpusque illius formatum esse virtute diuina, neque concilia, neque Ecclesiasticæ traditiones, neque Patres neque Ecclesia vnquam excluderunt Beatissimam Virginem à formatione, & organizatione quæ secundum diuersas Philosophorum, & Theologorum sententias conueniunt virtuti actiue foeminarum, doctrinamque Catholicam, & de fide verissimam, asseruerunt. Saluatorem ex semine virili aut ex Patris creati substantia non fuisse conceptum, sed virilem actionem, quæcunque illa sit prouenientem à materia viri, & Patris humani exercitam esse ab Spiritu S. ita tamen, vt Deipara in conceptione Christi exercuerit perfectissimè omnia munera materna, Paternum nullum, vt probauimus latè contra Pozam disput. 2. ex quibus potest hoc argumentum formari, nulla est auctoritas, Conciliorum, Ecclesiæ, Patrum, nulla traditio, quæ doceat assertiue Virginem Deiparam cum spiritu sancto non efformasse corpus Christi Domini in illius conceptione mirabili: ergo non est contra Concilia; Contra Patres, aut contra Ecclesiam, Virginem actiue cooperatam fuisse in formatione corporis Christi, Spiritui sancto.

731. Adde neque contra auctoritatem sacræ scripturæ, potius enim Angelicus discursus Gabrielis hanc virtutem formatricem demonstrat vt constat ex explicationibus Patrum, quas supra retulimus, vnde illa verba Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi, fundamenta sunt nostræ sententiæ adiuncta explicatione sanctorum Patrum. Concilia verò circa hanc Doctrinam nihil definerunt.

732. Stet ergo firmissimam. Doctrinam nostræ asserionis valde auctoritate confirmatam sacræ scripturæ, sanctorum Patrum, scholasticorum, Philosophorum, & Doctorum iuris Cæsarei: Præterea Medicorum omnium; stet etiam illam non esse recentem, vt quæ asserta fuerit ab Achanasio, Euthymio; Origene, & aliis. Firmissimum etiam stet auditam fuisse, & probatam in scholis à temporibus sancti Thomæ; Bonauenturæ, & Scoti: Stet ergo etiam firmissime difficultatem propositam non esse nouam, & inauditam, sed eandem omnino cum illa, vtrum sacra Deipara aliquid egerit in conceptione Christi cooperando Spiritui sancto, quam tractant scholastici cum Magistro 3. d. 3. vel. 4. & cum sancto Thoma 3. p. quest. 32. art. 4. ad cuius resolutionem alij asserunt, alij negant inditam esse Virgini Deiparæ supernaturalem virtutem.

S. Thom. Bonauent. Scoti. Magister.

Iam ergo probatur ratione Virginem Deiparam supernaturali virtute organizasse partes corporis Christi Domini, & illas formasse. Primo non implicat Virginem virtute supernaturali cooperasse Spiritui sancto ad hanc actionem in conceptione Christi Domini, ergo de facto efficienter influit in corporis Christi Domini organizationem: Antecedens constat ex sect. 5. statim in principio, & consequentia probatur primò, quia hic est modus, quo vtitur sanctus; Thomas ad rerum existentias probandas, vt constat ex 1. p. q. 50. vbi art. 1. hac ratione probat Angelos existere. Secundo quia Beatissima Virgo fuit perfectissima Mater Christi Domini; attingens omnia illa, quæ Matres naturales attingunt, & perfectiori ratione quam illæ. At naturales Matres partialiter attingunt, & efficiunt formationes fœtus. Tertio probatur supponendo in quolibet potentia reperiri, & vim, & virtutem, vis dicit potentiam non vtcunque, sed non exerentem omnem suam actiuitatem; virtus significat potentiam omnem suam facultatem exerentem & vt dicitur secundum vltimum potentia, quod facile cernitur in igne producente quatuor gradus, & octo gradus caloris, in priori enim productione operatur vi potentia, in secunda verò operatur, secundum vltimum potentia, si supponamus non plus posse producere, quam octo gradus sumitur ex diuo Thoma, opusculo 21. de dilectione Dei, cap. 23. his verbis, quælibet potentia habet vltimum, sed vis est idem quod potentia, virtus autem est vltimum potentia.

Ex quibus probo tertio illam consequentiam. Virtus altissimi, vt Virginem Matrem efficeret in actu primo exerebat vltimum potentia in ordine ad Maternitatem sumptam pro potentia, ergo contulit illi virtutem vltimam in genere huius potentia, sed hæc virtus est supernaturalis in ordine ad Christi generationem efficienter, & actiue cum spiritu sancto causandam, ergo per hanc actiue attingit Deipara corporis Christi organizationem. Discursus est legitimus, & antecedens probatur, ex verbis Angeli Luc. 1. Virtus altissimi obumbrabit tibi, ad veram Philosophiam examinata duo significant, Primum Patrem æternum Virgini contulisse virtutem ad generandum vnicum filium, eundemque perfectissimum, & eundem numero, quem sua virtute gignit Pater; ita vt alium nequeat producere, vt inuenitur in sacra Deipara. Alterum contulisse potentiam instar potentia Patris reducendam ad actum scilicet secundum vltimum potentia, quasi illa potentia genitoris Diuini secundo se vltimaret in secunda filij generatione, sicut primò se vltimauit in prima. Hæc autem dicta negabit nullus, sed ne sine auctoritate videantur dicta profero Albertum Magnum, qui ad illa verba Luc. 1. Vocabitur filius Dei ( hæc scripsit) Ideo enim, quod potentia Dei se in te vltimat, & ad virtutem se contrahit (id est se vrget) summam & de Altissimis Dei sumis operationem, & ad similitudinem Dei operationis educit effectum sola carne obumbratam ideo inquam, quod nasceretur vocabitur filius Dei. Quasi diceret, si rectè perpendatur tua generatio mon

733.

D. Thom.

734.

Luc. 1.

Albertus Luc. 2.

monstrabit clarè generandum filium esse filium Dei, potentia enim Patris, quæ in te sese vrget, dilatat, & explicat vsque ad virtutem, & vsque ad vltimum potentia, non potest hæc efficere nisi vt generetur filius Dei. Cõstat igitur ex verbis Angeli philosophicè expensis Deum dum Matrem sanctissimam eleuat ad filij secundam generationem non solum operari, vt omnipotentem auctorem, sed etiam vt infinitum, id est extraordinaria, & sublimi potentia ita operantem, vt in materia, & negotio incarnationis illius potentia non amplius valuerit. Fallitur Aristes Almerienis, cui hæc debeo ex Academia 1. 1. sect. 2. in fine, si hæc non fuit mens Alberti Magni, ita exarata, ad illa verba. Virtus altissimi. Quia virtus vltimum illud in quo stat potentia, non valens in amplius aliquid, & sic virtus est potentia, vel potestas vltimata: Dei autem potentia vltimata infinita est, & omnipotens, vt enim ita dicam, Deus plus quam omnia potest, potest enim multa, quæ nunquam fuerunt, & tamen esse poterant secundum Dei potentiam infinitam, & hoc ostendit in filio, quia nihil maius facere potuit, quam hominem, & talem, & tantum quantus est ipse. Hactenus Albertus cuius mentem expendo & addo, & hoc ostendit in Matre, quia nec meliorem producere potuit, nec sublimiora dona concedere ad physicam, & substantialem generationem, contulit enim illi virtutem supernaturalem actiuam, vt omni modo possibili esset perfectissima Mater.

735. Dices: ergo sacra Deipara attingit duplicem vnionem, primam naturalem inter corpus, & animam Christi Domini, secundam hypostaticam inter Verbum, & humanitatem; probo consequentiam, quia hæc ratione esset perfectior Mater quam si has non efficeret vniones. Respondeo, videbo inferius an hæc duo implicent contradictionem.

736. Probat secundò conclusio, illa virtus supernaturalis est complementum virtutis actiue per se ordinatæ ad naturalem organizationem filij, & residentis in sacra Deipara; ergo vi illis attingit Virgo formationem corporis Christi: antecedens patet, quia collata fuit Virgini ad corroborandam, & eleuandam naturalem virtutem insufficientem ex se ad tam nobilem generationem, extraxit illam, vt sic dicam, ab infirmitate propriæ naturæ, & dedit potentiam illi Deus secundum foemineam potentiam, quam naturaliter habebat ad filij generationem, hæc autem actiua est vt loquitur Seraphicus Bonauentura, & consequentia probatur, quia virtus collata voluntari ad amandum Deum supernaturaliter est intra lineam potentia appetitiuæ actiue, quia voluntas est principium actiuum, & lumen gloriæ est intra lineam virtutis intellectuales, quia perficit virtutem intellectuam in ordine ad visionem Beatificam, & sic de aliis virtutibus supernaturalibus, quæ munus eleuare naturales potentias, & esse illis rationes operandi in eo genere in quo potentia illæ suam habent causalitatem, & operationem, at causalitas, & operatio potentia generatiuæ foemineæ, suo modo est actiua, & effectiua organi-

zationis, ergo illa virtus supernaturalis adiuuat, & perficit illa in ordine ad generationem; superuenit enim spiritus sanctus in Virginem, tum vt suppleret concursum viri, tum vt vtramque Deiparæ potentiam ad actum reduceret; vnde foemineum concursum in Maria sacrata non suppleuit spiritus sanctus.

Tertio probatur conclusio ratione, quam tetigit Ochamus citatus, & nos in superioribus vsi sumus. Forma corporis organica, ea ratione qua deseruit ad nobilissimam generationem Christi Domini educitur de potentia materiæ: ergo Deipara concurret ad illius educationem efficienter illa supernaturali virtute; antecedens est manifestum, quia illa forma non est spiritualis, & per se subsistens, vt anima rationalis, ac proinde non creatur, & consequentia probatur, tum quia argumento à contrario probatur animam rationalem non educi de potentia subiecti, sed immediate à Deo creati, tum etiam quia vt ostendebamus, in principio sect. 5. ratiõne r. distantia quæ reperitur inter illam materiam ex qua educitur forma organica, & resistentia illius ad inductionem formæ non est infinita, vnde etiam si potentia naturalis illam vincere non possit, optime potest Deus creare in genere supernaturali virtutem aliquam, quæ vincat illam resistentiam, quia licet virtus naturalis non possit intendi per intensiorem virtutem naturalem etiam ad illam vincendam resistentiam, vt rectè arguentabatur Scotus, tamen per virtutem alterius ordinis bene potest non intendi, sed eleuari, & perfici, vt constat in intellectu, & lumine gloriæ, potest ergo optime Deus producere virtutem ordinis eminentioris, quæ ex natura sua vincat illam resistentiam, neque in hoc est vlla implicatio, vt bene considerauit Maior citatus.

777. Ochamus.

Scotus.

Maior.

SECTIO VIII.

Aliis rationibus organizatio à Virgine Beatissima supernaturali virtute monstratur.

A Priori vero eadem conclusio probatur. Virtus supernaturalis collata Deiparæ ad illius eleuationem est formalis participatio diuinæ fecunditatis, propterea reperitur in Patre sed Patris fecunditas est perfectissime actiua, & generatiua: ergo & virtus illa supernaturalis Virginis, & vltimus ergo illa virtute efficienter tetigit sacra Deipara organizationem Christi Domini: Discursus est legitimus, & secunda consequentia probatur, quia non possit illa virtus esse perfectissime actiua, & generatiua, nisi efficienter, & actiue formaret fœtum, quod enim in ratione actiuitatis, & efficaciae virtuti naturali conceditur negari non potest supernaturali virtuti, quæ constituitur vt ad tantam generationem illam eleuet, & adiuuet. Legitimum vero esse discursum ex eo probatur, quia cum in Patre diuino non reperitur materialis fecunditas, sed actiua solum, Virginis virtus non potest formaliter partici-

738.

part e



pare, quod in Patre diuino non reperitur, & cum necessaria fuerit fecunditas miraculosa, & supernaturalis ad humanam conceptionem Christi Domini, vt monstrauimus, necessario debet esse illa virtus participatio formalis fecunditatis diuinæ. vt in Patre diuino est actiuitas, & efficacia diuina, vt generet filium sibi consubstantialem, si enim huius actiuitatis in filium participatio non est, alterius perfectionis, participatio esse non potest, nullius enim alterius communicatio supernaturalis necessaria est ad generationem, & conceptionem Christi Domini.

739. Dices discursum esse nullum, & negandam primam consequentiam, quia in simili forma non sequitur virtus illa est formalis participatio fecunditatis Paternæ, hæc est substantialis, & vitalis; ergo etiam virtus supernaturalis, & substantialis, & formaliter vitalis. Sed contra, & erit explicatio alterius difficultatis, quæ ex dictis potest oriri, quia illa virtus est formalis participatio alicuius perfectionis diuinæ in linea fecunditatis, & vt ostendimus in superioribus, solius fecunditatis actiue potest esse participatio, ex eo vero quod illius sit participatio non necessarium, quod inueniatur in illa omnis gradus, qui reperitur in potentia generatiua Patris; sed ille solum, qui necessarius ad generationem formaliter, vt generatio est, id est vt præscindit à generatiua virtute Paterna, & Materna, sicut in communi sententia asserentium supernaturalitatem consistere in participatione diuinæ naturæ, quam ex Diuo Thoma, de veritate deduximus, & explicuimus, non sequitur charitas creata est participatio charitatis diuinæ, & hæc est substantia: ergo charitas creata est substantia, solum enim sequitur ex participatione, quod sit formaliter, aut amor, aut virtus ad amorem producendum, & id etiam inuenitur in gratia, quæ et si sit formalis participatio diuinæ naturæ, quæ est suum esse & abyssus perfectionum, nec est perfectionum abyssus, neque suum esse, hæc enim non sunt participabilia, vt neque ratio substantialis supernaturalis.

740. Vnde etiam occurrit potest ad difficultatem, quam excitarunt aliqui affirmantes Beatissimam Virginem ex nostra sententia esse verum Patrem Christi Domini, virtus enim per quam generat, est participatio potentie generatiuæ Patris, ac Pater generat, vt Pater: ergo virtus participata paternitas est; ergo principium generans substantialiter Pater est, ac proinde Maria sanctissima respectu Verbi hominis verus est Pater. Nam præter quam quod late ostendimus Mariam sanctissimam nullum munus Paternum exercuisse in generatione Christi Domini, sed omnia hæc munera exercuisse Spiritum sanctum, idque esse de fide, neganda est illa prima consequentia, quia virtus supernaturalis propria Deiparæ non est participatio Paternitatis, vt Paternitas est, sed solum potentie generatiuæ, quæ in Patre Diuino reperitur, vt est principium communicandi naturam diuinam per generationem actuam filio, qui formaliter sit substantia. Quod, vt melius percipiatur, notandum est in illa potentia duo posse distingui, primum, quod sit

virtus actiua, & generatiua filij substantialis. Secundum quod sit virtus in principio Paterno existens; huius primum Virgini communicatur, non vero secundum, quod forte incommunicabile est: neque nos diximus aliquando esse participationem virtutis Paternæ secundum vltimum, quod reperitur in Patre, sed secundum quo reperitur in Patre; si enim intelligenda esset nostra sententia ita vt assereret esse participationem diuinæ fecunditatis, quoad omnia, & quoad illum vltimum, consequenter asserendum esset, ita Virginem genuisse filium, vt communicauerit illi suam indiuiduam substantiam & non solum secundum speciem; quod est satis absurdum; ergo participat illa virtus Paternam potentiam; vt generatiua est, non vero vt Patris est, ac proinde Maria sanctissima Mater est nulla vero ratione Pater, vt non semel monuimus.

741. Quinto vt probetur conclusio congruentissima ratione aduertendum est secundum aliquorum sententiam Angelos in generali resurrectione non solum collecturos cineres mortuorum, vt docent scholastici 4. d. 43. sed etiam esse futuros physice vt instrumenta tamen diuinæ virtutis organizationem corporum necessariam, vt vltimam dispositionem ad resurrectionem, negat hoc Suarez tomo. 2. in 3. p. disp. 50. sect. 4. §. Dico tertio; sed affirmat Egidius Lusitanus, tomo 3. de Beatitudine; quæst. 5. art. 4. §. 3. non quia existimet id casualiter Angelos naturali virtute, cum hoc sit impossibile, & negetur communiter ab scholasticis Richardo, Scoto, Durando, Soto, Abulensi; quos ipse citat, sed quia virtute diuina ad hanc causalitatem sint eleuandi; & non reputat inconueniens Angelum instrumentaliter etiam causare resurrectionem; atque adeo causare omnes dispositiones prærequisitas ad hominis formationem, quin ex hoc sequatur Angelos in productione resuscitandorum se habere sicut animos homines in generatione filiorum, quia homines produunt per verum semen, quod nullo modo conuenit Angelis, & sic recte me iudice; dissoluit vtrumque argumentum Suarez; & supponit Deum sua virtute, & posse efficienter destruere formam cinerum, & introducere formam organicam, & animam rationalem.

742. Aduertendum etiam est illam organizationem futuram esse in instanti, quia licet cinerum collectio non futura sit instantanea, organizatio; & animæ rationalis introductio, non petit necessario successionem quoad dispositiones requisitas; sed istæ fieri possunt mutatione pro vt distinguitur à motu successiuo locali, quod diximus superius, & ipse Lusitanus ad cuius sententiam loquimur asserit vbi supra, & quæst. 9. art. 1. & 2. quia simul tota illa forma acquiritur, & non per partes; vnde secundum hanc sententiam mihi probabilem in generali resurrectione Angeli concurrent ad organizationem corporum, subito, & instantaneè, ex quibus

743. Quinto probatur nostra conclusio Supernaturali virtute concurrere possunt Angeli ad instantaneam organizationem corporum, & de facto concurrent, ergo sacra Deipara virtute super

741.

Suarez. Egidius. Richardus. Scotus. Durandus. Scotus. Abulensis.

742.

Lusitanus.

743.

744. Supernaturali illa sibi infusa concurrat effectiue ad organizationem corporis Christi Domini, consequentia probatur, quia causalitas, quam potest exercere Angelus vt instrumentum separatum nõ est deneganda Deiparæ, quæ est causa principalis conceptionis Christi & operatur per materiam efficacem, cui est immediate præfens, quod in Angelis non reperitur, non enim habent naturalem coniunctionem cum corporibus, vt Deipara sacra habet, aut habuit in corpore Christi Domini.

Dices ex instrumentaria operatione Angelorum circa organizationem corporum non rectè sequi causalitatem principalem Deiparæ erga formationem corporis Christi: sed contra, quia in Beatissima Virgine reperitur potentia naturalis ad organizationem successiue faciendam, vt in aliis fœminis; & præterea habuit immediatam coniunctionem naturalem cum corpore Christi Domini; Quæ duo non reperiuntur in Angelis, in quibus nec potentia, nec cooperatio essentialis reperitur, sed solum potentia obediens ad organizationem, illa vero potentia, & coniunctio multum iuuant ad principalem actiuitatem: vnde argumentum sumitur à maiori proportione inuenta in Angelorum Regina, quæ in illis non reperitur in ordine ad generationem, quæ procul dubio aliis adiunctis infert causalitatem principalem: Adde quod maxime est aduertendum eleuationem per supernaturalem virtutem non minueret causalitatem creaturæ operantis, nec illam constituere in ordine inferiori extrahendo à superiori modo causandi, sed illam relinquere in principali causalitate, si eam habeat eleuando illam ad effectum, ad quem non habet quantitatem virtutis vt constat in lumine gloriæ, quod quantum attinet ad modum operandi principaliter, aut instrumentaliter non immutat actiuitatem intellectus vt fortasse dicemus.

745. Sexto probatur conclusio argumento, quod vtitur ad hanc veritatem confirmandam Suarez disp. illa 10. sect. 2. quia supposita actiuitate fœminea perfectiori modo esset Deipara Virgo Maria si attingeret vniuersam organizationem corporis Christi, quam si illam non attingeret, & aliàs erat fœcunda, & optime complexionis, & apta ad generationem, nihil ergo illi deerat supposita etiam virtute supernaturali, vt attingeret organizationem, præcipue cum hic modus attingendi ex ratione producendi materiam nullo modo læderet Virginitatem, vt iam explicuimus, attingit igitur Virgo sacra corporis Christi Domini formationem instantaneam.

746. Rogabit tamen meritò quispiam, qua ratione hæc formatio facta fuerit in instanti, propter condensationem materiæ, & alias dispositiones, quæ naturaliter petunt motum localem, imo videntur quocumque modo petere illam successionem, nam figura corporis organici, non est eadem quam habuit materia collocata in loco generationis, necessario enim contrahitur dum condensatur, per contractionem autem illam necessarium est minorem locum occupare, aut illa materia veluti dilaturatur, & extenditur ad quod maiorem locum occupabit, neutrum autem fieri potest sine motu locali, præcipue cum in locum, quem occupabat illa

materia necessum sit ingredi aërē circumstare cuius ingressus nõ potest fieri sine motu locali.

Hæc difficultas non ita est huius tractationis propria, quod in aliis non disputetur, ea n. præmuntur scholast. 4. dist. 43. dū explicant quo modo resurrectio quantum attinet ad corporis organizationem fiat in instanti, supponunt n. non fieri in tempore & cum aliqui existunt immediate à solo Deo, dubium non est de productione creatæ virtutis operatione, sed etiam de ipsa Dei potestate absoluta, propter quod diuerso modo loquuntur, & sunt qui existunt necessario in organizatione corporum, quæ suscitabuntur, ac cõsequenter in formatione corporis Christi etiam si solum ab Spiritu S. procedat concedendum esse vacuum per tempus saltem breuissimum, quod docuerunt Scotus, dist. 43. q. 5. §. De secundo dico, ante literam D. & Durandus q. 4. n. 13. vbi dicit, quod etiam si organizatio fiat in instanti, non oportet dicere quod motus localis fiat in instanti, & reuera res est adeo difficilis explicatur, vt Suarez disp. 11. sect. 2. dixerit videri necessario dicendum in corporis Christi Domini organizatione fuisse aliquas morulas, licet breuissimas, sed cum constet iuxta principia fidei, vt explicatur à sanctis Patribus Damasceno præcipue, cuius verba asserit Suarez sect. illa 2. ex disp. 11. & S. Thom. 3. p. q. 33. a. 1. & ab scholasticis, qui loco citato docent in organizatione corporis Christi nullam fuisse successionem propter dignitatem Verbi Diuini, quod nõ decebat terminare naturam, quæ et si tempore breuissimo terminasset subsistentia creatæ.

Via necessario quaerenda, qua partes corporis organizandi sine motu continuo constituantur in diuersis locis, & quamuis illa, quam asserit Egidius Lusitanus q. 9. a. 1. dispositione locali cinerum in eisdem omnino locis, & eodem modo in quibus erunt partes corporis organici locum possit habere in resurrectione, at non potest locum habere in corporis Christi Domini formatione, vt consideranti manifeste constabit. Ideo dicendum est ibi non intercessisse successionem, quia qualibet pars constituta est in proprio loco transendo ab extremo in extremum sine medio, qui transitus vt declarauimus sect. 5. non indiget successione, vt monstrant Angelorum motus, & constructio corporis Christi Domini in Eucharistia sine motu locali continuo, potest enim qualibet pars corporis organici subito deserere locum priorem hoc modo, & instantaneè acquirere alium sicut Angelus potest vnico indivisibili instanti deserere cælum, & terram acquirere, vt ibi ex sapientissimo Magistro Cumel notabamus. Ita responderet Suarez disp. 11. sect. 1. & probat Lusitanus q. 9. a. 1. ad finem.

749. Vel secundo potest dici constitutionem partium corporis Christi Domini factam fuisse per replicationem, id est per constitutionem illarum in omnibus locis, qui sunt inter terminum à quo, & terminum ad quæ sita vt per productionem multorum ibi ponatur pars simul in omnibus illis, cum enim constructio corporis in duplici loco fiat per duplicem vocationem, eadem ratione, qua Deus constituit corpus in duobus locis, poterit ponere in tribus, vel quatuor, inter quæ terminum à quo quæ occupat, & terminum ad quæ

747.

Scotus.

Durandus.

Suarez.

Damascen.

S. Thom.

748.

749.

& replicare vbiaciones, quoad vsque sit inter-  
mino ad quem, atque adeo simul pars exister  
simul, & subito in omnibus locis in quibus fu-  
tura erat si moneretur successivè, & destructis  
aliis vbiq; itibus maneret in loco necessario  
ad veram organizationem, sine eo quod partes  
illarum vbiacionum se haberent successivè, &  
vna adquireretur post aliam, ita respondet  
Baptista Nouatus tomo. 2. de excellentia Vir-  
ginis, cap. 7. quæst. 34 §. secunda est, & pro-  
bat Bubalus supra citatus.

Nouatus.

Bubalus.

750.

Dici etiam potest tertio constitutionem il-  
lam organicam factam fuisse mutatione instan-  
tanea, & sine motu locali, non solum succes-  
sivo, sed etiam instantaneo, ex eo præcise, quod  
quælibet pars constituatur in duplici loco,  
primum in eo quem habebat in materia gene-  
rationis, deinde in loco necessario ad organi-  
zationem, quod fieri posse non implicat con-  
tradictionem, cum constans sit Theologorum  
sententia paucis exceptis, vnum corpus posse  
esse simul in duobus locis extensis. Petrus enim  
existens Hispali, potest existere Cordubæ His-  
pali non relinquens, vbi non est transitus de  
vno loco ad alium, atque adeo neque motus  
localis, sed solum acquisitio vbi alterius à præ-  
existenti, & tamen Petrus est in duobus locis,  
ita contingere potuit in quacunq; organiza-  
tione instantanea, ita vt vel in eodem instanti,  
vel diuerso destruat vbi non necessarium, &  
quod est necessarium secundum scilicet, de nouo  
productum permaneat, & mobile sine motu  
locali sit in loco quem exoptulat organizatio,  
modus mihi & faciliior est, & probabilior care-  
ris, nisi velit aliquis dicere pertransisse in-  
teriectum spatium per motum localem in-  
stantaneum vt affirmatur de Angelis.

751. Scotus.

Et quidem hanc solutionem indicat satis  
Scotus citatus, dum concedit resurrectionem  
corporum non petere motum localem pulue-  
rum, sed solum aeris circumstantis, in hac tertia  
ratione explicandi difficultatem, vt notavi par-  
tes non mutant locum, sed solum aer circum-  
stantis, qui vel expellitur, vel subintrat, si non  
perseueret in eodem spatio, vt iam dicemus.

752.

Sed superflua grauis difficultas, quia ad instan-  
taneam organizationem, & necessaria est ex-  
pulsio aeris circumstantis in loco, quem pars longior  
debeat occupare, & ingressus aeris sub-  
intrantis locum, quem occupabat materiam pars,  
quæ densatur, horum autem neutrum potest  
fieri sine continua mutatione ipsius mobilis, at-  
que adeo adeo non in instanti; organizatio ergo  
in instanti non potest fieri. Respondeo in  
condensatione non repugnare quod aer subin-  
trans collocetur in duplici loco, quorum vlti-  
mus erit spatium, quod condensata materia  
occupabat, in dilatatione vero virtus constituens  
partem organicam, in loco vbi prius erat aer  
propellet aerem ad alterum spatium, quia vir-  
tus constituens corpus in vno loco naturaliter  
aliud expellit ab eodem loco, ita etiam virtus  
formatiua organizationis, & constituet partem  
organicam in loco aeris, & ipsum aerem ad vl-  
tiorum locum propellet sine nouo miraculo,  
vt expresse docet Scotus, dist. 43. citata quæst.  
5. §. de secundo.

Scotus.

753.

Sed vrges translatio aeris præexistens, non

potest fieri sine motu locali continuo, etiam  
si impellatur virtute diuina, non ergo fiet or-  
ganizatio in instanti: Propterea quod aer ex-  
pellendus à loco v. g. quem occupaturum est  
brachium, aut altera pars longior, aut rare-  
facta non potest non moueri continue. Res-  
pondeo primum Diuinæ virtuti nullam esse  
resistentiam, vnde subito potest aerem præexi-  
stentem propellere. Secundo nullum esse in-  
conueniens, quod corpus de nouo productum  
penetretur per moram breuissimam cum aere  
præexistenti, ita vt aer & corpus Christi Do-  
mini paululum sint in eodem loco, donec na-  
turæ suæ actiuitati relicta aerem successivè po-  
nat in altero loco. Nec mirum in re miraculis  
plena Verbi scilicet diuini incarnatione mul-  
tiplicari miracula. Maximum enim miraculo-  
rum, multa miracula includit, in incarnatio-  
ne vero maximum miraculum fuit, quod illius  
corporis conceptio fuerit perfecta in instanti,  
& sine successione, vt notat Suarez sect. illa 2.  
& tamen licet difficile sit inuenire modum  
huius instantaneæ organizationis, veritas non  
est deserenda, sed aduertendum his difficul-  
tibus premi, & qui existimant organizationem  
corporis Christi solum esse ab Spiritu sancto, &  
resurrectionem qui affirmant esse in instanti;  
Quod aduerterim ne aliquis existimet illas oriri  
ex nostra sententia de efficacia Virginis Deipa-  
ræ per supernaturalem virtutem.

Suarez.

SECTIO IX.

Contrariorum argumenta soluta.

**S**perest diluamus argumenta, quæ sect. 4.  
Sproposuimus pro contraria sententia; Ad  
primum Scoti nego sequelam, & ad discursum  
dico, aliud esse hanc virtutem actiuam su-  
pernaturalem non conuenire virgini sanctissi-  
mæ ea proprietate, & connaturalitate, qua con-  
uenit ei naturalis potentia generatiua, quia  
hæc est accidens per se, id est debitum illi ex pro-  
pria rei natura, quod asseri non potest de illa  
supernaturali virtute, quæ indebita est, acciden-  
taria, & nullo modo connaturalis Virgini Di-  
uæ; aliud Deiparæ non per illam vere, & proprie  
operari; & primum est verum; secundum om-  
nino falsum, cum enim illam habeat intrinse-  
ce sibi inhærentem, sique ratio formalis agen-  
di, & de linea Maternitatis nihil virgini san-  
ctissimæ deficere potest, vt generet proprie  
illa virtute. Exemplum in lumine gloriæ, quod  
in intellectu creato est accidens per accidens,  
id est nullo modo debitum intellectui & ta-  
men intellectus illo illustratus, & eleuatus,  
vere, proprie, & per se intelligit, sicut etiam  
proprie intelligit natura virtute eleuata, quia  
lumen gloriæ est de linea intellectuali, exem-  
plum autem de albedine, non virget, quia  
nec fluit à lapide, nec est in subiecto eius-  
dem lineæ, scilicet lineæ coloris, atque adeo  
disgregati visum non potest conuenire lapidi,  
eo modo quo conuenit illi ratione ingenitæ  
grauitatis ferri deorsum, vnde non lapis,  
sed sola albedo disgregat visum. At ge-  
nerare Christum Dominum per se conuenit  
Virgini Deiparæ, quia generat per potentiam  
sibi

754.

sibi intrinsecam per se ordinatam ad genera-  
tionem, tamen non nudam, aut nude sumptam  
sed vt confortatam, & eleuatam per superna-  
turalem virtutem, quæ est eiuſdem lineæ cum  
naturali virtute. Vnde sacra Deipara non ge-  
nuit Christum Dominum sola illa virtute su-  
pernaturali, vt falsò putauit Scotus, neque si-  
potuit asserere suus Magister, atque adeo vera  
est Mater illius, quod explicuit Dionysius Ri-  
chelius lib. 1. de præconiis Mariæ a. 6. Verù ergo  
Deū ipsa vere concepit humanam ei carnē  
licet inuitata maneret (id est per virtutē super-  
naturale) veraciter ministrans, & eū vere peperit  
similem sibi in natura verū hominem gignens.

Dionysius.

757.

Ad secundum Scoti nego minorem, & ad  
illius probationem concedo supernaturalem  
virtutē sacra Deiparæ non inhærente intellectu  
nec voluntati, hæc enim potentia animæ nihil  
ad generationē, sicut neque habitus supernatu-  
rales in illis existentes, vt sapius attigimus, &  
affirmo receptam fuisse in potentia vegetatiua  
Virginis, quæ non distinguitur, à generatiua, &  
quidem diffiteri non possumus id esse mirabile  
vt mirabile est vniuersum incarnationis mys-  
terium, sed non ideo falsum, ostendemus enim  
suo loco dari virtutes supernaturales corpo-  
reas, quod non posse negari ostendunt doctores  
corporis gloriosi, de quarum supernaturalitate  
& essentia multa doctissime Agid. Lufit. tom 3.  
de Beatitudine corporis per varias quæstiones.

Agidius.

755.

Ad tertium concedo antecedens, & nego  
vtramque cōsequentiā, & ad probationem dico  
negandum esse antecedens, creaturæ enim cor-  
poræ, etſi in operando dependant à loco, &  
tempore, assero non posse negari actiuitatem  
instantaneam in actionibus quæ formaliter  
sumptæ non dependent à tempore, generatio  
enim est actio creaturæ, & tamen fit in instanti,  
illuminatio item, & fit subito, & instantaneè,  
vno animæ rationalis ad corpus instantanea  
est, & procedit à principio creato, repugnantia  
igitur operandi instantaneè, non sumitur ex li-  
mitatione creaturæ, alias homo in vltimo in-  
stanti vitæ non posset saluari cum non posset  
contritionem instantaneam elicere, quod est  
absurdum; sed nascitur aliquando ex resistantia  
passi, aliquando ex ipsa natura rei producendæ,  
quæ diuisibilis est; abstrahit ergo operatio crea-  
turæ, ab instantanea, & successiua, neque sua  
natura determinata est ad alteram illarum.

757. Aureolus.

758.

Sed contra replicat Aureolus citatus distinct.  
illa 4. pag. 399. sicut potentia petit formam  
determinatam, sic etiam petit modum deter-  
minatam agendi, vt constat in quacunq; ge-  
neratione: ergo formatiua potentia etiam petit  
determinatum modum agendi, non instantaneum,  
vt per se constat: ergo successiuum: &  
vlterius, ergo potentia formatiua Virginis  
etiam vt eleuata non potest in instanti exerce-  
re suam operationem, alias, mutaretur modus  
agendi contra naturam, formatricis potentiam.

Respondeo id esse verissimum attenda returum  
natura, non vero absolute loquendo de organ-  
izatione, quæ fit supernaturali virtute, natura-  
lis enim modus agendi, & generandi in fæmi-  
na respicit naturaliter: verum ad functiones  
omnes, quæ sunt necessariæ ad generationem  
hominis, & tamen in Christi Domini concep-

tione mutatus fuit hic modus generandi vir-  
tute Spiritus sancti ex quo non fuit sequutum  
Virginem SS. non fuisse Matrem naturalem  
Christi Domini nostri, cum illi communis caue-  
rit suam substantiam humanam, tamen inui-  
sitato modo habuit: ergo potentia formatiua  
Virginis nouum modum agendi, non naturaliter,  
sed miraculose habuit, & hac ratione dissol-  
uent hoc argumentum discipuli Scoti, quatenus  
intendit Aureolus, etiã sublati actionibus in-  
termediis non potuisse Deiparam organizare  
corpus Christi Domini, cuius contrarium do-  
cuit Scotus affirmans, quod actiones mediæ in-  
ter collocationem materiæ generationis Chri-  
sti Domini, & organizationem possunt auferri  
virtute Spiritus sancti, & quod tunc Virgo po-  
tuit ad hanc formationem in instanti concurrere,  
qui est alter modus defendendi hanc in-  
stantaneam actionem præter illos, quos addu-  
ximus, sect. 8. sed negat supernaturalem virtu-  
tem, & ideo mihi non probatur.

Aureolus.

759.

D. Angelus.

Ad quartum optime ibi responsum est, vera  
enim Angelici Doctores sententia docet sub-  
stantiam non producere immediate alterā sub-  
stantiam, de quo diximus ad secundum physi-  
corum: Et ad impugnationem respondeo ra-  
tione illius virtutis non factam esse intentionē  
potentiam generatiuam Deiparæ, sed solum  
eleuatam, & corroboratam constitutamque in  
genere, & ordine supernaturali, quod non fit  
per intensionem maiorē illius; sed per addi-  
tionem virtutis, & qualitatis ordinis superna-  
turalis, ea quidem ratione, qua intellectus, &  
voluntas eleuantur per habitus supernaturales,  
quin eorum virtus intendatur, solum enim il-  
lis additur forma actiua ordinis supernaturalis  
ex quo non sequitur Mariam Virginem esse  
plusquam Matrem, sed solum esse Christi Do-  
mini perfectissimam Matrem. De illa vero con-  
sequentiā iam dixi.

760.

Ad quintum patet, ex dictis in hac solutione  
virtus enim naturalis in ordine ad hanc actio-  
nem non est remissa, vt virtus caloris vt qua-  
tuor ad producendum sex gradus caloris, sed  
comparatur ad generationem, & organizatio-  
nem instantaneam, vt virtus ordinis inferioris,  
ac proinde necessarium est constituatur in or-  
dine superiori, & supernaturali, vt posset co-  
operari Spiritui S. agenti, & organizanti supra  
totam naturam, vt contingit in lumine gloriæ  
respectu intellectus in ordine ad visionem bea-  
tificam elicendam

761.

Dices illa virtus est substantialiter superna-  
turalis, ergo & actio productiua est supernatu-  
ralis, & vlterius, ergo relatio illa inter Matrem, &  
filium erit supernaturalis, atque adeo Maria SS.  
diuerso modo erit Mater, ac alie Matres natu-  
rales. Sumitur ex Aureolo & Scoto citatis.

Aureolus. Scotus.

762.

Respondeo inter Virginem Deiparam, &  
Christum Dominum nullā mediare relationem  
distinctam ab vtroque extremo, fæminam  
enim esse Matrem filij, nihilque est aliud quam  
illum genuisse, vt ex Arist. 5. metaph. in logica  
docuimus, quin necessaria sit forma addita, &  
distincta ab vtroque extremo, etiam ratione,  
vt fæmina dicatur Mater, & scotus dicatur su-  
perius, neque instatia, qua aliqui vtuntur desupra  
ex diuinis relationibus iuuat aliquo modo se-

rentiam creditam solum de existentia simplicis relationis, quia personalitates diuinæ, vt referant inter se diuinæ personas non addunt aliquid ratione distinctum, sed sunt ipsæmet personalitates, vt respiciunt terminos productos, & personas producentes, vnde nihil mediatur inter personam producentem, & productam, vnde sacra Deipara Mater est Christi Domini naturalis; sicut, & aliæ Matres tametsi diuerso modo, non quantum ad substantiam comunicatam, sed quantum ad modum communicandi, & generandi: Inde factum, vt aliqui vocent Deiparam sacram, Matrem supernaturalem, vt Aureolus citatus, & Argentina, qui 3. d. 4. q. 1. a. 2. docet conceptionem Christi esse simpliciter supernaturalem, quo modo loquendi vitur sanctus Thomas 3. p. quæst. 33. art. 4. cap. affirmans solum secundum quid esse naturalem, ex opposito autem Bonauentura distinct. 4. in 3. art. 3. quæst. 2. docet illam actionem non fuisse naturalem omnino, sed habuisse aliquid supra naturam.

Aureolus. Argentina.

S. Thom. Bonauent.

763.

Ad sextum concedo maiorem Aureolo, & nego minorem; & ad illius probationes concedo intentum primæ, & secundæ; & ad probationem minoris quoad tertiam partem concedo maiorem, & minorem, & nego consequentiam, ratio est quia licet naturalis potentia non agat nisi in materiam, vt disposita est vltimo ad recipiendam formam, vt illam introducat vt constat in diuersis transmutationibus antecedentibus organizationem, id est quia exercet suam causalitatem iuxta propriam naturam & sine vlla eleuatione; inde est quod homo immediate ex semine non potest generare alium hominem, modus enim naturalis operandi petit necessario ex rei natura dispositiones alias At vero in conceptione Christi Domini illa transmutationes non fuerunt, ex inde vero non sequitur sacram Deiparam egisse in nudam materiam, quia illa materia præexistens non erat sine forma, quæ toto tempore præcedenti organizationem reperiebatur in illa, illius igitur actio inuenit materiam in forma sanguinis, & seminis, & cum dispositionibus necessariis ad eius conseruationem.

764.

Ad septimum concedo sequelam, & nego minorem, existimo enim generationem Christi Domini fuisse supernaturalem secundum substantiam, quia processit à ratione formali operandi supernaturali secundum substantiam, denominatione enim actionis debet sumi à principio actiuo secundum perfectissimam rationem secundum quam producit effectum: vnde licet visio beatifica procedat ab intellectu, qui est potentia naturalis, tamen quia forma agendi supernaturalis est, non dicitur neque est visio beatifica naturalis, sed supernaturalis secundum substantiam, cum hoc tamen stat, vt explicimus Mariam SS. esse Matrem Dei naturalem quia supposito diuino communicauit suam naturalem substantiam vt est terminus generationis, & in hoc nulla est difficultas.

765.

Difficilius est illud, quod additur de termino, qui cum sit productus per actionem supernaturalem secundum substantiam, necessario videtur futurus eodem modo supernaturalis; sed respondeo primo negando maiorem, &

minorem, non enim est necessarium terminum actionis supernaturalis esse etiam supernaturalem; potest enim esse naturalis, nec desunt instantiæ, maxime in sententia negantium rationem supernaturalis entis sumi ex Deo, vt petit esse in tribus personis, quæ est communis conceptio. Transubstantiatio enim, vt dicit conuersionem panis in corpus Christi præcise est actio supernaturalis, & tamen terminus illius, scilicet corpus Christi, vt præscindit ab existentia, & vbi sub speciebus panis, quæ consequitur ad conseruationem est ens naturale. Resurrectio est actio supernaturalis secundum substantiam; & terminus illius erit totus homo, qui est ens naturale; creatio quantitatis in Eucharistia terminatur ad ens naturale, & tamen est supernaturalis, vt inter alios docet Hurtado 3. p. disput. 34. n. 7. & tandem si Deus subito alicui infunderet virtutem aut artem sculpendi, ita vt non solum fieret potens ad sculpendum, sed etiam taliter sculperet, vt nulla virtus aut ars creata etiam excellentissima posset eum imitari, neque in natura ad hoc reperiretur facultas, proculdubio illa ars esset supernaturalis, id est supra totam naturam creatam, & creabilem, & si deinde aliquam statnam sculperet illa non esset supernaturalis, sed naturalis omnino, vt notat Coninch. de fide spe, & charitate disput. 4. dubio 6. §. nota 5. num. 109. ex quibus & aliis quæ possent adduci constat terminum actionis supernaturalis posse esse naturalem; & in nostra sententia actio Spiritus sancti, qua in instanti simul cum Virgine organizauit Domini nostri Iesu Christi corpus secundum substantiam fuit supernaturalis & tamen illud corpus sanctissimum est naturale, potuit ergo illa actio Virginis supernaturalis omnino habuisse terminum naturalem omnino & habuit, de facto.

Hurtado.

Coninch.

766.

Secundo responderi posset actionem illam habuisse terminum supernaturalem, vt habent actiones aliæ supernaturales secundum substantiam; generatio enim Virginea terminata est, vt ad terminum totalem ad Christum Dominum, qui qua Deus est substantialiter supernaturalis; & vt ad terminum formalem, atque primarium ad ipsam Verbi personalitatem terminari ipsam vnionem hypostaticam, quæ etiam supernaturalis est; vnde cum conceptio Christi non fuerit terminata, donec humanitas fuit vnita Verbo, non videtur ibi defuisse terminus supernaturalis totius generationis actiuæ. Sed statim impugnari potest ista solutio, tum quia inquitur quis sit terminus organizationis, vt distingui potest à generatione, tum quia reuera hypostatica vnio non potest esse terminus illius actionis, quia in organizatione causalitas Virginis est effectiua principalis; constat autem Virginem non attingisse principaliter vnionem hypostaticam, de quo infra tractandum. Standum igitur est priori solutioni.

767.

Ad octauum nego antecedens, ad illius probationem concedo illi materiam nullam impressam fuisse virtutem effectiuam supernaturalem ad illam organizationem, neque à Deo immediate, neque à sanctissima Virgine, vt efficaciter probat argumen-

tum

tum, atque adeo concurrisse non virtute supernaturali, sed naturali ad id sufficienti eo quod & processit à virgine sanctissima, & illi immediate subditur, vt habet virtutem supernaturalem actiuam in ordine ad organizationem, vnde non tam id habet illa materia à sua natura, quam ex vnione seu intima assistentia virtutis supernaturalis actiuæ, quæ est causa principalis organizationis, vt contingit in calore vitali, qui licet ex natura sua non possit concurrere ad generationem substantialem sumptus per se, & vt præscindit à substantia viuente, tamen vt reperitur in illo, estque illius instrumentum concurrat ad generationem vitalem, ad quam præcise vt calor non posset concurrere, & similiter habitus luminis gloriæ concurrat ad vitalitatem, quæ inuenitur in visione beatifica, quia natura sua est virtus potentia vitalis, quin illud sit formaliter vitale, ita etiam materia illa potuit concurrere ad organizationem, quia natura sua est virtus, & instrumentum potentia generatiuæ, quæ eleuata est per supernaturalem virtutem ad illam organizationem instantaneam, sine additione alicuius virtutis: Quæ omnia confirmantur instantiis quæ solent afferri ad probandum potentias posse eleuari ad agendum supernaturaliter per solum auxilium extrinsecum, & in hoc casu habent maiorem vim, quia nec intellectus neque voluntas habent virtutem naturalem ad actus supernaturales, neque sunt Dei iumenta ad intellectum, & volitionem, at vero illa materia habet vim naturalem actiuam ad organizationem, & est connaturale instrumentum ad illam actionem, quod sedulo est aduertendum.

768.

Vel respondeo secundo concedendo antecedens, & negando consequentiam, quia virtus organizandi supernaturalis in Virgine Deipara non sumitur à materia illa quam exhibuit ad formationem corporis Christi; sed materia fuit instrumentum respectu Virginis, & suam causalitatem exercuit dependenter ab vtraque Virginis virtute, si aliquam habuit efficientem. Dixi si aliquam efficientem habuit, quia re bene perpenfa existimo solam illius materiam causalitatem & hæc est legitima solutio fuisse passiuam, quia licet naturaliter habeat etiam causalitatem actiuam, in mysterio incarnationis, fuit præuenta effectiua causalitas ab Spiritu sancto, & virtute actiua supernaturali Virginis Deiparæ efficientibus organizationem in instanti ad quam illa materia solum successiue poterat concurrere. Eodem omnino modo, quo sanctus Bonauentura asseruit in explicatione aliquorum præuentam esse virtutem illam supernaturalem virginis sanctissimæ Spiritus sancti operatione, ita vi si posset illa concurrere, non tamen concurrerit, quia fuit præuenta operatione infiniti agentis, ita similiter virtus erat efficiens in illa materia, sed non prorupit in actionem sibi propriam, quia fuit præuenta à superiori virtute.

769.

Neque ex hoc sequitur quod sect. 4. obieciamus contra Doctorem seraphicum, scilicet Mariam Diuam non futuram Matrem Christi Domini, quia nos non negamus con-

cursum Virginis in generationem Christi Domini, sed solum actiuitatem illius materiam in organizationem. Vnde concedo materiam eam, seu semen passiuæ solum se habuisse ad formationem corporis Christi Domini, & ad hanc actionem nullam exercuisse actiuitatem, solumque fuisse materiam, ex qua Spiritus sanctus, & Virgo corpus Christi Domini formarunt. Patet ergo ad octauum argumentum solutio, & constat Beatissimam virginem esse Matrem hominis Dei, quia ad hoc non est necessarium, quod materia illa concurrat actiue, sed quod Virgo virtute sufficienti efficienter concurrat ad Christi Domini generationem.

770.

Hæc scripseram, & dum ea semel, & iterum lustrò, & sacram Deiparam purissimam, & inregenitam credo, nullamque admisisse voluntatem in præparanda materia corporis Christi ex obumbratione Spiritus sancti pronuncio, illud veniebat in mentem, quod licet ratio illa Matris saluari non possit naturaliter sine feminis feminei conculu, non ita hoc est necessarium de potentia absoluta, quod sine illo fieri non possit, vt potest fieri humana conceptio, & facta fuit mirabilis Christi Domini generatio sine conculu virili, qui tamen naturaliter est necessarius simpliciter ad generationem naturalem. Hinc considerabam virginem sanctissimam verè, & proprie Matrem Christi Domini futuram, si sanguinem purissimum potentia sua elaboratum ministrasset corpori formando, sine eo quod aliam præbuisset materiam, ea tantum ratione, vt vtraque virtute supernaturali, & naturali purissimum sanguinem partiali actiuitate explicata illi formaret in fetum; hæc enim ratione suam substantiam communicasset Christo Domino, vt vere & diceretur, & esset filius illius, & ipsa Virgo Mater illius; sunt enim Partes, qui existimant Diuam Virginem solum sanguinem ministrasse ad Christi Domini conceptionem, inter quos clarius nullus, quam Alcimus Auitus, qui libro ad sororem hæc reuerenter, & floride scripsit.

Alcimus.

*Inactam Matrem pro spermate sanctus obumbrat Spiritus, hæc tantum sanctum præbente cruorem.*

Alij vero qui in hanc veritatem vocatur exclusionem dictionem nunquam constituunt, vnde explicari possunt, ita vt asseruerint Virginem purissimam vtraque materiam ministrasse; Sed solius sanguinis exhibitio etiã quacunque voluptate eliminata superna protectione puriorè redoleret Virginitatem, quia ibi nec impuritatis cito euanescentis vmbra vlla, si hoc modo explicetur integritas cum qua partus seminis, vt ita loquar nõ nullam pugnantiam videtur habere, est ergo mihi probabilissimè solū sanguinè ministrasse ad Christi conceptionem M. purissimam.

771.

Nec discursus hic destruit nostram sententiam de actiuitate virginis Mariæ ad formatum corpus Christi Domini tum quia nos in nulla conclusione asseruimus Virginem emisisse semen ad hanc mirabilem conceptionem, licet inter respondendum id videamus admittere, consequenter ad nostram sententiam de actiuitate, feminae spectatis naturæ legibus.

772.


tum etiam quia omnia, quæ de semine, & sanguine asseruntur, ut sunt generationis materia de solo sanguine purissimo sunt affirmanda habebit enim rationem principij passivi ad fœtum, scilicet corpus Christi Domini, & ex illius potentia Spiritus sanctus, & Virgo dicentur eduxisse formam organicam, quod sufficit ut Virgo sacrata vere, & proprie fuerit Mater Christi, quia genuit eum de propria substantia. Est ergo via adiuuenta, qua sine seminis effusione defendatur virtus actiua Deiparæ in Christi Domini generatione.

773. Illud in fine huius disputationis addiderim circa materiam, quam exhibuit Beata Virgo ad Christi Domini generationem non eodem modo Patres loquuntur, nam alij affirmant illam fuisse communem cum cæteris mulieribus, ut ex Anselmo, & Beda iam artulius, quibus suffragatur Auctor libri de viro perfecto, qui habetur inter opera Hieronymi, qui seminis meminit non semel explicans illud Genesis 9. *inimicitias ponam inter te, & inter mulierem, inter semen illius, & semen tuum;* & illos sequitur Canisius libro 3. de B. Virgine, cap. 13. pag. 232 qui nunc puissimum sanguinem, nunc semen, ut materiam adducit corporis Christi Domini, quod desumpsit ex Bernardo, qui explicans illud de Ilaia desumptum, cap. 7. *Et flos de radice eius ascendet* inquit. Si noua caro Christi esset ex nihilo, quod æstimare non ulla, non de radice flos dici posset ascendisse. Nunc autem, qui producit de radice sine dubio communi ab origine communem probatur habuisse materiam, ita libro de septemiformi Spiritu.

774. Alij vero sanguinem vocant, ut Sophronius in Epistola approbata in sexta Synodo act. 11. *Ex inuolubili* (inquit) *namque & virginali sanguine sancta Maria immaculata Verbum vere factum est incarnatum.* Dionysius Arcopagita de diuinis nominibus cap. 2. *Ignoramus tamen quo modo ex Virginis sanguinibus, &c.* Damascenus, Elias Cretenis, Michael Syngelus, Constantinus Manasse, quos affert Hurtado Præcursoris Theologi disput. 5. membro 4. qui ex Cõcilio Vuormaciensi in confessione fidei hæc affert. *Virginitas secunda per spiritum sanctum carnis materiam ministrant.* Sed Concilium non meminit sanguinis in illis Verbis, sicut nec Pelegrinus Lauratensis, quem citat.

775. Tandem alij carnem Virginis inferunt ut materiam immediatam corporis Christi. Sexta Synodus act. 18. *Ex sancta, & immaculata carne Deipara in propria subsistentia carnem sumpsisset nobis consubstantialem.* Petrus Blesensis sermone 1. *Cum obmularret eam Spiritus altissimi separauit ab ea carunculam ex qua formata est caro saluatoris.* Bernardinus Senensis sermone 1. de nomine Mariæ, & alij, quibus præluxit Augustinus, qui id asserit, lib. 22. de ciuitate Dei cap. 15. & Psalm. 98. hæc protulit verba. *De carne Maria carnem accipit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit.* Quem nonnulli recentiores imitantur. Sed ut existimo sensus diuersus non est, sed terminis diuersis explicatur eadem materia necessaria ad generationem ex purissimo enim

sanguine semen efficienter & sanguis iam disponitur, ut conuertatur in carnem, neque existimo veram & propriam carnem quæ antea animabatur forma rationali Virginis inde desumptam, & animatam anima Christi saluatoris, licet id cederet in Virginis gloriam, sed illa caro non est communis generationis materia, de qua superius loquutus Bernardus.



DISPUTATIO XII.

Vtrum sacra Deipara hypostaticam vnionem efficienter attigerit.

**S**UPPONO inter Verbum Diuinum, & naturam humanam dari veram & realem vnionem quæ quia facta est immediata non in natura diuina, sed in hypostasi, & personalitate Verbi dicitur hypostatica, ut late docent Theologi, cum Diuo Thoma 3. p. q. 2. cum Magistro 3. dist. 1. & addo vterius cum frequentiori Theologorum sententia hanc vnionem esse modum substantialem distinctum ab vtroque extremo realiter, quod negarunt Guillelmus de Rubione 3. distinct. 1. quæst. 2. Caietanus 3. p. quæst. 2. art. 7. & alij affirmant tamen melioribus fundamentis cum sancto Thoma ibidem, Durandus, Ochamus, Gabriel, Suarez, Vazquez, Ragusa, Lorca, Granado.

SECTIO PRIMA.

Negatiua sententia.

**C**OMMUNIS sententia est nullam creaturam potuisse attingere potuisse, productionem vnionis hypostaticæ, atque adeo solum Deum esse causam principem illius, & ratio est manifesta, quia hæc vnio facta est ad diuinam personam nulla autem creatura potest habere vim principalem ad hoc, quod communicet personam. Diuinam substantiam humanam, hoc enim esset, ut recte argumentatur Suarez, 1. tomo in 3. p. disput. 10. sect. 1. habere superioritatem ad Deum, & propria volutate venire illum naturam distinctam, quod manifeste pugnat cum supremo Dominio Dei. Adde vnionem hypostaticam esse perfectissimam Dei participationem; ac proinde efficiendam esse principaliter à supernaturali substantia, vel à qualitate supernaturali; neutrum autem potest contingere; non primum, quia supernaturalis substan-

stantia est impossibilis, non secundum, quia illa qualitas cum sit inferioris lineæ non potest in se continere effectum substantialem se ipsa excellentiorem, qualis est vnio hypostatica.

Duplex ergo disputanda difficultas; Prima an Virgo sanctissima potuerit diuina potentia absoluta attingere illam vnionem; secunda an de facto res ita contigerit: Et quoad primam, partem negantem sequuntur Gabriel. 3. d. 1. quæst. 2. art. 2. dubio 5. Scotus, & Ochamus, quos ipse refert licet sine fundamento, ut notauit Tannerus tomò 4. disput. 1. de Incarnatione quæst. 5. dubio 7. num. 223. & nouissime eam defendit Vazquez 1. tomo in 3. p. disput. 25. cap. 1. consequenter ad ea, quæ docuerat 1. p. disp. 176. c. 3. vbi vniuersim probauit nullam rem posse assumi à Deo ut instrumentum physicum ad productionem effectus alicuius ad quem ipsa non sit sua natura inclinata ex qua Doctrina ita argumentatur. Nulla creatura potest habere inclinationem ad vnionem hypostaticam, etiam si sit Beatissima Virgo, & etiam si sit humanitas Christi; ergo nulla creatura potest assumi, ut instrumentum physicum ad productionem Vnionis hypostaticæ... Sed acius illam asseruit Paulus Nazarius 3. p. quæst. 3. art. 4. controuersia vnica.

781. Gabriel. Scotus. Ocham. Tannerus. Vazquez.

Nazarius.

782. Palacios. Medina. s. Tannerus. Vazquez.

783.

Ripalda.

Tertio probatur, quia si propter aliquam rationem Virgo sacrata efficienter concurreret ad hypostaticam vnionem, vel ideo esset, quia est propriissime Mater Dei, sed hæc ratio non est sufficiens; ergo nec instrumentabiliter attingit illam vnionem: consequentia est euidens, & maior probatur, quia nulla alia ratio assignari potest, nisi quæ sumitur ex tanta dignitate; minor vero efficaciter ostenditur, quia ante quam Verbum vnatur humanitati non intelligitur Maria sanctissima Mater Dei, saltem prioritate naturæ, quia in hoc priori intelligitur producta humanitas, ut assumeretur, & subinde videtur iam completa actio Mariæ sanctissimæ. Ita Tannerus citatus numero 126.

Quarto ostenditur eadem negatiua sententia, dignitas Dei genitricis non infert Mariam sanctissimam fuisse instrumentum ad creatandam animam rationalem Christi Domini: ergo neque infert fuisse instrumentum productionis vnionis hypostaticæ, antecedens est certum, & consequentia probatur à paritate rationis, nihil est enim quod conuincat peculiariter hanc instrumentariam actionem, & non illam cum vtraque fuisset gloriosissima Virgini purissimæ. Hæc est communis auctoribus huius sententiæ.

Quinto probatur, concursus efficiens non est necessarius in vnionem hypostaticam ex parte Virginis, ut vere, & proprie sit Mater Dei; ergo de facto non habuit talem influxum: consequentia constat, quia neque miracula, neque efficientiæ, sunt multiplicanda sine necessitate iuxta communem sententiam, & antecedens probatur, quia sine hoc concursu omnes saluant perfectam rationem Matris in Virgine, neque est vllus Doctor, qui ad eam petat talem concursum. Confirmatur, quia propter hanc rationem homo non vnit efficienter animam rationalem Corpori in generatione alterius hominis, quia sine hac vnitione ex parte hominis generantis saluatur ratio Patris, & Matris, cum ergo Beatissima Virgo non concurrat ad hanc vnionem, imo nec possit ad illam concurrere, quæ magis necessaria videtur ad rationem formalissimam Matris, nec concursus habuit ad vnionem hypostaticam, sine qua recte consistit Matris ratio formalis.

Sexto probatur, quia vnio hypostatica Verbi Diuini ad animam absolute fuit prior quam informatio circa quam versatur Maternus concursus; ergo Beatissima Virgo non potuit concurrere ad illam vnionem. Supponitur enim anima subsistens atque vnita verbo diuino. Quod argumentum instari potest etiam in corpore quod etiam supponitur vnium verbo diuino ante informationem animæ rationalis. Confirmatur, quia alix Matres non attingunt per efficientiam particularem filiorum subsistentias; ergo neque Beatissima Virgo attingit vnionem secundum quam subsistentia increata terminat naturam humanam.

Septimo, & vrgentius eadem negatiua sententia probatur, quia si Beatissima Virgo attingisset efficienter vnionem hypostaticam, sequeretur efficienter produxisse sanctitatem, gratiam, & alia dona, quæ reperuntur in Christi

784.

Tannerus.

785

786.

787.

788.

sti humanitate: Consequens est falsum: ergo, & antecedens, sequela probatur quia habitualis gratia, & supernaturalia dona consequuntur ad vnionem hypostaticam, veluti proprietates illius; falsitas autem consequentis ostenderetur disputatione sequenti.

SECTIO II.

Sententia affirmatiua praesertur.

789. **F**ateor semper mihi valde placuisse sententiam, quae affirmat beatissimam Virginem instrumentaliter concurrisse ad productionem vnionis hypostaticae, non quia existimem sine hoc concursu non posse saluari propriam Maternitatem, id enim falsissimum est, neque veritas fidei pendet ab hac opinione, sed quia iudico hanc causalitatem possibilem valde augere Virginis gloriam, neque vlla efficaci ratione posse conuelli. Hanc sententiam censet piam, & probabilem Suarez 1. tomo in 3. part. disput. 10. sect. 1. licet magis in contrariam inclinet, defendit meus Magister piissimus Granada controuersia 1. de Incarnatione tit. 4. disput. vltima sect. 1. num. 5. Baptista Nouatus de excellentia Virginis, tomo 1. c. 7. quaest. 37. §. Dico secundo probabilissimum, & multi Theologi quos refert Palacios in 3. d. 4. disput. 2. placetque hodie recentioribus doctissimis, quos ego consului.

790. Et ad alliciendos animos ad illius defensionem sufficeret proculdubio Deiparae gloria, quam etiam Patres non explicent, tamen non excludunt. Indubitatum, enim est gloriosissimum Virgini fuisse si non solum genuerit Deum, & hominem, sed etiam ad vniendum hominem Deo habuerit influxum, simul cum Spiritu sancto, neque hoc est nouas excellentias, illasque scitias querere Virgini, ac si illae desissent, sed explicare illas, quae latent in dignitate Matris hominis Dei, quod nullus cordatus, & dicatus Virgini sacrae negabit esse laudabile.

791. Ad illius vero maiorem declarationem aduerto meo iudicio non ita pendere hanc veritatem ab illa disputatione de ordine assumptionis partium, & totius humanitatis scilicet animae rationalis, & carnis in Incarnatione Verbi, quam tractant S. Thomas 3. p. quaest. 6. art. 5. & ibi illius interpretes, & scholastici cum Magistro 3. dist. 1. & 2. vt sine illius resolutione non possit tractari, tractauit enim eam & perspicue doctus Granada, in quacumque enim sententia locum habet haec nostra determinatio, siue nullus in Assumptione partium, & humanitatis ex natura rei fuerit ordo, vt male sensit Durandus in 3. d. 2. quaest. 2. quem omnes refellunt, siue ordine executionis prius fuerint partes assumptae, quam totum, licet hoc fuerit prius assumptum intentionis ordine, vt perspicue docet S. Thomas 3. p. quaest. 6. artic. 5. quem sequuntur Suarez tomo 1. in 3. p. disput. 17. Granada de Incarnatione controuersia 1. tit. 6. disputat. 5. siue ordine executionis totum fuerit prius assumptum quam partes, & ratione huius scilicet humanitatis, anima rationalis & corpus, quae

funt partes illius, vt tradit Scotus 3. d. 2. q. 2. §. ideo quantum; quod reputat probabile Almainus eadem dist. q. 1. & certum existimat Vasquez 1. tomo in 3. partem disput. 39. c. 3. à num. 11. tamen aliquomodo deuiet à Scoti sententia, & hoc siue constituantur solum duae vniones, altera verbi ad animam altera ad corpus, vt refert communis sententia, siue vnica solum ad animam, scilicet qua mediante corpus vnitum fuit Verbo diuino; vt probabile censuit Gabriel 3. dist. 2. quaest. 1. artic. 2. siue triplex sit vnio, prima & secunda ad partes, & tertia humanitatis totius, vt placuit Suario vbi supra, & disput. 8. sect. 5. quam imitatur Granada vbi supra tit. 4. disput. 4. num. 9. & mihi non displicet, quidquid velit Vasquez relatus.

Huius ratio est quia quocumque modo facta fuerit vnio humanitatis ad Verbum, & siue illa vna fuerit, vel multiplex in beatissima Virgine potuit esse virtus instrumentaria ad illam causalitatem, id enim non implicat contradictionem, quocumque ergo modo ad illam vnionem, siue vniones possent concurrere, quia si illi modi inter se comparentur, nullus est, qui alterum ita excedat, vt ad illum implicet contradictionem eleuari beatissimam Virginem, non vero ad alios, vt consideranti manifeste parebit; ex quo clarè inferitur resolutionem huius difficultatis, non necessario esse coniunctam cum posterioris resolutione, vt putauit Suarez; quod etiam amplius constabit.

Verum quia determinatio prioritatis, & posterioritatis inter vnionem humanitatis, & vnionem partium ad Verbum iuuabit ad gloriam Virginis declarandam, ac quiesco in Angelici Doctoris sententia, & existimo partes ordine executionis prius fuisse assumpas à Verbo diuino, & illi vnitas, quam vniretur totum; atque prius animam & corpus vnita Verbo in executione, quam vniretur humanitas, quamuis ordine intentionis; haec prius fuerit assumpta, & consequenter prius vnita; vnde in executione prior fuit vnio singularium partium, quam vnio humanitatis totius. Ratio manifesta desumitur ex ordine executionis, & intentionis, quos explicat S. Thomas 3. p. q. 6. a. 5. illud enim prius dicitur in intentione, quod prius intenditur ab agente, dum efficit aliquem effectum illud vero dicitur prius in executione, quod prius tempore vel natura fit exemplum in fine, & medijs; ille prior intentione; haec in executione priora; vnde argumentum in mysterio Incarnationis, nihil prius intendit Deus, quam Verbum fieri hominem: ergo vnio Verbi, ad humanitatem fuit primum, quoad Incarnationem in intentione, & quantum ad vnionem partium in executione probatur, quia partes sunt causa totius in executione: ergo sunt priores; & vltcrius; ergo prius in executione fuerunt, anima rationalis, & caro vnita Verbo quam vnirentur inter se; prima consequentia probatur, quia partes sunt causa totius: & secunda constat, quia anima rationalis, & caro sunt partes humanitatis, atque adeo illius causa; Quae doctrina intelligenda nullo modo est de prioritate temporis, sed

Scotus. Almainus. Vasquez. Gabriel. Suario. Granada.

792.

793.

S. Thom.

sed solum de prioritate naturae, supponimus enim ex eis, quae attigimus, ex communi sententia conceptionem Christi Domini à collocatione materiae in loco conuenienti generationi exclusiue, factam fuisse in instanti, prout includit omnes actiones necessarias: vsque ad vnionem hypostaticam inclusiuè idque est maximè aduertendum, in materia, quam nunc disputamus.

Dico primo, etiam si partes humanitatis Christi Domini, prius ordine intentionis fuerint Verbo vnita, quam humanitas vniretur, beatissima Virgo potuit concurrere, vt instrumentum ad productionem vnionis hypostaticae: Haec est contra Franciscum Suarez; sed amplectitur eam Gabriel Vasquez, quatenus existimat sibi non probari rationem: quia: vritur Suarez ad negatiuam sententiam monstrandam. Probaturo primo: concursus Virginis Maternus ad generationem propriissimam Christi Domini nullam habet connexionem ex natura rei cum productione vnionis hypostaticae: ergo etiam si partes prius vniantur Verbo, quam humanitati poterit Virgo ad illam vnionem hypostaticam efficienter concurrere, consequentia manifestabitur ex explicatione antecedentis, quod ita declaro, ad hoc quod beatissima Virgo proprie sit Mater Dei, nullo modo fuit necessarium, quod ipsa attingeret vnionem hypostaticam, vt diximus in hac disputatione, & omnes concedunt; vnde etiam si non efficeret vnionem esset perfecte Mater Dei hominis; non est ergo connexio aliqua ex natura rei inter generationem, & productionem vnionis hypostaticae: ergo quocumque modo facta fuerit haec vnio, potuit optimè attingi à beatissima Virgine, etiam si non intelligatur causalitas illius generatiua, quando in priori naturae anima, & corpus vniantur Verbo diuino. Confirmatur: istae causalitates non habent ordinem inter se ex natura rei, sed solum ordinatione diuina; ita vt si vellet Deus alia ratione circumstantias incarnationis diuinæ, altera illarum scilicet causalitas Virginis in vnionem hypostaticam non esset: ergo vna non dependet ab alia, ita quod ex positione causalitatis diuinæ circa vnionem singularium partium, sequatur negatio causalitatis Virginis in vnionem hypostaticam, praecipue cum vtraque causalitas intelligatur exercita in eodem temporis instanti. Confirmatur, & declaratur vltcrius, quia non repugnat virtutem illam supernaturalem, qua Virgo concepit Christum, prius terminari ad causalitatem vnitiuam quam ad causalitatem generatiuam, praecipue cum inter se non sint connexae, vt ostendimus, & alias prioritate naturae ad generationem supponatur actio diuina vnitiua partium ad Verbum, cuius instrumentum fuerit Virgo Deipara, ad quam consequitur generatio Christi Domini in eodem temporis instanti.

Probaturo secundo conclusio ex eodem principio: Non implicat creaturam aliquam sumi vt instrumentum ad vnionem hypostaticam, quin sit vere, & proprie Mater Christi; ergo ex eo quod vnio sit facta animae rationalis, aut corporis ad Verbum diuinum, in illo priori naturae antecedenter ad generationem Christi

794.

Vasquez.

795.

Domini, non sequitur beatissimam Virginem non concurrisse ad vnionem hypostaticam; antecedens concedit Gabriel Vasquez: disputat. illa 25. cap. 1. num. 8. & probatur, quia nulla repugnantia est in eo, quod Deus assumat Angelum tanquam instrumentum ad vniendam humanitatem, aut partes illius cum diuino Verbo; & tunc Angelus, (vt euidentis est) non haberet rationem generantis, aut Matris: tum quia vt praemisimus istae causalitates non habent connexionem necessariam, tum quia Angelus Mater esse non potest: & consequentia ostenditur, quia eadem ratione, qua propter negationem connexionis necessariae Angelus potuit efficere vnionem hypostaticam in instanti incarnationis, potuit etiam Virgo beatissima concurrere ad illam in eodem instanti temporis, quamuis in alio sequenti naturae etiam sequatur causalitas generationis; actiones enim istae licet in sacra Deipara conuectantur ex singulari priuilegio, & beneficio diuino, distrahuntur tamen, & diuiduntur ex propria natura.

Dico secundo: Non implicat beatissimam Virginem concurrere, vt instrumentum ad vnionem hypostaticam, quia nulla creatura potest natura sua inclinari ad mysterium Incarnationis efficiendum, nec habere, vllam praeuiam actionem in illum effectum. Assertio est contra Gabrielem Vasquez, qui hac ratione intendit Virginem nec fuisse, nec potuisse esse instrumentum vnionis hypostaticae; sed amplectuntur eam omnes Theologi, qui assuerunt Deum pro sua voluntate posse assumere quamcumque creaturam ad quem libuerit effectum efficiendum, tamen etiam haec sententia vniuersaliter mihi non probetur. Ratione vero efficaci conclusionem ostendo. Non implicat contradictionem, beatissimam Virginem habere inclinationem ad Incarnationis mysterium, & effectum aliquem in ordine ad illum: ergo ex hac ratione non implicat esse instrumentum Incarnationis; illatio est euidentis, cum solum hac ratione probet Vasquez suam sententiam, & antecedens probatur; quia sacra Deipara formaliter, vt sacra Deipara est habet virtutem supernaturalem ex propria ratione inclinatum ad incarnationem hominis Dei, cum habeat dignitatem Matris; quae ex suo conceptu formali est tota ratio supernaturalis generandi hominem Deum, & ita respicit tantum mysterium, vt fuerit proximum principium operandi multa circa illius effectum, vel antecedenter, vel concomitanter: antecedenter saltem prioritate naturae formationem, & organizationem corporis Christi, quae fuit praeuia operatio requisita ad causalitatem instrumentariam, vt praeter Thomistas docuit expressè Scotus 4 d. 1. quaest. 1. §. ideo dici potest circa finem. quamuis diuersa ratione, ac discipuli Diui Thomae concomitanter actionem generatiuam, & vnitatem corporis ad animam Christi Domini; quae omnia fieri non poterunt sine inclinatione dignitatis Maternalis ad illa, qualibet enim causa habet inclinationem ad proprios effectus, & illa virtus cum praedictos causet debet necessario habere inclinationem ad illos quo discursu non solum

796.

Vasquez.

Scotus.

folum probatur conclusio contra Vasquez; sed quantum attinet ad sacram Deiparam eneruatur facile illius argumentum, quia tamen Virgo sanctissima secundum humanam naturam non habuerit inclinationem ad productionem vnionis hypostaticæ, habuit illam secundum naturam, & dignitatem physicam Dei genitricis, vt clare colligitur ex dictis, in hac vestigatione, & constabit amplius ex dicendis, & nunc declaratur amplius, quia virtus illa supernaturalis, seu dignitas Deiparæ sacræ est instrumentum valde accommodatum, & propinquissimum vnioni producendæ quo motiuo Suarez disputat. illa 10. sect. 1. §. De ipsa autem Virgine probat piissimum esse credere affirmatiuam sententiam, dicturus id meliori ratione, de illa virtute, & ratione agendi, quam esse supernaturalem secundum substantiam supra ostendebamus, quod in sacra Deipara non reperitur & ex his diluitur argumentum Vasquez adductum sect. 1.

Suarez.

797.

Dico tertio, sacra Deipara non solum potuit efficientia instrumentali attingere vnionem hypostaticam, sed etiam hoc modo illam attingit, & produxit: Conclusio est contra Doctores sententiæ negantis, quos sequitur Cabrera 3. part. quæst. 2. art. 11. disputat. 1. sed amplectuntur eam Doctores sententiæ affirmatiuæ, quam reputat valde probabilem Hurtado 3. p. disput. 23. & docti recentiores sequuntur in Salmaticensi lyceæ, intelligendaque est de hypostatica vnione, siue sit vna, siue sit multiplex ad partes scilicet, & ad totam humanitatem, & quoad primam partem probatur ratione, quam affert Nouatus, quæ vt habeat vim maiorem, hoc modo est proponenda; vnio hypostatica non solum est aliquid creatum finitæ, & limitatæ virtutis; sed etiam non petit ex propria rei natura creari, sed educi de potentia subiecti, & substantiæ, quam modificat, & cuius est nexus; ergo non implicat contradictionem, quod instrumentaliter producat a beatissima Dei genitrice consequentia probatur, quia infinitas, aut creatio, solum possunt fundare rationem implicationis, cum igitur, neque vnio sit infinita, neque petat creari, sed educi nihil restare videtur, quod monstrat implicationem; sequitur Hurtado: disput. 34. num. 24.

Cabrera.

Hurtado.

Nouatus.

Hurtado.

798.

Dices vnionem hypostaticam esse infinitam saltem ex parte alterius extremi, scilicet Verbi diuini; ac proinde non posse produci a creatura. Sed contra primo, quia virtus obedientialis etiam habet infinitatem ex parte agentis diuini, & supernaturalis, & talis est rationis, vt quidquid non implicat contradictionem, aut indecens est possit fieri media obedientiali potentia, quæ reperitur in virtute illa supernaturali, ita Suarez disputat. illa 10. sect. 1. §. quocirca. Contra secundo, quia absolute loquendo vnio hypostatica finita est, cum sit creatura, realiterque distincta à personalitate, & subsistentia Verbi, & si solutio aliquid valeret ex illa probari posset actum charitatis esse infinitum, quia infinitus est terminus, quem respicit, & obiectum, ad quod terminatur bonitas scilicet diuina.

Suarez.

799.

Dices secundò, fieri nulla ratione posse,

quod facultas vnitiua habeat virtutem supra ipsum Deum, & necessario illam debet habere super vt trumque extremum, atque adeo supra Verbum diuinum; sed hæc euasio facile refellitur, quia negari non potest, ad vnionem hypostaticam efficienter concurrisse Patrem, & Spiritum sanctum, simul cum Verbo; & tamen neque Pater, neque Spiritus sanctus habent virtutem, & potestatem circa ipsum Verbum sed sufficit habere virtutem, & potestatem circa assumendam, & vnendam naturam; quæ extrinseca est ipsi Verbo diuino. Adde actionem illam vnitiuam, necessario pendere ex diuina voluntate. Vnde fit Deum habere in sua potestate causalitatem Virginis; ita vt vtratur illa, quando, & quomodo voluerit, non vero sacram Deiparam habere voluntariam causalitatem supra ipsum Deum; quandoquidem non potest, nec potuit vti illa causalitate instrumentaria ad proprium nutum. Adde nos vti concursu diuino ad elicienda opera libera pro nostra voluntate, ex hoc vero non sequitur nos habere potestatem supra diuinum concursum concomitantem.

Dices tertio ex Didaco Aluarez nullam esse proportionem inter creaturam, & Verbi personalitatem; ac proinde creaturam non posse producere vnionem. Respondeo, proportionem debere esse inter instrumentum, & vnionem, at maxima est proportio inter Virginis Maternitatem, quæ pertinet ad ordinem hypostaticum, & ipsam vnionem hypostaticam.

Dices quarto ex eodem 3. p. disput. 19. n. 6. Nullum est subiectum in quod operetur creatura, vt producat vnionem hypostaticam: ergo illam non potest producere: consequentia constat, quia hac ratione probatur creaturam non posse assumi etiam vt instrumentum ad creandum: & antecedens patet, quia nec ipsum Verbum, quod non immutatur, nec ipsa natura humana, quæ non existit ante vnionem, cum habeat existentiam, & subsistentiam à Verbo diuino. Respondeo negando antecedens, creatio enim corporis & animæ Christi non est idem, quod vnio, quæ est actio distincta à creatione, & illam supponens, sicut etiam assumptio, vt docet idem Aluarez, disput. 14. n. 14. Deinde in probabilissima sententia, neque humanitas Christi, neque partes illius habent existentiam à Verbo diuino, etsi subsistant subsistentia Verbi diuini; inde saltem prioritate naturæ supponitur subiectum existens, in quod posset operari creatura, & operata est Maria sanctissima, videatur Hurtado 3. p. disput. 34. num. 23.

Posterior vero pars, Virginem videlicet Deiparam effectiue attingisse vnionem hypostaticam probatur primo autoritate sanctorum Patrum, & relicto testimonio Epiphaniij; quo vtitur Nouatus, & clibani similitudine ad vitæ panem, quia in efficax est, cum similitudo illa optime perseueret, etiam si Virgo non attigerit hypostaticam vnionem, id videtur sensisse S. Ambrosius qui Epistola 82. hæc scripsit. *Per hominem, & mulierem caro eiecta est de Paradiso, per Virginem iuncta est Deo, ac si aperte diceret, vnita est Deo caro per mulierem, quia reductio carnis ad Deum, seu*

800.  
Aluarez.

801.

Aluarez.

Hurtado.

802.

Ambrosius.

clarius loquendo indulgentia primi peccati non fuit à beatissima Virgine, atque adeo de vnione per gratiam habitualement non potuit intelligi Ambrosius, loquitur ergo de causalitate vnitiua in ordine ad vnionem hypostaticam: Quam clare videtur asseruisse Hifichius Presbyter Hierosolymitanus, qui homilia 2. de beatissima Virgine tomo 2. Biblior. veterum Patrum à Margarino vocat Deiparam instrumentum incarnationis eius, qui omnia produxit, quem insinuat nostram conclusionem, negare non potuit Gabriel Vasquez; disputat. illa 25. num. 9. Sed respondet, Hifichium intelligendum esse de instrumento morali, non de physico instrumento; qua ratione dicere solemus illum qui nobis imperauit salutem esse instrumentum illius; At hæc explicatio omnino est voluntaria, vox enim instrumenti absolute prolata significat apud auctores physicum instrumentum, si aliud non addatur, quod principium causans transferat ad principium morale, & alias ex propria intelligentia, quam nos intendimus vocis instrumenti nullum sequitur inconueniens.

Hifichius.

Vasquez.

803.  
S. Bernard.

Tertio hanc sacra Deiparæ causalitatem, non leuiter insinuat, sanctus Bernardus, qui lib. 5. de consideratione ad Eugenium, cap. 10. parabolam de muliere fermentante trita facta farinæ applicat ad Virginem sanctissimam, & explicans vnitatem personalem Verbi ad animam, & ad carnem, quæ perseuerauit etiam homine mortuo addit. *In vtero Virginis (vt sentio ego) commixtio hæc, & fermentatio facta est, & ipsa Virgo scilicet, mulier quæ miscuit, & fermentauit*, quibus vltimis verbis, clare in eo iudicio causalitatem in vnionem declarauit Bernardus, quia non solum explicuit, in vtero Virginis factam fuisse vnionem humanitatis ad verbum de quo fides dubitare non permittit; sed etiam asseruit, vt rem omnino singularem, & quam Ecclesiæ doctrina non proponit sacram Deiparam animam, & corpus Christi Verbo diuino miscuisse, & vnuisse propria efficientia, quasi dulcissimus Doctor ad dignitatem Matris antiquam, nouiter vellet aduicere ob maiorem gloriam, non solum Mariam fuisse Matrem Dei; sed etiam tam perfectam Matrem, vt perfectior esse non potuerit, quia attingit etiam vnionem hypostaticam, verba enim illius rhetoricam includunt gratiore à generatione, quam omnes docemur ex fide ad vnionem quam poterant negare nonnulli, illa vero aliquorum imaginatio Bernardum, & Patres alios nihil minus cogitasse, quam has subtilitates inanis omnino est, tum quia hac explicatione eneruari possent plura Patrum testimonia in rebus grauissimis, tum quia manifesta iniuria sit Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ, qui fuerunt doctissimi, & subtilissimi summique Theologi; licet ante Magistrum sententiarum scholastica methodo, doctrinam nostram non tradiderint, neque ex professio Theologicas veritates explicauerint.

Ex quo postsumus argumentari ad confirmandam hanc partem ratione, quia sine dubio gloriosissimum esset Virgini vnionem hypostaticam attingisse, in qua summa, & ineffabilis gloria humanæ naturæ, vt de se facile in-

804.

telligitur, & alias non implicat contradictionem, neque dedecet bonitatem, & pietatem filij, quod hanc excellentissimam gloriam Matris communicauerit: ergo de facto illam communicauit, & consequenter simul cum Spiritu sancto, principali agente instrumentum fuit Deiparæ vnionis hypostaticæ, nullaque est ratio propter quam Filius excluderet Matrem à tanta gloria, præcipue cum physica dignitas Matris, & virtus illa supernaturalis actiua illi communicata ad generationem tantum habeat proportionem, & cooperationem ad illam vnitiuam causalitatem. Ex qua doctrina, nouum sumitur argumentum; & quantum Materia patitur efficacissimum, quodque nullus hactenus vidit illorum qui hanc sequuntur sententiam. In sacra Deipara fuit virtus supernaturalis proportionata ad producendum vnionem hypostaticam: ergo de facto efficienter concurret, saltem, vt instrumentum ad illam. Consequentia probatur, quia alias illa virtus inutilis esset, & superflua, suoque careret fine; si in causalitatem hanc illa mediante sacra Deipara non exierit. Et antecedens ostenditur, quia dignitas physica, seu Maternitas illius intrinsece, & substantialiter est non solum supernaturalis, vt illa, sed etiam ordinis hypostatici, & præterea est virtus effectiua, seu ratio agendi & producendi Deum hominem, in qua productione, & generatione includitur vnio hypostatica & alias est etiam facultas ad vnionem inter se partes humanitatis; corpus, scilicet, & animam, quibus positus in re nihil deesse videtur in Virgine vt tanquam instrumentum concurrat ad producendam vnionem, quæ ratio amplius explicabitur ex dicendis.

## SECTIO III.

*Lux maior parti affirmanti, & argumentorum negantis solutio.*

Sed occurrit hic nec leuis, nec contemnenda difficultas, nam aut sacra Deipara concurrat hac solum virtute ad vnionem hypostaticam, aut per illam eleuatur ad actionem quam non poterat attingere illa qualitas, aut dignitas ex natura sua? Neutrum autem istorum videtur asseri posse, non primum, quia illa virtus, Maternitas scilicet, solum ordinabatur ad Deum generandum, vt constat ex illius definitione, seu explicatione, quam tradidimus supra; neque in illa videtur inueniri posse proportio ad tantum effectum, etiam si ponatur eminentissima. Nec secundum, tum quia vna forma natura sua eleuans non eleuatur per aliam, nec vna qualitas per alteram qualitatem. Tum etiam quia alias sequeretur dari in rebus; (quæ est confirmatio prioris rationis) formam, quæ ex natura sua inclinaretur in vnionem hypostaticam; essetque naturale instrumentum ad illius productionem, quod nulla ratione videtur dicendum, & potest facile refutari motiuis quibus ostenditur in sectione prima hanc causalitatem creatam esse impossibilem. Augetur difficultas, quia aut illa

805.

virtus

virtus est completa ad hanc efficientiam ; vel incompleta , completa esse non potest , quia non indigeret eleuatione vlla , vt constat manifestè , si enim voluntas absolutè esset virtus completa ad actum charitatis , non indigeret vlla eleuatione , sicut quia completa est ad actum amoris naturalis , non petit eleuationem vliam ; sed viribus naturalibus illum producit : Incompleta etiam esse non potest , peteret enim ex propria rei natura complementum sui , eadem ratione qua Thomistæ ostendunt , & nos etiam dicemus in rebus creatis non reperiri virtutem incompletam ad actus supernaturalis , vt tales sunt , quia necessario res naturalis peteret ex se complementum supernaturale , & concursum eiusdem ordinis .

806. Sentio difficultatem , & assero Maternitatem Dei genitricis non eleuari ad producendam vnionem hypostaticam , ita vt ipsa sit , quæ concurrat instrumentaliter ad illam , non quia vna qualitas non possit per alteram eleuari , siue illa sit supernaturalis , siue naturalis ; calor enim in viuentibus , verbi gratia in homine eleuatur per alteram qualitatem ad producendam carnem , quam non producit , si non inhaeret animali , & gratia potest eleuari ad efficiendum effectum , quem non poterat ex natura sua per qualitatem superadditam : Neque ex ea ratione quod si incompleta vis esset peteret ex propria rei natura complementum sui , quia cum supernaturalis sit , mirandum non esset , si intra proprium genus peteret complementum ad actionem ad quam ordinatur , & habet incompletam virtutem ; sed motiuum efficax est , quia virtus illa esset , qua Deus vteretur ad producendam vnionem hypostaticam , atque adeo causa instrumentalis illius , beneficiumque hoc , & donum singulariter gloriosissimum inanimi creaturæ esset collatum , tametsi excellentissimæ , non vero sacræ Deiparæ , vt clarissimum est , ac proinde illa , & non B. Virgo illustraretur , tam supernaturali efficientia , & consequenter ea Dei genitrix priuaretur .

807. Existimo ergo , saluo meliori iudicio , Virginem , & Matrem castissimam concurrisse instrumentaliter ad vnionem hypostaticam eleuatam per virtutem & qualitatem Maternitatis per quam fuit eleuata ad generandum Deum hominem , quin fuerit necessarium , quod eleuaretur per aliam qualitatem distinctam , solumque fuisse necessarium peculiarem , & extraordinarium , singularissimumque concursum Spiritus sancti , cui Virgo Deipara vt instrumentum subordinabatur tamquam principali agenti . Videbitur alicui resolutio noua , & mihi etiam , qui dum pressus difficultate stellam Matris exoro , vt intellectum illum post diurnam considerationem hæc ad resolutionem difficultatis concipio non per partes , sed simul , & semel : explico rem , & simul suadeo , non poterat Virgo in vnionem hypostaticam eleuanda igitur erat per aliquam dispositionem ad effectum ad quem non dicebat ordinem immediatum ex recepta D. Thomæ Doctrina ; ad quid ergo necessaria altera forma distincta à Maternitate , si per hanc po-

terat etiam supernaturaliter eleuari : Possè autem per Maternitatem persuaderetur facilè ; quia non videtur concipi posse alia forma eleuans , quæ maiorem habeat propinquitatem cum vnione hypostatica , vt iam explicauimus . Prouidentia autem non solum in naturalibus , sed etiam in supernaturalibus non amat superflua ; & quæ fieri possunt per vnicam formam , plures non exposulant vlla ratione .

808. Vnde colligitur Deiparam sacram ad hanc causalitatem solum petere præter dignitatem Matris concursum peculiarem Spiritus sancti ; ea ratione qua ad generandum Deum hominem supposita Maternitate , quæ est tota ratio agendi supernaturaliter , solum indiguit particulari concursu Spiritus sancti , cum hoc tamen discrimine , quod maximè est aduertendum ; in generatione enim Verbi diuini aliumentis humanitatem , non solum Spiritus sanctus , sed etiam Diua Mariæ fuerunt causæ principales ; at vero ad vnionem humanitatis cum Verbo solum Spiritus sanctus fuit causa principalis , & Mater sanctissima causa instrumentalis præcise , vt enim notabamus est impossibilis causa principalis creata maximæ , & sacratissimæ vnionis , & quæ vt principium substantiale possit in vnionem efficere , quod rectè probant argumenta sententiæ negantis : cum hoc tamen stat Maternitatem in suo genere esse completam virtutem eleuantem Matrem gratiæ ad sublimem gratiam vnionis producendam in hoc sensu , quod non indiget alia eleuatione præter illam , eminentissimam vero virtutem esse dignitatem Matris non negamus ; sed ex hac , & aliis causalitibus ostendemus Deo dante vestigatione secunda disputatione prima , & quid mirum anima rationalis quæ inferioris ordinis eminentissima est , vt quæ contineat gradus animæ vegetatiuæ , & sensitiuæ illosque formaliter causet , quod etiam in virtutibus supernaturalibus reperitur , vt ex sententia antiquorum , & recentiorum loco citato dicemus .

809. Nec vrget inclinatio illa naturalis , quam affert difficultas , aliud est enim dari connaturale instrumentum vnionis in illam inclinans , aliud dari virtutem creatam eleuantem creaturam ad illam vnionem ; & primum verum non est , quia repugnat illud instrumentum , nec potest dari causa creata quæ habeat illam inclinationem ex propria natura : secundum tamen est verum , illa enim virtus Maternitatis est ratio agendi vnionem hypostaticam & naturaliter inclinatur in illam , tamquam in effectum , quod per illam producit ; instantia est manifesta . Non est possibilis substantia , quæ habeat supernaturalem inclinationem ad visionem beatam , est tamen possibilis ratio formalis agendi , vt lumen gloriæ , quod naturaliter inclinatur in illam .

810. Verum obiciet generatio Dei hominis non habet naturalem , & necessariam connexionem cum causalitate vnionis : ergo vtraque causalitas , non potest ab vna forma procedere . Respondeo negando consequentiam ; instantia est manifesta , causalitas enim formæ vegetatiuæ non habet necessariam connexionem , cum forma sentiente , neque hæc

cum anima rationali , sed possunt separari inter se , vt constat in plantis , & brutis , & tamen propter eminentiam animæ rationalis procedunt istæ causalitates formales inter se distinctæ ab vnica anima rationali , quæ dat esse vegetatiuum , & sensitiuum , ita generatio , & vnio humanitatis ad Verbum inter se non sunt necessario connexæ , & possunt prodire à principiis realiter inter se distinctis , adhuc autem propter eminentiam dignitatis Maternalis ab illa possunt prodire : ex quo infertur , quod si Angelus eleuaretur ad efficiendam vnionem hypostaticam eueheretur ad tantum munus , non per qualitatem , qua Maria sanctissima eleuatur , sed per aliam , quæ non haberet hanc eminentiam , sed solum posset eleuare Angelum ad hanc solam instrumentalem causalitatem .

811. Dixi in tertia conclusione sacram Deiparam concurrisse ad vnionem hypostaticam instrumentaliter , siue fuerit vnica , siue multiplex , ne intelligeretur ex resolutione huius difficultatis , de duplici , triplici , aut simplici vnione præcederetur causalitas Virginis Deiparæ : tota enim difficultas est , in possibilitate causalitatis creatæ in vnionem hypostaticam propter illius excellentiam , illa vero admittitur , non est ratio vlla , propter quam concedatur Virgini sanctissimæ productio vnus , non vero alterius ; & asseratur concurrere posse ad vnionem animæ cum Verbo diuino , non vero ad vnionem corporis ; & ad has , & non ad vnionem totius humanitatis , cum personalitate diuina , nec contrarium efficiunt argumenta partis negantis , quæ iam diluenda .

812. Ad primum R. eodem argumento posse intendi inter Verbum , & humanitatem non reperiri vnionem distinctam ab vtroque extremo ; & de facto ad id ostendendum vtitur eo Guillemus de Rubione 3. d. 1. q. 2. Sed ad neutrius probationem habet vim . Non enim implicat rem aliquam creatam , vt causam solum instrumentalem ex diuina ordinatione producere vnionem hypostaticam , sicut neque hanc esse nexum diuinæ personæ ad humanitatem ex sola voluntate diuina , qua Deus voluit vniri humanæ naturæ ; ex suppositione enim quod Deus decreuerit fieri hominem , & necessaria est vnio hypostatica , & si decreuerit hanc produci instrumentaliter à creatura , necessum est producat : vnde determinatio Dei ad aliam naturam est à propria Dei libertate , quod non importat subiectionem , sed superioritatem , & omnipotentiam ; esset vero imperfectio , & diceret negationem absoluti dominij si contra Dei voluntatem esset illa vnio , & hac ratione optime dici potest creaturam habere vim ad determinandum Deum vt sit in altera natura , sic respondet Granado ; controuersia 2. de Inq. natione , tit. 4. disputatione 2. num. 6. & est evidens instantia sumpta ex materia de merito . Absolute enim nulla creatura potest obligare Deum , vt illi conferat visionem beatam ; id enim maxima in Deo esset imperfectio . Ex suppositione autem , quod Deus ordinauerit creaturam rationalem ad beatitu-

dinem intercedente pacto , & promissione de vita æterna danda tanquam corona , nullus est actus supernaturalis meritorius in via , quo non obligetur Deus ad beatitudinem conferendam , vt communiter docent Scholastici ad 1. 2. quæst. 114. 813.

Ad secundum nego sequelam , & ad illius probationem Dico absolutè loquendo vnionem hypostaticam esse supra totam naturam , & illi omnino indebitam ; vnde super est , & erit de possibili supernaturalis ; neque erit possibilis creatura , quæ petat ex natura sua hanc vnionem ; licet sit possibilis creatura , quæ petat , quod ex suppositione vnionis futuræ hæc respiciat illam , vt formalem rationem agendi , & productionis illius : ergo largè loquendo Maternitati debetur vnio hypostatica , non ita vt necessario , & absolutè illam petat , sed quia est ratio ad productionem illius , sed quia ex suppositione decreti diuini si incarnatio sit futura dependebit necessario ab illa virtute , quæ duo maximè diuersa sunt . Et quidem si argumentum aliquid valeret , probaret etiam visionem beatificam esse indebitam , & debitam naturæ intellectuali : indebitam quia supernaturalis est , debitam , quia intellectui illustrato lumine gloriæ , & habenti vnitam diuinam essentiam in ratione speciei intelligibilis est naturalis visio beatifica ; omne vero quod naturale est alicui subiecto , illi naturaliter debetur ; Vide Doctores ad 1. p. quæstione duodecima . 814.

Ad tertium explico antecedens , non ponimus hanc causalitatem in vnione , quia sacræ Deiparæ est perfectissimè Mater Dei , esset enim Mater , etiamsi illam non haberet , vt constat ex veritate in sectione 1. sed ponimus eam , vt sit perfectissimè Mater , & habeat hanc eminentissimam gloriam ex influxu in vnionem , in illo vero instanti temporis , quo est generatio , est vnionis productio , & si loquamur de instanti prioritate naturæ , potuit , & de facto eleuata est Virgo sanctissima ad productionem vnionis hypostaticæ , neque in hoc est difficultas . In sententia quæ asserit sacram Deiparam non concurrisse ad formationem corporis Christi , Maria sanctissima vere Mater est , propriissime : veritas enim fidei non pendet ab opinione merè philosophica ; at in nostra sententia , quæ adstruit Virginem simul cum Spiritu sancto organizasse corpus Christi Domini perfectiori modo est Mater illius . 815.

Ad quartum concedo antecedens , & nego consequentiam ; Dignitas enim Matris non infert rem omnino impossibilem , qualis est creatio à creatura , concursus vero in vnionem hypostaticam à creatura est absolutè possibilis , & alias quadam congruentia , non necessitate videretur connexus cum dignitate Matris . Vigebis , ergo si sit possibile creaturam , assumi , vt instrumentum ad creandum , beatissima Virgo propter dignitatem matris posset assumi vt instrumentum ad creandam animam rationalem Christi Domini . Respondeo conditionalem nihil ponit in esse . Addo in Incarnatione rem non ita contigisse . Supposita vero illa sententia ,

tentia, quam negat Magister Cumel 2. tomo in 1. p. quæst. 65. artic. 3. quæst. 5. cum sancto Thoma, & consequenter debeo negare, Deus scit quid in alia incarnatione possibili fieret, illud existimo plura esse quæ gloriosiore redderent Virginem sacram, ut sacerdotium, quæ tamen illi non sunt collata, ut ex Magno Alberto alibi diximus: Non vero videtur decere ut Deus causalitatem creaturæ in quo omnipotentia maximè lucet creaturæ etiam ut instrumto communicet.

816.

Ad quintum constat ex dictis non semel concursum in vnionem non tribui Virgini sanctissimæ propter necessitatem ad generationem Christi Domini, sed propter maiorem excellentiam, & gloriam in tanta dignitate constituendam. Ad confirmationem nego Mariam sanctissimam non concurrisse ad vnionem animæ rationalis cum corpore Christi Domini: imo existimo id fuisse necessarium, ut daretur causa efficiens creata, & existens illius vnionis, neque id fuit peculiare in sacra Deipara, sed aliis sæminis commune. Vide antiquos, & recentes Philosophos, & præterea Suarez, & Vasquez citatos, qui asserunt ad rationem Matris sufficere Virgini, quod concurreret Dei genitrix ad vnionem animæ rationalis Christi cum corpore, non vero quod vnierit humanitatem cum Verbo.

Suarez. Vasquez.

817.

Ad sextum, Respondeo illo non probari absolutè ad illam vnionem hypostaticam virginem aliam concurrisse; dato enim & non concessio, quod non concurreret ad vnionem animæ rationalis aut corporis cum Verbo, negari non potest concurrisse ad vnionem totius cum verbo; in illo enim instanti naturæ, quo vnita fuit humanitas Verbo diuino intelligitur informatio animæ rationalis ad corpus, & sic argumentum de hac vnione nihil probat: Suarez vero existimat præter partiales vniones dari tertiam totalem distinctam à prioribus, & id conuincere videtur in morte Christi Domini vniones partiales non esse destructas, sed permansisse, destructam vero fuisse vnionem ad totam humanitatem, cum tunc fuisset verum dicere, Deus non est homo. Neque de vnionibus partialibus aliquid probat ratio Suarez; cum enim omnia illa fuerint facta in eodem temporis instanti, non repugnat Virginem eleuatam Maternitate in instanti naturæ intelligi produxisse illas partiales vniones, ante quam intelligatur in altero instanti naturæ etiam generasse Deum hominem. Ad confirmationem iam dixi hoc esse singularissimum priuilegium in Maria sanctissima; Addo quod si præter substantiam partium, est substantia totius, negari non posse cæteras Matres attingere mediate saltem substantiæ totalis productionem, quia hæc refultat ad compositi generationem. Vltimum argumentum petit sequentem difficultatem.

Suarez.



DISPUTATIO XIII.

Vtrum sacra Deipara aliquo modo sanctitatem Conceptionis Christi Domini attigerit.



ARTIO dubitandi desumitur ex vltimo argumento sect. 1. disputationis præcedentis, quod vrgetur non solum ex eo, quod vnio hypostatica sit radix physica gratiæ habitualis, & donorum supernaturalium, sed etiam, & præcipuè, quia illa in se est forma sanctificans, & excellentissima gratia; vnde si Virgo beatissima illam attigit efficienter euidenter sequitur communicasse Christo Domino sanctitatem, quam habuit, in sua purissima Conceptione, ita ut illa sine peccato originali fuerit, non solum quia ab Spiritu sancto, & non ex viro, sed etiam quia à Maria sanctissima, in quo occurrunt aliquæ difficultates, necessario explicandæ.

818.

SECTIO I.

Vnionem hypostaticam esse formam sanctificantem.

Recentiores Theologi tractant hanc difficultatem, cuius sensus est, an vnio quæ reperitur inter humanitatem Christi, & Verbi diuini personalitatem prout distinguitur realiter ab vtroque extremo, & præcisè dicitur nequum inter illa sit sanctitas formaliter, ita ut ex vi illius Christus Dominus sit formaliter sanctus, ut sanctus est formaliter à gratia habituali. Negant expressè Suarez 1. tomo in 3. p. disput. 18. sect. 1. Vasquez ibidem disput. 3. c. 3. Turrianus de forma sanctificante disp. 101. dubio 2. Lugo de Incarnatione disput. 16. sect. 2. à num. 28. Araujo 3. p. quæst. 7. art. 1. dub. 2. & alij: affirmant enim vnionem ita sumptam esse viam ad sanctitatem, non autem sanctitatem formalem, & conditionem, ut humanitas Christi sanctificetur, aut diuinitate, aut personalitate secundum diuersas, quæ de hoc puncto extant sententias, non vero esse formam, sicut inhærentia gratiæ habitualis est vnio ad gratiam, sed gratia non est.

819.

Suarez. Vasquez. Turrianus. Lugo. Araujo.

Ex quo principio argumentatur Suarez quem alij imitantur, primo via ad aliquam formam non est ipsa forma, ut constat manifestè in generatione, & in vnione albedinis vel gratiæ habitualis: ergo vnio hypostatica non est formaliter forma sanctificans: antecedens est euidens, & consequentia probatur, quia vnio hypostatica ordinatur ad hoc; quod humanitas Christi Domini sanctificetur formaliter per diuinitatem; est igitur via ad perfectionem sanctificationem.

820.

Suarez.

Dices optimè posse contingere vnionem participare rationem formæ, quam vnio saltem secundum gradus genericos, nam vnio formæ est forma; vnio accidentis est accidens & vnio formæ

821.

formæ supernaturalis, est forma supernaturalis; vnde fit vnionem hypostaticam posse esse sanctitatem, si non secundum atomam speciem cum sanctitate increata, quia diuinitas non est, saltem secundum aliam specificam rationem.

822. Lugo.

Sed contra, & est argumentum secundum, quo vtitur Lugo num. 30. Ut aliquid sit forma sanctificans, requiritur ut sit forma sanctificans, taliter quod sit entitas diuina, & participatio diuinæ naturæ, sed vnio hypostatica, non est entitas diuina, neque participatio diuinæ naturæ, sed solum coniunctio cum vera diuinitate: ergo non est formaliter forma sanctificans, maior constat, ideo enim gratia habitualis sanctificat, quia est entitas diuina participata, aut imitativa, & relatio diuina sanctificat, quia est entitas diuina imparticipata: minor vero probatur, ex eo quod non est assignabilis ratio quam imiteretur in Deo hæc vnio hypostatica.

823. Vasquez.

Tertio probat Gabriel Vasquez, quia si vnio hypostatica sanctificaret formaliter sequeretur Deum non posse assumere irrationalem naturam, hæc enim non potest esse sancta, nec Deo amica. Consequens autem est contra communem sententiam asserentem posse Deum vniri cuiuscumque naturæ irrationali, si non hypostaticè & personaliter saltem in ratione suppositi.

824. Suarez. Araujo.

Quarto arguit Suarez, quem eisdem terminis imitatur Magister Araujo, modus iste sanctificandi includit aliqua, quæ nullo modo possunt prouenire ab vnione hypostatica, scilicet impeccabilitatem, infinitatem valoris in sanctificatione, & merito Christi: Dices ex proposito in hac difficultate impeccabilitatem posse prouenire ex perfectissimo dono vnionis tamen non possit ab illo prouenire infinitas valoris, quæ reperitur in actionibus Christi Domini. Sed contra, quia licet hypostatica sit excellentissimum donum, & perfectius gratiæ adoptionis, non est donum in linea, gratiæ sanctificantis, sed in linea coniunctionis ad diuinitatem, vnde licet secundum gratuiti doni rationem superet gratiam, superatur tamen ab illa in linea sanctificandi. Hæc latius prosequitur Franciscus Suarez. Tandem ex propriis disputat Araujo, quia monstruosum est ponere in Christo Domino tot formas sanctificantes diuinitatem, personalitatem, aut relationem, gratiam habitualem, & modum substantialem, qualis est vnio hypostatica.

Suarez.

825.

Granado.

Nazarius.

Alexander.

Dico tamen primo, vnio hypostatica sumpta præcisè est forma sanctificans humanitatem Christi, ita expressè M. Cumel tom. in 1. 2. quæst. 114. artic. 2. disput. 2. post 4. conc. §. ex dictis colligo, Magister Granado, controuersia 1. de Incarnatione tit. 7. disput. 2. dico 1. num. 15. & sequuntur Doctissimi Recentiores, quos tacito nomine refert Turrianus citatus & videtur amplecti Nazarius 3. p. q. 7. a. 1. controuersia 2. quatenus indiscriminatum, & vniuersaliter asserit gratiam vnionis sanctificare formaliter: Granadum præueniunt Alexander Alensis 3. p. q. 2. membro 1. art. 2. hæc scribens. Et sic gratia vnionis creata est perfe-

ctissima assimilatio creaturæ rationalis ad Deum, quæ possit esse. At ideo gratia, & visio beatifica sunt sanctitates quia sunt assimilationes perfectissimè ad Deum, Ochamus, qui referente Gabriele 1. d. 3. q. 4. asseruit vnionem, quam existimat qualitatè esse formam sanctificantem, Leonardus Lessius, lib. 1. 2. de perfectionibus diuinis c. 6. n. 49. qui ita scribit. Ad confirmationem neganda est consequentia, hic modus (vnio scilicet) necessario excludit peccatum, vnde patet isti modo hoc esse connaturale, & non habere id aliquo fauore, vel acceptatione Dei; existimat ergo vnionem hypostaticam esse formalem sanctitatem, immo excellentiorem, quam gratiam sanctificantem habitualem quam n. 47. asseruit indigere fauore extrinseco, & acceptatione Dei ad delendum peccatum Hurt. qui 3. p. 21. n. 130. & 131. expressè asserit vnionem præcisè expellere peccatum, & implicare disputatione terminos cum illo ratione sui, & non ratione verbi; & præterea esse sanctitatem eminenter comparatione gratiæ accidentaliter sanctificantis, quia continet eius formales effectus, licet dicat disputat. 4. 1. n. 186. non esse formam iustificantem ductus aliis rationibus; Sed ego nunquam intelligam formam expellentem peccatum ex natura sua non esse sanctificantem, Vuadingus, de Incarnatione, d. 5. dubio 2. n. 14.

826.

Ad huius conclusionis intelligentiam aduertendum est, quod tamen conclusio intelligatur præcisè de vnione, ut distinguitur ab humanitate, & diuinitate; non tamen ita intelligenda est, ut excludatur transcendentalis ordo, quem dicit vnio hypostatica ad diuinam personam, si enim hic ordo, qui fundatur in illius essentia excluderetur esset quidem, sed non inter Deum, & hominem, habet ergo vnio hypostatica esse formam sanctificantem, quia vnio est inter Deum, & hominem, & ex vi propriæ, & specificæ rationis formalis ex quo rectè dicit Suarez necessario colligari vnionem hypostaticam cum Verbo diuino, ita ut vix aut ne vix quidè sine illo possit intelligi, vt modus non potest intelligi sine re modificata.

827.

Sic ergo explicata conclusio probatur primo, euertendo simul fundamentum, quo nituntur auctores contrariæ sententiæ, si vnio hypostatica non esset forma sanctificans, vel ideo esset, quia vnio formæ non est ipsa forma; sed hæc ratio est nullius momenti: ergo ex hac ratione non efficitur vnionem hypostaticam non esse formam sanctificantem: Discursus est legitimus, & minor probatur, & declaratur simul, quia vnio immediatè facta est inter diuinitatem, & humanitatem, Christi Domini, ita ut extrema formæ vnitæ (vt ita loquamur) sint diuinitas, & humanitas non vero facta est in sanctitate, vt sanctitas est, vel quia non facta est natura diuina immediatè quia diuinitas immediatè non est vnita; neque facta est in attributo sanctitatis, si datum distinctum à diuinæ natura, & relationibus; Vnde argumentor, ex eo quod vnio hypostatica sit forma sanctificans non sequitur esse ipsam formam, aut extremum, quod vnio: ergo habere potest & habet rationem formæ sanctificantis, antecedens est euident, quia neque sequitur esse diuinam



personalitatem, neque humanitatem, vt euidentis est; non igitur est forma, quam vnit, & cuius est coniunctio immediata.

828. Dices esse coniunctionem mediatam saltem ad sanctitatem, quæ reperitur in personalitate diuina, aut non personaliter, in ipsa diuinitate. Sed contra etiam hoc modo non implicat esse sanctitatem, quia re vera non esset ipsa diuinitas, neque infinita sanctitas, vt per se est manifestum, sed esset, & est altera forma sanctificans creata, & limitata, ac proinde non esset ipsa sanctitas cuius est vnio, & hoc valde considerandum, inhærentia enim vere accidens est, non vt qualitas, quam vnit subiecto, sed est accidens alterius rationis.

829. Probatum secundò ex manifesto, discrimine, quod reperitur inter inhærentiam gratiæ habitualis, & vnionem hypostaticam; inhærentia enim, neque est ratio propter quam iustus diligatur à Deo, neque per illam Deo peculiariter consecratur, ratione verò vnionis Christus Dominus, & illius humanitas sunt obiectum congruum diuinæ dilectionis, & peculiari modo consecratur illius humanitas, ex quo sic argumentor; illud est formaliter sanctitas, quo subiectum est obiectum congruum diuinæ dilectioni, & Deo peculiari ratione consecratur; sed vnio hypostatica talis est naturæ, vt vi illius humanitas sit obiectum congruum dilectioni diuinæ, & specialiter Deo sit consecrata, est igitur intrinsece forma sanctificans, consequentio est clara, & minor probatur, quia illud ratio formalis est constituendi obiectum congruum dilectioni diuinæ, quo stante subiectum non potest odio haberi à Deo, nec vllum peccatum committere; stante vero vnione hypostatica, nec humanitas potest odio à Deo haberi nec in illa esse peccatum. Vnde negare non potuit tandem Suarez in vnione hypostatica sumpta præcisè posse considerari quamdam veluti consecrationem peculiarem, & aliquam sanctificationem, & excellentiam (in genere scilicet sanctitatis) quæ in inhærentia, & vnione gratiæ habitualis non reperitur, licet statim dicat hoc refundendum esse in terminum si adæquate consideretur, sed nos non negamus ordinem transcendentalem ad personalitatem diuinam, quæ est terminus, & alterum extremum illius vnionis & nexus, vnde Patres nunc inferunt causam, & formam sanctificationis ipsam diuinitatem, nunc ipsam vnionem; Hinc enim Nazianzenus dicit humanitatem esse delibutam totius vnguenti præsentia, non vt in aliis Christi, & Bernardus esse sanctificatam ipsa assumptione, vt late Bernardus homilia 4. in missis est. Vnde Patres qui affirmant humanitatem sanctificari per vnionem personalem verbi, rectè possunt pro nostra conclusione referri.

830. Nec contrarium efficiunt momenta negatiuæ sententiæ. Ad primum constat ex dictis, & ibi optimè responsum est; ad illius vero impugnationem, quæ est argumentum secundum, negandum est vnionem non esse entitatem diuinam, & participationem diuinæ naturæ; veluti per modum primæ, & substantialis formæ, tum quia ab vnione oriuntur gratia habitualis

& cætera dona, vel illi debentur, quod indicat esse primam formam substantialem in ordine gratiæ sanctificantis, quia formaliter accidens non est sed substantia tametsi modalis, decebat enim substantialem sanctitatem creatam, si aliquomodo possibilis est, reperiri in humanitate Christi Domini; illam vero possibilem esse facile probatur, non enim implicat sanctitas corporea, imo illa reperitur in corpore cuiuslibet iusti, vt disertis verbis, & consideratione magna scripsit Franciscus, Suarez vir doctissimus, & quidem non prodigus, disput. illa 18. sect. 1. pag. 432. colum. 1. §. confirmatur 2. cuius verba afferemus, & expendemus vestigatione 2. prioribus disputationibus.

831. Sed rogabit merito quispiam cuiusnam perfectionis diuinæ sit participatio formalis vnio hypostatica secundum nostram, de ratione constitutiua entis supernaturalis, sententiam; & quidem cum vnio hæc ordinetur ad vincendam humanitatem cum personalitate diuinam, per imitationem quandam vnitatis, quæ reperitur inter diuinam naturam, & personalitatem Verbi diuini, quæ potius est vnitas, quam vnio, facile dicerem imitari illam perfectionem, ac proinde diuinam naturam, vt identificat sibi personalitatem diuinam, & affert secum naturalem indiuisiōnem, quod certius esset, si vnitas non diceret quid positiuum, sed negationem diuisiōnis, vt existimauit Scotus. Vnde intelligeretur melius vnionem hypostaticam esse sanctitatem, cum sit participatio diuinæ naturæ, vt est vna cum relationibus diuinis, & realiter cum illis identificata, sed de hoc alias. Explicatur amplius, quia vt ad hanc rem docet Ragusa 1. tomo in 3. p. disput. 39. §. dico primo, vnitas est formalis effectus vnionis, ordinatur enim hic modus ad hoc quod Deus, & homo sint vna persona; vnde consequenter vnio est participatio vnitatis diuinæ, seu explicatiuus vnionis quæ reperitur inter diuinas personas.

832. Ad tertium concedo sequelam, neque illud est inconueniens horret enim animus Deum vnium belluinæ naturæ, idque vt aliquando diximus indecentissimum est, neque in hoc belluis fauere voluit Bonauent. 3. d. 2. a. 1. q. 1. Alexander Alensis; Henricus Mirandulus, Richardus, Gabriel, & alij, quibus ego libenter subscribo. Vnde miror Doctissimum Magistrum Granado, qui sententiam tueretur contrariam negasse verbum vnium fuisse in triduo mortis formæ cadaueris ea ductus ratione, quod excellentissimum Donum, quod singulari priuilegio concessum est naturæ humanæ tributum quoque fuerit alteri naturæ longè inferiori composito scilicet ex materia, & forma cadaueris, vnde consequenter docet controuersia 1. de Incarnatione tit. 7. disput. 7. num. 9. formam cadaueris conseruatam esse à Deo sine subsistentia propria, & aliena; nescio igitur quod discrimen inuenerit quoad hanc aptitudinem assumptibilitatis inter formam cadaueris, & alias formas irracionales.

833. Ad quartum optimè ibi responsum est, & ad replicam iam monstrauimus vnionem hypostaticam esse formam sanctificantem, & licet nexus sit ex primaria ratione imitari naturam diuinam, & illam participare. Reddere enim

enim creaturam rationalem sanctam non est ita adæquata, & propria differentia habitualis gratiæ, vt aliis formis non possit communicari: ergo gratia est participatio diuinæ naturæ, vt natura est, & prima forma quasi differentialis in Deo, vnio vero hypostatica est illius participatio substantialis vt dicit vnitatem, & identitatem, cum diuinis relationibus.

834. Ad quintum miror virum Doctissimum eo conuinci, non enim monstruosum, sed decentissimum est humanitatem cui vnium est Verbum diuinum ornari omni sanctitate possibili, quæ illam sine confusione pulchram potest, & amabilem reddere. Dixi sine confusione, quia non deceret ornari alia gratia habituali possibili si posset dari, in illa enim linea sufficienter intelligitur grata gratia habituali producta. Adde non deesse qui affirmant humanitatem Christi Domini non solum sanctificari his omnibus, sed etiam ex mediata coniunctione, quam ratione diuinitatis habet cum Patre, & Spiritu sancto, vide Lugo vbi supra sectione 2. num. 46. & 47. Ergo Magister Araujo numerum addidit argumentorum, non robur, aut vites sententiæ neganti.

835. Alia argumenta obiicit Hurtado 3. part. disputat. 47. à num. 86. quæ diluuntur ex dictis; Contra tamen producit vnionem esse causalitatem sanctitatis, quia est via ad sanctitatem personalem, sed nihil refert, cum neque Verbum in humanitatem, neque humanitas, in Verbum aliquam exerceat causalitatem, solum enim est terminus humanitatis, & humanitas subsistit in Verbo diuino, & terminatur illius personalitate, vnde illa non est causalitas, sed nexus inter humanitatem, & diuinam personam, ac proinde effectus diuinæ causalitatis, & substantialis vnio; vnionem vero substantialem esse naturam docet Arriaga disput. 6. physica, sect. 1. num. 7. idque propriè.

SECTIO II.

Vnionem hypostaticam gratiæ habitualis, & donorum esse radicem.

836. Agebit & hæc resolutio vim septimi argumenti, quo intendebatur sacram Deiparam non potuisse efficienter attingere vnionem hypostaticam, & sensus difficultatis disputanda est, an sicut humana natura est radix risibilis, admirationis, & aliarum proprietatum, & ignis, aut sol caloris, & lucis, ita etiam vnio hypostatica sit radix gratiæ habitualis, & donorum supernaturalium quæ in Christo reperiuntur, ita vt ab illa dimanent, aut verò solum illam amarent, & pulchram reddant solum moraliter, ea ratione, qua aliqui affirmant virtutes Theologicas, & alia dona non physice sed moraliter comitari gratiam sanctificantem.

837. Partem negantem esse radicem physicam gratiæ habitualis, & supernaturalium donorum sequuntur Suarez, Vasquez, Valentia, Alensis, Richardus; & Vdalicus quos refert Granado

infra citandus, quibus adde Ragusam 3. part. tomo 1. disput. 67. §. 4. qui affirmat rem esse facilem, & perspicuam, & propterea de ea non multa esse apud scriptores. Lugo 3. p. disp. 16. sect. 2. n. 30. qui ait dimanare vt à prima radice à diuinitate, vel personalitate quæ sunt entitas diuina, vnde constat ipsum in hac sententiam iuisse, quia existimauit, vt retulimus sectione præcedenti vnionem non sanctificare formaliter, sed hoc tam est reiectum. Item adde eo Hyacinthum Coquerum lib. 3. de ordine gratiæ, disp. 6. cap. 3. & Radam 1. tomo in 3. p. controuersia 4. art. 6.

838. Probatum ergo aliter hæc sententia, & primò ratione, quam attingit Suarez 3. part. q. 7. art. 1. disput. 18. sect. 3. & explicuit Ragusa; vt res aliqua possit esse radicale principium physicum alicuius proprietatis per simplicem emanationem requiritur quod sit entitas perfecta secundum suam speciem; sed vnio hypostatica non est entitas perfecta secundum speciem, ergo non est radix physica habitualis gratiæ, & donorum supernaturalium. Consequenter est legitima, & maior inductione constat in rerum essentis, ex quibus per emanationem sequuntur proprietates: & probari potest, quia entitates imperfectæ, veluti sunt modi, & vnio hypostatica nullam possunt habere vim ad hæc resultantias, siue emanationes; minor vero facile ostenditur, quia vnio hypostatica non est perfecta secundum speciem, sed de genere rerum imperfectarum, cum sit modus ordinatus solum ad vnitatem, & coniunctionem hominis Dei, quæ est altera ratio, qua vtriusque Suarez. Confirmatur, quia modus ex propria natura, non est actiuus, vnio præcipue hypostatica, neque potest esse principium efficiendi aliquid, vt neque subsistentia, non ergo ab illa potest procedere aliqua effectiua causalitas. Confirmatur 2. quia vnio hypostatica non se habet ad modum actus primi respectu alicuius actionis vitalis, quæ ab illa procedat; ergo non est physica radix gratiæ & donorum seu habituum supernaturalium, qui principia sunt actionum supernaturalium vitalium.

839. Probatum secundo, res diuersorum ordinum ita comparantur inter se, vt vna non possit esse alterius proprietatis naturalis, & physica, gratia enim, neque est proprietatis naturæ, nec è contra natura ipsius gratiæ. Vnio vero hypostatica, & gratia habitualis sunt diuersorum ordinum: vnde neutra potest esse alterius proprietatis. Constat, quia maior proportio est inter gratiam & personalitatem Verbi diuini, quam inter vnionem, & gratiam; vnde si gratia debetur vnioni hypostaticæ non est ratione sui; sed ratione personalitatis, quam vnit.

840. Tertio probatur, quia si gratia habitualis dimanaret physice à gratia vnionis, dimanaret in certo, & determinato gradu, vt per se constat, ac certum, notumque est gratiam habitualem non habere certum, & determinatum gradum, manaret vtique infinita, natura enim non impedita agit quantum potest, atqui non esset, causa impediens causalitatem vnionis hypostaticæ, ac proinde dimanaret ab illa gratia habitualis infinita, quod tamen falsissimum est, & ex alia parte verissimum gratiam

Christi Domini determinatam esse ad certum gradum, non ex natura rei, sed ex ordinatione diuina, & quidem hæc sententia est probabilis, & mihi aliquando placuit, re verò inspecta.

**841.** Quartò probatur ratione qua vitur Choquet, res quæ est principium actuum proprietatis per emanationem est quoque subiectum receptiuum illius; sed gratia habitualis, & dona, non recipiuntur in vnione hypostatica; ergo non est vnio illorum principium. Consequentia est legitima, & minor probatur, quia gratia habitualis, & dona reperiuntur, & recipiuntur in anima, & potentis illius, non in vnione hypostatica. Maior verò est D. Thomæ, qui 1. p. subiectum (à quo nimirum manant proprietates aliqua) in quantum est in potentia, est successiuum formæ accidentalis, in quantum autem est actu est eius productiuum & hoc dico de proprio, & per se accidenti.

**842.** Quintò ex eodem probatur: soluta à Deo vnione hypostatica Verbo diuino dimittente humanitatem, & modo vnionis destructo remaneret gratia secundum omnem modum, & perfectionem suæ speciei, maneret etiam secundum suum proprium, & connaturalem modum essendi, quem ex se postulat, at qui non maneret, vt effectus vnionis; ergo non dimanat physicè ab illa. Maior probatur, quia nec separatio Verbi, nec noua terminatio per alteram substantiam potest gratiam destrueret, nec vlla esset ratio propter quam Deus suum subtraheret concursum, vt illa gratia destrueretur, cum non per peccatum, sed solo diuino beneplacito defineret esse vnio hypostatica.

**843.** Dico secundò, vnio hypostatica est radix physica habitualis gratiæ, & donorum supernaturalium, atque adeo hæc comparantur ad illam, vt proprietates naturales ipsius; ita videtur sentire diuus Thomas 3. part. quæst. 7. art. 13. Vbi in fine corporis ait, gratia habitualis Christi intelligitur, vt consequens hanc vnionem, sicut spendor solem, & splendor physicè procedit à sole, in re verò scholastica & grauißima, credendus non est sanctus Thomas metaphysicè fuisse loquutus; vt optimè notauit Granado, atque ita sanctum Doctorem explicat Caietanus, qui & illum sequitur hæc scribens ad illum articulum: Gratia in Christo non habet rationem dispositionis, sed habet rationem naturalis proprietatis, sicut calor consequens formam ignis. Quo nihil clarius dici potuit, cum asserat esse naturalem proprietatem, & ad maiorem explicationem addit; sicut calor consequens formam ignis, at calor ignis est proprietates physica, vnde miror Suarezum asserere se hanc sententiam, neque expressam, neque satis insinuatam apud Caietanum, & alios Thomistas reperisse. Sequitur expresse Magister Granado, controuersia 1. de incarnatione, tract. 6. disp. 3. qui pro se asserit Durandum, Medinam, Toletum, asserentes gratiam habitualement esse proprietatem vnionis hypostaticæ, quæ absoluta loquutio non est metaphorica; sed propria. Tandem hanc conclusionem sequuntur Docti recentiores; vt faceret Vincentius relect. de gratia Christi Domini, quæst. 2. art. 2. conclus. 3. Sed quia Suarez

**Granado.** notauit Granado, atque ita sanctum Doctorem explicat Caietanus, qui & illum sequitur hæc scribens ad illum articulum: Gratia in Christo non habet rationem dispositionis, sed habet rationem naturalis proprietatis, sicut calor consequens formam ignis. Quo nihil clarius dici potuit, cum asserat esse naturalem proprietatem, & ad maiorem explicationem addit; sicut calor consequens formam ignis, at calor ignis est proprietates physica, vnde miror Suarezum asserere se hanc sententiam, neque expressam, neque satis insinuatam apud Caietanum, & alios Thomistas reperisse. Sequitur expresse Magister Granado, controuersia 1. de incarnatione, tract. 6. disp. 3. qui pro se asserit Durandum, Medinam, Toletum, asserentes gratiam habitualement esse proprietatem vnionis hypostaticæ, quæ absoluta loquutio non est metaphorica; sed propria. Tandem hanc conclusionem sequuntur Docti recentiores; vt faceret Vincentius relect. de gratia Christi Domini, quæst. 2. art. 2. conclus. 3. Sed quia Suarez

affirmat, quod si citati Doctores, attentè loquantur, potius indicant contrariam sententiam, sciendum est Durandum num. 4. asserere vnionem hypostaticam comparari ad gratiam sicut esse comparatur ad operari: certum est autem principium operatiuum esse proprietatem essentia, & concludit, ita quod gratia est quidam effectus consequens ad huiusmodi vnionem, quibus verbis satis indicat esse proprietatem physicam vnionis hypostaticæ.

**844.** Cardinalis verò Toletus annotatione 46. in Ioannem adducto testimonio Damasceni, quem iam refero, & loquens de gratia habituali Christi Domini hæc pronuntiat: gratia ergo talis Christo propria erat, & ex interiori principio deriuabatur; sentit ergo non esse à principio extrinseco scilicet Deo, sed à principio intrinseco in ipso Christo existentem, quod non potest esse aliud nisi vnio, illamque docet clarè Richardus art. 8. aduersus Lutherum, sub §. quod autem, versu, occurrit hic. Nec dissentit R. M. Cumel supra citatus, quamuis videatur negare, solum enim affirmat gratiam habitualement non fluere necessariò à Verbo diuino. Et id satis indicant illius rationes, quæ ad hoc solum sunt efficaces.

**845.** Illam igitur vt probemus, suppono breuiter duo. Primum est intelligendam esse de vnione, quatenus præcisè corporea est, vt talis enim & seclusa supernaturalitate non potest habere influxum emanatiuum in gratiam sanctificantem habitualement, quæ simpliciter est spiritalis. Secundum est, hanc causalitatem non conuenire vnioni hypostaticæ: quia modus est, sed quia ex propria Dei natura est nexus diuinitatis cum humanitate; perfectio enim vltima illius desumenda est ex extremis quæ vnit, alterum vero, & præstantissimum extremum est diuina Verbi persona, ad quam dicit ordinem transcendentalem, & ab illa specificatur, extrahitur igitur gratia vnionis à ratione modi per illam differentiam hypostaticè, eo modo, quo rationale extrahit animal à propria ratione, & eleuat illum ad gradum altiore, estque differentia non limitans, sed extrahens, vt Logici & Metaphysici loquuntur. Videantur quæ dicemus investigatione 3. vestigat. 5.

**846.** Probat ergo conclusio primò, vnio hypostatica comparatur ad gratiam sanctificantem, & dona supernaturalia, ea ratione, qua diuina natura comparatur ad diuina attributa: ergo est radix physica, & gratiæ habitualis, & supernaturalium donorum. Explicatur antecedens, quia diuina attributa intelliguntur resultatè, quasi per simplicem emanationem à diuina natura, sicut intelligitur ab illa, veluti resultatè paternitas vt diximus supra. Dixi intelliguntur: & intelligitur, quia ibi non est vera emanatio, propterea quod est inter illa omnino realis identitas; si verò non esset, sed realis distinctio, procul dubio esset simplex, & propria emanatio realis, & physica, vnde hæc impeditur ab identitate reali, quæ ibi reperitur inter naturam, & attributa, essentiam, & paternitatem. Vnio verò hypostatica est substantialis participatio diuinae naturæ secundum vnitatem, atque adeo in quantum potest debet imitari naturam diuinam, vt comparatur ad

sua attributa; cum ergo illa comparatur ad sua attributa secundum rationem veluti principij emanationis, & cum gratia, & virtutes non habeant identitatem cum charitate, vt fert verior sancti Thomæ sententia, quam nouiter defendit Hiacyntus Choquetus disput. 5. de origine gratiæ habitualis, & late explicat Magister Cnmel 2. tomo in 1. 2. quæst. 110. art. 4. disput. 1. Sed distinguantur realiter ab ea, constat inter illas, & vnionem hypostaticam esse ordinem emanationis, & cum prima gratia collata humanitati sic vnio hypostatica, nullamque aliam supponat; quia non est possibile, quod vnio hypostatica supponat aliquam dispositionem, etiam prioritate naturæ, vt fert diui Thomæ sententia, rectè colligitur gratiam, & dona esse ad illa posteriora, eamque respicere vt physicam, & naturalem radicem, & consequenter comparari ad illam, vt attributa comparantur ad essentiam diuinam, quod erat antecedens primæ probationis. Consequentia autem probatur, quia suppositione, quam explicauimus facta, optime conuenit vnioni hypostaticæ ratio radice, & principij physici in ordine ad gratiam, & cetera dona supernaturalia, multo melius, quàm gratiæ habitualis esse principium emanationis donorum supernaturalium, quia vnio est participatio substantialis, gratia accidentalis, ratio autem principij emanationis melius operatur principio substantiali, quàm accidentali.

**847.** Probat secundò, vnio hypostatica comparatur ad gratiam habitualement, vt complectitur operandi principia, sicut esse comparatur ad operari, vt dicit operationis principium: ergo verè & propriè est radix physica gratiæ, & donorum supernaturalium. Consequentia constat, quia proportionatum principium agendi comparatur ad essentiam, vt proprietates ad radicem, vt calor ad ignem, lux ad solem, quæ sunt immediatè operationum principia: Antecedens declaratur, & probatur simul, quia Christus Dominus, qui est persona composita necessariò debet habere operationes supernaturales, illasque petit habere ex vi vnionis supernaturalis hypostaticæ; petit ergo ex natura rei rationes formales agendi, & principium illarum formale, quod est gratia sanctificans: ergo Christo Domino sunt debita ex natura rei gratia sanctificans, & dona supernaturalia, atque adeo sunt proprietates illius vnionis à qua solum possunt emanare: cum non possint resultatè, neque ab humanitate, neque à personalitate, neque à toto composito. Non ab humanitate, quia à re mere naturali non possit dimanare res simpliciter supernaturalis: non à personalitate, quia relatio inaptè natura non est operatiua. Dicere autem, quod personalitas eleuata producit gratiam habitualement est sententia intolerabilis, vt contra Ripaldam monstrauius disp. 6. sect. 2. de ente supernaturali. Non à composito, in illo enim debet supponi aliqua forma; ratione cuius sit principium emanationis, nulla verò alia potest assignari nisi vnio hypostatica; vnde consequenter ipsa est emanationis principium. Confirmatur ratione qua vitur Magister Granado, disp. illa 3. num. 5. quia gratia habitualis est debita

vnioni hypostaticæ, pertinetque ad integritatem illius: ergo ab illa physicè dimanat: antecedens conceditur ab aduersariis, & illo supposito procedit controuersia, & consequentia probatur, quia quæ rei sunt debita; & pertinent ad illius integritatem sunt proprietates consequentes illam, vt primæ qualitates formas elementorum, intellectus, memoria, & voluntas animam rationalem. Mitto alias rationes, tum quia alienæ, tum quia non ita efficaces sicut nostræ.

**848.** Contrariorum argumenta non expugnant nostram sententiam, ad primum facilis est solutio, quocumque modo intelligatur antecedens; si enim entitas perfecta significat entitatem completam, materia prima entitas incompleta est principium quantitatis per simplicem emanationem, si verò entitas perfecta significet rem non debilem, sed quæ habeat vires ad emanationem, vnio hypostatica perfectissima, & excellentissima est, superiorque ad gratiam habitualement, quæ asseritur principium donorum supernaturalium per emanationem; ridiculum verò est vnionem hypostaticam esse debilem entitatem, cum sit indissolubilis nexus ex propria rei natura inter humanitatem & naturam diuinam, vnde licet secundum rationem geneticam hic modus imbecillis videatur ex ordine ad terminum, & extremum ad diuinam personalitatem, qui est illi substantialis, & essentialiter, substantialiter est entitas perfectissima. Lege Granadum n. 6. & per hoc patet ad alteram rationem Francisci Suarez includam in primo argumento.

**849.** Ad primam confirmationem vnio hypostatica non est actiua quia modus, alias omnes modi essent actiui, sed quia est sanctitas substantialis; Ad secundam confirmationem, admissio antecedenti negatur consequentia; instantia est præ manibus, charitas, fides, & spes dimanant à gratia habituali, & sunt principium formale actionum vitalium, & tamen gratia habitualis non est principium actionis alicuius vitalis, neque actus primus comparatione ad illam. Male ergo colligit Franciscus Suarez.

**850.** Ad secundum nego gratiam habitualement, & vnionem hypostaticam esse res diuersorum ordinum, vtraque enim est supernaturalis, ordo enim hypostaticus, complectitur res naturales, vt suo loco dicebamus, res enim naturalis, vt corpus Christi pertinet ad ordinem hypostaticum, non quia addatur illi aliqua ratio substantialis distincta ab ordine naturali, si quidem pertinet ad diuinam personalitatem, vt vnitam humanitati, ita similiter vnio inter Deum & hominem supernaturalem est substantialiter, vt gratia habitualis, & fides, sed dicitur hypostatica propter eandem rationem quæ corpus Christi Domini, & dignitas physica sacre Deiparæ. Ad confirmationem vel ipse Suarez notauit tam colligatas esse inter se vnionem, & personalitatem diuinam, vt vix possint concipi vt separata: inter se. Concedo præterea hanc perfectionem conuenire vnioni, quia nexus est, & coniunctio Verbi ad humanitatem.

Ad tertium gratia habitualis Christi Domini non est infinita simpliciter, sed habet

determinatum gradum in esse physico, quamuis moraliter sit infinita, illum scilicet gradum, quem nouit Deus congruentem esse animæ rationali, quæ vnita est substantialiter Verbo diuino. Gratia igitur hæc fluens per emanationem ab vnione hypostatica habet gradum determinatum, & non vagum, illum scilicet quem præfixit Deus ei, quatenus est dispositio consequens vnionem hypostaticam, non quia hoc proueniat ab extrinseca Dei ordinatione, sed quia potest Deus creare principium aliquod efficiens, quod possit in determinatam rem, & non in vltiorem; in sententia enim eorum, qui affirmant, & rectè Dominum Christum patrare miracula, non per vniam simplicem qualitatem supernaturalem, sed humanitatem eleuari per plures siue motiones, siue qualitates, quæ potest in resurrectionem mortui.

843. Ad quartum. Principium emanationis proprietatis non est ita illius subiectum, vt in ratione formalissima emanationis recipiatur, sed est si recipiatur in eodem supposito, & extra illud non fluat in alterum suppositum, & hæc certissima Philosophia, & Theologia, potentia enim vegetatiua, vt generatiua, & nutritiua manant physice ab anima rationali, & tamen non recipiuntur in ea, sed in corpore, & dotes corporis gloriosi dimanant physice ab anima beata, & tamen non recipiuntur in anima, sed in corpore, cuius sunt dotes, de quo videndus Egidius Lusitanus. Ita etiam similiter gratia, & charitas sunt proprietates vnionis hypostaticæ, & non recipiuntur in illa, sed in anima Christi Domini, & in illius potentia; quo fit vt non fluat in alterum suppositum, sed manent in principio emanationis, id est, in subiecto, in quo illud reperitur.

844. Ad quintum resp. primò: cessante vnione hypostatica destruendam necessariò gratiam, & dona supernaturalia existentia in anima Christi Domini; totum enim subiectum est Christus Dominus, de cuius essentia est hypostatica vnio; subiectum enim habet influxum conseruatiuum formæ existentis in illo, quem aliqui existimant esse efficientem, Respondeo secundò gratiam productam fuisse, eadem omnino actione, qua producta fuit vnio hypostatica; illa enim mediare terminata fuit ad gratiæ productionem, vnde necessariò destruetur ad destructionem vnionis: quia cessauit actio continuata, id est conseruatio vnionis hypostaticæ, qua cessante, & destrueretur vnio hypostatica, & omnia, quæ ad illam consequuntur, & hoc sine nouo aliquo miraculo. Respondeo tertio Deum miraculosè conseruaturum illam gratiam sine dependentia illa, quam habebat ab illa actione taliter, vt conseruaretur, vt fuit à Deo, non vt fuit ab vnione, eo modo quo corpus Christi productum in Eucharistia desinit esse ibi, quia desinit actio quæ conseruatur in speciebus sacramentalibus, tamen non desinat, vt est in celo, eadem ratione desineret gratia in illo casu, vt est ab vnione, non verò vt est à Deo, qui illam conseruat. Ex his solutionibus, secundà mihi clarior, verior, & facillior, & tunc produceret Deus alteram gratiam

in anima Christi Domini relicta à diuinitate, quæ non esset proprietates illius, neque maneret in connaturalissimo subiecto, vt prior gratia.

845. Alia argumenta adducit Rada 3. part. controuersia 4. art. 6. sed nullius sunt momenti, proprietates enim hominis (sicut ipse homo) libere producantur, & reducuntur in Deum, & quidem si Deus veller, posset illam emanationem impedire, in hoc enim nulla est implicatio.

846. Ex hæcenus dictis infertur gratiam habitualement esse radicem physicam donorum supernaturalium, & infusarum virtutum, & has comparari ad illam, tanquam proprietates, dimanantes ab illa. Hæc est expressa D. Thomæ sententia, vt euincit Hyacinthus Choquetus lib. 1. de origine gratiæ, disp. 15. cap. 2. qui illam rectè probat, & soluit argumenta, quæ contra illam obiiciuntur, & potest efficaciter ostendi prima ratione, qua probauimus ab vnione hypostatica procedere per emanationem gratiam sanctificantem, & virtutes infusas, quæ applicata ad hanc materiam habet eandem efficaciam.

### SECTIO III.

*Sacram Deiparam, vt causam instrumentalem physicam, non verò moralem attingisse sanctitatem Christi Domini, & illius immunitatem ab originali peccato.*

847. EX dictis in duabus sectionibus præcedentibus valide vrgetur argumentum septimum disputationis 12. sect. 1. propositum; si enim, & vnio hypostatica sanctitas est, & ad illam naturaliter consequantur, gratia habitualis, & supernaturales virtutes, infertur euidenter beatissimam Virginem humanitati Christi Domini contulisse duplicem sanctitatem, & hypostaticam, & habitualement, & consequenter alia dona supernaturalia, quæ cum illis habent connexionem. Consequens autem esse falsum, & derogare dignitati Christi sanctificatoris primi, & perfectissimi, non inefficacia argumenta suadent; in quibus illud, quod sumitur in re grauissima à nouitate doctrinæ, in re grauissima non est contemnendum, nullus enim neque Patrum, neque scholasticorum illam concessit sequelam.

848. Secundò probatur, quia Christus Dominus est primarius fons gratiæ, caputque vniuersale totius Ecclesiæ, deriuans sanctitatem, & gratiam in vniuersa illius membra de plenitudine enim eius omnes accepimus, vt loquitur Apostolus Ioan. 1. 16. & clamant fides, Scriptura, Patres, Doctores, & ipsa dignitas Redemptoris, & sanctificatoris primarij, quæ pati non videtur, quod Christus à Virgine Deipara gratiam, & sanctitatem acceperit, aliàs Virgo sanctissima esset primarius fons sanctitatis, & gratiæ, Christusque Dominus illi suam sanctificationem deberet.

Tertio probatur falsitas illius consequentis; sequit

sequeretur enim sacram Deiparam, non solum habuisse gratiam, & sanctitatem personalem; sed etiam in ordine ad prolem, quam scilicet concepit & peperit, quod difficillimum est. Sequela probatur, quia rediret innocentia status cum maximo, & inaudito discrimine; si enim ille perseverasset, sanctitas & iustitia originalis transfundenda esset in posteros Adami, id est in illos, qui generatione virili essent illius filij, non tamen in illos, qui ab illo per possibile non procederent, in casu autem disputationis transfunderet Virgo in Christum Dominum sanctitatem, & illam causaret non stante generatione virili, quod est contra rationem pacti, & status innocentia, & originalis iustitia. Confirmatur, perseverante innocentia statu Adamus non concurreret effectiue ad transfundendam gratiam, & sanctitatem in posteros, sed illa vt modo à solo Deo produceretur immediare, & sine vllo instrumento: ergo in generatione Christi Domini non habuit sacra Deipara efficientiam vllam in sanctitatem filij purissimi.

850. Dices fuisse pactum inter Deum, & Christum Dominum de conferenda hac excellentia Deiparæ ex meritis illius, quæ cum sint infinita, extendi potuerunt ad merendam hanc causalitatem instrumentariam, siue physica, siue moralis sit; illa enim non excedit infinitum valorem, qui reperitur in operibus Christi Domini, tamen si videatur aliquam infinitatem præferre, vt illam afferat etiam dignitas maternalis in Virginem secundum sententiam vulgatam diui Thomæ, quem omnes sequuntur, valor enim operum Christi Domini est simpliciter infinitus propter dignitatem diuinæ personæ; causalitas verò illa non est infinita simpliciter, sed solum secundum quid, vt omnes faterentur.

851. Sed contra primò: quia pactum hoc non constat ex Scriptura sacra, neque illud cognouerunt vnquam Patres Ecclesiæ: secundò, & vrgentissimè, estque tertia ratio contra istam causalitatem, quia ex illa sequitur manifestè principium meriti cadere sub meritum, contra receptam sententiam scholæ, & contra ipsam veritatem. Probatur clarissimè: meruit Christus Dominus Virgini sanctiss. quod produceret efficienter sanctitatem, & gratiam quam habuit in primo conceptionis instanti, & de facto vt videtur asseri, illam sacra Deipara produxit, vt Christus Dominus meruit, tanquam per principium, per gratiam & sanctitatem, quam habuit ab instanti suæ conceptionis: ergo de primo ad vltimum principium meriti cadit sub meritum, & idem respectu sui habet rationem causæ, & effectus, causæ quidem: quia gratia Christi fuit principium efficiens sanctitatem Virginis cum ordine ad hanc causalitatem, effectus, quia hæc eadem gratia fuit efficienter à Virgine sanctissima: quia fuit efficienter ab illa vnio hypostatica ad quam per emanationem fuit gratia habitualis quæ reperitur in Christo.

852. Quarto probatur: humanitas Christi Domini, non causauit gratiam efficienter in Virgine, saltem in primo instanti suæ conceptionis, neque matrem dignitatem: ergo neque

Virgo beatissima efficienter, & physice causauit in Christo Domino. Consequencia probatur argumento à maiori ad minus, & antecedens ostenditur, vel quia res non existens non potest habere causalitatem, vt fert communis & vera sententia, vel quia humanitas Christi Domini etiam existens non potest esse instrumentum ad causandam gratiam, vt tradit Reuerend. Cumel tomo 2. in 1. 2. quæst. 112. art. 2. disp. 5. in solutione obiectionum; §. sed certe hæc sententia.

853. Quintò probatur ratione, qua sapientissimus Magister Cumel 1. 2. quæst. 112. art. 1. disput. 3. probat impossibilem esse qualitatem qua humanitas Christi eleuetur ad efficiendam gratiam, quia si beatissima Virgo efficeret gratiam & sanctitatem Christi Domini sequeretur virtutem per quam operaretur, habere superioritatem, & vim, licet instrumentalem supra totum ordinem gratiæ, supponitur enim productiua gratiæ, & omnium donorum supernaturalium, imo esset etiam superior ad omnia opera miraculosa. Consequens autem est falsum, vt de se constat. Confirmatur, quia vel illa qualitas in Virgine esset corporea, vel spiritalis. Non corporea, quia improporcionata esset ad gratiam producendam. Non spiritalis, quia hæc non potest recipi in subiecto corporeo. Confirmatur secundò, in illa qualitate nulla esset actio præuia ad productionem gratiæ, quæ in instrumentis requiritur, non ergo potuit esse talis virtus.

854. Sextò arguitur: beatissima Virgo non efficit gratiam in membra Ecclesiæ; ergo neque in caput illius qui est Christus Dominus, antecedens est omnino certum, & oppositum inauditum, non est enim aliud nomen sub celo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomen Iesu Apost. Actuum, & consequentia probatur, quia maior proportio videtur esse inter Virginem, & reliquos fideles, quantum ad hoc genus influxus, & causalitatis, quam inter illam, & Christum Dominum, qui est totius gratiæ fons, & principium.

855. Septimò tandem consequens illud ostenditur falsum, quia illa virtus in Virgine reperita, aut esset permanens, aut transiens, transiens esse non potest, vt in hac vestigatione videtur assignari, neque permanens, quia si talis esset constitueret Virginem sanctissimam causam principalem, vt colligit Hyacinthus Choquetus, referendus disp. 15.

856. Sunt quidem hæc difficilia, sed quæ nos non detreant à gloria Virginis Deigenitricis defendenda; si hæc non sit contra auctoritatem sacre Scripturæ, & Ecclesiæ, vt scilicet dixit Scotus; at existimamus non solum non esse contrariam, sed valde etiam illi conformem. Ad cuius explanationem, aduerto primò id ipsum, ex quo desumitur argumentum contra hanc causalitatem, scilicet vnionem hypostaticam, vt dicit Verbum diuinum iunctum humanitati esse principium, & radicem omnium perfectionum, quæ reperuntur in Christo Domino in ordine supernaturali, & hypostatico, quod constat ex sect. 2. Aduerto secundò perfectiones omnes, quæ reperuntur in Virgine sanctissima collatas fuisse illi ex meritis

ritus Christi, esseque effectus passionis, sanguinis, & mortis illius, itaut dignitas physica maternalis fuerit in Maria sanctissima ex meritis Christi, vt contra Petrum de Lorca suo loco dicemus; singularis enim gratia, quæ in illa reperta fuit, vt loquitur Augustinus lib. de assumptione Virginis cap. 4. proueniebat à Christo, qui factus est omnibus nobis sanctificatio & redemptio, non enim decebat, quod primogenita Redemptoris, vt loquitur iam vulgaris Bernardinus Senensis gratiam haberet vllam, quæ non fluere à meritis illius. Hinc constat nullam irrogari iniuriam Saluatori, & sanctificatori primario, si excellentissimam hanc causalitatem constituamus in Virgine ex illius meritis procedentem, & riuum fulgentissimum illustremus qui à tanto fonte primum scatuerit, & egrediatur. Porius enim gloria est excellentissima filij, quod gloriam hanc, & honorem singularem contulerit matri, cui tor beneficia contulit, vt ipsa Virgo sanctissima solum generaliter afferuerit. *Fecit mihi magna, qui potens est.* Sed quam magna sciuit tunc Deus, nescio an sciuerit Virgo beata; nec hæc in ea sententia præiuit feliciter (& gaudeo gaudio magno valde) S. Thom. Villaonuanus Valentinus, Mystagogus, qui ser. 3. de annunt. dico natiuitate Virginis hæc scripsit: *Nescio an ipsamet valuit comprehendere suam magnitudinem, unde melius eam silentio veneramur.* Et hæc summa laus Virginis, quod solum per visionem beatam suam potuerit dignitatem, & excellentiam cognoscere.

857. Dico iam quartò: beatissima Virgo efficienter physice vt causa instrumentalis artigit gratiam Christi sanctificantem, immunitatem à peccato originali in conceptione Christi Domini, & dona supernaturalia, quæ ad illam ex natura rei consequuntur, tamen vt causa moralis ea nullo modo potuerit attingere. Assertio hæc plures habet partes, & quoad primam, quæ principalis est, & resolutio huius controuersie, illam videtur negare Dorlinus de concept. dist. 11. cap. 7. num. 9. sed sequuntur illam, quicumque affirmant sacram Deiparam attigisse efficienter vnionem hypostaticam, & ad illam consequi gratiam sanctificantem, & dona supernaturalia, Iacobus Granado semper pius, & doctissimus, controuersia prima de incarnatione, tract. 4. disp. vlt. sect. 1. Baptista Nouatus de excellentia Virginis tom. 1. cap. 7. q. 37. & recentiores multi, quos refert Palacios 3. d. 4. disp. 2. & nouiores plures eruditissimi, qui adhuc sua scripta non typis mandarunt, & inrer illos non pauci ex Societate Iesu.

858. In illa verò id asseruimus causalitatem Virginis sanctissime ita attigisse generationem Christi Domini, vt non solum illum genuerit hominem, sed etiam sanctum ex vi influxus, & causalitatis instrumentalis physice; itaut Spiritus sanctus fuerit integra causa principalis sanctificandi humanitatem Christi Domini, & facta Deipara instrumentalis, habuit enim Christus Dominus sanctitatem; & immunitatem à peccato originis, non solum quia conceptus de Spiritu sancto, sed quia conceptus est de alma Deipara sine inuentione virilis, & ad illius explanationem maiorem aduerto,

quod licet immunitas è peccato originali secundum se & sumpta absolute non afferat secum coniunctam gratiam sanctificantem, vt constat, si producerentur homines in pura natura; tunc enim conciperentur sine labe originali, tunc tamen illam secum afferre, itaut idem sit concipi sanctum, ac concipi sine peccato originali, & econtra; vnde fit consequenter, vt qui concurrerit ad hoc, quod Christi Domini conceptio sit immaculata & immunis à culpa originali, necessario debeat concurrere ad illius gratiam sanctificantem: immunitas enim hæc de facto non causatur, nisi per gratiam sanctificantem quæcunque illa sit: noto hæc omnia, vt qui non audacter, & intrepidè in hanc gloriam Virginis descendam, tamen non inuictus vlla ratione, quod constabit amplius ex illis, quæ de sanctitate corporea Virginis qua sancta, & incontaminata illius caro ex frequenti sanctorum Patrum sententia dicemus.

859. Nunc verò illam sic declaratam probo auctoritate, & ratione, illamque principio colligo ex verbis Angeli, Lucæ 1. vbi Virginem sanctam ita allocutus: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.* Quibus in verbis tria promittuntur Virgini. Primum Christi conceptionem non de viro futuram, sed de Spiritu sancto; secundum generationem illam futuram sine voluptate, & delectatione corporea. Tertium futurum filium sanctum, quia nasciturus ex illa, non aliquo nouo privilegio, sed virtute propriæ conceptionis; hoc enim vltimum important illa verba ex te sanctum, vel ex te sancte, vt explicat Maldonatus ibidem, quasi diceret ex te nascetur sanctum, id est etiam quatenus ex te, & ex tua substantia, vt dependente ab Spiritu sancto per illam operante; ita explicat Gonfaluus; Sanctius Lucero Hispanensis Canonici Magistralis Granatensis, & Theologiæ Primarius antecessor, vir certe & solidæ, & putæ doctrinæ, qui nobiscum & verbo, & scripto immunitatem Virginis purissimæ, & Verbo, & calamo propugnauit, in illo primo Aureo Libello de immaculata conceptione, quem Hispano sermone edidit, & sanctæ inquisitionis licentia, & censura gloriosa prodiiuit, etiam secundo discurs. 2. cap. 6. qui nescio quo argumento conuictus, cum hanc causalitatem sæpe repetat, & optime probet, non semel astruat illam non esse physicam.

860. Ex hoc testimonio constat superuentionem illam Spiritus sancti, & Altissimi obumbrationem in Virgine (quæ aliquid intrinsecum in Virgine produxerunt saltem in prima sanctificatione, existimo enim etiam in conceptione purissimæ Virginem diuam, & superuentam, & obumbratam) ordinatam fuisse ad prolem S. & sanctè generandam; itaut gratia illius non solum fuerit personalis, sed etiam originalia, sicut gratia collata Adamo, non fuit personalis tantum, sed etiam originalia, id est transfundenda in posteros, si Adamus non peccaret, non enim decebat primum parentem transfusurum si non peccasset, gratiam in posteros, & id non cõcedi Virgini SS. respectu filij etiã SS. dein

861. Deinde probatur auctoritate Patrum Ecclesiæ, quos ad probandum corpoream sanctitatem Deiparæ commodius adducemus loco citato, nunc proferam vnum, aut alterum. Primus fit sanctus Augustinus, qui lib. 13. de Trinitate, cap. 8. ita scribit: *Non interfuit concupiscentia carnis, per quam seminamur, & concipiuntur ceteri, qui trahunt originale peccatum; sed ea penitus remotissima credendo non concumbendo sancta est secunda virginitas, vt illud quod nascetur ex propagatione hominis primi tantummodo generis, non etiam criminis originem duceret.*

862. Secundus fit sanctus Ioannes Damascenus, quem sæpius citauimus qui lib. 3. de fide orthodoxa, cap. 2. scribit: *Quæcirca post sanctæ Virginis assensum iuxta Domini sermonem ab Angelo prolatus Spiritus sanctus superuenit, eam illustrans, vniueque ei tum ad suscipiendum Verbi deitatem, tum ad gignendum, &c.* quibus verbis Damascenus affirmat Spiritum sanctum superuenisse in Virgine, eamque illustrasse, purgasse, & sanctificasse, vt sanctitatem transfunderet in filium, itaut illius conceptio etiam ex matris generatione esset sancta, & immunis ab originali peccato; ita explicat sanctum Damascenum Angelicus Magister 3. par. quæst. 3. art. 4. ad 1. hæc scribit: *Ad primum ergo dicendum, quod illa conceptio (Christi Domini) tria privilegia habuit, scilicet quod esset sine peccato originali, quod esset non puri hominis, quod Spiritus sanctus superuenit Virgini purgans ipsam, id est, præseruans ne cum peccato originali conciperet.* Habemus ergo ex Damasceno & simul ex diuo Thoma conceptionem Christi Domini fuisse sanctam, & immunem à peccato originali, ex eo quod Virgo fuit sanctificata ab Spiritu sancto, vt sine peccato originali conciperet Christum.

863. Tertius fit Leo Papa, qui sermone 5. solus itaque inter filios hominum innocens natus est: quia solus sine carnalis concupiscentiæ pollutione conceptus est; existimat ergo sanctus vterque à Virgine sanctissimæ; illam conceptionem esse sanctissimam. Quo etiam modo loquuntur Gregorius Magnus lib. 18. moralium, cap. 27. & Ambrosius in cap. 1. Lucæ, quorum verba dilucidè explicat Lucero.

864. Quartus fit Odo Cameracensis Episcopus, quem Margarinus appellat virum, veritate, religione, & eruditione venerabilem, qui in Canonem Missæ dist. 3. ad illa verba: *Hosiam sanctam, Hosiam immaculatam.* Sæpe repetit immaculatum Christum; quia de immaculata Virgine conceptus, & natus, primò enim hæc scribit: *Tamen de pura ab omni peccato Virgine creditur conceptus, & natus; ideo immaculata (Hosia scilicet & Eucharistia, & secundò: Ab immaculata ergo sumpta est hæc hosia, ideo & ipsa immaculata. Qui vt significaret hanc rationem distinctam esse ab illa, quæ sumitur ex eo, quod conceptio fuerit de Spiritu sancto, dixerat antea (est concepta sine humano opere, sola virtute diuina; ideo immaculata) quibus verbis nos vsi sumus ab anno 1617. ad hanc veritatem probandam, vt constat ex oratione, quam in templo maximo Hispanensi habuimus feria secunda post Octauam corporis Christi, quam excepta magno doctissimorum homi-*

nium plausu, affectus in Virginem sanctissimam typis excussit.

865. Quintus fit Albertus Magnus, qui in cap. 1. Lucæ in illa verba: *Ideoque quod nascetur; est enim vt Deus sanctus essentialiter, vt homo autem sanctus sanctorum, vt sumptum de Virgine sanctissimum, &c.* Vbi pondera hæc vltima verba, vbi propter sanctitatem à Virgine vocatur Christus sanctissimus.

866. Sexto loco hanc Virginis gloriam expressit sancta Hildegardis, procul dubio ex diuina reuelatione, vt & multa, quæ de Virgine scripsit, lib. enim 3. suarum quæst. 13. cap. 1. vt refert Iodocus Coccius Canonicus Iuliacenensis lib. 2. de beata Virgine, 1. tomo Thefauri verè Catholici hæc loquens de facta Deipara scribit: *Fabricauit in te hoc Verbum hominem, & est lucida illa gemma à qua ipsum Verbum reduxit omnes virtutes, quemadmodum in prima materia eduxit omnes creaturas, & post pauca: O quam magna virtus est quod diuinitas in pulcherrimam filiam aspexit, sicut aquila in solem oculum suum figit, cum superius artifex claritatem Virginis attendit, cum verbum suum in ipsa incarnari voluit; nam in mystico mysterio Dei illustrata mente Virginis, mirabiliter clarus flos ex ipsa Virgine producit.* Quibus verbis intendit Hildegardis, ipsum verbum diuinum in assumpta humanitate adduxisse, id est secum in incarnatione attulisse & gratiam, & virtutes, quæ ad illam consequuntur, quod vt intelligatur in sensu conclusionis addit: *De illustrata Virgine, id est sanctificata florem clarum, sanctitate scilicet produisse, quo significatur idem quod Cameracensis Antistes Odo asseuerat.*

867. Lubens addiderim Patribus Eminentissimum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Franciscum Toletum virum doctissimum, & eruditissimum, qui annotatione 93. in illud Lucæ: *Quoniam virum non cognosco,* folio 86. colum. 1. hæc scribit: *Ergo Christus propter vnionem non potuit nasci peccator; si tamen de viro genitus esset, propagationem habuisset insectam, & quantum est ex parte illius propagationis non esset a peccato immunis, quamuis aliunde, nempe propter vnionem illud non contraxisset. At dum sine viro concipitur, non solum ex parte vnionis, sed etiam ex parte propagationis liber est à peccato, & macula; talem enim oportebat concipi eum, qui venerat tollere peccata mundi, vt & propagatione & vnione à peccato esset alienus.* Quod idem rursus affirmat ad illa verba relata, ideoque quod nascetur ex te sanctum in annotationibus: *Est autem sensus, quia Spiritus sanctus superueniet in te, ideo ex te sola nascetur sine viri mixture, & non solum ex te nascetur, sed quod nascetur, etiam sanctum nascetur.* Quasi Cardinalis mentem Angeli assequutus asseueraret ex originaria sanctitate Matris Christum Dominum sanctum consequitur sanctitatem quanti habuit, & annotatione 103. quod ante me notarunt viri doctissimi: *Conceptio sancta, itaut etiam si gratiam ex vnione non habuisset, eam obtinisset ex vi conceptionis, id est vt à Matre procedit, & genitus est.*

868. Idem omnino sentiunt, & eodem modo loquuntur Salmeron tomo 2. tract. ad illa verba, ideoque quod nascetur ex te sanctum, vbi hæc scribit:

Rupert Bernard.

Barrad.

869.

*scribit: Imprimis consequentia vis aduerbio(ideo) significata est ponderanda; quia enim non ex via feminali, quemadmodum omnes filij Adæ, sed de Spiritu sancto, & ex sanctissima Virgine conceptus est, suapte natura liber est, & immunis ab omni criminis labe &c.* Quod repetit etiam inferius, & pro se adducit Rupertum lib. 1. de Spiritu sancto, cap.10. & Bernardum term.4. in missus est, ante medium. Et Maldonatus in illa eadem verba ita loquitur, itaque non vocat Christum hoc loco sanctum, propterea quod Deus esset, aut quod ut homo peccato careret (etsi eadem utraque ratione sanctissimus erat) sed quia sancte, id est sine viro conceptus, ita profus, ut etiam si Deus non esset, illo tamen conceptus modo, id est sine viro, sanctus, quia peccatum originale non habuisset, diceretur. Et Barradas concordia Evangelica, lib.7. cap. 19. eadem habet omnino, & eodem modo explicat Angeli verba.

Ratione verò probatur primò efficaciter ex dictis in hac disputatione, & præcedenti, quæ potest ad hanc formam reduci; illud, quod concurrunt physicè ad productionem alicuius essentia, aut quidditatis, ad quam per emanationem consequuntur aliqua proprietates, concurrunt etiam mediatè saltem ad illarum proprietatum emanationem, sed beatissima Virgo instrumentaliter concurrunt physicè ad vnionem hypostaticam, ad quam per emanationem consequuntur in Christo Domino gratia habitualis, & dona supernaturalia; ergo efficienter physicè concurrunt ad gratiam habitualem, & dona supernaturalia, quæ reperiuntur in Christo. Et vltius, ergo attingit immunitatem à peccato originali, & sanctitatem repositam in conceptione immaculata Dei, & hominis, hæc consequentia sequitur euidenter ex priori, quia immunitas de facto non est, nisi per gratiam sanctificantem, & prima est omnino euidentis supposita nostra doctrina, quam auctoritate, & ratione monstrauimus, ex qua etiam colligitur concurrere immediatè ad vnionem hypostaticam, ut est forma sanctificans.

870.

Probatur secundò ratione desumpta ex meritis Christi Domini, & possibilitate huius efficientis, & physica causalitatis. Non enim repugnat illam oriri ex meritis Christi, neque esse possibilem, vtrumque autem hoc vnico medio ostendi potest, merita Christi Domini extenduntur ad physicam causalitatem sacramentorum quæ de facto physicè instrumentaliter producunt efficienter gratiam, ergo sacra Deipara effectiue physicè tetigit sanctitatem, & immunitatem à peccato originali in conceptione Christi Domini, & consequentia est optima, & fundatur in eminentissima dignitate Deigenitricis; in qua reperitur omnis gratia, quæ non excedat limitationem creaturæ; Antecedens verò est expressa sententia S. Thomæ, vt late probat, & sequitur Reuerendus Magister Cumel 1. tom. in 1. 2. quæst. 112. art. 1. per varias disputationes, præcipuè 3. & Iacincthus Choquetus lib. 2. de origine gratiæ lib. 2. disput. 6. cap. 4. post omnes affectas diui Thomæ, quibus adhæret Syluius 3. part. quæst. 13. artic. 2. qui necessariò videndū, & in illis

Cumel.

Choquetus.

rationes, & testimonia sancti Thomæ.

Tertio probatur, quia hæc causalitas Virginis nullo modo derogat Christi Domini dignitati, sed potius illius excellentiam in ratione sanctificandi non inualide demonstrat, & illustrat, ad cuius lucem aptissimum illud; omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, ad locum unde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant: quibus verbis voluit spiritus Domini, ideo non redundare mare, etiam si vnuerſa flumina intrent in illud, quia fluminum aqua exeant ab ipso mari tanquam à suo principio, quod ibi discretè videtur asserti, & si aliqui negent inter quos numerandus Magister Granada in scriptis ad methoora Aristotelis; est ergo mare talis naturæ, vt principium aquarum, & fontium ab illis aquam recipiat, quæ receptio non dedecus illius, sed gloria; est ergo mare Ecclesiæ Christus excellentiæ tantæ, vt non solum conferat Matri sanctitatem, quæ, & alter Oceanus sanctitatis, & gratiæ, sed ita conferat, vt velit, & illi pro meritis sit quod in illius originem, quæ est illius conceptio inſluit & sanctitatem, & immunitatem à culpa originali. Admirabilis esset fons à quo scaturiret fluuius, qui per varios meatus, & montium venas rursus in ipsum fontem deflueret, aquasque illius caufaret, vndaque pleno & mirabili cursu deduceret; sic mirabilis fons hortorum Christus Dominus ex quo gratia omnis virginis merito infiniti valoris inſluit gratiam in Virginem, quam tamen per venas montium sanctorum, in quibus fundamenta eius, & per sacratissimas Maternitatis scatebras, & veluti aqua ductus voluit in illius humanitatem, alioqui sanctissimam deriuari. Hæc eadem filij, & genitricis eadem gloria, vt iam vulgaris affirmat Carnotensis Abbas Arnoldus.

Carnot.

SECTIO IV.

*Ostenditur sacram Deiparam non fuisse causam moralem gratia Christi Domini, & argumenta soluta.*

871.

Alteras pars nostre sententiæ proposita sect. 3. conclusionem 4. affirmabat sanctam Parentem non esse causam moralem sanctitatis, & gratiæ Christi Domini, neque immunitatis à peccato originali. Hanc necessariò omnes sequuntur, & probatur nonnullis rationibus adductis in principio sectionis præcedentis, prima præfertim & illis omnibus quibus 3. part. quæst. 7. & octaua soler probari Christum Dominum esse, & Redemptorem, & mediatorum nostrum habuisseque gratiam capitis, atque adeo illam esse originariam, & per merita Christi Domini, tanquam per causam moralem principalem transfundendam in filios Ecclesiæ, si per ipsos non obstaret. Quæ veritas colligitur ex Scriptura, & Partibus, quos referunt Suarez, Vasquez, Nazarius, & alij interpretres sancti Thomæ, videatur Reuerendus Magister Cumel 1. tom. in 1. 2. quæst. 112. art. 1. disput.

Suarez, Vasq. Nazar.

873.

disp. 2. concl. 2. Et probatur breuiter ratione, qua M. Cumel 1. 2. q. 81. a. 1. disp. 3. ad 4. probat Adamum non transfusurum iustitiam originalem per propriam ipsius actionem, quæ ad Virginem sanctissimam ita applicari potest. Deipara Virgo non est constituta caput morale Christi Domini in ordine gratiæ, & donorum supernaturalium: ergo non fuit causa moralis per modum merentis gratiæ & immunitatis illius ab originali peccato. Consequentia probatur, quia hac ratione asseritur Christus Dominus causa moralis nostræ iustificationis, & ex eo quod caput factus est nobis, iustitia, sanctificatio, & redemptio, vt loquitur Apostolus.

Et antecedens probatur, quia caput Christi Domini Deus, primumque caput Ecclesiæ inſluit in eam per sanguinem crucis eius gratiam, & gloriam ex meritis, sanguine, & passione illius, non ergo habet Christus Dominus caput morale, quod illi posset mereri gratiam sanctificantem. Adde quod Christus, & beatissima Virgo fuissent sibi causæ in eodem genere causæ.

Luzero.

M. Cumel.

874.

Suarez, Thomas.

Affirmari tamen non immerito potest probabile esse factam Deiparam fuisse medium morale respectu sanctitatis, & immunitatis Christi Domini à peccato originali; non quia aliquo modo fuerit causa moralis illius, neque in illo genere in quo Adam esset causa moralis transfusionis gratiæ originalis, quia pactum de transfusione originariæ sanctitatis in Virgine non fuit in initium cum Maria sanctissima, sed cum Christo Domino, unde illa nihil potuit efficere, quod mouerit Deum ad illam transfusionem in genere causæ moralis, sed solum fuit medium, quo Deus voluit illam sanctitatem causare in conceptione Christi Domini, hoc modo explicat, & defendit nostram sententiam Sanctus Luzero discursu illo 2. in responsione ad secundum argumentum, & quantum attinet ad primum parentem, videtur habiturum rationem causæ moralis ad transfusionem originalis iustitiæ si perseuerasset innocentia status, quia custodisset præceptum de non edendo de arbore vitæ, quo custodito pactum permanebat, & veluti obligatio ex parte Dei, sed non fuisset in illo productio originalis iustitiæ physica; neque hoc modo sequeretur ad generationem naturalem, sed Deus generante Adamo iustitiam, & sanctitatem se solo crearet, & postertis infunderet creatione late sumpta, vt includit etiam educationem, illa enim generatio non posset esse productiua gratiæ, quæ est qualitas supernaturalis; at in beatissima Virgine fuit causalitas physica modo explicato, videatur M. Cumel 1. tomo in 1. 2. q. 81. a. 1. disp. 3.

Restat respondeamus ad argumenta, quæ sect. 3. contra nostram resolutionem produximus, & quidem illud quod præmittébat facile dixerim cum doctissimo viro Francisco Suarez nostram doctrinam non esse nouam, bene tamen nouè ex PP. & D. Th. cruram, idque non illis inuitis, vt qui non solum inſnuent, sed etiam expresse, tamen non terminis, & forma scholastica, vt sæpius solent, illam declarauerint & quidem in beatissima Virgine illius excellentiis diuinis id mihi ac-

cidere videtur, quod in opulentissima, & regia ciuitate, in qua extant eximia, & illustissima opera, quæ tamen vnico aspectu videri non possunt, lustrauit ea attentus, & canorus animus; non illum pauca præterierunt, contemplatur rursus, quæ non expresserat primum, secundis inuenit curis, seseque miratur etiam attentum illa non præuidisse, sic in Virgine augustissima singulis fere secundis licet cum admiratione videre, ideo forsitan regius Vates de illa Psalm. 86. 3. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, vt explicant Patres, & Ecclesiæ Doctores, videmus igitur in Virgine sanctissima noue, & recenter, non noua, & recentia, sed vetera, & antiqua. Latent enim in dignitate physica Deiparæ res eximia, vt de augustissima Eucharistia docet diuus Thomas, quæ hæcenus non sunt assecta, sed cum infinita, hæc dignitas fines Deitatis attingentes asserente Doctore Angelico explicatur sinuque illius, & perfectissima dona euoluuntur, quæ laritabant, attentosque etiam & deuotos animos prætereunte noua luce producantur in lucem. Atque hæc sit & primi argumenti & multorum, quæ in hac materia producti possunt solutio.

875.

Ad secundum concedo omnia quæ in illo adducuntur præter consequentiam, ex influxu enim physico Virginis Almæ in sanctitatem Christi Domini non sequetur illam fuisse primum fontem gratiæ, & veluti caput morale ipsius, quia physicus ille influxus, neque sufficit, neque requiritur ad rationem fontis primarij, & capitis gratiam influentis vt rectè notauit Nazar. 3. p. q. 8. a. 5. in expositione textus, efficiencia enim physica gratiæ propriæ & per se non pertinet ad gratiam capitis, sed solum moralis causalitas per modum meriti, & satisfactionis, quæ per se pertinet ad gratiam capitis, estque proprium illius constitutum, unde etiam si Christus Dominus physicè non inſlueret gratiam, & effectus alios in membra, vere si alias illa promeritus fuisset, vt & meruit propriissime, esset vt & modo est caput Ecclesiæ & fons gratiæ primarij, cum ergo hæc & alia, quæ ad rationem capitis requiruntur non habeat beatissima Virgo, quia gratia illius altior non est, neque prior dignitate gratia Christi Domini, neque secundò habet plenitudinem omnium gratiarum, eodem modo quo reperitur in Christo Domino quem vidimus aij Evangelista plenum gratiæ, & veritatis; neque tertio virtutem habet ad influendum gratiam, vt principalis causa in omnia membra Ecclesiæ quæ omnia requiruntur ad rationem capitis moralis, & reperiuntur in Christo Domino, vt per analogiam & similitudinem ad caput naturalem, docet & confirmat D. Th. 3. p. q. 8. art. 1. corpore; inde est quod sacra Deipara respectu Christi Domini, neque sit fons primarij gratiæ, neque caput illius, illud verò quod additur, scilicet Christum hac ratione debere Virgini Matri suam gratiam nullius est efficacitatis, debet & suam naturam, debet vnionem hypostaticam, & lætari debet merito Virgo, quia illum debitorem habeat (inquit Methodius oratione in hypopantem Domini) cui omnes debemus, nec mirum quod summus omnium dator & Dominus, vt carnem, etiam gratiam & sanctificationem

Nazar.

D. Angel.

cationem à Matre voluerit accipere, vt ali-  
quando esset accipiens. His momentum non  
inefficax à Chryfologo ferm. 144. ad finem:  
*Aur putas quod honorem à Deo (à Matre etiam)  
dedignatur accipere, qui ab hominibus tantus acce-  
pit iniurias.* Voluit ergo gratiæ fons infinitus à  
riuilis gratiam accipere, huncque honorem  
tantæ Matri debere, neque beneficium tantum  
sanctificatoris iniuriæ, vt in simili loquebatur  
Chryfologo ferm. 148. *Ergo quod creator à  
creatura sua, quod Deus innentatur in carne crea-  
tura honor est, non creatoris iniuria.* At quod  
Deus hanc excellentiam Virgini contulerit,  
honor est etiam sanctificatoris primarij, & vni-  
uersalissimi, non Redemptoris iniuria. Adde  
quæ propria sunt Christo Domino, aut forma-  
lius loquendo verbo diuino, optime ab alia  
persona posse recipere; omnia enim quæ habet  
Pater Christi sunt, Ioan. 16. *Omnia quæ habet  
Pater, mea sunt.* & tamen illa accepit à Patre. Sic  
in te nostra sanctitas Christi, quæ illi propria  
est communicatur conceptioni purissimæ à  
Matre, & fons inexhaustus gratiæ coram Ma-  
tre, non riuus, aut fluuius, sed vnda videtur.

Sed quia vnda meminimus, & in Chry-  
fologo sumus ad rei nostræ catholicam explica-  
tionem, & Virgini gloriam non prætermitten-  
dam aureum illius acumen, sermone enim 143.  
hæc aurea aureus etiam Doctor excogitat: *Cæ-  
lestis ergo imber virginem in vellus placido se  
fudit illapsus; & tota diuinitatis vnda bibulo se  
nostra carnis calauit in vellere.* Cur doctissimus  
& fecundissimus Pater diuinitatem vocat vnda-  
dam, cum sit omnium perfectionum, & abyssus  
& oceanus, tantamque aquarum molem vnda  
& nomine & cingulo cõteret. Quia geniti filij  
venatur, imo, & imitatur ingenium, dum pri-  
mum Maria iam Mater apparet, Deus Filius,  
non vt Deus, sed vt homo etiam Angelis ipsis  
apparet, & illius videtur benignitas, & huma-  
nitas, rem à Chryfologo explico, in cœlestis  
gloriæ conuiuium, Christus Dominus, & præ-  
cingit se, & seruis iam beatis ministrat Luc. 11.  
37. & vt acutissime pendit Chryfologus diffi-  
mular se in ipsa diuinitate diuinitas, & vbi ma-  
ior ostentandæ diuinitatis, & supremi Dominij  
occasio, sese diuinitas dimittit, sese Christus  
præcingit, & seruis, & creaturis tantus mini-  
strat Deus, & Dominus, qui sublimis cogitatus,  
solum à diuina persona potuit habere princi-  
pium; inde in ipsa diuinitate dissimulatio di-  
uinitatis ipsius; ad rem Virgini, & filio glo-  
riofissimam. Generatur secundò diuinus Filius,  
adorant cum omnes Angeli Dei, & in ipso  
conceptionis instanti meriti incipit homini-  
bus, & primam sanctissimæ Matri gratiam, &  
sanctificationem, caputq; gloriosissimum ho-  
minum & Angelorum ostenditur, ac proinde  
Deus, sed factus homo, mareque totius sancti-  
tatis, gratiæ oceanus cuiuscunque; sed vt  
amorem explicet in Matrem, seque illius sum-  
mum honorem in ordine gratiæ ostendat, non  
oceanus, sed riuulus, non mare sed vnda pa-  
titur appellari, præcingit se mare, coarctatur  
oceanus, & honorem amplissimum Matri mi-  
nistrat præcinctus, veluti si vnda solum esset à  
Matre, accepit gratiam, & in beneficio tanto  
dissimulat se in ipsa diuinitate diuinitas, &

Chrysol.

Chrysol.

878. Chrysol.

Lucas.

videtur Deus Filius, quid adiiciat ad excel-  
lentiam Matris excogitare veluti non conten-  
tus, quod illam in Matrem elegerit. Ad rem  
Chryfologus de incarnatione loquutus, ita  
hominem prouocat, ferm. illo 148. Adhuc ta-  
men quid adiiciat ad honorem suum tuus  
creator excogitat. Accipit Christus à Maria  
sanctissima naturam humanam, & fons vitæ  
naturalem vitam, sed adhuc tamen, quid ad-  
ciat ad honorem Matris excogitat, & à Deipara  
facta vitam haurit etiam supernaturalem scilicet  
gratiæ, & dona quib. actualiter vivat in or-  
dine gratiæ. Sisto hic sacris Orator. non otiosus.

Ad tertium admittimus sanctitatem Vir-  
ginis fuisse originariam ex eo quod illam receperit  
in ordine ad prolem, vt iam explicuimus, &  
concedimus in hac sacratissima Virgine respec-  
tu filij rediisse innocentie statum aliquo mo-  
do, quod Isaias antea prædixerat in persona  
ipsius filij, qui cum loquens de Matre sua, quæ  
est illius gloria, vt alicubi vocat eam Damian,  
qui cum dixisset. *Ego Dominus, & gloriam alteri  
non dabo:* id est alieno, extraneo, inimico, in sua  
conceptione, Sathanæ videlicet, addidit: *Quæ  
prima fuerunt ecce veniunt, noua quoque ego an-  
nuntio.* Ac si diceret apertius, non solum Mater  
quæ mea gloria peccato originali non permit-  
tenda, non solum illi conferenda in instanti  
creationis gratia habitualis, quæ fuerat prima  
in statu innocentie, sed noua quædam, quæ  
ibi non fuerunt in nouo innocentie statu, Ada-  
mus efficienter non conferret posteris gratiam,  
& originalem iustitiam, at Mater mea (ego Do-  
minus) mihi conferet, vt meum instrumentum  
physicum gratiam & immunitatem à peccato.  
Ad confirmationem iam diximus post 4. concl.  
§. affirmari tamen. Præterquam quod ibi opti-  
me responsum est solutione sumpta ex pacto  
quod fuit inter Patrem, & Filium, de transfu-  
sione gratiæ, & sanctitatis per purissimam Ma-  
trem, quod licet explicite, & expresse non in-  
ueniatur in sacris litteris, inuenitur implicite,  
& generaliter in illis verbis Isaiæ 53. *Si posuerit  
pro peccato animam suam videbit semen longeu-  
num.* & statim: *pro eo quod laborauit videbit, &  
saturabitur.* & infra: *Iniquitates nostras ipse por-  
tauit, ideo dispersiam ei plurimos.* Nec fuit ne-  
cessarium singula quæ Christus Dominus me-  
ruit singulariter refert, atque adeo nec pactum  
ad singula describi, videatur Suar. 1. t. in 3. p. d.  
4. sect. 5. atq; ex hoc constat ad primam replicam.

Secunda verò, quæ est tertia ratio ad proban-  
dam falsitatem consequentis, atque adeo no-  
stræ conclusionis communis est alijs difficul-  
tatibus, & illam varie diluunt Interpretes fan-  
cti Thomæ, & Doctores vartis in locis, ex vult-  
tis verò solutionibus, illa mihi facilius in no-  
stro casu principium meriti non cadere sub  
meritum, illa enim mutua causalitas inter  
Christi gratiam, & gratiam beatæ Virgini, nullo  
modo est in genere eodem causalitatis, imo  
neque potuit esse, quia Virgo efficienter phy-  
sice gratiam Christi Domini, causauit, at verò  
Christus Dominus moraliter solum, & vt causa  
principalis meritoria, quod non cadit in Vir-  
ginis causalitatem, neque villo modo potuit ca-  
dere: sicut neque in Christum Dominum ille  
modus causandi, quem in Virgine astruimus,

879.

Isaias.

880.

cum non existeret in rerum natura, in conce-  
ptione Virginis humanitas illius non existens  
non potuit physice causare, etiam instrumen-  
taliter gratiam, & dona supernaturalia in illo  
instanti illi collata. Et ex hoc patet ad 4. argum.

Ad quartum patet ex his, quæ tunc diceba-  
mus, nego igitur consequentiam admissam ante-  
cedenti, est enim manifestum discrimen sum-  
ptum ex Virginis existentia secundum quam  
potuit habere illam causalitatis physice actuali-  
tatem; Christus verò Dominus, cum in instan-  
ti conceptionis Virginis non illam habuerit,  
nec potuit habere actualitatem causalitatis,  
quæ necessario supponit causalitatem actualem  
existentiæ, & hæc communis omnium Theo-  
logorum sententia contra Capreol. 4. dist. 13.  
q. vnic. a. 3. ad argumenta contra 1. concl. & So-  
tum ib. d. 1. q. 2. a. 3. quos impugnant Vincent.  
relect. de gratia Christi q. 7. p. 780. & seq. Suar.  
10. 1. in 3. p. disp. 31. sect. 8. monstrantes Chris-  
tum Dominum non potuisse causare gratiam  
efficienter physice in PP. antiquis, & conse-  
quenter, neque in Maria in primo suæ conce-  
ptionis instanti, quos sequitur Hyacinthus  
Choquet lib. 2. de origine gratiæ, disp. 6. cap. 5.  
quibus ego libenter subscribo.

Vincent.  
Suarcz.

Hyacinth.

882.

Ad quintum desumptum ex doctrina M. Cu-  
mel, respondeo negando sequelam, tum quia  
qualitas transiens, quæ ex sententia S. Th. im-  
primitur Sacramentis est ratio formalis, qua  
constituuntur principia physice efficiencia gra-  
tiam, non habet superioritatem supra totum  
ordinem gratiæ; motio enim illa, vel qualitas  
transiens, cum qua aqua baptismalis gratiam  
producit, non potest esse ratio ad transubstan-  
tiationem, neque hæc ad causandam gratiam  
in Sacramento Matrimonij, sic virtus qua sacra  
Deipara eleuata fuit ad producendam vnionem  
hypostaticam & resulantem per emanationem  
gratiam habitualem, & dona, non habet effica-  
ciam supra totum ordinem gratiæ, cum ex rei  
natura ordinetur ad hanc productionem, non  
verò ad alias, atque adeo sit determinatæ facul-  
tatis non indeterminatæ, & vniuersalis, qualis  
esset qualitas illa, quam aliqui ponunt in hu-  
manitate Christi Domini, quam illo argumen-  
to optime confutat M. Cumel; tum etiam quia  
Virgo illa eleuata non esset superior, ad ordi-  
nem gratiæ, cum pro sua voluntate, non posset  
illa vri; generatio enim Christi Domini fuit  
actio naturalis, id est non subdita voluntati  
virginæ, & in nulla occasione iterabilis. Vnde  
ergo illa superioritas ad totum ordinem gratiæ.

883.

Dices non implicare contradictionem, quod  
Verbum diuinum vniretur alteri humanitati  
numero distinctæ ab hac quam modo terminat  
& Virginem esse Matrem illius hominis Dei, &  
consequenter vnionem hypostaticam, & gratiæ  
habitualem, quod vt fieret non esset necessaria  
alia qualitas distincta specie ab ea qua in con-  
ceptione Christi Domini Virgo effecit hæc  
omnia, ex quo videtur inferri illam virtutem,  
seu qualitatem esse vniuersalem. Resp. negado  
consequentiam, character enim sacramentalis ad  
transubstantiationem in eorum sententia, qui  
affirmant concurrere efficienter ad illam, sæpe  
reperit mirabilem illam actionem, vel sacerdos  
qui illo eleuatur, & tamen non est virtus vni-

uersalis, sed omnino ad vniam specificam actio-  
nem determinatur.


884.

Ad primam confirmationem assero, illam  
virtutem esse corpoream, quia ex primæua suâ  
ratione est qualitas, seu ratio formalis princi-  
palis generandi Christum Dominum: instru-  
mentaria verò ad vnionem hypostaticam, &  
gratiam sanctificantem, & eiusdem ordinis  
cum illa, cum supernaturalis sit substantialiter,  
vt iam ostendimus, est enim formaliter cum  
physica Virginis Maternitate. Vnde illi suffi-  
cienter proportionatur, ad hoc enim quod pro-  
portionentur necessum non est, quod habeant  
specificam conuenientiam. Iam verò diximus  
ordinem hypostaticum includere multa super-  
naturalia, quæ vt pertinent ad hunc ordinem  
nihil aliud dicunt, quàm esse quid necessarium,  
vel consequutum ad incarnationem Verbi di-  
uini: tan verò dignitas maternalis, sit eminenter  
spiritualis, vt de qualitate corporea sacramen-  
torum aliqui Doctores affirmant alibi dis-  
fero.

885.

Ad secundam confirmationem, (quidquid  
sit de illa opinione) quæ affirmat in instru-  
mentis requiri præuiam actionem ad causalitatem  
ad quam eleuantur, de quo modo non disputo.  
Resp. Maternitati Virginis non desuiisse hanc  
præuiam actionem, illamque principalem; est  
enim ratio formalis supernaturalis generatio-  
nis Christi Domini, & sic habet præuiam actio-  
nem quæ terminatur efficienter ad Christi Do-  
minum humanitatem, in qua recipitur vnio hypo-  
statica, atque adeo ad vnionem corporis cum  
anima in qua resedit gratia habitualis & dona  
supernaturalia. Vide Banez 1. p. q. 45 a. 5. concl.  
4. Alvarez 3. p. q. 13. a. 2. disp. 66. Ferrarient. 2.  
contra Gentes, c. 21. R. M. Cumel.

Banez.  
Alvarez.  
Ferrariens.



DISPUTATIO XIV.

*Virum sacra Deipara efficienter deriuat ad homines gratiam sanctificantem.*



REGENS dubitandi ratio ex sexto ar-  
gumento disputationis præcedentis,  
& ex illius difficultatis resolutione;  
si enim sacra Deipara deriuauerit effi-  
cienter gratiam in Christi Domini vnitam  
Verbo animam sacratissimam, à fortiori vide-  
tur illam etiam in homines, quæ sunt membra  
illius capitis deriuasse, hoc autem & per se est  
falsum, & inauditum, & contra ea quæ dixi-  
mus ad finem solutionis quinti argumenti, vbi  
assertum fuit per qualitatem illam Virgine esse  
determinatam ad productionem instrumenta-  
lem Christi Domini, vt sanctus, & gratus est;  
non ergo ita est originaria, & vniuersalis, vt  
deriuat hoc modo sanctitatem in Ecclesiam, &  
in homines, qui sanctificantur. Ex alia verò  
parte hanc sanctitatem Virgini fuisse non so-  
lum personalem, sed etiam originariam videtur  
efficaciter colligi ex testimonijs sanctorum Pa-  
trium & Doctorum, qui affirmant Mariam san-  
ctissimam fuisse nobis causam salutis orbis re-

886.

paratricem, mundi salutem, fontem vitæ, hominum redemptionem, autricem meriti nostri, quorum testimonia nemini non obuia videntur significare Patres sensisse efficientiam Virginis in mundi salutem, & in gratiam, non solum habitualem, sed & actuaalem omnium hominum.

**887.** Propter hæc non defuerunt hæretici, qui affirmarunt Virginem fuisse nostræ salutis causam, vel per modum efficientiæ, vel per modum meriti, & redemptionis, vt constat ex Epiphania hæresi 78. & 79. idque peculiariter defumunt ex eo quod Ecclesia vocat Mariam Matrem misericordiæ, & præcipue ex verbis Damiani, quæ ab omnibus recipiuntur, assentientis Virgine non rogare solum, sed Deo imperare.

**888.** Dico tamen primò, mundi reparatrix Maria, neque per veram efficientiam, neque per modum redemptionis, & meriti, vt causa etiam instrumentalis gratiam siue actuaalem, siue habituaalem deriuat ad homines; hæc conclusio quantum attinet ad causalitatem principalem, siue physicam, siue moralem est de fide, & illam explicat Suarez 2. tom. in 3. par. disp. 23. sect. 1. Et colligitur clarè ex illo Pf. 83. gratiam, & gloriam dabit Dominus, vbi nomine gratiæ omne donum supernaturale comprehenditur, vt constat ex illo Iacobi 1. omne datum optimum, & omne donum perfectum defursum est, descendens à Patre luminum, & quantum ad causalitatem moralem principalem, constat ex omnibus illis, quibus probari solet, solum Christum Dominum fuisse causam nostræ salutis, & ab illo in nos gratiam deriuari, quibus præmissis solum referam locum Bernardi, qui serm. de aquæductu, & Natiuitate Mariæ hæc vt solet, & dulciter scribit, & pie: Vita æterna fons indeficiens, qui vniuersam irrigat superficiem paradisi. Neque modo irrigat, sed inebriat fons horrorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano, & fluminis impetu letificat ciuitatem Dei. Quis verò fons vitæ nisi Christus Dominus, cum Christus (inquit) apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparelistis cum ipso in gloria, sane ipsa plenitudo se exinamuit, vt fieret nob. iustitia, sanctificatio, & redemptio; seu remissio, necdum apparens vita, aut gloria, aut beatitudo; deriuatus est fons vsque ad nos in plateis, deriuata sunt aquæ, licet non bibat alienus ex eis. Et statim descendit per aquæductum vena illa cælestis, &c. Quibus verbis, & Christum esse fontem, & causam principalem nostræ salutis; & Virginem solum aquæductum, non tamen principium, aut fontem vitæ supernaturalis, & gratiæ sine hæsitatiõne vlla affirmavit Bernardus, quem cæteri Patres, in hac re aut præierunt, aut sequuntur.

**889.** Et quidem neque esse causam instrumentalem, aut physicam, aut moralem, licet non certitudine fidei, rectè probat Suarez citatus: quia non est fundamentum vllum, neque in Patribus, quos ego viderim, neque in sacra Scriptura, vnde hæc instrumentaria causalitas colligatur; tamen ad gloriam Virginis cederet. Priuilegia enim peculiariora non sunt Deiparæ attribuenta, nisi quæ aut ex auctoritate sacre Scripturæ, ex Patrum doctrina, aut optima ratione depromuntur, quæ omnia ad hanc causa-

litatem instrumentalem probandam deficiunt. Rectè Bernardus citatus Maria non prærendit Bern. meritum, sed gratiam quaerit.

Dico secundo si efficientia Virginis Deiparæ id solum significet in gratiæ, qualitatisque cuiuscunque, aut doni supernaturalis productione, quod genuerit efficienter Christum Dominum, qui est causa efficiens nostræ salutis, non incongrue dici potest, quod efficienter causauit, & nostram salutem, & gratiam; ita Suarez vbi supra, & quia secundum axioma vulgare, quod est causa causæ, est causa causari, & causatum videtur ex priori causa veluti fluxisse, hunc solum sensum habent illa verba Bernardi sermone de aquæductu: *Altius ergo inueniuntur, quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, vt proinde, si quid spei in nobis est, si quid gratia, si quid salutis ab ea nouerimus redundare, quæ ascendit deliciis affluens.* Quæ etiam repetit serm. 98. & refert ibidem Suarez. Eodem etiam modo intelligendi Andreas Hierosolymitanus, Ephrem, Petrus Damianus ab illo laudati, & Germanus sermone de zona Domini, qui deuote ita Virginem alloquitur: *Non est ulla societas tua defensionis, non est numerus tuorum beneficiorum; nullus enim est, qui saluus fiat nisi per te Virgo Maria sanctissima, nemo qui liberetur à malis nisi per te o purissima, nemo est cui donum concedatur, nisi per te o clarissima.* Nec præter argumentum quod ex illo principio deducitur, alia probationes sunt necessariae, & sufficit explicatio terminorum: concepit enim Christum nostræ salutis auctorem, inde merito dicitur sacra Deipara & fons vitæ, & nostram causasse salutem. Sed non prætermittendus Ambr. qui de institut. Virginum c. 12. pulchrè: *Est & olla virtus Maria, quæ spiritu feruenti, qui superuenit in eam repleuit orbem terrarum cum peperit Saluatorem.*

Dico tertio, verè puteus aquarum, quæ fluunt impetu de Christi Domini Libano, id est beatissima Virgo gratiam, sanctitatem, & dona supernaturalia deriuat in Ecclesiam, & omnes fideles. Hanc conclusionem docet expressè sanctus Thomas verbis conceptis 3. part. q. 27. art. 5. ad 1. his verbis: *Sed beata Virgo tantam gratiam plenitudinem obtinuit, vt esset propinquissima auctori gratia, ita ut eum, qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum pariendo quodammodo gratiam ad omnes deriuaret.* Quibus verbis etiam digito monstrauit conclusionem secundam, illum sequuntur omnes, qui de hac re scripserunt, estque communis conceptio fidelium. Vnde hæc gloria illi à Patribus, & ab ipsa Ecclesia tribuitur, quæ illam appellat spem nostram, & misericordiæ Matrem. Pie, & floride Richard. Victorinus ad Cant. c. 26. Talis fuit in virtutibus, tantaque fuit eius charitas, vt non solum ad eius gentem, Iudæos videlicet extenderetur; sed ad ignotos, & notos, ad omnes denique homines dilatata fuerit, pro his indefinenter orauit; pro his sollicita fuit, pro his orando exaudita fuit dicente ad eam Angelo Gabriele, inuenisti gratiam apud Deum, scilicet quam quaerebas, omnium salutem desiderauit, quæ fuit & obtinuit, imo, & salus omnium per ipsam facta est; vnde & mundi salus

dicta

dicta

dicta

dicta

dicta

dicta

dicta

Ephrem.

Amedeus.

Richard.

Nouarius.

Suarez.

Rutilius.

892.

dicta est; quomodo illam appellat Ephrem orat. ad Virginem: *Aue anima mea spes bona. Aue Christianorum omnium firma salus.* Terminis vero conclusionis floridius Amedeus Episcopus Laufenf. hom. 7. de laudibus Virginis: *Sponsi Mater unici, suavis, & charissima in deliciis, & fons horrorum rationabilium, & puteus aquarum viuentium, & viuificantium, quæ fluunt impetu de Libano à monte Sion, vsque ad circumfusas, & exterius nationes pacis flumina, & gratiarum emanationes cælica infusione deriuabat.* Quæ panegyri aduertendum ita Virginem gratiam suis precibus in nos deriuare, vt id necessarium, & naturale sit quodammodo in Matre misericordiæ; flumina enim & fontes se continere non possunt; astra, sol, cæli naturaliter lucem emittunt, & se cohibere nequeunt; sic captiuorum redemptrix, sic nostræ salutis adiutrix. Floridissime Richardus de S. Laurent. qui hætenus Cisterciensis sine nomine prodibat li. 1. de laudibus Virginis, c. 6. *Huc est beata plenitudo, & plena beatitudo Domina nostra, quæ fons est, & origo totius nostræ beatitudinis, quidquid beatitudinis ab illo magno mari, ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum peruenit, totum per eam venam defluxit, & ideo, quidquid nobis mittitur de supernis per gratiarum actionem, ad eam referendum est; per quam medicatricem habemus procul dubio, quidquid gratiae obtinemus.* Premo hoc testimonium, & elicio talem esse Matrem misericordiæ, vt intercedere pro nobis hominibus impetrare salutem, suauis felicitas, suauis gloria, suauis beatitudo: Nec mirum cum non solum deriuat in homines gratiam, sed deriuatam conferuet; rectè Richard. de S. Laurent. lib. 2. de laudibus Virginis p. 1. *Maria non solum gratiam impetrat, sed impetratam conferuat.* Ea solitudine, vt de illa dictum vere intelligatur illud Ecclesiastici 17. *Gratiam hominis quasi pupilam conseruauit.* Vide Nouatinum vmbra virginæ excursu 146. à principio vbi multa sanctorum PP. testimonia in hanc colligit veritatem. Vide etiam Franc. Suarez iam citatum, qui eorum numerum auget, & Rutilium Benzoni in Magnificat, in quo sparsum non pauca. Confule & nostram Nomenclaturam virginæam.

Conclusionis ratio desumitur, tum ex eo, quod Virgo meruit de congruo incarnationem, tum quia illius impetratio ad gratiam, & dona ac supernaturalia auxilia, quibus & nos excitat, adiuuat, & comitatur Deus sit ex identitate cum filio efficacissima, & per hoc patet ad argumentum sextum adductum sect. 3. præcedentis disput. cuius occasione hæc breuiter scripsimus, negamus ergo efficientiam physicam etiam instrumentalem in Virgine respectu gratiæ sanctificantis absolute loquendo, licet diffiteri nulla ratione possimus forsan aliquando physicè influxisse in aliquorum salutem, & gratiam vt notauit Suar. & etiam vidit Alæsius Nouerinus citatus, Ioannis enim Bapt. gratia in sua sanctificatione physicè à Virgine videret fluxisse, & à Virgine deriuari ex illo Elizabethæ Luc. 1. *Ex quo vox salutationis tua facta est in auribus meis, exultauit infans in utero meo.* Vbi illud non sine solido acumine acèrem in Virgine existentem intus, vocemque illius

ita fuisse Baptista salutarem, vt quasi vehiculum extiterint quæ ab ore pulcherrimo Virginis vsque ad Baptista animum gratia habituaalis, & dona supernaturalia vegetarentur, atque adeo assumptis Deum, vel ipsam spiritum repercussum, id est Virginis vocem ad faciendam gratiam sanctificantem.

DISPVATIO XV.

Vtrum virtus productiua vnionis hypostaticæ sit permanens, in sacra Deipara.

**H**æc restat tractanda difficultas ad exactam intelligentiam eorum, quæ de causalitate almæ Virginis, in vnionem hypostaticam, & dona supernaturalia ex illa fluentia in præcedentibus disput. diximus, quæ etiam tractari solet de humanitate Christi Domini 3. p. q. 13. de Sacramentis q. 60. & in 4. sententiarum dist. 1. est igitur controuersia, vtrum virtus illa, seu qualitas, qua sacra Deipara & Christum concepit, & vnionem hypostaticam & gratiam produxit: fuerit natura sua quid permanens, & in Virgine æternatura, an citò transiens, & fluens; ita ut transacta causalitate, & illa finita in ea nulla ratione perseverauerit.

Ergo physicam dignitatem Matris in Virgine qua Christum Dominum genuit, & hypostaticam vnionem produxit, nec fuisse, nec potuisse esse virtutem permanentem, sed solum transeuntem, facile affirmabunt omnes illi, qui docent, nec in Christo Domino, neque in Sacramentis esse virtutem permanentem effectiuam miraculorum, & gratiæ sanctificantis, ita opinatur Vincentius, relectione de gratia Christi, pag. 821. Franciscus Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 31. sect. 6. & 5. Hiacinthus Choquet. lib. 2. de gratia, disp. 7. c. 2. & fertur in eadem sententia fuisse Victoriam, vt Hiacinthus refert, & in eadem sententiam potest citari M. Cumel, quatenus tomo 2. in 1. 2. quæst. 122. art. 1. disp. 3. affirmat illam qualitatem generaliter productiuam gratiæ, & miraculorum, non potuisse repetiri in Christi Domini humanitate.

Probatum primò auctoritate diui Thomæ, qui illam videtur satis expressisse, primum enim quæst. 3. de potentia, art. 7. ad 7. hæc scribit: *Virtus naturalis, quæ rebus naturalibus in sua institutione collata est, inest eis, vt quadam forma habens esse rationem, & firmum in natura: sed id quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agit est vt intentio sola habens quoddam esse incompletum per modum quo colores sunt in aère, & virtus artis in instrumento artificis, quo nihil clarius dici potuit. Secundo 3. contra Gentes cap. 154. in fine hæc habet clarissimè. *Alij verò effectus sunt necessary non per totam vitam, sed certis temporibus, & locis sicut facere miraculum, pronunciare futura, & huiusmodi, & ad hos non dantur habituales perfectiones, sed imperfectiones quædam sunt à Deo, quæ cessant cessante actu, & eas oportet iterari, cū actus iterari fuerit opportunum.**

Bern.

Iacob.

Damian.

887.

890.

891.

Ambr.

S. Thom.

Suarez.

889.

Bern.

Iacob.

Damian.

887.

890.

891.

Ambr.

S. Thom.

Suarez.

889.

Bern.

893.

894.

895.

Vithent. Suarez. Hiacinth. Suarez.

Thomæ.

896.

Ex quo secundò potest hæc sententia probari. Virtus qua sacra Deipara vnionem hypostaticam, gratiam, & dona supernaturalia produxit, non ordinatur ad effectus, qui necessarij fuerunt per totam vitam illius; ergo illa virtus permanens non est, sed morio quædam, quæ transit, & definit effectu iam subsequente, consequentia constat ex testimonio diui Thomæ, ex quo desumpta est hæc ratio; & ostenditur vltimus, quia impertinens est illa virtus perseuerans, cuius nullus sit amplius vsus futurus: & antecedens probatur, quia illa virtus solum fuit necessaria ad generationem Christi Domini, ad vnionem hypostaticam, quæ omnia vnico solum instanti temporis sunt perfecta, vt late traditur ad 3. part. sancti Thomæ, si ergo effectus totus illius virtutis in vnico solum instanti productus, cur post illam effectio- nem durabit? Adde ex coexistentia, & perseuerantia illius cum vita Virginis sequi illam virtutem æternitatem, supposita enim duratione per aliquod tempus determinatum, nulla est ratio efficax propter quam nunc, & non postea destruat. Confirmatur omnibus fundamentis, quibus scholastici aliqui probant virtutem miraculorum non fuisse permanentem in Christo, quæ afferuntur à Reuerendo Magistro Cumel, Suario, Choqueto, & aliis.

897.

Dicendum tamen est virtutem productiuam vnionis hypostaticæ, & supernaturalium donorum fuisse permanentem in beatissima Virgine, & perpetuo æternitatem etiam in cælo. Hanc conclusionem nullus scholasticorum expressit, sed necessariò sequuntur illam, quicunque existimant non repugnare qualiter permanentem productiuam gratiæ, & miraculorum in Christo, & de facto in illius sanctissima humanitate reperiri, ita opinatur Ferraricus. 4. contra Gentes cap. 56. Paludanus 1. dist. 1. & d. 36. & 50. Capreolus in 1. d. 1. q. 1. Pichardus ibidem d. 1. art. 4. quæst. 3. & alij, & videri potest Medina 3. part. quæst. 13. art. 1. & quicunque disputant de Christi potestate ad productionem gratiæ, & ad efficientiam miraculorum.

Ferraricus. Palud. Richard. Medina. Capreol.

898.

Athan.

Sed hanc permanentiam expressit meo iudicio diuus Athanasius, qui homilia de sanctissima Deipara loquens de virtute, quam supernaturaliter habuit Virgo sanctissima ad Christi Domini generationem, ait: *quam virtutem per omnia tempora concepit habuisse confido, neque enim id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse.* Virtus verò generatiua hominis Dei, fuit etiam productiuam hypostaticæ vnionis, vt iam constat, & quidem in re non disputata plurimum valere debet auctoritas Patris, & doctissimi, & sanctissimi.

Vt verò illam ratione efficaciter probemus, præmitto ex dicendis vestigatione secunda dignitatem physicam Matris Dei, atque adeo illam supernaturalem virtutem quæ generauit Deum, & hominem, non solum esse virtutem actiuam ad hoc primum destinatam, sed esse etiam sanctitatem, & gratiam, qua sanctificata est caro virginica, vt esset dignum susceptiuum Verbi diuini, & vt talis esset, vt ex illa carnem acciperet Deus, vt loquitur Magnus

Basilii oratione de Christi Domini generatione, vnde vt ibi latius explicandum, virtus illa eminentissima duo munera habuit; primum in genere causæ formalis, scilicet sanctificare Virginis purissimæ carnem: secundum esse rationem efficiendi in generatione Christi, quæ duo etiam ordine eodem in sententia Scoti, quem non pauci sequuntur de identitate reali charitatis, & gratiæ inueniuntur in forma habituali sanctificante, quæ, & animam sanctificat, vt gratia, & vt charitas est principium immediatum, & tota ratio agendi in ordine ad actus supernaturalis amoris, habetque esse fixum, & permanens. Ex qua doctrina validis sanctorum PP. testimoniis, & rationum pondere ibi ostendenda sic argumentor. Sanctitas, & gratia ex propria ratione est quid permanens, vt habitualis est, & nulla ratione, aut qualitas, aut morio diuina fluens & intentionalis; sed illa virtus productiuam vnionis hypostaticæ, seu dignitas maternalis physica est sanctitas, & gratia in Virgine sanctissima; est igitur permanens, & perpetua ex propria natura. Discursus est legitimus, minor supponitur, & maior constat, quia illud quod habet rationem naturæ non potest esse fluens, sed necessariò est quid firmum, & permanens, gratia autem habet rationem naturæ, & veluti primæ formæ in esse supernaturali, quia iusti dicuntur, & sunt filij Dei adoptiui; ex quo necessario sequitur esse naturam permanentem, & non fluidam.

899.

Ex hac ratione constat illud, quod etsi repugnare virtus effectiuam permanentem gratiæ adhuc maternitas Virginis esset permanens, quia sanctitas est: non repugnare autem permanentem virtutem productiuam miraculorum, imo, & gratiæ sanctificantis, mihi efficaciter probat humanitas Christi Domini, quam existimo habere virtutem permanentem productiuam saltem gratiæ, etsi non miraculorum, & hoc modo existimo temperandam sententiam afferentem illam qualiter permanentem in sacratissima humanitate: & vtrumque colligo ex testimonio sancti Thomæ, quod secundo loco retulimus. Miracula enim à Christo Domino non fiebant per totam vitam, sed certis, & determinatis temporibus, vt constat ex historia Euangelica, quod non reperitur in gratiæ productione, quæ continua est in diuersis iustis, & in peccatoribus, qui conuertuntur; in illis enim augetur iustitia, & efficientia Christi Domini, & in istis de nouo producitur, non videtur autem conueniens virtutem ad tam continuam efficientiam esse transeuntem, & singulis momentis destrui, & produci, vt manifestè constat. Existimo ergo ad productionem gratiæ esse in Christo Domino permanentem virtutem, idque colligi ex sancto Thoma, tum loco citato ex 3. contra Gentes. Argumenta verò, quæ in oppositum afferuntur in hanc virtutem non habent vim, illud præsertim quod intendit probare superioritatem ad ordinem gratiæ, vel vnitam fuisse Christo Domino omnipotentiam, tum quia hanc vnire creaturæ est impossibile; tum etiam quia adhuc vnita omnipotentia humanitas Christi operaretur cum speciali dependentia à voluntate,

Thomas.

tate, & intellectu diuino (si ab omnipotentia distinguuntur) nec posset exire in actum illa virtus sine peculiari motione Dei; quia influxus ille in gratiam pendet in humanitate, non solum à suis principiis formalibus, sed etiam à diuina virtute peculiari dependentia, quæ non reperitur in alijs efficientis, vt in lumine gloriæ; intellectus enim vt illo illustratus, vt videat Deum non indiget peculiarissima motione, & applicatione ad visionem beatificam præter illam, qua generaliter applicatur creaturæ ad agendum; instrumentum autem miraculorum indiget noua applicatione, quia miracula à solo Deo fiunt, vt à causa principali.

900.

Illud verò, quod inferit causam habentem illam virtutem permanentem futuram principalem non instrumentalem finis est, quia transmutatio non fit miraculosa, iuxta naturalem, sed iuxta obedientialem potentiam subiecti, quam solum Deus potest transmutare, quia creatura solum respectu Dei habet potentiam obedientialem, & subiectionem, quatenus creator, & auctor vniuersalis est, ita Magister Cumel art. 1. sapius citato disp. 2. §. sentio etiam.

901.

Ex quo manet solum argumentum primum, quò sententiam nostram impugnat Hiacinthus Choquet, disp. illa 7. cap. 2. quantum attinet ad virtutem productiuam gratiæ in Christo Domino; illud verò, quod de semine docet, scilicet non habere virtutem permanentem ad generationem, sed solum esse motionem diuinam diuturniori tempore durantem; verum non est, virtus enim seminalis innata est, & tributa à natura ad multiplicationem, atque adeo esse non potest transiens, & fluida, præsertim cum nullum ex permanentia sequatur inconueniens. Vide Caietanum, & Dominicum Banez 1. part. quæst. 118. art. 1.

Caietanus. Banez.

902.

Falsum etiam est instrumentum esse applicatum ad effectum & non operari, ex quo inferit non dari qualiter permanentem, applicatio enim consideratur in actu primo, & in actu secundo: prima consistit in communicatione virtutis ad operandum, secunda in actuali operatione, hæc sine effectu esse non potest illa non semper inferit effectum productum; illi enim qui existimant humanitatem Christi Domini esse instrumentum Verbi diuini ex sola coniunctione, & vnione ad Verbum afferunt esse quidem permanentem constitutam in actu primo non dono aliquo, aut virtute superaddita, sed ex sola vnione ex qua est instrumentum, quamuis nullum effectum producat, in actu verò secundo habet rationem instrumenti ex motione & applicatione principalis agentis, scilicet Dei, ita expresse Didacus Aluarez 3. part. quæst. 13. disput. 67. num. 9.

Aluarez.

903.

Secundò qualiter instrumentam permanentem non repugnare; sed & actu existere docet character, qui appellatur ordinis, & est virtus effectiuam transubstantiationis, aut ratio formalis, qua constituitur sacerdos potens producere corpus Christi Domini in Eucharistia, & hoc vltimum concedit Choquetus cap. vltimo illius 7. disp. §. ad fundamenta, vbi ait

Choquet.

characterem nihil esse aliud, quam qualiter aliquam, qua minister ad cultum Dei deputatus fit incomplete potens transubstantiandi corpus in corpus Christi, completi verò cum Deus characterem mouet ad conuersionem, vbi procul dubio concedit dari qualiter permanentem productiuam illius miraculi, quod etiam expresse docuit S. Thomas, cū supposita permanentia characteris scripsit 3. part. quæst. 63. art. 5. ad 1. illam esse virtutem quandam instrumentariam, in anima quod docet etiam R. Magister Cumel 1. 2. quæst. 112. art. 1. disp. 3. propositione 2. & eadem disp. 4. §. ad 2. pag. 381. columna 1. vbi affirmat characteri efficientiam naturalem circa transubstantiationem, qualem habet calor, respectu caloris, non vero negat esse qualiter instrumentariam, cū doceat illo eleuari sacerdotem ad transubstantiationem, & absolutionem a peccatis, cum quo rectè stat, quod docet diuus Thomas ibi citatus, scilicet characterem esse lignum quo deputatur sacerdos ad hos effectus videatur Dominicus Sotus 4. dist. 1. quæst. 4. Sotus. & alij.

S. Thom.

M. Cumel.

Sotus.

904.

Dico secundò: hæc virtus ad generationem Christi Domini, & productionem vnionis hypostaticæ collata fuit Virgini purissima in sua conceptione instanti. Assertionem hanc docent omnes Doctores, qui affirmant Virginem sanctissimam vi huius virtutis præseruatam fuisse à peccato originali, & ratione illius constitutam in actu primo supernaturali ad generandum Deum, & hominem, quos commodius adducemus vestigatione secunda; illam procul dubio voluit Athanasius citatus, qui asseruit hanc virtutem non fuisse temporariam in Virgine, sed habuisse illam per omnia tempora etiam conceptus; quod vltimum verbum non potest intelligi de tempore conceptionis Christi Domini, quia id non cadit in dubium; si enim sanctus Pater existimat datam fuisse ad conceptionem Christi intelligendum necessariò est de ipsa Virginis conceptione. Voluit etiam Petrus Chrysologus illis verbis, *Quando non Maria Mater*, quibus non solum vult in conceptione destinatam ad Maternitatem, & ad hanc dignitatem electam, sed etiam supernaturali qualitate illustratam, & intrinsece cunctam, quod explicuit dum alio sermone asseruit fuisse oppignoratam dum fieret, id est illo cælesti pignore, veluti diuino caractere ornatam. Nec necessarium est immorari in illius probatione; si enim gratia & sanctitas decens, & congruum fuit infunderetur Virgini eodem instanti temporis, quo anima sanctificata est, at anima sancta fuit in primo sua conceptionis instanti per gratiam habitualement, quæ forsan fuit in Virgine posterior ad dignitatem Matris; dona enim alia collata sunt Virgini sanctissimæ, quia Mater Dei erat futura.

Athanaf.

905.

Sed contra hanc conclusionem est difficilis obiectio desumpta ex auctoritate Damasceni, quem non semel laudauimus, & explicuimus lib. 3. de fide orthodoxa asserit Deum post consensum Virginis illam illustrasse & dedisse illi potentiam susceptiuam Verbi, & generatiuam, cum ergo hæc eadem potentia sit illa qua attingitur, & generatio Christi Domini, &



vnio hypostatica si data fuit post virginis conceptionis instanti. Respondeo Spiritum sanctum superuenisse in Virginem ad actualem generationem Christi Domini, itaut existiment prius in conceptione venisse ipsius Virginis sanctissimæ. Vnde consequenter affirmant superuenisse, vel vt insulas virtutes in illo instanti augeter, vel quod verius est, vt potentiam susceptiuam, & generatiuam, quam addiderat supernaturalis potentia obedientiali passiuæ vltimo modo daret, id est, in vltimum actum reduceret, & educeret de potentia in actum; hoc ergo modo loquutus est Damascenus, non enim negauit illam potentiam datam fuisse in primo conceptionis instanti, sed hanc veritatem supponens asseruit illi Virgini sanctissimæ dedisse vltimum complementum, & illius potentia actualitatem; solutio colligitur ex sancto Thoma 3. d. 3. q. 2. art. 1. ad 1. & illa vtitur Hiacinthus Choquet. lib. 3. de origine gratia disp. 3. sect. 2. sed non omnia, quæ in illius explicationem dicit, mihi probantur, vt alibi notaui.

906. Vel respondeo, Damascenum asseruisse post assentum Virginis potentiam illam esse consummatam, suamque virtutem exercuisse in Christi conceptione. Dicit Christus Dominus Ioannis 17. *Ego sanctifico meipsum, vt sint ipsi sanctificati in virtute.* Non quia tunc sanctificabat se, sed quia tum consummata est sua sanctificatio, tum etiam quia peccator non apparuit, ita etiam loquitur Damascenus, & existimat potentiam generandi Deum hominem in Virgine in generatione actuali apparuisse.

907. Nec fundamenta contrariæ sententiæ sunt magni momenti; Ad primum enim desumptum ex testimoniis sancti Thomæ, Respondeo Angelicum Magistrum non esse vniuersaliter loquutum, quod manifeste constat, quia alias sequeretur in sententia illius nullam esse qualitatem supernaturalem permanentem, quod falsum esse monstrant gratia habitualis, & virtutes supernaturales in fusc Loquitur igitur sanctus Thomas de auxilio actuali, quo Deus comitatur potentias supernaturales ad operandum, & antecedenter applicat, & præmotet ad operandum quod transiens esse docuit supra M. Cumel, quem citat ipse Choquetus.

908. Ad secundum testimonium dico sanctum Doctorem loquutum fuisse de principiis efficientibus eo modo, quo à nobis declaratum est, non verò de principiis formalibus; at qualitas permanens, licet vt principium efficiens non posset permanere, & durare (quod tamen ostendimus falsum) durare potest, vt est sanctitas, & gratia qua ornari decuit M. V. à primo instanti suæ conceptionis; permanentia enim illi non repugnat, nec qua qualitas, vt constat, neque vt supernaturalis, vt docet lumen gloriæ, neque vt gratia vt ostendunt fides, & charitatis radix gratia habitualis, neque vt efficiens, vt colligitur ex efficientia donorum supernaturalium.

909. Ad secundum nego antecedens: maternitas enim Virginis non ordinatur solum ad generationem Christi Domini; licet primò, & per

se sit illi ad hanc causalitatem communicata, vt iam diximus, sed ordinata etiam est ad illius sanctificationem, vt loco citato ostendimus ad maiorem virginis gloriam; vnde necessaria fuit per totam vitam æternitatem etiam in cælis; fuit enim decentissimum, etiam si sanctitas corporea non esset, quod perseverasset, & perpetuo perseveraret, tum ad ornatam pulchritudinem, & puritatem intrinsecam carnis virginis, tum etiam vt semper perseveraret in Virgine principium illud à quo habuit, quod Deum, & hominem generasset; præterea quis finis decisionis, aut destructionis illius qualitatis? quæ ratio non leuis, perseverant nunc cicatrices, & fulgentia vulnera Christi Domini, quæ vt maternitas Virginis Deo suauiter placent.

\*\*\*  
DISPUTATIO XVI.

*Vtrum virtus supernaturalis ad generationem Dei & hominis vnatur Virgini sanctissima, vt tota, & adæquata ratio agendi supernaturaliter?*



910. AGREDIAMUR rem procul dubio difficilem, & hoc sæculo controuersam in scholis, vbi proposita difficultas, est non disputetur de physica dignitate, & superna naturali Maternitate Deiparæ non sine stomacho controuertitur de lumine gloriæ respectu intellectus creati; deque aliis habitibus supernaturalibus respectu potentiarum, quibus vniuntur ad eliciendas supernaturales operationes. Ex quo ortum habet, vt nulla ratione possimus de virtute Virginis supernaturali tractare, quin tractemus etiam de lumine gloriæ, charitate, & aliis habitibus.

SECTIO PRIMA.

*Notationes ad tituli explicationem.*

911. Præmissis, & ostendimus efficaciter beatissimam Virginem concurrere efficienter ad Christi Domini generationem, etiam supernaturali virtute, quam diximus esse idem omnino cum physica, & fundamentali dignitate Matris Dei, quæ eleuauit humanam Virginis almæ facultatem naturalem quidem in se ad tantam, & tam sublimem actionem, illamque non semel comparauimus lumini gloriæ; nunc verò difficultas est an sola virtus fuerit Virgini Deiparæ totalis ratio, & adæquata agendi in generatione Christi, itaut generatiua potentia naturalis Virginis nullo modo fuerit ratio generandi hominem Deum, an verò potentia illa vt naturalis est fuerit principium quo & ratio generandi efficienter Christum Dominum, itaut ex vtraque ortus fuerit concursus effectiuus in fœtum.

Dein

912.

Deinde vt generaliter rem tractemus præmittendum est liberum arbitrium, voluntatem & intellectum ad opera supernaturalia efficienter concurrere, & non mere passiuè se habere, ita vt non solum gratiam recipiant, sed etiam illi libere cooperando actuè actus supernaturalis propriissimè eliciant, quæ doctrina est de fide & nouiter definita fuit in Tridentino aduersus Lutherum, & Calvinum, sect. 5. c. 5. & canone 4. hoc modo. *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, sed veluti inanimè quoddam nihil omnino agere, merereque passiuè se habere anathema sit.* Ratio est manifesta, destrueretur enim omnis ratio meriti, impressionibus enim extrinsecis, quæ à nobis non libere eliciuntur vllum meritum esse non potest; ex quo alia elicitur ratio. Meritum enim fundatur in libera actione, quæ necessario debet esse vitalis, & procedere ab intellectu, & voluntate, quæ potentia vitales sunt, vnde non solum recipi debent in potentia, sed secundum propriam naturam, imo absolutè loquendo efficiuntur necessario à potentiis in quibus recipiuntur, hac enim ratione dicuntur esse actus immanentes.

913.

Vterius tertio, Catholicis indubitatum est naturalem facultatem liberi arbitrij, intellectus, & voluntatis, aliarumque potentiarum naturalium ex se insufficientem esse ad actus supernaturales, necessarioque indigere Dei auxilio, & eleuatione ad illos eliciendos. Dixi eleuatione, vt supponerem auxilium hoc esse non concursum generalem, quo Deus concurrat, cum voluntate, vel intellectu ad naturales actiones, sed quid omnino antecedens hunc concursum, & aliam quemlibet peculiarem, quo in actu primo compleatur virtus naturalis, & constituatur in ordine supernaturali, & contra Pelagium ostendunt Patres, & Doctores Ecclesiæ, cum ergo naturalis potentia ex se sit insufficientis, vt se sola sit ratio agendi actus supernaturales, & necessario sit eleuanda gratia, & virtute diuina, sensus difficultatis est, an gratia sit tota, & adæquata virtus agendi supernaturaliter, an vero naturalis potentia ex viribus sibi innatis, sit etiam ratio agendi in actum supernaturalem, quæ & vt supernaturalis est.

914.

Præterea negari non potest concursum luminis gloriæ, vel Beati, cui illud est formalis ratio agendi, quocumque modo id contingat, immediatum esse in visionem beatificam, inter lumen enim, & illam non mediat alia ratio agendi à qua visio possit ortum habere; omnia enim alia iam supponuntur, intellectus, & essentia diuina vel efficiens, vel determinans, & species intelligibilis: est ergo difficultas vtrum potentia naturalis etiam influat immediatè virtute sua in actum supernaturalem, vt supernaturalis est, ita vt visio non solum sit immediatè, vt à ratione agendi naturali ab ipso lumine, sed etiam à variis virtute intellectus aut voluntatis, ita vt ratio cauandis naturalis non sit solum remota, sed etiam proxima, & immediata non quod reiciat aliam rationem immediatam agendi; alias esset ratio

915.

adæquata; sed quod expositet illam, ita tamen vt immediatè vtraque participet illam rationem, sicut intellectus vt eliciat visionem indiget interuentu speciei impressæ, & adhuc immediatè, & non remote influat in intellectionem.

Quinto fallitur Auerfa Sanfeuerinus Clericorum regularum Generalis, dum existimat tractans de lumine gloriæ in hac re, idem omnino esse causam seu rationem agendi totalem, & adæquatam: Deus enim est causa totalis productiua hominis, & tamen non est causa adæquata, quia ad productionem hominis per generationem etiam requiritur homo, in re igitur nostra si intellectus operetur per suam virtutem naturaliter, aut homo beatus per illam tamquam per rationem totalem, & lumen etiam hoc modo, neutrum erit causa adæquata, seu ratio formalis agendi; illa enim est adæquata ratio agendi aut causa adæquata, qua posita nulla alia requiritur ad productionem effectus, disputatur igitur an supernaturalitas in visione beatifica, aut generatione Christi Domini, ita sit à virtute supernaturali adæquate, vt naturalis potentia nullo modo influat in actum supernaturalem secundum hanc rationem, tamen si influat in generationem, vt vitalis est, & intellectionem, vt talis est, & vt vitalis necessario est. Sensus igitur tituli integer, est an virtus supernaturalis, quæ eleuata fuit Virgo ad generationem Christi Domini, & idem est de quacumque alia virtute, vt lumen, & charitas, ita sit tota, & adæquata ratio agendi supernaturaliter, & immediatè, vt ad supernaturalitatem nullus sit influxus in naturali potentia, quod est inquirere, an naturalis potentia generatiua Virginis immediatum habuerit influxum in generationem Christi Domini, & non totus & adæquatus fuerit ab illa supernaturali virtute.

916.

Vltimo tandem Auerfa decipitur, dum existimat causam partialem esse illam, quæ alteram requirit ad opetandum, sic enim nulla creatura esset causa totalis productiua effectus, cum omnis creatura necessario exposuisset Deum cum illa concurrentem, imo Deus in generatione hominis, non esset causa totalis, sed partialis, quia ad productionem hominis per generationem necessario petat causam creatam; illæ ergo causæ sunt & dicuntur partiales generaliter loquendo, quæ agunt sine subordinatione vlla, sed æque proximè, & immediatè concurrunt ad eundem effectum, ita vt neutra ab alia recipiat virtutem, aut perfectionem, vt patet in duobus trahentibus nauim, aut in duobus luminosis, vel in duobus calidis, vbi vtrumque agit per suam propriam virtutem nullam recipiens ab alio, & neutrum alteri subordinatur; Atque hæc est proprius conceptus partialis causæ. Disputandum igitur est clarius, an potentia generatiua Virginis, & virtus Maternitatis sint rationes partiales agendi, an vero totales? Quod etiam tractandum, de lumine gloriæ, & cæteris habitibus supernaturalibus.

SECTIO II.

Negativa sententia.

917. **P**Artem negantem, seu virtutem supernaturalem in Virgine fuisse totalem rationem agendi supernaturaliter in generatione Christi Domini, qua supernaturalis, ac proinde naturalem potentiam proximè concurriffe, & immediatè, seu lumen gloriæ, & cæteros habitus supernaturales esse rationes totales agendi supernaturaliter respectu visionis beatificæ, aut actus charitatis, atque adeo affirmantem intellectum, & lumen esse rationes formales partiales, respectu horum effectuum quoad supernaturalitatem & vtriusque concursum esse proximam, & immediatam, tam luminis, quam intellectus. Sequuntur, affirmant omnes Theologi Societatis, quos 1. tomo de ente supernaturali; disput. 30. sect. 2. sequitur, & refert Ripalda, qui hanc controuersiam ibi tractat, erudite, & copiose & sect. 20. illius disputationis confert in suam sententiam fere omnes antiquos, & recentiores Theologos, & inter illos etiam N. R. M. Cumel, qui toto cælo distat ab hac opinione, vt constat ex 1. p. q. 12. art. 5. disput. 3. in editione nouissima; sed aliud est intellectum concurrere actiue ad actum visionis beatificæ, voluntatem ad actus charitatis, quod illi Doctores docent, & Catholicus nullus negavit impune, aliud vero intellectum, & voluntatem esse partiales rationes proximas, & immediatas actionum supernaturalium, qua supernaturales sunt, de quo est difficultas. Auctores ergo illi generatim docent, quod notatione 2. sect. 1. ex Concilio Tridentino, atque adeo ex fide supposuimus, sed non affirmant, quod Magister Ripalda, & sui sequuntur. Ergo Virginis Maternitatem non esse rationem totalem generationis Christi Domini probatur efficaciter, Gratia, vt lumen gloriæ, aut habitus charitatis non est totalis ratio agendi respectu visionis, aut charitatis actus neque illi hac ratione vnitus, ergo neque virtus illa supernaturalis in Virgine vnitur, vt tota ratio agendi ad generationem Dei & hominis, consequentia probatur à parietate rationis, antecedens autem, quæ est negativa sententia variè probatur, &c. Spiritus sancti illuminationem.

918. **H**æc sententia variè probatur à suis auctoribus: & relictis rationibus, quibus vtitur Ericus 1. p. tit. 4. disput. 45. à num. 53. quia nostram probant sententiam, & non multum vrgent alteram, quam ipse intendit impugnare. Probatur primo locis scripturæ, & sanctorum Patrum, quæ multa eruditione, sed non efficacitate congerit, & ponderat Ripalda citatus sectione 3. à num. 12. Quibus euidenter tribuitur libero arbitrio efficientia in actus salutaris, ita vt sæpe sapius asseratur hominem cooperari Deo, adiuuare Deum, sequi Deum & non esse Deum, qui solus operatur, sed gratiam Dei cum hominibus, alias enim exhortationes nullius essent momenti, & quidem, nihil ita vulgare, in sacris, & Patribus qui expugnant hæreticos negantes liberum arbitrium,

Ripalda.

Cumel.

Concilium.

Eric.

Ripalda.

vt videre est in illis, qui disputant contra Caluinum, Lutherum, & alios.

Deinde ait Ripalda validius sumitur argumentum ex Concilio Tridentino sessione 6. cap. 5. statuente contra dictos hæreticos. *Hominem gratia excitanti atque adiuuanti libere à sentiendo, & cooperando disponi, ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritum sanctum, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, & Canone 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari Deo assentiendo excitanti, atque vocanti, sed veluti quidam nihil omnino agere, mereque passiuè se habere anathema sit.* In quo testimonio multa expendunt sectatores huius sententiæ, & totis neruis id contendunt, aut existiment affirmatiuam, & sententiam nihil distare à mente hæreticorum, illamque oppugnant, ac si nihil distaret ab errore Lutheri, & Caluini, sibi que videntur occludere omnia aduersariorum effugia, Hæretici enim, addit Ripalda num. 25. agentes de virtute gratiæ in actus salutaris suum pronuntiant gratiæ totum deferri nihil arbitrio, omnem actiuitatem esse arbitrio prorsus extrinsecam, nullam vel pusillam, seu partialem intrinsecam, Tridentinorum autem ipsos anathemate damnantium inter arbitrium & gratiam, tanquam inter causas partiales actionem distribui, &c.

Tertio probatur negativa sententia argumento desumpto ex mutuo adiutorio inter Deum, & hominem; implicat mutuum hoc adiutorium absque immediata, & intrinseca, liberaque actiuitate voluntatis creatæ, ergo liberum arbitrium ratio formalis est illius adiutorij ad actus salutaris, consequentia probatur, quia cum Deus dicitur adiuuare nos, adiutorium illud dicit immediatam actionem ad actus supernaturales; ergo etiam dum homines dicuntur Dei adiutores 1. Corinthios 3. & appellantur à Bernardo de gratia, & libero arbitrio paulo ante finem ministri Dei socij, commilitones, & cooperatores. Et antecedens probatur, quia causa quæ adiuuatur ab alia ad aliquem effectum, non potest esse totalis & adæquata respectu illius effectus, cum ergo constet ex scriptura Deum adiuuari à libero arbitrio, certissimum est gratiam non esse totalem & adæquatam rationem agendi, sed necessario inesse homini suam actiuitatem, non enim adiuuat, qui in ordine ad aliquem effectum, mere passiuè, & sine vlla efficientia se habet.

Quarto probatur ratione meo iudicio peregrina satis argumentoque desumpto ex iure proprietatis, qua homini in opere supernaturali aliquid boni suum ac proprium adscribitur, quam ad hanc formam non intrepide Ripalda deducit, in opere supernaturali habet homo secundum se, quæ distinguitur à gratia aliquid boni, quod suum ac proprium vindicare, seu vindicare, & nuncupare potest; sed proprietates hæc, & sinitas arbitrij arguit manifestè aliquam actiuitatem, quam habeat, & conferat in tale opus bonum, ergo ex se confert liberum arbitrium in opus supernaturale virtutem, & immediatam actionem. Maior probatur

919. Trident.

Ripalda.

920.

Bernard. 1. Cor. 3.

921.

Ripalda.

probatu ex scriptura sacra, in qua fides, charitas, & opera supernaturalia dicuntur nostra, non enim semel in Euangelio illud fides tuæ saluum fecit, &c. Minor vero ostenditur, quia proprietates in bonum opus non competit homini propter solam gratiæ receptionem, sed ratione actionis, & titulo Domini, sicut ipse Deo his titulis, & gratiæ consequenter conuenit actiuitas immediatè in supernaturalibus effectus, qua salutaris sunt, quod late explicat, & sumit ex Prospero, Chrysofostomo, Origene, Damasceno Gregorio, & Augustino Patre, qui lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. ante medium (vt vellemus, & suum esse voluit, & nostrum, suum vocando, nostrum sequendo.)

Chrysof. Damascen. Augutt. Gregor.

922.

Ant-Perez.

923.

924.

Quinto sic arguit, gratia non est causa totalis, sed partialis actus supernaturalis; ergo non est tota, & adæquata virtus agendi immediatè actus supernaturales, consequentia est legitima, causa enim quæ iuuatur ab alia non est totalis: antecedens probat ipse, quia opponitur hæreticorum errori, qui existimant gratiam esse causam totalem, & adæquatam actus salutaris, nihilque in illum conferre liberum arbitrium, Probat etiam Magister Antonius Perez Archiepiscopus Tarraconensis Laureæ Salamantinae Certamine 6. scholastico c. 10. quia repugnat actus supernaturalis in homine sine subsidio supernaturali ad illius causalitatem, at sapius est actus supernaturalis in homine sine ratione agendi, quæ illi à gratia communicetur; ergo gratia non est ratio formalis agendi supernaturales effectus; Maior de se est certa, supernaturalitas enim non potest oriri, nisi à principio supernaturali, minorem probat, quia existimat auxilium supernaturale, quod nobis confertur ad contritionem, quæ est dispositio ad iustificationem esse omnino extrinsecam, num. 40. nihilque conferre nobis supernaturale, sed esse Dei assistentiam cum decreto concurrenti vberiori influxu ad actum supernaturalem, idque non potentia absoluta; sed ordinaria.

Confirmatur secundo Repugnat in aliquo subiecto actus secundus, quin in illo supponatur actus primus; ergo repugnat actus secundus supernaturalis quin actus primus supernaturalis in subiecto reperiat, tunc vltra; sed in subiecto operante per auxilium extrinsecum non est actus primus supernaturalis, qui fit à gratia, ergo necessarium est, quod in agente libero, scilicet arbitrio supponatur actus primus scilicet supernaturalitas, ratio huius est, quia sicut repugnat calidum sine calore, ita naturale sine supernaturalitate, cum igitur sapius contingat reperiri actum supernaturalem, quin supernaturalitas sit à gratia, vt contingit quando homo operatur per auxilium extrinsecum, necessarium omnino supernaturalitatem inesse ipsi potentia, seu libero arbitrio.

Confirmatur secundo, nam vt actio, & dicatur, & sit ab aliqua potentia, requiritur quod sit ab illa, vel tanquam ab instrumento, vel tanquam à causa per se agente per propriam formam sibi vnitam, & inhærentem, vel tanquam à sustentante, cum ergo potentia vitalis,

non sit instrumentum, neque operetur per auxilium extrinsecum, tanquam per inhærentem formam, neque enim auxilium extrinsecum est quid fixum, & inhærens potentia vitali, & alias potentia sustentent auxilium, cum illis non realiter vniantur, vt calor vnitur aquæ, relinquuntur supernaturalitatem inesse ipsis potentiis antecedenter ad eleuationem. Hæc sunt momenta, quibus Antonius Perez in sententiam trahitur negantem, in quo illud est dignum animaduersione, quod virtutem intellectus, aut voluntatis ad actus supernaturales vocat ingenue supernaturalis subsidium, & vt probet gratiam non esse rationem totalem agendi actus supernaturales, non recurrit ad vitalitatem, & libertatè actus, vt alij eiusdem sententiæ recurrunt, sed precisè ad rationem supernaturalis, quæ in actibus supernaturalibus, qua salutaris, sunt reperiunt, quod tamen Doctores alij negatiuè opinionis nõ explicat ita disertè.

Arrubal enim 1. p. disputa. 19. cap. 5. n. 26. hac ad eandem negatiuam sententiam vtitur ratione. Actus vitalis necessario dicit dependentiam à principio vitali per quod substantia viuens à se ipsa mouetur; cum ergo lumen non sit vitalis potentia vt quod ab extrinsecò per gratiam Dei infundatur, nullo modo potest esse vitalitatis principium, atque adeo nec tota ratio agendi actus supernaturales, qui cum vitales, & voluntarij sunt, dicunt necessario ordinem ad principium vitale, & dependentiam ab illo tanquam ab specificante. Eni recurrit ad vitalitatem actus, non vero ad supernaturalitatem illius, ad quam tamen recurrunt Magister Antonius Perez, & illum sequutus Ripalda, quamuis sectione 26. ad vitalitatem recurrat, & in mediam non inclinè solum, sed etiam & ruat.

925. Arrubal.

Ant. Perez.

Ripalda.

926.

Soto. Aluarez. Cabrera. Nazarius.

Lel. Zechus. Curiel.

Petrus

SECTIO III.

Affirmatiua sententia.

Secunda sententia docet virtutem generatiuam Virginis supernaturalem, atque adeo lumen gloriæ, habitum charitatis, & quemcumque habitum gratiæ esse totalem, & adæquatam rationem agendi ad supernaturales actiones, non solum quæ supernaturales sunt, sed etiam quatenus sunt vitales, vnde negat potentiam naturalibus vim, & facultatem ad actiones supernaturales, etiam partialem ad vitalitatem, quæ reperitur in illis, ita vt existimet potentiam naturalem, solum remote, & radicaliter, non vero proximè, & immediatè concurrere etiam ad vitalitatem. Ita sentiunt Dominicus Soto 4. d. 49. q. 3. art. 2. Aluarez de auxiliis disp. 64. conclusio 2. & disput. 85. Cabrera 1. tomo in 3. p. q. 1. art. 2. disput. 4. §. 4. conclusio 2. & disp. 9. §. 5. conclusio 3. Nazarius 1. p. q. 1. 2. art. 5. controuersia 2. §. tertio aduertendum, Lælius Zechus de cognitione Dei c. 1. 3. conclusio 3. a. 5. M. Curiel 1. 2. q. 5. art. 5. dubio vñico, qui in potentia naturali solum coopratiorem essentialem ad actus supernaturales admittit, eamque vocat remotam, & radicalem, non vero proximam, & immediatam;

Lorca.

Petrus de Lorca, 1. 2. disput. 3. 1. in tom. 1. qui 5. Primo non est. negat intellectum, & lumen esse causas parciales in suo genere, & s. restat ergo. ubi affirmat lumen vni intellectui tamquam formam, & rationem agendi actus supernaturales per quam intellectus constituitur principium visionis beatificae. Sequuntur recentiores Thomistae, & inter illos Magister Ioannes a S. Thoma 1. p. q. 12. disput. 14. a. 2. qui hanc sententiam docte promouet, & explicat. Salmanticenses Carmelita, 1. tomo tit. 2. de visione Dei disput. 4. num. 17.

Ioannes a S. Thom.

927. Ioannes.

Ostenditur primo ex illo Ioannis cap. 10. Ego vitam aeternam doctis, vita autem aeterna, non solum est beatitudo, sed etiam actus supernaturales conferentes ad illius consequutionem qui sunt vita actualis, sunt ergo actus illi a gratia diuina, etiam vt sunt vitales & in intellectu, aut potentia naturali non est immediata virtus ad illam.

928. S. Thom.

Probatu primo auctoritate sancti Thomae, qui tertio contra Gentes cap. 5. 3. ubi haec Angelicus Magister. Quod contingit virtutem alicuius forisficari per noua forma appositionem, sicut Diaphani virtus augetur ad hoc vt possit illuminare per hoc quod sit lucidum actu per formam lucis receptam in ipso de nouo, & hoc quidem virtutis augmentum requiritur ad alterius speciei operationem consequendam, & statim, hoc modo se habere lumen gloria ad visionem beatificam. Cum ergo Diaphano tota ratio illuminandi sit lux, tota etiam ratio agendi potentiae naturali erit lumen gloriae, & clarius eodem lib. cap. 70. in fine ubi disertè negat intellectui rationem causae partialis his verbis. Quod non sit idem effectus causa naturali, & diuina virtuti attribuitur, quasi partim a Deo, & partim a naturali agente fiat. Ex quo constat A. D. voluisse gratiam esse totam rationem agendi.

929.

Secundò probatur ratione, quia si propter aliquam rationem gratia & lumen gloriae, virtus supernaturalis maternitatis Dei genitricis, & alij habitus supernaturales non essent tota ratio agendi supernaturaliter, ideo esset, quia potentia naturalis potest intelligi partialiter influens in visionem, sed hoc est omnino falsum, ergo & gratiam non esse totam rationem formalem agendi. Discursus est legitimus, & maior est aduersariorum sententia. minor probatur, quia vel ratio formalis secundum quam virtus naturalis influit in illum actum est naturalis, vel supernaturalis, non supernaturalis, quia a principio, & ratione formali inferioris ordinis non est influxus in actum ordinis diuini, & superioris, qualis est actus supernaturalis, non naturalis, alias in actu producto reperiretur, & reluceret aliquid naturale virtuti naturali potentiae correspondens, quod tamen in actu supernaturali inueniri non potest, non enim actus supernaturalis constat ex aliquo naturali, & supernaturali, tamquam quid mixtum ex vtroque, vt falso putauit Dominicus Banez 1. p. quaest. 12. artic. 5. dub. 2. ad 5. & etiam dubio 3. sed simpliciter & absolute loquendo supernaturales sunt. Nihil ergo proportionatum reperitur in potentia naturali in

Banez.

ordine ad actum supernaturalem, sed totum quod in illa reperitur est quid eleuable, & potentia, seu capacitas ad recipiendam gratiam per quam constituitur in actu primo immediato, & proximo ad producendum supernaturalem effectum.

Tertio probatur, quia si charitas, aut lumen gloriae non esset tota ratio agendi, ideo esset, quia vitalitas, & libertas non sunt a gratia, seu habitibus supernaturalibus; sed vitalitas, & libertas, sunt a lumine gloriae, seu habitu charitatis; ergo gratia, & lumen gloriae potest esse, & est totalis, & adequata ratio influendi in actus, seu effectus supernaturales. Consequentia est euidens, & antecedens probatur, quia gratia & habitus supernaturales sunt formaliter vitales, etiam si non procedant a principio intrinseco, quae ratio vrgebitur amplius in probatione nostrae sententiae sect. 4. quia cum habitus supernaturales, infundantur ad actus vitales eliciendos, non possunt non esse formaliter vitales, vnumquodque enim agit in quantum est in actu, debet ergo virtus supernaturalis esse in actu vitali, vt possit vitalitatem actibus communicare.

Confirmat Didacus Aluarez disputat. 64. num. 5. Vitalitas visionis beatificae est supernaturalis: ergo illius principium est vitale supernaturale, cum ergo potentia naturalis secundum suam naturam virtutem nullam habeat vitam supernaturalem, necessarium simpliciter est, quod illa vitalitas (& idem est de libertate) sit a ratione agendi vitali naturali, & cum praeter intellectum, & lumen non sit alia ratio formalis, & ab intellectu esse non possit, sit consequenter esse a lumine gloriae, seu habitu, & ratione formali supernaturali.

Confirmat secundò, omnis actus virtutis supernaturalis, & per se infusa est simpliciter supernaturalis, & quoad modum, & quoad substantiam actus, vt docent Thomistae 1. 2. quaest. 63. & ipse Aluarez probat disput. 65. ergo vitalitas procedit a virtute & gratia infusa. Consequentia probatur, quia illa vitalitas actus supernaturalis non distinguitur, sed est ipsa substantia actus, ergo est a gratia tamquam ab immediata ratione formali, quia in principio naturali, & innato non est actiuitas immediata ad substantiam actus.

Probatu quartò, si in intellectu esset virtus aliqua proxima ad actus vitalitatem fieret quod perfectior intellectus aequali lumine eleuatus intensiorem produceret visionem, quod idem dicendum esset, de perfectiori voluntate eleuata aequali gradu charitatis. Consequens est falsum; ergo & antecedens; sequela probatur, quia iuxta negatiuam sententiam intellectus secundum suam naturalem virtutem confert immediatè, & proximè in vitalitatem. Ponamus ergo facultatem naturam conari secundum vltimum potentiae, sine dubio perfectius conabitur, quam facultas naturalis minus perfecta, atque adeo ex hac parte visio beatifica, aut actus charitatis esset perfectior, falsitas autem consequens probatur, quia praeter Scotum, & illius sectatores, quibus

930.

931. Aluarez.

932.

933.

quibus adharent pauci Theologi, ceteri scholastici etiam cum quibus est haec disputatio absolute docent perfectionem visionis, aut actus charitatis desumi a charitate & a lumine gloriae, ita vt lumen gloria sit totalis ratio agendi, quomodo autem haec cohaereant, cum illis quae idem auctor docet disputatione 87. de auxiliis, ubi num. 3. conclusione 1. affirmat liberum arbitrium, & gratiam Dei esse rationes formales agendi, & vnumquodque totalem in suo genere hancque esse sententiam, & doctrinam sanctorum Patrum, praecipue Augustini Patris, & sancti Thomae, ipse viderit. Nos itigene fatemur, & constabit amplius inferius.

August. S. Thom.

934.

Quintò affirmatiua sententia negatiuam deducit in maximum absurdum, quod ita explicat; gratia Dei non est totalis sed partialis ratio agendi in ordine ad actus supernaturales, & salutare, est ergo naturalis potentia partialis causa quantum attinet ad supernaturalitatem, atque adeo ex se habet virtutem ad illos actus salutare; quod idem assererat Pelagius vt constat ex Patribus, qui licet non excluderet gratiam creationis, excluderet gratiam supernaturalem per Christum, & ex libero arbitrio contendebat procedere bonum vltum gratiae creationis, in ordine ad praedestinationem, & quamuis in hoc toto asserendo non consentiat negatiua sententia cum Pelagio, consentit tamen in hoc; quod partialiter actus supernaturalis quae salutaris est sit a libero arbitrio, vt praescindit a gratia, & hoc immediatè proximè & ex viribus propriis, quod semper Ecclesiae displicuit. Propterea ergo dixit Vincentius relectione de gratia Christi Domini quaestione sexta pagina septingentesima nonagesima octaua negatiuam sententiam plusquam par est fauere errori Pelagiano.

Pelagius.

Vincentius.

SECTIO IV.

Vtraque sententia refellitur.

935.

Neutra harum sententiarum assequitur veritatem, & vtraque facile refutatur, & quidem ex prima, vt illam explicat, & defendunt Perez, & Ripalda euidenter sequitur ex principiis innatis potentiae naturalis, aut fluere virtutem incompletam, & partialem simpliciter supernaturalem, vel realiter identificari cum illa, quorum vtrumque est falsum omnino; Primum, quia res supernaturalis non potest fluere a naturali virtute, neque mediate, neque immediatè, non mediate, quia aliàs homo producens alterum hominem produceret rem supernaturalem omnino, illud scilicet subsidium supernaturale, quod Tarraconensis Antistes affirmat supponi ad auxilium extrinsecum. Non immediatè, quia in remere naturali qualis est potentia naturalis Virginis Mariae, aut intellectus creatus,

Perez. Ripalda.

Antistes.

non est facultas ad emanationem, & fluxum illum; res enim inferior non potest continere in se rem ordinis superioris, & excellentissimi, vnde neque naturalis potentia supernaturalem virtutem, iam enim esset naturalis connexio, illaque necessaria inter res naturales, & supernaturales, quod nullus Theologorum haecenus asseruit. Confirmatur ratione me iudice efficacissima; quia sequeretur non posse Deum ordinatione generali condere ordinem naturalem; sine eo quod conderet etiam ordinem supernaturalem, in vnaquaque enim re creata, quae intellectualis esset necessario conderet illud subsidium supernaturale, quod supponitur taliter secundum substantiam, tamen si parziale, & completum.

Secundum etiam est falsum quia res, & ordines inter se diuersae & distantes non possunt identificari inter se, essetque idem omnino realiter ac proinde nec possunt esse terminus realis eiusdem actionis, at supernaturale, & naturale sunt res diversorum ordinum taliter, vt vnum sit extra aliud, vnde non possunt identificari, quod etiam ostenditur ex his, quae diximus paulo superius. in re enim naturali non potest esse vis ad rem supernaturalem producendam.

Vterius, sic negatiuam sententiam impugno inquirendo rationem propter quam virtus illa & subsidium suppositum ad supernaturalem virtutem luminis gloriae non sit virtus adequata, & completa, sed solum incompleta, & partialis, & cur causa ad quam sequitur virtus illa incompleta non potuerit illam completam, & adequatam producere, vt produxit inadquatam, nam aut complementum quod accepit a gratia est eiusdem omnino rationis in esse supernaturali cum illo subsidio naturali; aut non: si dicatur primum ea ratione qua causa naturalis potuit producere parziale illud principium potuit producere, & alteram rationem formalem agendi, aut assignanda ratio, propter quam non habuerit virtutem ad productionem alterius compingij. Si dicatur secundum, infertur subsidium illud non esse supernaturale; atque adeo restat totam rationem formaliter agendi supernaturaliter esse a gratia charitate, aut lumine gloriae, nomine autem gratiae non intelligo habitualem, sed diuinum auxilium, aut habituale aut actuale, quo ad actum supernaturalem eleuatur naturalis potentia.

Age verò, ostendamus contra hanc sententiam, vt illam explicat & tueretur Magister Antonius Perez naturalem potentiam, vt naturalis est, esse adequatam & totalem rationem agendi supernaturaliter. Illud est totalis, & adequata ratio producendi aliquem effectum in aliquo principio, praeter quod nulla datur ratio formalis ad productionem effectus secundum illam rationem; sed in intellectu aut voluntate, quibus

936.

937.

938.

Perez.

assistit diuina essentia per auxilium extrinsecum ad causalitatem actus supernaturalis, vt talis est, nulla est ratio proxima, & immediata agendi supernaturaliter, præterquam illud subsidium, quod antecederet ad auxilium extrinsecum supponitur in intellectu & voluntate, ergo intellectus, & voluntas secundum innatam virtutem sunt totalis, & adæquata ratio supernaturalitatis in actibus salutaribus. Discursus est euidentis, & maior constat ex ipsa natura causæ totalis, & adæquatæ. Minorem probo, quia ex sententia huius authoris, quam nos etiam quoad hanc partem probauimus, neque Dei assistentia, neque auxilium mere extrinsecum aliquam causalitatem supernaturalem, neque virtutem intrinsecam conferunt intellectui, voluntati, aut etiam potentie generatiuæ. Vnde in tanti Magistri sententia nulla est supernaturalitas præter illam, quæ supponitur ad extrinsecum auxilium; ex quo euidenter inferitur esse totalem, & adæquatam virtutem, & rationem agendi actus salutare, qua salutare sunt, quod quam sit falsum, & absurdum nemo non videat.

939.  
Ripalda.

Deinde hæc sententia vt declaratur à Ripalda difficilior est, quam à societatis Theologis existimo non posse probari, tametsi hanc partialem virtutem in potentia naturali concedunt, vt enim suam ostendat sententiam, vitur illo argumento, quod quarto loco proposuimus sect. 2. desumpto ex iure proprietatis, quod homo habet ad supernaturales actiones, & intendit aliquid boni reperiri in actu salutari, quod sit à libero arbitrio, prout & qua distinguitur à gratia, quod vt dixi, inter referendam illius rationem late explicat, & intendit probare etiam ex Patribus. Hæc autem doctrina difficillima est, si rem benè percipio, si enim in actu contritionis verbi causa, aliquid bonum habet homo, qua liberum arbitrium distinguitur à gratia, quod ipse possit, & vendicare suum; ergo hoc non accipit à gratia: & vterius ergo in illo potest gloriari, vt qui habeat illud ex innatis virtutibus, & non à gratia diuina reclamante Apostolo 1. Corinthios 4. num. 7. *Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis.* Quo testimonio, Concilia, & Patres vtuntur contra Pelagium, & Semipelagianos.

Concilia.  
& Patres.

940.  
Damasce.  
August.  
Gregor.

Præterea ad ipsum refellitur ex Catholica intelligentia testimoniorum Damasce, Augustini, & Gregorij, quos ipse citat vt probet suauitatem, quam appellat, aut proprietatem iuris humani in actus supernaturales. Pater enim Augustinianus, vt ibi etiam retulimus lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. ante medium hæc scribit. *Vt vellemus, & suum esse voluit, & nostrum; suum vocando; nostrum sequendo.* Gregorius deinde Magnus lib. 3. Moralium cap. 20. alias cap. 25. hæc protulit. *Bonum quod agimus, & Dei est, & nostrum, Dei per proueniendam gratiam; nostrum per subsequendam voluntatem.* Ex quibus testimo-

Gregor.

niis infert Ripalda Augustinum; & Gregorij suum antecedens docuisse, & asseruisse Dei per suam gratiam esse præuenire, & excitare liberum arbitrium, & hoc esse proprium Dei, nos autem sequutos esse vocationem per vires innatas liberi arbitrij, & hoc esse nostrum, & quod nos nobis vendicare possimus. Verum Ripalda testimoniis horum Patrum, & nullum sibi parat subsidium, & perperam illos interpretatur; illi enim, aut in bono vsu gratiæ, qui consistit in eo, quod sequamur Deum vocantem, & respondeamus gratiæ Dei, non illam in vacuum recipientes, agnoscunt nouam gratiam distinctam à præuenienti, quam consequentem vocant Theologi, aut nouam gratiam non agnoscunt, sed solum actionem proueniendam præcisè à libero arbitrio, vt distinguitur à gratia, si nouam gratiam agnoscunt, vt vere agnoscunt & semper agnouit Ecclesia, quæ expostulat Deum, vt sua semper nos gratia, & præueniat, & sequatur, nullo modo possunt fauere Ripaldæ, qui illorum verba, *sequendo, & per obsequentem voluntatem*, adducit, vt faueat suauitati, & proprietati iuris humani, atque adeo perperam adducuntur, cum id nulla ratione uoluerint asserere? si autem non agnoscunt gratiam subsequentem proculdubio sentiunt contra fidem Ecclesiæ. Quis autem dicat Augustinum, & Gregorium summa Ecclesiæ lumina sensisse cooperationem nostræ voluntatis ad Deum præuenientem, & bonum vsu liberi arbitrij ad excitantem gratiam non esse ex diuina gratia, neque Deum ibi aliquid habere sed totum quantum attinet ad obedientiam, & sequelam Dei, sibi posse, & tribuere, & vendicare liberum hominis arbitrium, qui tamen contra hanc hæresim tam multa scripserunt.

Tandem contra hanc sententiam generaliter intellectam pugnat efficax ratio, quam ex Magistro Cumel desumpserunt multi, causa enim partialis præcisè sumpta talis est naturæ, vt denominari possit ab effectu quem producit, tametsi alia etiam partialis denominatur, sed virtus supernaturalis non potest denominari ab effectu productio, non ergo est causa partialis: consequentia est legitima, & minor constat in duobus trahentibus nauim, in duobus luminosis, aut calidis, vtrumque enim calefacit, illuminat, & trahit nauim, quia alterum ab altero virtutem accipiat, & minor probatur, quia lumen gloriæ, non videt Deum, habitus charitatis non amat, virtus supernaturalis non generat etiam si sit generandi ratio formalis. Solum ergo beatus est, qui videt, Angelus qui amat, Virgo Beatissima, quæ generat, præcisè ergo, & propriè loquendo rationes formales agendi non denominantur ab actione supernaturali; non igitur sunt causæ partiales, & ex consequenti, neque naturalis potentia erit causa partialis.

Illud necessario aduerterim contra auctores huius sententiæ exactores esse aduersus affirmatiuam sententiam, qui iniquè agant, & extorquere velint ab autoritatibus illius proximiorum efficientiam intellectus, aut volun-

941.

Cumel.

942.

voluntatis, quam habeant causæ principales aliorum effectuum in ordine ad illorum efficientiam, quod ita declaro; Homo concurrens ad intelligendum, & ad comburrendum ignis, non agunt immediatè, & proximè in veriori, & communiori sententia, agunt enim homo per intellectum, & ignis per calorem, vnde vterque est causa remora, nullus causa proxima, & hoc sufficit, vt vterque vere dicatur efficere, vere efficiat, & homo se moueat in productione actuum vitalium, ita vt fatuus esset, qui diceret hominem, & ignem mere passiue se habere in productione alterius hominis, alteriusve ignis, cum tamen sint principium radicale & remotum, cur ergo inferunt aduersarij hominem esse, veluti quid innanem in productione actuum supernaturalium, quia in illo non est potentia proxima, & immediata, sed solum radicalis, & remota in ordine ad actus supernaturales, vt concedit affirmatiua sententia. Doctrina hæc communior est, & fortasse verior, & illam vt explicet errorem Caluini, & suam confirmet opinionem asserit Ripalda, disp. illa. 30. sect. 6. num. 26. & 27. & in hoc ultimo dicit; Nam remotè, & immediatè agere non est aliud, quam agere per aliud sibi inhærens quod immediatè agit, aer remotè illuminat, & ignis calefacit remotè, si ergo, non obstante propinquitatis, & immediationis defectu, calefacit ignis, & homo vere, propriè, & efficienter intelligit, cur se habeat vt quid inanem homo in actibus supernaturalibus ad quos concurret per virtutem sibi inhærentem, & rationem agendi supernaturalem? Præcipue cum moueat se, & cum est in via ad libitum vtatur supernaturalibus habitibus, vt ad libitum vtatur habitibus acquisitis cum discrimine tamen, quod omnes agnoscunt, vnde constat, quam sinistre contra affirmatiuam sententiam adducatur definitio Concilij Tridentini.

Ripalda.

943.

Illam ergo ex alijs capitibus impugnanda est, quod vt fiat efficaciter suppono intellectum, nihil esse aliud, vt constat ex libris de anima, quam qualiter quandam de linea intellectiui, quæ in se formaliter vitalis est ratio proxima, & immediata substantiæ intellectuali, vt feratur in verum, sub ratione veri, & illud cognoscat; voluntatem vero esse qualitatem in linea appetitiui in se vitalem, non solum vt quo, sed etiam vt quod, quæ est ratio formalis substantiæ intellectiue vt tendat in bonum sub ratione boni. Vbi ergo inuenta fuerit diffinitio intellectus, & diffinitum inuenietur, & vbi reperitur ratio voluntatis, voluntas etiam inuenietur, sicut vbi inuenitur animal rationale, reperitur homo, &c. Ex quo sic argumentor si lumen gloriæ esset totalis ratio agendi ad actus supernaturales non solum quoad supernaturalitatem, sed etiam quoad vitalitatem, modo quo humanus intellectus, vel etiam angelicus est ratio totalis agendi actus naturales, & charitas esset ratio totalis agendi actuum supernaturalium, vt est ratio agendi naturalis amoris, sequeretur lumen gloriæ propriè esse supernaturalem intellectum, & charitatis habi-

tum esse voluntatem supernaturalem, quod tamen nullus authorum sententiæ contrariæ concederet: sequelam probo, quia & lumen, & charitati conueniunt rationes intellectus, & voluntatis, quas explicuimus.

Ex quo sequeretur vterius nulla necessitate constitui habitus supernaturales in potentiis, lumen in intellectu charitatem, & spem in voluntate, sed iuxta modum & exigentiam potentiarum aptius constituendas esse in essentia, & substantia animi, vel Angeli, vt sibi suas exercerent operationes, & quia hoc non est simpliciter impossibile; supponamus substantiam Angeli esse ex se indifferentem ad actus supernaturales, & naturales elicendos: ponamus etiam Deum, quæ sua est absoluta potentia vnire lumen gloriæ immediatè Angeli substantiæ atque etiam diuinam essentiam in ratione speciei intelligibilis, & actualiter concurrere cum substantia, & lumine ad visionem beatificam. Tunc sic argumentor: proculdubio Angelus Deum intuitiue videret, atque adeo visionem supernaturalem eliceret; ergo lumen gloriæ vere esset intellectus, & aptius in substantia animæ, quam in intellectu Angeli constitueretur & illi inhæreret.

Sed dices primo lumen, & charitatem non esse intellectum & voluntatem quia non sunt potentie, quæ dimanant ab anima, vel substantia Angeli; at intellectus, & voluntas petunt ab illis dimanare, vt omnes Philosophi, & Theologi fateantur. Sed contra; dimanatio à substantia Angeli, vel animæ non constituit intellectum, & voluntatem in proprijs rationibus specificis, sed proprijs rationes formales, quæ in illis reperiuntur, si enim peterent dimanare ab anima, ideo esset, quia sunt potentie vitales, atque adeo immanentes in principio à quo dimanant, ex eo enim quod vitales sunt, id est egredientes à substantia viuente habent quod immaneat in principio à quo fluunt, sed cum non repugnet vitalitatem formaliter reperiri sine immanentia non repugnabit dari intellectum, & voluntatem, qui non oriantur à principio immanente; In sententia enim quam impugnamus lumen gloriæ, etiam vt quod est forma vitalis, id est ratio formalis conferendi vitalitatem, sub ratione vitalitatis actibus supernaturalibus, & alijs alijs esse vere potentia; & virtus agendi non facilliter, vt habitus sed simpliciter, & tamen non dimanat ab anima, neque à substantia Angeli, relinquatur ergo, quod possit dari potentia vitalis, quæ non fluat à substantia viuente in sententia, quam impugnamus; sed de hoc cito redibit sermo.

Dices secundo intellectum non conuenire in lumen gloriæ, neque voluntatis rationem in charitatem, quia neque lumen est intellectiuum, neque charitas appetitiua. Sed contra primò, quia supernaturalitas, & vitalitas, quæ reperiuntur in actu voluntatis, & intellectus sunt substantialiter quid appetitiuum, & intellectiuum, vt ita loquamur, & formaliter loquendo sunt quid supernaturale de linea intellectiui, & appetitiui, cum

P 2 ergo

ergo lumen gloriæ sit ratio totalis agendi vitalitatem, quia vitalitas, supernaturalis est, & necessario petit supernaturalis principium, vt fert affirmatiua sententia, & non semel asserit sanctus Thomas: propter eandem omnino rationem, ratio appetitiui, & intellectiui, quæ reperitur in actibus voluntatis, & intellectus, & substantialiter supernaturalis erit à lumine, & charitate, tamquam à ratione formali, quia discrimen est nullum.

947. Contra secundò, & vrgentissimè; lumen non est intellectiuum, atque adeo neque ratio producendi visionem, vt intellectio est: ergo visionis, vt intellectio est, & actus charitatis, vt voluntarius est constituenda est ratio formalis agendi proxima, & immediata, quia lumen gloriæ ex se non potest pertinere ad visionem, vt intellectio est; ac non potest assignari alia ratio agendi, quam voluntas, & intellectus; ergo istæ potentia sunt formales rationes attingendi intellectiōnem, & appetitionem, vt intellectiōnes, & vt appetitiones sunt, cur ergo nullum est inconueniens in hoc quod intellectus, & voluntas sint proxima, & immediatæ intellectiōnes, & appetitus actualis, & inconueniens censetur, quod sint rationes agendi vitalitatis, quæ reperitur in actibus supernaturalibus.

948. Secundo absurdo eandem sententiam affirmatiuam impugno, sequitur ex illa dari, vel esse possibilem substantiam supernaturalē, quod toris viribus negant Thomistæ, vt iam vidimus in propria disputatione. Explico, ex possibilitate accidentis supernaturalis, & illius existentia intenditur substantia supernaturalis, & dum argumentum vrgetur. Non repugnat accidens naturale; ergo neque intellectus, aut voluntas supernaturalis, quia non repugnat ratione supernaturalitatis, neque ratione vitalitatis, vitalitas enim talium potentiarum, esset vitalitas omnino accidentalis. Respondent nullo modo posse dari intellectum, aut voluntatem supernaturalem, quia istæ potentia necessario sunt vitales, quæ expostulant ex propria rei natura procedere à principio vitali, quod si daretur, esset etiam necessario supernaturalis substantia, quæ cum sit impossibilis, impossibiles etiam sunt intellectus, & voluntas supernaturales, ita Respondet R. Magister Cumel 2. tomo in 1.2. quæst. 110. artic. 4. disput. 5. ad 3. argumentum pag. 253. quæ omnes sequuntur: sentiunt ergo omnes ad potentiam vitalem supernaturalem supponi ex natura rei substantiam supernaturalem, à qua oriatur; Quo posito sic sententiam affirmatiuam impugno. Virtus, aut potentia supernaturalis vitalis infert necessario substantiam supernaturalem, sed lumen gloriæ non minus est vitalis virtus, quam supernaturalis; ergo infert necessario ex natura rei substantiam supernaturalem, & vterius ergo, qui affirmant lumen gloriæ esse vitalem rationem in ordine ad visionem beatificam necessario tenentur concedere non solum esse possibilem, sed etiam dari supernaturalem substantiam, vt vel

s. Thom.

947.

948.

Cumel.

sic aliquando lumen, & habitus supernaturales, aliquando conquirent in connaturali subiecto.

Atque hinc tertio impugnatur affirmatiua sententia, & probatur, lumen gloriæ & habitus supernaturales, non posse esse, neque vni potētis naturalibus in ratione formæ vitalis, quia vt sumitur ex Diuo Thoma 1. p. quæst. 18. artic. 1. cap. ratio substantiæ vitalis consistit, in hoc quod in statu, sibi naturali possit seipsam mouere, & elicere operationem immanentem ex se ipsa, vt enim ibi affirmat Angelicus Doctor, illa solum est vitalis, aut viuens substantia, quæ hoc modo potest se mouere; vnde potentia vitalis nihil est aliud, quam potentia substantiæ, quæ ab intrinseco potest se mouere; Vnde fit manifestè implicare terminos potentiam vitalem, & infusionem illius ab extrinseco principio: dicit enim intrinsecum ordinem ad substantiam viuentem, vt viuens est, ac proinde inuoluit repugnantiam, quod procedat à principio extra ipsam substantiam viuentem, esset enim talis potentia vitalis, & non vitalis, ex qua doctrina recepta ab omnibus Theologis præcipuè Thomistis, hanc ratione argumentatur illusterrimus Archiepiscopus Ambrosius Machin nostri ordinis generalis Magister quem immaturo fato ereptum luger nostra familia 1. p. quæst. 12. artic. 5. disputat. 16. Implicat virtutem vitalem infundi ab extrinseco principio substantiæ viuenti; ergo lumen gloriæ, & habitus supernaturales non possunt esse ratio formalis vitalis in ordine ad supernaturales actiones. Consequentia probatur; quia illi habitus, & consequenter potentia, seu virtus supernaturalis infusa Virgini sanctissimæ ad generationem Christi Domini ab extrinseco agente Deo scilicet producuntur, in anima, aut substantia viuenti.

949. D. Thom.

Ambrosius Machia.

950.

Cumel.

SECTIO V.

Vera Magistri Cumel's sententia.

Media inter has sententias existimat ita Comparari habitus supernaturales, vt lumen & charitas ad actus supernaturales, atque adeo ad eosdem ipsas naturales potentias, vt neque habitus concurrant ad illos actus partialiter, neque potentia naturales sint ratio formalis in ordine ad supernaturalitatem illorum etiam partialiter; Vnde vult hæc sententia habitus supernaturales esse totam rationem agendi supernaturales actus, quæ supernaturales sunt, & hanc proximam, & immediatam in suo genere: & potentias naturales esse etiam totalem rationem agendi proximam, & immediatam respectu actuum supernaturalium, non quatenus tales sunt, sed quatenus sunt vitales, & liberi. Hanc sententiam docent R. Magister Cumel 1. tomo in 1. p. quæst. 12. artic. 5. disput. 3. noue addita conclusione secunda. Ferrarientis 3. contra gentes cap. 54. vbi §. ad primum dicitur constanter

ter asserit, neque intellectum, & lumen esse causas partiales visionis beatificæ, sentit ergo esse rationes totales agendi, quamlibet in suo genere, immerito ergo ab hac sententia illum diuellit Ripalda Capreolus 4. d. 49. quæst. 4. art. 3. quem vt & nos intellexit sapientissimus Magister Curiel, & expressè sequitur Ripalda, qui illa disput. 30. sect. 26. explicans hanc mediam sententiam, quam proposuerat sectione 2. num. 11. hæc scripsit num. 139. Assero secundo ratio formalis agendi naturæ rationalis est vitalitas, ratio vero formalis agendi gratiæ est supernaturalitas, & asserit hunc esse communem consensum Theologorum; Sentit ergo lumen gloriæ esse totam rationem agendi supernaturaliter, quin ad illam causalitatem, vt talis est aliquid valeat naturalis potentia, quod licet verum sit non capio, quomodo consistat cum sua sententia extrema. Hanc etiam sententiam docet meo iudicio Magister Curiel citatus, quatenus docet totam rationem agendi actus supernaturales vt tales sunt esse habitus supernaturales, & in potentiis solum reperiri coactionem, & seu commensurationem ad illos, quod de supernaturalitate intelligitur, non de vitalitate, vocat ergo illam coactionem radicalem, & incompletam, non quia ad vitalitatem non sit totalis & proxima, sed quia in ratione supernaturalitatis completur per gratiam, & formam supernaturalem, cum enim non existimet gratiam esse formaliter vitalem, & sine proxima ratione vitalitatis non posse elici actus salutaris, consequenter debet affirmare illam proximam, & immediatam existere in potentiis naturalibus, vt existimat hæc media sententia, quam etiam defendit noster Ambrosius 1. p. q. 12. artic. 5. disput. 16. sect. 2. illamque explicat luculenter.

Capreolus.

Curiel. Ripalda.

Ambrosius.

951.

Illam ego verissimam ostendam, quod vt fiat, suppono nomine causæ totalis, & partialem illam, quæ cum altera concurrat ad eundem effectum ex eo solum quod ipsa non sola operatur, sed necessario petit concursum alterius, quo sensu, & Deus & homo possunt dici causæ partiales in productione hominis, cum tamen re vera sint causæ totales, tametsi creata causa ab increata dependeat. Totalem etiam causam vocant, quæ licet cum alia simul producat effectum tamen in suo genere est integra causa, ita vt in illo genere, & ratione causandi nulla alia inueniatur eiusdem rationis, quomodo intellectus in suo genere est ratio totalis producendi intellectiōnem, etiamsi species intelligibilis ex parte obiecti efficienter concurrat, vt multi voluerunt: Inde fit sapius vocari ab aliquibus causas partiales, quæ vere totales sunt in suo genere, quo sensu asseruit Albelda 1. p. disput. 27. num. 41. *Lumen non esse totam virtutem concurrentem actiue, hanc compleri ex potentia intellectiua lumine, & specie, esse tamen lumen totam virtutem intrinsece eleuantem intellectum nostrum*, quomodo quendi videtur etiã n. 42. asserens lumen esse causam partialem, cum tamen existimet cum Aluarez & Thomistis lumen esse totam rationem agendi supernaturaliter, ergo sapientissimus noster Magister nulla ratione af-

firmat totam actiuitatem in visionem beatificam esse à lumine gloriæ immediatè, & proximè, sed neque illam esse eodem modo ab intellectu, quia & lumen, & intellectus sunt proxima ratio actiuitatis in productione luminis; sed asserit totalem rationem, & immediatam agendi supernaturaliter in visione beatifica esse gratiam, aut lumen; & totalem rationem agendi vitaliter proximè, & immediatè esse intellectum, aut naturalem potentiam, quia hæc à se nullam dicit virtutem, sed supernaturaliter, & illud lumen scilicet nullam dicit vim ex se ad vitalitatem, seu libertatem, quæ reperitur in actibus supernaturalibus.

Aduerto secundo aliud esse de facto concurrere ad aliquam actionem, aliud ex se habere virtutem immediatam ad illam, licet hæc duo sapius inueniantur in eodem principio, species enim intelligibilis de facto concurrat ad intellectiōnem, etiam vt vitalis est; & tamen non habet virtutem immediatam, neque mediatam ad illius vitalitatem cum sit ab extrinseco, vnde actualis concursus alicuius causæ in aliquem effectum non infert statim virtutem ad illum secundum omnem rationem, ita vt secundum omnem sit principium specificatiuum, vnde optimè potest stare, quod naturalis potentia concurrat ad actum supernaturalem, tametsi ex se non habeat supernaturalem, sed ab alia forma communicatam, & quod lumen concurrat efficienter ad vitalitatem, tametsi ex se non sit vitalis, sed vniatur formæ, seu rationi agendi, quæ in se formaliter sit vitalis, vt est generatiua, intellectiua, aut volitiua potentia, neque ad hoc est necessarium, quod potentia naturalis communicet rationi agendi supernaturaliter vitalitatem; sed sufficit illi vt vniatur, tum quia vitalitas non potest communicari à principio extrinseco, tum quia lumen, à gratia non accipit aliquam vim efficiendi à naturali potentia, hæc enim non eleuat, sed eleuatur à gratia.

Deducitur ex his & est tertio notandum. Aliud omnino esse lumen aut gratiam esse adæquatam rationem formalem producendi actum supernaturalem, aliud esse adæquatam rationem formalem in ordine ad supernaturalitatem: primum enim verum non est; intellectus enim, & essentia diuina produunt visionem ex quo euidenter infertur non solum lumen illam causare. Secundum vero est indubitatum in sententia, quam explicamus, quia ex parte potentia, ac proinde adæquata, & specifica ratio supernaturalitatis. Dixi ex parte potentia, quia ex parte obiecti diuina essentia est etiam ratio supernaturalitatis; disputatio autem nostra solum procedit de ratione formali supernaturalitatis ex parte potentia.

Dicendum igitur est virtutem supernaturalem, quæ infusa est beatissimæ Virgini ad generandum Deum, & hominem esse totalem, & proximam rationem agendi supernaturaliter, naturalem vero potentiam nullam neque inchoatam habere vim ad

952.

953.

954.

supernaturalitatem, qua supernaturalitas, sed solum esse rationem proximam, & immediatam operandi vitaliter in Christi Domini generatione, ita ut neque naturalis, neque supernaturalis virtus proprie loquendo sit ratio generandi imparcialiter. Hæc concluditur generaliter asseritur à Doctoribus tertiæ sententiæ, cuius princeps, & clarissimus asseror Reuerendissimus Salmant. Decanus. Probatum efficaciter. Nulla gratia aut virtus supernaturalis est ratio partialis agendi supernaturaliter in actibus supernaturalibus; sed ratio totalis in genere supernaturalitatis est gratia, ut lumen gloriæ vel charitas: ergo virtus indita Virgini ad generationem Christi hominis ratio totalis est non partialis ad generationem hominis Dei; consequentia est evidens à paritate rationis; ea enim ratione comparatur virtus illa supernaturalis in Virgine ad generationem hominis Dei, qua comparatur lumen gloriæ ad visionem beatificam, & charitas ad actum supernaturalem amoris, sicut enim lumen eleuat intellectum, & charitas voluntatem ad actum supra naturam, ita illa virtus maternalis eleuat potentiam generatiuam Virginis diuæ ad nobilissimam Dei hominis generationem, & antecedens probatur multipliciter; primò auctoritate diui Thomæ, qui 3. contra Gentes cap. 70. hæc scripsit postquam asseruisset eandem actionem egredi posse à Deo, & creatura, hæc scripsit in fine: *Pateat autem quod non sic idem effectus causa naturali, & diuina virtuti attribuitur, quasi partim à Deo, & partim à naturali agente fiat.* Quibus verbis expresse docet sanctus Thomas gratiam & naturalem potentiam non esse duas causas, seu rationes agendi in actum supernaturalem, atque adeo sensu vnā quamcunque esse totalem rationem agendi in suo genere, & hoc modo intellexit, & defendit sanctum Thomam Franciscus de Syluestris Ferrariensis cap. 54. & non ut illum intelligunt Recentiores Thomistæ; est ergo illud antecedens & nostra conclusio generaliter sumpta sancti Præceptoris doctrina; si enim Deus seu gratia non est causa partialis, seu ratio agendi in actibus supernaturalibus, sicut neque intellectus, & alias sunt ratio agendi, necessario lumen & intellectus sunt rationes totales in suo genere, quælibet enim illarum, ut præscindit ab alia ex se neque supernaturalis, neque vitalis est.

955. Secundò probatur idem antecedens ex impugnatione vtriusque extremæ sententiæ, quam late deduximus sectione 4. vbi ostendimus intellectum, & quamlibet naturalem potentiam non esse agendi supernaturaliter rationem etiam partialem, neque gratiam aut lumen, rationem neque partialem agendi vitaliter, & cum negari non possit intellectum, & lumen esse rationes agendi relinquitur vtraque virtutum, ut condistinctam ab alia esse rationem totalem agendi in suo genere, gratiam in genere supernaturalitatis, potentiam naturalem in ratione vitalis. Confirmatur, quia illud est ratio formalis agendi totalis in aliquo genere, quod in illo non habet aliam rationem agendi partialiter; sed lumen non habet in ratione supernaturalitatis aliam rationem agen-

di partialiter, neque potentia naturalis aliam rationem in esse vitalis: ergo vtraque harum rationum in suo genere est totalis, & nullo modo partialis. Consequentia est legitima, maior constat ex ratione prima, minor verò constat ex impugnatione vtriusque sententiæ, ex qua etiam constat, neque in potentia naturali esse inchoatam, aut incompletam virtutem ad actus supernaturales ut sunt supernaturales.

956. Virtutem verò, seu naturalem potentiam esse immediatam, & proximam rationem agendi secundum vitalitatem, sequitur manifeste ex negatione vitalitatis in gratia, aut ratione agendi supernaturaliter; & persuaderetur & explicatur simul. Actus enim vitalis necessario debet procedere à principio secundum aliquam proximam, & immediatam virtutem, qua principium influat in actum vitalem; principium enim substantiale, ut homo, & Angelus non operantur immediatè, & proximè, sed per suas potentias, & instrumenta, & idem omnino esset quantum attinet ad rem præsentem, si operarentur immediatè; virtutes enim supernaturales non sunt ratio proxima, & immediata ratio agendi in ordine ad vitalitatem, atque adeo vitalitas refundetur in naturales potentias, tanquam in rationes formales specificantes; alias rationes vide ex Reuerendo Magistro Cumel.

Dico secundò: virtus supernaturalis in Virgine sanctissima ad generandum Deum & hominem, & idem est de quocunque habitu supernaturali, ita est immediata, & proxima ratio agendi supernaturaliter, & potentia naturalis ita est immediata proxima, & totalis ratio agendi vitaliter, ut neque gratia actualiter possit esse ratio agendi sine naturali potentia, neque naturalis potentia sine gratia. Hæc conclusio est ad mentem omnium Doctorum qui affirmant nullam potentiam naturalem posse fieri supernaturalem per meram assistentiam Dei, & auxilium intrinsecum; & meo iudicio adeo facilis, & perspicua est, ut solum indigeat explicatione. Assero igitur in eodem ad productionem actus supernaturalis mutuam, & necessariam dependentiam non solum in actu secundo, (quod explicabitur conclusione tertia) sed etiam in actu primo inter gratiam & naturam, & quæ aliunde suppleri nulla ratione possit; neutra enim illarum est ratio formalis agendi etiam in suo genere, ut præscindat ab alia in causalitate, & influxu actuali; natura enim habet vim ad producendum actum supernaturalem quoad vitalitatem, si adsit illi ratio formalis eleuans eam ad esse Deificum, & supernaturale lumen, aut gratia habet vim ad actus supernaturales producendos, si vnatur principio agendi vitaliter; vnde stante prioritate causalitatis ex parte Dei & gratiæ, cui primarius semper est deferendus, nec potentia naturalis quantumuis sit proxima, & immediata in genere suo explicabitur in actum secundum, sine gratia, aut habitu supernaturali, nec gratia, aut lumen gloriæ quantumuis sit totalis ratio agendi in suo genere supernaturali vnquam prorumpet in actum sine naturali potentia, & illius influxu; ita tamen, ut potentia

naturalis verbi gratia, actus charitatis, aut conuersio hominis in Deum non sit bonum aliquod quod sibi vindicare possit homo, qui elicit actum salutarem, tanquam quid suum, ut præscindit à gratia, sed necessario gratiæ non solum præuenienti, sed etiam comitanti & sequenti necessario sit adscribendum iuxta doctrinam sanctorum Patrum contra Pelagium & alios hæreticos.

958. Quod præter dicta contra negatiuam sententiam sectione 4. hac ratione persuadeo, quia illud bonum, quod secundum illius auctores potest voluntas appellare suum, aut est naturale in actu supernaturali, aut est supernaturale: si naturale dicatur, sequuntur duo, primum contritionem, aut actum fidei supernaturalis componi ex naturali, & supernaturali, & consequenter esse mixtum in sua substantia, quod merito illi in Banez opinione displicuit: secundum aliquid actualiter reperiri in actu salutari, quod gratiæ non adscribatur, neque sit à Deo, non in potentia, ut supponitur ad operationem (hominis enim proprius, & suus est intellectus, & etiam voluntas, & hæc non à gratia, sed à natura) sed in ipso actuali exercitio & causalitate contritionis, & actus supernaturalis, si verò dicatur supernaturale illud bonum, formaliter loquendo, sequitur posse hominem gloriari in bono supernaturali, tanquam in bono suo, & proprio, & quod non sit à gratia, quod quam sit absurdum nemo non videat.

959. Explicatur amplius tertia conclusio, & Magistri Cumelis sententia in actu dilectionis diuine, aut visionis beatificæ, ad cuius elicentiam supponitur naturalis potentia voluntatis, sequitur habitus supernaturalis, & deinde ex præuenienti gratia hominis influxans in actum amoris nunquam erit hic actus supernaturalis, sine influxu naturalis potentiæ, & influxu ipsius habitus supernaturalis. Et applicando hanc doctrinam ad rem de qua disputamus, potentia generatiua naturali vitali proxima, & immediata concurrat virgo sanctissima ad Christi Domini generationem; ita virtus supernaturalis illam explicaret in actum, potuit enim in illam naturali ratione agendi, si tamen adiungetur à supernaturali virtute, & non alio modo; quia virtus naturalis erat insufficiens ex se ad tam nobilem generationem, non quia ad illam, qua supernaturalis est; haberet virtutem incompletam, aut inchoatam, sed quia propter excellentiam generationis erat necessarium superacresceret naturali virtuti, facultas supernaturalis, quæ est diui Thomæ ratio ad probandam necessitatem luminis gloriæ 1. parte, quæstione 12. articulo 5. & 3. contra Gentes capite 53. vbi hæc ratio efficaces exierit vires.

960. Hanc doctrinam ita explicatam docuit me Magister veritatis Christus Dominus illis verbis: *Sine me nihil potestis facere*, in quibus non negauit esse in homine liberum arbitrium, quo conuerteretur, sed non posse prorumpere in actum, nisi illud explicaret, & deduceret in conuersionem ipsa gratia diuina, quæ est frequens expositio Patrum, inter quos nullus clarius confirmauit nostram sententiam, & bo-

num illud proprium hominis exclusit vt Augustinus Pater, qui de gratia, & libero arbitrio, capite 5. post medium hæc scripsit omnino aduersantia Recentiorum sententiæ: *Ne ipsa voluntas sine gratia Dei putetur aliquid posse* (vbi fuitas, vbi proprietates liberi arbitrii) continuo cum dixisset: *Gratia eius in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboranti*, subiungit atque ait; *Non ego autem* (ecce fuitas exclusit) *sed gratia Dei mecum*; id est non solus, sed gratia Dei mecum, ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, *sed gratia Dei cum illo*, sed non minus perspicue sanctus Gregorius libro 16. Moralium capite 12. hæc exarsans. *Quia se esse aliquid innuit cum gratia adiungit, sed gratia Dei mecum, non enim diceret mecum, si cum præueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet, ut ergo sine gratia nihil se esse ostenderet aut.* *Non ego, ut vero se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstrare adiunxit, sed gratia Dei mecum.* Alios Patres non refeto, videat qui velit in Doctoribus contrariæ sententiæ.

961. Ex nostra doctrina non sequitur perfectionem intellectum cum æquali lumine gloriæ perfectiorem visionem elicere, ut cum Scoto 4. distinctione 50. quæstione 6. existimant illius sectatores, sed potius cum æquali lumine semper vel in homine, vel in Angelo æqualem futuram visionem, quæ est diui Thomæ sententia, quam sequuntur Magister Cumel, & omnes Angelici Doctoris discipuli, ratio à priori est, virtus naturalis intellectus non explicatur in visionem beatificam nisi eleuetur ad illam per lumen gloriæ, quo, & auspiciatur visio, & formaliter beatus constituitur proximè potens ad visionem, ut visio est, ita ut si lumen non esset intellectum informans; nulla supernaturalis actiuitas in potentia naturali reperiretur; ergo etiam si perfectissimus sit intellectus cum lumine æquali nunquam eliciet perfectiorem visionem. Antecedens non potest negari ab Scoto, si concedat semel visionem produci efficienter à beato, & non solum recipi in intellectu; licet in hoc magis inclinet 3. distinctione 14. quæstione 1. articulo 2; & 4. distinctione 19. quæstione 11. & sequuntur Ocham, Durandus, Richardus, & alii, quos refert illustrissimus Machinus supra citatus, & consequentia probatur, quia in illud quod perfectissimum est in visione, scilicet supernaturalitas etiam perfectissimus intellectus non habet vim proximam, & immediatam, perfectio autem visionis non sumitur ex vitalitate, sed ex supernaturalitate, à qua prouenit primario, & per se, quod naturalis vis, & ratio agendi vitaliter producat se in visionem beatificam, si enim intellectus beati per se primo in visionem exiret, & se ad videndum Deum explicaret, non dubitarem concedere veram esse Doctoris subtilis sententiam.

## SECTIO VI.

## Altera pars nostra sententia.

962. **D**ico tertio sacra Deipara fuit causa adæquata quantum est ex parte sua (non secludendo mirabilem Spiritus sancti influxum) generationis Christi Domini proxime, & immediate per vtramque potentiam naturalem, & supernaturalem, ex quibus resultaret vnica, & adæquata ratio generationis Christi Domini, & idem est necessarid asserendum de homine, aut Angelo Deum clarè vidente, beatus enim (non secludendo concursum essentia diuinæ vnitus ratione speciei intelligibilis) videt adæquatè Deum proxime, & immediate per vtramque virtutem naturalem, & supernaturalem, itaut ex vtraque coalescat vnica, & adæquata ratio formalis Deum videndi. Hæc est altera pars sententiæ Magistri Cumel, estque ad mentem Doctorum, qui illum imitantur, & probatur efficaciter, quia illa est causa adæquata alicuius effectus in qua reperitur adæquata ratio productiua illius effectus ex parte potentia; sed in beatissima Deipara & in quocunque beato fuit, & est adæquata ratio productiua, & generationis, & visionis beatificæ: ergo sacra Deipara est adæquata causa generationis Christi, & beatis visionis beatificæ per naturalem, & supernaturalem virtutem. Consequentia est evidens, & maior est ipsa explicatio causæ adæquatæ. Probat minor, quia ad causalitatem generatiuam, & productionem visionis qua sacra Deipara Deum intuetur, quantum est ex parte sua nihil aliud requiritur vt ratio formalis agendi, quam virtus proxima vitalis, & generatiua, & virtus supernaturalis qua illa naturalis virtus euehat ad ordinem visionis hypostaticæ, & ad visionem nihil aliud est necessarium, nisi intellectiua potentia, & lumen gloriæ eleuans naturalem virtutem, vt possit Deum videre, vtrumque autem habet beatissima Virgo ex naturali, & supernaturali virtute, vt explicauimus & probauimus: ergo in sacra Deipara est adæquata ratio formalis agendi ad vtramque operationem; ergo quantum est ex parte sua est adæquata causa ad generationem Christi Domini, & visionem beatificam.

963. Dixi consultè ex parte sua, & ex parte potentia, vt non excluderem, aut viderem excludere causalitatem primæ causæ, & influxum diuinum necessarium ad quamcunque actionem creatam, & maxime operationem peculiarem, & influxum Spiritus sancti in Christi asseroris generationem; si enim hæc considerentur sacra Deipara in suo genere solum est causa adæquata, id est vt fœmina est, inadæquata autem comparata ad diuinum spiritum, qui fuit etiam principium actiuum illius generationis per omnipotentiam, tanquam per rationem formalem agendi; vnde ex Maria Deipara, & Spiritu sancto fuit adæquatè principium generationis Christi, quamuis Spiritus diuinus; neque genuerit Christum Dominum, neque fuerit Pater illius vt ad 3. sententiarum, & ad 3. p. D. Thomæ aduertunt Theologi.

964. Vnde, quia in Christi Domini generatione productio illa supernaturalis patitur inter Spiritum sanctum, & sacram Deiparam, vt hominis naturalis conceptio, & generatio inter virum, & fœminam: aptius declaratur conclusio in beato elicente visionem beatificam, aut in iusto elicente actum charitatis, qui vere, & propriè sunt causa adæquata visionis, & amoris per naturales potentias eleuatas lumine, & charitate tanquam immediatas & proximas rationes agendi. Latius, quam solèo mentem nostri Magistri explicauimus, vt intelligatur illum mediam selegisse sententiam inter vtramque, conuenimus enim cum prima, in eo quod proximam rationem agendi vitaliter ponimus in naturali potentia, & cum secunda in eo quod intendimus totalem rationem agendi supernaturaliter esse gratiam, aut habitus supernaturales, & dissentimus ab vtraque, quia prima sententia affirmat inesse potentia naturali virtutem patrialem ad actus salutes, vt salutes sunt, quod nos negamus, & secunda contendit lumen gloriæ esse rationem formalem ad productionem vitalitatis, nos autem asserimus vitalitatem vt in principium specificatum reducendam esse in naturalem potentiam, & propterea à negatiua sententia recedimus, quia neque in gratia, neque in natura constituimus rationem agendi partialem, sed in vtraque præcisè loquendo rationem agendi totalem respectiue, & in proprio genere.

965. Illud ad clariorem nostræ sententiæ intelligentiam seriò monuerim potentiam, quæ eleuatur per gratiam, non esse illam, quam Theologi vocant obedientialem, siue illa sit actiua, siue passiuua, sed esse ipsam naturalem potentiam intellectiuam, aut appetitiuam naturalem, non enim beatus concurrat ad videndum Deum per obedientialem potentiam, & quidem non concurrere vllò modo per potentiam obedientialem actiuam docet expressè Reuerendus Magister Cumel, qui licet primus in scholas inuenerit hanc potentiam obedientialem actiuam ad supernaturales effectus, illamque calamo scribendam in florèssimo Theologorum Lyceo Salmanticensi discipulis dictauerit, vt ipse fateretur in genue 2. tomo in 1. 2. quæst. 1. 2. art. 1. disp. 3. illam tamen, quia videret displicuisse Academiæ melioribus ductus fundamentis non retractauit solum, sed etiam impugnauit validissimis rationibus contra Franciscum Suarez, & alios suæ familiæ, in quo tanto viro libenter subscribo, & potentiam obedientialem nullo modo cognosco; sed neque refello rationibus quibus illam improbat Hiacinthus Choquet. lib. 3. de origine gratiæ, parum enim aut nihil premunt Suarez & ideo mihi non probantur quæ afferuntur ibi disput. 8. cap. 2.

966. Neque concurrat beatus ad visionem beatificam elicendam per potentiam obedientialem passiuam, ratio à priori, quia actiua causalitas non egreditur à principio passiuo. Ponitur ergo in creaturis potentia obedientialis passiuua, vt in illis, & de illis faciat Deus vt suprema causa, & nullis legibus, alligata, quidquid non implicat contradictionem, vel quia ratio ne illius aliquid recipitur in naturali potentia,

vel quia illa eleuatur ad eliciendas actiones supernaturales & miraculosas per aliquam formam supernaturalem, quæ est ratio formalis agendi supernaturales effectus. Hæc autem potentia passiuua obedientialis est non repugnancia creaturæ ad Deum ad effectus supernaturales, vt docet Reuerendus Magister Cumel 1. 2. quæst. 1. 2. art. 1. disp. 3. non tamen ita, vt formaliter sit sola non repugnancia, vt M. imponit Choquet. lib. 3. de origine gratiæ d. 3. c. 2. dicit enim necessariò ipsam entitatem creaturæ, vt Deo subiectam, vt de illa, & in illa efficiat quod liberit, vnde illa non repugnancia fundatur in subiectione ad Deum, & subiectione in ipsa entitate creaturæ, vt creatura est, vt optime explicuit communis M. 1. tom. in 1. part. quæst. 1. 2. art. 1. disp. 2. paulo ante 4. conclusionem, vbi asserit hanc esse verioem Theologorum sententiam. Mutuo ergo se adiuuant ad componendam potentiam passiuam obedientialem, seu integrandam illius formalem rationem non repugnancia, & subiectione naturalis creaturæ ad Deum; non repugnancia enim fundatur in ipsa creatura, vt Deo subiecta; vnde colligitur potentiam obedientialem esse ipsam naturam, & entitatem creaturæ, vt dicit subiectionem ad Deum.

969. Hinc ulterius deducitur formas supernaturales non recipi in illa non repugnancia quam dicit obedientialis potentia, sed in ipsa naturali potentia subiecti. Ratio est quia, quia receptio est realis causalitas, & non exercetur in formalitatibus, neque cum præcisione, atque adeo forma supernaturalis non potest recipi in non repugnancia, quæ non est aliquid reale, neque in subiectione, vt subiectione est, quia est relatio transcendentalis ad Deum, vt ratio domini & creatoris est etiam relatio, ac proinde recipitur in ipsa naturali potentia subiecti; vnde potentia obedientialis passiuua, non est entitas realis distincta à natura, vt existimant aliqui, de quo Hiacinthus citatus.

960. Inferitur etiam, potentiam obedientialem passiuam aliquando esse entitatie naturalem, aliquando supernaturalem, in potentiis enim naturalibus naturalis est, at in rebus supernaturalibus supernaturalis est, gratia enim dicit etiam potentiam obedientialem, vt quæcunque alia creatura, tamen in rebus supernaturalibus possit etiam dici naturalis, ex eo præcisè, quod non est supra entitatem rei supernaturalis est, propter quod noster Magister 1. part. quæst. 1. 2. art. 1. dub. 2. circa 3. conclusionem, docuit potentiam obedientialem esse naturalem simpliciter his verbis: *Profecto hac obedientialis potentia est naturalis, & naturalis est creatura obedire Deo, quam abis facultatibus nature*, id docuit expressè diuus Thomas 1. 2. q. 113. art. 10. cap. *Anima naturaliter est gratia capax; eo enim ipso, quod facta est ad imaginem Dei, capax est Dei per gratiam, & 4. d. 17. q. 1. art. 5. art. 1. in fine cap. Ordo naturalis inest anima ad iustitia rectitudinem consequendam, & hoc solum voluit D. Pater Augustinus, iam vulgaris scripsit de prædestinatione sanctorum cap. 5. Proinde posse habere fidem sicut posse habere charitatem natura est hominum, habere autem fidem quemadmodum, & habere charita-*

M. Cumel.

Choquet.

969.

960.

Thomas.

August.

*tem, gratia est fidelium, illa itaque natura in qua nobis data est possibilitas habendi fidem non discernit hominem ab homine.* In quibus vltimis verbis docet Augustinus in opere salutari nihil esse proprium hominis solius, vt præscindit à gratia, quod illum discernat ab alio, sed totum esse à gratia, tamen non sine concursu arbitrij eleuati per gratiam. Vnde colliges falso, & inconstanter Hiacinthus Choquet, vt impugnet potentiam obedientialem actiuam contra Suarez asseruisse lib. 2. de causa gratiæ, disput. 8. cap. 2. potentiam passiuam obedientialem esse formaliter supernaturalem, & deinde lib. 3. disp. 3. asseruisse non esse naturalem, neque supernaturalem, sed obedientialem.

981. Dico quartò, licet beatissima Virgo Deipara habuerit virtutem supernaturalem ad Christi Domini generationem per potentiam obedientialem passiuam, tanquam per proximam capacitatem, aut aptitudinem per quam eleuabilis erat ad tam nobilem generationem, tamen ad illam solum efficienter concurrat per naturalem potentiam generatiuam, vt eleuatam supernaturaliter per dignitatem physicam Matris & idem omnino est dicendum, de Angelo, aut homine elicente supernaturales actus; hæc assertio est ad mentem omnium Doctorum nostræ sententiæ, estque explicatio clarissima illius, & facillime probatur ex dictis, sacra etenim Deipara non concurrat ad Christi Domini generationem per potentiam passiuam obedientialem, quia hæc effectiua non est, neque per obedientialem actiuam, quia hæc est impossibilis; ergo concurrat efficienter per potentiam naturalem, vt eleuatam supernaturali virtute.

962. Infero ex dictis hætenus; sacram Deiparam, & posse appellari Matrem Christi Domini naturalem, & supernaturalem. Naturalem quia per natiuam, & humanam potentiam contulit illi, vt reliquæ Matres, humanam naturam, quod sufficit, & requiritur ad veram, & propriam rationem Matris, supernaturalem, quia hanc contulit Deo homini per supernaturalem virtutem pertinentem ad ordinem hypostaticum. Facebat igitur importuna illorum calumnia, qui ex nostra sententia verissima inferunt sacram Mariam non esse propriè, & verè Deiparam; si enim hanc supernaturalem dignitatem non haberet, non esset propriè Dei hominis Mater; oportuit enim quod ad generandum Deum, quod est propriissimum primæ Trinitatis personæ, itaut Dei Filius esset etiam suus filius naturalis, habuisse per participacionem, & similitudinem sacri Parentis cuius proprietatis caracteristica est generare Filium Deum, vide necessariò sanctum Thomam 3. contra Gentes. cap. 5.

963. Carmelitæ. Aliqua obiiciunt Carmelitæ Salmanticenses contra negatiuam sententiam 1. part. tract. de visione, disputacione 4. dubio 4. à numero 55. quæ videntur etiam pugnare cum nostra sententia, sed reuera illa solum concludunt naturalibus potentiis non inesse vim etiam partialem ad actus salutes, vt sunt supernaturales, quod nos etiam concedimus; si verò aliquam habent vim contra nostram resolutionem

lutionem facile enervantur ex dictis.

SECTIO VII.

*Diluo utriusque sententiae argumenta.*

964. **Q**Uæ ex sacra Scriptura, & Patribus producit Ripalda optima sunt ad conuincendos hæreticos, qui affirmant liberum arbitrium esse quid inanime in naturalibus, & supernaturalibus actibus, contra Catholicos autem, & doctissimos Thomistas, & maxime contra nostram sententiam nullam habent vim; Thomistæ enim non negant hominem excitatum à Deo præuenienti gratia, actiue se habere, solum affirmant immediatam actiuitatem esse à gratia, at Scriptura, & Patres, quos adducit non contendunt hominem per naturales vires immediate causare actus supernaturales, semper enim docent gratiam diuinam præuenire liberum arbitrium, esseque priorem in actibus salutaribus, & hominem liberè consentire, credere, amare, an verò actus sint immediatè ab homine, vel solum remotè, & mediatè non diffiniunt. Contra nostram verò sententiam nullius sunt momenti, quia asserimus hominem efficere actus salutes, vt salutes sunt immediatè per potentiam naturalem non nudam, sed eleuatam supernaturali virtute. Minus efficax testimonium Concilij Tridentini, quod vibrarunt Patres contra Caluin. & Lutherum efficacissimè; negatiuæ enim sententiæ assertores malè inferunt ex totali virtute agendi supernaturaliter, quæ est à gratia hominem non concurrere actiue ad suam conuersionem, sufficit enim remota, & mediata actiuitas, qualis sufficit vt ignis efficienter, & propriissimè comburat: nos verò immediatam efficientiam damus potentiis naturalibus eleuatis. Ad argumentum ergo principale nego antecedens; iam enim probauimus Maternitatem esse, & vniui humanæ potentie, vt totalem rationem agendi supernaturaliter.

965. Ad tertium medium concedimus, & explicuimus mutuum adiutorium inter Deum, & hominem ad conuersionem, ex illo vero non sequitur hominem partialem habere virtutem ad actus supernaturales secundum hanc formalem rationem, dicitur verò à Bernardo, & aliis Patribus hominem adiuuare Deum, quia per liberum arbitrium Deo consentit actiue, & non recipit in vacuum diuinam gratiam, sed illa vritur dono Spiritus sancti ad credendum, & amandum, vnde non se habet mere passiuè in sua conuersione, vt falsò existimabant hæretici, & obiicitur contra Catholicos, quibus enim ex eo, quod ignis sit causa combustionis remota, & radicalis, & solum calor sit virtus agendi inferat verè ignem non producere actiue, & efficienter alterum ignem.

966. Ad quartum medium nego maiorem; est enim plusquam falsa, nihil enim est in opere salutare, quod homo possit vendicare, & appellare suum, quod non habeat ortum à gratia, non solum quia est tota ratio agendi supernaturaliter, sed quia naturalis potentia nunquam

explicabitur in actum nisi gratia præueniat, & præterea nunquam homo consentiet sine gratia comitante, Scriptura verò sacra, neque Patres contrarium docent, solum enim affirmant opus supernaturale & Dei esse, & nostrum; Dei quia dat gratiam habitualementem, & actualementem, nostrum, quia non passiuè, sed efficienter ad actus supernaturales ex Dei gratia concurrimus. Recole quæ diximus lect. 4. & 5. §. Quod præter dicta.

967. Quintum medium procedit ex petitione principij, & assumit quod probandum est, ea enim est difficultas, vtum gratia sit causa totalis agendi supernaturaliter, & ad probationem antecedentis, qua vritur Magister Antonius Perez, concedo maiorem, & nego minorem; nunquam enim accidit, sed neque accidere potest naturalem potentiam solo extrinseco auxilio sine virtute supernaturali à Deo impressa voluntati, aut intellectui elici actum supernaturalem, vt enim ostendimus tota ratio agendi supernaturaliter est gratia vnita naturali potentie, vt rationi agendi, de quo multa disputatione 4. Sententia igitur affirmans id de facto contingere, singularis est, & quæ affirmat id posse contingere de absoluta potentia, & falsa est, & contra Doctorem Angelicum. Consule quæ late diximus disp. 4. huius vestigationis.

968. Ad primam confirmationem concessis antecedenti, & consequentia concedo minorem, quæ subsumitur, & consequentiam secundam, nego tamen ex his inferri, intentum, solum enim sequitur necessarium esse subsidium supernaturale intrinsecum, quod cum non reperitur in naturali potentia necessum est infundatur à Deo, intimeque adhæreat potentie naturali illam eleuando ad supernaturalem ordinem, in quo etiam inchoatiuè non est naturalis potentia.

969. Ad secundam confirmationem concedo maiorem, nego tamen naturalem potentiam non efficere actus supernaturales per virtutem sibi intrinsecam, & inhærentem. Vere enim agit homo hoc modo, & altero diuerso non potest elicere actus supernaturales, addiderim rationem agendi supernaturalem, non solum esse illi intrinsecam, & inhærentem vnitam, sed etiam aliquo modo propriam, quod vt explicem aduerto rem aliquam posse esse alicui principio propriam dupliciter, aut quia fluit à principiis alicuius subiecti, vt calor est proprius igni, aut risibilitas homini, aut quia consentanea est subiecto, illudque perficit, & respicit tanquam proprium subiectum in quo consentaneè ad illius naturam reperitur, qua ratione calor non est proprius aquæ, in qua reperitur, sed est illi violentus, gratia ergo, & quælibet ratio supernaturalis, tamen si primo modo non sit homini propria: quia sunt diuersorum ordinum, est tamen propria homini modo secundo, quia est consentanea homini, quia perficit illius potentias, & quia illum respicit, vt proprium subiectum; quod enim eleuat hominem ad visionem Dei non potest illi non esse consentaneum, neque non illum perficere præcipue si in illo reperitur inclinatio ad beatitudinem supernaturalem, & præterea homo est proprii

proprium subiectum illius, sicut & Angelus, quia cum lumen gloriæ, & charitas, qua accidebita sunt etiam supernaturalia necessariò respiciant, & petant subiectum, & nullum sit, neque possit esse proportionatum suæ naturæ, nisi entitas intellectualis, inde fit has formas supernaturales respicere hominem, aut angelum, tanquam proprium subiectum. Ex quibus clarè deducitur quam falsò dicatur ab aliquibus formam supernaturalem, vt lumen, aut fidem comparari ad intellectum, vt calor comparatur ad aquam, cum calor, neque sit consentaneus aquæ, neque illam perficiat, neque eam, vt proprium, & consentaneum subiectum requirat, quod tamen non contingit in rationibus agendi supernaturalibus, quæ doctrina consideratè est ponderanda ad rem de qua agimus.

971. Momentum quo vritur Arrubal rectè enervat affirmatiuam sententiam, nostram confirmat, non simpliciter, sed quatenus asserit vitalitatis specificatiuum principium esse naturalem potentiam, sed ex illo nascitur dubium non contemendum, qua ratione sese moueat homo ad actum supernaturalem elicendum, itaut illo actualiter viuat, cum ab extrinseco infundatur illi ratio supernaturalis, quod iam diximus est contra rationem virtutis vitalis, non enim facile explicabitur in homine motus à se, cum potius gratia hominem moueat, imo, & præmoueat ad illas supernaturales actiones. Respondèo id non esse explicatu difficile, eadem enim omnino ratione (quantum attinet ad præsens institutum) qua comparatur naturalis potentia ad hominem, & naturam à qua fluit, comparatur etiam ratio agendi supernaturalis, & vtraque vritur ad agendum pro sua voluntate, tanquam instrumentis sibi vnitis, & consentaneis ad modum proprium operandi: neque antecedens habitus, etiam si determinaret ad exercitium rationem principij vitalis, & se mouentis auferret, sicut neque præmotio efficax auferat à voluntate rationem vitalis principij, etiam si læderet libertatem, quod tamen est falsum, & mihi nulla ratione probatur, quod ex eo prouenit, quod ratio supernaturalis agendi est consentanea naturæ, perficit illam, eleuat ad superiorem statum, & recipitur in illa tanquam in proprio subiecto. Adde conferri naturæ, vt operetur iuxta propriam conditionem; cum ergo proprius agendi modus vitalis sit etiam infusa supernaturali virtute, sicut etiam si Deus præmoueat physice voluntatem ad operandum ineffabiliter sine recursum ad scientiam mediam ad hoc non quidem vtilem, tamen si sit in Deo cognitio futurorum sub conditione, non tamen sine ordine ad sua decreta, non læditur libertas humana, quia Deus non absolute præfinit, supernaturales effectus, sed modum etiam quo egreditur à suis potentiis, itaut naturales ad naturaliter agendum præmoueat, liberas ad operandum libere, quod licet impossibile, & implicans terminos visum fuerit Doctoribus aliquibus, est verissima, & expressa doctrina sancti Thomæ 1. part. quæstione 19. art. 1. aliàs si Deus vellet hinc, & nunc conuertere hominem nulla ratione posset, nisi præuidisset hominem consensu-

rum, quod derogat perfectioni primæ causæ, & non extollit libertatem creatam, neque illam conseruat, sed de hoc aliàs, vide Reuerendum nostrum Magistrum 1. part. quæst. 19. quæst. 2. & 1. 2. quæst. 1. 1. & in libris de auxilijs in vtramque partem sancti Thomæ, vbi vir doctissimus succinctè proposuit, etiam illa quæ lato calamo promouerunt Doctores, qui præmotiones physicas negant, & affirmant.

972. Secunda sententia sultra, vt proponi possunt contra nostram sunt imbecilia, & illud quod sumitur ex Ioanne cap. 10. solum est efficax ad probandum vitam æternam esse à Deo conferente gratiam, qua mediè viuat homo actualiter in ordine supernaturali, sed non ostendit hominem non viuere à se supernaturaliter, cum actus supernaturales eliciat per formam vitalem sibi innatam, eleuatam tamen per gratiam diuinam: ad illud quod sumitur ex auctoritate diui Thomæ, comparatio non tenet in omnibus; solum ergo asseruit Doctor sanctus virtutem supernaturalem non fluere ab intellectu, sicut lux non fluit ab aere, non verò negauit concursum vitalem, & proximum respectu actus supernaturalis in potentia vitali, eo modo, quo declarauimus testimonium ex 3. contra Gentes cap. 70. ad finem, nec est contra nos, qui negamus cum sancto Thomæ, & Ferrariensi illos partiales concursus, quos affectat prima sententia.

973. Ad secundam ex ratione desumptam, quatenus proponi potest contra nostram sententiam constat ex dictis; explicuimus enim qua ratione potentia naturalis, vt naturalis est sic principium specificatiuum vitalitatis, & lumen gloriæ, seu physica maternitas sit principium supernaturalitatis vnaquæque in suo genere, quod igitur in actu charitatis est à potentia naturali, non est naturale, sed supernaturalis; procedit enim ab illa, vt eleuata, & cum potior sit ratio agendi supernaturaliter, totus actus supernaturalis est, ea ratione, qua asseruit Doctor Angelicus generationem Christi dicendam esse supernaturalem; quia potior ratio causandi fuit supernaturalis; est igitur vitalitas in actu charitatis supernaturalis, & supernaturalitas est vitalis, & hoc indiuisibiliter, itaut, & vtilitas, & supernaturalitas sit ab vtraque ratione agendi, vt rectè probant omnes contra Dominicum Sotum.

974. Ad tertium nego minorem, & ad probationem dico, vt ratio supernaturalitatis actualiter influat in vitalitatem actus, non requiritur quod sint formaliter vitales, sufficit si ex propria ratione, & essentia sint rationes, siue principia, quibus operantur vitales potentie, instantia est manifesta species intelligibilis impressa non est vitalis, & tamen est in suo genere principium efficiens intellectiois, quæ vitalis est. Ad confirmationem, qua vritur Aluarez optime respondet Etice, sicut & aliàs rationes illius, vitalitas visionis, supernaturalis est, vnde procedit à principio supernaturali & de facto à principio supernaturali procedit, scilicet à potentia eleuata, quæ supernaturalis est. Ad secundam confirmationem constat ex dictis.

975. Ad quartum sufficienter diximus lect. 3. in fine §. ex nostra, vbi posita ratio, propter quam

Conc.

Bern.

Perez.

972.

Thom. Ferrariens.

973.

D. Angel.

974.

Etice.

975.

Thomas.




Machin. Arrub. Erice.

quam non sequitur ex nostra inæqualitatem visionis sumi ex perfectiori intellectu, quam hic reperere non est necessarium. Restabat con- futare vitalitatem remotam & proximam, quam Aluarez comminiscitur in actibus su- pernaturalibus, sed refellunt breuiter illustrif- fimis Machin, & Arrubal, & ex illis copiosius Valentinus Erice: Illud magni ponderis mo- mentum vitalitatem visionis esse vnicam, & indiuisibilem, atque adeo partiri non posse in vtilitatem remotam, & proximam, neque ex illis componi. Videatur Suarius tomo 3. de gratia lib. 6. cap. 5. qui doctè, & copiosè cum Aluarez conferit manus.

976. Ad vltimum quod forsitan obiiceret aliquis contra nostram sententiam de actiuitate proxima, & immediata potentie naturalis in effe- ctus supernaturales, dicendum, illam virtutem non esse ad actus supernaturales, vt superna- turales sunt, sed solum qua ratione sunt vita- les, & liberi, non ergo hic error Pelagianus, credimus enim nihil actu reperiri in actibus supernaturalibus, quod sit præcise à libero ar- bitrio, & non à gratia non creationis, sed su- pernaturali, & infusa, naturali principio. Si verò asseratur virtus supernaturalis insita à principiis nature saltem partialis, auctores huius supernaturalitatis viderint quid ad hanc difficultatem respondeant. Vincentius dixit illi errori ex parte hanc opinionem fauere; ego à censura abstineo, quod video viros do- ctos hoc modo explicasse negatiuam sen- tentiam.

977. Stet tandem inconcussam sacram Deipa- ram (quæ erat nostræ difficultatis, & disputa- tionis scopus) ad Christi Domini mirabilem generationem concurrisse, & per potentiam generatiuam naturalem, & per virtutem super- naturalem, & vtramque fuisse illi rationem agendi totalem proximam, & immediatam, ad illam generationem vnamquamque in suo ge- nere, quæ autem illarum fuerit potior iam tracto.



DISPUTATIO XVII.

Vtrum in generatione Christi Domini potiores deferenda partes naturali diuæ Virginis, à supernaturali virtute.

978. DIXIMVS sacram Deiparam ad gene- rationem Christi Domini imme- diatè, & proxime concurrisse per virtutem generatiuam naturalem, & per supernaturalem maternitatis virtutem, nunc consequenter disputandum vtra illarum fuerit potior in Christi Domini generatione, vbi duplex comparatio fieri potest, altera harum rationum formalium inter se, altera cum effectu producto, & in prima difficultas est, quanam harum virtutum præcipua fuerit in tam nobili generatione, quin tractetur an in ordine ad effectum fuerint instrumentum, aut causa principalis; istæ enim comparationes

possunt seorsim considerari; in secunda autem illud exanimandum, an facta comparatione ad generationem Christi Domini vtraque virtus sit instrumentum, an altera sit principium ef- ficiendi principale. Quam controuersiam quælibet generalis est, & potest tractari de quacunque supernaturali virtute, siue sit fides, siue charitas, siue lumen gloriæ, vnde, valuer- saliter erunt disputanda.

Et quidem quantum ad primam attinet vi- deri posset alicui neutram alteram excedere, cum vtraque sit, immediate, & proxima ne- cessaria ad causalitatem vitalem supernatura- lem, & neutra possit explicari in actum sine alia, vt ostendimus.

Dico tamen primò, in generatione Christi Domini potiores partes sunt deferendæ su- pernaturali virtuti non verò generatiuæ po- tentiæ naturali. Ita Fassolus 1. part. quæst. 12. art. 5. dub. 10. loquens de lumine gloriæ. Asser- tio est generalis, & complectitur quamcunque virtutem supernaturalem; & procul dubio est communis, & vera. Tum quia potissimum quod inuenitur in generatione Christi Domini, & actibus supernaturalibus est supernaturalitas, quæ prouenit vt à principio specificante à su- pernaturali virtute. Tum quia ordo supernatu- ralis est superior ad ordinem supernaturalem, vnde ratio efficiendi supernaturaliter est ex- cellentior ratione agendi naturaliter: & tertio quia supernaturalis virtus eleuat naturalem, & constituit illam in ordine diuino; & tandem quarto; quia in his actibus salutaribus præci- pue attenditur proportio cū sine supernatura- li, & virtus supernaturalis de se est proportio- nata effectui secundum hanc rationem, quod in virtute naturali non reperitur. Ratio verò in contrarium non vrget, quia comparatio hæc non fit in immediatione, sed in ratione causandi, & licet neutra possit prorumpere in actum sine alia, tamen semper est prior ratio agendi supernaturaliter, vt quæ naturalem semper explicet in effectum, qui vt supernatu- ralis est, non illi proportionatur; maior ergo proportio sumitur ex ipsa ratione supernatura- liter agendi.

Circa secundam difficultatem maior vide- tur esse controuersia inter Doctores, sed quæ mea sententia forsitan consistat in modo lo- quendi, ideo sententias non referam; sed vt veriore proponam, illud aduerterim causam principalem esse illam, quæ vt quod producit effectum, qui secundum vltimam, & perfectis- simam rationem illi attribuitur; instrumen- tum verò esse illud quod in actione non qua- ritur propter seipsum, sed propter actionem principalis agentis, quod declaratur exemplo calefactionis, aut productionis ignis, vbi ignis vt quod producit alterum ignem, & actio illi tribuitur secundum vltimam rationem, calor verò neque agit vt quod, neque illi tribuitur actio productiua ignis, neque per se quaeritur in illa actione, sed propter ignem. Et præterea in intellectione naturali, in qua substantia in- tellectualis propriissimè loquendo intelligit, vt quod illique tribuitur actio secundum vlti- mam rationem actionis immanentis: intelle- ctus verò non proprie dicitur intelligere, & non

Thom.

non tam requiritur propter se, quam propter actionem intellectualis substantiæ. Hæc su- mo ex diui Thomæ doctrina, qui tertio contra Gentes capite 112. hæc scribit: *Quod enim ab altero tantum agitur, rationem instrumenti habet; quod vero per se agit, habet rationem principalis agentis; instrumentum autem non quaeritur propter seipsum, sed vt eo principale agens utatur.*

982.

Dixi intellectum non proprie dici intelli- gere: quia licet hæc sit modus loquendi com- munis, improprie tamen est: instrumentum enim non operatur, sed est operandi prin- cipium; proprie enim calamus non scribit, calor non producit ignem; intellectus non intelligit, voluntas non amat; scribit causa principalis, scilicet homo, calidum calefacit, substantia intellectualis, & intelligit, & amat, vnde potentie vitales, & rationes agendi sunt, & proprie instrumenta, & idem asserendum necessario de virtutibus supernaturalibus in ordine ad actus supernaturales, quos eliciunt substantiæ intellectuales, vt Angelus, & ho- mo: merito ergo Franciscus Suarez tertio to- mo de gratia lib. 6. cap. 6. & 7. & vbiunque tractat hanc rem, intellectum, & lumen vocat principia visionis beate, qui terminus indiffe- rens est ad significandam causam principalem, & instrumentum.

Suarez.

983.

Aduerto deinde intellectum verbi gratiæ, & lumen inter se comparata nullam exercere causalitatem efficientem, sed solum materia- lem, & formalem; lumen enim est causa for- malis residens in intellectu, & intellectus, seu quælibet alia potentia naturalis, causa mate- rialis illius susceptiua, ex quo ratio huius no- tationis desumitur: materia enim, & forma non habent inter se causalitatem effectiuam. Inde deducitur neutram harum virtutum esse, aut causam principalem, aut instrumen- tum inter se; hæc enim pertinent ad causa- litatem efficientem, quæ inter illas non inue- nitur, etiam si lumen sit forma ad efficiendum ordinata: confert enim hanc vim non in ge- nere efficientis, sed in genere causæ formalis.

984.

Dico igitur secundò: neutra virtus, siue sit naturalis, siue supernaturalis est causa princi- palis in generatione Christi Domini, aut in productione actus salutaris; sed vtraque est ratio agendi, atque adeo vere, & proprie in- strumentum: causa verò principalis est sacra Deipara, vel comparetur ad generationem Christi Domini, vel ad consensum exhibi- tum, vel ad actus supernaturales amandi, spe- randi, & credendi, & idem omnino est de quocunque iusto supernaturaliter operante. Hæc assertio est mihi certissima, quam negat Erice; 1. part. disputatione 46. numero. 18. stans à Francisco Suario 3. tom. de gratia, libro 6. capite 6. à numero 6. & ab aliis suæ familiæ, sed necessario debet esse communis, si rectè in- telligatur ratio instrumenti, & illam peculiari- ter docet Granado contr. 8. de gratia, tract. 4. disp. 8. sect. 5. §. 3.

Erice.

985.

Probatu efficaciter ratione desumpta ex sancto Thoma vbi supra: illud est proprie in- strumentum, quod in effectum non influit, vt

quod, cui non tribuitur effectus secundum vlti- mam rationem illius, & quod per se non re- quiritur, sed vt eo principale agens utatur, sed ita se habent virtus naturalis, & supernatura- lis ad effectus supernaturales: ergo vtraque illarum solum est instrumentum propriè, & absolute loquendo; maior est Angelici Docto- ris, & illa videret explicari optime ratio in- strumentum in viuenticibus. & animatis præcipue, & ad eam facile possunt reduci aliæ explica- tiones instrumenti quibus antiqui, & recentio- res vtuntur, & minor probatur, nam in primis neutra harum virtutum operatur vt quod, hoc enim proprium totius compositi, & actiones sunt suppositorum. Deinde illis non tribuitur effectus: potentia enim generatiua Virginis, aut illius Maternitas non generant, sed sunt ratio qua suppositum generat; vnde illis non tribuitur actio, nisi tanquam principio quo, & præterea non requiruntur per se, sed vt illis utatur causa principalis; finis enim rationis formalis agendi, & instrumenti est actio pro- cedens à causa principali, vt propria est prin- cipalis agentis; vnde dicitur operari effectum non suum, sed alienum, vt generaliter loquun- tur Philosophi, & Theologi.

986.

Verum aduerte has virtutes naturalem, & supernaturalem præcipue, non esse proprie lo- quendo instrumentum Dei, sed intellectualis substantiæ, quatenus vulgariter asseratur con- trarium; Deus enim etiam si efficiat intelle- ctionem meam, non per illam intelligit, & Spiritus sanctus etiam si actiue egerit ad for- mationem corporis Christi Domini non gene- ravit; quia ad hoc necessarius erat concursus vitalis, vt vitalis est, qui non est à potentia di- uina secundum generalem rationem influendi vitaliter, tamen si sit secundum rationem causæ efficientis; vnde semper erit efficax ad proban- dum nostram sententiam argumentum desum- ptum ex eo quod Deus intellectione creata, aut amore creato, neque intelligit, neque amat, vnde sola natura intellectualis est causa princi- palis, & naturalis potentia, & virtus instru- mentalis illius; inde enim fit non concurrere Deum ad vitales actiones, vt causam princi- palm vitalem, & intelligentem; sed necessario quaerendam esse causam creatam, cui tribuatur ille vitalis effectus.

987.

Nec sufficit responsio Francisci Suarez lib. 6. requiri scilicet vt aliquid intelligere dicatur, non solum quod efficiat actionem intellectualem, sed etiam quod illam recipiat in se per modum potentie immanentis, vt substantia intellectualis efficit, & recipit suam intelle- ctionem, cum igitur Deus non recipiat intelle- ctionem, vel amorem creatum; ideo neq; intelli- git, neq; amat, atq; adeo non tribuitur illi actus vitalis. Non in qua sufficit, nam argumento non intenditur Deum non esse causam efficientem actionis intellectualis cum sit causa prima, sed probatur necessario assignandam esse causam principalem intellectionis, vt intellectio est, & cui actio illa intelligendi tribuatur, quæ alia esse non potest nisi substantia creata, quæ attingit intellectionem secundum vlti- mam, & perfectissimam rationem illius, id est

Suarez.

est secundum rationem actus immanentis, qui ex natura sua petit recipi in subiecto à quo procedit.

988.  
Ripal.

Neque ex hoc probatur nobis sententia Ripaldæ como 1. de ente supernaturali disputatione 3. 1. sectione 3. à numero 8. distinguunt in rationali natura rationem causæ efficientis, & rationem causæ vitalis, & liberæ, & asserentis, secundum priorem considerationem esse causam instrumentalem, principalem verò, secundum posteriorem, tum quia ut efficiens non respicit aliquam causam, cuius sit instrumentum: si enim aliquam respiceret, respiceret Deum ut primam causam cuius virtute operatur; id autem convincere non potest instrumentum: hoc enim modo operatur omnis causa creata, & tamen non causat, ut Dei instrumentum suos effectus. Tum, vel maxime, quia in natura rationali non possunt distingui quantum ad præsens institutum, ratio efficientis, & ratio vitalis, & libera: in causa enim libera, & vitali imbibitur ratio causæ efficientis, & nove auditur hæc mixta causalitas in ordine ad eundem effectum indivisibilem, tamen in ordine ad diversos effectus possunt distingui.

989.  
Thomas.

Sed obiicies primò, Angelicum Doctorem qui 2. 2. quæstione 23. art. 2. cap. nostram negat sententiam: *Non potest dici* (inquit) *quod sic moveat Spiritus sanctus voluntatem ad actum diligendi, sicut movetur instrumentum, quod licet sit principium actus, non est tamen in ipso agere, & non agere; sic enim tolleretur ratio voluntatis, & excluderetur ratio meriti.* Vbi sanctus Magister absolute negat voluntatem esse instrumentum. Respondeo primò hæc asseri voluntatem non esse instrumentum Spiritus sancti, quæ est nostra sententia. Dico secundò, nomine voluntatis intelligere diuum Thomam substantiam intellectualem operantem, qua ratione Concilium Tridentinum nomine liberi arbitrii intelligit hominem operantem, & ita nunc utitur nomine liberi arbitrii, nunc nomine, & termino hominis. Respondeo terriò, nomine instrumenti intelligere diuum Thomam aliquid inanime, & quod se non possit movere, probatur clare, quia asserit quod sic tolleretur ratio voluntatis, & excluderetur ratio meriti.

990.

Obiicies secundò: natura intellectualis operatur per veritatem receptam à Deo: ergo est instrumentum respectu Dei, & consequenter etiam virtus illa recepta ab intrinseco, & virtus naturalis. Patet consequentia, quia instrumentum diffinitur, quod operatur per virtutem acceptam ab alio. Responderetur illam non esse optimam diffinitionem instrumenti, sed quam ex diuo Thoma tradidimus, alias sequeretur, nullam esse causam principalem creatam, quia nulla est quæ non operetur per virtutem acceptam à Deo: est ergo creatura intellectualis principalis causa efficiens visionis beatificæ, cum operetur per virtutem proximam, & intrinsecam profluentem à suis principis, & alias sit illi ratio agendi forma supernaturalis, quæ licet à natura non fluat, ut naturalis potentia est illi veluti propria ipsi

consentanea, & in natura recepta, tanquam in proprio subiecto. Adde instrumentum non se mouere, sed semper esse rationem agendi, ut motum à principali agente, quod in naturam intellectualem, quadrare non potest: existimo igitur creaturam intellectualem in actionibus vitalibus non posse esse instrumentum vlla ratione; instrumentum enim movetur à principali agente ad actiones non sibi proprias: implicat autem actiones vitales non esse proprias & naturales principio vitali ut vitale est.

991.  
Camel.

In fine huius disputationis liberandus Reverendus Magister Cumel ab impostura Valentini, de Erice, qui 1. parte, disputatione 46. capite 1. numero 3. asserit se non posse non mirari Decanum Salmanticensem, qui cum negaverit intellectualem substantiam habere proximam virtutem operandi, affirmat illam esse causam principalem in ordine ad actus supernaturales. Sed inconsiderate hic auctor procedit, noster enim Magister substantiam intellectualem proximam virtutem, & quidem naturalem concedit ad hos effectus elevabilem tamen, unde hæc calumnia (si talis est) non cadit in sapientissimum virum. Proinde omnes fere negamus substantiam immediate concurrere ad suos effectus, & concedimus actiuitatem semotam solum à substantia proximam & immediatam à potentiis, & tamen asserimus ignem esse causam principalem respectu ignis producti, & hominem respectu hominis geniti. Actiuitas ergo radicalis, & remota non aufert rationem propriam principalis agentis.

992.  
Alb.

Sistebam iam in hac disputatione, sed dum lego Albeldam 1. parte, disputatione 27. sectione 5. asserentem numero 55. intellectum, & voluntatem concurrere ad actus supernaturales, ut ratione agendi principales, & numero 55. negantem intellectum nostrum, etiam absoluta potentia proprie, & in rigore loquendo posse esse instrumentum actionis vitalis, non possum non rationes illius diluendas proponere. Primò ergo primum probat assertum; illa est causa principalis, quæ agit per formam sibi intrinsecam, quæ non sit ignobilior suo effectu; sed talis est intellectus, quando elicit visionem Dei, & voluntas quando efficit actum charitatis; ergo sunt principales rationes agendi. Maiorem supponit ex Physicis, & minorem probat, quia tam intellectus quam voluntas operantur, ut elevata per formam supernaturalem. Respondeo, concedendo maiorem, & negando quod in minori supponitur, scilicet rationes illas formales agendi intellectum videlicet, & voluntatem agere, ut causas principales: sunt enim præcisè instrumenta, & rationes, quibus homo vel Angelus intelligunt, & amant, atque adeo comparata ad principium quod solum sunt principium quo. Terminus verò ille rationes principales æquiuocus est, nam aut significat naturales potentias esse causas principales præcisè loquendo, & hoc falsum est, aut significat esse rationes formales principaliter agendi, & hoc est verissimum: quia homo ratione illarum principaliter influit in actiones sibi

sibi proprias, & præter illas nulla alia datur ratio formalis agendi, sed hoc non est punctum de quo disputamus. Confirmatio huius argumenti ex dictis diluitur.

993.

Secundò arguit de ratione actionis immanentis est ut maneat in subiecto à quo elicitur, tanquam à causa principali, sed actus charitatis manet in voluntate, ut elevata per habitum supernaturalem, ergo ut sic est causa principalis talis actus. Respondeo nego maiorem, si intelligatur de immanentia, & inhærentia immediata ad subiectum principale, solum enim vera est de immanentia mediata, præcipue in Thomistarum vera sententia, quæ existimat substantiam non esse immediate operantem, non ergo ex immanentia actus charitatis immediata in voluntate sequitur voluntatem esse causam principalem amoris: solum enim infertur recipi immediate, tanquam in ratione agendi, & patiendi, quæ utitur Angelus, aut homo; voluntas enim cum sit ratio efficiendi immanenter, non solum est actiuum, sed etiam passiuum actionis immanentis, ut talis est, & in hoc argumento adverte Albeldam confundere rationes agendi principales, & principales causas in quo fallitur sine dubio.

994.

Tertiò arguit actus supernaturales procedunt efficienter à nostris potentiis naturalibus vitalibus, & non solum à potentiis supernaturalibus, sed potentia naturales respectu suorum actuum ad quos vitaliter concurrunt non sunt rationes agendi instrumentales, sed principales: ergo, &c. Respondeo concedendo maiorem, & negando minorem, aliud enim est effectum procedere efficienter ab aliquo principio: aliud hoc principium esse causam principalem illius effectus: voluntas ergo, & quælibet naturalis potentia est principium formale à quo procedit effectus, non tamen est causa principalis illius. Ad explicationem, quam asserit de sumptam ex eo, quod Deus potest uti mea loquutione ad suscitandum mortuum, ubi mea loquutio non se habet vitaliter, dicam in responsione ad rationes asseriti secundi. Tertium, & quintum argumentum fundatur in moriis veris, & quæ nos admittimus, & ut vidimus tertium grauer præmit Suarium, & alios, nihil ergo contra nostram sententiam.

995.

Assertum secundum probat primò, implicatio est quod vitalitas visionis procedat ab intellectu nostro, tanquam à causa instrumentali; quia hoc est contra naturam agentis vitalis, seu potius contra diffinitionem actionis vitalis, cuius natura, & essentia in eo sita est; quod procedat à principio intrinseco: ergo etiam supernaturalitas visionis debet procedere ab intellectu nostro, tanquam à causa principali, ne ab eadem causa sit influxus principalis, & instrumentalis. Respondeo, miror virum excellentis, & ingenij, & genij, hoc argumento conuictum ad asserendum implicare contradictionem, quod de facto toties contingit, quoties elicitur actio vitalis virtute, & ratione potentia naturalis, & supernaturalis, tunc enim actio vitalis est à potentia, & cum non possit esse ab illa tanquam à causa princi-

pali, ut monstrauius, necessariò erit ab ea, ut ab instrumento vnito, & coniuncto, & hoc non est implicatio, esset tamen repugnans, & implicatorium, quod causa vitalis sumeretur à Deo ad realiter influendum tanquam instrumentum: quia actio vitalis non potest esse aliena à principio vitali; si autem esset instrumentum, & eleuaretur à Deo ad actionem vitalem alterius causæ sequeretur actionem illam esse propriam & alienam principio efficiendi, propriam; quia est actio vitalis, alienam; quia non est actio instrumenti, quod dicitur eleuari; sed illius causæ, quæ utitur potentia, seu causa vitali. Explico. Assumat Deus potentiam nutritiuam hominis, quæ vitalis est ad producendum intellectum Angelicam, ad quam Angelus concurrat, sine dubitatione vlla sequeretur implicatio; supponimus enim nutritiuam facultatem suo modo concurrere, scilicet vitaliter, tunc actio, seu intellectio producta esset nutritiuæ potentia: propria, & aliena; propria quia vitalis est; aliena quia potentia nutritiuam non est capax intellectiois; summatim & breuiter dico, implicat potentiam vitalem assumi, ut instrumentum à Deo ad vitalem actionem, & necessarium est esse instrumentum propriissimum actionis vitalis, cuius est principium naturale quo, & doctus Albelda dum hæc non considerat fallitur euidenter. Secunda ratio quæ intendit hanc implicationem, est contra Arrubam peculiariter, nihilque efficit contra nostram sententiam, ideo illam, nec diluo, nec propono.

\*\*\*

## DISPUTATIO XVIII.

*Vtrum virtus susceptiua Verbi diuini in sacra Deipara fuerit solum potentia obedientialis passiuæ.*

**H**æc disputatio à nobis constituitur ad germanam intellectionem verborum Damasceni, quæ ex libro 3. de fide, capite 2. non semel in hac vestigatione retulimus, illa verò sunt hæc: *Quocirca post sanctæ Virginis assensum iuxta Domini sermonem ab Angelo prelatum Spiritus sanctus in eam superuenit, eam lustrans, vimque ei tum ad suscipiendum Verbi Deitatem, tum ad gignendum suppeditans.* Vel ut habet vulgarior translatio apud diuum Thomam & Scholasticos, vim susceptiuam Verbi, & generatiuam, &c. Difficultas igitur est, an hæc vis Deitatis susceptiua in sacra Deipara in ordine ad Christi Dei & hominis generationem sit solum potentia obedientialis passiuæ rebus omnibus innata, an verò sit aliqua forma realis superaddita secundum substantiam supernaturalem, eo modo quo secundum sententiam diui Thomæ prima parte, quæstione decima secunda, articulo quinto, quem fere omnes sequuntur ad visionem diuine essentia, quatenus est

996.

Damas.

S. Thom.

species intelligibilis non sufficit potentia obediens passiva intellectus, sed requiritur lumen gloriæ, quod formaliter reddit intellectum unibilem immediate essentia diuinæ, quod antea non habebat, sed illi superaccescit virtute luminis gloriæ conciliantis.

SECTIO I.

Scoti sententia.

997. Scot. Hanc controuersiam solus attigit Scotus 3. distinct. 4. quæst. vnica, quamuis illam non tractet ex professo, ibi enim paulo ante §. sed hic est littera E, explicans locum Damasceni hæc scribit: Sed susceptiuam dedit in quantum erat generatiua Verbi, sicut enim natura ad quam ut ad terminum formalem erat, ista generatiua tantum erat in potentia obediens, ut vniretur Verbo, ita illa materia tantum habuit potentiam obediens, ut esset Mater Verbi, per hoc enim erat Mater Verbi, quia Verbum subsistebat in illa natura sibi vnica. Quibus verbis videtur asserere potentiam susceptiuam Verbi in beatissima Virgine, nihil addere supra potentiam obediens passiuam, in quam explanationem conatur Choquetus libro 3. de origine gratiæ, disputatione 3. capite 2. adducere sanctum Thomam 3. d. 3. quæstione 2. articulo 1. ad r. ubi declarat Damasceni locum, & fortasse tuebuntur qui affirmant nihil inadæquatum etiam potentia obediens passiuæ, ut recipiat formas supernaturales, ac proinde ad visionem beatificam necessarium non esse lumen gloriæ, ut recipiatur in intellectu beati. Quam opinionem latè deducit Ripalda de ente supernaturali disputatione 26. sectione 2. & sectione 3. 998. Er cuiuscumque sit hæc sententia primò, & efficaciter argumento quod tetigit Scotus, potentia susceptiuam Verbi in sacra Deipara est eadem cum illa, quæ influit in humanitate Christi Domini, ut vniretur illi Verbum diuinum; sed hæc fuit potentia obediens passiuæ; ergo virtus susceptiuam Verbi in sacra Deipara fuit solùm potentia obediens passiuæ: consequentia probatur, quia maior vnio est inter humanitatem Christi Domini, & personalitatem diuinam, quàm inter sacram Deiparam, & Verbum, si ergo ad priorem quæ excellentior est sufficit obediens potentia sine alio superaddito à fortiori sufficit, ut Virgo sacrata suscipiat Verbum diuinum. Minor verò probatur primò auctoritate Angelici Doctoris qui 3. parte, quæstione 7. articulo 13. comparans vnionem hypostaticam cum gratia habituali in prioritate absolūtè docet vnionem esse priorem natura, & comparari ad gratiam, sicut ad effectum; vnde non potuit præparari per gratiam habitualem ad vnionem hypostaticam, cum hæc fuerit illius causa. Secundo probatur etiam minor rationibus quas affert Suarez 1. tomo in 3. parte, disputatione 10. sectione 2. prima quia vt substantia propria vniretur humanitati Christi non fuit necessaria aliqua dispositio præparans humani-

tatem, ergo neque vt vniretur personalitati Verbi diuini. Secunda quia vt humanitas perficeretur aliqua accidentali perfectione necessarium erat quod esset subsistens, non ergo potuit præparari, vel eleuari ad substantiam. Hac vtitur Scotus 3. distinctione, 2. quæstione 2. versiculo. Præterea illa gratia vtuntur etiam Thomistæ. Tertia, quia hæc dispositio non potest esse gratia habitualis, neque alia fingi potest aptior, non enim Christi humanitas fuit Verbo vnita, quia habuit gratiam habitualem, sed potius e contra, ideo habuit gratiam habitualem: quia fuit vnita Verbo diuino iuxta illud Ioannis 1. Vidimus gloriæ eius gloriæ quasi vnigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis. Quarta, quia ad vnionem hypostaticam non solùm fuit præparanda anima, sed etiam & corpus Christi, non potest autem excogitari quæ forma corpus redderetur unibile Verbo si illud ex se non habebat, quæcunque enim dicatur ita disponere erit inferioris ordinis, & mere naturalis. Et tandem quinta, quæ colligitur ex §. ad fundamentum, quia congruum fuit, vt omnis accidentalis influxus, sequeretur ad vnionem hypostaticam, vt sic Verbum diuinum esset fons totius bonitatis, quæ reperitur in Christi Domini humanitate. Probatur tertio eadem minor ratione qua vtitur Vasquez primo tomo, in tertia parte, disputatione quadagesima prima, capite secundo. Gratia habitualis qua media præpararetur & eleuaretur anima Christi ad vnionem hypostaticam non potest donari nisi intuitu vnionis, tanquam quid consequens illam, non accidens, alias intelligeretur dari solo affectu adoptionis, & consequenter ille homo per illam constitueretur Filius Dei adoptiuus, quod nulla ratione est dicendum, vnde gratia habitualis non potest intelligi prius donata quam esset vnita, alias si ante vnionem illam haberet, posset mereri vnionem ad Verbum, & incarnationem, ille homo filius adoptiuus, vt ex Augustino Patre dicit se probasse disputatione 21. 999. Valq. Probatur quartò eadem minor argumentis Scoti 3. d. 2. q. 2. §. contra hoc arguo primò, qui contra sanctum Bonauenturam ibidem dist. 2. quæst. 7. ex art. 3. arguit primò, si natura humana non terminaretur in instanti assumptionis Verbi diuini personalitate, terminaretur substantia propria, sed tunc non haberet gratiam habitualement; ergo neque ante assumptionem per Verbum diuinum, maior est certa ex art. 1. & consequentia est legitima, maior probatur, quia gratia est principium operandi saltem per habitus, principium autem operandi supponit modum essendi. Confirmatur, & explicatur, quia maior connexio est inter humanitatem, & propriam substantiam, quàm inter humanitatem, & illius accidentia; quia illud quod est alicuius in se, prius est quàm illud quod conuenit illi secundum accidens. Ex quo fit consequenter substantiam quæ conuenit humanitati secundum se esse priorem quocumque accidenti; & ex hoc fit vltterius ante vnionem hypostaticam solùm posse præcedere in humanitate Christi Domini potentiam obediens passiuam, non vero aliquod accidens eleuans, & præparans illam potentiam. Secundo probat tertia vel secunda ratione, quam ex Suario proposui. 1001. Secundo principaliter probatur, potentia obediens passiuæ sufficiens est, vt sacra Deipara posset suscipere Deum hominem; ergo non fuit necessaria alia forma qua eleuaretur ad tam mirabilem susceptionem consequentia est euident, & antecedens probatur, quia non obstante improportione reperta inter potentiam obediens passiuam, & habitum gratiæ, iste recipitur immediate in potentia obediens quin sit necessarium superaddatur illi alia forma, alia habitio esset in infinitum, & confirmatur, quia reciperem supernaturalem non dicit efficientiam aliquam, sicut causate efficienter supernaturalem effectum, non igitur necessaria est forma, qua eleuaretur potentia obediens passiuæ Virginis Deiparæ. 1002. Tertio probatur, quia explicari non potest quid sit illud per quod eleuata fuit potentia obediens, vt esset susceptiuam Verbi diuini, principio enim quacumque eleuatione facta semper manebat improportionata, & incapax potentia passiuæ: Deinde forma illa non esset gratia habitualis, nec spiritualis aliqua qualitas, cum subiectum illius necessario futurum esset corporeum. Tertio, non potest fingi corporea, quia aut esse susceptiuam Verbo, aut rationem proximam Deum hominem suscipiendi conueniret illi ex propriis principiis, aut per eleuationem; hoc secundum est impossibile, imò & intelligi non potest, & secundum rerum naturas primum est impossibilius, daretur enim creatura, quæ diceret ordinem intrinsecum ad incarnationem, imò & illam expeteret, & causaret, dispositio enim causat effectum ad quem disponit, vel illum naturaliter perit, vt calor disponens ad formam ignis. 1003. Dicendum tamen est primo virtutem susceptiuam in sacra Deipara ad Christi Domini generationem addere super potentiam obediens passiuam facultatem supernaturalem realiter distinctam, quæ fuit illi ratio formalis suscipiendi Verbum diuinum, ac proinde hominem Deum. Hanc assertionem nullus Theologorum expressit, sed necessario amplectuntur illam ex antiquioribus Alexander Alensis 3. p. quæst. 7. membro 2. art. 1. & quæst. 11. membro, 1. & quæst. 12. membro 1. art. 1. Bonauentura 3. d. 2. quæst. 1. & 2. quatenus asserunt humanitatem Christi Domini præparatam fuisse habituali gratia, quæ illi fuit ratio formalis, quæ proximè constituta fuit unibilis proxime ad Verbum diuinum; sequuntur Richardus, Paludanus Gabriel Cartusianus, Marcellus, Vasquez.

quatenus 3. quæst. 7. art. 12. cap. & ad secundum affirmat gratiam habitualement relata fuisse in Christo ad gratiam vnionis sicut ad finem, ex quo videtur colligi ipsam gratiam præcessisse vnionem tanquam dispositionem præparantem humanitatem Christi Domini, & quæst. 8. art. 5. ad 3. docuit gratiam habitualement dici posse gratiam vnionis prope facit congruitatem quandam ad vnionem, & expressius Magister, qui vt refert Gabriel 3. d. 2. quæst. vnica non posse fieri (dixit) vt excellentissimus, & supremus Spiritus vnatur singularissima vnione cum re imperfecta nisi mediante digniori participante se cum inimaginabili similitudine, sed neque dignum esse deformatam imaginem sumere nisi prius sit reformata; iuvat Scotus affirmans 3. disputat. 2. quæstione 2. §. quantum ad istam esse rationem recipiendi sicut est etiam & ratio agendi. Ex recentioribus verò sequuntur illam vnionem qui affirmant æqualem esse defectum virtutis naturalis passiuæ, ac actiuæ ad actus supernaturales, & æquali modo suppleri vtrumque defectum per formam supernaturalem in potentia passiuæ sicut suppletur in virtute actiuæ quacumque illa sit, ita expresse sentiunt Magister Loica, 1. 2. disput. 31. membro 1. Cabrera 3. p. quæst. 9. art. 2. disput. 8. conclusionem 3. Salas 1. 2. quem refert Ripalda disput. 26. numero 10. & reputat probabilem Suarez 1. p. art. 1. lib. 2. cap. 15. numero 27. & ratio est manifesta; quia maior est improportio inter potentiam passiuam, & diuinum Verbum, quam inter illam & actus supernaturales, si ergo ad hos recipiendos suppletur defectus potentia passiuæ, à fortiori supplebitur ad suscipiendum Verbum diuinum potentia obediens passiuæ in sacra Deipara. Et præterea necessario hanc conclusionem sequuntur quicumque affirmant lumen gloriæ requiri vt essentia diuina vnatur intellectui creato, vt forma intelligibilis in ordine ad eligendam visionem beatam. Id vero constantè docent cum sancto Thoma 1. p. quæst. 12. art. 4. Caietanus R. Cumel, Banez Ledesma, Albelda, & nouissime Carmelitæ Complutenses, estque communis sententia contra Vasquez 1. p. disput. 43. cap. 3. eamque sequitur Franciscus Suarez 1. p. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 15. numero 22. quidquid in contrariam sententiam illum adducere conetur, Valentinus Etice, ad illum articulum disput. 48. cap. 2. numero 23. Et ratio est clarissima, si enim ad suscipiendam diuinam essentiam intentionaliter, & intelligibiliter requiritur vt præparatur intellectus per lumen gloriæ, iure maiori præparanda erat potentia passiuæ sacra Deiparæ ad suscipiendum realiter Verbum diuinum. Quam rationem vrgebimus si probemus primum ex sanctis Patribus nostram assertum. Antesignanus est Damascenus, qui verbis relatis in principio disputationis illam expressit, quæ non est necessarium repetere, clarissima enim cum sint, obsecrant illam interpretationes varis quas alibi referauimus, sed intelligenda

SECTIO II.

Vera sententia.

1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1388. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1398. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1407. 1408. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1417. 1418. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1427. 1428. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1438. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1447. 1448. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1458. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1467. 1468. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1477. 1478. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1488. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1496. 1497. 1498. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1506. 1507. 1508. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1516. 1517. 1518. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1527. 1528. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536. 1537. 1538. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1547. 1548. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1606. 1607. 1608. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1617. 1618. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1666. 1667. 1668. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1677. 1678. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1686. 1687. 1688. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1697. 1698. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983. 1984. 1985. 1986. 1987. 1988. 1989. 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995. 1996. 1997. 1998. 1999. 2000. 2001. 2002. 2003. 2004. 2005. 2006. 2007. 2008. 2009. 2010. 2011. 2012. 2013. 2014. 2015. 2016. 2017. 2018. 2019. 2020. 2021. 2022. 2023. 2024. 2025. 2026. 2027. 2028. 2029. 2030. 2031. 2032. 2033. 2034. 2035. 2036. 2037. 2038. 2039. 2040. 2041. 2042. 2043. 2044. 2045. 2046. 2047. 2048. 2049. 2050. 2051. 2052. 2053. 2054. 2055. 2056. 2057. 2058. 2059. 2060. 2061. 2062. 2063. 2064. 2065. 2066. 2067. 2068. 2069. 2070. 2071. 2072. 2073. 2074. 2075. 2076. 2077. 2078. 2079. 2080. 2081. 2082. 2083. 2084. 2085. 2086. 2087. 2088. 2089. 2090. 2091. 2092. 2093. 2094. 2095. 2096. 2097. 2098. 2099. 2100. 2101. 2102. 2103. 2104. 2105. 2106. 2107. 2108. 2109. 2110. 2111. 2112. 2113. 2114. 2115. 2116. 2117. 2118. 2119. 2120. 2121. 2122. 2123. 2124. 2125. 2126. 2127. 2128. 2129. 2130. 2131. 2132. 2133. 2134. 2135. 2136. 2137. 2138. 2139. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2145. 2146. 2147. 2148. 2149. 2150. 2151. 2152. 2153. 2154. 2155. 2156. 2157. 2158. 2159. 2160. 2161. 2162. 2163. 2164. 2165. 2166. 2167. 2168. 2169. 2170. 2171. 2172. 2173. 2174. 2175. 2176. 2177. 2178. 2179. 2180. 2181. 2182. 2183. 2184. 2185. 2186. 2187. 2188. 2189. 2190. 2191. 2192. 2193. 2194. 2195. 2196. 2197. 2198. 2199. 2200. 2201. 2202. 2203. 2204. 2205. 2206. 2207. 2208. 2209. 2210. 2211. 2212. 2213. 2214. 2215. 2216. 2217. 2218. 2219. 2220. 2221. 2222. 2223. 2224. 2225. 2226. 2227. 2228. 2229. 2230. 2231. 2232. 2233. 2234. 2235. 2236. 2237. 2238. 2239. 2240. 2241. 2242. 2243. 2244. 2245. 2246. 2247. 2248. 2249. 2250. 2251. 2252. 2253. 2254. 2255. 2256. 2257. 2258. 2259. 2260. 2261. 2262. 2263. 2264. 2265. 2266. 2267. 2268. 2269. 2270. 2271. 2272. 2273. 2274. 2275. 2276. 2277. 2278. 2279. 2280. 2281. 2282. 2283. 2284. 2285. 2286. 2287. 2288. 2289. 2290. 2291. 2292. 2293. 2294. 2295. 2296. 2297. 2298. 2299. 2300. 2301. 2302. 2303. 2304. 2305. 2306. 2307. 2308. 2309. 2310. 2311. 2312. 2313. 2314. 2315. 2316. 2317. 2318. 2319. 2320. 2321. 2322. 2323. 2324. 2325. 2326. 2327. 2328. 2329. 2330. 2331. 2332. 2333. 2334. 2335. 2336. 2337. 2338. 2339. 2340. 2341. 2342. 2343. 2344. 2345. 2346. 2347. 2348. 2349. 2350. 2351. 2352. 2353. 2354. 2355. 2356. 2357. 2358. 2359. 2360. 2361. 2362. 2363. 2364. 2365. 2366. 2367. 2368. 2369. 2370. 2371. 2372. 2373. 2374. 2375. 2376. 2377. 2378. 2379. 2380. 2381. 2382. 2383. 2384. 2385. 2386. 2387. 2388. 2389. 2390. 2391. 2392. 2393. 2394. 2395. 2396. 2397. 2398. 2399. 2400. 2401. 2402. 2403. 2404. 2405. 2406. 2407. 2408. 2409. 2410. 2411. 2412. 2413. 2414. 2415. 2416. 2417. 2418. 2419. 2420.

genda esse de virtute susceptiva superaddita potentia obedientiali sacra Deipara monstrant euidenter illa verba priora: *Quocirca post sancta Virginis consensum iuxta Domini sermonem ab Angelo prolatum Spiritus sanctus in eam superuenit eam lustrans, &c.* In quibus ponderandum est asseruisse Damascenum post consensum Virginis, & secundum Angeli sermonem superuenisse Spiritum sanctum, ut lustrans eam vim ei redderet susceptivam Verbi vique distinctam a potentia obedientiali passiva; hanc enim superueniens non dedit Spiritus sanctus: illam enim iam habebat Virgo sanctissima innatam, sicut & alia creatura, & quidem Damasceno est dignum asseruisse virtutem Altissimi obumbrasse Mariam, & Spiritum sanctum superuenisse in eam, ut daret illi vim passivam obedientialem, quam etiam quaecunque femina tunc habebat, atque ita prater Chlictoueam illius fidum interpreter intellexit Damascenum Magister 3. d. 4. qui ex illius sententia ait Spiritum sanctum potentiam generandi absque viri femine in Virgine preparasse, at preparate non est reducere ad actum, ut male explicauit Choquetus, sed conferre illi virtutem ad susceptionem, & generationem Verbi diuini; non enim sapienter loqueretur, qui ut diceret intellectum reductum de potentia ad actum in visione beatifica affirmasset illam preparatam a Deo lumine gloriae; visio enim elicitur post intellectum eleuatum, & preparatum, ac proinde constitutum in actu primo; vnde etiam si Damascenus illo verbo vteretur nihil fieret quod iuaret Choquetum. Magister vero ut confirmet suam explicationem affert Augustinum Patrem, qui de fide ad Petrum cap. 2. hac protulit: *Cui collata est potentia nouo modo generandi, &c.* Tunc vero non est collata potentia generatiua, neque naturalis, neque obedientialis; constat ergo ex Damasceni sententia prater potentiam naturalem, & obedientialem Virginem habuisse supernaturalem potentiam ad suscipiendum Verbum diuinum.

Magister.

August.

1007. Bern.

Secundus sit sanctus Bernardus qui sermone de beatissima Maria hanc formam ad suscipiendum Verbum diuinum in beatissima Virgine hoc modo explicauit: *In hac habitauit Pater, & Filius ut Creator in mundo, imperator in Regno; Pater-familias in domo, Pontifex in templo, sponsus in Thalamo; prius enim Altissimus sibi eam quasi mundum specialissimum creauit.* Quae verba non solum intelligenda sunt de perfectionibus spiritualibus, sed etiam de corporalibus; dicitur enim Maria sanctissima mundus, regnum, domus, templum, thalamus, non propter Deum inhabitantem spiritualiter, sed etiam, & praecipue: quia in illius beatissimo vtero carne induta habitauit sapientia increata.

1008. Richel.

Tertius sit Dionysius Richelius, qui lib. de dignitate Mariae art. 13. clarius expressit hanc veritatem: *In Matris igitur vtero Maria sancta fuit eo abundantius quo pra. famulij veneranda existit. At vero tam excellenti puritate venusta erat, & existit puellaris caro, ut eam superstanti Diuinitati vniri dignum esset, ideoque ab omni prorsus macula praeseruanda fuerat, qua*

tanto ministerio congrueret. Vbi per venustatem carnis puellaris intelligit susceptiuam potentiam, ut in carne sua splendens diuinitas vniretur carni, quis vero affirmer appellari a tanto Theologo potentiam obedientialem venustatem quae reddit dignam Mariam sanctissimam, ut Verbum susciperet, profecto si Dionysius non intellexit aliquid aliud per venustatem carnis quam obedientialem potentiam nulla est femina cuius caro non sit venusta, & digna, ut illi vnatur Verbum diuinum.

Quartus sit Abbas Guarricus qui sermone 1. de Annuntiatione dum tractat illud: *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, ita proloquitur. Mihi sane mirari magis modo libet illud tam preciosum, imo imprecabile Virginis castimonia ebur, de quo sibi sedem facere delegit, qui sedet super Cherbim, & infra: Quam nitidum ebur illud, quod oculis tanti, tamque diuinitis Regis placuit, in cuius diebus argentum nullum est praeterquam candidum simul, & rubicundum, quod candor lucis aeterna, ignisque Spiritus sancti vniversa sua plenitudine repleuit.* Quo testimonio Abbas Igniacensis se nolle tunc pulchritudinem spiritualemente Mariae diuinae considerare, sed summam munditiam carnis attendere, qua noua Spiritus sancti infusione preparata fuit illius caro, & potentia generatiua, & susceptiua ad suscipiendum proxime infitum Verbum.

1009. Abbas.

Quintus sit Amedeus Laufanensis Episcopus homilia 3. de laudibus Virginis hac scribens: *Descendit in vterum Virginis, vterum impollutum, immaculatum, consecratum, manu vnctionis diuinae, ubi nomine consecrationis intelligit procul dubio supernaturalem rationem suscipiendi Verbum diuinum, qua consecrata fuit Virginis sanctissima caro ad tantam sublimitatem, & ne tunc plures referamus, Patres hanc formam supernaturalem additam potentia obedientiali significant, quotquot affirmant carnem Deiparae esse sanctam, vterum immaculatum, vterum purissimum, Virginem oppignoratam dum fieret, quos in magno numero recensimus vestigatione secunda, ubi ex professo probandum in Virgine sanctissima esse sanctitatem corpoream, qua digna habita fuit, ut esset Mater Dei.*

1010. Amedeus.

Ratione vero ostenditur conclusio, primo illaque desumpta ex Alensi, quae potest ad hanc formam reduci: Virgo beatissima in illo priori; in quo intelligebatur in potentia proxima ad suscipiendum Deum, & hominem habuit potentiam obedientialem eleuata ad ordinem diuinum, aut non habuit, sed solum naturalem potentiam in ordine ad Deum, ut Dominum, qualis in aliis feminis reperitur ad generationem: si dicatur primum addita est illi potentia susceptiua Verbi distincta a potentia obedientiali, quod est conclusionis intentum, si vero non habuit sequitur manifestum absurdum scilicet Virginem sanctissimam non magis praeventam fuisse ab Spiritu sancto, ad Verbi incarnationem, quam quaelibet alia virgo incorrupta, neque fuisse preparatam, ut caro illius esset caro Verbi diuini, sed sine vilo ornatu, & dispositione corporea assumptum, ut esset Deipara, quod est contra communem sensum sanctorum Patrum, & Ecclesiae assertentium puritatem, munditiam, & sanctitatem vteri

1011.

vteri virginialis, quae neque a gratia spirituali prouenire potuerunt, neque aliquid conferre gratia habitualis ad conceptum corporeum, ut saepius notauimus cum Virgo concipere posset lege absoluta, etiam si gratiam non haberet.

1012. Thomas.

Secundo probatur ratione qua vtitur Doctor Angelicus 3. contra Gentes, capite 53. ut probet intellectum creatum non posse videre Deum, quin aliqua diuina influentia eleuetur, quam ad hanc materiam sic applico, implicat perfectionem propriam rei alicuius in altera reperi nisi in se habeat participatam aliquam similitudinem rei illius cui propria est illa perfectio, sed suscipere in se Verbum diuinum genitum est perfectio propriissima Patris aeterni; ergo nulli alteri potest communicari, nisi habeat participatam aliquam similitudinem illius perfectionis. Tunc ultra, sed beatissima Virgo habuit potentiam susceptiuam Verbi diuini: ergo habuit aliquam similitudinem virtutis diuini Patris, ut filium susciperet; ergo addita est potentia obedientiali ratio suscipiendi Verbum diuinum: quia haec magna sublimitas, & nobilissima receptio. Priorem discursum negauit vllus Thomista, & ex aliis multi illo vruntur, ut probent necessitatem luminis gloriae, tum ad efficiendam visionem, tum ad recipiendam diuinam essentiam vnitam in ratione speciei intelligibilis, quam diuus Thomas asseruit esse maximam sublimitatem; consequentia vero posterioris discursus probatur euidenter: quia obedientialis potentia non est similitudo potentiae Patris receptiuae. Haec enim necessario debet esse aliquid formaliter supernaturale, sicut omnes aliae participationes esse diuini; potentia autem obedientialis non est formaliter supernaturalis; & praeterea sanctus Doctor videtur supponere hanc influentiam, seu eleuationem debere esse talem, quae participetur ab ipsa re, quae eleuatur; nullus vero dicit potentiam obedientialem esse participationem similitudinis diuinae, neque esse formam, aut rationem eleuantem naturam: potius enim est ratio identitatis quam eleuatur creatura ad illud, quod non implicat contradictionem, & haec ratio adeo est efficax, ut existimem hanc virtutem passiuam propter illam concessam a D. Th. 3. part. quaest. 33. art. 4. inter explicandum locum Damasceni in responsione ad primum. Confirmarique potest duabus aliis rationibus, quae loco citato ex 3. contra Gentes affert sanctus Thomas, & explicat Ferrara.

S. Thom.

1013.

Et explicatur amplius; potentia enim generatiua sacra Deiparae in ordine ad Deum hominem concipiendum fuit participatio formalis potentiae generatiuae Patris diuini, quae non solum dicit efficaciam & virtutem substantialem ad producendum filium, sed etiam ad illum suscipiendum; ut de se est manifestum; cum ergo vi illius sit in Virgine facultas ad generationem Verbi diuini, necessum est reperiri etiam in illa quidquid requiritur ad hanc generationem, eo modo quo participari potest a creatura generante Deum, & cum necessaria omnino sit potentia receptiua in potentia generatiua Patris diuini; haec necessario

etiam communicanda fuit sacra Deiparae.

1014.

Tertio probatur, ut vnatur diuina essentia intellectui beati in ratione speciei intelligibilis, & hoc modo illam recipiat prater obedientialem potentiam, necessarium est lumen gloriae, ut eleuet, & praeparet intellectum ad tantam sublimitatem, ergo ut Verbum diuinum suscipiatur in vtero Virginis necessaria est forma aliqua superaddita obedientiali potentiae, quae sit ratio suscipiendi Verbum diuinum. Antecedens supponitur ex sententia diuini Thomae, & consequentia probatur a paritate rationis, imo vrgentior videtur esse in beatissima Virgine necessitas eleuationis, quam in intellectu beati respectu essentiae diuinae, vno enim haec est intentionalis solum: vnatur enim diuina essentia, ut forma intelligibilis, ac vero vno inter Verbum hominem est vno realis, imo & identitas quaedam fuit propter quod dixit Damianus, serm. 1. de Virginis natiuitate: *Quarto modo vnatur vnatur creaturae, videlicet Mariae Virgini identitate, & pauca interpositis: Habuit Deum in Virgine, habitauit cum illa, cum qua vnatur natura habet identitatem.* Res enim margini inscripsit Theologus, & aliquis, at quae Virginis praeconia in immensum auget filius, idem est cum illa, & merito quidem, confluunt enim Mater, & filius dum est in vtero in vnum quasi suppositum, & pro vna persona reputantur in iure; arctissimum enim vinculum necit vtumque, & si fas est dicere, veluti mediate vnatur Verbum diuinum carni virginea, quatenus Christi Domini caro Virginis carni, est contigua, & continua; quo enim modo si ita non fieret factus a Matre in vtero alimenta acciperet, ut docent filij medicorum. Illud dalciter considerari potest et in formatione factus diuini Spiritus sanctus superuenit carnem filij a purissima carne Matris, an vero carne non diuisa, sed integra facta fuerit vno diuinae personalitatis ad carnem ipsius Virginis, cum res tanta instantanee fuerit peracta; hoc vltimum videntur praefere verba Cardinalis, quod si ita res diuina, & incarnatio contingit, mira in vtero identitas fuit; inter Matrem, & Filium, qualis non potest esse in beatitudine intellectus illustrati lumine gloriae cum diuina essentia, ut est illi speciei intelligibilis.

Thom.

Damian.

SECTIO III.

*Qua in his difficultatibus sancti Thomae sententia? & noua opinio de vnitate humanitatis ad Verbum.*

1015.

Agimus tres controuersias in Theologia grauissimas. Prima an potentia susceptiua Verbi diuini in sacra Deipara fuerit solum potentia passiva, an aliquid ei superadditum. Secunda an diuina essentia vnatur intellectui beati, ut species intelligibilis mediante, ut praenota dispositione lumine gloriae. Tertia an vno hypostatice facta fuerit media gratia habituali, tanquam dispositione necessaria, ut humanitas vniretur Verbo diuino. Et licet infinitis inter referendas alias sententias, &

nostram proponendam, quid senserit sanctus Thomas, tamen id non tractauimus ex professo, cum id dubio procul sit operæ pretium. Et quidem quantum attinet ad primam difficultatem sentio certissimum Angelicum Doctorem in nostra fuisse sententia, quia 3. p. quæst. 33. art. 4. ad primum consentit sententiæ Damasceni assentis post consensum Virginis tubuisse illi Spiritum sanctum virtutem susceptiuam, quod de obedienciali potentia non potest intelligi. Tum vel maxime propter rationem desumptam ex 3. Contra Gentes c. 5. qua frequenter utitur D. Sanctus tanquam necessaria demonstratione, quem in hoc imitantur vniuersi illius discipuli.

1017. D. Angelic. Caietan. Cumel. Banez. Nazarius. Albelda. Carmelita. Molina. Suarius. Erice.

Quantum vero attinet ad secundam controuersiam, quam late tractant Recentiores ad 1. p. quæst. 12. art. 5. disputantes de muneribus luminis Gloriæ constans est omnium consensus sanctum Thomam docuisse requiri lumen gloriæ vt dispositionem ad hoc quod essentia diuina vniatur intellectui, vt species intelligibilis, quam veritatem probat Angelicus Doctor ratione illa quam desumpsimus ex tertio contra gentes, & frequenter illum ita intellexere ad illum articulum quæst. 12. Caietanus, R. Cumel, Banez, Nazarius, Albelda, Collegium Carmelitanum Salmanticensis, imo & exteri alij, vt Molina, Suarius Erice quæ sententia licet difficultate non careat, quia obscurum est ad explicandum in quo consistat illa vnio, & forte nullus adhuc illam declarauerit illiusque monstrauerit essentiam, tamen omnino constat fuisse propriam mentis sancti Doctoris, nec mirum est enim res abstrusissima, & quam M. Cumel pro sua pietate dixit esse modeste tractandam, & meo iudicio facilius multo explices in quo consistat vnio hypostatica Verbi ad humanitatem, quam declares quamam sit vnio illa essentia, vt species intelligibilis, si non ita excellens procul dubio mirabilis, & mihi semper fuit difficilior, quia si semel asseratur speciem intelligibilem determinare intellectum indifferenter ad obiecti cognitionem, non vero ad illam efficienter concurrere, quod docent multi Thomistæ, & eorum Princeps R. Magister Cumel reputat probabile; essentia diuina non videretur necessarium vniatur vt species intelligibilis. Quod amplius ita declaro, ex vi luminis gloriæ intellectus sacræ Deiparæ determinatus est ad videndum clare diuinam essentiam, non ergo necessaria est illa vnio in ratione formæ intelligibilis, consequentia est efficax seclusa obiecti efficientia, & admissa sola determinatione intellectus, & antecedens ostenditur, quia ex vi luminis gloriæ determinatur intellectus ad visionem claram Dei, ita vt si sit influxus diuinus, & manus statim oriatur visio beatifica, alia enim efficientia non est necessaria, vt facile patebit. Propter hanc rationem existimo non satis consequenter loqui, qui asserunt essentiam diuinam vniari, vt speciem intelligibilem, & tamen non concurrere efficientia reali ad visionem beatificam; & existimo sanctum Thomam vtrumque docuisse propterea quæ dixisse. Suarium citatum munus vniendi ip lumine gloriæ non

Cumel.

esse distinctum à munere efficiendi eiusdem, & merito dici posse lumen esse dispositionem ad vnionem specialem essentia diuinæ vt formæ intelligibilis cum intellectu beati; Hæc attuli vt constet quo fundamento hac ratione petita ab essentia diuina, & lumine, nostram ostenderimus conclusionem, quam volumus de mente Doctoris Angelici.

Circa tertiam difficultatem maior potest esse dubitatio de mente Diui Thomæ aliquando enim asserit vnionem hypostaticam esse priorem gratia habituali, quia hæc est illius effectus, vt 3. p. quæst. 7. art. 13. aliquando ordinari gratiam habituaalem ad vnionem tanquam ad finem, quod indicat prioritatem gratiæ habitualis, vt quæst. eadem art. 12. c. ... Et ad secundum; Deinde quæst. 29. de veritate art. 2. docet gratiam habituaalem esse congruam dispositionem ad vnionem hypostaticam, quod latius deducit 3. d. 2. quæst. 2. art. 1. quæst. 1. quod intelligi non potest nisi sit dispositio antecedens ipsam vnionem hypostaticam, & si ita intelligatur sanctus Doctor procedunt contra illum rationes, quibus quæst. illa 7. art. 13. probat gratiam habituaalem esse posteriorem vnione hypostatica, quas esse efficaces ad hoc ostendendum, & sibi probari fatetur Durandus, quis 3. d. 2. quæst. 3. illis utitur, & illam quæstionem verbis, sententiis, & rationibus Diui Thomæ componit. Præterea erigo Caietanum iudicauit sanctum Thomam 3. p. retractasse sententiam, quam quæstionibus de veritate, & in 3. sententiarum docuerat.

1018.

Durandus. Caietan.

Sed quidem Angelicum Doctorem semper fuisse constantem merito contendit Granado controuersia 1. de incarnatione art. 4. disput. vltima sect. 2. cui ergo libenter subscribo, sed dum testimonia sibi aduersantia considero illud venit in mentem an Doctor Angelicus in illis de eadem habituali gratia loquatur, an vero de diuersis gradibus gratiæ habitualis, & existimauerit aliquos gradus gratiæ antecessisse vnionem hypostaticam alios vero illam esse consequutos, & illis prioribus humanitatem esse dispositam ad vnionem hypostaticam antecedenter prioritate naturæ, hos vero posteriores fuisse effectus illius priores ordinari ad vnionem tanquam ad finem, quod docuit q. 7. art. 12. posteriores autem respicere tanquam proprietates consequentes vnionem hypostaticam, quod expresse docuit eadem quæst. art. 13. non enim fieri potest quod nullo interposito articulo duas sententiæ extreme oppositas asseruerit D. Angelicus, & quam grauissime non vno loco docuit retractasse postremo, aut secum pugnantia dixisse.

1019.

Grenado.

Sed in hanc concordiam obiicit aliquis videri sine fundamento vllò non enim possunt assignari determinati gradus, qui sint præuiaz dispositiones ad vnionem hypostaticam & qui vt effectus consequantur ad illam, cui addi potest tantam gratiam requiri ad suscipiendam personalitatem verbi, in humanitate, quæta requiritur vt fluat ad vnionem hypostaticam, vel ad ornatum congruum humanitatis vel ad Christi Domini supernaturales functiones. At hoc telum facile deuoto. Nouit Deus quos gradus gratiæ exposulet humanitas, vt sit

1020.

vinibi

vnibilis, quos vt sit pulchra, & decora, efficacique ad operandum in verbo subsistens, illisque distribuit ad sua munera scientia infinita, earatione vt gradus priores effecerit solus Deus, posteriores vero fluxerint ab vnione hypostatica per resultantiam, & emanationem in nostra sententia, qui vniti fuerint in eodem instanti temporis indiuisibili perpetuoque permanserint in Christi Domini humanitate, ac proinde ex illis integra fuerit gratia habitualis, quam iuxta sapientissimum Dei consilium petebat humanitas vnienda Verbo diuino.

1021.

Verum statim exurges contra hanc solutionem, charitas enim, & virtutes supernaturales consequuntur necessario gratiam habituaalem, ubi cum illa sit, cum ergo in illo prioritate antecedenter ad vnionem hypostaticam in humanitate præcesserint priores illi gradus; consequetur illos charitas, & dona supernaturalia, & cum alij posteriores fluant ab vnione hypostatica, fluent etiam charitas, & dona, quæ cum gratia infunduntur, at hoc non videretur credibile. Sed neque nunc manus do. Primo quia, quæ dicebamus de gradibus gratiæ, applicari facile possunt gradibus charitatis, & aliorum donorum, & si primum probatur alicui, probabitur etiam secundum, vtrobique eadem ratio, vtrobique eadem difficultas. Secundo quia potuit Deus efficere quod ab illis prioribus gradibus gratiæ habitualis nulla efflueret charitas, nulla manerent dona diuina. Tertio vt res ita contigit quantum patitur hæc explicatio, quia cum hæc omnia vnico instanti temporis fuerint effecta in quo distinguere possumus plura instantia naturæ, emanatio charitatis, & donorum supernaturalium verè fuit à gradibus vtriusque, quia in eodem instanti temporis inhærebant humanitati, vnde potuerunt esse principium emanationis illorum donorum, & charitatis principium intelligitur prius natura, quam proprietates, atque adeo potest intelligi esse antequam proprietates intelligantur fluxisse, estque aliquis instantia (præter alias) in sacra Deipara, quæ in primo suæ conceptionis instanti se disposuit per proprios actus ad infusionem gratiæ habitualis, ita vt in eodem indiuisibili instanti temporis fuerit illius anima, intellectus, voluntas, fides, actus charitatis, & infusio gratiæ sanctificantis, qua præferuata fuit à peccato originali. Et in vnico instanti temporis plura instantia naturæ, & dispositiones præuiaz ad infusionem gratiæ, quas Virgo potuit continuare; non enim est necessarium, quod qui contritione, verbi gratia disponitur ad gratiam recipiendam finita infusione cesset à contritione, vel dilectione, qua disponebatur, sed liberè potest illam continuare, imo vt sentio, vt in plurimum res ita se habet, & post infusionem gratiæ dilectio, & contritio perseverant aliquo tempore, hæc propter Diuum Thomam vti nam placeant.

1122.

Verum de re ipsa, quæ difficilis, nunc ferendum iudicium, ego quacumque gradiar via, non auolare permitam ducem ac præceptorem meum semper affecla sum D. Thomæ & ex illius principis meam probo sententiam.

Verum non committam, nec ingeniosam præteream viam opinandi in difficultate proposita de vnibilitate humanitatis ad Verbum diuinum. Audiui enim non semel argutum nostræ familiæ Theologum, qui vt nouam lucem inferret huic obscuræ caligini asserbat in Christi Domini humanitate, & distinguebat triplicem gratiam. Primam vnibilitatis humanitatis ad Verbum, qua scilicet humanitas constituta fuit in actu proximo, & immediato capax personalitatis diuinæ. Secundam gratiam vnionis hypostaticæ, id est, nexum illum substantialem inter humanam naturam, & Verbi diuini subsistentiam; Tertiam gratiam habituaalem, quæ communis est omnibus iustis, & quidem duæ gratiæ posteriores cognitæ sunt omnibus Theologis; Primam vero videtur insinuare sanctus Thomas, dum loco citato ex 3. sententiarum absolute docet ex gratia habituali neque resultare vnionem, neque vnibilitatem humanitatis ad Verbum, His breuiter constitutis.

1123.

Asserbat primo humanitatem Christi Domini nulla ratione posse assumi à Verbo diuino, neque illi vniri in puris naturalibus, in hoc assero ducem vocabat Alensem & sectatores illius, & probabat primo ratione sancti Thomæ, quam sic applicabat. Naturam diuinam posse terminari subsistentia Verbi diuini, sicut & subsistentia Patris, & Filij est perfectio propriissima naturæ diuinæ: ergo hæc perfectio non potest communicari humanæ naturæ nisi superaddatur illi participatio aliqua & similitudo perfectionis illius, quæ reperitur in diuina natura, ita vt hæc participatio, & similitudo antecedit vt dispositio ipsam terminationem Verbi diuini. Et vltimus ergo humanitas Christi non potuit in puris naturalibus assumi à Verbo diuino. Deinde probat, quia ordo diuinæ sapientiæ postulat vt quæ maximè distant non vniantur nisi mediet aliqua dispositio, quæ minus distet ab vtroque extremo, vt constat in essentia diuinæ vnione mediante lumine gloriæ, neque curabat multum quæ ad hoc argumentum responderet Vasquez 3. p. disputatione 41. cap. 1. num. 3. quia sciebat esse contra sanctum Thomam & veritatem.

Alensis.

Vasquez.

Asserbat secundo charitatem & cætera dona supernaturalia nihil conferre ad vnibilitatem humanitatis ad Verbum, tum quia hæc sunt in potentiis animæ, atque adeo non possunt disponere humanitatem immediatè, & proximè ad vnionem, tum vel maximè, quia legebat apud S. Thomam de veritate quæst. 29. art. 2. argument. 5. non solum vnium Verbum diuinum animæ, sed etiam corpori, quod nulla ratione potest disponi per charitatem, & dona supernaturalia, quæ neque mediatè recipiantur in illo.

1024.

Asserbat tertio, gratiam habituaalem non potuisse esse medium, seu dispositionem antecedenter præparantem ad vnionem hypostaticam. In hanc conclusionem vocabat non inuitum sanctum Thomam, & respicebat Alensem, primo quia gratia habitualis est effectus vnionis hypostaticæ, & illius proprietates, atque adeo non potuit esse dispositio ad illam

1025.

illam recipendam, ac proinde, nec Verbum diuinum, non enim assequi poterat Philosophiam; & Theologiam asserentes contritionem vtri efficienter à gratia habituali, & esse dispositionem ad illam, quas contra ius fasque recentiores Thomistæ tribuunt Angelico Doctore, vt optimè demonstrat sapientissimus Magister Cumel 2. tomo in 1.2.q.113, qui euidenter inintelligibilem sententiam confutat disput. 1. Secundo, quia gratia habitualis ex natura rei non disponit ad vnionem hypostaticam, alias omnis iustus proximè esset dispositus, vt illius humanitas subsisteret subsistentia Verbi; neque diuina ordinatione, quæ illam non potest destinare ad hoc munus nisi imprimendo illi aliquam formam, qua eleuaretur; Hæc autem conformis ad rerum naturas eleuaret ipsam humanitatem, non vero gratiam habitualem.

Cumel.

1026.

Asserebat quartò gratiam vnibilitatis necessario debuisse antecedere gratiam vnionis hypostaticæ, & habitualem gratiam, quæ est communis sententiæ; siue illa gratia, quod non potest dici sic solum obedientialis potentia, siue sit donum aliquod supernaturale; Hoc iudicabat euidenter, quia illa gratia fuit dispositio præparans ad vnionem hypostaticam ad quam consequitur gratia habitualis, ac proinde debuit esse prior respectu vtriusque.

1027.

Asserebat quintò gratiam vnibilitatis fuisse donum supernaturale pertinens ad ordinem hypostaticum, & hoc constitui humanitatem Christi Domini immediatè, & proximè vnibilem Verbo diuino, illaque realiter fuisse eleuatam potentiam obedientialem passiuam ad tantam sublimitatem, huius asserti auctorem appellabat Alensem, quatenus asseruit humanitatem ad hanc vnionem, aut præparari gratia habituali, aut aliqua qualitate ordinis superioris. Et illam probat ex impugnatione aliarum sententiarum, potentia enim obedientialis passiuæ non erat sufficiens vt contendunt Suarez, & Vasquez, & qui illos sequuntur, neque gratia habitualis, vt constat ex tertio asserto, vnde necessario videtur inferri alterum donum requiri, & hoc supernaturale; naturale enim solum non proportionaret humanitatem Verbo diuino cuius subsistentia terminabatur, & affirmabat esse ordinis hypostatici, quia ex propria rei natura ordinabatur ad formalem nexum, & vnionem inter diuinam personalitatem, & humanitatem, qui respectus sufficiens omnino est ad hoc quod in ordine hypostatico constituatur.

Suarez  
Vasquez.

1028.

Asserebat sextò hanc gratiam vnibilitatis duplicem fuisse, corpoream, & spiritualem, eo modo quo vnio hypostatica, idque propter sancti Thomæ rationem ex quæst. 29. de veritate, in vnitum enim etiam fuit corpus, vnibilitas vero illius non potuit provenire à dono quod animam afficiebat, & advertebat sanctum Doctorem non soluisse quintum illud argumentum, sicut neque alia, sed asseruisse solutionem constare ex dictis corpore art. 2. vbi præcuditur supponi videtur hæc doctrina, alias nulla alia constat argumenti solutio; quo vt vidimus conatur Suarez enervare sententiam, quæ asserit gratiam habitua-

Suarez.

fuisse dispositionem ad vnionem humanitatis cum Verbo diuino.

Asserebat septimò, gratiam habitualem, & dona supernaturalia consequuta ad vnionem hypostaticam pertinere ad ornatum humanitatis vnitæ, congruebat enim naturam Deo vnitam omnibus donis supernaturalibus ornari. In quo se auctorem habuisse Angelicum doctorem, & merito gloriabatur idque probabat rationibus quibus in tertio, & quæst. illa de veritate probatur iste ornatu, & pulchritudo, ex quibus locis desumpserunt alij, qui Diuum Thomam sequuntur.

Asserebat octauò hæc omnia collata humanitati in eodem temporis instanti solumque ibi reperiri prioritatem, & posterioritatem, seu ordinem naturæ quod non est intellectu difficile. Et asserebat tandem solum reperiri duas vnibilitates partiales, alteram in corpore, alteram in anima, neque necessariam fuisse tertiam in tota humanitate reperiri, quia cum totum non distinguatur à partibus illius simul sumptis, vt fert communior, & verior sententia, eo ipso quod partes essent proximè vnibiles tota humanitas censebatur eleuata ad actuaalem vnionem hypostaticam. His assertis suam explicabat mentem argutus ille Magister non deuians à Diui Thomæ sententia, in vniversum, non absolutè consentiens Alensi, neque vniuersaliter imitatus Bonauenturam, temperans autem, & componens, ex tantorum Doctorum placitis suam sententiam, quam ego vt non improbem facit, quod præter generales rationes quid illi possit obesse non videam.

1029.

1030.

## S E C T I O I V.

*Altera assertio & argumenta soluta.*

Dico secundo. Potentia hæc, seu susceptiua vis, & facultas in sacra Deipara est idem realiter, & identice cum potentia actiua supernaturali, quam habuit ad generationem Dei, & hominis Christi. Hæc assertio, vt minimum est ad mentem Angelici Doctoris & omnium, qui affirmant lumen gloriæ duo habere munera in vna simplici qualitate, scilicet disponere ad suscipiendam diuinam essentiam in ratione speciei intelligibilis, & dare efficaciam, & vim intellectui beati, vt effectiue concurrat ad visionem beatificam eliciendam. Primò probatur à simili, vtrumque enim munus habet lumen gloriæ: ergo & dignitas Matris physica, seu qualitas illa supernaturalis. Secundo quia entitates sine causa non sunt multiplicandæ, nulla autem ratio nos cogit vt constituamus in sacra Deipara duas entitates realiter distinctas ad hæc duo munera, sicut neque distinguuntur in potentia generatiua naturali, quam non solum perficit, sed etiam imitatur dignitas maternalis sumpta physicè, & in actu primo. Restat satisfaciendum argumentis pro Scoti sententia.

Ad primum intra sententiam sancti Thomæ, quam explicuimus præcedenti sectione,

1031.

1032.

aut secundum nouam opinandi rationem, quæ probabiliter possumus vri, concedo maiorem, & nego minorem, & ad primam illius probationem iam declarauimus mentem Angelici Doctoris, quæ non est contraria nostræ sententiæ; Ad secundam probationem, quæ est prima ratio Suarez, concedo antecedens, & nego consequentiam, discrimen est manifestum: humanitas, & propria subsistentia sunt eiusdem ordinis, atque adeo habent naturalem, & necessariam proportionem inter se, quod non reperitur inter humanitatem, & personalitatem diuinam quæ distant inter se, vt Deus, & creatura. Secunda non est vrgentior, humanitas, vt perficeretur accidenti supernaturali, non necessario debuit esse subsistens sufficiebat esse existens propria existentia, imo in sententia Thomistarum, qui negant propriam existentiam humanitati, argumentum non est vrgentius, anima enim intelligitur habere intellectum, & voluntatem, & si quas habet alias potentias antequam existat in verbo, ex quo soluta manet altera obiectio, quæ sumitur ex proprietate necessaria inter esse & operari, quorum illud est prius, hoc vero posterius, assumpsit enim Verbum diuinum animam mediante mente, quæ vt euidenter habet rationem principij operatiui. Vnde & ex illo principio ratio illa neuos non habet. Ad tertiam respondeo, aut vnibilitatem non prouenisse humanitati à gratia habituali sed ab alio dono supernaturali, aut prioris gradus gratiæ fuisse dispositionem antecedentem ad vnionem hypostaticam, non ex rei natura, sed ex dispositione diuina, ad quod munus non fuit necessarium adderetur gratiæ habituali aliqua formalitas distincta, sufficiebat enim virtute illius minus distare humanitatem à Verbo diuino, quam distabat per potentiam obedientialem, quæ simpliciter est eadem entitas humanitatis, ratione enim habitualis gratiæ constituebatur humanitas in eodem ordine cum personalitate diuina.

1033.

Quarta vrgentior est, & præoccupata à Diuo Thoma, quamque quæst. illa de veritate asseruit solutam ex dictis; sed ad illam potest dici corpus Christi Domini vnibile Verbo reddidit, quia anima per gratiam habituaalem facta fuit immediatè vnibilis personæ diuinæ, sicut corpus dicitur sanctum propter sanctitatem, & gratiam, quæ animæ inhæret formaliter. Sed quia hæc constare non possunt cum sententia Diui Thomæ, qui affirmat partes, animam scilicet & corpus prius esse assumptas & antea quam vnirentur inter se, & præterea corpus expostulat proximam, & immediatam vnibilitatem, sicut & postulat anima. Assero corpus immediatè, & proximè accepisse vnibilitatem sibi propriam non à gratia habituali, sed ab alia forma, seu ratione suscipiendi supernaturali, qua ad vnionem hypostaticam secundum se, & vt distinguitur ab anima fuit præparatum. Quinta est infirma, non enim omnis accidentaliter influxus in humanitatem fuit à Verbo diuino vt terminabat humanitatem, sed fuit à tota Trinitate, & peculiariter ab Spiritu sancto, qui amor est, & per attributionem

auctor incarnationis, gratia autem habitualis, & dona illam consequuta non fluxerunt à Verbo vt est terminus humanitatis, neque ab ipsa diuina natura sed ab vnione hypostatica, vt suo loco monstrabimus. Adde influxum in vnionem esse maximum bonum, qui tamen efficienter non fluxit à Verbo diuino præcisè, sed à tota Trinitate operante illam vnionem.

Ad probationem illius minoris, qua vtitur Vasquez facilis est solutio, gratia illa habitualis collata humanitati ante vnionem hypostaticam non potuit intelligi data solo affectu adoptionis, imo neque adoptionis affectu, quia daretur affectu filiationis naturalis & vt via ad illam, & proxima dispositio ad suscipiendum Verbum diuinum, vnde per illam Christus non constitueretur filius adoptiuus, tum quia in illo priori non erat Christus, quia Verbum non erat vnitum humanitati, tum quia humanitas sola non potest esse filius; ad filiationem enim requiritur suppositum quod terminet generationem; in illo autem priori naturæ, non intelligitur generatio, & propter eandem rationem negatur illud, quod additur de merito vnionis hypostaticæ, quod inferebat Vasquez; & præterea, quia vt dicebamus, explicantes Diuum Thomam in illo priori naturæ, non erant infusi habitus operatiui humanitati; Vnde non intelligebatur potens proximè ad opera meritoria, & vltius humanitas sola non potest operari, requiritur enim, quod sit subsistens & persona, vt possit elicere actiones, in illo verò instanti naturæ in quo intelligitur præparari ad suscipiendam filij personalitatem non intelligitur, neque persona, neque suppositum, quia non intelligitur vnita Verbo diuino, ac proinde non intelligitur posse operari, nedum mereri vnionem hypostaticam; Hæc ergo ratio nihil habet robustam.

Ad quartam probationem illius minoris ex Scoto desumptam concessa maiori minorem nego, & ad illius probationem dico tunc gratiam habituaalem non fuisse datam ad operandum, sed ad essendum, videlicet vt humanitas Christi Domini vniretur Verbo diuino, & ille homo esset Deus, vnde non fuit necessarium vt supponeret integrum esse substantiale Dei hominis, cum ordinaretur ad illud; gratia vero consequuta ad vnionem data fuit ad operandum, & ideo potuit supponere esse substantiale. Dixi potuit, quia iam asserimus mentem esse principium operandi; & tamen inuisse animæ antequam assumeretur à Verbo.

Ad confirmationem concedo antecedens, & nego vltimam illationem propter rationem iam dictam, humana enim natura cum sit proportionata propriæ subsistentiæ non admittit aliquod accidens, quod præparet illam, humanitas vero comparata ad personalitatem diuinam, est res improporcionata, & inferioris ordinis, & ideo non potest illa subsistere, nisi illi proportionetur, quod fit per gratiam illi communicatam; Adde quod sicut impossibile videtur quod humana natura eleuetur, & præparetur ad propriam subsistentiam, quia non apparet quid sit, & ad quid sit illa eleuatio,

1034.

Vasquez.

1035.

1036.

&amp; præ

& præparatio; sic omnino videretur impossibile, quod humanitas subsistat in verbo, nisi eleuetur prius per aliquid, quod auferat improprietatis defectum.

1037. Ad secundam rationem principalem nego antecedens, & ad probationem dico esse manifestum discrimen inter gratiam habitualem & diuinam essentiam, quantum attinet ad præsens institutum, gratia enim est participatio accidentaliter diuinæ naturæ, & ideo non indiget præuia dispositione ad sui receptionem, ut patet in infantibus, sed recipitur in nuda potentia naturali prout dicit ordinem ad Deum, tum propter hoc, tum ne detur processus in infinitum in dispositionibus materialibus, aut susceptiuis. Diuina vero essentia, & diuina personalitas est substantialiter ipse Deus, qui in infinitum distat à potentia nuda obedientiali, ac proinde necessarium est aliquod medium, quo proportionetur humanitas, & illius potentia obedientialis, ut sit proximè vnibilis personæ diuinæ, ut etiam contingit in intellectu beati, qui illustratur lumine gloriæ ad recipiendam essentiam diuinam, cum tamen non illustretur, neque eleuetur ad recipiendam visionem beatificam. Necessitas igitur constituendi hanc formam non defumitur ex ratione supernaturalitatis generaliter sumptæ; sed ex dignitate sublimi, & eleuatissimæ diuinæ naturæ.

1038. Ad confirmationem fateor recipere non dicere actiuitatem, sed receptionem solam, eam vero talis naturæ, & conditionis, ut petat subiectum eleuari ad illam propter excellentiam formæ, aut termini substantialiter diuini, eadem enim ratione qua est defectus in ordine ad actionem est etiam defectus in ordine ad receptionem, & maior est impropertio, inter humanitatem, & personalitatem diuinam inter essentiam, ut formam intelligibilem, & intellectum, quam inter intellectum, & lumen, animam & gratiam, voluntatem, & habitum charitatis. Miror igitur illos qui existimant visionem beatificam recipi in lumine gloriæ, & illud ad hoc esse necessarium negare formam supernaturalem susceptiuam in Virgine, & eleuantem potentiam obedientialem in Christi Domini humanitate cum in his duobus casibus à fortiori sit concedenda propter excellentiam diuinæ naturæ.

1039. Ad tertiam rationem principalem negatur assumptum, & ad primam probationem nego posita illa forma vnibilitatis manere adhuc beatissimam Virginem impropertionatam, & incapacem ad suscipiendum Verbum diuinum hominem factum, tamen adhuc inter Deum & Deiparam sit infinita distantia, quæ propter finitam illam perfectionem non possit non esse infinita, manet tamen capax, & proportionata, quia constituitur in eodem ordine supernaturali, & hypostatico in quo est personalitas diuina, quod sufficit, & requiritur, ut sit susceptiuum Dei, & hominis, & quidem ad simile argumentum, quo Durandus intendebat lumen gloriæ non esse necessarium ad videndum Deum, quia etiam illo posito maneret intellectus impropertionatus, iam olim responderunt, & nunc hoc modo respondent Theologi.

Ad secundam & tertiam probationem respondeo formam illam in Virgine Deipara esse corpoream, recipitur enim in corpore Virgineo ad actionem corpoream, qualis est integra generatio hominis Dei. Conuenireque illi esse rationem susceptiuam non ex aliqua eleuatione, ut optimè probat argumentum, sed ex propriis principiis, sicut ex propria natura & quidditate conuenit lumini gloriæ esse rationem recipiendi, & agendi, quod semper præ oculis habendum est, quia & luminis, & Maternalis dignitatis physicè in Virgine eadem est ratio. Ideo sæpius dixi & dicam sæpissimè nullam formam esse inter supernaturales ad hanc dignitatem physicam in actu primo declarandam aptiorem, quam lumen gloriæ. Dixi, seu vocari hanc dignitatem vnibilitatem, non quia disponat ad vnionem, sed quia virtute illius Deus fuit per identitatem cum sacra Deipara; propriè enim loquendo vnibilitas reperitur in humanitate eleuata ad vnionem hypostaticam.

1040. Religio esset in hac disputatione prætermittere verba Carthusiani, quem prælibarunt alij, & quidem sine nostro præiudicio, illa ex lib. 2. de præconiis & dignitate Mariæ transcribo. *Adhuc autem Pater omnipotens filio suo dilecto idoneam aptamque Matrem parauit. Filius vero eius verbum est, & veritas & sapientia, & splendor, omnino autem talis filij susceptiuum non est nisi Virgo sapientialis, & simplex ne hebetudo sapientiam carnaliamque excludat splendorem, illa ergo itaque Virgo erat subtilis, & capax studiosa, & prudens*, hæc articulo 7. est Verbum futurum Filius Mariæ Diuæ increata sapientia non suscipiat illum Mater stolidia, sed sapientissima Virgo, erat Verbum Deus, susceptura illius, Deificetur, ut fieri potest, sic enim proportio inter Verbum, ut sapientia est cum Matre prudentissima, & inter Verbum ut Deus est cum Matre, quæ Deitate participata præuenitur ad tantam generationem; En Dei amorem in Virginem ardentissimum. Quid habet natura diuina in Patre, & est sapientia, & actualis intellectualitas summa, & est potentia generatiua Verbi diuini illiusque susceptiuum. Habet utrumque Virgo, & quod sit sapientissima, & quod generet, & suscipiat Verbum, participet intellectualitatem diuinam, ut sapiens gignat, & potentiam generatiuam Patris, ut modo diuino Verbum Filium Patris suscipiat; & quia hæc non possunt in vna forma reperiri neque esse in eodem subiecto creato munera, partiantur corpus & anima, sit in anima Virginis prudentissimæ sapientia diuina, sit in corpore illius generatiua, & susceptiuum potentia, ut quoad fieri possit, sit sacra Deipara simillima Patri in sapientia, & vnitate naturæ.

DISPVT

DISPVTATIO XIX.

*Vtrum dignitas Maternalis collata fuerit sacra Deiparæ media aliqua dispositione?*

1042.

**N**ON disputo an sacra Deipara vel disposita fuerit propria actione ad recipiendam dignitatem Deigenitricis, ut Angeli se disposuerunt ad gratiam habitualem, vel tantam excellentiam actibus propriis meruerit, hæc enim tractanda sunt vestigatione sequenti, sed an sicut ipsa præuenta fuit virtute supernaturali ad receptionem, seu susceptionem Verbi diuini, quia potentia obedientialis non erat sufficiens ad tantam sublimitatem, ita etiam ad recipiendam physicam dignitatem Matris necessaria fuerit aliqua forma supernaturalis quæ eleuaretur caro sacra Deiparæ ad hoc quod proximè, & immediate esset susceptiuum dignitatis Maternalis, & ad illam recipiendam præparatur, ut humanitas Christi Domini præparata fuit, ut immediate, & proximè esset vnibilis Verbo diuino.

1043.

Et quidem videri possit alicui necessario eleuandam supernaturaliter, & antecedenter carnem sacra Deiparæ ad suscipiendam hanc dignitatem propter excellentissimam sublimitatem illius, quæ proculdubio videtur excellentissimum Donum, quod pura creatura potest Deus concedere præter vnionem hypostaticam. Præterea, quia inter puram creaturam, & dignitatem Dei genitricis videtur esse infinita distantia, ut ergo hæc duo coniungerentur ex parte sacra Deiparæ necessaria videtur fuisse aliqua præparatio, dixit enim S. Thomas, ut sæpe retulimus actione sua Virginem immaculatam fines Deitatis attigisse, & ut consideranti patebit inter dignitatem hanc, & personam diuinam nihil mediat; ex quo videtur concludi infinita distantia pro qua opinione referri possunt Lorca, Cabrera, Salas, & Suarez, qui ut notat Ripalda, disput. 26. sect. 2. n. 10. asserunt æquale esse defectum ad recipiendum, sicut & ad agendum. Vnde sicut requiritur forma ad hunc tollendum defectum, etiam requiritur ad ablationem illius.

Lorca.  
Cabrera.  
Salas.  
Suarez.

1044.

Dicendum tamen breuiter est; Neque potentiam obedientialem Virgineæ carnis fuisse eleuatam præuia aliqua dispositione ad recipiendam dignitatem Dei genitricis, neque hanc eleuationem, aut præparationem fuisse aliquomodo necessariam ad tantam sublimitatem recipiendam. Hanc conclusionem amplectuntur omnes Doctores qui affirmant non requiri eleuationem potentia passiuæ ad receptionem formæ supernaturalis, quos refert & sequitur Ripalda ubi supra sect. 1. & docet Magister Gumel, 1. tomo in 1. p. quæst. 122. art. 5. disput. 2. quatenus affirmat non requiri lumen gloriæ ad præparandum intellectum, ut recipiat visionem beatificam. Ratio generalis esse potest, quia alias esset processus infinitus, dispositio enim illa cum ordinetur ad

Ripalda.  
Gumel.

susceptionem perfectissimi doni debet esse perfecta, ac proinde aliam exposcularet præuiam dispositionem, cum ergo hoc nulla ratione sit concedendum, sistendum erit necessario in ipsa dignitate Materna, neque progrediendum ulterius. Confirmatur, quia ratio supernaturalitatis in dignitate Matris non petit illam dispositionem neque ex alio capite illam exposculat, si enim propter supernaturalitatem illam exposcularet communis esset hæc ratio habitibus omnibus, omnibus actibus supernaturalibus quos tamen constat id non petere ex illa peculiari ratione, cumque infunduntur peccatoribus in translatione ad statum iustitiæ, & qui sunt ab illis dum sunt in peccato mortali non recipiantur in anima media aliqua dispositione, seu præparatione.

1045.

Deinde efficaciter etiam probatur, quia dignitas illa, etiam si habeat affinitatem cum Deo, non est ipse Deus, sed est pura creatura, ac proinde non exposculat præuiam aliquam dispositionem, ostendimus enim præcedenti disputatione necessitatem præparationis in humanitate Christi Domini ad suscipiendam vnionem intellectus beati ad suscipiendam essentiam diuinam vnionem in ratione speciei intelligibilis beatissimæ Virginis ad suscipiendam Verbi diuinitatem orti, non ex ratione supernaturalitatis, sed ex sublimitate essentia diuinæ, & propter hanc necessariam esse dispositionem, quæ remotam potentiam, & solum obedientialem proportionaret ad susceptionem, aut essentia, aut personalitatis diuinæ. Ex quo manifestè concluditur præparationem hanc non fuisse necessariam in sacra Deipara ad suam dignitatem recipiendam; Et confirmari potest ex eo quod neque necessaria fuit dispositio spiritualis ad recipiendam hanc dignitatem; ergo neque corporea. Antecedens videtur certum, quia sicut gratia, & dona supernaturalia non sunt necessaria ad exercitium huius dignitatis, ita neque ad susceptionem illius, & præterea aliud est disponi ad recipiendam gratiam habitualem, quod fortasse contigit in immaculata Virginis conceptione, aliud præparari ad suscipiendam Maternitatem; & consequentia probatur, quia explicari non potest, quæ, & qualis fuerit illa præparatio corporea & in quo genere, aut specie rerum supernaturalium sit constituenda.

1046.


Motina vero opinionis oppositæ non sunt efficacia: fatemur enim dignitatem hanc esse formam excellentissimam, negamus tamen inde inferri necessitatem esse illam præuiam dispositionem, quam non ponimus ad recipiendam visionem beatificam, tamen in illo genere sit excellentissima. Vnde etiam si Maternitas sit excellentissimum Donum post visionem & vnionem hypostaticam, quod commodius disputabitur vestigatione sequenti non requirit præuiam dispositionem, quia est pura creatura. Dices vnionem hypostaticam esse puram creaturam, & tamen petere præcedentem dispositionem, ut explicabatur disputatione præcedenti: verum exitus huius difficultatis facilis; Dispositio enim in humanitate Christi Domini non petit propter modum illum substantialem

R vnionis,

vnionis, sed propter diuinam personam immediatè vniciendam humanitati.

1047.

Ad secundum inter creaturam, & dignitatem Dei genitricis, atque adeo inter beatissimam Virginem, & formam illam supernaturalem, etiam si sit ordinis hypostatici non est distantia infinita cum nulla ratione sit formaliter Deus, sed quid necessario petitur ut scēmina possit esse Deipara, quod illi non competit ex propriis principiis, neque conferri potuit immediatè per assistentiam essentiae diuinæ. Dicitur vero attingere sua actione fines Deitatis quia generatione Verbi diuini imitata est quantum potest humana natura increatam productionem. Filij diuini, ut procedit à Patre iuxta dicta in superioribus?



## DISPUTATIO XX.

Qua ratione comparetur ad Spiritum sanctum dignitas Maternalis sacra Deipara.

1048.

**I**bauimus hanc difficultatem disp. 2. sect. 2. §. Præmitto secundo: dum contra Pozam tractarem ex fide beatissimam Mariam non fuisse Patri-Matrem Christi Domini, sed hic ex professo tametsi breuiter est disputanda, ut penitus intelligatur quid in Christi assertoris generatione proprium fuerit Virginis Deiparæ; quid proprium fuerit Spiritui sancto tam nobilis generationis auctoris, tum etiam ut constet hallucinari valde, qui propter supernaturalem virtutem actiuam Dei genitricis intelligebant exclusam statim Spiritus sancti operationem in mirabili Christi Domini generatione, quod vt rectè intelligatur.

1049.

Aduertendum est primo potentiam generationis scēminæ non solum dicere ordinem ad foetum producendum, sed etiam ad virum cuius virtute, & efficacia filius est producendus, imo videtur respectum ad virum esse priorem ordine, & habitudine ad filium, quia tametsi scēmina propriam habeat in suo genere virtutem ad generationem, hanc exercere nullo modo potest sine actiuitate viri, atque adeo videtur prior respectus ad virum, quod meo iudicio viro etiam commune est, respectum enim dicit ad filium, sed media virtute scēminea sine qua non potest exire in actum. Vnde inter vtrumque parentem est realis ordo transcendentalis tamquam vnus inadæquati principij ad alterum inadæquatum, quorum neutrum potest producere effectum, aut filium sine reali coniunctione vtriusque. Inde fit virtutem supernaturalem infusam Virgini sanctissimæ ad generationem Christi Redemptoris dicere intrinsecum, & transcendentalem ordinem ad Spiritum sanctum auctorem generationis humanæ Christi Domini, ita vt ea ratione qua scēmina non potest actualiter, & naturaliter generare sine opera viri, illamque ex propria natura expostulat, Virgo etiam purissima vt illius virtutis supernaturalis generare vlla ratione non possit hominem Deum sine interuentu Spiritus sancti, taliter vt ipse solus, & non

homo ad illam generationem cum Virgine sacratissima concurrat, & hoc eo modo, vt si generatio Verbi hominis sit exercenda, vt de facto exercitam docet fides diuina, id Deus non potuerit efficere nisi interuentu scēminæ, in qua reperitur virtus illa supernaturalis, & dignitas Materna, sicut si hominis generatio exercenda sit, vt modo ordinario exercetur id fieri nulla ratione possit sine interuentu viri, & scēminæ. Quam veritatem colligit Bernardus serm. 4. super salue Regina hoc discursu. *Dominus tecum, Dominus autem spiritus est, spiritus ergo sanctus magnificauit facere tecum, magnificauit, inquam, facere in te duo opera sua, vnum erat dum dignam te fecit, quæ Dei filium concipere posses & parere. Alterum quando ex tua carne sancta, ac digna carnem Dei filij formauit.* Quibus in verbis manifestè monstrat Bernardus non solum Mariam sanctissimam, sed etiam Spiritum sanctum tamquam vnicum adæquatum principium concurrisse ad Verbi diuini generationem, & ait fecisse Spiritum diuinum duo opera sua, in Virgine scilicet contulisse illi dignitatem Matris, quod opus est solius Spiritus sancti, & Trinitatis sanctissimæ, ad illud enim actiue nihil contulit Virgo, sed solum se habuit passiuè illam recipiendo, & præterea concurrisse ad generationem Filij diuini, non solum in Virgine, sed etiam cum Virgine, ita vt generatio Christi sic esset vt fieret à Maria sanctissima, & Spiritu sancto, vocat autem Bernardus hoc opus Spiritus sancti qui licet fuerit opus proprium Mariæ purissimæ, præcipuus auctor illius fuit Spiritus sanctus, sed clarius D. Ambrosius iam referendus.

Bernard.

Bernard.

Ambrosius

1050.

Assero secundo ita inter se comparari Mariam Deiparam virtute Maternitatis & Spiritum sanctum ratione potentiae extraordinariae, & obumbrationis Altissimi, vt generatio Verbi hominis tota fuerit à Maria sanctissima, & tota ad Spiritum sancto, ita vt Virgo sanctissima totum præstiterit, quod in generatione filiorum ceteræ Matres præstant, & Spiritus sanctus summa puritate absentiam viri suppleuerit, & inter se munera viri, & scēminæ partiti sint Spiritus sanctus & Virgo, nec enim dedignatum est tantum Numen tantæ Virginis consortium ad tantam generationem. Belle sanctus Ambrosius lib. 2. de Spiritu sancto cap. 5. *Ipse secundum carnem Dominus, cui Angeli seruiebant, spiritus in Virginem superueniente genitus sit, sicut & secundum Mattheum ad Ioseph Angelus dixit, quod enim ex ea nascetur de Spiritu sancto est, & secundum Lucam dixit ad Mariam Virginem Spiritus sanctus superueniet in te: opus ergo spiritus, Virginis partus est, opus spiritus fructus est ventris.* En totus Deus homo, en totus partus, en totus fructus ventris ab Spiritu sancto totus, totus à Maria est: non quod Spiritus sanctus genuerit, vt Pater, neque vt Mater peperit Christum, sed quod sua efficientia cum Maria & in Maria Deipara Diuinus amor generationem Verbi humanam attigerit. Ad rem Eusebius Emislenus in c. 1. Lucæ. *Hic est modus pariendi, ita concipies ita paries. Iam nihil est quod te ulterius interrogare oporteat Spiritus enim sanctus superueniet in te, & virtus altissimi qua obumbrabit tibi.*

Ambrosius.

Eusebius.

Assero

1051.

Assero etiam hæc omnia operatam fuisse Virginem sanctissimam vt causam principalem virtute Maternitatis supernaturalis, sed vt instrumentum Spiritus sancti effecisse vnionem hypostaticam, & omnia quæ ad illam consequuntur etiam gratiam habitualement, propter quam Christus Dominus immunis fuit à peccato originali, vnde Iesus illud non habuit quia fuit conceptus ex virgine, vt ex D. Thoma tradit Granada controuersia secunda de Gestis mirabilibus Christi tract. 1. disp. 2. sect. 2. vbi sect. 3. addit ex Anselmo hæc verba lib. de conceptu Virginali cap. 2. de peccato autem originali sufficienter ostensum est, quomodo ad hominem de Virgine conceptum nulla ratione descendere à parentibus potuit.

1052.

Vtriusque asserti ratio ex fide est manifesta, & Theologicè probatur. Decreuit enim Deus incarnationem futuram, ita vt Verbum fieret caro, homoque ex scēmina Virgine nasceretur sine complexu virili, ita vt neque illius umbra in tam sublimi, & nobili generatione appareret, vnde consequenter voluit spiritum suum per appropriationem, seu applicationem efficientia Trinitatis totius concurrere ad Verbi hominis generationem, ita vt vir nullus interueniret, nec hominis vestigium inueniretur in illa, vnde consequens fuit, & Spiritum sanctum absentiam viri supplere, & Virginem ex Spiritu sancto concipere, quod secundum incarnationis decretum fieri non potuit, quin Maternitas diceret transcendentalem ordinem ad Spiritum sanctum vi cuius à solo Spiritu fuerit foecunda, ita vt foetus totaliter esset à diuino Spiritu, & totaliter ab humana Matre, tamquam ab adæquato generationis principio, ea ratione qua in humanis filius genitus totus est à Patre, totus à Matre, quamuis in suo genere habeant suam virtutem.

1053.

Assero tertio in Christi Domini generatione nihil vsurpasse sacram Deiparam, quod pertineret ad virile, & Paternum munus, omnia Matris officia præstirisse perfectissimo modo, qui aliqua ratione modum naturalem excederet, munera vero viri pertinuisse solum ad Spiritum sanctum. Assertum constat ex disput. 2. vbi probauimus Patri-Matrem excludendum à sacra Deipara, ita vt munus virile nulla sibi ratione arrogauerit; exercuisse vero munera Materna propria genitricis, quod verissimum est in quacumque opinione, etiam in illa, quæ ex Aristotele negat Matribus actiuam efficientiam; Virgo enim sanctissima fuit perfectissima Mater, talis vero non esset, si non exercuisset omnia officia, quæ aliæ Matres exercent in generatione filiorum.

1054.

Assero quarto beatissimam Virginem vi Maternitatis, & virtutis supernaturalis coegisse efficaci & miraculosa virtuti Spiritus sancti ad Christi Domini corporis formationem, & organizationem, ita vt Spiritus diuinus fuerit principalior causa illarum actionum, sacra vero Maria munus principalis, licet non instrumentalis, quia naturalem Virtutem habuit ad organizationem secundum substantiam efficiendam tempore determinato à natura, licet

non illam habuerit ad instantaneam formationem, nisi diuina virtute, quod ab illa non abstulit rationem causæ principalis, sicut quod intellectus eleuetur per lumen gloriæ ad visionem beatificam, non auferit ab anima rationem causæ principaliter, & vitaliter concurrentis ad visionem beatificam; moliebatur ergo tanta Mater, & simul cum Spiritu sancto architectabatur corpus Dominicum & in secreto pudici pectoris facta Dei templum sacra illa membra vnigeniti Patris diuino, & summo artificio formabat, & natura miante præter propriam conscientiam in cœlesti membrana (ô res mira?) in instanti delineabat, pingebat, figurabat, & in temporis momento ad summam viri perfectionem reducebat, ita vt amoueret manum nulla ibi imperfectione relicta à formatrici virtute, quæ excellentia proculdubio diuina, & semper mirabilis, sicut semper erit mirandum Virginem Deum in vtero suo ligatum habuisse Deum hominem factum ligamentis illis, quibus scēmina foetum habet ventri astrictum suæque carni deuinctum, quæ recensent

Galenus.

Mercado.

Aucena.

August.

Galena.

1055.

Garcia.

Galenus, lib. de anatomia viuorum, §. de anatomia Panniculorū. Mercado lib. 2. de vteri morbis c. 11. vnde gloria Virginis immensa quod Deum ipsum à conceptione religatum habuerit, & veluti ligaturis illis salutis significantem se dum nasceretur Matri sanctissimæ subditum futurum propter humanam salutem. Fuit præterea solem diuinum fouentem omnia carne ornauit, & mensum nouem spatium, aut proprio chylo aut purissimo sanguine aluit omnium creatorem per quem neque ales esturrit, vt canit Ecclesia, & dulcissimum est contemplari. Consule Petrum Garciam Coruinum, disput. 20. in Aucenam Fen. 1. cap. 4. creuit ergo Deus infans à fomento à chylo, vel à sanguine Virgineo cœlestique propago germiuauit in vtero, vt fatum August. Pater tom. 10. sermone 22. Sed vt videas aliquomodo, quæ, & quanta in vnico instanti operata fuerit Virgo in formatione corporis Christi Domini naturali, & supernaturali virtute lege Galeno librum attributum de Anatomia viuorum, §. de Anatomia panniculorum foetus folio 52. pag. 1. in medio.

Assero quinto, dum Virginea viscera corrufcabant partum salutiferum fuisse à beatissima Virgine, fuisse etiam à foetu diuino, ita vt non solum Virgo ad partionem concurrerit, sed etiam corpus Christi Domini, & præterea etiam Spiritus sanctus, quod vt magis explicetur aduerto partionem non solum esse à ventre sed etiam à puero vt notauit Petrus Garcia de locis affectis disput. 75. cap. 1. & tradidit Salamantius Comment. ad librum dierum decretor. Galeni cap. 2. qui ait ad partum præter legitimum, vt statutum tempus pariendi foetum vt erum etiam concurrere, & conspirare oportere, vbi nomine vteri prolem intelligit. Partum vero tria acceleranti aliment. penuria, vis expultrix illius, aut robur, aut moles, & virtutis retentricis imbecillitas; At in sacro partu nihi videtur effecisse alimenti penuria, nihil facultatis imbecillitas, totum factum à virtute expultrice vi illa supernaturali corroborata à foetu diuino, & ab Spiritu sancto, vt

R 2 Virginitis



Virginis Filius prodiret in lucem salua Ma-  
tris integritate aternaturaque illius Virgi-  
nitate à Maternitate Dei genitricis, vt dispu-  
tatione 5. sect. 5. probauimus, enitebatur Ma-  
ter vt pareret, enixaque est puerpera re-  
gem, & enitebatur puer vt prodiret ab vtero  
quem penetravit non rupit, inde sine dolore  
partus Virgineus, Pulchrè Amedeus hom. 4.  
de laudibus Virginis. Porro Dei genitrix, ne-  
que in carne deletata, neque carne cruciata in  
conceptione Virginior, & in partu stetit sanior  
obstetricante illa manu de qua per Psalmistam,  
fiat manus tua vt saluet me, Manus quippe Dei  
unigenitus Patris appellatur, per quem fecit sa-  
eula. En nixus Virginis, en pueri I E S V nixus,  
quin excludatur, aut Spiritus sancti, aut Tri-  
nitatis opera saluatore dicente. Tu es qui ex-  
traxisti me de utero Matris meae. Psalmi illud  
enim inter omnes sacri partus circumstantias  
diuinas; illud mirabilis, quod Dei geni-  
trix simul fuerit Mater & Virgo, gaudia-  
que Matris habuerit cum Virginitatis ho-  
nore.

Amedeus.

1056.

Sed cum hæc in solemnibus Natiuitatis Do-  
minicæ, & Partus Virginei felices scribimus  
prætereundus nulla ratione Leo Pontifex Ma-  
ximus qui sermone 1. de Natiuitate incor-  
ruptionem, & integritatem Virginis his Ver-  
bis elucidar. Merito igitur Virginea integri-  
tati nihil corruptionis attulit partus salutis, quia  
custodia fuit pudoris editio veritatis, vbi quæ  
Dei est misericordia, qui Dei est amor, partus  
iste non solum fuit partus salutis ipsi Virgi-  
ni, & generi, humano, sed fuit, & salutis,  
imo & vitæ ipsi Deo nascenti, vt vitam fun-  
deret pro hominibus. Rectè Chrysologus,  
sermone 148. Amor nisi ad desiderata per-  
ueniat necat amantem, & ideo vadit quo duci-  
tur, non quo debet. Desiderabat amor Diui-  
nus hominum salutem, humani generis re-  
tationem, ac si illius vita in humanæ dragmæ  
inventionem consisteret, periculumque (si fas  
est ita loqui, vt insinuat Doctor Angelicus)  
imminebat vitæ diuinæ nisi Deus homo pro  
humano genere in cruce interiret, nascitur  
moriturus Deus, fitque partus Virgineus na-  
scenti Deo partus & salutis, & vitæ, vbi enim  
salus hominum secum, vita Dei videtur esse  
securior, quia moriturus Deus, Amor enim  
nisi ad desiderata perueniat necat amantem.  
Nec sibi ante decretum debet aliquid circa  
mortem Deus, nec homini cuius scelera mul-  
ta, multa flagitia; & tamen pondere amoris  
ad mortem ducitur, vaditque quo non de-  
bet, ne diuinæ saluti periculum mortis im-  
mineat; Mihi semper persuasum Angelos  
Cælestemque militiam pletris sonoris ceci-  
nisse solum gloria in excelsis Deo, & in terra  
pax hominibus bonæ voluntatis; sed audio  
Ecclesiam in Antiphona in festo Circumci-  
sionis asserentem hæc etiam exercitum musi-  
cum addidisse, quæ diuinam vitam veluti si  
æternus Deus, & immortalis non esset pro-  
nuntiantem indemnem. Nato Domino An-  
gelorum chorus canebat dicens, salus Deo no-  
stro sedenti super thronum, & agno. Ac si aperte  
dicerent nascitur moriturus Deus, hæc duo  
vitam, & salutem Deo æternam iam non

Chrysol.

moriturus Deus, quia moriturus pro ho-  
minibus, hinc gloria Deo in cælis, imo (ad-  
diderim) pax illius cum amore, qui sapien-  
ter etiam docuit, qua ratione moreretur  
hominum amator nascens ex Maria Virgine  
factus homo.

1057.  
Zenonis.

Nunc lux difficili loco Zenonis qui sermo-  
ne 3. de Natiuitate pia hæc scripsit remerita-  
te; Totum contra conscientiam suam, vt infir-  
mus homo patitur, vt homini mortis lege con-  
sumpto immortalitas tribuatur. Quid purissi-  
mus Deus, iustissimus Dominus nulli legi  
supremus legislator subiectus, ipsaque iusti-  
tia aliquid potest contra propriam operari  
conscientiam? iam explico Zenonem. Nullum  
in tam pura diuinitate piaculum vt mortem  
mortales effugiant, etiam contra propriam con-  
scientiam perpetrant mala, an ita Deus audis  
vitæ vt (ac si diuinitas igneus sol posset oc-  
cidere) ne intereat facinora aggrediatur, contra  
propriam conscientiam, hocque sit in Cælis  
summa gloria: Cogitatus Zenonis obscurus;  
sed qui prælucente Tertulliano lucem non exi-  
guam aspiciat. Tanta est vis voluptatis, Africa-  
nus inquit, vt conscientiam corrumpat in dissimu-  
lationem. Cernit non nemo, impura vita vul-  
nerari salutem, pollui honorem, facultates pes-  
sum dari, & ne contrister delicias suas ne ve-  
luptatem amittat, omnia suffert, omnia dis-  
simulat, dumque hæc omnia amaro etiam ani-  
mo contemplatur recteque videt, ita se habet  
ac si nihil pateretur, conscientiamque voluptas  
corrumpit in dissimulationem, sicut cõtra pro-  
priam conscientiam simulat se nouisse nihil  
periculi intellexisse, amat Deus hominum vi-  
tam, intendit illam etiam si videat, & clarissimè  
agnoscat se moriturum, idque in crucis patibu-  
lo ingloriosè quidem, & ritu latronum, spu-  
ritis, colaphis flagellis innumeris præcõtibus, &  
contra hanc conscientiam amat iniurias ad fa-  
turitatem vsque, amat mortem, mortem autem  
crucis, vt homini immortalitas tribuatur, hac  
enim ratione (Deus enim aliter amare non di-  
dicit, vt alicubi inquit Magnus Basilius) sibi  
etiam honorè, gloriam, & cum attributo amo-  
ris pacem, dicam vterius, & suam vitam pro-  
curat, & firmat. Inde addidit Zeno laudatus.  
Hic qui semel occidit, & ortus est rursus, nun-  
quam repetiturus occasum. Nascitur, & clamant  
Angeli, salus Deo nostro, salus, & agno, quia  
humana mors quasi aternatura diuinam vi-  
tam, dum illa immortalitas paratur hominibus,  
Inde libenter inferrem Virgini Matri Deum  
debere non solum carnem, non solum mem-  
bra, & artus humanos, sed etiam, & vitam.  
Adde lumen de lumine, & veram lucem hæc  
debere Mariæ sanctissimæ id insinuat Chry-  
sologo serm. 142. dum ait, in tua carne est Deus  
tuus, & ipse lucem mundi per te cepit, qui lucem  
mundo dedit. Addo & lucem habitat inaccessi-  
bilem. Merito ergo Methodus iam vulgaris.  
Euge qua debitorem illum habes, cui omnes de-  
bemus, & iure excellentia Virginis grandis,  
cui Deus debet carnem, membra, longui-  
nem; vitam mortalem lucis huius vsuram,  
& quodammodo vitam diuinam. Tanti fecit  
Dominus Matrem, quam se voluisse, & fecisse  
magnam contra conscientiam nullo modo dif-  
simular;

Basilius.

Zeno.

Chrysol.

simular; sed clarissimè explicat, dilucidè pan-  
dit. Plura non affero, dedit hæc cursum Christi  
Domini humana natiuitas, impollutus Virgi-  
nis partus.

1058.

Ex dictis igitur in hac disputatione colligi-  
tur in Christi Domini conceptione, quæ Spi-  
ritus sancti opera perfecta fuit Virginem san-  
ctissimam vindicare sibi propria omnia illa  
munera quæ ceteræ feminæ exercent erga  
proprius fœtus, quin Patris aut viti munus  
aliquod exercuerit. Vnde fit secundo Spi-  
ritum sanctum purissimo, & ineffabili modo  
arrogasse sibi diuinitus munera vtri illiusque  
absentiam suppleuisse, vt à sanctissima Trini-  
tate, & ab immaculatissima Virgine tamquam  
ab vno, adæquato principio inueniretur  
Christus miraculosè, & supernaturaliter con-  
ceptus. Facebant ergo viri non eruditi, qui  
ex nostris propositionibus inferebant con-  
ceptionem Christi non esse de Spiritu sancto  
propter Virginis Matris efficaciam actiuam.

DISPUTATIO XXI.

Vtrum sacra Deipara, & Dominus  
IESVS referantur relatione reali  
Matris, & Filij.

1059.  
S. Doctor.

**D**ISPVTAT hanc difficultatem  
sanctus Doctor 3. p. quæst. 35. art. 5.  
Et sensus illius est supposita veri-  
tate fidei, quæ docet beatissimam  
Virginem vere, & proprie esse Matrem Christi  
Domini, & Christum esse filium eius natura-  
lem; An sicut in creatis filius refertur ad Ma-  
trem relatione reali geniti ad generantem, &  
Mater relatione reali generantis ad genitum,  
ita etiam sacra Deipara & filius diuinus refe-  
rantur inter se relatione Matris, & Filij, ge-  
nerantis, & geniti, & quidem de Filio IESV Do-  
mino, & assertore nostro maior est difficultas,  
quia non apparet subiectum, cui possit inhæ-  
rere illa relatio, non enim inest humanitati,  
quæ non denominatur filia; neque supposito;  
Verbo enim diuino terminante humanitatem  
minus quam humanitati potest inhærere rela-  
tio, natiuitas autem, & generatio est supposi-  
torum, propter quod negat D. Thomas relatio-  
nem realem Christi Domini ad Matrem, & exi-  
stimat referri solum relatione rationis; Qui  
vero existimant relationem inhærere posse hu-  
manitati, & denominare totum suppositum,  
verentur affirmare Christi ad Matrem sanctissi-  
mam esse relationem realem geniti ad gene-  
rantem, quamuis Durandus in 3. d. 8. (vbi hanc  
sententiam sequuntur Richardus, Scotus, Ga-  
briel, & Marsilius) q. 3. explicet assertionem  
suam de filiatione creata, & affirmet filiatione-  
nem, vt dicit proprietatem personalem esse  
unicam solam in Christo, de quo non potest  
esse difficultas, & ideo probe dixit Suarez, 3. p.  
tomo 2. disput. 12. sect. 1. hanc distinctionem  
non esse necessariam; alij vero duplicem distin-  
gunt relationem alteram humanitatis ad Ma-  
triam sanctissimam à qua causatur, alteram sup-

Durandus.  
Richardus,  
Scotus,  
Gabriel.  
Suarez.

positi, quod generatur, & primam existimat  
realem, secundam tamen in Christo, solum  
concedunt rationis, licet in aliis filiis conced-  
ant, & fateantur realem, & hanc sententiæ  
esse sancti Thomæ sententiam; Ita scripsit  
Magister Granado 3. p. tomo 1. controuerf. 2. Granado.  
de Mirabilibus gestis Christi Domini com-  
mentario 8. in quæst. 35.

Granado.

1060.

Mea sententia in hac controuersia est sa-  
cræ Deiparam, & Christum Dominum referri  
inter se realiter vt Matrem, & filium, vt ge-  
nerantem, & genitum, ita tamen vt neutri in-  
hæreat relatio realis. Hanc existimo esse sancti  
Thomæ sententiam illo art. 5. quantum atti-  
net ad relationem filiationis creatæ Christi Do-  
mini, quam generaliter sequuntur Aureolus  
Aureolus.  
1. dist. quadragesima secunda 2. p. dist. contra  
opinionem primam, Durandus non semel,  
sed præcipue distinct. 30. quæst. 3. à num. 10.  
Ocham. dist. eadem; Gabriel ibidem quæst. 1.  
2. 3. & 4. & late & erudite Basilius Legionen-  
sis 1. p. variarum disputationum, quæst. 8.  
Scholastica cap. 3. quatenus affirmant nullas  
dari relationes prædicamentales distinctas ab  
vtrouque extremo, etiam ratione, vnde non  
possum non mirari Durandum, qui cum hanc  
sententiam docuerit, sæpe affirmat in Christo  
Domino esse filiationem creatam, nisi velit  
consequenter ad suam doctrinam, hanc filia-  
tionem nullo modo distingui à fundamento,  
& termino. Quam ego sententiam probaui  
contra communem in logica commentarijs  
ad caput de relatione argumentis Aureoli, quæ  
mihi efficacia, & alter illorum quibus illam  
probat Basilius citatus.

Durandus.

Ocham.  
Gabriel.  
Legionensis.

Assertio ergo nostra concedit referri inter  
se realiter sacram Deiparam, & Christum Do-  
minum, quod in nulla sententia negari potest,  
(sue asserantur relationes reales distinctæ ali-  
quomodo ab vtroque extremo, vt putarunt Ari-  
stoteles, & illius in hac re sectatores, siue istæ  
negentur, vt reuera negandæ sunt) quia nomi-  
na Matris, & filij sunt relatiua, & inter se com-  
parantur, vt producens, & productum, gene-  
rans, & genitum, atque adeo referuntur reali-  
ter inter se Mater, & Filius, & dicuntur, & sunt  
generans, & genitum, vt enim ibi referebamus  
ex Aristotele 5. Metaphys. Calliam esse Pa-  
trem Socratis, & Socratem, filium Calliæ, nihil  
est aliud, quam Calliam genuisse Socratem, &  
Socratem genitum esse à Callia, quin ad hoc  
sit necessarium constituere relationem, seu  
formam mediam distinctam aliquo modo,  
etiam mera cõsideratione ab vtroque extremo.

1061.

Arist.

1062.

Negat tamen sententia nostra, aut sacra  
Deiparæ & sanctissimæ Virgini, aut Christo  
Domino inhærere relationem vllam, vt existi-  
mant aliarum opinionum Doctores, qui cum  
astruant relationes reales distinctas ab vtroque  
extremo, necessatio debent concedere rela-  
tionem Matris & Filij inhærere subiectis, & il-  
lis inesse, cum enim sint accidentia, tametsi rela-  
tiua necessario respiciunt subiectum, quod  
referunt, in illo recipiuntur, & illi inhærere,  
nos vero, qui tertiam formam negamus super-  
additam entitatibus extremorum, negamus  
necesse esse relationem in extremis recipi, &  
illis inhærere, vt albedo inhærere, & inest papi-  
R 3 10.



Basilus.

ro, nec alio modo philosophari patitur veritas, illud enim quod non est, neque alteri inest, neque per se subsistit, cum ergo ratio non sit nulla ratione inhærebit subiecto, rectè igitur dictum neque Matri, neque Filio inhærete relationem illam, dixi inhærete, vt relinquatur locus respectui transcendentali causæ ad effectum, quem tamen negat Basilus citatus c. 4. illius quæst. ... sed meo iudicio immerito quidem. Prima ergo pars nostræ sententiæ non indiget probatione vlla cum à nemine negari possit salua fide Catholica, quæ docet Mariam & Christum Dominum vere esse Matrem, & Filium, idque propriè, & realiter, solum enim est difficultas, an referantur mediâ aliqua forma, vt creduntur communiter referri Matrem, & Filium: An vero hæc denominatio, vt denominationis similis; & æqualis sumatur ex pluribus, id est ex coexistentia plurium secundum aliquam rationem, vt loquitur Durandus, & sine aliqua formalitate, quæ consequatur fundamentum, album enim simile est alteri albo, & vna vna alteri æqualis, non quia intercedat ratio similitudinis, aut æqualitatis, sed quia vtrumque album habet albedinem, & vtraque vna eandem habet longitudinem, vt loco citato, explicabamus.

1063.

Secunda vero pars probatur efficaciter, quia nulla est ratio realis distincta aliquomodo ab vtroque extremo vbi aliqua dicuntur referri; ergo etiam si sacra Deipara, & Dominus Iesus referantur, vt Mater & Filius neutri eorum inhæret realis ratio. Consequentiâ constat ex explicatione nostræ sententiæ. Et antecedens præterquam quod est Aristotelis qui 6. metaphys. text. vltimo solum concedit relationes esse secundum rationem, illis verbis: est quoddam ens quod cum alio copulatur & cogitatio dividit illud, videtur asseri ab Auerroes; Anselmo, Damasceno, quos asserit, & serio expendit Basilus Legionensis illo c. 3. probatur validissimis rationibus, quas tractat Aureolus, & explicat Pontius. Mihi illa est efficacissima, quæ desumitur ex relationibus distantia inter illa quæ in diuersis locis reperiuntur, & quorum alterum mouetur aliis immotis, vel motis etiam, existimat enim sententia contraria sine examine credita, dum ego hunc calamum moueo scribendo moueo vero infinities fere produci in quocumque in serelationem realem distantia, & in quocumque ente destrui relationem præexistentem ad calami motum, quod reuera est intelligibile nedum possibile, quia explicari nulla ratione potest, qua efficiencia illæ realitates, seu entitates producantur in rerum natura, vt facile patebit consideranti, & si aliquod efficiens illarum assignetur non erit infatigabile cum sit corporeum, atque adeo ex perpetua productione vis illius necessario, aut erit extincta, aut fatigata, vt constat in quocumque agente corporeo, si extincta producere non poterit, si vero tantum fatigata aliquando extinguetur, & sic non potest producere post extinctionem, & cum ad interitum tendat non poterit producere tanta efficacia quanta producebat antea, vnde & sequetur necessario debiliores esse relationes,

Arist.

Auerroes. Anselmus. Damascen.

quas montes Armeniæ nunc producant illis quas tempore diluuij producebant; Et præterea inter relationes, quas nunc producant, vt se se referant ad loca distantia, illas esse fortiores, & perfectiores in entitate quibus referuntur ad loca minus distantia, & minus perfectas & debiliores quibus referuntur ad corpora, quæ existunt in maiori distantia, agens enim fortius producit in propinquum quam indistans, vt constat in igne calefaciente ad diuersas distantias, & in luminoso diffundente lumen. Solutio vero Gerardi Senensis r. dist. 33. quæst. 1. artic. 1. relationem esse quid incorporeum, & ideo non impedi per distantiam refutari facile potest & refutat Basilus, mihi futilis valde, & ex qua euidenter sequatur relationes distantia esse spirituales cum sint incorporeæ quod produludubio est ridiculum, si ergo istæ relationes non sunt necessaria, aliæ etiam erunt impossibiles, & sic nulla erit ratio realis prædicamentalis, quæ distincta ab vtroque extremo inhæreat subiecto. Ex quo manifestè sequitur Matri, & Filio diuino nullam inhærete relationem Maternitatis, & filiationis quod contendit secunda pars nostræ sententiæ.

Senensis.

Confirmatur, quia ablata vel re ipsa, vel per nostram considerationem (quod secundum non est impossibile, vt à possibilitate ablationis realis superfedeamus cum Deca Hispalensi r. d. 30. quæst. 1. art. 4.) forma illa intermedia Maternitatis & filiationis sacra Deipara intelligitur vere genuisse Christum, & Christum Dominum vere esse genitum à Maria sanctissima, ergo vere intelliguntur Mater, & filius, antecedens est manifestum quia Mater dicitur generans à generatione actiua, & filius genitus generatione passiuâ, quia ista non est ratio, sed ratio fundandi relationem, & consequentiâ probatur euidenter, quia generatio illa non exercetur in ratione communi, sed in ratione specifica, pertinet ergo illa generatio ad aliquam speciem & non ad aliam nisi ad generationem rationalis personæ, cum ergo formalissimè filius sit genitus à generatione, & Mater generans à generatione actiua, quin sit necessarium fingere formam à qua dicantur generans, & genitum, eadem omnino ratione intelligentur formaliter Mater & Filius sine forma aliqua intermedia distincta ab vtroque extremo à qua proueniat illa denominatio, quæ solum exigit plura in ordine ad generationem, vel in illius linea, sicut denominatio similis solum exigit plura in linea eiusdem formæ, quæ reperitur inter extrema, vel formaliter loquendo in eisdem extremis.

1064.

Deca Hispâ.

Dices tuere hanc doctrinam solum inspecto sanctissimæ Trinitatis mysterio, vbi non solum reperiuntur relationes reales, sed etiam constituunt diuinas personas, quod sufficit vt asserantur in creaturis relationes reales, est hæc solutio generalis, & ad quam confugiunt assertores relationum prædicamentalium, sed non aduerterunt hæc doctrina illas refelli efficaciter, Diuina enim relationes non asseruntur se qui ad personas diuinas, sed ponuntur vt illas in suo esse constituent secundum omnium

1065.

omnium Theologorum sententiam; filius enim non refertur ad Patrem relatione distincta à personalitate, neque Spiritus S. ad Patrem, & filium relatione distincta à propria personalitate, sed per eandem formalitatem constituuntur, & referuntur, quod signum est euidentissimum identitatis etiam formalis inter personalitatem propriam cuiuscunque personæ, & illius relationem ad alias; ergo Pater æternus Pater est, & persona per eandem indiuisibilem entitatem, licet necessariò petat generationem actiuam, vt rationem fundandi relationem nullo modo à personalitate distinctam, & filius talis est formaliter à propria personalitate, licet necessariò ad id petat generationem passiuam, quin addatur noua etiam formalitas, dicuntur tamen illæ personalitates relatiuæ, quia sunt producentis ad productum, & producti ad producentem, quod intelligi non potest, quin intelligantur relata illæ personæ, sed nulla est ratio media inter personas in suo esse vltimo constitutas: est ergo verissimum, neque in creatis, neque in diuinis reperiri relationes quæ sint formæ, in vtrumque extremum, & ab vtroque extremo etiam ratione distinctæ, vnde ad hoc probandum potest formari argumentum etiam in diuinis inter Patrem, & Filium non est respectus qui sit forma inter diuinas personas, vt sunt producens, & productum; ergo neque in Patre, & Filio creatis est talis respectus superadditus, sed solum denominatio quæ necessariò, & aliquo ordine petit duas, aut plures personas: solum ergo & in diuinis, & in humanis ad summum erit ratio transcendentalis, quæ nullo modo distinguitur ab absolutis, sed est vtrumque absolutum simul sumptum, quin ibi sit media ratio alterius generis ab absolutis, vt similitudo, quæ concipitur inter duo alba, nihil est ab vtroque distinctum, sed solum album vnum habens eandem formam, quam habet alterum album.

1066. Thomas.

Verissima igitur est sancti Thomæ sententia asserentis Christum Dominum referri solum relatione rationis ad virginem sanctissimam, non solum quia ratio denominat suppositum, & in illo recipitur, & illi inhæret, quod reperiri non potest in personalitate Verbi diuini, sed etiam quia ad denominationem filij necessaria non est filiatio addita personæ, quæ filius est, sed sufficit vnâ personam esse producentem, & generantem, & alteram productam, & genitam etiam in altera natura, vt prima dicatur Mater, & secunda denominetur, & sit vere Filius, ex qua doctrina rectè intellecta facile diluuntur rationes, quibus Suarez, & alij nituntur probare inter Virginem sanctissimam, & Filium Iesum inueniri relationes reales medias inter Matrem, & Filium. Thomistæ verò ad illas eliminandas non necessariò recurrent ad impossibilitatem inhætionis in Christo Domino, cum relationes solum necessariz vt sint relationes, non sint in rebus, atque proinde non indigeant subiecto illo inhætionis.

1067. Basil.


Sed diuinas relationes esse veluti transcendentales negabit Basilus Legionensis, qui negat illas in creatis, & solum concedit actionem,

& vnionem, posset addere, & passionem esse relationes transcendentales: quia necessariò vnio & actio petunt duo extrema necessariò existentia, quod ille iudicat necessariò omnino ad rationem relationis transcendentalis, vnde negat subiecti ad formam, scientiæ adscibile, potentia ad actum, producentis ad productum esse relationes transcendentales, etiam identificatas cum esse absoluto. Ratio illius est, quia vel ratio transcendentalis refert fundamentum ad terminum prout existentem, aut terminum prout possibilem est, neutrum autem fieri potest, in primis enim nulla ratio refert fundamentum ad terminum prout existentem, si actu non existat, vnde ad formam non existentem non erit ratio in materia, neque in potentia ad actum, qui non existit, vt euidens est; existentia enim potentia non asserit secum necessariam existentiam actus. Deinde verò neque ad terminum, prout possibilem est aliâ non posset referre fundamentum ad terminum iam existentem, quia ordo ex suppositis est ad terminum solum, vt possibilem, vel prout possibilem præcisè, ergo non potest dari ratio transcendentalis, quia nullus est terminus ad quem fundamentum referatur.

1068.

Sed profecto fallitur vir doctissimus quem audiui in materia de Trinitate, nondum excusam hanc retractasse sententiam, & fundamentum illius debile est, ratio enim transcendentalis non refert fundamentum ad terminum, prout existentem, vel prout præcisè possibilem, vt optimè argumentum probat, refert tamen illud ad terminum, vel existentem, vel possibilem, vnde positio existentia, aut possibilitatis non negat rationem relationis transcendentalis est potentia, est materia, actus non est, forma non est, respectus transcendentalis est ad terminum possibilem non existentem, est actus, est forma iam existens respectus transcendentalis est ad terminum existentem: ergo ratio transcendentalis generaliter sumpta, absolui non potest à termino possibili, vel existente, in specie verò, aut individuo ab vtroque termino etiam non absoluitur; si enim terminus existat, illum respicit vt existentem: si autem sit possibilem illum respicit vt possibilem, quod si hic terminus possibilis trahatur ad existentiam iam non respicitur vt purè possibilem, sed etiam vt existens; hoc autem non infert mutationem in potentia, aut materia, sed solum in termino quem potentia, aut materia respiciebant; constant ergo transcendentales respectus, vel solum auctore diuo Thoma 1. parte, quæstione 28. articulo 1. qui propter debile fundamentum nunquam est deferendus. Lege de propositione difficultate Theologos, qui relationes admittunt.

Thom.



## DISPUTATIO XXII.

*Vtrum vi Maternalis dignitatis perpetuo sit inuiolabilis virginitas sacra Deipara.*

1069.

**T**RACANT hanc difficultatem sanctus Thomas, & Scholastici illis terminis, vtrum etiam in partu, & post partum beatissima Virgo inuiolata, & integra permaneret. Addo ego, an virtute dignitatis genitricis Dei, non solum, inuiolata, sed etiam inuiolabilis permaneret potentia assoluta. Quam difficultatem traxi a disput. 5. sect. 5. & 6. sed quia illa disputatio longior quam par erat euasit, & propria est huius loci huc erit transferenda, & ad assertionem illam de inuiolabili Virginitate Deiparae, etiam absoluta potentia stante Maternitate Dei ponderandus locus Leonis Pontificis Maximi, serm. 1. de Natiuitate Domini; nec damnum (beatissima Virgo) timuit pudoris Deigenitrix mox futura. Dubitabat Virgo conceptionis modum cum virginitate vouisset, at dum Angelus dixit partum futurum diuinum amissionem non timuit virginitatis, vt quae sciret Matris Dei virginitatem esse inuiolabilem, etiam potentia absoluta, si enim non assequeretur, locus esset vltiori dubitationi, an nascente Deo permanens esset Virgo, & integerrima, vt promiserat, quod clarissime inueniebatur Angelus apud Chrysologum serm. 144. ad illud. Ne timeas Maria (quid timer quae securitatem rerum concipit, parit gaudia saeculorum. Timor non est, vbi diuinum est negotium, non humanum, vbi virtutis conscientia est, non pudoris) vult ergo Chrysologus conceptionem, & partum diuinum, etiam absoluta potentia ex propria rei natura petere non solum inuiolatam, sed etiam inuiolabilem integritatem, quae testimonia vtriusque disputatio vltima huius vestigationis.

Leo Pont.

Chrysolog.



## DISPUTATIO XXIII.

*Vtrum ante Angeli annunciationem Virgo purissima cognouerit se futuram Deiparam.*

1070.

Pacens. Ant.

**H**ANC ego difficultatem excogitabam, sentiebamque forsan nulli in mentem venisse, neque vnquam fuisset disputatum; sed dum lego Pacensem Antistitem de Verbo incarnato Academia 5. num. 69. sect. 7. illum in illam incidisse facile video; dubitat enim acute, an Virgo beatissima praecognouerit se Deum parituram; vbi illud praecognitionem importat ad angelicam Annunciationem; alio enim modo fas non erat hanc dubitationem proponere, videturque in affirmatiuam ire sententiam, quamuis illa non exprimat clare illius fundamenta sanctorum

testimonia, quae rem neque insinuant praeter id Ildesonsi, qui clarissime huic opitatur Ildesonsi. notitia serm. 6. de assumptione hanc scribens: *Sciebat enim Deigenitrix in arcem diuina contemplationis assumpta Davidicis edocuium testimonio processum ex se Dominum, tanquam Sponsum de thalamo suo, non enim ad dubitabat ad se pertinere Spiritus sancti illustrata lumine, quod Isaiam Prophetam reuolebat dixisse, ecce Virgo concipiet, & pariet Filium.* Quibus verbis hanc praecedentem notitiam Virginis Doctor Hispanus non solum insinuat, sed etiam affirmat.

Probat secundo ex proprii nominis ethymologia, quae teste Ambrosio, Deus ex genere meo significat; Virgo ergo sanctissima Hebraice docta hanc vim ignorare non potuit, & inde valuit arguere, siue rimari ex suo genere processum Deum hominem factum, non vt cumque, sed ipsa enitente ad conceptionem, & partum hominis Dei. Nouerat enim Maria Matrem futuram Virginem ex vaticinio Isaiam, nomenque illius futurum Maria, & cum hac duo virginitatem, & nomen sibi videret inelle certo potuit praecognoscere se etiam futuram Deigenitricem, idque proclui argumento.

Tertio & vrgentius potest probare ex probabili sententia, quae iam communis affirmat beatissimam Virginem saepius in hac vita vidisse diuinam essentiam, & non solum in filij conceptione, sed etiam in sua, ex quo formari potest hoc motuum non inefficax, beati videntes diuinam essentiam vident etiam in Verbo, quae pertinent ad eorum statum, sed Virginis status est esse Dei genitricem, ergo vidit in Verbo se esse futuram Deiparam, consequentia est euidens, & minor est de fide, maior vero est communis omnium Theologorum sententia, 1. part. quaest. 2. art. 8. licet dubitent nonnulli, an visio illorum, vt pertinet ad res creatas sit ex vi visionis beatificae, an vero sit ex vi alterius intellectiois consequta ad illam, & confirmari potest, quia non videtur decete Virgini communicatam visionem diuinae essentiae, & aliquarum creaturarum, negatam vero suipsius visionem, & aliorum, quae suam dignitatem concernunt, maxime cum visio beatifica id videatur petere ex propria rei natura, non enim videtur summa felicitas posse connecti cum ignorantia rerum, quae sunt propria beato, cum desiderium harum notitiae naturale sit in quocunque appetitu, & homo desideret etiam aliena nedum sua cognoscere, si simul ergo asseratur in Virgine visio essentiae diuinae ante Angeli nuntium, non neganda illi felicitas huius notitiae. Confirmatur secundo, quia decentissimum, & conuenientissimum fuit Virginem suam dignitatem praecognouisse, vt studiosius, & ardentius se praepararet, & disponeret ad hoc, quod perfectiori modo quo posset illam dignitatem exerceret, seque dignam ad tam sublimem redderet partum, debuit ergo etiam necessario modo ante angelicam Annunciationem cognoscere se Deum parituram.

Dicendum tamen necessario est beatissimam Virginem ante Angeli annunciationem non praecognouisse se futuram Deigenitricem, hanc existimo esse communem conceptionem,

& mentem omnium sanctorum & Patrum, qui Euangelium Lucae commentariis illustrarunt, ex illius enim serie euidenter colligitur Mariam purissimam nullam antecederent ad colloquia Angelica de sua dignitate habuisse notitiam, quod circumstantiae antecessentes consensum ad incarnationem in illius vtero clare demonstrant, inprimis enim turbata est in sermone Angeli, & dubitabat qualis esset illa saluatio, *Aue gratia plena*, quod nulla ratione contigisset si lux dignitatis haberet notitiam, statim enim intellectu per reuelationem iam lustrato cognosceret solutionem illam, tamen si inuitatam tantae Matri congruere, eo quod Mater Dei esset futura ad stipulante Beda homilia 1. de Annunciatione apud homiliarum Bibliothecam, qui ait: *Quae saluatio quantum humana consuetudine inaudita, tantum est dignitati beatae Mariae congrua.* Neque enim ignorare poterat Dei matrem Angelorum, & hominum Dominam, & Reginam modo insolito, & inaudito saluati debere, vt insolita & inaudita erat dignitas, & excellentia Dei genitricis, imo ex ponderatione illius saluationis contrarium intulit, recte Bernardus in serm. de Natiuitate B. M. non praetendit meritum, sed gratiam quaerit. Denique vsque adeo fident gratiae, & non altum sapit, vt saluationem Angelicam vereatur; Maria, inquit, cogitabat qualis esset ista saluatio, nimirum se saluatione Angelica reputabat indignam: nec possibilis esset illa turbatio, si & res ipsa, & verba non essent Virgini inaudita, quod tamen ita contigisse docet Augustinus Pater sermone 1. de Annuntiatione, qui est 18. de sanctis, qui non solum turbationem cum Euangelista cognoscit, sed etiam addit terrorem: *Saluat Angelus puellam viri saluationis ignaram, terrerit Virgo nouitate verborum.* Deinde illa verba: *Et cogitabat qualis esset ista saluatio.* Notitiam Maternitatis eluminat, ibi enim significatur varij discursus circa rem omnem, quos discipulorum exprimit Andreas Hierosolymitanus homilia de Annuntiatione, sed nihil efficacius conclusionem demonstrat, quam illa verba dubitationis, & difficultatis plena: *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco*, vult dicere: *explicatore Seleuciensi Basilio, nullus conceptionis modus citra viri societatem in mulierem cadere potest; mihi vero quae ab huiusmodi commercio prorsus munda, & aliena sum, quomodo istud erit possibile.* Si enim testimonium Isaiam. *Ecce Virgo concipiet & pariet Filium.* De seipsa loquutum praecognosceret Virgo, potius confirmaret priorem notitiam, & quia Virgo erat, & virum non cognoscebat, inferret se Matrem futuram, concepturam, & parituram Deum hominem, quod tamen ex prophético vaticinio non fieret si esset corrupta, ideo enim electa, quia Virgo, alias non eligenda, vt venisset ad illa verba: *Quoniam virum non cognosco.* Meditatur Chrysostomus, qui homilia 49. in Genesin ita: *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? atqui propter hoc ipsum fiet, quia si cognosces virum non fuisses habita digna, vt huic mysterio deservires.*

Beda.

Bernard.

August.

Andr.

Chrysoft.

1074.

Euincunt etiam Angeli verba: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obnubra-*

*brabit tibi.* Quibus Virgini suadebat rem futuram virtute diuina, vt considerabat Bernardus homilia 4. super missus est: *Ti ac quae ego tam fideliter promitto non de mea, sed de illius, qui me misit virtute praesumo; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Quod amplius expressit Andreas Hierosolymitanus vbi supra: *Valde & adeo plene persuasit Gabriel Virgini, vt reciperet libenter admirabile illud nuntium, eo quod subiecerit, non erit impossibile apud Deum omne Verbum*, ex quibus constat euidenter hos PP. sensisse Virginem suae dignitatis nullam habuisse notitiam, si enim illam haberet, aut in Verbo vidisset, aut ex reuelatione accepisset, aut per scientiam infusam cognosceret necessarium nulla ratione fuisset, quod Angelus tanta efficacia suaderet, & persuaderet illi se futuram Deiparam, sed sine haesitatione vlla, sine cogitationibus, & dic interrogacionibus de modo conceptionis, dubitationibus interpositis Virgo responderet statim: *Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Quia ad Angeli verba intelligeret statim tempus diuiniae generationis in seipsa, & ex seipsa aduenisse, & recoleret quae ad Isaiam legerat, cum tamen forsan non illi tunc in memoria venisset, aut Isaiam locum praec oculis haberet, vt opinantur nonnulli, cuius contrarium docet Pater Augustinus, qui de mente Angeli, & illius ore sermone supra citato, hanc scribit: *Recole Maria in libro Isaiam prophetae Virginem quam parituram legisti, & gaude atque exulta, quia tu esse meruisti.*

Adde ex verbis Angeli: *Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua.* Inferri Virginem gnaram non fuisse suae Maternitatis diuiniae; si enim illam nouisset, non esset necessarium Angeli argumentum, siue sit a minori ad maius, siue a maiori ad minus: sciens enim purissima Virgo se Matrem Dei futuram nulla ratione paueret affectus, ac proinde rationibus non indigeret ad praestatum consensum, neque colloquio disceret Angelico, quod aut reuelatione, aut scientia infusa iam praecognouerat, quae omnia expressit, Leo Papa, serm. 1. de Natiuitate Domini his verbis: *Et ne superni ignara consilij ad insinatos paueret affectus, sic enim legendum non asfatis, neque illis insolita Virgo, quod in ea operandum erat a Spiritu sancto colloquio discit Angelico, nec damnum credit pudoris, Deigenitrix mox futura.* Vbi Pontifex clare asserit fuisse tunc ignaram superni incarnationis consilij, & dum cognouit se in Matrem Verbi electam credidisse statim se Virginem parituram.

Quae rationes ex ipsa historia Annuntiationis depromptae iunctis testimoniis Patrum, ita sunt efficaces, vt ad probandam nostram sententiam aliae non sint necessariae, tamen valde confirmari possunt, ex eo quod in illis, quae de facto disputantur solum addit asserendum, quod constat ex sacra Scriptura, Conciliis, aut Patribus, cum ergo de hac notitia inaudita in Ecclesia nihil ab ipsis inueniatur assertum, & alias negetur communiter, & negandam constat ex historia Evangelica, affirmanda non est contraria doctrina, cui expresse opponitur Fulgentius de Incarnatione, & Gratia cap. 2. l. Fulgent. Non

1076.

Fulgent.

Non solum priusquam Virgo Maria Christum conciperet, sed etiam priusquam se concepturam agnosceret gratia plena Angeli voce nuncupata est, cum nulla eius praeceperet concipiendi Filij Dei, vel cognitio, vel voluntas, ut agnosceretur ex gratia Dei esse tam ipsa obediens voluntas Virginis, quam conceptio Domini Salvatoris. Quibus verbis clare negat illam praecessisse, aut cognitionem, aut voluntatem propriae Maternitatis.

1077. Illeson.

Motiva sententiae affirmativae non sunt efficacia, & in primis testimonium Illeson si concludit illum in ea fuisse opinione, totus enim est sermone illo, de Assumpt. in ostendenda vita theorica, & contemplativa Virginis Deiparae, atque in monstrando tunc temporis memoria evoluisse plura vaticinia, quae re ipsa ad illam pertinent dignitatem, non tamen efficit illam sententiam esse veram, cui repugnat ipsa series Evangelicae historiae, & rerum, quae in executione tanti mysterij concurrerunt, & praeterea generaliter mos sanctorum Patrum, & Doctorum sit in contrarium.

1078.

Ad secundum fateor Virginem sanctissimam optime calluisse linguam Hebraeam & admittere ethymologiam nominis Mariae esse illam, quae significat Deus ex genere meo, quod accusare tractavit Benzonius lib. 2. in Magnificat cap. 2. 2. nego tamen ex illius cognitione proclivi argumento colligere potuisse Virginem diuinam notitiam certam propriae dignitatis, ad summum enim sic poterat colligere Mater Dei, & hominis Virgo futura est, & nominanda Maria, sed ego, & Virgo sum & nominor Maria, ergo ego futura sum genitrix hominis Dei; in quo discursu facile videret consequentiam non esse efficacem, quia eodem argumento quaecunque Virgo quae Maria diceretur posset uti ad idem intentum probandum, sciebatque Virgo sanctissima nomen esse valde commune, vt colligitur ex utroque testamento, & praeterea plures Virgines esse, quae appellarentur hoc nomine, cum quibus tamen dignitas genitricis nullam haberet connexionem, ille vero modus nominandi propriam dignitatem non decet sapientiam prudentissimae feminae, neque illius modestiam, dedecet enim humilitatem Virginis illa curiositas.

1079.

Ad tertium respondeo consequentiam, cognitio enim status sequitur ad visionem beatam, quae perpetua est, & habet rationem vltimae felicitatis, non vero ad quamcunque Dei visionem etiam transeuntem, per hanc enim necessarium non est aliquae cognoscantur creaturae existentes, & multo minus integer status videtur Deum cum omnibus circumstantiis vitae, & mortis; Paulus enim in multorum sententia vidit diuinam essentiam, & tamen non vidit aut locum martyrij proprii, aut suam praedestinationem, timebat enim ne ipse reprobos efficeretur, & actuum Apostolorum cap. 29. sic loquitur: *Et nunc ipse alligatus spiritu vado in Hierusalem qua in ea ventura sunt mihi ignorans, nisi quod Spiritus S. per omnes ciuitates protestatur dicens, quoniam vincula, & tribulationes Hierosolymis me manent.* Vnde colligitur tunc Paulum ignorasse vbi martyrium esset consummaturus, potuit ergo Virgo vidisse diuinam essentiam, & non pro-

Act. cap. 29.

priam dignitatem, imo neque suam praedestinationem, aut impeccabilitatem, vt enim colligit Euthymius Zigubonenfis ad c. 1. Lucae ex illis verbis; exultauit Spiritus meus in Deo saluari in Annunciatione incarnationis, & conceptionis Christi Domini cognouit B. Virgo se esse praedestinatum; ideo enim vocat Iesum Filium salutare suum, salua (inquit) facta sum quae digna habita sum, vt essem Mater Dei.

Euthym.

1080.

Ad confirmationem, visio transiens non est summa felicitas, haec enim arguit felicitatem perpetuam, sicut etiam dicit impassibilitatem, vnde recte potest, stare cum ignorantia etiam proprii status, & cum desiderio illum cognoscendi, quod in hoc casu nullum est inconueniens, esset vero maximum si Beati perpetuo videntes Deum non viderent ea, quae ad se pertinent, esset enim in illis ardentissimus appetitus ad sua cognoscenda, qui necessario turbaret gaudium, & delectationem de beata visione, cum non satiaretur, neque esset beatitudo tunc status honorum omnium aggregatione perfectus. Adde quod B. Virgo forsitan non habuit illud desiderium de notitia proprii status, sed se, & sua omnia permetteret Deo euenti illam ad sui visionem in via, & a fortiori impense illam amanti.

1081.

Ad secundam confirmationem respondeo Virginis amorem, & gratitudinem erga Deum semper fuisse perfectissimam, seque ita disposuisse ad Deum generandum, ac si de facto futuram se Dei genitricem cognosceret, vnde ad hunc finem necessaria non fuit illa notitia, praesertim cum Deus illi conferat auxilia supernaturalia ad omnia illa, quae necessaria erant ad dispositiones requisitas ad tantam dignitatem multo melius quam ea Virgo desideraret, sciebat enim quae dona, quae excellentiae, quae gratiae, qui actus necessaria essent ad illam dignitatem, quod tamen vt euidentis est non poterat agnoscere Virgo, quae vt diximus ex Iustiano solum visione beatifica, non naturali, aut infusa scientia potuit cognoscere excellentiam suae dignitatis.

1082.

In fine huius disputationis addiderim, neque notitiam conditionatam habuisse Virginem suae dignitatis, quae fundaretur in pacto, & promissione de illi conferenda tanta dignitate, si illa ex auxilio diuino praestitisset quae simpliciter erant necessaria ad meritum diuinae Maternitatis, illud enim pactum est mihi difficile, nec probat fuisse inter Deum, & Virginem Ioseph de la Cerda etiam si conetur Academia 17. de Verbo incarnato sect. 2. a. 14. vt alibi ostendendum.

Cerda.

1083.

Nec praetermittendum est propter Virginis humilis gloriam, & excellentiam humilitatis eius & viuacissimi ingenij, id quod in hac difficultate scripsit Simon de Cassia in nostra sententiam lib. 2. c. 1. *Neque in ista fide vinebat veluti Dei cito futura Mater, quamuis ex Spiritu S. potuisset aduertere, quoniam Virginem Dei Matrem esse futuram, non tamen velut humilis, & in hoc ab Spiritu S. limitata de seipsa rem altissimam praesumebat.* O viuacissimum ingenium ne cognoscat se futuram Matrem Dei, limitatur eius intellectus ab Spiritu S. & negatur lux, veluti debita, & humilitas celsissima; Spiritus S. multis

Sim. de Cassia

in li.

insinuat se futuram Matrem, & lumina spiritus S. veluti obscurat humilitas, ne in illis intellectus propriam dignitatem cognosceret.

haec consistit in visione Dei, & gratia consummata, vnde videtur excellentior, quam Maternitas sacrae Deiparae.

1086.



DISPUTATIO XXIV.

Vtrum vnio inter sacram Deiparam & fructum ventris illius sit excellentissima omnium?

1084.



ON comparo vnionem hanc Matris purissimae ad diuinum Filium cum vnione hypostatica, haec enim meo iudicio est excellentissima in entitate respectu omnium vnionum, per illam enim Deus substantialiter, & personaliter vnitur Christi Domini humanitati, qui modus vnionis excedit quemcunque nexum accidentalem, de quo late Hurtado 3. p. disp. 21. sect. 7. Negant Richard. Gabriel, Durand. & alij quos refert Lorca 3. p. q. 2. disp. 17. membro 2. Sed affirmat merito S. Thom. non semel, Henricus, & Scotus apud eundem: sed comparo vnionem Matris ad filium in hac linea cum vnione per gratiam, per charitatem, & etiam per vnionem beatificam, & disputo an excellentius vnatur Deo Virgo ratione Maternitatis supernaturalis, quam vniantur beati ratione gratiae, charitatis, & visionis beatificae, itaut appetibilior sit Maternitas sacra, quam visio beatifica. Quam difficultatem tractant Theologi de vnione hypostatica respectu gratiae, & visionis, & de dignitate Deiparae. necessario videtur tractanda, vt constet quanta illius sit excellentia.

Hurtado. Richard. Gabriel. Durand. Lorca. Thom. Henricus. Scotus.

Vuadingus, Suarez.

Hurtado.

Thom. Granado.

1087. Thomas.

D. Angel.

SECTIO PRIMA.

Vnio sacra Deiparae, & fructus illius excellentissima omnium.

1085.

Richard. Gabriel. Durand. Vasq. Marfil. Argent. August.

NEgabant consequenter ad suam doctrinam Richard. Gabriel, Durand, & alij iam citati, qui id negant de vnione hypostatica, quos manifeste sequitur Vasq. 1. r. in 3. p. disp. 20. c. 4. n. 40. qui non solum affirmat Deitatem in ventre conceptam non sanctificare, sed etiam addit potuisse Christum. Dominum concipi ex visceribus mulieris existentis, & permanentis in peccato, & a fortiori negabit Marfilus in 3. q. 3. a. 1. in corollario post tertiam conclusionem, reputabitque probabile Argentina in 3. d. 2. q. 1. a. 1. ad 1. contra primam conclusionem. Probari potest primo, auctoritate August. Patris asserentis tit. 10. in Ioannem, & epistola 38. & lib. de sancta Virginitate, maius esse concipere Deum mente, quam ventre; ex quo fit consequenter vnionem per gratiam, & visionem esse excellentiorem, non solum Maternitate, sed etiam vnione hypostatica. Secundo quia Maternitas potest communicari naturae rationali, non autem gratia, aut visio beatifica, illud autem est excellentius, quod irrationali naturae communicari non potest. Tercio quia beatitudo est summum bonum nostrum, &

Deinde illam expressit satis diserte Simon de Cassia, qui lib. 2. de Virgine Maria explicans illud Dominus tecum, haec scribit: *Si Dominus est tecum, & cum ipse in omnibus rebus sit, dispari tamen essendi modo. Tecum tamen intrinsecatus, & diligentius adest, vt praeter vnionem quam in thalamo ventris sui celebravit cum humana natura, cum nulla creatura Dominus colligatus astringatur.* Vbi Augustinus ad significandam excel-

1088. Sim. de Cassia

August. excel

excellentiā supremā, & insolitam Deiparę, & illius vocationis cum filio vsus est insolito illo termino intrinsecatius; id etiam licet non tam clare docuit Basil. Seleucienſis hom. 1. in Annunciationem; *Verum inde laudanda Deiparę initium facere deliberatum est, unde ipsa Deipara est & Deipara appellatur.* Est verò & appellatur Deipara ab vnione Maternitatis cum filio supposita generatione; inde ergo laudanda; quia hæc illius excellentia eminentissima, non verò primum à gratia habituali, nec à visione beatifica, & docuit D. Anselm. de excellentia Virginis. c. 1. vbi statim in principio scribit supereminere excellentiam Matris Dei omni quod post hominem Deum creatum est, quæ expresse est nostra conclusio, idque repetit in principio c. 2. & 4. paulo ante medium. *Potestne queso vllus hominum, aut Angelorum istius amoris immensitatem penetrare, vel dignitate honoris illius quidquam percipere comparabile? & inferius: Ipse inquam corporaliter, vt bene dicam venit in eam, singularique gratia, præ omnibus, qua creata sum, siue in calo, siue in terra requieuit in ea.* Vbi aperte fateatur gratiam Maternitatis esse singularem, id est excellentiorem omnibus beneficiis diuinis, atque adeo gratia, & gloria.

Docuit id etiam Ioann. Chrysost. qui apud Metaphrastem octaua die Septembris hæc scribit: *Quid namque illa maius, aut illustrius vllò vquam tempore inuentum est.* Et paulo inferius: *Non denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles, maius, aut excellentius inueniri potest.* Et reddit rationem non ex sanctitate spiritali desumptam, sed ex diuina Maternitate his verbis: *Eadem ancilla Dei est, & mater, eadem Virgo, & genitrix.* Astipulatur Seraphicus Bonauentura, qui ser. 2. de Virgine Maria hæc profert: *Hæc enim in tantum Deo proxima fuit, tantaque sanctitate resplenduit: & sic in summo bonorum omnium culmen obtinuit, vt creatura aliqua non vnita Verbo, ne perfectior, nec maioris boni capax sit.* Et expressit Guillelmus parvus, seu Neobrigensis ad Canticorum c. 6. v. 2. hæc afferens. *Quid enim insignius, præclariorque conferri mihi potuit, quam vt Mater Verbi fierem, & hoc tam excellenter, vt non tantum de me, sed à me in vsum redemptionis humana carnis sumere dignaretur.* Et videtur assertio, & horum PP. doctrina desumi posse ex illo Psal. 44. *Omnis gloria filie Regis ab intus.* Id est à Maternitate vnione suo genere infinita, quod non potest conuenire gratiæ habituali, nec visioni beatificæ.

Ad nostræ ergo conclusionis probationem, motiuis ex ratione desumptis notandum est ex Galeno lib. de Anatomia viuorum §. de Anatomia panniculorum fœtus vinctulis variis fœtum alligari & vniri Matrici, quod etiam notauit Mercado lib. 2. de vteri morbis. c. 1. idque vt firmiter adhæreat Matrici. Alij vincula, alij membranas, alij inuolucra appellant, alij secundinas, tamen omnes in has ligaturas conspiciunt, inter illas verò principalem locum obtinet vena vmbilicalis, seu vmbilicale vinculum, quod procul dubio nascitur ab vmbilico fœtus, & terminatur ad matrē, vel ecôtra vt fœtus nutrimentum accipiat à purissimo sanguine Matris, quod vt indicat figuræ inuolucrorū quas affert Valaluis lib. 5. de fabrica corporis humani 35.

figura membranas penetrat omnes, & in vltima, quæ pellucida est innouitur fœtus, & clarius cernitur vinculum illud, per quod nutritur infans, aut fœtus, & propter hanc rationem appellari solet vehiculum alimenti, vt colligitur ex Galeno eod. lib. §. de Anatomia Matricis illis verbis: *In istis tribus membris artifice natura petente exteriores partes exterius terminatur vehiculum, quo mediante alligatur fœtus vni partium capitum mamillarum, per cuius vehiculi inferiorem meatum transmittitur de puri sanguine menstruo vel alio per quem membra qua prius erant alba rubificantur.* Inde intoluit Galenus commentarium supra primum aphorismum Hipocratis sect. 4. fœtum alligari sicut fructum arbori, quod non fit sine vnione, & continuatione, fructus cum ipsa arbore, & ad hoc videtur alluisse Elizabeth dum Lucæ 1. ait Virgini: *Benedictus fructus ventris tui.* Videat quid aliqui sentiant circa hæc vincula, seu funiculos in P. Suar. t. 2. in 3. p. q. 35. a. 6. disp. 13. sect. 2. §. dupliciter autem in medio.

Rem illustro testimonio Tertulliani, qui lib. de carne Christi cap. 20. explicans de Christo Domino Psalm. 21. *Tu es qui extraxisti me de vtero Matris mee.* Quod ipse legit, *auulsi est ex vtero, hæc scribit: Quid auellitur, nisi quod inhaeret, quod infixum, in nexumque est ei, à quo, vt auferatur, auellitur, si non adhaeret vtero, quomodo auulsus est, si adhaeret, qui auulsus est, quomodo adhaesisset, nisi dum ex vtero est per illum neruum vmbilicalem, quasi folliculi sui traducem ad nexum originis vulua?* Quibus verbis & vehiculum vmbilicalem agnoscat, & per illum nutriti fœtum, & veluti comedere; id enim significat illud verbum (ex vtero est, id est comedit) & realem vnionem Matris ad filium per venam, seu neruum vmbilicalem, sentit enim Christum secundum carnem vteri materni realiter cohaesisse, & idcirco ex matre verè conceptum esse, vt recte notauit Lorinus, ad Psal. 21. v. 10. Et tursum Africano lucem affero ex Arist. qui lib. 2. de generat. animalium cap. 4. qui dilucide retractat: *Quamobrem vtero, & parente, vt terra planta vtiuntur ad cibum hauriendum, donec percipiatur, etiam sit animal potentia gressile. Quocirca ex corde primum venas illis duas natura descripsit, de quibus venis dependet in vterum, ex quibus qui vmbilicus vocatur constat. Vmbilicus enim vena in alijs simplex, in alijs multiplex est: quam venam putamus cuticulare ambit, quod vmbilicus vocatur, quoniam venarum imbecilitas tutelam, operimentumque desiderat; vena autem quasi radius contingunt ad vterum, per quas alimentum haurit fœtus.* Ecce clarissime vena, aut venæ vmbilicus, neruus, aut vehiculum vnio, & continuatio Matris ad filium, & carnis vnus ad alterius carnem, vt alatur & viuatur fœtus. Vnde cum abscinditur neruus illa abscissio non fit sine sanguine, inde miraculosum, & supra naturam, quod in abscissione Christi Domini ab vtero virginali, & nerui, aut venæ nullus fuerit sanguis, vt in visione cernebat S. Brigitta. lib. 7. c. 21. *Quæ (Virgo) sedens in terra posuit filium suum in gremio, & reseruit cum digitis subtiliter vmbilicum eius, qui statim abscissus est, neque inde aliquis liquor, aut sanguis exiuit.* Cum ergo, vt alij fœtus aluntur in vtero alitus sit Christus Domi-

Seleucienſis.

Anselm.

1089. Chrysost.

Bonauent.

Guillelm.

Pf. 44.

1090.

Galeno.

Mercado.

Valaluis.

Galen.

Hipocrat.

Luc. 1.

Suar.

1091. Tertul.

Pfal. 21. Arist.

Brigitta.

Noüatus.

1091.

Archang.

nus necessario vnitus debuit esse cum sanctissima Matre, quod in fertum appellabat Hilarius lib. 3. de Trinitate scribens. *Inerrabilis à Deo originis vnus vnigenitus Deus in corpusculi humani formam sanctæ Virginis inseruit vtero aceruit.* Vbi alimentum arguitur ex vnione, seu continuatione carnis Matris cū carne Christi Domini; ex quo intelligitur illud vulgare Arnoldi Carnoten. de laudibus Virg. *Vna est caro Christi, & Maria.* Non quia Mariæ carnē vniat sibi, quæ per venam, seu neruum vmbilicalem continua sit cū carne Mariæ, quæ illius est ingēs gloria, excellentia gloriosa nulli alteri communicabilis. Vnde Bapt. Nouat. de excellentia Virginis lib. 3. absolute affirmat carnem Christi esse continuam cū carne Mariæ, quem merito recitentur sequuntur. Horum omnium in Christo Domino ratio est, quia integrum Verbum assumpsit humanam naturam, & debuit Matri vniri, & ab illa alimentum accipere, vt suis Matribus alij & vniantur, & ab illis alantur infantes, & fœtus.

Ex quibus omnibus hanc conficiō rationem. Vnio hypostatica excellentissima est inter omnes substantiales, & accidentales vniones, quia est nexus substantialis personæ diuinæ cum humanitate, ac proinde carnis Christi cū persona diuina, sed vnio inter sacram Deiparā, & Christum Dominū in hac lineā est vnio realis carnis filij, cum carne Matris diuinæ, ergo excellentissima est propter vnionē hypostaticam inter omnes alias vniones gratiæ, charitatis, & visionis beatificæ. Consequētia probatur, quia nulla illarum vnionum est nexūs immediatus cum carne ipsius Dei, neq; vinculū substantiale sed solum accidentale, sed est vinculum solum per participationē diuinæ nature, vt contingit in gratia, aut solum vnio intelligibilis, vt contingit in visione beatifica, vnio vero hæc est realis, & substantialis vt constat. Et explicari potest, quia hæc vnio tamen nō sit personalis, id est talis vt per illā subsistat caro Mariæ SS. personalitate Christi, alias esset Deus, quod est hæreticum, in eo sensu potest dici personalis, quod sit nexus duarum personarum in carne vna in sensu quo ex Arnolde omnes loquuntur, ita vt in persona Mariæ SS. sit Christi Domini persona per identitatem, quod in nullo etiam Angelorum reperitur sed neq; inueniri vnquā possit. Quod dubio procul voluit significare Damian. serm. 1. de Virginis Nat. vbi illa aurea, & difficilia verba, sed quæ immensam augeant Virginis gloriam, reliquit scripta aduertēs quatuor modis esse Deū in creaturis. *Primo essentialiter inest tam bonis quam malis. Secundo modo inest bonis operatione, agit enim in eis virtus operatiua, vt operentur opera Dei. Tertio modo inest plurisque bonis illuminatione, &c. Quarto modo inest vni creatura videlicet Mariae Virginis per identitatem, quia idem est cum illa. Et sic ita ceat, & contremiscat omnis creatura, vix audeat aspicere tanta dignitatis, & dignationis immensitatem. Dominus tecū inquit Archangelus, habitat in Angelis Deus, sed non cum Angelis, quia cum illis eiusdem non est essentia, habitat Deus in Virgine, habitat cum illa cum qua vnus natura habet identitatem.* Et cum hæc dixerit ad explica-

tionem & applicationem toni Salomonis 3. Reg. 10. ad Virginem, & asseruisset per aurum Regum. fuluum nimis intelligendam esse diuinitatem, & hac vestitam esse imo superuēstitam Matrem Altissimi, concludit. *Talis modo Deum Virginem induit, vt meliori non possit.* Vbi aperte docet induram ipsa diuinitatem Mariam SS. quatenus Verbum quod humanitatem induit habitu inuentum vt homo vnitum est Matri, & præterea vestem nuptialem gratiæ & gloriæ inferiorem esse respectu huius vestis, quod nihil est aliud, quam vnionem per maternitatem, & filiationem non esse inferiorem visione, & gratia, sed potius illis superiorem; si enim inferior illa vestis, vel vnio existeret, meliori, & excellentiori modo posset Deus induere Matrem. Ex quo testimonio hæc ratio confici potest vi vnionis Matris ad filium, ita fuit Maria ad diuinitatem euecta, vt perfectiori modo illi vniri non posset: ergo hæc vnio præter hypostaticam etiam excellentior est vnione per gratiam, & gloriam, aut visionem beatificam. Consequētia est euidentis alias enim meliori modo Deus posset vniri Virgini sanctissimæ quod est contra sententiam Petri Damiani, qui solum vnionem hypostaticam vult excedere Maternitatis vnionem in ratione vestis, & indumenti.

SECTIO II.

Aliis motiuis prima monstratur assertio.

Secundo probatur assertio, quia quando aliqua duo ita inter se copiantur, vt prius inferat posterius, tãquā ratio, vel causa illius, non tamen posterius inferat prius, prius est absolute loquendo excellentius, & perfectius; quā illud posterius, sed vnio Maternitatis, & filiationis inferit vnionem per gratiam, & gloriam, istæ vero, illam vnionem non inferent, ergo vnio Matris Mariæ ad Filium diuinum est excellentior vnione per gratiam, & gloriam; discursus est euidentis & maior solum indiget explicatione; substantia enim est excellentior suis proprietatibus; quia primario inferit eas tãquā suum principium; ipse vero non inferit substantiam, nisi tãquā effectus illius, & minor est clarissima, gratia enim & gloria non inferit vnionem Matris ad Deum cum separatæ inueniantur, at vnio Matris Dei ad filium inferit necessario, & forsan physice gratiam, & gloriam, de quo in secūda vestigatione erit disputatio. Hoc argumēto probat Ragusa. 3. p. q. 2. d. 41. §. 2. verū. vt ergo vnionē hypostaticam esse excellentiorem gratia habituali, & visione beatifica. Tertio probatur, quia à toto genere excellentius est generare Deum, quam illum videre; ergo etiam vnio inter Deum vt filium, & Matrem illius excellentior est quam vnio quæ resultat ex gratiæ, & visionis, beatificæ communicatione. Consequētia est euidentis, & antecedens non difficilius probatur, quam ostenditur excellentius esse Matrem, aut Patrem regis, quam illum videre; quod certius est quam quod certissimum, & probari potest vltius ex mirabilibus, quæ contigerunt in

Ragusa.

1094.

incarnatione Dei, quæ in visione Diuina non reperiuntur, vnde temper fuit difficilius creditu Deum nasci ex muliere, quam Deum clare posse videri; vnde sunt, qui existiment in visione Dei propendere homines naturali desiderio, quod de Maternitate concederet nullus. Miraculum præterea non est hominem videre. Deum supposita illius ordinatione ad beatitudinem; At vero non solum est miraculum, sed etiam miraculum miraculorum Deum nasci ex femina, quantum sanctissima: Virgo enim sit participatio potentia generatiua Patris; Spiritus sanctus superuenit in eam, obumbrat virtus altissimi: concipit Virgo, vnitur vere, & realiter carni cui Deus vnitur: Verbum efficitur caro, corpus formatur in instanti, natura humana sine propria personalitate subsistit substantia verbi, & tandem Virgo parit, & post verum partum permanet Virgo, quæ dubio procul excellentiam mysterij commendat, & excellentiam Deiparæ, in quæ hæc omnia contigerunt, cum reali illius vnione ad personam Verbi diuini, quatenus est illius naturalis filius Confirmatur ex maiori distantia, quæ reperitur inter hominem ex vna parte, & visionem beatificam, & gratiam ex altera, & inter Matrem, & Deum in ratione filij, prior enim est distantia finita; alia vero est infinita, & propterea hæc excellentiorem petit virtutem, vt superetur quæ Deus non ostendit in eo quod homines illius videant essentiam; at vt B. Virgo, vt Mater Deo realiter vniretur in ratione Matris, & Deus in ratione filij fecit potentiam in brachio suo.

Quarto probatur discursu, qui sine dubio infert ingentem Virginis Matris gloriam, non solum enim vnitur filius hoc singulari modo carni illius, sed etiam Pater æternus Virgini vnitur in carne vna scilicet filij generi: ergo vnio ista ad Deum est excellentissima inter omnes vniones præter hypostaticam: antecessens explicatur ex illo Genesis 2. *Quam ob rem relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit uxori sua, & erunt duo in carne vna.* Vbi Deus ipse declarat intimam vnionem vtriusque Parentis in filio iam genito, quæ procul dubio arctissima est explicatore Lipomano. *Nulla erit arctior (inquit) familiaritas, nullum glutinum amoris, sincerum & purum fortius, quam viri & uxoris vnica dilecta contubernium.* Agglutinabitur enim uxori, quod de carne nõ solum prolis, sed de propria carne intellexit Hugo Victorinus, qui ait, vellent vir & vxor eandem carnem habere, at quia non possunt dilectione, & amore efficiunt, quod natura non possunt. At mirabili modo Pater æternus, & beatissima Virgo vnuntur in carne, cui Verbum diuinum vnitur, & sic sunt duo in carne vna, ita vt Pater æternus illam carnem reputet suam, & veluti se genitam, quia Verbum diuinum, non solum vt Deus, sed etiam vt homo sit Filius Dei naturalis, vt & est filius naturalis B. Virginis; vnde illud Psalmi. *Filius meus est: ego hodie genui te,* non solum de diuina, sed etiam de generatione humana Christi Domini sancti Patres accipiunt. Ex quo fit Patrem æternum & Mariam SS. vniri in Carne Christi, vt Pater, & Mater vnuntur in filio; homo enim Christus, & generatur a

Patre diuino, & generatur à Matre, quod sine constanti illigatione fieri non potest, & significari potest in intima vnione, & nexu, quem inter Patrem Diuinum, & Mariam SS. considerabat Amedeus homilia 2. de laudibus Virginis verbis, *Facta igitur extra se suisque oblita pro gaudio adhaesit corde lætissimo Patri Spiritui, & conglutinata Deo in illum tota efferebatur, in cuius amoris immensitate refundebat.* Vbi ponderandum, quod notauit Pacensis Episcopus de Verbo incarnato Academia 9. sect. 4. n. 34. ad finem Amedeum tractare vnionem spirituales inter Mariam, & Patrem æternum, & vt eisdem terminis, quibus vtitur Spiritus sanctus ad significandam vnionem inter virum, & vxorem offert enim illud, adhæsit, & illud, conglutinata Deo, complexus vulgaram translationem, quæ adhærebit, & Lxx. qui legunt, agglutinabitur vxori. Vbi mea sententia Amedeus vtramque vnionem intellexit, & ex vnione, & glutino inter Patrem æternum, & Mariam sanctissimam propter communem filium intulit vnionem ardentissimam per affectum ac si diceret conglutinata Deo in carne vna, scilicet filij iam hominis, veluti sui oblita adhæsit spiritualiter corde scilicet lætissimo Patri, vt qui iam secunda generatione humana scilicet, & temporali genuerat filium, de quo statim poterat clamare, & forte clamauit, Ecce filius meus dilectus in quo delector, vt considerat Cæsarius Basilij frater dialogo 1. Deinde loquutiones Patrum, qui affirmant Mariam esse Patris sponsam, generationem etiam, vt est opus ad extra Patri æterno tribuunt, vt Rupertus libro. 5. in Genes. caput 37. & libro 1. in Cantica, & hanc vnionem Patris Diuini, & Matris in vnica carne melius intelliges; vide etiam Episcopum Almeriensis citat. Academia 10. sect. 1. à num. 1.

Quinto probatur conclusio, explicando magis doctrinam allatam in prima probatione, dupliciter enim potest intelligi vnio physica & realis personæ diuinæ cum aliqua natura creata, primo ita vt vnatur persona diuina illi in ratione subsistentis, & constituat vniam personam in duplici natura subsistentem, quo pacto persona Verbi vnita est humanitati, vnde Verbum caro, & homo factum est, & hæc proprie dicitur, & est vnio hypostatica. Secundo potest vniri non sustentando, neque terminando naturam in ratione personæ, sed tantum propter nexum necessarium cum alia persona à qua habet suum esse in propria, aut aliena natura, ea ratione qua realiter vnitur Verbum diuinum cum Patre, qua est persona, quæ communicat illi esse diuinum, quia non est vnio in ratione subsistenti, sed in ratione Patris, & Filij, qui vnuntur realiter, & identificantur non in personalitate sed in natura, quæ vnio non est personalis, sed personarum, & eodem modo generaliter loquendo Mater & filius vnuntur; vt duæ personæ propter vnionem, & continuationem carnis Matris cum carne Filij, tamen neutrius caro subsistat per substantiam alterius, vnde cum non vnatur præcise caro, sed caro vt subsistit personalitate filij, vere dicitur vniri

Amedeus.

Pacensis.

Cæsarius.

Rupertus.

Almeriens.

1096:

1097.

vniri persona diuina, quanuis in ratione subsistentis Matri non vnatur, neque terminet illius naturam humanam.

Ex hoc manifestè sequitur Deum vt terminantem naturam humanam, atque adeo, vt homo est vnium Matri dum gestaretur in vtero, tamen non vnione, quæ constituat Incarnationem, sed quæ illam supponat, & ad illam ex natura rei sequatur non enim minorata est Diuinitas ex vnione ad humanitatem, vel ex eo consumpta. Inde sicut vnio per gratiam est vnio ad Deum, & vnio per visionem beatificam est nexus inter videntem, & Deum, ita tamen vt neutra sit vnio hypostatica, eadem ratione hæc personarum vnio est nexus Virginis ad Deum, tamen non sit hypostatica, tanta propinquitate, vt nihil mediet inter Deum hominem genitum, & Mariam sanctissimam generantem Ex quo dicitur, & est propinquissima Deo iuxta Albertum Magnum, & terigisse fines diuinitatis, vel esse Deo affinem, vt loquuntur S. Thomas & Caieranus. Sequitur etiam hanc vnionem proprie, & absolute loquendo pertinere ad ordinem hypostaticum, quia pertinet ad naturalem modum essendi Dei hominis in vtero Matris, quæ excellentia non iauentur in vnione per gratiam, & per visionem beatificam.

Magnus. Albertus S.Thom. Caieran.

1098.

Vnde argumentor, vnio ad personam diuinam, tamen non sit hypostatica, si aliàs sit & physica, & realis, excellentior est gratia adoptionis, & visionis beatificæ, sed vnio inter Mariam sanctissimam, & personam Christi Domini etiam si non sit hypostatica est realis, & physica, ergo est excellentior gratia habituali, & vnione beatificæ. Consequentia est legitima, & minor est certa. Maior vero probatur, quia sine dubio, est arctior & strictior coniunctio, quæ inter duas personas potest reperiri; Nemo enim dicit strictius coniungi beatum Deo per gratiam, aut visionem, quam necitur Diuinitati, & Verbo incarnato Mater purissima. Confirmatur primo, quia hæc vnio est veluti participatio vnionis realis, & physica inter Patrem, & Filium diuinum in linea generationis. Visio vero beatificæ de qua maior potest esse difficultas est participatio visionis, quæ est quid intentionale, & de linea intellectus. Confirmatur deinde, quia hæc vnio Matris ad filium est naturalis, & necessaria, vnio autem per gratiam, aut visionem beatificam, nec naturalis est nec necessaria, pendet enim à solo Deo libere influente, vnio vero Maternalis est quid consequutum ad generationem naturalem sine nouo fauore, sine noua actione, vnde nullo potest modo impediri. Quæ ratio vrgentius confirmari posset, si vera esset sententia opinantium inter perfectiones diuinas aliquas esse excellentiores aliis, quod scripsit Erice 1. p. disp. 5. c. 5. & disput. 15. 2. & refutat Lugo, 1. tomo in 3. p. disp. 2. sect. 5. n. 19. Hæc enim opinatiõne supposita excellentior esset vnio naturæ diuinæ cum tribus suppositis, quam vnio cum eisdem in ratione obiecti, prior enim pertinet ad naturam, posterior vero pertinet ad attributa, ex quo fieret vnionem Matris ad filium esse excellentiorem, quia imitatur vnionem personarum inter se, quod in

Erice. Lugo.

vnione per gratiam, aut per visionem non reperitur. Hæc dixerim, non quia consonam iudicem Valentini sententiam, sed vt si cui placuerit aliud fundamentum habeat, vt sibi persuadeat nostram de excellentia Maternalis vnionis sententiam.

1099.

Sexto probatur, quia absolute excellentior est vnio substantialis realis ad Deum, quam vnio per participationem, & accidentalis; sed vnio Matris ad Filium Deum est vnio substantialis, & realis ad Verbum, & personam diuinam; ergo excellentior vnio per gratiam & visionem beatificam. Consequentia probatur, quia vtraque est vnio accidentalitatis, & per participationem. Maior vero probatur, quia hæc ratione probatur efficaciter vnionem hypostaticam esse excellentiorem in propria entitate quacunque vnione creata etiam beatifica, quicumque enim vnitur substantialiter Deo vnitur Deo secundum esse, hæc autem vnio maior est, & perfectior, quam alia vniones, quæ tales non sunt, aut sunt per operationem & hæc aperta, & expressa sententia S. Thomæ, qui in 3. p. q. 4. a. 1. ad 2. hæc protulit. Multo maior, & perfectior est vnio ad Deum secundum esse personale, quam quæ est per operationem, per visionem autem beatam vnitur homo Deo, vt per operationem. Quod ibi amplectitur Caieranus, quæ verba licet principaliter probent id de vnione hypostatica, vrgent etiam ad id ipsum ostendum de quacunque vnione, quæ sit substantialis, cum ratione illius possideatur Deus secundum substantiam, & non accidentaliter solum, & hoc explicuit, & probauit Diuus Thomas 3. p. q. 2. a. 10. Ad primum ergo dicendum, quod gratia, quæ est accidens est quædam similitudo diuinitatis participata in homine, per incarnationem autem humana natura non dicitur participasse similitudinem aliquam diuinæ naturæ, sed dicitur esse coniuncta ipsi diuinæ naturæ in persona filij, maius autem est res ipsa, quam similitudo eius participata. Hactenus D. Thomas ex cuius doctrina valide confirmatur hæc sexta probatio, vere enim sacra Deipara per incarnationem in se effectam habuit sibi vnitam personam diuinam ratione vnionis hypostaticæ ad humanam naturam, non participatiue, sed substantialiter, non per effectum productum, non per similitudinem, sed secundum rem, quia habuit sibi vnitam personam diuinam, non hypostaticæ, sed tamquam proprium filium, quod est habere rem secundum se ipsam, non enim genuit Deus per similitudinem, aut per aliquem effectum, sed quia illum ( vt alia Matres proprios filios ) substantialiter edidit.

S. Thom.

Caieran.

S. Thom.

SECTIO III.

Eligibilior est vnio Deiparæ ad filium quam vnio ad gratiam, & gloriam.

Hæc est secunda huius disputationis assertio illamque tradit Suarez loco citato ex 3. p. in fine sectionis secundæ, vbi expresse affirmat simpliciter esse maius Dei beneficium Mariam sanctissimam eligi ad hanc vnionem, quam Diuum Petrum eligi ad gloriam. Colligitur ex testimoniis sancti Thomæ, quæ addu-

1100.

ximus, quibus adde alterum ex 1. p. quaest. 25. art. 6. ad 4. vbi docet hanc vnionem, vt assertit & supponit Maternitatem. Hoc enim tantum significatur nomine dignitatis Maternae, esse in suo genere infinitam, quia est suprema quaedam coniunctio cum persona infinita. Ex qua etiam doctrina, & fundamento intulit 2. 2. q. 103. a. 4. ad 2. ratione huius vnionis deberi Virgini excellentiorē, adoratiōē quā aliis sanctis, quia sua operatione fines diuinitatis propinquos attingit. Ad hanc vero operationem nihil retulit gratia habitualis, aut visio beatifica, sicut retulit nihil, quod capilli beatissimae Virginis essent flauis, aut nigri, vt notauit Lorca 12. Cum ergo adoratio debeatur propter excellentiam, & Virgini sanctissimae quia Deipara est praecise excellentior debeatur adoratio, quam aliis sanctis, consequens est ex sententia sancti Thomae augustiorem esse excellentiam Virginis, quia Deipara est, quam illa quae reperitur in illius anima qua sancta est, aut qua videt clare, & intuitiue Deum, quod sine dubio sequutus est Simon de Casia adductus sect. 1. Et sequuntur vniuersi Patres, & Theologi, qui absolute docent supremam dignitatem in virgine sanctissima esse Maternitatem propter intimam, & substantialem ad Verbum diuinum coniunctionem, aliam enim rationem reddere non possunt. Quod manifeste docuit Anselmus, qui de excellentia Virginis cap. 4. haec scribit. *Exstendit ergo ipse prius amorem quem habebat erga Matrem Virginem & amorem quo nullum putemus esse maiorem: Matrem suam fecit illam, & Virginitatem illi non ademit.* Cum ergo maior Dei amor, & illius effectus reluceant in collatione Maternitatis, clare sensit Anselmus elegibiliorem esse Maternitatem, & vnionem sacrae Deiparae, gratia, & vnione per visionem beatificam.

Imo neque aprior ad hanc secundam conclusionem probandam valet inueniri. Illa enim vnio est eligibilior in ordine ad Deum, quae (non loquor de vnione hypostatica) est excellentior coniunctio cum Deo; sed vnio Maternitatis Deiparae est excellentior cum sit substantialis, & vnio personae diuinae & humanae inter se, ergo haec est eligibilior, quam vnio per gratiam, & gloriam, consequentia est clara, & minor constat ex dictis. Maior vero probatur facile, quia appetibilitas fundatur in excellentia, ita vt quo haec fuerit maior sit appetibilior, ideo enim appetibilior est vnio hypostatica aliis omnibus vnionibus, quia simpliciter loquendo est aliis omnibus excellentior. Confirmatur, quia illa dignitas, aut vnio est excellentior, & eligibilior aliis ex qua sequitur imperium in ipsum Deum; sed ex naturali Deiparae vnione ad filium sequitur imperium in Deum: ergo haec est eligibilior aliis vnionibus. Consequenter probatur, quia habere aliquo modo superioritatem in Deum etiam in linea naturae non potest non dicere perfectionem in suo genere infinitam, vt de dignitate Matris loquitur sanctus Thomas; & maior est ex terminis clara; minor probatur ex illis verbis Lucae 2. & erat subditus illis, vbi asseritur

Christus Dominus, & subditum esse, & Deiparae sanctissimae ministrasse, quod exaggerant Patres, & ponderabat Ioannes Rusbrochius, qui loquens de Maria, & Filio Iesu haec dixit libello de septem amoris gradibus cap. 8. *Orabat quidem, vt Deum suum, itemque imperabat vt filio suo.* Et Ambrosius lib. 2. in cap. 2. Lucae. *Et miramur si Patri defert, qui subditur Matri.* Et addit contra Arianos. *Non utique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est.* Qui enim voluit nasci, de Maria sanctissima, illiusque fieri filius, libere, & pie hanc subiectionem elegit, & vt illius ostenderetur dignatio Ioseph castissimo propter Matrem etiam castissimam subditus erat. Hinc nullus inferat licitum esse simpliciter loquendo desiderare Deum hoc etiam modo habere subditum, sed desiderare Maternitatem Dei ad maiorem illius gloriam ex gratia ipsius Dei, ex quo sequitur subiectio Filii diuini ad Matrem, & sine vlla specie superbiae id fieri posse, alij asserunt, alij negant.

Inferitur ex dictis, hanc vnionem Matris ad Verbum diuinum, vt dicit Maternitatem, & supernaturalem virtutem reductam ad actum esse perfectissimum Donum, quod praeter vnionem hypostaticam Deus potest communicare creaturae; ratio est manifesta, quia est excellentissima in ordine excellentissimo, scilicet hypostatico, hac enim ratione hypostatica vnio est excellentissimum donum, quia est prima entitas in ordine hypostatico, & vnio personalitatis diuinae ad humanitatem; haec vero vnio est personae diuinae ad personam humanam Virginis in carne vna, vt supra dicebamus, & optime explicuit Richardus de sancto Laurentio lib. 2. de laudibus Virginis cap. 5. hoc modo. *Secunda (vnio) est personalis & verbi, ac diuina sapientia ad corpus, quauis enim Maria non coniungeretur in unitate persona, tamen portioem carnis eius in unitatem persona sibi sociavit diuina sapientia.* Quae sententia profundissima est, & asserit Richardus, Verbum vnitum ad corpus Virginis non quia illi per personalitatem connectitur hypostatici (id enim falsissimum est) sed quia portioem carnis eius Verbum est personaliter vnitum. Vnde hanc vnionem personalem vocat non quia sit sicut vnio Verbi diuini ad humanitatem Christi, sed quia est intima vnio, quae esse potest inter duas personas.

Nec contrarium euincunt motiua adducta in principio sectionis primae ad Augustini Patris testimonia, quibus contenditur Maternitatem, & vnionem Deiparae sacrae ad filium esse inferiorem vnione per gratiam, & visionem beatificam; & ad alia quae ex sanctis patribus solent adduci Suarez asserit responderi posse Maternitatem, & vnionem sacrae Virginis in ordine ad Christum Dominum posse praecise comparari ad illum, vt homo est praescindendo in illo dignitatem personae, & solum considerando gratiam, & sanctitatem, quomodo dignitas & vnio Materna nullam dicit excellentiam, quae cum dignitate & gratia adoptionis valeat comparari, haec enim supernaturalis est; illa vero solum intelligitur

telligitur naturalis. Secundo comparari posse ad Christum Dominum vt dicit diuinam personam, & hoc modo dicit excellentiam non solum supernaturalem, sed etiam ordinis hypostatici. Asserit ergo Augustinum & alios Patres esse loquutos de dignitate Maternitatis, & vnionis ad Christum, solum vt homo est, qua consideratione nihil Virgini profuisse quod carnem Christi, praecise vt homo est genuisset ad consequutionem vitae aeternae, & beatitudinis, quae solutio viri doctissimi mihi summopere placuit.

Sed vt melius, & clarius videamus Augustinum nostrae non aduersari sententiae consideremus illius verba, & principio tom. 9. tract. 10. in Ioannem haec scribit. *Felix venter qui te portauit: & ille, imo felices, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud, hoc est dicere, & Mater mea quam appellasti felicem; inde felix, quia Verbum Dei custodiuit: non quia in illa Verbum caro factum est & habitauit in nobis, sed quia custodiuit ipsum, Verbum Dei per quod facta est, & quod in illa caro factum est.* Deinde lib. Epistol. Epistol. 38. ad illud quae mihi Mater, aut qui frater, Matthaei 12. *Ita optimus Magister, atque diuinus id Maternum nomen, quod ei quasi priuatum, atque proprium nunciauerunt, quia terrenum erat in comparatione caelestis propinquitatis abieci, & eadem caelestem propinquitatem in discipulis suis commemorans, quo sibi rursus conseruato generis cum ceteris sanctis Virgo sancta cohaerere ostendit.* Tandem libri de sancta virginitate cap. 3. *Beatorum ergo Maria concipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi.* Et infra. *Sic & Materna propinquitatis nihil Maria profuisset nisi felicitas. Christum corde, quam carne gestasset.* Haec Augustinus, nunquam impietis concedam tantum Doctorem contra communem sensum Ecclesiae negare virginem sanctissimam esse felicem, quia in illa Verbum caro factum est, quod in priori testimonio videtur negare. Canit enim Ecclesia in solemnitatibus felicissimae Virginis. *Felix es sacra Virgo Maria & omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitiae, & quae defumitur ex laudibus, Ecclesiae. Felix es Maria, quia in illa Verbum caro factum, illa ergo Augustiniana propositio necessario est aliter intelligenda, ne opponatur Ecclesiae generali consensu. Existimo igitur Verba Augustini intelligenda esse, vt & intelligenda verba Christi Domini, qui Iudaeis loquebatur secundum sententiam, seu iudicium illorum, non secundum rei veritatem, opinabantur enim Christum esse solum hominem non verum Deum, & Matrem illius communem hominis non Dei genitricem: Ne igitur cogitarent Regnum caelorum propter propinquitatem dandum propinquis, sed propter caelestia opera, ideo est illo modo loquutus, non quia suam genitricem non existimasset ob tantam, & infinitam dignitatem non esse felicem. Quam explicationem asstruit.*

imo confirmat Augustinus, dum in secundo testimonio scripsit. *Maternum nomen quod illi nunciabant abieci.* Ac si diceret, ideo abiecit quia illi nunciabant; nunciabant autem solum quod intelligebant; intelligebant autem solum terrenum propinquitatis nomen, quod inuenitur in alii filius respectu Matrum suarum, quod absolute est solum terrenum. Matris autem, & filij nomen in Christo quid diuinum est propter personam diuinam genitam. Tertium autem testimonium non indiget maiori explicatione, quam illa, quam attulit Franciscus Suarez, praecipue cum non dixerit Augustinus concipiendo Christum, sed carnem Christi; vbi expressa est illa praecise, qua vtitur Suarez, & illam clarius explicuit Augustinus, lib. illo de sancta Virginitate, dum dixit. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, ipse mihi frater, & Mater & soror est.* Quid aliud nos docet nisi carnalis cognationi genus nostrum spirituale praepone, nec inde beatos esse homines si iustis, & sanctis carnis propinquitate iungamur; sed si eorum doctrina, & moribus obediendo, atque imitando cohaerescant. Et statim Beatorum ergo Maria &c. sentit ergo Mariam non esse felicem quia carnem generauit praecise, sed non negat esse felicem, quia fuit, & est genitrix Dei. Nihil Doctor contra sanctissimam dignitatem Dei genitricis.

Ad secundum desumptum ex ratione, negauit sapius, & negabo semper diuinam personam posse bruto vniti, brutamque naturam ex bruta Matre sibi posse assumere. Inde neque Maternitas neque gratia, neque visio beatifica irrationali naturae potest communicari; Hocret enim animus hanc vnionem, vt rem Deo indecentem, indignam diuinitate.

Ad tertium, felicitas Virginis desumpta ex Maternitate non est illa de qua loquuntur Arist. Philosophi, & Theologi, & est actus & operatio nostra a nobis elicit, vt ostendunt S. Tho. 1. 2. quaest. 3. art. 2. Et omnes Theologi, imo & perfectissimus actus, & praeterea vlcimus in ratione beatitudinis formalis, summumque bonum nostrum in ratione operationis; Maternalis vero dignitas est summum bonum simpliciter, quia asserit substantialem vnionem cum Deo. Ex ratione vero boni vltimi etiam non sequitur ratio felicitatis; amor enim beatificus delectatio, & fructus sunt posteriores visione beatifica & sunt supernaturales, & tamen in illis non consistit beatitudo. Ita respondent Suarez Vazquez, Lorca, & qui affirmant visionem beatificam esse inferiorē in entitate vnione hypostatica.

Sed contra vtramque conclusionem nostrae sententiae obiicit aliquis, & ingeniose quidem, illud quod supernaturale non est secundum substantiam, non potest esse suprema coniunctio cum Deo, atque adeo, neque perfectius quam gratia habitualis, aut visio beatifica sed vnio Maternitatis inter Deum, & beatissimam Virginitatem non est supernaturalis secundum substantiam, ergo nec potest esse suprema coniunctio cum Deo, ac proinde nec excellentior gratia habituali, & visione beatifica; consequentia est clara, & maior probatur, quia suprema coniunctio

Lorca.

Simon de Casia.

Anselm.

1101.

Thom.

Luca.

Rusbruch.

1102.

Richard.

1103.

Suarez.

Suarez. August.

1105.

Arist.

1106.

S. Thom.

Suarez. Vazquez. Lorca.

& vnio cum Deo debet esse eiusdem ordinis cum Deo, qui secundum substantiam supernaturalis est; vnio enim, & res vnita debent esse in eodem ordine, vt inductione potest probari. Maior autem in qua est vis argumenti probatur manifeste, quia vnio inter Matrem sanctissimam, & filium procedit à neruo umbilicali, qui in Christo Domino, & Dei genitrice non est alterius ordinis, quam in aliis Filiis, & Matribus in quibus simpliciter non est supernaturalis, sed naturalis omnino, sicut naturalis est vnio inter aliquas partes substantiæ corporeæ. Adde & vnionem animæ rationalis Christi Domini cū corpore illius esse ordinis naturalis, non tamen ordinis diuini. Vnio ergo inter Deiparam, & filium naturalis est & ideo non erit excellentior, quam gratia adoptionis, & visio beatifica

**1108.** Respondeo difficultatem non procedere de vnione illa Matris & Filii diuini sumpta præcise, sed controuersia esse an dignitas Maternalis Dei genitricis ad quam reductam in actū sequitur necessario ille nexus, & vnio sit excellentior, quam visio beatifica vnde sensus conclusionis vtriusque est dignitatem Matris præferendam esse absolute dignitati adoptionis, etiam vt includit visionem beatam, quia in hoc sensu considerata dicit dignitatem Maternalem, generationem actualem Dei hominis & coniunctionem cum Deo secundum rationem filii, quorum primum absolute loquendo supernaturale est secundum substantiam, & participationem naturæ diuinæ, vt reperitur in Patre. Secundum supernaturale etiam est, tamen procedat à potentia naturali, quia hæc est ratio operandi pro vt eleuatur supernaturali virtute; ea ratione qua actus Charitatis, & visio beatifica supernaturales sunt, quia procedunt à virtute supernaturali. Tertium autem scilicet vnio tamen in aliis Matribus absolute sit naturalis, in Beatissima Virgine secundum peculiarem rationem pertinet ad ordinem hypostaticum cum sit nexus inter Deiparam, & Christum Dominum, at ordo hypostaticus sublimior est etiam ordine supernaturali, vt declarauimus supra disput. 5. sect. 4. & alias est substantialis nexus duarum personarum quarum altera est diuina, vt explicuimus in hac disputatione, & forsitan hæc vnio aliquid est supra totam naturam, quia nexus cum persona diuina, quicumque ille sit, indebitus est naturæ, singulareque beneficium collatum à Deo, quod nulla virtute naturali vnquam potuit conferri. Ad argumentum ergo concessa maiori nego minorem propter rationem dictam.

**1109.** Ex illis vero quæ diximus de alimento Christo Domino exhibitio ex sanguine purissimo per neruum umbilicalem, nullus inferat Beatissimam Virginem aliquam passam molestiam valerudinem aduersam, aut defectum optimi coloris, vt alia patiuntur feminæ, vere enim illa conceptio sicut & partus fuit conceptio salutis; Quod affirmat Bern. Serm. in signum Mag. *Illud molestissimum radium, quo vniones grauida laborare noscuntur, sola illa non sentit, quæ sola sine voluptate concepit.* Vnde non bene scripsit Simon de Cassia lib. 2. de

Beata Virgine cap. 16. Ioseph. intellexisse Virginem grauidam. *In exterioribus gestis, quia squalidabatnr facies Virgins, & attenuabatur in carne.* Id enim non verum, quia nec grauidam, aut pondus sentit Virgo beata, vt docuit Augustinus sermone 11. de natiuitate. *Cum esset grauida salubri lenitate plaudebat, lumen enim quod intra se, habebat pondus habere non poterat.* Quibus addiderim quod cum Virgo cum aliis fœminis natura communicabat non culpa, molestias illas pati non posset, quas non paterentur fœminæ in statu innocentiae, vbi generaliter integra semper sanitas esset asserente Augustino lib. 24. de Ciuitate Dei cap. 26. tomo 5. qui affirmat, quod in statu innocentiae esset summa corporis sanitas. Vide ab illis verbis nihil corruptionis in corpore.

Augustinus.



DISPVATIO XXV.

*Vtrum potuerit beatissima Virgo Maria Christum Dominum ex viro concipere.*

**1110.** **VI**TVS hanc disputo difficultatem vellemque Franciscum Suarium de illa nihil discernisse & nunquam non molestè feram sententiam suæ opinionationi contrariam vocasse ridiculam, & absurdam, indistinctè tamen non est tractanda, duo enim dubitari possunt. Primum an beatissima Virgo potuerit Christum Dominum ex viro concipere, & parere eo modo naturali, quo concipiunt, & patiuntur ceteræ fœminæ. Secundum, an sine læsione integritatis ipsius opera viri posset concipere & parere Filium Christum Dominum? sine distinctione vlla affirmat Suarez, & cum ex viro concipere & parere naturaliter asserat corruptionem integritatis, hoc modo videtur intelligere posse Virginem ex viro concipere. Suarium sequitur Rubius Benzonius lib. 2. in Magnificat cap. 16. dubio 12.

1110.

Suarez.

Probat primo, quia id non implicat contradictionem; quod vero non implicat à Deo potest fieri saltem absoluta potentia; qua ratione intelligenda est hæc disputatio. Secundo Deus potest assumere in vnitatem personæ naturam hominis geniti ab alio homine, ergo potuit etiam assumere in instanti in quo fit generatio, eadem enim capacitas est in humanitate si præueniatur substantia, quæ ablata substantia, & eadem potentia reperitur in Deo. Declarat deinde, quia vel vnio hypostatica supponit vnionem partium inter se animæ videlicet, & corporis, vel non supponit, sed qualibet pars prius assumitur, & deinde vnio fit ad totam humanitatem. Si dicatur primū rectè potest fieri, vt actio virilis seminis versaretur circa corpus formandum, & animam illi vniendam vsque ad instans generationis totamque humanitatem componendam & quod in posteriori signo naturæ humanitas illa vniatur Verbo ante quam intelligeretur

1111.

Bonauent. Ochamus. Gabriel.

substitens personalitate creata, si vero dicatur secundum, cum anima prius natura creetur, quam vnatur corpori, Verbum posset vniri animæ primum, & deinde corpori etiam si hoc esset organizatum virtute seminis virilis, qua vnione partium peracta vniri posset ad totam humanitatem simul samptam, in hoc enim nulla videtur esse contradictio, sed nec vlla difficultas, quod necessario dicendum est de Beatissima Virgine, si enim concurrit actiue, vt fert nostra sententia, alterutro ex his modis peractum fuit Incarnationis mysterium. Quarto probat quia in hoc mysterio distingui necessario debet actio duplex; altera conceptio actiua, altera productio vnionis hypostaticæ, quarum prima complectitur actiones omnes vsque ad formationem corporis, & vnionem partium inter se. Secunda consistit in ipsa vnitione, seu productione vnionis hypostaticæ inter Verbum, & humanitatem, cur ergo non potuerit Spiritus sanctus primam integram actionem homini permittere, secundam vero sibi arrogare, quod si ita contingeret Virgo sanctissima Christum Dominum ex illo viro genuisset.

**1112.** Dico primo, si per possibile vel impossibile Maria sanctissima Christum Dominum conciperet, & pareret opera virili, ille vel necessario esset eleuandus intrinsece per virtutem supernaturalem actiuam, quæ esset integrior participatio potentie generatiuæ Patris diuini, quam virtus Mariana ad tam sublimem actionem; Assertionem hanc necessario sequuntur vniuersi Doctores qui disputatione 4. 5. & sequentibus asseruere Beatissimam Virginem necessario ad generationem Christi Domini eleuatam fuisse virtute intrinseca, & supernaturali, quæ est participatio formalis potentie generatiuæ Patris, & nullo alio modo posse concurrere ad generationem Dei & hominis, quam doctrinam in casu conclusionis non negabunt Thomistæ suppositis suis principiis de necessaria eleuatione supernaturali per intrinsecam formam; & de efficiente actiuitate viri ad generationem, quam negant beatissimæ Virgini. Boaauentura vero, Ochamus, Gabriel, & alij negare nulla ratione possunt, vt qui illam eleuationem concedant in beatissima Virgine. Dixi in conclusione futuram illam virtutem supernaturalem, aut adderetur viro integrior participatio potentie generatiuæ Patris, quia non solum per illam virtutem supernaturalem participaretur potentia generatiua, quæ est in Patre, sed etiam vt Patris est, quod secundum hanc rationem vltimam non reperitur in Virgine, participauit enim illam potentiam, vt generaret, non vero vt generaret Patrem, quod tamen in viro repetiretur vt supponitur.

**1113.** Hanc conclusionem efficacius probant, quæ in illis disputationibus momenta adduximus ad idem ostendendum de virtute (supernaturali) Virgini purissimæ ad hominis Dei generationem, quæ in generatione viri maiorem vim habent, & hic non sunt repetenda, solum semper est præ oculis habenda ratio illa quam sæpe repetit. Sanctus Thom. & proposuit, explicatius, 3. contra Gentes cap. 53. in casu

enim conclusionis, generatio verbi Diuini est propiissima, & naturalissima Patri, tanta enim sublimitas solū naturaliter reperitur in prima sanctissimæ Trinitatis persona, ac proinde iuxta Diui Thomæ, & Thomistarum principia non potest reperiri in persona creata nisi communicetur illi aliqua similitudo; & participatio perfectionis, quæ ad illam generationem est Patri æterno connaturalis, si vere & proprie Deum sit generatura vt Virgo sanctissima generauit; supponitur vero ex hypothesi illum futurum esse Patrem verum, & naturalem Christi Domini proprieque generaturum Deum, ex quo manifeste colligitur necessario debere præcedere in illo aliquam participationem; & similitudinem potentie generatiuæ Patris, sicut præcessit in sanctissima Deipara; difficultates autem, quæ contra hoc possunt proponi eneruatæ sunt in illis disputationibus.

S. Thomas.

Dico secundo, etiam absoluta potentia non potuit nasci Christus Dominus ex Maria sanctissima opera viri vllius purissimam integritatem lædentis; Hæc assertio est Suarez, & contra Nostrum Patrem de la Serna sufficientia concionatorum tit. 8. cap. 3. sed est mihi certissima, & existimo à nemine posse negari, vt traditam fuisse à sancto Thoma 3. p. quæst. 28. art. 1. & 2. cuius verba in fra adducemus. Probatu efficaciter primo ratione quam adduximus disputatione 5. sect. 5. Deum vero non posse nasci, & modo ad hanc formam reduco; si Maria sanctissima illo modo conciperet, & pareret Christum sequeretur Filium non esse Deum, consequens est falsum; ergo & antecedens, falsitas consequentis constat ex fide Catholica, & ex suppositione quæ includitur in ipsa difficultate, Christus enim significat personam compositam subsistentem in diuina, & humana natura, atque adeo importat Deum, & hominem, sequela vero probatur auctoritate, Patrum, qui contra hæreticos negantes integritatem Virginalem Deiparæ inferunt filium eius non esse Deum, sed hominem purum.

1114.

Suarez.

S. Thom.

Primo auctoritate Concilij Ephesini, quod citat sanctum Thomam 3. p. quæst. 28. art. 2. vbi ita legitur. *Quæ parit carnem puram à Virginitate cessat, sed quia natum est in carne Verbum Deus custodit Virginitatem se ipsam ostendens per hoc Verbum.* Ac si aperte dicerent Patres non futurum Verbum, ac proinde neque Deum si ex corrupta fœmina nasceretur.

1115. Concil. Ephes.

Secundus enim vt ibi retulimus Illefosus lib. de partitione, & Virginitate sanctæ Mariæ tom. 9. Bibliothecæ veterum Patrum ita discurre. *Alioqui si ipse ex Matre coingunatus esset, aut Materna visceru, quasi pro peccato corrumpere, & sordibus ex vicio prima damnationis coingunatus esset non esset Dei Filius, sed adoptiuus vt ceteri.* Quin imo nec adoptiuus, & nullus esset per quem adoptaretur ipse, si non esset proprius.

1116. Illefosus.

Tertio Proclus Cizicenus oratione de Natiuitate habita in Concilio Ephesino quam approbarunt Patres, eodem vtitur medio. *Quod si ea que genuit Virgo non permansit neque illi qui natus est aliud quam purus homo ex vniuitate*

1117. Proclus.



que adeo parius ille nihil admiratione dignum habuit.

1118. Theodorus. Quartus Theodorus Anciranus homilia secunda ad Patres, etiam Ephesini Concilij, eodem usus est discursu. *Nam si more nostro natus est homo unigue, & nihil aliud est.* Quinto sanctus Eleutherius Martyr, & Episcopus Tornacensis homilia de Annuntiatione tomo 15. Bibliothecæ nouæ. *Si Maria, Virgo non permansisset, non unigue Deum Filium generaret.* Tanta igitur connexio inte Deum nascentem & Matrem Virginem Patrum iudicio, vt ex negatione integritatis in partu Christi Domini negationem diuinitatis inferant in Christo Domino.

1119. Sedulius. Sextus Sedulius lib. 2. operis Paschal. 3. *Deitatem præcessit per hospites Templi sycevam defluens castitatem non lasit corpus abnectens, qui non laferat cum venisset.* Et protinus. *vere diuina generationis est hoc secretum.* Quasi diceret, ex Virgine nascitur; ergo Deus est.

1120. Tertulian. Septimo, Tertullianus lib. de carne Christi. c. 1. *Non competebat ex semine humano Filium Dei nasci, ne si totus, esset filius hominis non esset Dei filius, nihilq; haberet amplius Salomone, & amplius Ioanne.* Quod sanctorum iudicium potest confirmari ex eo quod Ioseph sanctissimus solum quia futurus erat Mariæ sanctissimæ custos, & Pater putatus Christi fuit virgo, ita afferente libro contra Heluidium in fine. *Relinquitur Virginem permansisse cum Maria, qui Pater Domini noluit appellari.* Quod etiam asseruit Augustinus sermone 14. de Natiuitate. *Qui ergo voluit etiam nutritium non Patrem Virginem esse, quo modo de corrupta parente procedere possit.*

1121. S. Thom. Probatur secundo ratione sancti Thomæ 3. p. quæst. 28. art. 1. cap. quam hoc modo explico & propono: illud quod aliquo modo derogat Patris dignitati, non potest fieri absoluta potentia; sed Christum Dominum concipi & nasci opera viri, etiam sine corruptione Virginitatis derogat dignitati Patris diuini: ergo id fieri non potest absoluta Potentia. Discursus est legitimus & maior est euidens etiam lumine naturali, si enim in Deo aliquid inueniretur, vel in ipsa rerum natura, quod derogaret dignitati Patris, iudicio Prudentum Deus Pater non esset Deus. Minor vero est sancti Thomæ, qui hæc profert, vt probet Mariam Virginem esse in concipiendo & hoc esse conuenientissimum. Primo propter mittentis Patris dignitatem conseruandam, cum enim Christus sit verus, & naturalis Dei Filius, non fuit conueniens, quod alium Patrem haberet, quam Deum, ne dignitas Patris transferretur ad alium. Existimat ergo Doctor Angelicus dignitatem Patris diuini in casu quæstionis transferendam ad alium, quod derogare non potest, non dignitati Patris diuini.

1122. Anserm. Probatur tertio peculiariter Christum Dominum non posse nasci hoc modo maxime opera viri qui peccato originali esset infectus; vt descendens ab Adamo per naturalem propagationem ratione quam late prosequitur Ansermus lib. de Conceptu Virginali à cap. 11. si Christus conciperetur opera viri,

qui esset Adami proles, generatio illius ex vi propria esset obnoxia peccato originali; sed implicat generationem Dei hominis esse obnoxiam peccato originali; ergo absoluta potentia non potuit Christum Dominum concipere, & parere Virgo illius opera viri, consequentia est legitima, & minor est certa; Maior vero probatur, & declaratur simul, quiatametsi illa generatio obnoxia non esset peccato, quia est generatio Filij Dei, in quo nullum potest esse peccatum, & ratione vnionis ex vi sua, & vt intelligitur humanitas præexistens ad vnionem Verbi ex propria natura esset obnoxia peccato, quia est ab Adamo per naturalem propagationem; & rationem reddit sanctus Thom. illo ar. 1. cor. his verbis. *Non poterat autem esse, quod in natura iam corrupta ex concubitu nasceretur sine infectione originalis peccati.* Ego dicerem sine suspitione originalis peccati, quæ verum haberet fundamentum & efficax motuum in generatione ex viro, & femina corrupta, vt occludatur aditus solutioni quæ sumi potest ex conceptione virginis sanctissimæ, quæ obnoxia non fuit peccato originali propter maternitatem, quæ non est sanctitas ita excellens sicut diuinitas, aut vnio hypostatica vide ibi Diuum Thomam ex Augustino Patre, & art. 2. corpore, & ad finem.

1123. Dico tertio: Christus Dominus non potuit concipi & nasci opera viri ex sacra Deipara etiam illæsa illius virginitate: hanc etiam existimo esse Diui Thomæ sententiam, quam amplectitur Bartholomeus Medina 3. p. q. 3. art. 4. & est contra Suarezium, qui eum quæstionem proposuerit de beatissima Virgine solum in conclusione illius non meminit, sed generaliter ait potuisse Deum hominem concipi opera viri. Nostra vero assertio non solum intelligitur de beatissima Virgine, vt est nunc destinata ad Maternitatem Dei, sed etiam sub ratione femina, quæ haberet integritatem, & quoad primam partem euidens est suppositis nostris principiis, quia virtus illa supernaturalis, qua de facto est constituta Virgo purissima potens ad generandum Deum hominem non solum dicit ordinem intrinsecum ad Spiritum sanctum, vt ad principium efficiens generationis, sed ex natura sua excludit relationem ad hominem, & vitum, & alias illa reddita est Virgo inuolabilis etiam in ordine ad Dei absolutam potentiam, vt late in superioribus monstraui-mus. Ex quo sufficienter deducitur stante Maternitate, qua eleuata fuit beatissima Virgo nullo modo posse ex vero concipere Christum Dominum. Confirmatur, quia Christus Dominus, qui modo est dicit intrinsecum ordinem ad virginem sanctissimam, quam respicit vt Matrem quæ illum genuit opera Spiritus sancti, & consequenter Deus, vt modo est homo id est Christus non potuit concipi ex Virgine opera viri etiam perseuerante illius integritate, quia illius indiuiduatio desumitur ex solo vnico principio, & parente creatis, & si à viro produceretur diceret ordinem, & indiuiduaretur ab vtroque parente.

Quoad

1124. D. Thom.

Quoad secundam vero partem, imo quoad vtramque sufficienter probatur ratione Diui Thomæ quam attulimus ad probandum secundum conclusionem secundam, quæ efficax etiam est ad hanc ostendendam; Indignum enim, & indecens est, quod dignitas naturalis Patris æterni transferatur ad personam creatam, hoc enim inconueniens, & indecentia non minus conspicitur si Deus nascatur ex Virgine, opera viri, quasi generetur ex muliere corrupta, vt de se est manifestum. Ratio vero sumpta ex effectus indecentia arguit impossibilitatem illius, sicut & implicatio contradictionis, vt optime notauit Richardus, qui cum 1. d. 46. quæst. 1. ad 3. asseruisset summe liberalem velle omnibus sua bona communicare quantum possibile, addit dicendum, quod verum est, si possibile est, & decens simul, quasi diceret ad huius possibilitatem non solum requiri, quod non implicet contradictionem in terminis, sed etiam quod decens sit, & indignitatem præ se non ferat, quæ doctrina est Aureoli 3. d. 12. quæst. vnica, quem sequuntur Curiel 1. 2. quæst. 113. art. 2. dubio 3. sententia affirmatiua, Aureolus, d. 12. quæst. vnica, Lorca 2. tom. in 1. 2. disput. 40. & vterque desumpsit eam ex Anselmo, qui lib. Prologij cap. 7. cum tractet cur Deus dicatur omnipotens cum multa non possit, concludit ad finem his verbis. *Ergo Domine Deus inde verius es omnipotens quia potes nihil per impotentiam, & nihil potest contra te.* Quasi dicat Anselmus Deum nihil posse facere, quod illius deroget dignitati, & summam illius prudentiam dedecet. Quam doctrinam clarius tradidit Dionysius Areopagita, qui lib. de cœlesti Hierarchia cap. 5. vt refertur dixit. *Ad omne inconueniens in Deo sequitur impossibile, & ad omne conueniens cui maior ratio non repugnat sequitur necessarium.* Et hæc quidem doctrina attendenda valde ad multas difficultates sacre Theologiæ & ex illa sequitur manifeste beatissimam Virginem nullo modo potuisse infici peccato originali. Et hac ratione dixi Deum non posse vniri creaturæ rationali, etiam absoluta potentia, quia licet non videatur implicare contradictionem ingentem in uoluit indecentiam, & indignitatem, & si non immediatam saltem mediatam contradictionem, brutum enim esset & Deus, & non esset Deus; Deus quia supponitur, non Deus quia impossibile est illud; quod indecens est atque adeo quod Deus sit; & indecentia faciat; imprudens enim est, qui indecentia operatur; Deus vero, implicat contradictionem quod sit imprudens, cum illius sapientia sit infinita; ex qua doctrina lux Diui Thomæ, qui cum sæpe vtatur rationibus ex indecentia desumptis, vbicumque illis vtitur intelligendus est etiam potentia absoluta, vt in art. 1. illius quæst. 28.

Richard.

Aureolus.  
Curiel.  
Lorca.

1125.

Ratio vero, qua vtuntur aliqui ad vtramque conclusionem probandam, desumpta ex eo quod organizatio à creatura non possit fieri in instanti, si aliquid probaret ostenderet solum virum non posse esse perfectum Patrem Christi Domini, negari enim non potest ad perfectam rationem Paternitatis requiri

efficientiam organizationis corporis geniti; hac enim ratione probabamus virginem sanctissimam concurrere ad formationem corporis Christi Domini efficienter, ne cogere in nostra sententia concedere non fuisse perfectissimam Matrem, quia deficeret illi actiuitas organica, quæ aliis Matribus naturaliter deberet.

1126. Si quis adhuc vellet vt hac ratione illam meo iudicio sic debebat proponere: organizatio quæ requiritur ad perfectissimam rationem Patris nullo modo potest esse à viro in generatione Dei, & hominis, ergo generatio Dei, & hominis non potest fieri opera viri etiam absoluta potentia, consequentia videtur clara, præsertim si addantur superiores rationes, si enim non est perfectissimus Pater non est, & non decet Deum habere Patrem, qui in ratione Patris sit imperfectus, & antecedens probatur, quia organizatio illius corporis, quod Deus assumpturus tunc esset, aut fieret successiue, vt contingit in formatione hominis cuiuscumque, aut in instanti, neutro autem modo vir posset concurrere ad illam vt conuenit, & necessaria est ad tam nobilem vnionem, si enim fieret successiue sequeretur manifeste eandem carnem, quam Verbum assumeret fuisse antecedenter sub aliis formis, ante quam informaretur animâ rationali, quod intelligendum de formâ embryonis, & similibus, quod secum affect indecentiam, & ideo propter hanc rationem docent Theologi corpus Christi Domini in instanti formatum, & in eodem vnicum animæ rationali, ne necessario concedant illud corpus præexistisse etiam temporis instanti sub alia forma quam sub anima rationali, quod non refugerent nisi hæc esset imperfectio, & indecentia. Restat ergo alterum scilicet, quod corpus assumendum fieret in instanti, quod cum fieri non possit naturali virtute, necessario virtus supernaturalis intrinseca viro generanti adhærere debet ad efficientiam, ad quam non poterat pertingere propria natura, quod etiam intelligi non potest qua ratione fieret ad formationem illam instantaneam, vt ostendebamus disput. sect. tractantes rem eandem de beatissima Virgine, quam diximus eleuaram fuisse, ad formationem corporis Christi, & de facto efformasse, quia intra viscera sua illud continebat, & veluti atringebat immediate generatiua potentia, quod in viro nullo modo inueniri, aut contingere potest, cum sit extralocum fœtus formandi, & hic extra generationis spheram. Et vterius non possit dici virum occurrere virtute feminis, nam in hoc nulla est facultas ad instantaneam formationem, nec asseri valeat virum generantem aliquam illi impressisse vim ad illam formationem, quia hæc debet esse supernaturalis, homo autem non valet facultatem imprimere semini. Hæc ratio probabilis est, sed quæ vires habeat efficaces adiuncta ratione sancti Thomæ.

1127. Ad fundamenta Francisci Suarez non est responsio difficilis. Ad primam concedimus rem de qua agimus non implicare contradictionem veluti explicitam, esse tamen impossibilem

possibilem, quia affert secum indecentiam, & inordinationem quam explicuimus, quod enim dedecet Deum, & inordinatum est, ita impossibile est ac si implicaret contradictionem, vt constat ex §. quoad secundam vero partem. Ad secundam concedo antecedens, & nego consequentiam; ratio discriminis est manifesta, ex eo enim quod Verbum assumeret hominem antea genitum ab alio homine, nulla sequitur indecentia, quia tunc illius assumptura humanitate Verbum non esset filius hominis generantis, atque adeo non nasceretur ex corruptis parentibus. quia vt esset filius requirebatur quod terminaret generationem hominis illius in instanti in quo illa humanitas producebatur; sedque tanta necessitate, vt Theologi propterea asserant Mariam sanctissimam esse Matrem verbi hominis, & Deum hominem verum illius filium, quia in instanti generationis Deus vnitus fuit humanitati, ita vt neque in instanti temporis vnio hypostatica esset posterior ipsa generatione, sed vtraque fuerit in eodem temporis momento, vt late tractatum est in superioribus: Qua etiam ratione si Verbum dimitteret humanitatem, & illam sibi assumeret Pater æternus non diceretur, neque esset filius Virginis sanctissimæ, quia denominatio filij fundatur in generatione, Pater autem æternus nõ fuit genitus à virgine sanctissima, neque terminauit humanam naturam in instanti generationis, vt bene monstrat ipse Suarius 3. p. disput. 10. sect. 2. §. vltimo, & docet Lorca 3. parte disput. 68. num. 9.

Suarius.

1128.

Ad tertium negatur intentum, quidquid sit de modo concurrendi ad organizationem & de illius efficientia creata, de quo late egimus disput. 11. præcipue sect. 5. vbi ostendimus sacram Deiparam simul cum Spiritu sancto organizasse corpus Christi Domini, quia cum impossibile sit Deum hominem concipi, & nasci ex femina opera viri in-

factibilia sunt quæ præcederent illam generationem, non quia explicite inferant contradictionem, sed propter indecentiam, quæ sequeretur, vt dictum est ea ratione, quia implicat intellectum videre Deum sine lumine gloriæ, consequenter implicat intellectus qui sine lumine videat Deum sicuti est in se, ita etiam cum impossibile sit Deum nasci opera viri, impossibiles etiam actiones necessariæ ad illam vnionem cum humanitate generata opera viri, nec plura sunt necessaria ad solutionem argummenti; Quo modo autem Virgo sanctissima influxerit in Christi Domini organizationem explicuimus ex professo loco citato, qui necessario est consulendus.

Ad quartum concedimus illas duas actiones posse distingui, & de facto fuisse distinctas in Incarnatione Verbi Diuini; negamus tamen inde sequi possibilem esse generationem Dei hominis opera viri propter rationes allatas, quibus adde alteram sumptam ex fœditate vteri in quo reciperetur decisa virilis substantia, quam cognouit Diuus Hieronymus ad illud Isai. 53. *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.* vbi affirmat vtrum Virginis dici sitientem terram, quia nullo humano semine fœdatus est, aut humectatus, Deus ergo qui non horruit Virginis vterum, quia impollutus est horret dubio procul fœditatem illam resultantem ex humano concubitu. Adde rursus indignissimum, & indecentissimum esse Matrem Dei viro subiici in re, quæ licet moraliter possit honestari, naturaliter semper est indecora. Recte, & ad rem Tertullianus de commoditatibus Matrimonij loquens, lib. de velandis Virginitibus cap. 20. illas vocat contumeliam communem de illis scribens, qui etsi vxorati continentiam custodiunt illis verbis: siue qui ex consensu contumeliam communem recusant.

1129.

Hierón.

SACRA

## SACRA DEIPARA

SEV

DE EMINENTISSIMA DIGNITATE DEI  
Genitricis immaculatissimæ,

VESTIGATIO SECUNDA;

Quæ est

*De illius natura & essentia in ordine ad Virginem sanctissimam.*

I.




VPREMAM, & supernaturalem virtutem sacræ Deiparæ, quantum attinet ad illam rationem, quæ est principium generationis hominis Dei superiori vestigatione explicuimus, non tamen pro dignitate; sed vt assequi potuit nostri ingenij, & tarditas, & imbecillitas, neque id nobis vitio vertendum; vt enim recte dixit Plinius præfatione ad Vespasianum in libros Historiæ. *Et Diis lacte rusticis, & multa gentes supplicanti, & mola tantum salsa litant qui thura non habent, nec illis fuit vitium Deos colere quoquo modo possent.* Nec aurum, nec thura habuimus, mola salsa sacræ Deiparenti litauimus. At vt loquitur Damascenus cap. 2. suæ Dialecticæ *Nihil porro meum dixi; verum quæ sparsim à Diuinis, & eruditis viris dicta sunt, in vnum congestis proposui.* Et proponam deinde. Restat enim considerare dignitatem purissimam Virginis Matris, vt est sanctitudo, & ex illa corpus illius ita purum, ita sanctum; ita immaculatum euasit, vt reatu nullo pollui potuisset. Ex quo forsitan etiam posset concludi in illius conceptione immaculata nullum neque interuenisse, neque potuisse interuenire originale peccatum, miraque alia non reluctanter deduci, quæ in tantæ Matris, & in tanti Filij laudem, & gloriam leniter fluant, quanuis alicui sint inaudita; vellicat enim aurem, dum has vestigationes cursu vtinam scælici in dies scribo, illud quod religiose ex Doctore Angelico de sacratissima Eucharistia canit Ecclesia. *Quantum potes, tantum aude; quia maior omni laude nec laudare sufficit.* Est enim scælix Maria omni laude dignissima; si quas vero nouiter proferam, nuperoque calamo scribam, non audaçter, sed pederentim, seu leuibus pedibus incedam antiquos Patres & doctrinam sacram consulam semper illasque ex illis eruere tentabo, inde; *Ita sicut omnia noua, vt origo manet ex veteri, cum non ex nihilo vinum, sed ex antiquo aqua gignatur elemento.* Vt tir. 8. in fine dicebat Gaudentius Brixianus, indignum enim est de Domina scribere; quæ non auctoritate fulciantur, vt enim pie; & vere scripsit Anselmus de excellentiâ Vir-

Plinius.

Damascen.

Anselm.

ginis, c. 3. in fine. *Sicut sola pro cunctis meritis singularis enituit, ita quidquid eam attingit, specialiter quadam veritate firmitate dignum est eniter.* Vtinam ô sacra Dei genitrix? ô porta lucis fulgida? tales sint (quales quales sunt) tuæ eminentissimæ excellentiæ meæ vestigationes?



DISPUTATIO I.

*Vtrum Maternalis dignitas sacræ Deiparæ sit virtus eminentissimæ.*

AUSAM eminentissimam vocant Philosophi, & Theologi illam, in qua effectus quos potest producere, ita continentur, vt sublimiori, & perfectiori modo, quam in se ipsis, reperiantur in illa. Inde Deus eminentissima causa, quia ita creaturas continet, vt perfectiori modo, & excellentiori reperiantur in illo, quam sint in se ipsis, propter quam causam asseruit Diuus Anselmus in Monologio, cap. 35. omnes res productas multo verius habere esse in Deo, quam in se ipsis, quoniam in diuino exemplari sunt res maximè viuæ, & incorruptibiles; in se ipsis vero sunt velut emortuæ, & corruptibiles, hoc est illud Ioan. 1. (Quod factum est in ipso vita erat) Eminentialis autem hæc continentia reperitur in causis efficientibus, quas vocamus æquiuocas, & illam diffusius quam alij, explicat Magister Cumel 1. p. q. 4. a. 2. disput. 2. contra Gabrielem, & alios.

Nostra igitur difficultas non procedit de virtute supernaturali Mariana, vt est ratio, seu principium efficiendi, sed vterius progreditur, vt vestiget an talis sit naturæ & perfectionis vt possit secundum vnica solam entitatem physicam esse principium, & causam plurium effectuum, siue formaliter siue efficienter, & hanc verè esse eminentissimam, sumpta analogia, & denominatione à causa efficienti eminentissima, quæ dicitur talis, vel quia est radix multorum effectuum, qui inter se distinguuntur specie, vel quia est principium, & radix

Anselm.

Ioan.

Cumel.

3.

& radix perfectionis alterius, vel quia potest facere quicquid altera potest, ut considerari potest in sole, quem ut exemplum adducit Dionysius de divinis nominibus c. 5. ut explicet res omnes creatas, & creabiles contineri eminenter in Verbo sic virtus illa erit eminentissima quæ limitata non sit ad unicum tantum effectum, sed plures possit causare, non solum in genere causæ efficientis sed etiam in genere causæ formalis, ita ut in illa reperiat vis, & facultas ad illa causanda, quæ inferiores aliæ virtutes possent causare. Ex eplu in est anima rationali in eorum sententia qui affirmant esse eminenter vegetativā, & sensitivam per unicam enim entitatem realiter indivisibilem causat perfectissimo modo effectum formalem sentiendi, & vegetandi, qui in plantis, & brutis cauantur per duplices formas, quæ inter se non solum realiter, sed etiam distinguuntur specie & præterea est principium emanationis intellectus, & voluntatis; est igitur integer difficultatis sensus, an virtus supernaturalis qua B. Virgo eleuata fuit, ut esset Deipara, tantæ sit perfectionis, ut per unicam solum realem entitatem tam in genere causæ efficientis, quā in genere causæ formalis plures effectus producat, suaq; causalitas extendatur ad plures effectus, qui inter se distinguuntur specie.

4. Dico primo non implicat in ordine supernaturali virtus eminentissima quæ per unicam entitatem indivisibilem realiter sit principium plurium effectuum, siue in genere causæ formalis, siue in genere causæ efficientis; siue in utroque, ita ut ab illa procedant simul effectus, qui ab aliis virtutibus limitate, & unico modo procedunt. Hæc meo iudicio est communis sententia omnium scholasticorum, quorum non nullos referam, dum huius conclusionis, aut exempla, aut instantias propono. Principio ergo non repugnare qualiter supernaturali, quæ in unica entitate reali sit lumen gloriæ & species impressa diuinæ essentia, ita ut determinet intellectum in genere causæ formalis agendi, videtur sentire omnes Theologi huius ætatis, qui cum contra Gabrielem Vazquez existimant lumen gloriæ non esse speciem impressam diuinæ essentia, & ut eum refellant multis mediis vtantur, nullus eorum (quem ergo viderim) euerit illum, ex hoc motiuo quod implicet virtus supernaturalis, quæ possit exercere vtrumque munus; imo Pater de Lorca 1. tom. in 1. 2. disp. 30. §. Aduertendum est tamen, concedit sine nota posse confundi luminis munera gloriæ, & speciei impressæ, si dicatur vnam qualitatem vtrumque munus exercere posse, quibus verbis licet non illam admitat re, concedit esse possibilem, eo modo quo Vazquez 1. tom. in 1. p. disput. 4. eam concedit de facto.

Lorca.  
Aazquez.

5. Secundo eadem assertionem defendunt quicumque merito existimant gratiam habitualem in unica entitate, multiplicem esse virtute, ita ut hominem constituat gratum Deo, participem diuinæ naturæ, Filiam Dei adoptiuam, efficienter aut formaliter expellat peccatum, principium, & radix sit vnde oriuntur supernaturales virtutes, quod omnes admittunt, & expressit Vincentius relect. de Gratia

Christi, p. 10. ad finem, & qui defendunt gratiam, & charitatem non distinguunt realiter, ut Richardus, Durandus, Scorius, Gabriel, Henricus Vega, Bellarm. & omne Scoristæ; priores refert Granado, controuersia 8. de gratia tract. 4. disput. 2. n. 3. qui omnes gratiæ præter effectus relos tribuunt esse rationem formalem efficiendi actum dilectionis diuinæ.

Richard.  
Scorius.  
Gabriel.  
Henric.  
Vega.  
Bellarm.

6. Tertio in eandem vtronei venient sententiam, qui existimant satisfactionem D. assertoris nostri, quæ potuit elici, & elicita fuit à pluribus virtutibus imperatâ fuisse à virtute specie à nostris distincta, quæ eminenter includeret alias, inter quos numeratus est M. Araujo, quatenus docet 3. p. 1. a. 2. dub. 6. potuisse elici à virtute continenti eminenter religionem iustitiam commutiuam, & distributiua, quod desumpit ex illustrissimo Magistro Petro de Herrera, qui in manu scriptis ad 3. p. illo a. 2. docuit virtutem illam imperantem satisfactionem Christi Domini propter rationem peculiaris iustitiæ, & præter illam eminenter præhabere religionem, libertatem, & magnificentiam, iustitiam asserbat esse propterea quod reddidit æquiualems & satisfecit Deo offenso pro hominum peccatis; religionem quia refarciendum curauit honorem diuinum quod pertinet ad cultum Dei; libertatem, quia nihil debens hominibus, propter redemptionem hominum, sanguinem vtique ad mortem liberalissime fudit; Magnificentiam, quia fuit satisfactio, & redemptio superexcedens, & sine dubio copiosa. Quam sententiam & probabilem indico, & extollere excellentiam satisfactionis, & redemptionis per Christum, nec enervari existimo ex eo quod hæc virtus eminentissima non oriatur à Gratia habituali, alias esset in omnibus iustus; occurri enim facile potest vel oriri ab vnione hypostatica, quæ propter suam excellentiam potest esse principium illius per emanationem, vel peculiari actione esse infusam humanitati Christi Domini, propter peculiare munus redemptionis altissimæ, & eminentissimæ exercendum. Et quidem formalitates omnium illarum virtutum relucere in Christo Domino negabit nullus.

6.  
Granado.  
Araujo.  
Herrera.

7. Adhuc vero Ioan. Vincent. relect. de gratia Christi Domini; q. 5. p. 270. §. Dices, cum vidisset hanc peculiarem actionem, qua asserimus virtutem illam iustitiæ infusam fuisse animæ Christi, cum fateatur plane nulla ratione expugnari posse, affirmat esse omnino voluntariâ & parum rationabile, quia in Christi Domini anima solum illæ virtutes sunt constituendæ, quæ ad ordinem pertinent gratiæ, id est quæ radicanur in gratia, quæ est principiu essendi in ordine supernaturali. At Doctrina hæc tum petit principium: difficultas enim est an in Christo Domino sit hæc virtus ita ut oriatur à gratia habituali, vel à gratia vnionis, & non recte responderetur non esse à gratia habituali, quia non radicanur in gratia, de hoc enim est controuersia, Tum etiam refellitur facile, quia nullum est inconueniens vnionem hypostaticam esse radicem alicuius eminentissimæ virtutis, cuius non sit radix gratia habitualis, precipue cum in iustis, & sanctis illa virtus non sit necessaria

7.  
Vincent.

imo;

imo sit impossibilis, quia ad nullum finem possunt ordinari, & efficacius quia illius effectus in puro homine est impossibilis; illius enim actio habet valorem infinitum ex ratione vnionis hypostaticæ, & propter Verbum diuinum, quæ duo in nullo puro homine possunt reperiri.

8. Quarto nostram conclusionem negare non possunt illi Theologi, (quos tacito nomine refert Vincentius vbi supra, quæstione 3. pagina 229. §. sed neque) qui affirmant Christi gratiam vna cum sit in duplici collocari specie, quarum neutra sit, modus alterius, neque individuale accidens illius, sed vtraque sit species perfecta, altera, quæ sit communis cum nostra gratia habituali, quia est formalis participatio diuinæ naturæ. Altera verò quæ est potentia actiua, & productiua supernaturalium effectuum, in hominibus, & Angelis, & dicunt hanc secundam speciem esse perfectiorem prima, quia habet infinitatem in ratione gratiæ; & cum possit illam producere continet eminenter nostram gratiam: vnde ad duplicem pertinet speciem, vt in naturalibus calor, qui vt est dispositio pertinet ad tertiam speciem qualitatis, vt verò est virtus ignis pertinet ad aliam speciem, quæ est potentia, vel impotentia. Vnde refertur illis ex implicatione huius eminentissimæ non posse negare nostram conclusionem, virtus enim illa Virginis Mariæ, vt est ratio agendi pertinet, vel potest reduci ad speciem potentia, vt verò alia exercet munera, quæ explicata iam sunt, & vberius erunt explicanda pertinet ad illius species.

8.  
Vincent.

9. Quinto dari de facto qualitatem eminentissimam, & quæ ad plura munera se extendat eadem omnino indivisibili entitate realiter docent omnes Theologi, qui admittunt dari de facto lumen gloriæ distinctum ab specie impressa creatâ, quam existimant non dari de facto, imo & esse impossibilem. In qua veritate, quantum attinet ad existentiam luminis gloriæ constans est vniuersa Theologorum schola. Hanc verò qualitatem esse eminentissimam dubitabit nemo qui illius munera, officia, & functiones considerauerit: primo enim constituit intellectum in esse diuino, & supernaturali, illique confert vim proximam, & supernaturalem ad eliciendam visionem beatificam, deinde disponit intellectum, vt illi possit vniri essentia diuina in ratione formæ intelligibilis, estque potentia susceptiua ipsius essentia diuinæ, quod munus illi tribuunt Ledesma de diuina perfectione quæstione 8. articulo 8. conclusione 3. & Nauarrete 1. parte controuersiarum, controuersia 37. & alij nonnulli: vltius influunt efficienter in visionem beatificam, vnitque Deum obiectiue videnti, quibus addunt nonnulli alia munera forsan non distincta ab enumeratis, de quorum numero est Ægidius Lusitanus libro 9. de Beatitudine, quæstione 5. articulo 11. numero 1. 2. 3. & sequentibus, & nonnulli Thomistæ esse rationem formalem recipiendi visionem elicitam ab intellectu, quod tamen nos in superioribus neces-

Ledesma.  
Nauarrete.

Ægidius.

farium esse negauimus in sententia Reuerendi Magistri Cumel.

10.  
Lusitan.

Sexto, illam necessariò docent illi Theologi, qui existimant dari potentiam obedientialem actiuam, & hanc esse distinctam realiter ex natura rei ab entitate cuiuscunque creaturæ, & necessariò quid positiuum productum ab auctore supernaturali gratuito omnino, & quod possit non produci, quod existimauit Ægidius Lusitanus 1. tomo, libro 10. de Beatitudine articulo 9. §. 4. conclusione 1. & articulo 10. §. 3. numero 14. & à fortiori qui existimant esse qualitatem quamdam supernaturalem ex se actiuam: hi enim referente Lusitano vltimo loco ex citatis necessario debent concedere illum modum, vel qualitatem esse entitatem, & virtutem supernaturalem ad omnes supernaturales effectus, quod sine explicita eminentia intelligi non potest. Quam ego sententiam reputo falsam, & facile impugnari potest, quia ablato illo modo, vel qualitate superaddita gratuito manet quæcunque creatura Deo subiecta, vt per illam, & in illam faciat Deus quidquid voluerit, illa verò solutio desumpta ex formali, & fundamentali subiectione qua vtitur Ægidius Lusitanus eandem virtutem habet in præsentia casu, ac habet in tractatu de necessitate relationis, quæ sit medius modus realiter distinctus, ab vtroque extremo, sed erit locus vbi hæc potentia actus formaliter supernaturalis ex professo possit refelli.

11.

Ratio verò huius conclusionis efficax est: quia virtus hæc eminentissima secundum sententiam omnium Theologorum, quos citauimus de facto est producta, non igitur habet implicationem; consequentia est euidens, & antecedens clarissime constat ex instantiis quas attulimus, & ex aliis quas forsan attingemus.

12.

Dico secundo virtus supernaturalis, qua Virgo beatissima constituta fuit in actu primo ad generandum Deum, & hominem est eminentissima, & quæ in vnica tantum entitate realiter indivisibili plura causandi efficienter, & formaliter etiam inter se specie distincta fuit ratio formalis: hæc assertio meo iudicio colligitur ex diuo Thoma, qui 3. parte, quæstione 33. articulo 4. ad primum, vt sæpe retulimus, distinguit tria miraculosa in conceptione Christi Domini conceptionem immunem à peccato originali susceptionem Verbi diuini, & generationem sine corruptione integritatis, & hæc indita esse Virgini sanctissimæ à Deo, qui cum non distinguat hæc, ita vt cuiuscunque operi miraculoso peculiarem tribuat virtutem, seu rationem formalem distinctam, & natura abhorreat superflua necessariò debet concedere illam virtutem ex qua oriuntur esse eminentissimam; sequuntur etiam, sanctus Bonauentura, Varro, Gabriel, Ochamus, Alexander Aletis, Richardus maior, Clichtouæus in Damascenum, Suarius, & alij quos attuli vestigatione priori disput. 3. sect. 3. & vestigatione eadem, disput. 5. lect. 2. retuli alij plures; & necessariò sequentur qui

Thom.

Bonau.  
Varro.  
Gabriel.  
Ocham. &c.

T docent

docent dignitatem Dei genitricis esse sanctitatem formaliter, tametsi corpoream, quos in proxime sequentibus disputationibus laudabo & Ecclesiae Patres, quos adduxi in superioribus, & in hac vestigatione adducam, & expendam. Nunc sufficiat sanctus Anselmus, qui de excellentia Virginis cap. 4. fere in medio Deiparam piè, & verè ita alloquitur: *Et tu o beatissima foeminarum in qua fluxit tam copiosa, & supereminens gratia omnium gratiarum, quid enim animi quæso gerebas ad eum, qui tibi hæc magna fecit.* Vbi dignitatem Maternalem, quæ sine dubio est radix, & principium omnium gratiarum, quæ reperiuntur in Virgine sanctissima, & quam ex communi interpretatione sanctorum intellexit, dum dixit Lucæ 1. *Quia fecit mihi magna qui potens est.* Vocat Cantuariensis Archiepiscopus gratiam superuenientem, & copiosam, vt significaret non loqui de eminentia, vt dicit excellentiam, quam laudauerat capite 1. statim in principio, & dixerat esse supereminens excellentiam, sed vt dicit virtutem eminentissimam, quia principium, & ratio multorum supernaturalium affectuum, qui explicantur à Patribus, & videri possunt in Bernardo, Bonaventura, Laurentio Iustiniano, & Recentioribus, in Canisio, Richardo de sancto Laurentio, Rutilio Benzoni, & aliis nouioribus, quorum testimonia, & adducenda, & adducta.

Anselm.

Cant. Arch.

Bern.  
Bonau.  
Laurent.  
Iustinian.

13.

Ratione verò probatur secunda conclusio, quia illa est virtus eminentissima, quæ ex propria rei natura est principium, vel efficiens, vel formale, vel in vtraque ratione ad plures effectus cauendos, sed virtus supernaturalis Virginis Deiparæ vtroque modo est principium plurius, & diuersorum effectuum; ergo est eminentissima virtus; consequentia est euidentis, & maior est explicatio virtutis eminentissimæ: minor verò, in qua potest esse difficultas probatur sufficienter ex omnibus quæ dicta sunt in priori vestigatione, & quæ dicentur in hac posteriori, & explicatur breuiter. In primis enim illa virtus per se primò ordinatur ad generandum hominem Deum, itaut vti illius Virgo Maria D. verè fuerit causa principalis illius generationis, & præterea constituit illam instrumentum Dei ad productionem vnionis hypostaticæ, quam attingit efficienter, & etiam sanctitatem, & habitus supernaturales, qui consequuntur ad illam; sed cum hæc virtus substantialiter sit supernaturalis, & quia accidens est, necessariò inhaereat carni Virgineæ, fieri nullo modo potest, quod in genere causæ formalis non constituat subiectum in ordine supernaturali, quod principium est cuiuscunque formæ: constituit enim subiectum cui inest in proprio esse, quod illa habeat, & deinde cum non possit esse virtus generatiua Dei hominis, quin sic participatio diuinæ naturæ, vt fecunda est, induit rationem sanctitatis, & munditiæ; quam confert Virgini sanctissimæ in genere causæ formalis, ex quo inferitur esse principium, aut morale, aut physicum gratiæ, & virtutum supernaturalium, & omnium charismatum, quæ illi con-

& præterea esse vim sufficientem ad excludendum peccatum, propter repugnantiam quam habet cum illo (quia immunditia est) dicitur perfecta munditia, & etiam ad extinguendum fomitem, qui est motuum impellens ad peccandum, & principium vel inadæquatum perseuerantiæ, & confirmationis in gratia: quæ omnia dante Deo, ostendemus, & ex illis colligitur esse dignitatem physicam sacræ Deiparæ non solum eminentissimam, sed etiam eminentiorem aliis virtutibus, quæ reperiuntur in ordine supernaturali, quod dixi vt non includerem vnionem hypostaticam.

Dices in hanc conclusionem plura esse hæc munera, quam possint conuenire vnica solum entitati realiter indiuisibili, atque adeo necessariò videri constituendas alias formas præter dignitatem Matris, quæ quamuis excellentissima, non potest tot, & tantos effectus causare. Respondeo hanc dignitatem esse perfectissimum modum, quod præter vnionem hypostaticam potest Deus conferre intellectuali creaturæ, atque adeo non mirandum, quod possit esse, & de facto sit principium horum effectuum, neque id sine exemplo in supernaturalibus & naturalibus. Gratia enim habitualis eminentiam habet in suo ordine non contemnendam; in primis enim constituit hominem, vel Angelum in esse supernaturali, & non vt alij habitus sui ordinis, sed conferendo naturam diuinam participatam, & hominem, vel Angelum Filium Dei adoptiuum, quæ duo munera separantur in Christo Domino, qui non est Filius adoptiuus, sed naturalis, & hæc exercet vt causa formalis, & vltèrius est principium ex quo oriuntur habitus supernaturales, expellitque peccatum, vt aliqui existimant non solum formaliter, sed etiam efficienter, quæ duo dicunt effectiuam causalitatem, etsi à caractere non distinguatur est principium elicitiuum amoris diuini, imperatque aliis virtutibus, quod aliqui existimant fieri per vim, aut dispositionem impressam ratione imperij quod habet in inferiores virtutes, quæ illi in hac ratione veluti subduntur. In naturalibus verò non desunt qui affirmant virtutem augmentatiuam, nutritiuam, & generatiuam non esse tres potentias realiter distinctas, sed vnica tantum, quæ extendatur ad tria illa munera, quod fieri non potest sine eminentia secundum quam causentur effectus formalis, & efficientis causæ, quæ causantur de facto in sententia contraria in qua effectus, & actiones necessariæ ad augmentationem, nutritionem, & generationem multiplices sunt. Adde his introductam sententiam in scholas asserentem animam rationalem non distingui à suis potentiis (quam ego nulla ratione veram existimo) in qua necessariò est constituenda hæc eminentia, in genere enim causæ formalis est anima intrinsecum principium constitutiuum hominis; deinde intelligit quod functio diuersa. Tertio vult, & appetit, memoriaque conseruat, quæ prius intellexit in quo quis non videat vni entitati indiuisibili realiter tribui, quæ munera exercentur à substantia animæ, & à potentiis, quæ reali

14.

Suarius.  
Albertianus.  
Lufitanus.

16.


realiter distinguuntur ab illa. Non est igitur mirum dignitatem Maternalem tantæ esse eminentiæ, & perfectionis vt tot, & tam mirabiles rationes cauendi contineat, & illas exercent formaliter.

15.

Verum cum tot munera à virtute Deiparæ procedant non immerito rogabit aliquis, quodnam munus sit in tantæ dignitate præcipuum, itaut quæ restent videantur quasi per concomitantiam in illa reperi. Breuiter dico præcipuam rationem formalem, quæ inuenitur in illa esse facultatem supernaturalem ad generandum hominem Deum de Spiritu sancto conceptum, cæteras verò formalitates se habere veluti concomitanter, non quia sint illi dignitati essentielles in 1. modo dicendi per se, sed quia si suo ordine istæ rationes formales considerentur, prima ratio specifica ex multis, quæ competunt illi, est ratio formalis Maternitatis in actu primo præcisè, vt Maternitas est, exemplum ad rem, calor, & conseruat substantiam ignis ad illius introductionem disponit; deinde est potentia productiua caloris; disputant aliqui supposito quod pertineat ad duas qualitatis species, quænam afferatur principaliter, aut primò in illius conceptu, an ratio dispositionis; an ratio potentia: & consequenter quæ duarum harum rationum inueniatur in illo per concomitantiam, & qui sentiunt primario esse datum, vt substantiam ignis conseruet, sentiunt rationem dispositionis esse primariam, & rationem potentia: inesse illi per concomitantiam; qui verò rationem potentia: primariam constituent dispositionem præmittunt esse rationem, quæ comiteretur effectiuam potentiam, & rationem illius. De quo videri possunt Suarius, & Albertinus quorum doctrinam, aut refutat, aut defendit Egidius Lufitanus 2. tomo de Beatitudine libro 10. quæstione 2. articulo 10. §. 4. Ratio asserit est: quia virtus illa supernaturalis primò collata est Virgini sanctissimæ, vt posset generare Deum hominem efficienti causalitate: ergo ratio Maternitatis est præcipua in illa virtute, cæteræ verò se habent concomitanter modo iam explicato; si enim posset dari virtus hæc sine eo, quod esset forma sanctificans corpus, forsitan ab alia entitate sanctitas corpori proueniret, sed quia non potuit existere ad principalem finem, quin esset participatio naturæ diuinæ, vt fecunda est, ideo sanctitas corporea est; & quia ad eundem finem necessarium fuit reperi in sacra Deipara potentiam susceptiuam Verbi Dei, & hoc non repugnabat eadem entitati, vt non repugnat esse efficientem, & susceptiuam potentiam immanentem; ideo est simul ratio agendi, & suscipiendi in generatione humana Verbi diuini.

Obiicies vt minimum has formalitates distinguere ex natura rei, atque adeo non identificari realiter omnino inter se; quo argumento probat vbi supra Egidius Lufitanus potentiam obedientialem, quam ipse astruit non esse realiter idem cum te cuius est potentia, sed ab illa posse separari realiter, quam doctrinam nouam esse, & singularem non potest negare. Respondeo optime posse reperi-

duas formalitates in eadem entitate, quæ non distinguantur ex natura rei, si distinctio ex natura rei significet distinctionem ante intellectum, gradus enim animalis, & rationalis sunt formalitates, quæ reperiuntur in homine, quarum neutra includitur in alia, & tamen non distinguuntur ex natura rei, id est, ante intellectum, sed reperiuntur realiter identificata in homine, quod secundum communem sententiam reperiuntur in omnibus gradibus metaphysicis; si verò distinguere ex natura rei significet non identificari ex natura rei, sed obiectiuos earum perfectionum conceptus ante intellectum non esse idem, sed seclusa consideratione intellectus non esse eadem prædicata essentialia harum perfectionum; sed talis esse naturæ, vt sit in re fundamentum ad distinctionem actualem per intellectum certum est illas perfectiones non esse idem ex natura rei, sicut ex natura rei ante intellectum, non sunt eadem prædicata essentialia animalis, & rationalis; & hoc modo in Metaphysica intelligebam, & defendebam distinctionem ex natura rei, quæ celebris est in Scotistarum schola, & difficilis in schola Thomistica.



## DISPUTATIO II.

*Vtrum sanctitas corporea sit absolute possibilis.*



NSINUAVIMVS non semel dignitatem sanctæ Deiparæ esse sanctitatem; cum tamen dixerimus expresse esse corpoream virtutem illam supernaturalem, qua eleuata fuit ad generandum Deum, & hominem, quæ veritas ex professo probanda est disputatione sequenti, diffiniri autem exacte non potest quin hæc controuersia dirimatur.

17.

## SECTIO PRIMA.

*Sanctitatis essentia.*

SANCTITAS non vnâ significationem, sed multas habet, in sacra Theologia. Principio enim significat separationem rei illius, quæ sancta dicitur ab aliis rebus quæ sanctæ non appellantur, & sanctus dicitur separatus etiam apud profanos, inde in sacris illud: *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* Id est estote separati, & segregati à rebus terrenis, sicut & ego à terra, & ab affectibus rerum terrestrium separatus, & segregatus sum. Vnde Deus hebraicè dicitur Kados, quod proprie significat sine terra, seu omnino à terrenis separatam, & à peccatoribus discretam, quod in Christo Domino significare voluit Paulus, cum dixit Hebræ. 7. 26. fuisse segregatum à peccatoribus, & factum cœlis ipsis excelso cultum, & religionem ordinantur, separatum

18.

Paulus.

tur ab aliis quæ prophana sunt, rebus non diuinis inferunt, inde sanctitas significat consecrationem, aut destinationem ad diuinum cultum, & sancta dicuntur quæ ex diuina ordinatione, aut hominum religione muneribus sacris consecrantur, aut dedicantur, & destinantur Deo. Vnde illud Exodi 13. *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam.* Et generaliter quæcunque templo inferuiunt dicuntur sancta, & dicta est sancta, aut sanctum sanctorum sacratio pars templi Salomonis, quia destinata excellentius ad diuinum cultum, & Hebræorum religionem. Deinde quia homines qui Deo se consecrant & addicunt, carnem macerant, spiritus deuotionem præferunt, pietatem sequuntur, & generaliter loquendo pœnitentiam agunt, translatum est sanctitatis nomen ad pœnitentiam ipsam sanctissimo termino significandam, vt notauit diuus Thomas, & etiam Hugo Cardinalis ad illud Psalmi 34. 13. *Humilitatem in ieiunio animam meam,* significatque sanctitas ex illis asperitatem vitæ, carnis macerationem, affectus pietatem, & spiritus deuotionem. Quarto, quia homines vere hoc modo additi, & consecrati Deo, illi non possunt non esse grati, & dilecti, ac proinde iusti, & filij Dei, inde sanctitas, seu gratia appellatur forma illa à qua dicuntur grati, & filij Dei, & dicuntur diuinæ naturæ consortes, & hæc sanctitatis significatio est receptissima apud Theologos, qui nomine sanctitatis, & gratiæ intelligunt (si absolute, & sine addito proferatur) donum illud supernaturale, quod vocant gratiam habitualement, quo peccata expelluntur, homo iustificatur, confors fit diuinæ naturæ, & sanctus, & appellatur & est, vt qui translatus sit ad ordinem supernaturalem, & diuinum, factusque confors diuinæ naturæ quæ purissima, & sanctissima est; quod etiam vocant Theologi esse obiectum congruum dilectioni diuinæ supernaturali, & merito quidem, quia qui habet naturam participatam, & similitudinem cum Deo aptus omnino est, vt diligatur à Deo; neque ex parte illius aliquid deficit, vt diligatur à Deo dilectione, & amore ordinis diuini, & supernaturalis.

Præterea cum qui hac participatione diuinæ naturæ sancti sunt necessario debeant habere actiones illius ordinis, ac proinde supernaturales, & inter has principaliores, & excellentiores sint actus voluntatis, & intellectus, quibus actualiter sanctus coniungitur, & vnitur Deo, necessum omnino est habeat virtutes, & facultates intellectuales, id est, pertinentes ad ordinem intellectualem, quibus vt principiis proportionatis illas operationes, & actus eliciat. Cum verò istæ facultates necessario etiam respiciant aliquam veluti naturam & primam formam à qua oriuntur, & ad quam referantur, veluti ad substantiale, & radicale principium, & substantia, aut natura, seu principia & facultates illius, vel virtutes debeant esse in eodem genere, inde factum est, vt sanctitas, & gratia habitualement, & habitus qui ad illam consequuntur sint in eodem genere, atque adeo in ordine intellectu-

ctuali, eo vel maxime quo ex propria natura eleuant creaturam intellectualem, vt hominem, & Angelum: est ergo sanctitas habitualement de genere rerum intellectualium, seu sit participatio naturæ diuinæ, vt est summè intellectualis, aut vt est ens per essentiam participatum, & independens.

Sensus ergo difficultatis propositæ in titulo est, an sanctitas ex propria rei natura, ita petat esse de linea rerum intellectualium, vt implicet dari sanctitatem, quæ spiritualis non sit, an verò possit dari sanctitas, quæ corporea sit; ita ut sicut est possibilis, & datur de facto vita corporea, & vita spiritualis, eadem omnino ratione sit possibilis sanctitas corporea distincta à sanctitate spirituali, quæ cum hac conueniat in ratione generica sanctitatis, & differat ab illa secundum speciem, à qua propriè sanctificetur corpus, & caro, sicut per gratiam habitualement sanctificantur anima, & spiritus rationalis, quod est inquirere, an sicut eleuatur anima ad ordinem diuinum per participationem supernaturalem diuinæ naturæ, ita etiam corpus sit eleuabile ad participium diuinæ naturæ per formam, & qualitatem supernaturalem in sua essentia & quidditate? Dixi per formam, & qualitatem superadditam: quia supposito Incarnationis mysterio negari vlla ratione non potest carnem eleuari ad sanctitatem increatam, & esse illa perfectibilem per personalitatem increatam Verbi diuini quod immediate vnitur carni, & corpori humano, sicut vnitur animæ rationali, vnde sicut anima rationalis Christi est sancta ratione diuinitatis, aut personalitatis Verbi diuini, aut ratione vtriusque, de quo modo non disputo, & videri potest Turrianus opusculo de gratia sanctificante, ita etiam corpus, & caro Christi Domini, & sancta sunt, & dicuntur. Quo loquendi modo cum omni proprietate sancti Patres vtuntur, & de facto docent corpus, & carnem diuinitate sanctificari, quod manifestè docuit sexta Synodus generalis actione 17. non longe à fine definitionis fidei orthodoxæ vbi hæc scribuntur. *Quemadmodum enim sanctissima immaculata animata eius caro Deificata est non perempta, &c.* Responder Lorca 3. part. disputatione 36. numero 17. Concilium non dicere carnem Christi fuisse sanctificatam, sed deificatam, & hoc significare fuisse assumptam ad consortium diuinitatis, sed non aduertit carnem Christi vocari sanctissimam, quod fieri non potest sine capacitate, & eleuatione. Synodum imitantur Pater Athanasius sermone 2. contra Arrianos post medium explicans illud Psalm. 44. Propterea vnxit te Dominus Deus, &c. loquens de vnctione ita scribit: *Idcirco nos firmiter accepisse cognouimus, quia ipse professus est se in carne inungi; dum enim caro in illo primum sanctificatur, & ipse dicit sese vt hominem propter carnem eam gratiam spiritus suscepisse factum est, vt nos illam ex plenitudine dimanantem acceperimus.* Quæ verba siue intelligantur de gratia habituali, vt intendunt nonnulli, siue de ipsa diuinitate, vt vult Vasquez 3. part. disput. cap. 1. num. 7. probant carnem propriè sanctificari. Idque non

20.

Synod.

Lorca.

Athanas.

Vasq.

non

Vasq.

Nazian.

Damas.

21.

Dionysius.

Thom. Carthuf.

non semel Athanasius docuit rursus scribens: *Non igitur Verbum quatenus Verbum ab spiritu inungitur, sed caro assumpta ab ipso.* Nazianepist. 51. si pars deterior (nempe caro assumpta est, vt per incarnationem sanctificaretur præstantior (anima) non assumeretur, vt per diuinitatis susceptionem sanctificetur. Vbi ex sanctificatione carnis arguit animæ sanctificationem. S. Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa cap. 3. *Ipsa seipsum vnxit, corpus videlicet diuinitate sua inungens, vnctio humanitatis est diuinitas.* Vbi ex assumptione, & sanctificatione carnis conuenit totam humanitatem, & assumptam, & sanctificatam. Ratio verò huius doctrinæ est, quia non implicat contradictionem carnem sanctificari absolute loquendo, & aliis Concilia, & Patres docent carnem Christi fuisse sanctificatam diuinitate. Motiua autem quibus id negant aliqua ostendemus nullius esse momenti.

Sed quia proposita controuersia explicari non potest, nisi cognita ratione, & essentia sanctitatis, hæc necessario erit declaranda. Diuus Dionysius Areopagita quem omnes Theologi sequuntur ita sanctitatis explicuit naturam lib. de diuinis nominibus cap. 12. *Sanctitas quidem est, vt secundum nos dicatur ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino incontaminata mundities, seu vt habet alia translatio: Est igitur sanctus quantum secundum nos dicendum omni iniquatione libera, & perfectissima, & incontaminatissima puritas.* Priori translatione vtitur sanctus Thomas in citatum caput. Posteriori autem Dionysius Carthusianus ibidem. Nec deest tertia translatio, quam opportunius adducemus inferius. In qua diffinitione nihil est quod ostendat sanctitatem ex sua natura petere quod pertineat ad ordinem intellectualem; quod videtur ita intellexisse Marsilius Ficinus, qui ibidem scripsit: *Per sanctitatem quidem independentem res qualibet puritatem suam seruare nituntur.* Tamen Dionysius sanctitatem quæ diffinitur ab Areopagita applicet statim rebus intellectualibus, & modum declarat quo illis conueniat: *Istud (inquit) increata sanctitati conuenit absolute, quæ sola est simplicissima loquendo simpliciter. Deinde per imitationem conuenit creatæ sanctitati beatorum, qui comparatione beatorum sunt sanctitati multum perfecta in genere suo, & nunquam vlla culpa reperia est imo nec venialis.* Quod etiam aliquo modo videtur intellexisse sanctus Thomas, tamen expressè non asserat munditiam hanc debere necessario esse spiritualement, quod enim asserit de libertate à seruitute non infert statim hanc libertatem futuram esse à seruitute peccati, cum res mundissima, vt lux, cælum, & alia huiusmodi, & ea quæ sunt nitidissima, libera sint ab omni immunditia, & tamen non possunt dici libera à seruitute peccati. Vnde mundities in suo conceptu præciso, nec dicit supernaturalitatem, nec spiritualitatem; sed præscindit ab vtraque, & contrahi potest per quamlibet earum, alias non posset dari munditia, nec corporea, nec naturalis; quod nullus concedet, vt autem sanctitatis hæc diffinitio à Dionysio tradita illi soli conueniat meo iudicio addendum esset illi (supernaturalis) vt ra-

tio puritatis extraheretur ad ordinem diuinum, & intelligeretur non remanere in ordine naturali, quia sanctitas est, posset enim quis contra illam obicere conuenire non solum sanctitati, sed etiam naturali munditiæ, & puritati; aut inferre has etiam esse sanctitates ex genere suo: & forsitan Areopagita voluit particulam (supernaturalis) esse subintelligendam.

Verum obiciet translationem aliam scilicet: *Sanctitas quidem est, vt secundum nostra loquamur, puritas quædam ab omni scelere libera, atque perfecta, & prius incontaminata mundities.* Vbi virtualiter saltem ratio spiritualis affertur per illam particulam (ab omni scelere libera) scelus enim peccatum est, at peccatum cum sit actus voluntatis spirituale quid est, & consequenter illud quod à scelere liberet debet esse quid spirituale, quia contraria sunt in eodem genere, sed si id concedatur salus, videlicet rem spiritualement significare, non statim infertur sanctitatem debere necessario esse spiritualement, sicut ex eo quod gratia, & charitas sint quid supernaturale, non infertur etiam peccatum cui contrariatur esse supernaturale; hæc enim oppositio, & contrarietas non est regulanda per proprietates contrariorum ordinis naturalis. Adde hanc esse, difficultatem quam proposuimus, an scilicet possibilis sit sanctitas corporea, quæ petat ex propria natura peccatum expellere, & forsitan peccatum aliquo modo reperitur in concupiscentia, & appetitu sensitivo qui corporeus est, quod in sequentibus explicandum.

## SECTIO II.

## Notationes ad veram sententiam.

AD nostræ sententiæ clariorem probationem, imo & firmiorem præmittendum est primo non solum esse possibile accidentia supernaturalia corporea, sed etiam fuisse producta de facto. Est communis Theologorum sententia, & illam ostendunt supernaturales effectus illius qualitatis, qua in statu innocentie appetitus sensitivus, ita erat subditus rationi, vt nullo modo illam præueniret, sed semper præueniret ab ea, nullusque esset fomes in primis parentibus, quam fuisse supernaturalem docet ex multis Granado contr. 1. de Gestis Christi Domini, tit. 1. disput. 1. sect. 2. num. 10. & latius 1. 2. contr. 4. de habitibus... fuisseque infusam à Deo appetitui corporeo, & imaginatiuæ, quæ cum esset per se infusa non potuit non esse supernaturalis, & cum resideret in subiecto corporeo fuit etiam corporea.

Ostendunt secundo, virtutes morales supernaturales quæ reperuntur in appetitu sensitivo ad moderandas passiones, & necessario sunt corporeæ, & distinctæ ab illis, quæ resident in rationali appetitu. Hanc sententiam, vt communem etiam supponit Egidius Lusitanus tomo 3. de beatitudine lib. 4. quæst. 19. art. 1. licet aduertat adhuc sub lite esse an habitus,

T 3

qui

qui in appetitu resident habeant veram rationem virtutis de quo nunc est disputandum, & videri possunt Doctores, quos ipse citat. At conuenit inter omnes irascibilem, & concupiscibilem esse subiectum horum habituum, & negari non potest (si habitus isti admittantur) illorum actiones esse corporeas, & supernaturales; quod a fortiori debent fateri, qui existimant dari aliquas sensiones, & appetitiones supernaturales, quæ est sententia Molinæ in concordia disp. 42. & prius fuit Medina 1.2. quæst. 63. art. 3. in fine quos sequuntur Salas, & Lorinus relati à Ripal. 1. tom. de ente supernaturali lib. 3. disp. 44. sect. 9. num. 58. idque videtur significasse Dauid Psalm. 83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Meliores enim Interpretes asserunt corde significari voluntatem, carne appetitum sensitium, & hanc experiri voluptatem à Deo donatam, & infusam in exercitio virtutum supernaturalium, videantur ibi Theodoretus, Lyranus, & Lorinus in Psalmo 62. n. 2. qui affirmat hunc esse modum loquendi sanctis Patribus communem, & reipsa negari non possunt sensationes supernaturales.

Ostendunt quartò dotes corporis gloriosi (quibus cum aliis perfectionibus supernaturalibus condecoratur nunc in patria, & condecorabuntur corpora omnium beatorum post resurrectionem ipsam, scilicet impassibilitas, claritas, agilitas, & subtilitas, quæ sine errore negari non possunt, & sunt supernaturales, & corporeæ, supernaturales, quia dimanant ab anima eleuata supernaturaliter visione beatifica, corporeæ, quia ex natura rei ordinantur ad gloriam corporis, quæ spiritualis esse non potest, decet enim sponsam ornari ab sponso dotibus etiam sibi proportionatis, & conuenientibus corpori illius, sicut ornatur dotibus supernaturalibus conuenientibus, & proportionatis animo illius, de quibus latè, & eruditè Agidius Lusitanus 3. tom. de beatitudine corporis gloriosi toto libro 5. Cum enim corpus mortale comitentur quatuor defectus naturales, scilicet deformitas, infirmitas, tarditas, & corruptio, decet illos à beatorum corporibus auferri, vt docet Pater Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei cap. 20. *Tantum absit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnis corruptio.* Inter hæc verò dotes claritas supremum obtinet locum, & illam esse supernaturalem intrinsecè docet diuus Thomas 3. distinct. 16. quæst. 2. art. 1. ad 2. & 4. & à sancto Thoma stant Richardus, Scotus, Suarez, Salas, Tirus, quos refert, & sequitur Ripalda citatus sect. 10. illius disputationis num. 61. impassibilitatem verò conuenire corpori glorioso per supernaturalem qualitatem illi intrinsecam docuerunt cum sancto Thoma 4. dist. 44. quæst. 2. art. 1. Henricus quolibet 9. quæst. 16. ex professo, & omnes Thomistæ, estque communior sententia, vt relatis antiquioribus, & recentioribus plurimis concludit Lusitanus lib. illo 3. quæst. 3. art. 3. num. 10. & mihi persuadet auctoritas Augustini, qui epistola 56. ad Dioscorum tom. 2. hæc scripsit. *Tam potens natura Deus fecit animam, vt ex eius beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis, & incorruptionis*

vigor. Quem locum contra Suarium optimè ponderat Agidius num. 17. Præterea agilitatem esse virtutem qua supra totius naturæ debitum moueatur corpus gloriosum non solum progressiue, quod negabit nullus, qui sit catholicus, sed etiam motu totius corporis, quod non concedit Durandus in 4. dist. 44. quæst. 7. num. 14. docuerunt tamen sanctus Thomas, Scotus, & plures alij relati à Lusitano vbi supra quæst. 5. art. 1. num. 7. & ar. 2. n. 6. De subtilitate, quæ videtur consistere in penetratione vnius corporis cum alio, dubitari nulla ratione potest esse quid intrinsece supernaturale, & corporeum cum corpori insit, & sit omnino illi indebita: videantur Doctores in 4. distinct. 44. & distinct. 29. ex quibus concluditur certissimum, & indubitatum esse omnino, non solum esse possibile, sed de facto dari accidentia corporea supernaturalia, & ratio generalis id suadet, quia hæc accidentia nullam inuoluunt repugnantiam, & aliàs necessaria sunt in ordine naturali. Quod si aliquis obiiciat hæc non posse esse participationem Dei, vt est trinus, & vnus, in quo diximus consistere supernaturalitatem diuinam, & humanam, occurrendum est sufficere sit mediata participatio consequuta ad immediatam participationem, qualis est gratia consummata, & visio beatifica, participationem verò mediata sufficere ad supernaturalitatem, & hoc, vel illo principio desumptam etiam docuerunt Doctores à quibus in explicanda ratione supernaturalitatis discessimus cum M. Cumel priori vestigatione disput. 6. ac proinde ad illos etiam pertinet hoc argumentum dissoluere. Vide quæ ibi diximus ad rem hanc.

Præmittendum secundò irrationalem creaturam inassumptibilem esse à Deo in vnitate suppositi, atque adeo Deum illi vniri non posse, quod vt notauit diuus Thomas citandus non arguit impotentiam in Deo, sed incapacitatem in irrationali creatura. Hanc propositionem negant Scotus, Durandus, Marfilius, Caietanus, Capreolus, & alij apud Suarium 1. tom. in 3. p. disp. 13. sect. 2. Quibus adde Vasquiuium disput. 30. sect. 2. Granado controuersia 1. de Incarnatione, tract. 6. n. 3. f. 2. sed amplectuntur eam diuus Thomas 3. part. quæst. 4. art. 1. corp. & ad primum Bonauentura in 3. dist. 2. art. 1. quæst. 1. Alexander Alensis 3. part. q. 2. membro 7. Mirandulanus in sua Apologia in defensione 4. propositionis, Carthusianus 3. q. 2. art. 4. Henricus quolibet 13. quæst. 5. & alij. refert enim Gabriel 1. d. 1. art. 2. ex Argentina hanc sententiam esse magnorum virorum, & Henricus ait esse solemnem; illam sequitur, & illustrat Petrus Hurtado 3. p. d. 43. & illam prius tradiderat disp. 1. de Anima, §. 43. illamque probat auctoritate Augustini tomo 3. lib. de Spiritu, & anima cap. 14. quem alij existimant esse Hugonis Victorini vbi expresse affirmat Verbum vnitum animæ: quia vt intelligentia affert similitudinem Deo secundum rationem supremam, & supremum carnis posse suscipere vnionem hypostaticam, quia sensualitas animæ gerit similitudinem, id est participat suo modo rationalitatem, in quo testimonio necessariò asseritur rationalitatem, aut forma

Durand. S. Thom. Scotus.

26.

Scotus. Durand. Marfil. Caiet. Capreol. Vasq. Granado. Thomas. Bonauent. Alensis. Mirand. Cartuf.

formalem, aut participatam esse rationem formalem assumptibilitatis in humana natura, & illius partibus anima videlicet & corpore, & efficaciter potest probari testimonio Tertulliani, qui lib. de carne Christi cap. 4. disputans contra Marcionem, qui negabat Verbum diuinum assumplisse carnem humanam propter indecentiam, & indignitatem, atque adeo adimentem Christo Domino humanitatem, & carnem, quam Deus natiuitate reformata generatione cælesti ab omni vexatione restituit, & redemit, quia amauit hæc, scribit: *Si reuera de lupa, aut sue, aut vacca prodire voluisset, & fera, aut pecudis corpore indutus regnum cælorum predicaret, sua opinio illi censura præscriberet turpe hoc Deo, & indignum hoc Filio Dei, & stultum; propterea, qui ita crederet, sit plane stultum si de nostro sensu iudicemus Deum. Sed circumspecte Marcion, si tamen non deest: stulta mundi elegit Deum, vt confundat fortia.* Quorum verborum toto tractatu rectè expenso sensus est. Indignum, & stultum existimat Marcio Deum carni esse vnitum, cui tot contulit beneficia; sed non rectè, si Deus ex vacca, ex sue, ex lupa prodiret, suum iudicium merito præiudicium inferret Deo, qui bestia vnitus appareret: hoc enim reuera turpe est, & indignum Dei filio, & stultus, qui ita crederet, vt sunt Gentiles stulti, quia de suis Diis has vniones, aut transformationes pronunciant, & credunt. At sit nostrum iudicium stultum qui affirmamus Deum carni vnitum, sed reuera stultum non est, & aduerse stulta mundi elegisse Deum, vt confundat fortia. Hic est legitimus sensus Magni Africani, & eum ita intellexit, & rectè quidem Luisus Cerdensis explicatione ad illum tractatum. Turpe hoc Deo: hoc autem quàm sit turpe, & indignum Deo (scilicet fieri vaccam, aut lupum) & credenti stultum res ipsa loquitur, sit plane, sed esto iudicemus stultum ex nostro peno Deum fieri hominem, id non potest esse stultum iudicio diuino, & ratio huius intelligentiæ est in promptu, aliàs ingenium acerrimum Tertulliani argumentationem proponeret, cuius antecedens non solum negaret, sed irrideret hæreticus, & merito quidem, quia si explicatus sensus non est Tertulliani, ita concluderet. Non est stultum, neque indignum Deo quod taurus prodiret ex vacca, aut lupus ex lupa: ergo non est indignum Deo, atque adeo neque stultum, quod assumpserit carnem humanam, & filius hominis ex fœmina prodiret; quis verò non videat argumentum hoc indignum esse ingenio Tertulliano. Hæc attuli vt euidenter ostenderem non legisse, aut non aduertisse mentem ad intentum Tertulliani viros doctissimos Suarium, Vasquiuium, Granadam, qui hoc testimonio vtuntur ad confirmandum Africanum scripsisse Deum posse vnire sibi hypostaticè creaturam irrationalem. Et quidem lego quod Deus elegerit bruta; hæc enim electio nullo modo potest fieri honesto fine, at incarnatio fines habuit quos enumerabat Tertullianus illo cap. 4.

27. Thomas.

Ratio verò efficacior ad hanc propositionem probandam est illa qua vtriusque sanctus Thomas art. illo 1. & potest ad hanc formam reduci, illa solum natura est assumptibilis à Deo quæ nata

est attingere Deum per suam operationem, sed creatura irrationalis non est nata attingere Deum per suam operationem: ergo natura irrationalis non est assumptibilis à Deo. Consequentia est legitima, & in argumento supponit diuus Thomas non esse in natura irrationali potentiam passiuam naturalem ad hanc assumptionem, quod certissimum est, vnde recurrit ad congruentiam desumptam ex operatione, qua natura assumpta debet attingere Deum, scilicet eum cognoscendo, & amando. Ex quo probatur clare propositio subsumpta; irrationalis enim creatura etiam si eleuaretur ad vnionem hypostaticam nullo modo valeret videre, aut diligere Deum, vt per se constat. Maiorem probat diuus Thomas in responsione ad 1. quia illa solum natura est assumptibilis à Deo, & illi vnibilis, quæ vnione inferioris ordinis potest attingere Deum, sed solum rationalis creatura potest attingere Deum vnione ordinis inferioris: ergo solum natura rationalis potest vniri, & assumi à Deo hypostaticè consequentia est legitima, & maiorem probat diuus Thomas, quia natura, quæ non potest attingere Deum, & illi vniri per intellectiōnem, & amorem, quæ sunt ordinis gratiæ adoptionis non potest vniri Deo hypostaticè vnione, quæ est ordinis supremi & hypostatici, quod enim non habet, aut capacitatem ad id quod est minus perfectum non potest habere, nec congruitatem, nec capacitatem ad id quod in se est perfectissimum (multo autem maior & perfectior est vnio ad Deum secundum esse personale (inquit diuus Thomas) quam quæ est secundum operationem, & ideo creatura irrationalis, quæ deficit ab vnione ad Deum per operationem non habet congruitatem, vt vnatur ei secundum esse personale. Ex hac ratione colligitur ad vnibilitatem naturæ irrationalis cum Deo nihil iuuare potentiam obedientialem passiuam, & ideo illa non vsum diuum Thomam expresse; quia cum congruitas fundetur in ratione attingendi Deum per operationem intellectualem, & ad hanc non sit potentia passiuæ obedientialis in bruto, consequenter non est potentia obedientialis in bruto ad assumptionem, quia illi deficit proprietas naturalis, scilicet ratio intellectiui, in qua fundatur hæc congruitas, & consequenter ipsa obedientialis potentia, & diuus Thomas ex negatione congruitatis supponit negationem potentia obedientialis, vnde argumentum Angelici Doctoris procedit rectè, & diuisio, in qua fundatur, est omnino sufficiens, quidquid dicat Suarez in Commentario illius articuli §. alio modo, ita enim concludit creatura irrationalis, nec per naturalem potentiam, neque per obedientialem est assumptibilis à Deo: ergo nullo modo est assumptibilis. Mitto alias rationes quæ sumuntur ex indecentia, quæ iuxta nostra principia arguunt impossibilitatem, & sæpius dixi animum prudentem horre Deum factum brutum, & hæc huius impossibilitatis optima ratio.

28.

Sed contra hanc sententiam statim obiicitur: corpori Christi vnitum fuit Verbum diuinum in triduo mortis, neque illum diuina persona vnquam dimisit; sed corporis Christi natura

Molin. Medina. Salas.

Lorin. Ripal. Pl. 8.

Pl. 62.

25.

Lusitan.

August.

Thom. Richardus. Scor. Suar. Salas.

Henric.

Lusitan.

August.

illo tempore erat irrationalis : ergo optime potest assumi irrationalis natura. Consequentia est evidens, & maior est de fide, illamque egregia ratione probat D. Th. 3. p. q. 50. a. 2. c. Deus enim neminem priuat gratia illi collata, nisi propter aliquam culpam; gratia autem vnionis facta fuit corpori Christi, in quo nulla culpa præcessit, quam desumpsit ex Gregor. Nysseno orat. 1. de resurrect. qui postquam asseruit corpus non esse dimissum in triduo, ita argumentatur *Nam dona Dei eiusmodi sunt, ut eorum illum pænitere non possit: sed animam quidem Deitas sponte sua à corpore disiunxit se autem in utriusque manere ostendit.* Et confirmatur, quia Verbum in triduo assumpsit formam cadaueris, quod ita certum visum est aliquibus, ut Cabrera ad illum articulum D. Th. docuerit id esse de fide; sed hanc fidem esse longissimam, & nullum ex Antiquis dixisse Deum esse cadauer iam notauit Petrus Hurtado ex Marsilio, Henr. & Scoto, qui contenti sunt forma corporietatis, ex argumento verò colligitur D. Thomam. in ea fuisse sententia, quod irrationali creaturæ insit capacitas ad assumptionem, cum docuerit, & negare non potuerit Verbum esse corpori vnitum in triduo, quam sententiam expressit 3. dist. 2. q. 2. art. 1.

Thom.

Nyssen.

Hurtado. Marsil. Henricus. Scotus.

29.

Alensis. Bonauent.

Vasq.

Hoc argumentum proposui non solum, ut illud diluerem, sed ut ostenderem S. Th. tandem in Alensis fuisse sententia, & S. Bonauenturæ, qui docuerunt naturam irrationalem non posse assumi à Verbo diuino, nisi aliquem ordinem habeat ad rationalem naturam, quod illi asseruerunt propter vnionem Verbi diuini ad corpus Christi Domini. Cum enim nostra sententia clarè, & expresse tradatur à S. Th. in 3. ut probat optimè Vasq. disp. 30. c. 4. & negare non possit corpus Christi non derelictum, à Verbo in triduo mortis quod fuit assumptum à primo conceptionis instanti, necessariò debet concedere solam illam naturam irrationalem posse assumi, quæ dicit ordinem ad naturam rationalem, quæ etiam doctrina applicanda est ad carnem Christi, quatenus in sententia D. Th. intelligitur assumpta prius prioritate naturæ, quam intelligeretur corpori vnita animæ rationali. Quam doctrinam tradidit expresse, siue August. Pater, siue Hugo Victorin. supra cit. qui lib. de spiritu, & anima ita scribit: *Sicut enim supremum anima, id est intelligentia, siue mens, imaginem, siue similitudinem gerit sui superioris, id est Dei. Vnde eius susceptiua esse potuit ad vnionem personalem, & quando ipse voluit absque vlla diminutione natura sue sic supremum carnis, id est sensualitatis anima gerens similitudinem ad personalem vnionem eius essentiam suscipere potest.* In quibus verbis Pater Aug. duo docuit. Primum animam suscipere potuisse vnionem hypostaticam, quia gerebat Dei similitudinem, & illius natura erat intellectualis, & consequenter pertingere Deum per suam operationem, scilicet inlectionem, & amorem, quæ est ratio D. Th. Alterum, carnem posse vniri diuino Verbo, quia animæ gerit similitudinem, quasi diceret propter hanc similitudinem cum anima posse carnem vniri Deo, & consequenter sine illa non possit: ordo ergo carnis ad animam reddit illam tamen intentionalis sit, capacem vnionis ad

Deum. Hæc autem relatio, seu ordo optime fundatur in eo quod sit corpori vnita, aut vnenda sit, siue hoc habeat à disputationibus, quibus præparatur ad animæ vnionem, ut in Christi Domini conceptione, siue ab extrinseca Dei ordinatione, ut in triduo mortis, moraliter enim, ut minimum ordinatum erat corpus Christi ad resurrectionem, atque adeo ad vnionem necessariam ad hominis Dei constitutionem. Dixi ut minimum, quia Alexand. Alensis existimat hunc ordinem fundari in quadam impressione relicta ex vnione ad animam, non solum in corpore Christi Domini, sed etiam in corpore D. Petri, & omnium sanctorum, quam tamen expressionem fateor, non rectè percipio, sed nec modo refello. Formam autem cadaueris, etiamsi extiterit in triduo, nullo modo fuisse assumptam à Verbo diuino, sed relictam esse sine subsistentia, etiam creata, acriter defendit M. Granado 1. t. in 3. p. contr. 1. de Incarnatione, disp. 7. & Suar. 2. t. in 3. p. d. 38. sect. 3. occurrit. Igitur censet id esse probabile ex D. Th. & Richar. qui docet nihil esse assumptum à Verbo diuino, quod non pertineat ad formam essentiali hominis, & illius constitutionem, ac demum immediatam vnionem ad formam cadaueris, negat Hurtado disp. 43. sect. 1. sub f. 2. §. 6. Doctrina autem tradita ideo hic adducitur, ut constet corpus Christi Domini verè sanctum fuisse in triduo mortis, & deificatum realiter per vnionem ad Verbum, etiamsi irrationalis natura, quod affirmavit Suar. t. 1. in 3. p. q. 3. d. 14. sect. 3. §. Tertia obiectio, sed ex mente D. Th. etiam sanctificatum mansit corpus in ordine ad operationem, quæ post resurrectionem erat futura, sanctificationem autem corporis Christi per vnionem hypostaticam absolutè, & sine limitatione, aut distinctione vlla tradidit Suar. eod. tom. disp. 18. sect. 1. concl. 2. cuius verba referemus statim.

Granado. Suarez.

Hurtado.

Suar.

S. Thom.

Bachob.

31.

Sed contra hanc doctrinam arguit Ioan. Bachonus: Si Christi corpus, ut fuit possibile, cõbueretur in triduo mortis, & redigeretur in cineres, dubio procul maneret Verbum vnitum cineribus, qui sunt irrationalis substantia: ergo non implicat Deum vniri substantiæ irrationali, etiamsi nullum dicat ordinem ad animam rationalem; consequentia probatur, quia cineres illi nullum dicerent ordinem ad animam rationalem Christi Domini, neque elicere possent operationes intellectus, & voluntatis. Respondeo primò, nos nescire quid Deus in illo casu statueret de vnionis perseverantia inter Verbum diuinum & materiam cinerum, quæ materia corporis Christi erat. Respondeo secundò, argumentum esse debile, quia vel illi vnendum esset Verbum diuinum, vel non; si non, argumentum nihil concludit, si verò vnio esset continuanda, & anima rationalis corpori vnenda rediuiusque futurus Christus, ordinaretur illa materia ad animam rationalem, saltem moraliter, & ex diuino decreto, ut contigit in triduo mortis Christi Domini.

SECTIO

SECTIO III.

Sanctitas corporea possibilis.

32.

Granado. Hurtado.

Granado.

Thom. Hurtado. Bonauent. Scotus. Durand.

33.

Mairon.

Suar.

Nvllum vidi scholasticorum, qui expresse negauerit sanctitatem corpoream; sed illam non esse possibilem insinuare videntur Granado, & Hurtado de Mendoza, quatenus asserunt carnem non posse sanctificari etiam vnione hypostatica, aut personalitate diuina, quod affirmat Granado 1. rom. in 3. p. contr. de Incar. tract. 6. disp. 3. n. 7. ubi ait materiam corporis Christi, tamen si sit vnita Verbo diuino non esse sanctam, neque gratam, quod reperit contr. 2. tract. 1. disp. 2. n. 39. licet inferius n. 40. & seqq. dicat carnem Virginis habuisse sanctitatem & puritatem corporis, & Hurtado 3. par. disp. 47. n. 107. 184. & 185. & videntur sequuti S. Th. S. Bonauent. Scotus, Durandus, & quicumque 3. d. 5. existimant Virginem non potuisse sanctificari ante animationem, & idem necessariò sentiunt, qui existimant de ratione sanctitatis esse, quod reperitur in natura, quæ sit capax amicitiae cum Deo, & illum attingat per suam operationem, vnde Hurt. n. 184. affirmat non quancunque vnionem hypostaticam esse sanctitatem, sed illam solum quæ est modus naturæ capacis amicitiae cum Deo, & hoc vnicum fundamentum horum DD. quia sanctum, & dicit supernaturalem bonitatem ad quam terminetur amor diuinus, & naturam potentem cum Deo amicitiam inire. Sed profectò hæc ratio manifesta petitio principij, cum enim inquirimus an de conceptu abstractissimo sanctitatis sit quod pertineat ad ordinem intellectualem, id petimus an sit possibilis sanctitas, quæ non sit amicitia, affirmare verò sanctitatem petere necessariò naturam, quæ sit capax amicitiae, & ideo corpus non posse sanctificari, etiam vnione hypostatica est assumere id, quod erat probandum.

Mea igitur sententia est sanctitatem non claudere in suo cõceptu formali adtractissimo intellectualitatem, atque adeo non repugnare sanctitatem corpoream, quæ corpus humanum propriè sanctificetur, & constituatur in ordine supernaturali; ita opinantur Franc. Mairon 3. d. 3. q. 1. art. 5. ita scribens. Dicendum quod B. Virgo Maria fuit sanctificata. Primò in corpore, vel in carne, ne vsquam veniale, vel originale contraheret, & a. 7. Franc. Suarez qui 1. tom. in 3. p. disp. 18. sect. 1. pag. 432. colum. 1. in 2. concl. hæc scribit: *Confirmatur secundò, quia corpus humanum propriè sanctificari dicitur, quando redditur aptum, & accommodatum ad opera sanctitatis, quod non fit sine aliqua dispositione bona, quæ moderetur affectus, & promptitudinem conferat ad honestè operandum: ergo, quamuis caro Christi per ipsam vnionem sit formaliter sanctificata, quia est caro Dei effecta, tamen ut ex omni parte iuxta capacitatem suam sit perfectè sanctificata, requirit aliam internam bonam dispositionem, &c.* Quibus verbis concedit sanctitatem corpoream, quæ corpus humanum propriè sanctificetur; illamque asserit esse internam dispositionem, quæ prouenire non possit formaliter ab vnione hy-

postatica, neque ab ipsa personalitate diuina. Sequitur perspicue Cardinalis Tolerus, illamque explicat, & confirmat testimoniis SS. PP. annotat. 97. in cap. 1. Lucæ, §. quamuis autem, ubi explicans illa verba: *Spiritus S. superueniet in te. Ita diserte scribit. Tamen superueniet in eum Spiritus S. ut sanctificaret illud corpus, de cuius substantia vnenda Verbo Dei erat formanda.* Explicauerat autem sanctitatem, gratiam, & dona supernaturalia animæ infusa, & subdit accepisse Virginem sanctificationem corporis, ut esset sancta corpore, & spiritu, quam non ceperunt Apostoli; sed sola Virgo accepit, ut corpus eius sanctificaretur in ordine ad conceptionem filij, integra verba de disp. sequenti.

Tolet.

34.

Bonauent.

Paceni.

Cerdeni.

35.

Valenti.

Eandem sententiam defendit S. Bonau. 3. d. 3. p. 2. a. 2. q. 2. in concl. ubi docet carnem Christi loquendo non de materia, sed de illa quantum ad formam, secundum quam animæ coniuncta est, & à Verbo assumpta in vnitate personæ nunquam fuisse peccato obnoxiam, quia nunquam habuit illam formam, quin esset munda, & immaculata, & ead. disp. p. 1. a. 1. q. 1. in concl. dixerat potuisse Deum purificare Virginis carnem ante animationem, licet non dono gratuito, quod pertinet ad animam; nomine autem huius doni intelligere gratiam habitualem constat ex discursu quæst Sentit ergo Bonauent. carnem esse capacem sanctitatis, & puritatis, quæ distinguitur ab habituali gratia, & consequenter esse possibilem sanctitatem corpoream, cum etiam dixerit ibi p. 2. a. 2. q. 1. *Carnem Christi ex quo vnita fuit Verbo Dei fuisse sanctam & immaculatam.* Intelligit non solum diuinitate, sed etiam vnione hypostatica, quæ parte est corporea. Annuit etiam Antistes Pacensis lib. de Verbo incarnato, Academia 16. sect. 4. a. n. 38. qui semel, & iterum virtutem generandi supernaturalem in Virgine vocat sanctitatem, & gratiam corpoream, & ad hoc confirmandum non nullos Patres adducit n. 42. & num. 44. ut sanctitatem corpoream diligentius astrueret hæc protulit illius etiam subiectum declarans: *Angelus Spiritus est non hac gratia corporea potuit polleere, quæ Angelos non apprehendit; sed semen Abræ, verum nempè virgineum.* Hæc autem verba explicabit nullus de gratia increata, id est, de Verbo diuino, quod gratia est, & carnem assumpsit, statim enim hæc illustrissimus Cerdensis addidit: *Hæc gratia corporea, hæc increata gratia in vtero conceptio. Hæc gratia Maris quæ diuina natura modum imitata non iam accidentibus contenta est, sed solum substantia filij Dei pro fetu cõpletur non Angelicè spiritus est.* Quis enim dicat Verbum diuinum imitari modum diuinæ naturæ, & pro fetu substantia filij Dei cõpleri. Conueniunt hæc creaturæ, Deo conuenire non possunt, ac proinde de gratia increata nulla ratione possunt explicari.

Nec dissentit inter hos auctores Iacobus de Valentia affirmans clarissime super Cantica fol. 14. colum. 3. carnem Mariæ ante animationem fuisse mundatam & in ventre Matris sanctificatam, quod cum fieri non potuerit per gratiam habitualement, necessariò debuit fieri per gratiam & sanctitatem corpoream. Vnde existimat illam non solum esse possibilem, sed dari de facto. Quam sententiam repetit Cant. 2. his verbis.

In ventre Matris fuit sanctificata illa caro, ante quam animata, ut pro maiori parte tenent Doctores, que quidem sanctificatio, non oportuit, quod fieret per gratiam sanctificantem, & gratificantem, quia illa caro inanimata non est capax gratiae, sed fuit facta per virtutem mundatiam Spiritus Sancti. Dixerat autem, sic sanctissima anima non potuit contaminari, nec culpam originalem habere, quia illa caro ante fuit munda, quam animata, & ideo non potuit animam inficere. Ex quibus verbis colligitur sanctitatem corporalem distinctam ab habituali gratia assertum esse à pluribus Doctoribus, quae est nostra sententia.

Probat etiam sanctitas corporea Roberto Holcot, qui in c. 13. libri sapientiae lect. 160. ait animam fuisse infusam in corpus beatissimae Mariae purgatum, & emundatum ab omni qualitate inordinata, quam contraxerat ratione propagationis feminalis. Purgatio autem, & emundatio non fit sine sanctitate, unde consequenter admittit sanctitatem corpoream. A nobis etiam expressè Doctissimus, & piissimus Granado, qui controuersia secunda de gestis mirabilibus Christi Domini quae est Aureus libellus de Conceptione Virginis insertus in 3. p. disp. 13. sect. 2. n. 40. cum protulisset testimonium Valentiae, & Holcot diserte affirmat in Virgine sanctitatem corpoream, & ait illam in apertissimo sensu explicari, & defendi posse & n. 41. illam vocat puritatem carnis B. Mariae ante infusionem animae rationalis, affirmatque fuisse in appetitu sensitiuo, eamque asruit testimonium Brigittae lib. 6. suarum reuelationum cap. 5. Illethroni sermone breui de B. Virgine tom. 8. Bibliothecae nouae pag. 315. Damasceni oratione 1. de Natiuitate Mariae Bonauentura in 3. dist. 3. art. 11. q. 1. & demum auctoritate Sophronij desumpta ex Epistola, quae lecta fuit in 6. Synodo, actu 11. qui dixit Mariam liberatam fuisse ab omni contagio, siue ut alij legunt, ab omni labe corporis. Non tamen probantur mihi omnia, quae in illa sectione vir doctissimus asserit. Significat Ragusa 3. p. disput. 67. vbi affirmat corpus in quantum est aliquid totius, & instrumentum animae sanctificari, & sanctificari etiam secundum se à fomite ab omni perturbatione vitiosa, & habere rectam partium compositionem, & dispositionem. Quamuis addat hanc oriri ab impeccabilitate, & addit corpus Christi Domini habuisse peculiarem consecrationem ex vnione, & contactu ad Verbum.

Patres etiam Ecclesiae, & Ecclesiastici scriptores asserunt sanctitatem corpoream non solum possibilem, sed etiam de facto creatam, dum diserte, & perspicue affirmant carnem, ventrem, & corpus sacrae Deiparae esse sancta, munda, impolluta, & gratissima Deo, quos disput. sequenti latissime expendimus asserentes illorum testimonia. In huius ergo sententiae explicationem,

Dico primo, Possibilis est sanctitas, quae per se non pertinet ad ordinem intellectualem, & sit formaliter qualitas corporea, humanum corpus sanctificans, & illud constituens in ordine supernaturali. Hae propositio est ad mentem Doctorum nostrae sententiae, quam tenet aperte Paulus Nazarius tom. 2. in 3. p. q. 27. art. 3.

controu. vnica, pag. 348. colum. 1. in princ. qui asserit carnem Christi D. fuisse sanctam sanctitate propria carnis, & illi conferentem immunitatem à fomite peccati. Quod etiam repetit colum. 2. §. Huic principio, littera D. vbi haec scribit. Cum igitur sit maxime, & per se primo sanctus utraque sanctitate, & anima, & corporis, valde rationabile est, ut sanctitas carnis illius praecesserit tempore, vel natura alterius carnis sanctitatem, secundum totam sanctitatis latitudinem. Unde infert hanc sanctitatem carnis, non fuisse in B. Virgine ante incarnationem. Ex quo infertur dari hanc sanctitatem corpori propriam, & non extrinsecè deriuatam à sola gratia habituali, aliàs etiam in sententia Nazarij illam haberet B. Virgo à primo sanctificationis instanti. Fit etiam ex mente suorum discipulorum, hanc sanctitatem propriam carnis cognouisse S. Thomam, & illam, in B. Virgine aliquando constituisse. Et probatur primo, quia haec sanctitas supernaturalis corporea non implicat contradictionem, ergo est absolute possibilis. Consequentia probatur ratione generali, quia Deo non est denegandum, nisi quod manifestam, asserit implicationem; & antecedens ostenditur, quia ex nullo capite monstrabitur implicatio. Tria enim considerari possunt in illa sanctitate. Primum quod sit accidens; Secundum, quod sit corporea. Tertium, quod sit sanctitas. Ex nullo vero horum capitum potest desumi implicatio, non ex ratione accidentis, cum omnes formae supernaturales, quibus eleuamur formaliter sint accidentia, quae ut aliqui conantur ostendere diuagantur per omnia praedicamenta, non ex ratione corporeitatis, quia praesupponebamus sect. 2. de facto dari accidentia multa supernaturalia, & corporea, quod supposita Catholica doctrina de dotibus corporis gloriosi nulla ratione potest negari, non tandem ex ratione sanctitatis, cum gratia habitualis sit vera sanctitas, idque multi asserant de visione & in superiori veltigatione fuerit ostensum vnionem hypostaticam sumptam pro modo inter humanitatem, & Verbum esse formam sanctificantem. Relinquitur ergo ex nullo capite repugnare neque asserre vllam implicationem.

Dices repugnantiam sumi ex complexione illorum trium, nam tamen quodlibet eorum non asserat implicationem, asseritur tamen ex collectione eorum omnium in eadem entitate reali, & est manifesta instantia in nostra sententia, de impossibilitate substantiae supernaturalis, quae non repugnat ratione substantiae, nec ratione supernaturalitatis; repugnat tamen ratione complexionis. Sed contra, quia ex complexione substantiae, & supernaturalitatis in vnica entitate sequuntur plura inconuenientia absurda, & implicationes, quae tamen non sequuntur ex complexione, quae reperitur in sanctitate supernaturali corporea, in qua reperiri non potest inconueniens, absurdum, neque implicatio vlla, ut constabit etiam consideranti diligentissime.

Dices implicatiam esse manifestam, sequeretur enim esse corpoream, & non esse corpoream; corpoream, quia supponitur non corpoream, quia cum sit sanctitas formaliter debet esse amicitia

amicitia, amicitia vero formaliter pertinet ad ordinem intellectualem, cum sit vel principium, vel actus amoris. Unde consequenter erit spiritualis, & dicit negationem corporis. Sed contra primo quia ut insinuauimus contra aliquos auctores insinuantes contrariam sententiam, haec est manifesta petitio principij, id enim disputamus an sit possibilis sanctitas quae non pertineat ad ordinem intellectualem secundum se, neque sit amicitia, tamen per illam corpus, ut caro possint terminare diuinum amorem, & constitui in ordine supernaturali. Contra secundò, quia in corpore humano haec sanctitas potest fundare amicitiam si non secundum se saltem ratione personae, in qua reperitur, quae cum necessario debeat habere gratiam habitualem, & charitatem poterit elicere actus amoris; tamen per se illos non possit elicere, quia corpus secundum se non est capax amicitiae. Instantiae non desunt. Prima desumitur ex corpore Christi Domini in triduo mortis, in sententia quam ex D. Thoma, Alexandro, Alesi & aliis praemisimus sect. 2. Natura enim irrationalis non est capax vnionis ad Deum, quia illum non potest attingere per operationem intellectus, & voluntatis, & tamen corpus Christi quod in triduo rationale non erat, fuit vnitum Verbo diuino, ea solum ratione, quod dicebat ordinem ad Christum Dominum, qui post resurrectionem elicit actus voluntatis, & intellectus, & per illos attingit Deum, eadem ergo ratione licet sanctitas illa corporea per se non possit esse principium amoris, & intellectus, poterit tamen fundare amicitiam ratione personae in qua reperitur, & quia est pars intrinseca hominis, qui ratione charitatis potest elicere actus redamationis, totus enim homo Deo credit, & Deum amat.

Secunda instantia desumitur ex appetitu sensitiuo, qui etiam in homine corporeus est, & secundum propriam rationem, non est rationalis, neque spiritualis; haec enim duo sunt propria appetitus rationalis, qui appellatur voluntas, neque habet libertatem, qua possit peccatum committere, & tamen secundum communem sententiam, quia reperitur in homine, qui rationalis, & liber est peccareque potest; participat quamdam formam rationalis, & liberi, secundum quam est capax peccati. Ita etiam, quamuis sanctitas corporea secundum se non sit amicitia neque per illam constituitur caro principium amoris, poterit hoc habere ratione coniunctionis ad personam, quae intellectualis cum sit ratione animae potest elicere operationes intellectuales, quae tribuuntur toti composito.

Secundo probatur conclusio à priori ex diffinitione sanctitatis, quam sect. 1. retulimus, sanctitas est ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino incontaminata mundities, sed non repugnat ab omni immunditia libera, & perfecta, & incontaminata mundities, corporea: ergo non repugnat sanctitas, quae formaliter sit corporea. Consequentia est euidentis à diffinitione ad diffinitum; maior est ipsa sanctitatis diffinitio, in qua ut notauimus sect. 1. in illius declaratione, ut conueniat sanctitati spirituali addenda videtur particula spiritualis, imò & supernaturalis, & forsan acci-

dentalis quia, ut bene notauit Dionysius Cartusianus, illa diffinitio sanctitatis conuenit sanctitati Dei, sanctitati beatorum, & viatorum sanctitati, unde aliis terminis declaranda est, ut secundum peculiarem rationem sit sanctitates diuina, & humana. Minor autem, in qua est difficultas, non difficile suadetur, quia tamen mundities imparticipata sit substantialiter spiritualis, & supernaturalis necesse non est participatam munditiam esse intellectualem, & supernaturalem; sed de facto contingit, neque esse supernaturalem, neque spiritualement sed naturalem, & corpoream, quis enim negabit caelos esse mundissimos, lumen enim mundissimum esse, & tamen mundities illa libera cum sit, & perfecta, & incontaminata, ita ut neque à sceditate, vel impuritate extrinseca possit violari, neque maculari, ut explicat D. Th. neque spiritualis est, neque supernaturalis.

Confirmatur, quia praedicata quae in Deo reperitur, & sunt participabilia à creaturis, non est necessarium, imò nec possibile, quod participentur secundum omnem rationem, quae reperitur in Deo, gratia enim participat diuinam naturam, quae substantia est, & tamen non est substantia, lumen gloriae est participatio luminis diuini quod vita est, & tamen non est vitalis: ergo optime potest dari sanctitas, quae licet participet munditiam, & sanctitatem diuinam, sitque supernaturalis, tamen non participet rationem intellectualitatis, quae in Deo coniuncta est cum sanctitate, aut asserenda est ratio propter quam cum munditia supernaturali ita sit coniuncta participatio intellectualitatis ut implicet dari munditiam, quae neque supernaturalis sit, neque spiritualis.

Tertio probatur conclusio. Corpus absolute loquendo est capax sanctitatis, ergo sanctitatis corporeae; ergo possibilis est sanctitas supernaturalis, quae non sit de linea intellectualitatis, sed solum corporea. Secunda consequentia est euidentis & maior declaratur, & probatur simul, quia caro Christi Domini, & corpus illius, verè erant sancta in triduo mortis Christi Domini, quidquid aliqui dicant; & ne in æquiuoco laboremus necessarium est considerandum nomen sanctitatis esse ambiguum, aut enim nomine sanctitatis significatur rectitudo, & perfectio, quae sit principium per se actus liberi, studiosi, supernaturalis, & meritorij, aut significatur Deificatio quaedam naturae assumptae à Verbo diuino, quae per se non sit principium illorum actuum, sed solum communicatio sanctitatis, & Deitatis & per hanc dicitur caro Christi sanctificata, ut concedit ingenue Suarez 1. tomo in 3. p. disp. 18. sect. 2. §. Tertia obiectio, qui licet neget naturam irrationalem posse prima sanctitate sanctificari, concedit vltimo optime posse, & propter illam esse adorandam speciali adoratione. Ex qua doctrina colligitur clarè corpus Christi Domini vere sanctificatum diuinitate in triduo mortis, licet non prima sanctitate, quae est radix operationis liberae, & per consequens esse capax sanctitatis, nec video cur hic modus Deificationis dici non possit sanctitas, & ab omnibus concedatur ista capacitas ad illud, cum nihil sanctius, nihil diuinius nihil purius possit intelligi, quam substantia

36. Holcot.

Granado.

Brigittae. Illethroni. Damasceni.

Ragusa.

37.

38.

Nazarius.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

Suarez.

licet



liter esse vnitum sanctitati substantiali, diuinitati, & puritati supremæ, & præterea negari non possit carnem Christi Domini ex vnione ad Verbum esse purissimam, & mundissimam, & incontaminatissimam, quæ omnia sunt sanctitatis effectus, vt constat ex diffinitione Dionysij, & constabit amplius ex explicacione Doctoris Angelici.

45. Prima vero consequentia probatur; quia illud, quod perfectioris sanctitatis est capax, necessario est capax sanctitatis minus perfectæ. Sanctitas vero creata, & corporea, imperfectior est sanctitate increata, cum ergo corpus humanum capax sit huius sanctitatis, capax etiam erit sanctitatis corporeæ, sicut enim ex eo quod natura irrationalis non est capax operationis, quæ attingat Deum, & colligit S. Thomas incapacitatem illius, vt vnatur diuinitati, sic ex capacitate ad sanctitatem increatam colligitur capacitas ad sanctitatem corpoream.

46. Sed occurret, quod si hæc ratio aliquid valeret, probaret corpus habere capacitatem ad recipiendam gratiam habitualement; hæc enim, vt constat, est inferior ad sanctitatem diuinam. Sed facile obuiam ibimus huic solutioni, si animaduertamus aliquid reperiri in gratia habituali respectu corporis, quod non reperitur in sanctitate corporea; illa enim taliter est sanctitas, vt sit principium per habitus supernaturalis actionum intelligendi & volendi, ac proinde requiritur necessario subiectum, quod habeat naturam, quæ eleuari possit ad has eliciendas actiones, quod fieri non potest, nisi illa natura feratur in illas tanquam in aliquid quod continetur intra obiectum adæquatum illius,

D. Thom. & hoc est, quod appellauit D. Thom. 3. p. q. 4. a. 1. congruitatem necessariam ad vnionem hypostaticam, quam in natura rationali, etiam Angelica, inuenit, non tamen in rationali natura, quæ ineleuabilis est ad eliciendas operationes intellectus, & voluntatis. Sanctitas autem corporea non petit hanc congruitatem, atque adeo corpus illius est capax, non vero habitualis sanctitatis, de qua solutio intelligitur, vnde non solum attendenda est excellentia, aut perfectio sanctitatis, sed etiam capacitas ad illius susceptionem in subiecto receptiuo illius. Materia proximè disposita ad recipiendam formam ignis habet proximam potentiam ad illius receptionem, & tamen ita disposita ad animam rationalem recipiendam non illam habet; & è contra disposita ad animam rationalem non habet proximam potentiam ad recipiendam formam ignis etiam si sit imperfectior anima rationali, quia in illa non est capacitas proxima, quæ naturaliter requiritur ad recipiendam formam ignis, cum tamen sit capacitas ad recipiendam formam excellentiorem, sic corpus humanum non habet congruitatem ad recipiendam gratiam habitualement, cum tamen illam habeat ad recipiendam gratiam, aut sanctitatem corpoream. Adde, si placet, corpus humanum, si capax non sit, vt reuera non est, vt sit subiectum inhesionis respectu gratiæ habitualis esse denominationis subiectum, à gratia enim habituali existente in anima, etiam corpus dicitur, & denominatur sanctum, sicut, & à sanctitate corporea integra persona dicitur,

& denominatur sancta si fuerit in illius carne.

47. Quarto probatur conclusio congruentia desumpta ex ingenio Tertulliani, datur sanctitas per se pertinens ad ordinem rerum intellectualium; ergo possibilis est sanctitas, quæ pertineat ad ordinem rerum supernaturalium corporearum, antecedens est de fide, & consequentia probatur à paritate rationis ex qua contendit docte & acute Africanus carnis resurrectionem, Africanus. & beatitudinem suo modo conferendam corpori glorioso, in nostro autem casu explicari potest, animæ enim confert gratiam sanctificantem, vt particeps sit diuinæ naturæ secundum supremam rationem intellectualitatis, & vt possit elicere actus ad illam lineam per se pertinentes; cum igitur ratio supernaturalitatis corporeæ sit participabilis, congruum omnino videtur, vt corpus ad illam naturam ascendat, fiatque supernaturale, eo modo quo potest, id est per sanctitatem, quæ per se non sit principium, etiam radicale, operationis intellectualis, præcipue cum anima vlla salutem, & sanctitatem non possit nisi in carne adipisci. Hinc illud argumentum Tertulliani lib. de resurrectione carnis cap. 8. *Adeo caro salutis est caro, de qua cum anima Deo allegitur ipsa est quæ efficit vt anima allegi possit, sed & caro abluetur, vt anima immaculetur, caro ungitur, vt anima consecratur, &c.* quo intendit corpus resurrexerit, quia causa fuit gloriæ, & beatitudinis animæ, & paulo inferius carnem appellat. *Beatissimam, & gloriosissimam*, sanctitas autem gloria etiam solet appellari.

48. Dices hac argumentatione si aliquid virtutum habet non solum probari sanctitatem corpoream, sed etiam de facto dari, & in quocumque iusto nunc dari, quod tam singulare, & inauditum est ac sanctitas ipsa corporea. Respondeo hanc rationem solum fundari in congruentia quadam; atque adeo ex illa non inferri quemlibet iustum in corpore suo hanc sanctitatem habere, quam cum sit possibilis potuit Deus illi conferre, si non esset ratio alia congruentior, propter quam carni hanc sanctitatem donaret; & forsitan illa non contemnenda vt Matris purissimæ illam reseruaret propter conceptionem Christi, sicut reseruauit immunitatem à peccato originali, Maternitatem, & Virginitatem; quas potuit aliis scæminis conferre, non tamen contulit, vt maior, & excellentior esset gloria sacræ Deiparæ. Respondeo rursus sanctitatem corpoream forsitan non esse vnus infimæ speciei, & consequenter si corporibus iustorum non sit concessa, vt re verissima concessa non est sanctitas corporea, quam Patres astruent in Virgine sanctissima disputatione sequenti, forsitan posset aliquis suspicari rationem propter quam Tertullianus vocauit carnem beatissimam & gloriosissimam illam dispositionem, qua propriè sanctificari dicitur corpus, quando redditur aptum ad opera sanctitatis, quam tradidit Suarez adductus in principio huius sectionis; & quidem meo iudicio hanc eandem astruit Tertullianus.

49. Confirmatur, Possibiles sunt, & de facto dantur virtutes supernaturales corporeæ in potentiis & in appetitu, ad hoc quod possint eleuari ad actus supernaturales corporeos, & dotes gloriose

gloriose ad exornandum corpus vnitum animo beati: ergo possibilis est sanctitas corporea, quæ ex se non sit intellectualis; Antecedens est sententia communis Doctorum, & illam explicuimus sect. 2. in principio, & consequentia probatur, quia mirabile est corpoream potentiam posse constitui in ordine supernaturali per formam sibi inhaerentem, & illam eleuarem, & ipsum corpus ad hunc ordinem excellentissimum eleuari non posse: sicut mirabile omnino esset, quod intellectus & voluntas possent eleuari ad ordinem supernaturalem, & eleuari non posset substantia animæ, quæ est illorum radix. Adde ex operationibus ordinis supernaturalis à posteriori colligere Theologos virtutes supernaturales, & ex his colligere gratiam habitualement, quæ sit natura, & prima radix veluti substantialis habituum, & actuum supernaturalium.

#### SECTIO IV.

*Sanctitas corporea ex natura rei repugnat peccato.*

50. Dico secundo non est possibilis sanctitas supernaturalis corporea, qua corpus non humanum sanctificetur, & constituatur in ordine supernaturali; Hæc est communis conceptio omnium scholasticorum (si vnum, aut alterum excipias, qui volunt fauere belluis, & asserunt posibles esse formas supernaturales quibus à Deo bruta exornentur, quod existimauit Ripalda de ente supernaturali 1. tomo qui dum negant sanctitatem corpoream, seu quod idem est corpus illius esse capax intelligunt necessario brutam carnem, aut corpus non tamen corpus humanum. Rationes non desunt ad assertionis probationem Alteram Theologicam, Moralem alteram vtramque iam attingi. Prior quia sanctitas aut per se, aut per coniunctionem ad formam superiorem affert secum amicitiam cum Deo & cognitionem illius, sed in bruto neque per se neque per coniunctionem ad formam superiorem potest esse amicitia, aut cognitio supernaturalis, imo neque naturalis, qua attingat Deum ergo non est possibilis sanctitas quæ corporea sanctificet carnem non humanam. Certè cum sanctificatio generaliter loquendo sit communicatio diuinæ naturæ, & hæc sit intellectualis, intelligi non potest sanctitas, quæ per se, aut per coniunctionem ad subiectum in quo reperitur sanctitas intellectualis aliquomodo intellectualis non sit, in bruto autem nullo modo reperitur intellectualitas. Posterior, quia ad nullum finem honestum potest ordinari productio sanctitatis corporeæ qua bruti caro sanctificetur, & aliàs indecens omnino est, euehatur irrationalis creatura ad participationem puritatis, & munditiæ diuinæ, illud autem quod indecens est impossibile est ex nostra doctrina, quam ex Anselmo Dionysio, & aliis non semel tradidimus.

51. Ex dictis colligi potest diffinitio sanctitatis corporeæ, quam nostra sententia definit in hunc modum: est corporea, & supernaturalis incontaminata munditia ab omni immunditia libera, siue est participatio corporea supernatu-

ralis munditiæ, & puritatis diuinæ, quæ humana caro constituitur in ordine rerum supernaturalium: qua diffinitione vtrumque explicatur sanctitas corporea generaliter sumpta, & illa particula corporea, & illa qua humana caro, &c. habent rationem differentiarum, & per illas distinguitur à sanctitate increata, & sanctitate spirituali idque habet bonitatis hæc diffinitio, quod desumpta est ex D. Dionysio, sed in illa, & in diffinitione Areopagitæ necessario aduertendum, (licet in intelligentia error esse non possit propter terminos adiunctos) illam particulam libera significare immunitatem, & non sumi in sensu, quo homo & illius actiones libera dicuntur. Immunditia autem significat peccatum, scelus, & quidquid affert rationem maculæ, seu inordinationis moralis, quod dixerim propter inordinatam inclinationem appetitus contra rationem.

Horrent hanc sanctitatem, qui horruerunt Virginis vterum corporaliter sanctificatum; sed immerito dicent illam esse singularem, & nouam cū probata fuerit Doctoribus & Antiquis, & Recentioribus, quibus libenter subscribunt Doctissimi recentiores, quos in Hispaniæ Academicis prouocatus consului; & nostram sententiam singularibus exornant elogiis, præcipue Salmanticenses, & Complutenses primores. Hos ego sacræ Theologiæ publicos antecessores virosque doctissimos, qui & ea sciunt quæ in scholis non leguntur, & non solum, quæ manibus omnium teruntur nostris recentioribus oppono. Iudicet nunc prudens, & doctus lector quorum standum iudicio, præcipue cum ad nostram confirmandam sententiam, & auctoritas sit, & motiua ex optima ratione petita. Constabit id amplius disputatione sequenti. Illi vero nihil asserunt contra sanctitatem corpoream, quæ illorum teneras aures offendit.

52. Sed dissimulanda non sunt, quæ aliquo modo opponi posse videntur contra sanctitatem corpoream, & primo possent obici rationes, quibus S. Bonauentura 3. dist. 3. p. 1. art. 1. q. 1. probat Virginem sanctissimam non potuisse sanctificari ante animationem; sed ipse se explicuit, dum & concessit Virginis carnem potuisse ante animationem purificari, non tamen dono superaddito pertinente ad animam, ex quo fit nihil illas rationes valere contra sanctitatem corpoream. 2. posset obici amicitiam esse de intrinseca ratione sanctitatis, sed hæc difficultas explicata est sectionibus præcedentibus.

53. Tertio, & vrgentius impugnatur, quia si sanctitas corporea esset possibilis proculdubio opponeretur peccato; at opponi non potest; ergo non est possibilis. Maior, & consequentia videntur certæ, quia de ratione sanctitatis est quod opponatur peccato, hoc enim est immunditia, sanctitas vero munditia, & puritas est. Minor vero in qua est difficultas probatur, quia vel opponitur moraliter peccato, aut ex natura rei, oppositio moralis est omnino extrinseca, & quæ solum proueniat ex ordinatione diuinæ; ordinatio autem hæc non potest conferre oppositionem inter hanc sanctitatem, & peccatum, alias illam posset Deus constituere inter albedinem, & peccatum. Quod vero oppositio non sit ex natura rei probari potest omnibus medijs quibus

Scotus. Gabriel. Cumel.

quibus ex mente Scoti, Gabrielis, & Aleacensis solet intendi gratiam habitualem, & peccatum opponi solum moraliter, quæ proponit Sap. M. Cumel 2. tom. in 1. 2. q. 113. a. 2. disput. 3. statim in principio; illud in hac re difficilius. Quæ ex rei natura opponuntur mutuo se expellunt ab eodem subiecto, peccatum est in voluntate in qua non potest esse sanctitas corporea, vnde consequenter fit non opponi ex natura rei. Nec minus difficile contraria debere esse, & eiusdem generis, & eiusdem ordinis, quod nullus dixerit reperiri in sanctitate respectu peccati, peccatum enim est quid spirituale, & ordinis naturalis, sanctitas tamen asseritur corporea, & supernaturalis. Respondeo, &c.

54.

Dico tertio, sanctitas corporea, & peccatum opponuntur ex natura rei, hanc conclusionem debent necessario tueri, qui illam existimant esse veram in gratia habituali, & peccato M. Cumel supra citatus, qui refert S. Thomam, Caietanum, Medinam, Sotum, & alios. Turrianus opusculo 6. de Gratia habituali, & forma sanctificantis disput. 2. qui refert Vasquez, qui hanc veritatem acriter tueritur, ita ut existimet, & vere, nulla potentia posse esse simul peccatum, & gratiam. Assertio ostenditur late disputatione sequenti. Et quidem ratio efficax id suadet desumpta ex natura huius sanctitatis, & peccati; munditia enim ex natura rei opponitur immunditiæ & puritas impuritati, vnde est illud Corinth. 1. 6. quæ participatio est cum iniquitate aut quæ societas lucis ad tenebras, cum igitur sanctitas sit munditia, & immunditia peccatum, fieri non potest, quod ex natura rei non opponantur. Secundo probatur, quia sanctitas corporea ex natura sua reddit hominem amabilem Deo, imo & ipsum corpus, ita ut ratione illius possit amari, amore supernaturali; peccatum vero reddit ex natura rei hominem odibilem Deo, dignumque æterna pena. Et confirmatur primo, quia hæc duo inferunt contrarios effectus ex propria rei natura, sanctitas enim corporea inducit saltem ex coniunctione ad animam amicitiam, & redamationem, ut explicauimus, peccatum autem ex propria rei natura affert secum inimicitiam, & odium, vnde oppositio inferitur ex natura rei, & ex prædicatis essentialibus huius sanctitatis, & peccati. Confirmatur secundo; quia hæc gratia est participatio diuinæ naturæ, & suo modo conuersio ad Deum, non solum quia est creatura quæ ex propria ratione conuertitur, & inclinatur in Deum qui est omnium creaturarum finis, sed etiam propter propriissimum modum participandi diuinam naturam: peccatum vero dicit intrinsecam auersionem à Deo; opponuntur ergo ex natura rei. Legantur Magister Cumel, Turrianus, & Vasquez.

Cumel. S. Thom. Caietan. Medina. Sotus.

Corinth. 1.

55.

Dices sanctitatem in Deo non esse naturam sed solum attributum, vnde hæc sanctitas non est participatio naturæ, sed attributi, non ergo est participatio diuinæ naturæ, ac proinde non opponetur ex hac ratione peccato ex natura rei. Respondeo primo, si hæc ratio esset momenti alicuius, eodem concludi posset gratiam habitualem non esse participationem formalem diuinæ naturæ, quæ tamen sanctitas est. Respondeo secundo, quod sicut in Deo distinguitur

vita substantialis, & actualis, & illa conuenit Deo per suam essentiam, hæc vero conuenit per actiones sui intellectus, & voluntatis, ut docet D. Thom. 1. p. q. 18. a. 2. ita etiam distinguenda est in Deo duplex sanctitas. Altera, quæ conuenit Deo per suam naturam, & Altera quæ conuenit illi ratione rectitudinis, quæ in illius voluntate, & actibus reperitur, & hæc videtur esse attributum sanctitatis, non vero prima. Nunc dico sanctitatem corpoream esse participium primæ sanctitatis, quæ substantialis est non vero secundæ; quia secundum se intellectualis, non est, eadem omnino ratione, qua gratia habitualis sanctitas est, quia est participatio naturæ diuinæ secundum illam supernaturalem puritatem, quod certissimum est, & à nemine negari potest, omnes enim sentiunt gratiam esse formalem participationem diuinæ naturæ, & in quacumque sententia est formaliter sanctitas stat igitur ratio formalis sanctitatis, quin participetur rectitudo voluntatis diuinæ, quæ concipitur, ut attributum. Videatur Turrianus opusculo 3. de natura gratiæ habitualis disp. 1. dubio 5. num. 5.

D. Thom.

Turrianus.

56.

Modo ad tertium concedo maiorem, & nego minorem: asserimus enim hanc oppositionem esse ex natura rei, ad primum autem medium quo probatur id non esse possibile. Respondeo non esse necessarium ad hanc oppositionem; quod opposita sint in eodem subiecto, sufficere sint in eadem persona. Instantia est manifestata in gratia habituali, & peccato, quæ etiam si opponantur ex natura rei non sunt in eodem subiecto, gratia enim est in essentia animæ, peccatum autem residet in voluntate, quæ realiter secundum veram sententiam distinguitur à substantia animæ. Ad secundum respondeo priuationem reduci ad genus in quo reperitur forma qua priuat, ut priuatio caloris ad genus qualitatis in quo ponitur calor, cum ergo peccatum præter positiuam rationem in qua consistit, aut quam virtualiter supponit in omissione afferat carentiam sanctitatis, & sit illius priuatio, hoc modo est eiusdem ordinis cum sanctitate, quæcumque illa sit, ut constat in gratia habituali. Ita respondet M. Cumel disp. illa 3. præsertim ad 5. & disputat. 4. illius articuli, ubi docet ex S. Thoma 7. de cælo lect. 10. ut duo sint contraria duo sufficere, primum, quod possint esse in eodem subiecto propinquo vel remoto; Secundum quod ab illo subiecto mutuo se expellant, & hæc duo inueniri inter charitatem, & peccatum, adde inter sanctitatem corpoream, & peccatum.

Cumel.

57.

Sed rogabis, an hæc oppositio sit contraria priuatiua vel contradictoria. In hoc dubiolo philosophandum censeo, eo modo quo philosophamur in eadem difficultate, de peccato, & gratia habituali. Videtur enim esse huius, & illius sanctitatis eadem ratio. Et quidem cum sanctitas supernaturalis ab Aristotele, & Philosophis non fuerit cognita, & sit superioris rationis ad oppositiones naturales, non est regulanda absolute per harum naturas, & proprietates, ego dicerem oppositionem inter peccatum, & gratiam sanctificantem siue sit intellectualis, siue sit corporea dicere oppositionem contrariam priuatiuam & contradictoriam.

Contra

Contrariam, quia est inter duas formas, aut quasi formas, quæ se expellant ab eodem subiecto, ut calor & frigiditas. Priuatiuam, quia peccatum est priuatio gratiæ, ut fatentur omnes. Ex quo aliqui inferunt, & non male peccatum etiam de potentia absoluta non posse esse simul cum gratia, quia implicat formam inesse subiecto, & non auferre priuationem sui, vnde hæc ablatio, aut expulsio est effectus quasi primarius ipsius gratiæ, & formæ sanctificantis; quod docuit Montefinos 1. 2. q. 113. esse contradictorium, quia ex gratia, & peccato sequuntur effectus contradictorii, ut esse filium, & non esse filium, esse dignum vita æterna, & non esse dignum, esse hæredem, & non esse hæredem. Dices ergo homo, ille in quo reperitur sanctitas corporea est hæres vitæ æternæ, & consequenter si illam solum haberet, & non gratiam iustificancem, gloriam hæreditabit, & consequetur beatitudinem. Ad hanc difficultatem constabit cum disputauerimus de gratia corporea Virginis sanctissimæ propter quam defendendam exorta hæc controuersia.

Montefinos.

SECTIO V.

Dubia nonnulla resoluuntur.

58.

Quarto in hac sanctitate corporea illud videtur difficile, quod cum videatur habere rationem naturæ, & quasi primæ formæ in ordine rerum supernaturalium corporearum, consequenter fit debere esse radicem aliquarum virtutum, & facultatum, ea ratione, qua gratia habitualis est principium donorum supernaturalium, ac facile inueniri non potest, neque explicari, quænam sint istæ facultates, quæ ex illa tamquam ex radice oriuntur. Respondeo forsitan diceret aliquis hanc corpoream puritatem esse principium, & radicem virtutum supernaturalium; quibus moderantur passionibus appetitus sensitui, & frenantur irascibiles, & concupiscibiles, quæ ut fert communis sententia corporeæ sunt. Cui si obiciatur hæc virtutes fluere à gratia sanctificante atque adeo sanctitatem corpoream illarum non esse radicem occurreret probabiliter hac sententia supposita in ordine supernaturali easdem proprietates posse fluere à duplici radice specie distincta. Charitas fluit ex natura rei à gratia sanctificante, & fluit etiam ab vnione hypostatica, qua spiritalis est; ita istæ virtutes possunt respicere ut proprium principium vtramque sanctitatem.

59.

Quinto dubitare posset aliquis, an hæc sanctitas corporea sit vna infima specie, & reuera ita esse, & multiplicari non posse colligi videtur ex illis quibus in sententia communiori asseritur implicatio alterius gratiæ specie distincta à gratia habituali, cum enim natura diuina sit vna vno solum modo potest esse participabilis, posse vero multiplicari secundum speciem colligi potest ex eo quod nulla est implicatio, aut indecentia. Rem relinquo alterius iudicio in re enim non disputata ex professo à nullo Doctore, quem sciam, omnes quæ emergunt difficultates non est integrum explicare. De fide est dari gratiam habitualement, & sæcula præterire, quin sit in dubium vocatum an sit

possibilis alia à nostra distincta. Viuacitas recentiorum hanc excitauit controuersiam. Nescio an in hac nostra dicere auderem gratiam corpoream non esse vnicam secundum speciem, sed posse optimè specificè multiplicari. Probabo, si Deus dederit, Maternalem virtutem, & dignitatem Dei genitricis esse sanctitatem corpoream, quam diuina esse rationem formalem generandi Deum hominem; & alias insinuauimus gratiam corpoream in homine iusto ex Tertulliano, & Suario, hæc autem asseri non potest esse eiusdem speciei cum sanctitate corporea Virginis, & si specimen habet probabilitatis illa opinio quam retulimus superiori investigatione disput. 18. sect. 3. à §. verum de te ipsa, & assererat præcessisse in humanitate Christi ad assumptionem ad Verbum gratiam vnibilitatis distinctam à gratia habituali, cum non posset corpus disponi ad vnionem per eandem formam, qua anima Christi fuit disposita ad vnionem hypostaticam, & disponenda esset forma corporea, ut proximè esset vnibile Verbo diuino, Auctor illius opinionis induceret gratiam vnibilitatis corporeæ, quæ carnem Christi Domini redderet immediatè, & proximè vnibilem Deo, hæc autem nec conueniret specie cum sanctitate corporea Virginis, nec cum illa quam asserbat Terrull.

60.

Ad rationem dubitandi contra hanc partem forsitan diceret aliquis non implicare contradictionem alteram, & plures gratias distinctas à gratia habituali, quibus homines, & Angeli nunc de facto sanctificantur, quod probari posset fundamento contrario; natura enim diuina vna cum sit, participatur formaliter à pluribus substantiis, quæ specie inter se distinguuntur, ut homo, & Angelus, cur ergo ut supernaturalis non poterit participari à pluribus qualitibus inter se specie distinctis. Non est improbabilis sententia Scoti, Durandi, Gabrielis, Marfilij, & Henrici, qui defendunt cum Magistro 2. distin. 26. gratiam, & charitatem non distingui realiter, ex quo posset desumi argumentum non inefficax ad probandum quod saltem absoluta potentia posset produci gratia, quæ non sit à charitate distincta, & confirmari potest ex eo quod non implicat, nec lumen, nec visio beatifica distincta ab illis quæ nunc sunt producta; si vera est sententia, quæ affirmat posse videri essentiam sine personis, & vnam personam aliis non visis. Hæc autem primo non est improbabilis, illamque sequuntur Scotus, & illius familia, & veram docet Magister Granado 1. p. q. 12. cur ergo produci non poterit gratia habitualis specie à nostra distincta.

Scotus. Durandus. Gabriel. Marfilij. Magister.


Granado.

61.

Sexto posset in dubium vocari, quod sit immediatum subiectum sanctitatis corporeæ, an scilicet sit ipsa substantia carnis, an vero aliqua illius potentia, aliquis enim opinari posset immediatè residere in substantia corporis humani, ut gratia habitualis in animæ substantia, aliquis autem in aliqua illius potentia, ut de gratia, docent Doctores; qui existimant illam non distingui à charitate; & distinguendum videtur, nam vel gratia corporea ordinatur ad aliquam operationem, & sic subiectum illius erit illa potentia, quæ naturaliter est illius operationis

rationis principium, vt voluntas charitatis, intellectus luminis gloriae, aut non ordinatur, vt essentialiter non ordinaretur sanctitas vnibilitatis, & sic subiectum illius immediatam esset substantia carnis.

62. Ex his manent explicatae causae sanctitatis formalis. Ipsa enim est forma, materialis causa illius est ipsa substantia corporis humani, aut illius potentia, efficiens causa est Deus, quin hoc possit communicari creaturae, vt dicitur de efficientia in ordine ad gratiam habitua-lem, finalis tandem erectio & sublimatio corporis ad ordinem supernaturalem, vel ad ef-fendum, vel ad operandum.



DISPUTATIO III.

Vtrum in sacra Deipara fuerit sancti-tas corporea.

63. **N**on disputo an beatissima Virgo Maria destinata, aut consecrata fuerit corporaliter ad Deum hominem corporaliter concipiendum, vt vasa sacra dicantur altari, & ordinantur vt deseruiat solum sacro mysterio, de hoc enim difficultas esse non potest, sed id tracto an praeter habitualem sanctitatem, quae in illius purissima anima reperitur, inueniatur in illius corpore gratia & sanctitas illa corporea, qua eleuatur caro ad esse supernaturale, & di-sputatione praecedenti monstrauimus esse pos-sibilem, ita vt plenitudo gratiae, & donorum supernaturalium ab illius ex Angeli salutatione hanc etiam gratiam & sanctitatem admiserit. In qua difficultas non potissimum, quid ratio suadeat, sed quid ex scriptura, conciliis, & Pa-tribus deducatur est attendendum, tractatur enim res magni momenti, non de possibili, sed de facto, & ita imperuia, vt magnos viros, vel nomen solum sanctitatis, aut gratiae corporeae non leuiter offenderit. Adhis tuam elucidanti gloriam, tuam conanti explicare dignitatem filii que tui & Trinitatis almae totius in te sin-gulares gratias in patria solum cognoscendas, o purissima Virgo in qua plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter, adhis etiam o sacrum Neuma cuius pulcherrima & mundissima sponfa sacra Maria.

SECTIO PRIMA.

In sacra Deipara fuisse sanctitatem corpo-ream ex scriptura, & Conciliis.

64. **N**on vidi qui hanc difficultatem ex pro-fesso tractauerit, nec vllum Doctorem il-lam attingentem, vel etiam cursim, qui sacrae Deiparae hanc sanctitatem negauerit, at nul-lum legi sanctorum Patrum qui si incidat ser-mo de carne Dei genitricis non illum statim, sanctissimam & purissimam pleno ore procla-met, in re ergo non disputata sub Ecclesiae censura scribo.

65. Mea sententia est in sacra Deipara, & fuisse, & esse gratiam, & sanctitatem corpoream a gra-

tia spirituali distinctam realiter, qua caro, & corpus illius vere, & proprie sanctificantur, & & constituuntur, in ordine supernaturali. Hanc assertionem existimo perpetuam doctrinam sanctorum Patrum, etiam ab exordiis nascentis Ecclesiae, ita vt fere nullum sit seculum in quo non tradita fuerit: illam igitur, vt probem & autoritate, & ratione; suppono dum sermo est de sacra Deipara idem omnino significare hos terminos, sanctum, purum; immaculatum, Beatum, gloriosum, prae paratum, idoneum, venustum, diuinissimum, Dominicum, aureum, purificatum, incontaminatum, illibatum, ca-pacissimum, gratiosum, non conuersum ad peccatum, & sexcentos alios qui apud Patres, & scriptores sacros, & omnes has voces, & similes alias nihil aliud significare quam pu-ritatem, & sanctitatem sacrae Deiparae qua-cumque illa sit, inde indistincte illorum in Ec-clesia semper fuit vsus. His praemissis.

66. Sanctitas corporea Virginis immaculatae, pri-mo asseritur ab Angelo Gabriele, qui Luc. 1. B. Luc. 1.

Matrem ita salutat. *Aue gratia plena*, quibus Verbis significat in illa reperiri tantam plenu-dinem gratiae, vt vniuersa dona, & virtutes su-pernaturales cuius capax est reperiantur in illa, ac proinde corporea hanc sanctitatem, in qua il-lius caro sanctificetur proprie, & constituatur in ordine supernaturali. Ita Angelum intelle-xit Gregorius Thaumaturgus, qui Homilia de Thaumaturg. Annunciat. haec tractans verba ita scribit. *Ma-ria sic gratia plena dicitur, quod in illa Virgine to-tius gratia thesaurus reconditur, qua sola ex omnibus generationibus sancta corpore, & spiritum fuerit, sola ferens eum, qui portat omnia.* Existimat ergo Gregorius plenitudinem gratiae in hoc con-sistere in B. Virgine, quod fuerit sancta corpore; & spiritu. Neoccesariensem imitatur Sophro-nius, qui sermone de Assumptione, ita disertè, *Bene gratia plena nominatur, quia ceteris per par-tes datur, Maria vero tota se infudit gratia pleni-tudo. Quidquid in ea gestum est, totum puritas, & simplicitas, totum gratia, & veritas fuit totum misericordia, & iustitia, qua de caelo prospexit, & ideo immaculata, quia in nullo corrupta, vere hor-tus deliciarum in quo consista sunt vniuersa florum genera, & odoramenta virtutum, sicque conclusus, vt nesciat violari, neque corrumpi.* Quid illu-strius? Sanctitas corporea est puritas, est sim-plicitas, est donum supernaturale, non ergo ex sententia Angeli, quam explicamus potuit de-fuisse Virgini Mariae, praecipue cum ex vi digni-tatis Maternalis Virginis integritas fuerit in-tiolabilis, & intemerata, vt iam diximus priori vestigatione, & probandum sit in sequentibus virtutem supernaturalem Dei genitricis esse hanc sanctitatem corpoream. Nec dissentit Phi-lippus Abbas qui lib. 6. in Cantica c. 8. Angeli Abbae. verba sic expendit. *Aue gratia plena, ipsa quidem gratia qua bonitate, qua sua est nostras culpatum maculas aboleuit, excellenti beneficio prae ditam Virginem, sic impleuit, vt vna vnum pariens, Vir-go tamen integra permaneret. Virgo permanens gratia fecunditati, noua, & singulari sobole respon-deret, vna est igitur Matri sua, quia Mater gra-tia nec primam visa est habere similem, nec secun-dam, que se forma pari exhiberet Virginem pari-ter & fecundam. Non aliam tantis virtutum te-*

nis honorauit: hanc vnam, vel vnicam singulari privilegio decorauit. Pulchrè satis; asserit enim Abbas Matrem gratiam nullam foeminam, nec vidisse, nec visuram vnquam, quae simul habe-ret Virginitatem, & foecunditatem, & pertinent ad res corporeas vt monstrauimus vi virtutis supernaturalis, quae est Maternitas corporea Virginem factam esse foecundam, hanc vero esse formam sanctificantem disp. 4. demonstrabo.

67. Secundum testimonium desumitur ex Ver-bis etiam Angeli inuenisti gratiam apud Deum Luc. 1. vbi nomine gratiae dignitatem Materna-lem Patris agnoscunt, quam esse sanctitatem in-ferius constabit. Ita explicuit hunc locum An-dreas Hierosolymitanus de laudibus Mariae. *Ne metuas, inuenisti gratiam apud Deum, gratiam qualem non nactus est quispiam ab aeterno sicut tu, Quae enim talis sit gratia Dei, quae summum fauorem mereatur? Nacta es itaque gratia apud Deum, & ecce concipies.* Gratia autem ad conci-piendum gratia corporea est. Andream sequitur Simon de Cassia lib. 2. de B. Maria c. 4. qui post multa, quae ad illius loci explicationem disse-runt haec tandem protulit. *Sed quia sibi pra om-nibus digne ad hoc dicat Deus obtulit, ideo inue-nit, ecce concipies in utero.* Vbi gratiam vocat vim ad concipiendum in utero Deum, & hominem.

68. Tertium testimonium desumitur ex decursu verborum Angeli qui suafurus turbatae Virgini se Dei Matrem, & Virginem futuram, Luc. etiam 1. haec dixit. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Quibus Verbis non solum animae sed etiam corporis peculiarem sanctitatem Angelus vt Virgo concipiat, & Virgo pariat significat, vel ita asserente sancto Gregorio Thaumaturgo hom. 2. de Annuncia-tione, vbi haec scripsit. *Spiritus sanctus in imma-culatum Virginis templum ingressus est, & sanctifi-cata est mens eius simul cum omnibus membris, ex-tititque natura ex aduerso. Sentit igitur Gregorius sanctificationem in Virgine non solum fuisse infusio-nem gratiae sanctificantis, quae ad membra non de-scendit sed esse talem, quae vt terminum respiciat ipsam gratiam qua caro, & membra sanctificentur.* Nec inuenisse Magn. Albert. qui ad eadem Ver-ba Luc. 1. haec aurea protulit. *Sic igitur Spi-ritus sanctus superuenit, quia sanctitatem omnimode in opere incarnationis fecit, mundauit enim sangui-nem ad ampliorem munditiam perducendo.* Ad haec munditia corporis est, & munditia sanctitas, eodem modo intellexit hunc locum Amedeus Episcopus Laufanensis homilia 3. de laudibus Virginis. *Spiritus sanctus superuenit in te, super-uenit in vbertate, & affluentia in plenitudine, & efformatione carnis, & anima.* Quid clarius ad plenitudinem gratiae, quae etiam in carne.

69. Dices ex his non inferri sanctitatem corpo-ream, tum quia Maternitas, & foecunditas gratiae dicuntur, quia gratis Virgini sunt collata, vt fides & spes gratiae dicuntur, non quia sint for-mae sanctificantes, sed quia sine meritis confe-runtur, tum etiam, quia sanctorum corpora san-cta etiam dicuntur a sanctitate animae, quamuis nullam habeant immediatè sanctitatem corpo-ream, eadem ergo ratione caro Virginis Dei ge-nitricis sancta dici potest tamen non habeat vllam sanctitatem corpoream, quia illi est vnita anima rationalis, quae ratione habitualis gratiae

est sanctissima. Sed facile occuro. Primo quia vestigatione superiori late monstrauimus Vir-ginem sanctissimam eleuatam fuisse ad genera-tionem Christi Domini per virtutem substan-tialiter supernaturalem, quae non dicitur gratia solum; quia gratis concessa; sed quia vere, & proprie pertinet ad ordinem hypostaticum Se-cundo quia exaggerationes quibus Patres, & Do-ctores loquuntur de puritate carnis Virgineae non commodè intelliguntur, de illa extensione sanctitatis animae ad corpus, quae generalis est hominibus iustis, cum illam singularem, & vni-cam appellent. Quid enim magnum in Virgine, & ad generationem hominis Dei necessarium tot tantisque elogiis celebre apud Patres, quod caro Virginis sancta fuerit sanctitate deriuata ab anima per quamdam extrinsecam denominatio-nem, quae communis est omnibus iustis.

70. Quartum testimonium illudque efficacissi-mum, desumitur ex Luc. cap. 12. vbi mulier illa foelicissimam Matrem exornans extollens vocem haec protulit. *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, qua suxisti.* Vbi venter, atque adeo corpus sacrae Deiparae dicuntur beata, atque adeo san-cta, ibi enim beatitudo significat sanctitatem, quod significauit Thaumaturgus, quia homilia illa secunda, de Annunt. ita scribit. *Quin, & ipse omnium potestatum caelestium dominator, & ex om-ni creatura te sanctissimam, & ornatissimam elegit, & per sanctum ac castum, purum, atque impollu-tum ventrem tuum fulgidissima Margarita in sa-lutem totius terrarum orbis progreditur.* Vbi S. Pa-ter distinguit sanctitatem, & castitatem; purita-tem, & impollutionem tanquam suafurus in Virginis laudem, non solum illi virginitatem in-esse, quae significatur illis terminis castum, & im-pollutum, sed etiam corpus fuisse sanctum quod significatur nomine sanctitatis, & puritatis, qua etiam ratione intellexit verba mulieris Magns Albert. qui ibi ita proloquitur, vt explicet ven-tris beatitudinem. *Ipsa enim sanguine unxit ve-rum, & candidauit, cum de ipso vtero sanguinem sumpsit.* Nominem autem sanguinis significauit gratiam corpoream, quae effectus fuit in Virgine sanctissima sanguinis effusi per Christum Domi-num. Mitto alia scripturae testimonia, quae inter referendos Patres necessario erunt attingenda.

Post sacrae scripturae auctoritatem primum locum obtinent sacra Concilia, illorum ergo au-thoritate probanda est nostra sententia, & prin-cipio Synodus sexta Constantinopolitana sub Agathone Papa in 3. tom. Conciliorum ita deter-minat act. 18. *Confitemur Christum in vulua illi-bata Virginis Dei genitricis habitasse, & anima, & corpore prae purgata.* Quae verba habet Gregor. Nazianz. orat. 38. *Atque humana omnia excepto peccato suscepit, conceptus quidem ex Virgine ani-ma, & corpore prae purgata. Et corpus per Spi-ritum sanctum, ex sancta, & immaculata carne eius in propria substantia carnem sumpsisse.* En Con-cilium clarè, & discrete affirmat carnem Virginis esse sanctam, & immaculatam, dixerat autem act. 8. Virginem immaculatam, & vt ostenderet sanctitatem non solum animae inelle, sed & corpori, etiam illud amplius, & clarius expressit actione 18. Deinde probatur auctoritate septi-mae Synodi sub Adriano Papa in qua actione 2. dicitur, & sapius in eadem, Virgo immaculata, & intè

Luc. 1. Hierosol. Cassia. Luc. 1. Thaumaturg. Albert. Amedeus.

Luc. 17. Albertus. 71. Agath. Papae. Nazianz.

& intemerata, incontaminata, & inculcata, & actione 3. hæc scribuntur. Virgo omnis intelligibilis, ac sensibilis natura gloria sublimior. In quo duo consideranda sunt, vt intelligatur sanctitas corporea inesse Virgini ex mente Concilij, primum in carne esse suo modo culpam, id est rebellionem appetitus sensitui, ad carnem, & pugnam vtriusque, quam peccatum vocat Apostolus, vt in hac disputatione ostendemus. Alterum sublimitatem puritatis Angelicæ in eo consistere, & illorum gloriam in eo relucere quod nihil habeant non sanctum, non purum, non immaculatum, mens igitur Synodi fuit asserere, & Mariam esse inculpatam, & spirituales, & corporeas creaturas sanctitatis, & puritatis gloria excedere; At non excelleret Angelos hac gloria, si pura, & sancta non esset corpore, & spiritu, & anima in carne inculcata: ergo de mente Concilij in Virgine fuit non solum sanctitas animæ, sed etiam sanctitas corporis.

Tertio sanctitas corporea Virginis probata fuit Concilio Ephesino tom. 6. c. 7. Proclus Cyzicenus viscera Virginea nullam labem habuisse, & illius viscera citra omnem dedecoris maculam condita fuisse à filio, qui ea inhabitauit.

Quarto nostra sententia videtur expressa in Concilio Francofordiense, in Epistola ad Episcopos Hispaniæ, vbi ad probandam Christi libertatem ab omni seruitute cum plura dicantur, hæc proponuntur. Meliori quidem terra (comparatio est ad illam de qua formatus est Adamus) animata, & immaculata Spiritu sancto operante factus est homo, dicente Apostolo. Primus homo de terra terrenus, secundus homo, de celo celestis. Vbi Concilium carnem Mariæ sanctissimæ vocat animatam, & inculpatam, aut immaculatam terram: sentit ergo carnem Virgineam esse & sanctificatam, & immaculatam, quia licet Virgo sanctissima immaculata fuerit quantum ad animam, Verbum diuinum non assumpsit carnem ex anima sed ex carne Virginea corpus archirectus est Spiritus sanctus, quæ in sacra scriptura dicitur terra. Terra nostra dedit fructum suum, operatus est salutem in medio terræ, id est in vtero Virginali explicatore Anastasio Sinaita 2. Hexameron.

Authoritatem Conciliorum sequitur vniuersale Ecclesiæ iudicium, & hoc probat proculdubio sanctitatem corpoream Virginis Mariæ in oratione illa, quæ post Completorium dicitur à festo sanctissimæ Trinitatis, quæ est eiusmodi. Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosa Virginis Matris Mariæ corpus, & animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur Spiritu sancto cooperante preparasti, &c. Ecclesia enim fateretur ad generationem Christi Domini non solum preparasse Spiritum sanctum animam Virginis sed etiam, & corpus imo prius corpus, deinde animam; preparatio autem hæc fuit per sanctitatem infusam corpori, sicut preparatio animæ per infusionem gratiæ sanctificantis, & corporis sanctitas, & gratia existens in carne Virginis fuit singularissima, & incommunicata etiam Apostolis, vt explicat doctissime Eminētissimus Cardinalis Toletus Annotatione 97. in Lucam, cuius verba inferius adducenda, & examinanda, quem sequuntur nobilibes recentiores, & inter illos noster Petrus

de la Serna commentariis ad Apocalypsim, quæ iam prælo mandanda.

Habemus igitur in Virgine diua sanctitatem corpoream, qua caro illius mundissima sanctificatur à sacra Scriptura, à Concilijs generalibus, & prouincialibus, & à Catholica Ecclesia, atque adeo à summa & prima authoritate.

SECTIO II.

Nostra sententia authoritate Græcorum Patrum probatur.

Gratiam, & sanctitatem corpoream non eodem modo significauerunt Patres Ecclesiæ, Alij enim illam expresserunt nomine sanctitatis, & gratiæ corporeæ significantes formam veluti abstractam, & rationem formalem sanctificationis. Alij vero asserentes in concreto corpus esse sanctum, carnem esse mundissimam, & quia ex his Græci multi, multi Latini in hac sectione Græcos laudabo, laudaturus Latinos Patres in alijs sectionibus.

Primus ergo in hoc ordine sit S. Basilius Magnus, qui oratione de verbi generatione hæc protulit scribens de sanctitate, & puritate carnis Marianæ. Ex sanctitate itaque compacta caro digna erat, vt dignitati vnigeniti vniretur. Sentit ergo carnem Virginis sanctissimæ sanctificatam fuisse sanctitate propria distincta à illa, qua anima sanctificatur, ac proinde talem fuisse, vt ex illa carnem Verbum diuinum assumeret, hæc enim verba non patiuntur explicationem, quæ illa intelligit de carne Christi Domini fundaturque in alia translatione Petri Nani, sed necessario intelligenda sunt de puritate carnis Virgineæ. Basilius enim paulo superius, & ex eadem interpretatione dixerat. Quia vero puritatem parem Mariæ ea atas hominum nimirum, vt in se agentem Spiritum sanctum reciperet electa est Virgo Maria, &c. Disputat enim cur non antea Deus assumpserit carnem humanam, & respondet nullam creaturam inuentam esse idoneam donec Maria veniret, quæ idonea fuit ad opus Incarnationis, redditque rationem, quia illius caro fuit sanctitate compacta, & ita digna, vt Verbum vniretur corpori, quod formatum est ex sanguinibus purissimis quos ministravit.

Quæ intelligentia iuuatur valde ex alia translatione, quam affert Gregor. de Valentia apud illustrissimum Salazar de Concept. c. 4. 2. sæculo 4. Id seculum in quo Maria vivebat nihil, cum Maria puritate comparandum habuit qua vt in illius operationem (scilicet Spiritus sancti) suscipere electa est, erat ergo puritas cum ipsa carne, & caro cum puritate compacta. Veritati & Basilio opitulatur sacra Deipara, quæ apud Brigittam reuelationum suarum lib. 1. c. 9. de se ipsa sic loquitur. Caro mea ex Matris Patrisque congressu procreata, sed singulari diuine charitatis virtute compaginata fuit. Quæ verba eundem sensum habent, quem similia verba Basilij, appellatur autem illa sanctitas corporea charitas, quia effectus fuit charitatis diuinæ, vt enim dixit ipsa Brigitta. Credendum est quod materiam illam statim, quando concepta, & collecta fuit de qua Maria formari debebat, ipse Deum plus diligebat, quam omnia

75.

76.

77.

78.

Brigitta

omnia humana corpora. Vult ergo mirabilis hæc scemina aliquid esse in virgineo corpore, quod obiectum esset congruū dilectioni diuinæ, hoc autem quid aliud, quam hæc gratia, & sanctitas corporis. Hæc ex sermone Angelico, atque adeo non ex sententia Brigittæ solum, sed etiam & præcipue Ang. li illum dictantis sermonem, vbi addit. O quam prope erat iugiter cor Dei huic Thesouro. Carni scilicet.

Secundus sit S. Greg. Nyssenus, qui licet non ita clare, sanctitatem corporealem autumat, & oratione de Natiuitate Christi ita ad Beatissimū Virginis vterum. O beatum vterum illum, qui bonitatis sue præstantia ad se attraxit animi bona, in reliquis omnibus vix animus purius Spiritus sancti præsentiam capit, hic autem caro fit Spiritus sancti receptaculum. Laudibus virgineis grauida verba, in quibus Nyssenus affirmat vix purissimū animum recipere Spiritum sanctum infundentem gratiam habitualement, in Deipara vero etiam carnem esse receptaculum Spiritus sancti per præstantiam qua ad se attraxit animi bona. Vbi vel intelligit per animi bona ipsum hominē Deum, qui causa est totius bonitatis supernaturalis, aut ipsam gratiam habitualement, & quouis modo præstantiam carnis intelligat, sanctitatem hanc corpoream in medium producit, neque enim habitualement gratiam ne dum ipsum Deum præstantiam carnis potest attrahere, si non sit sanctitas, si non sit magna puritas illaque supernaturalis. Possent ego producere Albertum Magni. Hugonem Victorinum, & alios non paucos: abstinco, & ad classem Græcorū Patrum descendendo, secundos enim iam secundo loco propono.

Tertius Græcorum Princeps, & antesignanus sit Thaumaturgus, qui sermone primo, de Annuntiatione cum dixisset solam Virginem purissimam in omnibus generationibus fuisse sanctam corpore, & spiritu, rursus scribit. Superne diuinum Verbum aduenit, & in sancto vtero suo Adamum reformauit, quod etiam repetit in alijs de Annuntiatione sermonibus, tanta claritate, vt opus non sit commentatio.

Quartus sit Magnus Athanasius, qui postquam dixisset Virginem sanctissimam non sine corpore, & carne assistere filio vbique regnanti, ait. Sed quod induta sit ( quantum spectat ad sanctissimam eius carnem; incorruptibilitate, & immortalitate.

Quintus sit Sophronius, qui in Epist. ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum, quæ lecta, & probata Synodo sexta generali inter alia multa hæc scribit. Maria sancta præclaraque, & que Dei sunt sapientis ab omni contagione liberata ( seu melius liberæ, vt est in codice Vaticano ) & corporis, & animæ, & intellectus. Ecce triplicem puritatem corporis, animæ, intellectus, & non longè. Ideo Virgo sancta accipitur, & corpus animæque sanctificatur, quæ ita ministravit Incarnationi, vt munda, casta, & incontaminata. Et statim, ex inuiolabili, & virginali sanguine sancta, atque immaculata Virginis Mariæ Verbum est incarnatum.

Sextus sit Proclus Cyzicenus homilia habitā in Concilio Ephesino tom. 6. c. 7. hanc astruit sanctitatem corpoream. Clemens Deus, inquit, ex muliere nasci non erubuit, quod enim agebatur vita erat, nullam inde contrahit labem, quod intra viscera

ra qua citra omnem dedecoris notam condiderat inhabitat. Quam veritatem clarius asseruit homilia de B. Virgine, quam refert Franciscus Turrianus in Epist. de peccato originali, vbi carnem vocat impollutam in Virgine, quod non solum significat Virginem non habuisse peccatum originale, quod inficiabor nunquam, sed clarius carnem Virgineam fuisse sanctissimā, & sancta viscera, quæ Deus intravit, & sanctificata sunt vt intraret & ex illis carnem humanam assumeret.

Septimus sit Basilius Seleuciensis, qui in oratione, de Verbi incarnatione, quæ Latine est in Bibliotheca Parisiensi PP. Margarini, & inter eius opera habetur Græco Latine, vbi miram illam, & ratione dignam sententiam protulit. Oter sacro sancta Virgo de qua qui omnia illustria, & gloriofa dixerit, nunquam quidem à veritatis scopo aberrabit; at tamen dignitatis magnitudinem nulla vnquam oratione exequabit, hæc etiam eructauit. Quando quidem templum est Deo vere dignum, utpote suauissimum omnis sanctitatis odorem spirans. Quæ autem odorem omnis sanctitatis exhalar necessarium est omni sanctitate exornetur, & forsitan ter sacro sanctam Virginem appellat, vt declaret triplicem sanctitatem fuisse in Virgine Maria, primam à gratia habituali, secundam à gratia corporea, tertiam à Christi Domini præsentia, qua vtraque est illustrata, vt aliquando explicauimus ex sancto Thoma.

Octauus sit S. Ioannes Damascen. qui oratione prima de Natiuitate Mariæ vterum B. Annæ laudans protulit hæc. O felicem Annam vuluam in qua tacitis incrementis ex ea auctus, & formatus est fetus sanctissimus, & oratione 2. An non perspicue sola hæc sancta, & sanctis omnibus sanctior, quæ tota hoc est corpore, & spiritu pura ei apparuit qui in illa domicilium habuit.

Nonus Theophanes Nicanus in Annuntiatione Deiparæ Animam purgauit, corpus sanctificauit, templum fecit capax Dei, & clarissime lib. 4. de fide Orthodoxa c. 15. Cum virginem vnā cum corpore animam conseruasset, vt eam decebat, quæ Deum in sinu suo, exceptura erat, sanctum enim cum sit in sanctis quiescit. At requieuit in vtero, & carne Virginis, illam igitur sanctificauit, & oratione 1. de dormitione Mariæ. Non corpus illud tuum immaculatum, ac labis omnis expers in terra relictum est.

Decimus sit Germanus Patriarcha Hierosolymitanus, qui in Theoria rerum Ecclesiasticarum, non semel id asserit. Deinde etiam ostendente pontifice per stolam suam carnis Christi stolam rubram, & sanguineam, quam gestauit immaterialis ille, & Deus, vt purpuram tinctam ex immaculato sanguine Deiparæ. Et infra. Ephremum imitatus, Dei sapientia, & virtus suam carnem ædificauit ex casta Matre, & Virgine præpurgata anima, & corpore.

Vndecimus sit S. Ephrem Syrus, tit. de Margarita pretiosa, vbi cum contulisset Mariam Diuam cum arbore in qua Deus Verbum suum, ceu furculum inseruit, dum hanc applicat comparationem, componit cum Agricola Spiritum sanctum, & hæc pronunciat. Agricola falcem habet, quæ mundat, & expolit Virginem animo, & corpore preparato. Quæ sunt verba, quæ ex Ecclesiæ Matris oratione retulimus; Non referam plures, forsitan inferius nonnulli adducendi.

79. Nyssenus.

80. Thaumaturgus.

81. Athan.

82. Sophron.

83. Cyzenus.

82. Basilius.

83.

86. Theopha.

87. Germanus.

88.

72. Concil.

73.

Sinaita.

74.

Toletus.

Serna.

Constet ex his corporis Virginei sanctificationem, gratiam, & sanctitatem, & puritatem, generaliter Græcorum Ecclesiæ, & patribus summo opere probari.

SECTIO III.

Sanctitas corporis in sacra Deipara Ecclesiæ Latina Patribus plausibilis.

88. Non minor affectus Ecclesiæ Latinæ erga puritatem sacre Deiparæ etiam in corpore, illam non solum insinuant, sed clarissimè explicant, præcipuè primi Doctores. Facem præferat Ambrosius. in c. 8. Epist. ad Romanos, hæc scribens, quibus etiam innocentia originalis Virginitatis solet probari. Expiata est caro Domini ab Spiritu sancto in Virgine, ut in tali corpore nasceretur, quale fuit corpus Adæ ante peccatum. Quibus Verbis videtur colligere sanctitatem, & munditiam corporis Christi Domini ex sanctitate, & munditia corporis Virginei, imò asserit expiatam esse carnem Virginitatis ad generationem corporis mundissimi, quæ ita sunt intelligenda, ut tota Virginitatis caro fuerit mundata, ut inde corpus Christi conciperetur purissimum, addit enim carnem illam futuram carnem Domini.

89. Secundus sit S. Augustinus. qui lib. de Assumpt. c. 1. hæc aurea edidit verba. Sanctificante Spiritu sancto suo in ea uterum humanum ad Conceptionem filij cuius dignitatis, & gratia effectum, nec cor concipere, nec lingua valeat exprimere. Vbi S. Doctor, & Religionum Pater, non solum vteri sanctificationem cognoscit, sed illius principium vocat gratiam, & dignitatem, ut ostenderet se loqui de Maternali virtute Deiparæ, quæ, & gratia, & dignitas est quæ proculdubio explicite est nostra sententia, etiam tradenda disputat. sequenti. Consentit etiam tit. de quinque hæresibus c. 5. seu melius lib. de natura, & gratia Verbis illis vulgaribus. Excepta Virgine Maria de qua cum de peccatis agitur nullam prorsus volo habere questionem. Inde (non vnde) enim scimus, quod plus ei gratia collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, &c. cum enim peccatum sit radicaliter in concupiscentia, & Augustinus dicat datam fuisse illi gratiam ad vincendum ex omni parte peccatum, credendus est voluisse Virginitatem sanctissimam ad frenandam concupiscentiam habuisse gratiam illam corpoream, quam explicuit lib. de Assumpt. & alibi non semel.

90. Et Præterea in Milleloquio Verbo Maria hanc veritatem expressit. Ad pretiosissimum connubij thalamum electus est Virginitatis uterus, & quia ex se, id est secundum communem rationem humanæ naturæ peccati sordibus, squalidus, factus fuerat mundus, veniens creator mundi ex mundis visceribus effusus est in mundum, ut immundus mundus redatur mundus. Eleganti ergo paronomasia, munditiam viscerum S. Mariæ explicat, & eisdem omnino terminis Dei hominis, & Matris puritatem & munditiam exponit, nec te conturbet illud ex se peccati sordibus squalidus, tum quia id intelligitur, de peccato, & immunditia quam secundum communem propagationem Maria Virgo haberet, si Mater Dei non esset futura, tum vel maximè, quia quocumque modo res se habuerit Pater Augustinus affirmat mun-

da esse B. viscera Virginitatis, quod sufficit ut assertor sit sanctitatis corporeæ in sacra Dei genitrice, præsertim si hæc conferantur, cum illis quæ ex eodem S. Doctor atulimus sect. 2. in principio.

Tertius sit S. Hieronymus, qui Epistola ad Paulum, & Eustochium quam contra Erasmus illi tribuit Cardinalis Bellarminus, qui postquàm dixit Virginitatem sanctissimam in nullo corruptam hæc aureo edidit calamo. Ante hoc ipsum sane uterus Virginitatis, quamvis mundus, quamvis impollutus, & alienus à contagione peccati, quamvis sanctus, tamen adhuc vilitate carnis induitur, ut ita dicam, ac si lana candidissima suoque colore dealbata, ad quam sane cum accessisset Spiritus sanctus, quasi ipsa eademque lana cum inficitur sanguine Conchylij vertitur in purpuram; versa est & ipsa sine coitu in Matrem. Quo elogio ne putaret aliquis tantam sanctitatem, & puritatem tantam cum humana carne non posse consistere, & inde inferret carnem Virginitatis non esse carnem Adami addidit illud. Tamen adhuc vilitate carnis induitur. Indeque explicat qua ratione sine coitu fuerit decentissima Mater, cuius vterum aulam Virginitatem vocat ad Isaia cap. 9. In aula Virginitatis, & nulla sordis maculata, de Spiritu sancto Dei sermo processit.

Quartus sit S. Bonaventura sermone 1. de B. semper Virgine Maria insistens suæ sententiæ de potentia supernaturali in Virgine ad gignendum hominem Deum, quam esse donum gratuitum asseruit ut vidimus, hæc posteritati reliquit. Sed nota, quod hoc Cælum, quod dicitur firmamentum stellis est innumeris adornatum, quia Domina nostra omnibus gratis fuit plena, cum ergo ex sententia Bonaventuræ potentia illa supernaturalis sit gratia, & sit corporea, sensus illius est hanc gratiam, & sanctitatem esse in corpore Virginitatis. Et in 3. d. 3. p. 2. art. 2. q. 1. ait carnem Christi fuisse in primis parentibus, & hoc necessarium esse. Quia alias non fuisset necessaria Virginitatis sanctificatio ad hoc quod formaretur corpus Christi sine omni peccato. Et dixerat prius carnem Christi ante unionem fuisse indistinctam à carne Virginitatis. Sentit ergo Doctor Seraphicus ante unionem carnem Virginitatis fuisse sanctam, ut corpus Christi esset sanctum.

Quintus sit Angelicus Ecclesiæ Doctor Augustinianus Thomas Aquinas, qui ut probaret Virginitatem nullum commississe peccatum 3. p. q. 27. artic. 4. corpore ita disseruit. Tum etiam quia singulari modo filius Dei, qui est Dei sapientia in ipsa habitavit, non solum in anima, sed etiam in utero, dicitur autem sapientia 1. In malevolam animam, non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, & ideo simpliciter fatendum est, quod B. Virgo nullum peccatum commisit, nec mortale, nec veniale, ut sic in ea impleatur, quod dicitur Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hactenus S. Thom. in quo maximè est aduertendum omnimodam Virginitatis puritatem, & innocentiam Virginitatis colligere, ex eo quod & illius animam, & vterum inhabitauerit Dei sapientia, quæ nunquam habitat in corpore subdito peccatis; Cum ergo anima Virginitatis fuerit sanctificata, ut spiritaliter conciperet Deum, vterus etiam debuit esse mundissimus, ut Deus habitaret in illo, & inde genitus procederet, cum S. Doctor ex eo quod

91. Hieron.

92. Bonavent.

93. Th. Aquinas

Cantic. 4.

quod vterum inhabitauerit colligat Virginitatem non habuisse peccatum, quod etiam inferit ex singulari modo animam inhabitandi, qui fuit per singularissimam gratiam, & quidem singulariter gratia existendi, & habitandi in vtero, nec enim prima visa est, nec hinc sequentem. Vnde concludit Doctor Ecclesiæ plenè esse in Virgine illud elogium, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, rectè quidem, quia si caro non esset sanctificata, si vterus non esset mundissimus, B. Virgo non esset tota pulchra, & macula esset infecta; illa videlicet quæ ex peccato primi parentis. Animus fuit ex hoc loco Cantorum probare sanctitatem corporis Marianæque carnis, & gaudeo vehementer Angelicum Doctorem ad eandem veritatem confirmandam illo vsum fuisse, nobisque sua luce præluxisse, ut præluxit etiam hac eadem ratione ad confirmandam etiam Virginitatis immunitatem ab originali peccato.

94. Canisius.

Rem nostram etiam astruit Doctor Angelicus in opusculis afferente Canisio de B. Virgine lib. 3. c. 6. pag. 206. colum. 1. qui cum asseruisset Virginitatem sanctis aliis sicut & Angelis plenitudinem gratiæ antecelluisse, idque triplici de causa, secundam explicans ita diserte. Deinde quando quidem plenitudo gratiæ ex anima ad corpus eius, siue carnem sicut in nullo alio redundabit, adfuit quippe illi Spiritus sanctus, cuius amor non modo sanctificationis gratiam infuderit in pectus eius, sed etiam in eo singulariter asserit nec solum in eius corde, sed etiam in carne mirabilia fecerit, illudque potissimum, ut ex illa Deus, & homo procrearetur. Vbi perspicuè Doctor sanctus affirmat gratiam esse in corpore Virginitatis redundantem ex gratia habituali.

95. Bernard.

Sextus sit Mellissius Bernardus, qui singulari circumloquutione hanc virtutem scripsit sermone de S. Ioanne Baptista. Quamquam & de singulari, Virgine nulla sit ambiguitas, quin ipsa maternis circumsepta visceribus sublimiori sanctificationis genere mandata sit, in qua Deus, & Dei filius carnem erat suscepturus. Quibus Verbis sanctificationem animæ Virginitatis colligit ex eo quod Mater Dei esset futura, & affirmat peccatum non habuisse, quia fuit maternis circumsepta visceribus & illud primum ex hoc inferit secundo. Quid igitur est illud maternis circumsepta visceribus? Nihil aliud, quam Virginitatis animum sanctum fuisse, & ab omni peccato liberum, quia vnitam fuit corpori, in eiusdem visceribus generandus Deus. Quasi diceret animam esse sanctam, & puram ex redundantia sanctitatis, & puritatis, quæ in ipsis visceribus, atque adeo in carne reperiebatur, non quod sanctitas corporea redundaret formaliter ad animam, & illi vniretur, sed quia existimasset Bernardus ab hac sanctitate corporea quæ est dignitas Maternalis, ut dicam disp. sequenti fluxisse, vel ex rei naturæ vel ex necessaria decentia gratiam habitualement in animam Virginitatis, gratia autem solum effluit à gratia, sed de hoc alias.

96. Illesonfus.

Septimus sit S. Illesonfus Hispaniarum decus, qui puritatem vteri Virginitatis non solum quantum attinet ad Virginitatem integritatem, sapissime laudat libro. enim primo de parturitione, & Virginitate S. Mariæ hæc exaravit. Quid legem natura requirunt in Maria, ubi totum quid-

quod in ea fuit possedit Spiritus sanctus. Possedit carnem, possedit corpus, vtrumque sanctum ergo est ex sententia Illesonfi, quia vtrumque capax est sanctitatis. Deinde circa medium illius libri horret carnem Virginitatis esse carnem peccati, & ex huius negatione probat integram peperisse, & nullo modo vitiatam hoc discursu. Quia si ita peperit (id est non Virgo) ergo adhuc, ac si cum massa prima damnationis contra Angeli vocem maledictioni subiaceret, ac Verbum Patris de carne peccati, (quod absit) ut caro fieret hominem assumpsit, qui discursus efficax non esset, si caro Virginitatis non fuisset sancta. Inde enim non est caro peccati, quia diuina eam sanctificantem gratia est immaculata. Vterius serm. 8. de Assumptione Augustinus sequitur hæc Illesonfus scribit. Nostra igitur hæc oratio iugis ad Deum dirigatur, ut qui pro honore nominis sui viscera illa que sanctificauit intravit. Vbi luculenter docet honorem filij fuisse quod reciperetur in sanctis visceribus, & ideo Deum illam sanctificasse non intrando solum, sed etiam ante quàm intraret, ideo enim dixit. Quæ sanctificauit intravit, ac si dicat aperte sanctificauit, ut honorifice, ut prout decebat filij Dei intraret. Mitto alia eiusd. Doct.

97. Anselm.

Octauus sit S. Anselmus citatus in Breviario Segobienensi, ut refert illustrissimus Salazar de Conceptione c. 47. sect. 1. hanc sanctitatem corporis Virginitatis docuit semel, & iterum, & quanta est dies illa, inquit, qua nostra reparatricis anima creatur, & sanctissimo corpori vnitur. Et antea id tradiderat explicatius, asserit enim, animam esse vnitam sanctissimo corpori, manibus saluatoris, & ipsius Dei ministrantibus Angelis, & libro illo de Virginitatis conceptione, quem se vidisse in Magno Mariali asserit Bachonius 4. d. 3. q. 2. libertatem ab omni peccato prædicat in Virgine Matre; ita scribit. Vbi Spiritus Dei, ibi & libertas. A seruitute igitur omnis peccati libera fuit, qua olim peccatorum proprietati libera fuit aula, in qua, & ex qua personaliter homo fieret Spiritus sancti præsentia, & cooperatione construebatur. Quæ sententia corporalem sanctitatem sine tergiversatione inducit. Regnat enim concupiscentia, & peccati fomes in corpore nostro, eaque ratione caro est sub seruitute peccati. Si igitur ab omni seruitute fuit libera sanctissima parens, habuit hanc sanctitatem, quæ munditia libera ab omni immunditia, quid verò immundus, quam non frenata concupiscentia adde hanc aulam id est Virginitatis vterum constructum fuisse præsentia, & operatione Spiritus sancti à quo omnis sanctificatio. Plura ad rem vide in fragmentis eiusdem libri in Doctissimo Salazar ex Breviario Eboracensi, & Romano Veneris excuso ad annum 1550.

98. Damian.

Nonus succedat S. Petrus Damianus, qui sermone de Assumptione B. Mariæ. Caro Virginitatis Maria ex Adam assumpta maculas Adæ non admisit, sed singularis continentia puritas in candorem lucis æterna conuersa est. Vbi hanc gratiam continentiam vocat, quia non solum fuit corporis sanctitas, sed principium etiam inuolabilis Virginitatis in sacratissima Virgine, ut vestigatione prior probauimus. Et sermone 3. de Natiuitate. Quid ergo vitij in Maria mente, vel corpore vendicare sibi potuit locum, qua ad instar cæli plenitudine totius Divinitatis

meruit esse sacrarium. At propter habitualement nihil vitij fuit in Maria sanctissima: ergo ratione illius sanctitatis vitium nullum potuit cadere in carnem, quæ nullas maculas ex Adamo trahebat.

99. Albert. Decimus fit B. Albertus Magnus qui sapissimè hanc puritatem, & munditiam corporalem inculcat ad Luc. cap. 12. in illa verba Beatus venter qui te portavit, hic vterus est coccus, sanctissima est caro B. Mariae Virginis, que nunquam admisit aliquid sanctitati contrarium, & primum fundatur in perfecta munditia carnis & consequenter in Spiritus sancti purificatione, & superveniet in te, iam rursus venerat, rursus venit, ibidem etiam vocat vterum Virginis, urnam auream splendore gratia capacem celestis panis. Quod cum non possit provenire à gratia habituali, necessario est ab altera gratia, & splendore corporeo. Legatur tractatus ille totus in quo multa affert quæ hanc sanctitatem confirmant.

100. Amedeus. Vndecimus est Amedeus Episcopus Laucanacensis qui hom. 3. de laudibus Virginis, tom. 13. Bibliothecæ novæ. Descendit in vterum Virginis, vterum impollutum, immaculatum, consecratum manu unctiois divinae. At vinctio significat sanctificationem propriam iuxta communem Patrum sententiam ad illud Psalm. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, & inferius explicans illud: beatus venter qui te portavit. Libet ipsum divinum agalma, ipsum pretiosissimum vas, item sanctissimum in quo Verbum Dei conceptum est apostrophando interrogare. Agalma vero significat imaginem ut notavit Dionysius Richelius ad c. 3. libri de cœlesti Hierarchia Dionysij Arcopagitæ quod notaverim ut sciatur corpus Virginis vocari Amedeo imaginem Dei propter hanc sanctitatem corpoream, quæ imago est, ut participans, & suo modo representans potentiam generativam Patris divini, ut ex superioribus est manifestum.

101. Chrysol. Duodecimus fit S. Chrysologus, qui ferm. 140. vnico sed emphatico termino expressit hanc sanctitatem. Neque auferat (Angelus) à Ioseph Virginem, sed reddat Christo, cui est in vtero pignorata cum fieret, olim ego ex hoc testimonio elicio: hanc Virginis conceptionem immaculatam, nunc etiam corporis sanctitatem elicio, significat enim Chrysologus sanctificatam fuisse carnem Deiparæ facræ, dum fieret, dignitate physica Maternali, & virtute illa supernaturali, quam astruimus, ut hæc veluti pignus esset itemque certissimum signum Incarnationis Dominicæ, quod aliis verbis scripsit Amedeus hom. 3. citata cum allusione ad illud Euangelij Ioan. 8. 27. Quem Pater signavit Deus ita breuiter ille quidem te creavit, signavit, & assignavit te sibi. Vbi tria, commemorat, creationem, signationem, & assignationem; signatio significat infusionem corporalis gratiæ, quam pignus vocabat Chrysologus: assignatio vero consecrationem, ordinationem, & prædestinationem extrinsecam secundum quam Virgo sanctissima electa est, ut fieret Dei genitrix, & illa Deus homo conceptus nasceretur, scio illud oppignorata siue pignorata aliter explicari ab Episcopo Pacensi, sed nostra explicatio, ut pote germana placuit doctis re-

centioribus, & illam amplectitur Salazar in Chrysologo sæculo 5.

102. Blefenfis. Decimus tertius fit grauiissimus Petrus Blefenfis, qui sanctitatem corpoream clarissimè docet sermone 44. his verbis. De massa carnis humanae, quæ de quadam vniuersitate frugem in modum detinet primitiua Mariae caro exempta, & sanctificata est, & de illa sanctissima carne adhuc dignior quadam particula electa est, quam sibi sumeret Verbum Dei. Hic non solum sanctificationem carnis, sed & finem ad quem fuit ordinata tradidit, scilicet ut sancta, & digna esset caro, cui vniendum erat Verbum diuinum.

103. Dionysius. Decimus quartus fit S. Dionysius Richelius Carthusianus, qui integrum librum primum, ex illis quos scripsit de laudibus, & præconijs Virginis consumit in explicanda sanctitate Virginæ carnis, ut ipse disertè testatur in prologo lib. 3. ex illis seligo nonnulla art. 13. At verò tam excellenti puritate venusta eras & extitit puellaris caro, ut eam supersplendenti Diuinitati vniri dignum esset. Et a. 14. Ex sanctitate carnis Mariæ beatissimæ deducit immunitatem à peccato originali, distinguens expressè vtramque sanctitatem corpoream, & habitualement, veluti si illa sit huius radix, & causa. Quoniam itaque tanta (ut nunc inductum est) sanctitas Mariam decuit, quæ fontem sanctitatis concepit, & protulit, ab originali culpa immunis esse debuit, præsertim cum decens appareat, ut hoc etiam honore, filius eam veneratus sit. Quibus verbis supponit carnis sanctitatem esse honorem Mariæ, cum dicat præseruationem à peccato originali esse etiam honorem; & infusionem gratiæ corporeæ esse simpliciter necessariam ad Verbi hominis generationem. Gratiam verò habitualement solum requirit, ut Virgo decenter sit sancta, id est non solum corpore, sed etiam spiritu. Integram ergo nostram sententiam tradidisse videtur. Et inferius ex illo 1. Corinth. c. 12. Quæ in bonestiora sunt corporis nostri maiorem gloriam circumdamus, &c. elicit hanc sanctitatem, & post multa quæ legas hæc scribit. Etenim si gratiam tollas non erit in quo ipsam à cæteris discernere queas, Porro ineffabili, incomparabili Deiformique fecunditate benedictus Virginis ornatus est (sic lego non veneratus) quippe eam edidit, qui ex æterni Patris mente profluxit. Pondera illud; si gratiam tollas utique Maternalem, hæc enim Mariam sanctissimam ab Angelis etiam discernit, habitualis omnibus iustis cõmunis in hoc, vel illo gradu. Et artic. 15. igitur si dignitatem carnis Mariæ serena acie contemplari festines animi in primis contemplare virtutes. Articulo tandem 22. ne integrum scribam librum probat Mariam Deiparam esse Thronum Dei meliori modo, quam Angeli, quam cœli, quam anima iusti, ratione vteri claudens Deum, & asserit vterum esse thronum hoc modo. Salue purissima Virginis sacra, cœlestis sponsi thalamus, Dei patris cubiculum, filij eius templum, Spiritus sancti sacrarium, Diuinitatis reclinatorium. Et mirum quidem esset ex sententia Richelii piissimi vterum hæc omnia factum, quin vlla dispositione peculiari, & corpori propria ornaretur, Deus (inquit Epiph. lib. 3. c. 18. Nihil voluit incomptum, & intempestiuum, at hæc ut patet non potuit esse gratia habitualis. Parco alijs

Decimus

104. Laure. it.

Decimus quintus fit S. Laurentius Iustinianus, qui sermone de Annuntiatione Virginis Horide hæc scripsit. Hinc est quod Virginem ipsam tan longo inbre spiritus irrorauit. Erat plane sicut à carnis colluione immunis, ita & omni labe peccati extranea. Vbi etiam notat Dionysius Carthusianus docere videtur ex sanctitate carnis colligendam animi puritatem.

105. Petr. Abbas.

Decimus sextus fit Petrus Abbas Cellensis qui lib. de panibus puritatem carnis Virginæ nobiliter, & ardentè tradit, præcipuè cap. 21. vbi hæc leguntur. Clibanus vterus est Virginis ignis gratia Spiritus sancti, panis incarnatio filij Dei. Oportuit nempe hunc prius clibanum non vili stemmate, neque modo consuetudinario fabricari, quatenus in plenitudine temporis, panis qui dat vitam mundo de Cælo descendens pro dignitate sua congruum inueniret locum, vbi posset carnem desumendum decoquere. Quid pulchrius? quid efficacius? Certè nihil.

106. Abbas Philippus.

Decimus septimus fit Abbas Philippus, qui lib. 1. in Cantica cap. 13. ita fatur. Quis autem vel inuenitur paratior, vel agilior redditur ad currendum, quam Virgo cuius caro à peccati est prorsus onere leuigata, tractaque lenigante Deo trahenti mirabiliter adunata.

107. Richard.

Decimus octauus fit Richardus de S. Laurentio, qui lib. 3. de laudibus Virginis p. 1. litt. M. hæc scribit. Nam sicut Christus portionem illius assumens in ea infirmatus est, vsquequaque sic, & caro Virginæ diuinum quid nobis ineffabile, & humanum excedens intellectum ex diuina omnipotentia mutauit. Quid clarius?

108. Idiota.

Decimus nonus fit Idiota Doctissimus, & piissimus vir, qui cap. 6. de laudibus Virginis lauaui hæc. Inuenisti gratiam apud Deum, o dulcissima Virgo Maria, gratiam, inquam, corporealem, quia fuisti vas innocentia purissimum sine macula, & labe, & Virginitatis primipila, sine corruptione fecunda. Non afferam alia illius verba, quia tametsi alijs auferant ad hanc confirmandam sententiam, loquitur sine dubio in illis de pulchritudine Virginis exteriori, quam vocat ipse gratiam corporealem estque Hispanimus valde visitatus.

109. Richardus.

Vigésimus rursus iam citatus Richardus de S. Laurentio antiquus & pius auctor cuius scripta hoc tempore plausu magno accipiuntur, qui hanc gratiam corpoream non solum cognouit, sed etiam mirificè extulit, lib. enim 1. de laudibus Virginis cap. ... ita loquitur. Quia enim Mater Dei effecta est, super omnem gratiam est, gratia etiam qua corpus cuius, & venter impletus omnibus gratijs hominum, & Angelorum sublimior est. Vbi de hac gratia corporali loquitur sine dubio, frigidum enim esset nomine gratiæ intelligere Verbum diuinum & asserere esse sublimiorem gratia hominum, & Angelorum, quia Verbum est Deus.

110. Gerebertus.

Vigésimus primus fit Gerebertus, qui sermone de Assumptione Virginis tomo 10 nouæ Bibliothecæ ita Virginem alloquitur. Tu tot muneribus sancta diuinis, tu tantis cœlestibus, muneribus compta, tu iam granditer gratia Dei es referta, ut per florem tui Virginalis vteri omnipotens Pater, &c. Vbi per virtutem qua Virgo sanctissima protulit germen & florem diuinum gratiam appellat: nostra autem sententia

est virtutem illam supernaturalem, qua Virgo genuit Christum Dominum esse hanc gratiam, & sanctitatem corpoream.

Vigésimus secundus fit Bernardinus Senensis, qui tomo 1. ferm. 61. a. 2. c. 1. significat sibi probatam hanc gratiam corpoream vteri, & carnis Virginæ ut idonea esset Mater Dei, ita enim hanc mentem exarat. Fuit beatissima Virgo signum magna gratiæ in incarnatione Filij Dei... & data signum enim operit, & claudit quod signatum est, sic B. Virgo in immaculato vtero suo ex dono gratiæ magna, & infinita clausit, & aperuit filium Dei pro nobis quando Verbum caro factum est. En dignitatem Marris physicam qua Virgo concipit, & peperit (hoc est enim clausit, & aperuit) Senensis vocat gratiam & magnam, & infinitam ritu Aquinatis, qui hanc dignitatem seruo docuit quodammodo esse infinitam.

SECTIO IV.

Sanctitas corpora Deipara vniuersis Ecclesiæ sæculis proclamata.

Omnia ætas, & vterque sexus Angeli, & homines sanctitatis carnis Virginæ fidem astruunt ut alicubi dixit Ambrosius, & non solum à recentioribus, sed à senioribus etiam Mariani corporis puritas accipit testimonium, id ut luculentius probem, sæcula Ecclesiæ ab illius exordio numero, distinguo, & sacra sydera, quæ in illis mihi feliciter præluxerunt ad meam cogitationem nitescere curo. Hinc fiet sanctitatem corpoream nunc non nasci, imo neque adolescere, ut quæ decem & sex sæcula vixerit, æternatura certè, quia in dies viuacior, illustrior, nitidior.

SÆCVLVM PRIMVM.

In hoc sæculo Princeps fit sanctus Iacobus Apóstolus, qui in Liturgia, quam ex Proclo Nestorij generoso Antagonista recepit, ut indubitatum sexta Synodus generalis, & Patres Græci, exceperunt, ita Mariam Augustam alloquitur. Tibi o plena gratia vniuersa creatura gratulatur, Angelorum cœtus, & hominum genus, qua est templum sanctificatum, paradysus spiritualis, Virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster, tuum enim vterum thronum fecit, & tuum ventrem latiorum, & ampliore ipsi cœlis reddidit. Tibi, o gloria plena, vniuersa creatura gratulatur, gloria tibi.

Secundus Andreas Apóstolus, qui iam moriturus omnimodam sanctitatem, & munditiam vteri Mariani testatur hac oratione. Sicut primus Adam formatus fuit ex terra, antequam fuisset maledicta, ita secundus formatus est ex terra Virginea nunquam maledicta. Quis vero neget immunditiam carnis ortam fuisse ex primo peccato, ex illoque concupiscentiæ maledictionem exortam. Hanc Virgineo vtero terræ de qua Deus terrenum corpus assumpsit Mariæ semper purissimæ negat beatus Andreas.

115. Canenti Cigno in crucis ara occinunt cantores Liturgiæ Iacobi minoris Apostoli, qui in Liturgia illius, ubi sacram Deiparam, & immaculatam cum vocet, illi respondent: Dignum est, ut te vere beatam dicamus Deiparam, semper beatam, & omnibus modis irreprehensam. Si autem caro Mariæ, ut communis caro ad malum, & peccatum inclinaret, malitiamque foueret, dubio procul nec sanctissima esset, nec immaculata. Concupiscentia enim, & fomes indignissimus, & immundus nævus, propterea in Christo Domino, qui mundissimus inuentus nunquam.

SECVLVM SECVNDVM.

116. Ignar. Nec filer Martyr Ignatius, qui in 1. epist. ad Ioan. Euangelistam, quæ probata Bernardo, Carthusiano, Marco Michaeli, & aliis non paucis scripsit: Et quidam notificauerunt Matrem Dei omnium gratiarum esse abundantem. At hæc sanctitas gratia est, & ubi veluti in oceano gratiarum omnium multitudo inuenitur singularis hæc gratia, & propria Virgini deesse non potuit ex sententia Ignatij.

117. Dionysius. Hoc sæculum Dionysius illustrat Ateopagita; ex illo referuntur non pauca ex quibus lux gratiæ corporeæ cap. 3. de diuinis nominibus, corpus Virginis vocat: Corpus quod dedit vita principium, & Deum suscepit. Quem tractatum, etsi breuem, Franciscus Turrianus hac paraphrasi illustrat: Quando ergo decebat, ut illud corpus Virginis, postquam habuit animum fuisse unquam mortuum peccato, si vita principium dedit illius, qui cum essemus mortui peccato, conuiuificauit nos, & post nonnulla: Dum Mater est eius, qui est omnis vita auctor, & vita ipsa, & supra vitam. Vbi certissimum est non commendari vitam naturalem, sed supernaturalem, quæ verè est vita. Vnde non obscure colligitur Ateopagitam sensisse corpus virgineum vtraque viuendum vita, & hac sanctitate corporea delibutum. Id quod hoc sæculo an. 150. asseruit Martyr Iustinus, qui q. 136. expresse affirmat Virginem non solum Maternitate corporali, sed etiam spiritali esse beatam, & sanctam his verbis, quibus Mariæ dignitatem, & auctoritatem tueretur (ostendit Iesus) quam Maternitate beatorum dici debeat Virgo: si enim qui Dei sermonem audit Christi frater, soror & mater est, & eius Mater habebat vtrumque, perspicuum est eius Matrem debuisse hac Maternitate beatam prædicari, nam Dei sermonem audire, & exequi virtutis est, animæque puræ, quæ tota ad Deum spectat, &c. Quasi diceret Iustinus primò beatam Virginem sanctam esse maternitate corporea, & sanctam etiam maternitate spiritali, quia sicut anima pura tota spectabat ad Deum, ita etiam & totum corpus purissimum, & sanctum, non terrenis rebus, sed diuinis tantum modo mancipatum. Nolebam hoc testimonium adducere, sed dum attente introspectio verba Iustini vtramque sanctitatem feliciter erudero... adduceret sanctitatis originalis assertor Irenæum, qui hoc sæculo viuix, sed in illius verbis nihil inuenio quod sanctitati corporeæ.

118. Taum. Floruit hoc sæculo sanctus Gregorius Taurinurgus cuius verba retuli sect. 2. inter Patres Atticos loco primo egregius corporeæ sanctitatis assertor. Deum Cyprianus, qui in Breuiario Ecclesiæ Parentinæ lect. 4. Marulinorum, imo & in officio Cœceptionis approbato à Sixto IV. asserit: Virginem iustissimam, & omni iustitia plenissimam. Sanctitas verò corporea suo modo est iustitia, & lib. de Cardinalibus Christi operibus docuit non sustinere iustitiam diuinam, quod beata Virgo, quæ ceteris naturam communicabat non culpam communibus lassaretur iniuriis, immunditia autem, & carnalis concupiscentia communis iniuria.

SECVLVM QVARTVM.

119. Athanaf. Ambr. Hieron. Micantibus syderibus nitebat hoc sæculum Athanasio, Ephremo, Ambrosio, Hieronymo sanctitatis corporeæ gloriosis assertoribus, quorum testimonia adduxi sect. 2. & 3. Coruscabat etiam Magno Basilio, quem dedi sect. 1.

SECVLVM QVINTVM.

120. Augutt. Chrysol. Leo. Habuit suam gloriam Augustinum Patrem, Proclum Episcopum Constantinopolitanum, & eloquentissimum Chryologum, verba adduxi sect. 2. & 3. Habuit etiam Leonem Pontificem Maximum, qui sermone 4. de Natiuitate docet Spiritum sanctum repleuisse vterum Virginis, sicut & replet aquam baptismalem, hoc est dedisse illi virtutem Christi generatiuam, quæ est sanctitas corporea; habuit etiam Basilium Seleuciensem, illum refero sect. 2.

SECVLVM SEXTVM.

121. Fulgent. Cretens. In hoc vixit sanctus Fulgentius, qui in sermone de duplici Christi natura affirmat Virginem habuisse plenitudinem gratiæ, ac proinde hanc gratiam corpoream. Vixit & Anastasius Synaita, qui lib. 2. Anagogicæ contemplationum, qui legendus, Matricem Virginis vocat incorruptam, & firmamentum sub sole diuinitatis. Vixit, etiam Andreas Cretensis Episcopus, qui in 1. hom. de dominatione Deiparæ docet clarissime hanc puritatem corpoream, & ait prima natura, id est Maternitate, quæ corporea est non solum Angelicam vincere puritatem, sed quia illa Maternitate generauit Deum, proximè accedere ad opificem omnium creaturarum, & aliquibus interpositis, sic clamat: O sancta & sanctis sanctior, & omnis sanctitatis sanctissime thesaure. Qui omnem asserit gratiam corpoream non potuit excludere. Vixit & Eusebius Emisenus, qui sermone de Natiuitate ad auroram ait. Vbi (id est in Virgine omnium aromatum, hoc est gratiarum fumus redolet ibi factoris indicium esse non potest) quid verò fetidius, quàm corporis immunditia, corporis concupiscentia. Huc vocandi Patres qui affirmant carnem virgineam odores suauissimos exhalare, & Eutyechianus, qui li. de penitentia Theophili docet: Mariam esse sanctam animam, & corpore.

SECVLVM SEPTIMVM.

122. Hysichius oratione 2. de sancta Maria ait. Hysich. Virgi

Virginem sanctissimam audaciam serpentis contriisse, illamque non attigisse fumum concupiscentiæ, nec vermem culpæ. Ac si clarius diceret audaciam dæmonis, quæ maculam intulit peccatrici carni Virginem totaliter fregisse, in illaque nunquam fuisse concupiscentiæ fumum, nec vomitem, aut vermem peccati, qui effectus sunt à gratia, & sanctitate carnis. Eligius Nouiomenis, qui an. 640. hom. 2. de purificatione ait: Virginem sanctissimam non iudicandam unquam immundam, quia totius munditiæ, & sanctitatis auctorem genuisse comprobatur. Mira hoc sæculo S. Illesonfus Hispanus, qui de hac sanctitate mira, illa dedi sect. 3. §. 6.

SECVLVM OCTAVVM.

123. Sexta Syn. Germ. Hoc sæculo celebrata fuit sexta Synodus, ubi actione 18. non solum anima, sed etiam corpus virgineum pronunciantur sancta, & immaculata; ibi etiam act. 8. corpus, & anima præpurata, id est sancta dicuntur. Floruit etiam Germanus Patriarcha Hierosolymitanus & D. Damascenus vtriusque puritatis virgineæ fidelissimus assertor, quorum testimonia lect. 3. celebrat etiam Concilium Francofordiense, & septima Synodus, ubi sanctitas corporea in Virgine asserta, ut constat ex sect. 1. Quæ imitatus est Alcuinus lib. 3. de sanctissima Trinitate cap. 14.

SECVLVM NONVM.

124. Idiota. Theophan. Felicissimum natiuitate illius piissimi, & doctissimi viri, qui propter summam humilitatem vocari voluit Idiota, sententia Ferreoli Locrij, in Maria augusta, cuius clarissimum testimonium attuli sect. 2. in principio. Vixit in illo Haimo Halberstatensis, qui aliquid contulit in hanc virtutem, sicut & Theophanes Nýssenus. Hic hom. de Annuntiatione.

SECVLVM DECIMVM.

125. Leo. Maiestate imperiali, & non vulgari doctrina illustrat Leo Philosophus Imperator sapientissimus, & in orat. de Deipara, quæ asseruatur in Bibliotheca Sforciana hæc ait: Audisti verè d filia commotionem, & oblita es populi tui, & sortis, & domus paternæ sortis videlicet illius, quam Ena progenitrix toti generi humano distribuit, in finis illo affectuum, passionum, & animi perturbationem cumulo hereditario relicto. At nihil horum tu in domum tuam intulisti. Maternitas Deiparæ, ut sanctitas hæc excludit, Imperatoris iudicio: inde illud emphaticum TV. quæ purissima, quæ Mater Dei.

SECVLVM VNDECIMVM.

126. Damian. Anselm. Fulget purpura Romana, Petrus Damianus in hoc sæculo, qui felicissimo ausu scripsit identitatem carnis Marianæ, cum carne Christi Domini, alia illius verba continet §. Nonus succedat, in sect. 3. quibus astruitur gratia corporea. Rutilat etiam S. Ansel. grauiissimum testimonium illius, clauditur etiam sect. 3.

SECVLVM DVODECIMVM.

127. Bern. In hoc sæculo montes distillauerunt dulcedinem, & colles lacte, & melle, nitidè fuerunt ex Oriente S. Bernardo, quem asserentem gra-

tiam corpoream sectione tertia laudauit, Petrus etiam Blesensis, qui doctè, & perspicue illam tradit; hos imitatus est Arnulphus Lexouienfis, qui de Natiuitate Domini hæc canit: Numinis aduentu est sanctificata caro. Præclare Bernardinus Senensis, & Amedeus ex Monacho Cisterciensi, Episcopus Lausanensis, & Odo Cameracensis.

SECVLVM DECIMVM TERTIVM.

128. Thom. Bonauent. Albert. Tertas lampades illustrant Phebeæ Thomas Aquinas, & Bonauentura, radiisque lucentibus hanc gratiam corpoream annuntiant solo Mariano sydera addita. Vide illorum fulgores sect. 3. sed hic etiam attente Magnum Albert. huic virtuti fauentem impense, lucet & Philippus Abbas.

SECVLVM DECIMVM QVARTVM.

129. Tauler. Angelus carnem Marianam diuina charitate compactam Angelico sermone annuntiat S. Brigittæ. Audit Taulerus, & in publica concione de purificatione hæc profert: Virgo manens perpetua ornata omni puritate, hoc præuenit sapientia aterna, nolens electissimum templum suum aliqua labe aspergi. Ex sententia ergo Domini cani D. sancta fuit Deipara corpore, & anima. Id etiam clare scripsit Mairon doctor illuminatus, quem laudo sect. 5.

SECVLVM DECIMVM QVINTVM.

130. Laurent. Richel. Floret, & nitet S. Laurentio Iustiniano, cuius verba retulimus sect. 3. paulo ante finem. Docuit sanctitatem corpoream Dionysius Richelius Monachus Carthusianus integro libro, & beatissimæ Virginis carnem variis modis sanctam, & puram acriter tueretur, idque deuotissimus V. M. repetit lib. de vita solitaria cap. 7. Baprista Mantuanus qui lib. 2. Partheniæ etiam ante animationem docet carnem Virginis sanctificatam.

Ante tener sacra factus, quam videret alio. Conceptus, ne prima novos exordia pullis Induerent maculis, mens ne syncera, nitensque Communem inbiberet labem, ne pigra liquore, Pectora latheo fierent, quæ lactea magno Pabula, & amplexus fuerant: lactura Tonanti Semine confusas sordes, & virus inustum Dissociat, felici anima mox imbuat artus.

Docuit id etiam Marcus Antonius Sabellicus lib. 1. exemplorum cap. 8. qui de corpore Virginis: Opporuit sane omni esse incorruptionis immunè corpus, nullaque labe contactum. Sed immunditia carnis labe est, & corruptio corporis humani, & aliquid non inuenusta ratione attulit ad sanctitatem corpoream, qua Virgo non computatur, cum illis qui sunt de mundo, Ambros. Catharin. Senensis in cap. 1. Epistolæ ad Roman.

SECVLVM DECIMVM SEXTVM.

131. Vida. Erasim. Hoc sæculo castissimè moritur Hieronymus Vida Vates clarissimus, & in Hymno Magnæ Matri Mariæ Virgini sanctitatem describit corpoream. Explicat, & defendit illustrissimus Cardinalis Tolerus, cuius testimonium lect. 5. recenseo. Et Erasimus Roterodamus in hoc pius auctor licet semper de fide suspectus in Peane hæc

hec Virgini scribit: Tu felix illa plantula de Iese radice sublimata, nihil tamen inde generalium sordium trahens. Tu sacratissimi pacifici Regis templum tam magnificum, ut in eo Rex Olympij praesideret, tam sacrum, ut nulla unquam peccati labe fuerit prophanatum.

SECVLVM DECIMVMSEPTIMVM.

132. Multi in hoc saeculo Virginis sanctitatem corpoream defendunt. Profero sequenti sect. ne repetantur. Debeo hanc saeculorum feriem Iodoco Cocco, Ferreolo Locrio, piissimo Granado, & illustrissimo Salazar, quam ego ab an. 1617. excogitaram, & in aduersariis habeo. Ponderationes autem solus indidit Virginis purissimae amor; ad sanctitatem enim corpoream Virginis probandam praerulxit nullus, ut niam praerulerent multi, non esset inuidia.

133. Ex his clarissime constat gratiam corpoream in sacra Deipara ita esse vulgarem omnibus Ecclesiae saeculis, ut nullum praeterierit, in quo non fuerint, vel multi, vel aliqui Patrum, qui eam tradiderint, tametsi non ita expresse, ac a nobis asseritur, & ut ingenue dicam quod serrio, plures ex illis quos adduximus, non ita clare exprimunt puritatem conceptionis immaculatae, & referuntur ad piam confirmandam sententiam, si clarius sanctitatem carnis virginiae proferunt ut consideranti fiet euentissimum, cur illorum testimonia, quae expendimus, non confirmabunt hanc gratiam corpoream: liber a passionibus animus hanc etiam Virginis sanctissimae liberam puritatem videbit laetus, amplectetur securus.

134. Dices aliquos Patres vocasse carnem Virginis carnem peccati, aut carnem obnoxiam peccato, quae loquutio significat corpus illius non esse sanctum. Respondeo carnem Virginis posse considerari dupliciter, aut secundum generalem carnis humanae rationem, & secundum ea, quae haberet ex Adami propagatione, aut secundum propriam, & peculiarem rationem, secundum quam est singularis in Virgine sanctissima: si priori modo consideretur procul dubio potest appellari caro peccati, quia quantum est ex vi propagationis generalis ex Adamo, nisi praeventa fuisset sanctitate, esset caro peccati; posteriori vero modo, id est secundum singularitatem, quae in Virgine reperitur, & prout est Mater Dei nulla ratione est caro peccati. Sancti ergo Patres, qui carnem virginiam vocant carnem peccati priori modo, non posteriori loquuntur. Lege Granad. contr. 2. de gestis mirabilibus Christi, qui est liber de conceptione Virginis tract. 1. disput. 3. sect. 14. §. 3. lege & Salazarium, in p. hanc dicit.

135. Dices secundo, haec omnia tela ex Patrum armamentario deprompta infringi facile posse, si dicatur aut sanctitatem hanc, illam esse quae deriuatur a gratia habituali in corpus, aut significare solum destinationem, aut consecrationem corporis ad generationem Christi Domini, sed non difficiliter respondeo sanctorum Patrum verba, & testimonia significare hanc sanctitatem esse singularem in Virgine, illique infusam fuisse, ut generaret Deum hominem. Vnde euidenter constat non esse illam sanctitatem, quae cum inhaereat solum animae ratio-

nali, denominat totum compositum hominis, & consequenter carnem, si enim hoc verum esset omnes iusti haberent hanc gratiam, & generarent Deum, aut possent; cum omnes habeant gratiam habitualem. Deinde cur Patres exaggerant hanc puritatem, aut munditiam corpoream, si illa est tam generalis: quam ergo excellentiam peculiarem in Virgine sanctissima inuenirent: deinde illa distinctio, aut consecratio, ut dicit actum diuinum extrinseca est Virgini, & nihil posituum producit in Virgine; ut destinatio vasis alicuius ad sacra mysteria; quod si talis est naturae (& hoc est verissimum) quod aliquid in Virgine produxerit ut terminum, hos nos Patres sequuti appellemus sanctitatem, & puritatem corpoream.

136. Dices tertio, & forsitan cum maiori fundamento, voces omnes quas supra praemisimus, & Patrum loquutiones significare solum Virginis puritatem, quantum attinet ad integritatem corpoream, & virginitatem, ac proinde nihil efficere ad probandam sanctitatem corpoream; id autem solum significare constat clare ex ipso Patrum contextu, & orationis filo: occurro non nego Patres aliquos hoc modo intelligi posse, & eorum testimonia eleuari videri; sumendo integritatem, aut puritatem carnis aequiuoce, sed quocumque modo explicentur nostram exprimunt sententiam, existimamus enim ab hac sanctitate corporea ita fixam esse virginitatis virtutem in purissima Virgine, ut illa stante etiam potentia absoluta violari non possit, sacra enim Deipara, formaliter, ut Deipara est, semper erit clausa Principi. Lege necessario quae late differuimus de corporali virginitate sacrae Deiparae vestigat. 1. disp. 5. sect. 6. & 5. praecipue sect. 6. §. infero tertio, vbi singulariter, & noniter explicuimus illud Ezechielis 44. Porta haec clausa erit.

SECTIO V.

Gratia corporea in sacra Deipara auctoritate Scholasticorum probatur.

137. POST auctoritatem sacrae Scripturae, Conciliorum, Ecclesiae vniuersalis, & Patrum valida est Scholasticorum auctoritas. Probemus igitur sanctitatem corpoream in sacra Deipara etiam Theologis esse plausibilem. Quod ut validius fiat aduertendum est necessario hanc sanctitatem non constitui a nobis distinctam a physica dignitate Matris Dei, vnde, qui asserunt dignitatem Matris Christi Domini oppositionem dicere cum peccato, & hanc dignitatem esse corpoream, consequenter docent hanc gratiam corpoream existere in beatissima Virgine, & illi esse propriissimam, sicut propriissimum est Mariae esse Deigenitricem.

138. Inter Theologos primum locum occupat Angelicus Doctor; secundum sanctus Cardinalis Bonaventura, vtriusque testimonia adduximus, & expendimus in hac disp. sect. 3. recognoscenda ibi.

139. Tertius ergo sit Iacobus de Valentia Episcopus Christopolitanus summus Theologus, qui ut attingimus disp. praec. sect. 3. non semel hanc

hanc sanctitatem corpoream astruit asserens iuxta magis receptam Doctorum sententiam carnem Virginis sanctificatam fuisse in vtero ante animationem. Inter multa vero, quae reperit, illustrissimum est hoc testimonium: In ventre Matris fuit sanctificata illa caro antequam animata ut (pende haec) pro maiori parte tenent Doctores, quae quidem sanctificatio non oportuit quod fieret per gratiam sanctificantem, & gratificantem (videlicet habitualement) quia illa caro manata non est capax gratiae, sed fuit facta per virtutem mundatam Spiritus sancti, & dixerat prius: Sic sanctissima anima non potuit contaminari, nec culpam originalem habere, quia illa caro antea fuit mundata, quam animata, & ideo non potuit animam inficere. En Iacobus sanctitatem, & munditiam corporis distinguit a sanctitate animae, & hoc iuxta communem opinionem Doctorum sui temporis.

140. Robert. Quartus sit Robertus Holchor Dominicanus, qui lect. 160. in cap. 13. libri Sapientiae haec protulit: Anima fuit infusa in corpus Virginis purgatum, & emundatum ab omni qualitate inordinata, quam contraxerat ratione propagationis seminalis. Purgatio vero, & emundatio non fit sine sanctitate. Sensit ergo Robertus in corpore virgineo fuisse sanctitatem, & munditiam corpoream.

141. Maironi. Quintus sit Franciscus Maironius, quem merito Doctorem illuminatum appellant omnes, qui in 3. dist. 3. q. 1. art. 5. sanctificationem corporis, & animae in Virgine perspicue distinguit, & plura asserit, quae nostras propositiones confirmant his verbis disputans, vbi beata Maria Virgo fuerit sanctificata? respondet. Dicendum quod in Matris vtero, & in quatuor membris principalibus, siue partibus. Primo in corpore, vel in carne, ne unquam veniale, vel originale contraheret, eo quod peccatum est causaliter in carne, de carne enim venit inclinatio morbida, & fomes peccati.

142. Tolat. Sextus sit illustrissimus Cardinalis Toletus, qui annotatione 97. in cap. 1. Lucae, ad illud Spiritus sanctus superueniet in te, explicatissime, & magna quidem consideratione tradit hanc sanctitatem corpoream, & affirmat hanc doctrinam esse perfectam, & legitimam illius verbi, superueniet in te intelligentiam: Primo igitur (ait) superuenietur promittitur, quantum ad Spiritus sancti donorum, & gratiarum abundantiam, & copiam singularem; quamvis enim tunc, quando Angelus ei loquebatur, & antea esset sanctissima, & donis Spiritus sancti refertissima, ut diximus in explicatione illius (gratia plena) tamen superuenit in eam Spiritus sanctus post annuntiationem abundantissime, ut eam disponderet, ac perficeret, ut digna prorsus esset quae Filium Dei conciperet, & sanctificaret illud corpus, de cuius substantia caro Christi vnienda Verbo Dei erat formanda, de qua sanctificatione corporis, & animae, est illud quod Ecclesia canit (Attende) Omnipotens Deus, qui gloriose Virginis Mariae corpus, & animam, ut dignum Filij tui habitaculum effici mereretur Spiritu sancto cooperante preparasti. Eandem magnificat Gregorius Nyssenus oratione de Christi natiuitate, sic dicens. In caeteris omnibus vix anima pura Spiritus sancti praesentiam capit, hic vero corpus Spiritus san-

Greg. Nyss.

cti receptaculum fit. De hac superuentione hunc locum interpretatur Athanasius sermone de Deipara, & comparat eam superuentioni Apostolis factae, quamuis multo copiosior sit ea, quae Virgini facta fuit, quod intellige de animae sanctificatione; nam beatissima Virgo accepit eam, quae est corporis, ut diximus, quae Apostolis non fuit concessa, de qua Augustin. lib. qq. noui, & veteris testamenti cap. 49. inquit Spiritus sanctus purificauit, quod de Virgine in corpus Saluatoris profecit, & concludit: Sancta ergo & anima, & corpore beata Virgo effecta est. Haec Cardinalis Societatis gloria, vnde quaque doctissimus, qui clare distinguit vtramque sanctitatem corporis & animae in sacra Deipara, illamque ex professo auctoritate Athanasij, Nysseni, & Augustini, quam doctrinam sequentibus etiam annotationibus reperit, ut viri docti iam viderunt.

143. Suarez. Septimus sit eruditissimus Franciscus Suarez, qui tom. 1. in 3. disp. 9. sect. 2. in fine §. ad secundum. Comparans conceptionem Verbi diuini hominis cum vnione hypostatica affirmat Virginem non fuisse ita formaliter sanctificatam, & deificatam per hanc conceptionem, sicut humanitas Christi per vnionem hypostaticam, sentit ergo in carne Virginis fuisse sanctificationem corpoream, licet non ita perfectam sicut vnio hypostatica.

144. Granado. Octauus sit sapientissimus, & piissimus Granado, qui nostram difficultatem ex professo tractans licet neget, & merito carnem Virginis posse proprie, & formaliter sanctificari, explicans sanctitatem quam in carne Virginis tradiderunt Valentia, & Holchor, quos ipse citat contr. 2. de gestis mirabilibus Christi tract. 1. disp. 3. sect. 2. §. 3. num. 40. illam defendit, & concludit dicens: Proprie hanc causam, ac in hoc sensu dici potest, & debet caro Mariae omnino pura, etiam ante creationem animae rationalis, & ideo Sophronius Patriarcha in epist. quae legitur in sexta Synodo, actione 11. dixit Mariam liberatam fuisse ab omni contagio (sive ut alij legunt) ab omni labe corporis. Idque repetit sect. 21. vbi n. 234. absolute asserit carnem Virginis a primo instanti fuisse sanctam & purissimam.

145. Vasq. Nonus sit Gabriel Vasquez qui lib. 1. de adoratione, disput. 8. cap. 2. num. 99. & 100. dist. 8. affirmat dignitatem Matris significare, licet non ita perfecte, ut gratia habitualis sanctificat: illius verba: Tum etiam; quia gratia sanctificationis etiam est ordinis ipsius Dei, cum faciat nos esse consortes diuinae naturae, imo magis coniunctos, & caros, quam sola corporalis Maternitas. Parum autem refert, quod ipsa Maternitas ex quadam congruentia postulet gratia excellentiam, nunc enim solum contendimus ipsam Maternitatem ratione sui tantum non facere hominem ita carum, & Deo coniunctum, sicut facit gratia, & sanctitas anima.

146. Ragusa. Decimus sit Ragusa, quatenus 2. tom. in 3. p. pag. 333. docet Virginem sanctissimam ex vi Maternitatis esse bonam (id est sanctam) & posse adorari adoratione hyperduliae, sanctitas vero ita est ratio formalis adorationis, ut cineres sanctorum solum possint adorari ratione sanctitatis, quae reperta fuit in sanctis, quorum cineres sunt, ut docet Vasquez de adoratione, quamuis

Athan.

August.

143

Suarez.

144

Granado.

145

Vasq.

146

Ragusa.

Vasq.



quantis asserat Aureolus rationem adorationis esse dependentiam quam ab illis habemus, vt colligitur ex iis quæ tradit 3. distinct. 3. quæst. vnica de adoratione.

147.  
Ripal.

Vndecimus sit Ripalda qui 3. dist. 4. q. 6. ex illis, quas ibi excitat, in sinuat dignitatem Deiparæ esse formam sanctificantem, & 2. tomo de ente supernaturali tradit dignitatem Matris Dei excellentius sanctificare, quam gratiam habitualem. Nullus verò dicit dignitatem Deigenitricis esse gratiam spiritualem.

148.  
Hurtado.

Duodecimus sit Petrus Hurtado qui 3. part. disp. 27. sect. 6. subsect. 5. num. 130. hæc ait: *Quod confirmari potest ex Maternitate Dei, quam minor vno est cum Deo, quam hypostatica, & tamen ingentem habet oppositionem cum peccato. Illud autem, quod ingentem habet oppositionem cum peccato, non potest non esse forma sanctificans.*

149.  
Oña.

Decimus tertius sit illustrissimus, & reuerendissimus Magister Petrus de Oña, Episcopus Caietanus qui in lib. illo aureo, quem Hispano sermone edidit de quatuor nouissimis tr. illo, vbi disputat, cur sine peccato mortua Virgo tractans Historiam Sansonis, qui fauim mellis, quem ex suffocato, & laniato leone detulit Matri suæ, probat Christum Dominum Matri Mariæ purissimæ carnem sine peccato merito referuasse. Sentiebat ergo doctus Antistes ex nostro ordine assumptus insignis Complutensis Theologus carnem Virginis sine peccato esse, atque adeo sanctificatam.

150.  
Cerde.

Decimus quartus sit eruditissimus Ioseph de la Cerda Episcopus Almeriensis qui lib. de Verbo incarnato Academia 16. sect. 4. à n. 38. semel, & iterum serio, & ex professo virtutem generandi supernaturalem in Virgine vocat gratiam, & sanctitatem corpoream, illamque astruit ex Patribus num. 42. & 44. verba retuli disp. præcedenti, sect. 3.

151.  
Ægidid.

Decimus quintus sit sapientissimus Ægidius Lusitanus qui lib. 3. de Conceptione, q. 11. 2. 4. §. 2. dum confutaret sententiam Caietani de Conceptione Virginis cap. 2. & 3. in propria Virginis persona admittentis debitum, & illud ita explicans, vt sit initium maculæ originalis, seu potius ipsa macula iniuncta: quia ortum habet ex infectione carnis, quæ est initium maculæ num. 17. ita scribit contra Caietanum: *In persona Virginis sicut non est admittenda originalis macula, ita etiam nec in ea admittenda est vlla labes peccati, fœditas, aut immunditia, sed ab omni parte nata est.* Et n. 21. concludit immunditiam quam in Virgine fatetur Caietanus non posse per gratiam habitualem mundari, siquidem gratia hæc formaliter non emundat nisi culpam, quæ est in anima; imo formaliter non est mundatua nisi immunditiæ spiritualis, quæ non in corpore, sed in anima reperitur. Ecce affirmat præseruatam Virginem ab omni macula, & labæ etiam corporea, & cum neget hoc fieri potuisse per gratiam sanctificantem spiritualem, quæ non est in corpore, necessariò concedit gratiam corpoream, & munditiam existentem in carne.

152.  
Aloisius.

Decimus sextus sit Aloisius Nouarinus, qui vmbæ virginæ lib. 4. excursu 10. num. 149. hæc habet: *quædam & odorem effluerit virginæ*

*caro, qua Spiritus sancti virtutem, gratiamque, vel in corpore recepit, ex odore corporis virginæ, vt & Richelius carnis sanctitatem olfacit.*

153.  
Celada.

Decimus septimus sit Ioannes de Celada, qui Commentariis in librum Iudic. tract. appendice de Iudic à num. 7. & 9. carnem Virginis, & sanctam docet, & non solum non habuisse fomitem peccati, sed etiam ornatam fuisse fomite, & inclinatione ad virtutem, & in huius confirmationem adducit, illud Dionysij Carthusiani opusculo de vita solitaria, art. 7. enimvero quanta ei decebat carnis munditia, cuius erat portio superpulchræ diuinitati, aut deitati hypostaticè vnienda.

154.  
Biuerus.

Decimus octauus sit Petrus Biuerus, qui dissertatione 1. de sacris priuilegiis Mariæ, pag. 15. n. 11. explicans illa verba Damiani sect. 3. de M. Natiuitate: *O singulariter nobilis caro beatissima Virginis, in qua muliebris natura mutatur, humana conditio non tenetur, ita scribit: Singulariter nobilis est, quæ cum humana sit quasi diuina nascitur caro, Verbum caro factum est, carnemque ipsam diuina filiatione cohonestauit Filia Dei carnem ipsam, quam induit adoptione gratia, quam accepit a Deo nobilitauit.* Doctè. Docuimus enim vi sanctitatis huius Mariam sanctissimam singulariter esse Dei Patris filiam, & filij matrem, verba superiora sunt Damiani.

155.  
Laurenti.

Decimus nonus sit Laurentius de Aponte, qui annotat. 22. in c. 1. Matthæi, n. 3. hæc scribit: *Intelligatur quam pura, quam sancta, quam nitens sit (caro virginis) vt si verissima caro filia Adami, & Eua, tamen sit concepta, & generata, vt purissimos redoleret odores, Angelicales qualitates, ne insolentius aliquid dicamus, scilicet quod prope diuinas.* Et inferius asserit fuisse diuinissimas, & num. 4. ait carnem Mariæ sanctissimæ esse deificatam, & corpulentam substantiam adorandam propter sanctitatem.

156.  
Michael.

Vigésimus sit Michael de Bononia hætenus vocatus incognitus, qui 3. dist. 3. q. vnica in fine asserit purgatam esse materiam ex qua formata est caro Virginis sanctissimæ ante animationem.

157.  
Christoph.

Vigésimus primus sit Christophorus Syluestrinus, qui in 3. d. 3. lect. 5. asserit Virginem sanctissimam fuisse sanctificatam duplici sanctificatione. Altera in anima ab instanti suæ conceptionis. Altera in carne, vel in corpore ante animationem.

Vigésimus secundus sit Paulus Nazarius, qui cum asserit Christum Dominum fuisse sanctum à primo suæ conceptionis instanti sanctitate corporis propria quæ attenditur penes munditiam, & immunitatem à fomite tomo 2. in 3. part. quæst. 17. art. 13. contr. vnica, pag. 348. colum. 1. in principio, pag. 140. colum. 1. asserit hæc immunitatem & munditiam à fomite quæ sanctitas est propria carni, solum fuisse in sacra Deipara post Christi Domini conceptionem.

Vigésimus tertius sit Ioannes Perlinus, qui apologia pro asserenda Virgine diua à debito contrahendi peccatum originale dist. 11. cap. 7. §. Ratiocinationis num. 5. pag. 629. vbi expresse affirmat corpus Virginis fuisse etiam sanctitatis augustissimum receptaculum; quam distinguit à sanctitate spiritali, & attrahit illam ex mente

mente Hispensi & pag. 630. columna 1. paulo ante num. ita scribit, satis enim erat animum duntaxat muniri gratia, oportebat etiam carnem vestiri cælesti bono, quoniam Deus carne indutus etiam illam habiturus. Claudat agmen hoc Angelicus Doctor Aquinas, qui cum ex sententia Nazarij Dominicani doctissimi asserit immunitatem à fomite esse sanctitatem propriam carni vt paulò superius Paulus declarauit, & asseruerit hanc immunitatem in Virgine fuisse post conceptionem filij, negare non potest hanc sanctitatem & munditiam corpoream.

158.

Vltimò sanctitatem hanc in Virgine, vt à nobis explicatur, valde esse probabilem, & sententiam illam asserentem, piam, & doctam pronuntiarunt Recentiores sanctissimi quibus præluxerunt florentissimæ Academiæ Salmanticensis, Complutensis, Hispalensis, & Granatensis, quas ego consului, & illius Doctores plausu magno subscripserunt, & præcipue in Salmantino Gymnasio, illustrissima Collegia sancti Francisci, Societatis Iesu, Carmelitarum excalceatorum, Clericorum minorum regularium, Guadalupensium ex ordine diui Hieronymi, sanctissimæ veræ crucis ex ordine Redemptorum, sancti Vincentij ex ordine Benedictino, & ex Augustiniana, & Cisterciensi familia. Reuerendissimus Angelus Manrique Antecessor proprius Primarius, cuius laus etiam extra Hispaniam; & Doctissimus Magister Bernardinus Rodriguez Cathedræ vespertinæ præfectus in Vniuersitate, quibus suorum ordinum subscribunt Salmanticenses Magistri. Doctus verò Araujo Magister etiam Dominicanus, & Academiæ Primarius, qui in sanctum Thomam eruditissima edidit commentaria, seridè asserunt hanc sententiam nihil habere periculi, tamen illa noua, & difficilis videatur, sed nouitatem sæcula septemdecim excludunt; difficultatem hæc & sequentes disputationes elucidant, & elucidabit planius subsequens dissertatio. Plaudunt verò Martini, Gordubæ. Hispani, Granatæ supra viginti, & sex qualificatores Tribunalis supremi sanctæ Inquisitionis, & aliorum Hispaniæ. Omni igitur auctoritate probatur sanctitas corporea in sacra Deipara.

## SECTIO VI.

*Corporea sanctitas in sacra Deipara stabilitur rationibus.*

159.

Gratia corporalis in sacra Deigenitricis carne optimis fundamentis ex ratione petitis non potest destitui. Probat ergo primo argumento desumpto ex repetita Anselmi doctrina, qua lib. de Conceptione Virginis, & de peccato originali cap. 18. ab illis verbis: *Sed quia decebat, vt illius hominis (Christi) Conceptio de Matre purissima fieret, nempe decens erat, vt ea puritate, quam maior sub Deo nequit intelligi Virgo illa niteret.* Si in carne beatissimæ Virginis sanctitas, & puritas non esset ab habituali, & intellectuali gratia distincta sequeretur plane Mariæ candidissimæ puritatem non

esse maiorem, quæ sub Deo potest intelligi, consequens est contra Anselmum, quem omnes nullo dempto sequuntur: ergo in sacra Deipara sanctitas est corporea à gratia habituali distincta, consequutio est legitima, & minor notissima, sequela verò pertuaderetur, quia si Virgo sanctissima hac gratia careret, & produceret Deus, vt potest sua extra ordinaria potentia feminam aliam, quæ generaret Deum hominem, illique infunderet hanc gratiam corpoream, quam ostendimus efficaciter esse possibilem, procul dubio maiorem haberet puritatem, quam habet Virgo sanctissima; si gratia corporali expolietur: ergo hac gratia sublata puritas Mariana non est maior, quæ sub Deo potest intelligi, ornatur igitur de facto caro virginea corporea gratia sanctificante, cum facili ratione constet priorem, & immaculationem futuram, si vtramque puritatem haberet, quam si solum puritate non corporali esset ornata. Qui etiam puritatem immunem ab omni macula in anima Virginis sanctissimæ desiderarent, vt sit digni filij dignissima Mater, hanc puritatem corpoream merito desiderarent, & iure Maternitatis exigenter, & sicut corpus Christi erat purissimum, purissimum etiam corpus virgineum. Confirmatur ex Dionysio Richelio, qui lib. 1. de præconijs Virginis art. 37. ita dicitur: *Pronidit nempe Pater æternus, ut fallor, præparauitque vnigenito suo conuenientem, proportionatamque genitricem, vt speciosissimam illius, dulcissimamque vultum, non vniquam nisi pulcherrima oscularetur puella, Materque mundissima.* Vbi Carthusianus pulcherrimo filio exoptat merito pulcherrimam matrem, & infanti mundissimo mundissimam puellam, vel ad Deum hominem exosculandum. Cum ergo arctior fuerit nexus in vtero, & strictior, quam ille quo beatissima Virgo animam Christi Domini ebibeat, & infans mundissimus spiritum Matris ore hauriebat, puritas carnis in Virgine fuit necessaria, vt sicut caro Christi Domini purissima erat, & est ex vi vnionis hypostaticæ, Mariæ etiam caro in hac puritate esset illi genitrici proportionata: sanctificareturque Maternali gratia corporea, quæ ex ratiocinatione Richelii erumpit fortiter, & suauiter.

160.

Probatur secundò ratione, quam attingit Leo Pontifex Maximus serm. 1. de Natiuitate Domini illis verbis, Virgo regia Davidicæ stirpis eligitur, quæ sacro grauidanda fœtu, diuinam humanamque prolem prius conciperet mente, quam corpore, vnde sic argumentor, vt beatissima Virgo diuinam prolem mente conciperet, spiritualiterque generaret diuinam prolem necessarium fuit simpliciter, quod illius animam sanctificaretur gratia habituali; ergo vt corpore conciperet, & generaret Deum hominem, necessaria fuit omnino gratia corporea: antecedens est certum, quia illa generatio cum sit spiritualis necessariò petit ex propria natura, & secundum legem ordinariam, quod procedat à gratia habituali, & charitate, quæ suo modo sunt radix, & immediatum principium supernaturalis generationis, quod non solum reperitur in Virgine Matre, sed in omnibus iustis, qui secundum verbum Domini generant Christum, consequentia verò probatur à paritate rationis

tionis, quæ nullo modo videtur posse discrimi-  
nari, vno enim illa quæ à maternitate spiritali  
cum sit solum per affectum, & non per reale  
identitatem supponit sanctitatem spirita-  
lem, vt anima per illam apra reddatur ad gene-  
randum Deum spiritaliter, at vno quæ sequi-  
tur ad corporalem generationem, est realis, &  
physica, vt late probauimus vestigatione supe-  
riori, disput. 24. Cur ergo purificanda anima  
ad generationem inferiorem, non vero corpus,  
& caro ad vnionem, & generationem excel-  
lentissimam. Dulces querimonias prætende-  
ret corpus virginicum, iniuriamque sibi illatam  
putaret quod ipsum relinqueretur in sepul-  
chro anima Virginis caelos ascendente ( vt pie  
quidam Patres considerant ) ministrauerat enim  
materiam corpori Saluatoris, illudque forma-  
uerat, & in se corpulenta substantia receperat,  
quod animæ concessum non est, ideoque me-  
rito corpus Virginis transfertur ad superos.  
Dulces etiam excitaret querelas; si anima san-  
ctificata, illud non sanctificaretur, quod phy-  
sice realiter, & per identitatem miro modo fuit  
vnitum corpori Christi Domini, vt grauitur, &  
acurè ponderabat Damianus, quem ibi retuli-  
mus. Rectè Yuo Carnotensis Episcopus serm.  
de Annuntiatione: *Sola meruit eligi de cuius  
immaculato corpore corpus immaculatum sibi ap-  
taret, qui ante tempora predestinatus est Filius  
Dei in virtute.*

Carnot.

161.  
Abbas.

Probatur tertio non inueniunt congruentia  
quam insinuat Abbas Guarricus, qui serm. de  
Annuntiatione, vel locum ipsum in quo con-  
ceptum est humane Verbum diuinum obser-  
uat esse sanctitatem his verbis: *Pulcherrimè sa-  
ne, & vigilantissime non solum mysteria (Incarn-  
nationis) sed mysteriorum præsentia dispensatio  
preordinavit diuina, vt locus in quo terra germi-  
nauit Saluatoris germen insitum, & flos de radi-  
ce Iesse ascendit Nazareis, id est sanctitas, ger-  
men, flos, virgultum vocaretur, videlicet vt nego-  
tium loco, locus negotio consona voce consisteret,  
pariterque & nomen loci rem generandam pro-  
nuntiauit, vt res gesta causam nominis indicaret.*  
Venuste, & argutè sine dubio, & vnde inferatur  
statim; ergo corpus Virginis sanctissimæ cor-  
poralem habuit gratiam, corporalem sanctitu-  
dinem, & ab omni immunditia Nazaream se-  
parationem. Probo consequentiam, quia vel  
ipsa ciuitas in qua concipitur Verbum caro,  
sanctitas est, florida est, etiam si sit Verbo ho-  
mini, & illius generationi locus intrinsecus,  
idque vigilantissime à Deo, & pulcherrime  
prouisum; locus ergo intrinsecus (vt ita dicam)  
& qui immediato contactu artigit corpus  
Christi, scilicet vterus Virginis sanctus, & flo-  
ridus est. Deus enim, vt canit Ecclesia, Virgi-  
nem creauit prouidè, atque vt rectè dixit Ben-  
zonius *Eua facta est de latere Adami dormientis  
Maria de corde Dei vigilantis.*

Benzon.

162.  
Anselm.

Probatur quarto; sanctitas corporea Deiparæ,  
ratione qua diuus Anselmus apud Bachonem  
4. d. 3. quæst. 2. probat Virginem purissimam  
fuisse sine peccato originali conceptam, quam  
ad hanc formam reduco. Caro Virginis potuit  
fieri sancta ordinabiliter, & acceptabiliter ad  
generandam Christi Domini carnem: ergo de  
facto ita fuit sanctificata; antecedens constat

ex disputatione præcedenti, in qua ostende-  
mus hunc modum sanctificationis esse possi-  
bilem. Consequentiam probat Anselmus, quia  
vt speciali priuilegio voluit Deus tunc san-  
ctum corpus virginicum, & factum est, aut no-  
luit, & hoc esset irrationabile, quia ordinari ad  
concupiendum sanctum sanctorum, & non esse  
sanctum ordinabiliter, & acceptabiliter inclu-  
deret contradictionem; sequeretur enim & esse  
sanctum, & non esse sanctum, esse aptum, & non  
esse aptum, sanctum quia à Deo ordinatum est  
ad sanctiss. effectum, non sanctum quia non  
habet sanctitatem, quæ requiritur ad proprias  
functiones exercendas in ordine ad finem ad  
quem destinatur. Vbi aduerte rectè addidisse  
Anselmum, & illum sequutum Bachonem il-  
lam particulam acceptabiliter, vt innueret san-  
ctitatem intrinsecam, quæ affert secum accep-  
tabilitatem, & congruitatem ad dilectionem  
diuinam, & non dixisse solum ordinabiliter,  
quia ordinabilitas non affert secum Dei amo-  
rem, vt constat in illis quæ ad diuina mysteria,  
& ministeria consecrantur, quæ quia capacia  
sanctitatis intrinsecæ non sunt, solum extrin-  
seca destinatione, seu benedictione consecran-  
tur, caro autem Mariæ sanctissimæ capax san-  
ctitatis intrinsecæ, licet non habitualis, non  
solum extrinsecè benedicatur & sanctificatur,  
sed intrinsecè, & oppigneratur, & sanctificatur.  
Confirmatur, quia vt ex diuo Dionysio, & aliis  
tradidimus superiori vestigatione, disp. vltima,  
§. Quoad primam. Ad omne inconueniens in  
Deo sequitur impossibile, & ad omne conue-  
niens cui maior ratio non repugnat, sequitur  
necessarium, sed nulla ratione repugnat cor-  
porea sanctitas Virginis: ergo ex sententia  
Dionysij hæc gratia in Virgine est necessaria;  
ergo de facto producta.

163.  
Maironi.

Probatur quinto, nostra sententia congruen-  
tia, qua vtitur Franciscus Maironius 3. d. 3.  
quæst. 2. Contingere potuit, vel absoluta po-  
tentia carnem Virginis, & præparatam, & san-  
ctificatam fuisse hac gratia corporea; vt pro-  
portionearetur mundissimo corpori, & carni  
Saluatoris nostri concipiendæ, de facto igitur  
hanc habuit sanctitatem corpoream. Antece-  
dens supponitur ex dictis, consequentiam pro-  
bat D. illuminatus, quia agens beneuolum circa  
effectum sibi gratum nihil omittit de contin-  
gentibus; sed Deus est agens beneuolum, &  
puritas carnis & corporis illius mundities in  
beatissima Virgine fuerunt illi maximè gratæ,  
& præterea sunt contingentes, id est possibile,  
ergo illas Deus non omittit, sed beneuolus  
produxit in carne, & corpore Virginis. Conse-  
quentia est clara, & minor videtur certissima;  
dilexit enim Deus decorem domus suæ, at Vir-  
ginis sanctissimæ caro domus Dei fuit, & de-  
cor id est sanctitas appellatur à Chryippo  
laudibus Mariæ his verbis: *Ipsè Pater sibi ipsi  
desponsabat, Spiritus sanctus coëfficit ea quæ ad  
desponsationem pertinent, & filius ipsum templi  
sui decorem assumet.*

Chrypp.

Probatur sexto ratione Argentinæ 3. dist.  
3. quæst. 1. art. 1. quæ fundatur in omnipoten-  
tia diuina, quæ impotentia excusationem in  
rebus, quæ ad ipsum maxime attinent nun-  
quam præterere possit, quas si non fecerit sibi  
pro

164.  
Argent.

Odo.

165.

pro inconuenienti poterunt imputari, at om-  
nipotens Deus sine inconuenienti villo, & cum  
maxima decentia propriam, & naturalem Ma-  
trem suam potuit ita creare impollutam, & im-  
maculatam, vt caro etiam illius sanctificaretur  
& omnia in illa essent puritas, sanctitas, gloria,  
excusationem igitur de impotentia non habet.  
Ad rem Odo Episcop. Cameracensis in opus-  
culis: *Igitur gloriosus sexus, gloriosus vterus, glo-  
riosa viscera, gloriosum totum, quod gratia plenum.*

Tandem sanctitas corporea in Virgine bea-  
tissima ratione generali monstratur ex singula-  
ri Dei prouidentia circa personas illas, quas  
ordinat in aliquam dignitatem, præter com-  
munem legem; solet enim eas aliqua pecu-  
liari luce increatum lumen perfundere, quod  
priuilegium negandum nulla ratione videtur  
Virginis carni, quæ præter communem, imo  
& supra communem rerum ordinem omnium  
destinata fuit, vt ex ea Verbum carnem assu-  
meret, & hominis Dei caro non solum congluti-  
naretur illi, sed etiam concarnaretur, & conui-  
sceretur, vt loquitur Terrullianus lib. de carne  
Christi, cap. 20. ne ergo videretur extranea  
caro Virginis à Christi carne debuisset necessariò  
sanctitate perfundi, & corporea puritate san-  
ctificari; non enim rectè cohereret caro ma-  
culata, & impura, & caro immaculata & puris-  
sima, aut afferenda ratio, quæ suadeat hanc in-  
fusionem gratiæ in corpore Mariano non esse  
possibilem. Antecedens huius discursus est  
generalis doctrina, & ostenditur clarè in Bap-  
tista Ioanne, qui ex eo perfunditur singulari  
gratia, in vtero Matris sanctificatur, & lætabun-  
dus Deum carnem factum cognoscit, quia fu-  
turus illius Præcurfor. In Euangelista, prophe-  
ta & Apostolo, qui ex eo quod illi commit-  
tenda custodia sacræ Deiparæ, gloriosæ Christi  
transfigurationi interfuit in monte, & quod  
maxime considerandum in Gabriele Archangelo  
qui præseruatus à peccato Angelorum, &  
singulari gratia præuentus, quia futurus Incarn-  
tionis Paranympus, vt considerauit Magnus  
Basilius oratione de Christi generatione, in  
corpore ergo virgineo quod ad infinitam di-  
gnitatem destinatur, & in cuius visceribus ex  
illius carne formandum fuit, & formatum cor-  
pus, quod assumpsit Verbum, peculiaris hæc  
gratia sine dubio inuenitur.

166.  
Odo.

Nec video quid momenti contra illum obi-  
ici possit, illud enim quod docuit Odo Ca-  
meracensis de peccato originali cap. 1. nullum  
peccatum esse in corpore, sed solum in spiritu  
rationali: vim nullam habet; constat enim  
concupiscentiam dici peccatum, quæ nunc ex  
peccato est, & ad peccatum inclinatur, & præ-  
terea esse sordidam, & immundam. Sordes igitur  
& immunditie essent in Maria, & propter  
fines alios hæc gratia corporalis in illius car-  
neme merito inducitur. Quod verò sumitur ex  
Hurtado, quem in principio disputationis  
præcludimus, & deducitur ex eo quod corpus  
Virginis in sepulchro non fuerit sanctum,  
quia nullas potuerit exercere operationes,  
quod ad sanctitatem requiritur, inerte omni-  
no est, & hoc mortuo, si aliquid valeret, præ-  
baretur corpus Christi Domini in triduo non  
esse sanctum, non ergo necessario in quocun-

Hurtado.

que statu sit subiectum illius gratia corporea  
est principium, aut radix operationum, aut effe-  
ctuum, ita vt actualiter illos producat; in fan-  
tibus baptizatis infunduntur gratia, fides, spes,  
charitas, & tamen in illis actualiter non sunt  
principium operationum, licet id habeant in  
actu primo. Nec efficacius est mortuum, quod  
ex negatione amicitia in hac sanctitate confi-  
deratur; iam enim diximus sufficere, quod  
hæc sanctitas corporea sit radix, vel moralis,  
vel physica amicitia supernaturalis, & quod  
iuxta suam naturam petat esse in persona, seu  
supposito rationali, quod absolute loquendo  
est capax amicitia, & operationis diuinæ. Si  
quid autem sese obtulerit quod difficultatem  
vllam habeat diluendum disp. seq.

APPENDIX ADDITA.

167.  
Bern.

Augustinus Bernal de Incarnatione disp. 17.  
affirmat ex Basilio Magno sanctitatem, quæ  
in materiam Virginis ab anima prouenerat  
sanctissima idoneam illam reddidisse, vt Ver-  
bo coniungeretur, & ita idoneam, vt moralis  
illa dispositio pro physica diuturna substitue-  
retur. Deinde asserit corpus Virginis eximia  
sanctitate ab anima deriuata totum infusum,  
& perfusum. Et tandem affirmat duplicem cor-  
poris, & animæ præparationem per singularem  
sanctitatem præstitam fuisse physicè quidem  
in anima, moraliter autem in corpore.

168.

Sed primò non video vnde colligat sancti-  
tatem corporis esse moralem cum vnico verbo  
dicat Ecclesia Spiritum sanctum Mariæ cor-  
pus, & animam præparasse. Secundò non vi-  
deo quomodo sanctitate illa morali dicatur  
caro compacta, & conglutinata à Basilio; hoc  
enim significat necessariò aliquid physicum,  
Tertio cum illa denominatio sit extrinseca, &  
non forma corpori inhærens, non video quo-  
modo illa possit corpus præparare, vt in se re-  
cipiat diuinitatem. Quarto non assequor, quo-  
modo illa sanctitas moralis sit eximia, aut di-  
catur deriuata, non enim deriuatur sanctitas,  
sed denominatio solum à sanctitate existentè  
in anima, si autem vere, & non solum deno-  
minatiuè deriuatur, iam erit sanctitas physica,  
quod nos ostendimus.

169.  
Lorca.

Tandem sanctitas moralis solum inaudita  
est, vt notauit contra Vasquez, Lorca 3. parte,  
disputatione 36. & Augustinus non rectè sol-  
uit obiectiones Cisterciensis; non primam,  
quia licet Scotus, & qui affirmant iustificatio-  
nem compleri fauore extrinseco, & condona-  
tione supponunt gratiam, quam non possunt  
non affirmare esse physicam sanctitatem; aliàs  
calore etiam infuso, aut alia qualitate posset  
Deus constituere filios adoptiuos. Non secun-  
dam, quia si non constituitur iustificatio sine  
physica mutatione in subiecto, quod sanctifi-  
catur necessariò in corpore Virginis erit aliqua  
physica mutatio, & non solum moralis sancti-  
tas. Non tertiam, quia licet moralis sanctifi-  
catio non distinguatur à morali denominatio-  
ne sancti, & hæc includat physicam formam,  
aut quali formam in Christi humanitate; iam  
hæc forma supponitur illi vnita, moralis au-  
tem hæc sanctitas non dicit vnionem intrinse-  
cam, nec forma à qua prouenit, nempe gra-  
tia

tia habitualis illi inhæret. Quartam rationem Lorca non iudico efficacem.

170.

Et contra Augustinum argumentor, quia ex illius sententia sequitur omnia iustorum corpora præparata esse ab Spiritu sancto ad Christi Domini generationem, quia omnes habent gratiam habitualemente à qua deriuabatur sanctitas in corpore. Dices illam præparationem natam ex Dei voluntate. Sed contra, quia voluntas, & decretum Dei est extrinsecum corpori, Deinde quia sola voluntate diuina non potest mutari substantia gratiæ, si ergo illa secundum se non affert illam sanctitatem moralem, quæ fuit in Virgine, necessum fuit illi addere aliquid ratione cuius illam sanctitatem eximiam deriuaret. Merito ergo Turrianus, opusculo 6. de Gratia, disputatione 10. dub. 3. refugit concedere humanitatem Christi solum sanctificari à Deitate, sanctitate morali, quod tamen concedit Vasquez contra quem disputat Lorca.



DISPUTATIO IV.

Vtrum dignitas sacre Deiparæ sit forma corporea à sua natura sanctificans.

171.

ANTE est gloria sacre Deiparæ, vt licet euulgetur semper, semper maneat occulta; habitat enim vt filius caliginosam lucem. Inde Ioannes Geometra hymno 2. Salue consilium occultum, sophia genitoris. Te cuncta ora canunt abdita sacra, pia. Cænant sæcula Mariæ purissimæ sanctitatem, & gloriam, sed cum omnis gloria filiæ Regis ab intus, in dies semper depromendæ laudes, quod Mater Dei mesito extiterit, nunquam exhaurietur Oceanus, & gratiarum abyssus. Corpoream sanctitatem illius antiquam satis, nouiter illustrauimus. Nunc disputandum restat, an dignitas sacre Deiparæ sit sanctitas corporea: nomine autem dignitatis non intelligo æstimationem moralem, sed physicam, in qua moralis æstimabilitas fundatur; seu clarius loquendo virtutem illam supernaturalem, qua eleuata fuit Maria sanctissima vt substantialiter generaret Deum & hominem, quam tota vestigatione præcedenti explicauimus. Et quidem dignitatem Marianam, prout claudit omnia, quæ illi, vel suo iure debentur esse sanctitatem negabit nullus. Matri enim Dei debetur plenitudo gratiarum, quarum capax est, & cum inter has suum locum obtineat gratia habitualis, Virgini candidissimæ non potuit deesse quæ suo modo deriuaretur in corpus, & totum subiectum, integramque humanitatem denominet. Id verò nunc dubitamus, an dignitas Maternitatis sumpta præcisè ab aliis donis supernaturalibus sit verè sanctitas, & gratia, quæ peculiariè residet in Virgine, & consequenter an sit sanctitas, quam disp. præced. pro vitibus asseruimus sub Ecclesiæ iudicio.

SECTIO PRIMA.

Dignitas maternalis est forma sanctificans.

Hanc assertionem solum negabunt, qui existimant dignitatem Deigenitricis, vt plurimum dicere physicam relationem ad Deum hominem genitum, sed amplectuntur illam necessariò quicumque affirmant in sacra Deipara sanctitatem corpoream, quæ si recte explicetur nihil aliud esse potest, quàm forma illa supernaturalis, & ordinis hypostatici, quæ data est illi, & infusa vt esset Mater hominis Dei, vnde pro illa merito referri possunt Concilia, Patres, consensus Ecclesiæ, & Scholastici omnes, quos iam allegauimus, eamque expresserunt Ripalda, Vasquez, Hurtado, Granado, & Cerdensis Antistes, & quicumque existimant ex dignitate Matris Dei provenisse, vt Maria sanctissima in primo suæ conceptionis instanti originalem labe non esset infecta. Ex antiquioribus illam clarissimè docuit Franciscus Maiorinus 3. d. 3. quæ est 1. art. 5. dum ait: Virginem sanctificatam fuisse in potentia generatiua per supernaturalem virtutem, quam dedit illi Spiritus S. ad generationem Christi, Verba illius. Secundo (fuit sanctificata) in anima vegetatiua, quia in prima sanctificatione Spiritus sanctus Virgini contulit virtutem generatiuam Christi. Tertio in anima inuelligiua, quia exiit supernaturaliter illuminata. Quarto in voluntate, quia exiit charitate inflammata, & gratia, quæ sunt in voluntate subiectiue. Nunc vidi Doctorem, qui paucis his verbis dilucide quatuor, aut quinque ex nostris propositionibus facile scripsit, & veluti notissimas non ex professo probaret. Patribus quos retuli addiderim nunc Leonem Imperatorem piissimum, qui sermone de Annuntiatione Mariæ, hæc scripsit: Maledictum figmentum Dei depascibat, sed retro actus est conatus mali (id est demonis, sine peccati) idque vi, & obiectu benedictæ. Ac si clarius diceret fugatum originale peccatum vi maternalis dignitatis existentis in benedicta inter omnes mulieres, peccatum autem à gratia & sanctitate fugatur. Recognosce præcedentem disputationem.

Rationibus nostra conclusio probatur Prima desumitur ex diffinitione sanctitatis quam tradidit Dionysius Areopagita lib. de diuinis nominibus cap. 12. Sanctitas quidem est, vt secundum nos dicatur ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino incontaminata munditiis. Quam declarauimus supra, disput. 2. sect. 1. & explicuit optime diuus Thomas ibi Angelico ingenio; Dionysium enim pendens hæc scribit: In quibus verbis tres gradus munditiæ designantur, quæ ad sanctitatem requiruntur. Quartum prima est libertas ab omni immunditia, libertas autem seruituti opponitur, seruus autem immunditiæ exiit, qui totaliter ab immunditia vincitur, & ei subicitur. Primus ergo gradus munditiæ est, vt aliquis ab aliqua immunditia seruitute liberetur. Secundus etiam gradus est, vt sit munditia perfecta; perfectum autem est, cum nihil deest.

172.

Ripalda. Vasq. Hurtado. Granado. Mair. Cerdens.

173. Arcop. Thom.

Contm

174.

Contingit autem quandoque quod aliquis immunditiæ quidem non subiceat, deest tamen sibi aliquid ad munditiam in quantum passionibus immunditiæ inquietatur, quæ cum tolluntur, fit perfecta munditia. Tertius gradus munditiæ est, vt sit omnino immaculata. Maculare enim dicitur, quod non ab intrinseco, sed ab extrinseco impugnetur; est ergo immaculata munditia, cum non solum in se ipse auquis puritatem habet, sed etiam nihil est exterius, quod cum ad immunditiam trahere possit. Hactenus Angelicus Doctor; ex cuius doctrina sic argumentor. Illa forma sanctificans proprie loquendo, quæ est perfecta, & incontaminata munditiæ liberans ab omni immunditia subiectum in quo reperitur, sed virtus supernaturalis in sacra Deipara ad generandum hominem Deum esse perfecta, & incontaminata munditiæ perfecteque liberans Mariam sanctissimam ab omni seruitute, & immunditia: ergo dignitas Maternalis, & virtus illa supernaturalis est perfecta, & proprie forma sanctificans, discursus est euidens. Maior ipsa sanctitatis definitio, quam admittunt omnes Theologi; Minor vero explicata est disputationibus præcedentibus, & clarissime constat, quia ratione Maternitatis Dei genitrix libera est ab omni seruitute Diabolica, mundissima, & incontaminata est ab omni peccato, & ita immaculata, vt ab extrinseco maculari non potuerit vlla nequitia, nec passionibus inquietari, aut vitiis oppugnari, cum virtute illius fomes in Virgine non solum fuerit ligatus, sed etiam extinctus, vt infra ostendemus. Quæ omnia, & iam constat, & constabunt amplius ex dicendis in hac vestigatione.

Dices hæc omnia inueniri in Maria sanctissima, non ratione Maternitatis præcipue, seu præcisè, sed vt includit alias formas, & auxilia extrinseca, quæ petunt, iure Maternitatis, atque adeo illam vt sic non esse formam sanctificantem. Sed contra, quia tamen potest animæ, & appetitus sensitiuus, non habeant rectitudinem à gratia, sed ab aliis formis, non sequitur illam non esse in iustis primam rectitudinem supernaturalem, cui veluti, vt radici; & principio illæ perfectiones debeantur; & præterea mirabile est, quod dignitas Maternalis in corpore residens suo iure expulset animi munditiam, & sanctitatem, vt iam omnes fatentur, & quod ipsa in se non sit munditia libera, & perfecta libertas, sicut mirabile esset omnino, quod inter attributa diuina esset sanctitas actualis petita à diuina natura, & quod illa non inueniretur sanctitas veluti habitualis, & per modum actus primi identificata cum ipsa natura, & illi essentialis.

175.

Secundo probatur. Dignitas Maternalis sumpta præcisè constituit Mariam sanctissimam obiectum congruum dilectioni diuinæ, imò hæc est illi debita. Est ergo proprie, & formaliter forma sanctificans. Consequentia probatur, quia non alia ratione ostendunt Theologi gratiam habitualemente esse formam sanctificantem, nisi quia reddit animam congruam, & dispositam vt diligatur à Deo; & hoc inferunt ex eo quod sit participatio diu-

næ naturæ. Antecedens ostenditur, tum quia dignitas illa est effectus supernaturalis, actionis qui primo, & per se, & non ratione alterius perfectionis terminatur ad illam. Et præterea, quia Deus Mariam sanctissimam tenetur diligere, vt tenetur etiam supposita gratiæ habitualis infusione, supernaturaliter, & amore amicitie diligere iustos, tum etiam, quia vt tradit Dionysius Richelius, lib. 1. de præconiis Virginis art. 34. oportuit virginem sanctissimam ornari omnibus gratiis. Dilectio autem terminata ad dignitatem Maternalem amor est, & gratia est. Nempe sicut Christi humanitatem propter eius personalem cum Deo vnionem deicit omni perfectione naturæ, & gratiæ in termino excellentiæ præfulgere; ita ipsius genitricis personam post vnigeniti sui humanitatem oportebat in omnibus sic ornari, quoniam post hypostaticam cum Deo coniunctionem, non est alia tam vicina, vt vnio Matris Dei cum filio suo.

Richelius.

176.

Ex quo tertio argumentor. Summa coniunctio cum Deo non potest non esse forma sanctificans: Sed dignitas Maternalis est summa coniunctio cum Deo post vnionem hypostaticam: est igitur forma sanctificans. Consequentia est clara, & maior constat in gratia habituali, in visione beatifica, & in vnione hypostatica. Minorem vero late probauimus vestigatione superiori disputatione 24. vbi ostendimus Maternalem dignitatem esse summam coniunctionem cum Deo post vnionem hypostaticam, afferreque secum necessario substantialem vnionem inter personam beatissimæ Mariæ, & personam diuinam, quod in gratia, & visione beatifica non reperitur. Explicatur amplius illa minor, quia coniunctio per Maternitatem, & filiationem à Deo ita est stricta, vt nullo modo Deus possit Virginem à se separare, cum tamen separari possit, & de facto separaretur à iustis, & sanctis interueniente peccato. Quam veritatem expressit Bernardinus Senensis lib. de flammis flamma prima. Nota quod si omnes creatura Angelica, & humana colligerent suum velle in vna voluntate non haberent tantam vnionem cum Deo, quantam habet beatissima Maria sola, quia hoc ipsum suum consentire, & velle efficit ipsam fieri Matrem Dei, in tantum, quod Deus non possit ipsam separare à se. Quid clarius. Confirmatur, quia Deus etiam absoluta potentia non potest odisse Mariam sanctissimam, vt exornatur dignitate Dei genitricis etiam specificatiue, qui honorare, & diligere parentes filiis præcepit, & cum voluntas diuina non possit esse indeterminata circa virginem sanctissimam, vt habet Maternitatem proculdubio peculiari dilectione illam amabit. Deum verò non posse se habere indifferenter circa creaturas productas, licet possent circa possibles, tradunt Theologi cum sancto Thoma 1. p. quæst. 1.

Senensis.

S. Thom

177.

Quartò probatur assertio: implicat formalem participationem diuinæ naturæ vt reperitur in Patre non esse formam sanctificantem; ergo dignitas Dei genitricis physice

ficè sumpta est forma sanctificans, consequentia probatur, quia vt latè tractauimus vestigatione superiori, disputatione 7. virtus supernaturalis, qua Virgo sancta fuit eleuata, & potens facta, vt generaret hominem Deum est formalis participatio diuinæ naturæ, vt reperitur in Patre. Et antecedens probatur, quia ex hoc principio ostendunt Theologi 1. 2. quæst. 110. gratiam habitualemente esse formam sanctificantem, & ex eodem deducitur id etiam conuenire in visionem beatificam, & in vnionem hypostaticam.

## SECTIO II.

*Ex singulari filiatione, & adoratione sacra Deipara, illius dignitas est forma sanctificans.*

178. **F**ilia Dei sancta Dei genitrix, sed non solum, vt filij iusti, & filia animæ sanctæ singulari enim elogio apud Patres, Patris æterni filia appellatur, & non sine grandi ingenio, & dignitate grandi, granditer etiam Gregorius Nazianzenus in Tragedia de Christo patiente ita canebat ex Virginis persona.

*Simul atque nata sum, Patris tui vt arbitror,  
Ex mente summa, me mens nutrit Pater  
Non inter illos quos colunt homines lares  
Sed me sacrata Mater adi destinat.*

Vbi allusio proculdubio ad illud quod de sapientia genita Ecclesiastic. caput. 24. *Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* Nec inferiori calamo si non plectro Laurentius Iustinianus, sermone de Purificatione. *Sibi namque in sponsam elegerat ( Spiritus sanctus ) sapientia in Matrem, in suam interuentricem mundus, Angeli in donnam, & æternus Pater in filiam.* Tradit (& posset ex Augustino, & Bernardo) Simon de Cassia lib. 2. de Beata Virgine, cap. 1. & merito quidem, ne Pater æternus qui filium genuit cui communicauit propriam naturam, tamen non potentiam ad generandum alterum filium, sine filia esset, cui singularissimo modo non substantialiter ( id impossibile ) sed accidentaliter, & per perfectionem creaturam suam inderet naturam & vim generatiuam ad gignendum Deum; & ne sterilis esset in gignenda filia, qui alios parere facit, sed natam haberet, quæ in humana effigie paternam similitudinem impressam afferret; id probauimus vestigatione superiori, disputatione 7. sectione 1. & 3. vbi notauimus §. Id vero difficile, & sequentibus Tripliciter Patrem æternum suam per generationem posse communicare naturam. Primo generando personam, quæ vere & substantialiter sit Deus, & vere Verbum, & filius, & hoc modo communicat Pater æternus suam substantiam secundæ sanctissimæ Trinitatis personæ. Secundo accidentaliter, ita vt in subiecto cui diuina natura comunicatur videatur participatiue tantum diuina substan-

tia, sine fœcunditate tamen ad generationem substantialem, vt reperitur in omnibus iustis, qui consortes sint diuinæ naturæ vereque filij. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.* Ioannes 1. cap. 3. Epistola tertia potest intelligi communicari diuina natura secundum illam rationem, quæ per proprietatem characteristicam inuenitur in Patre diuino, & communicari non potest aliis personis diuinis. Natura autem diuina vt in Patre dicitur fœcunditatem ad generationem filij, atque adeo habet vim potentia generatiuæ, vnde illa persona, cui communicaretur diuina natura secundum hanc fœcunditatis rationem vere esset filius, aut filia non naturaliter, & substantialiter sed per quandam singularissimam adoptionem, qua cæteri iusti nõ dicuntur Filij, & illius personæ singulariter Pater æternus diceretur, & esset Pater, non quia ipse solus generaret, aut regeneraret illam personam ( hoc enim efficienter est à tota Trinitate, opus enim ad extra ) sed quia proprietatis characteristicæ Patris, & illius natura illi personæ iam constituta in suo esse completo, & substantiali communicaretur, vnde prima persona sanctissimæ Trinitatis per appropriationem diceretur Pater illius.

Ex his notabimus ibidem oriri triplicem filiationem, primam æternam, qua secunda persona Trinitatis constituitur filius. Secundam temporalem qua filij Dei iusti, & sancti dicuntur, & sunt. Tertiam temporariam etiam, secundum quam persona humana respicit singulariter Patrem æternum, cuius naturæ, & potentia recipit participium, & similitudinem, ac proinde fœcunditatem ad generandum substantialiter Deum, & hac tertia filiatione asseruimus filiam æterni Patris esse beatissimam Virginem singularissimo modo, & in hac rerum serie, nec Angelis nec hominibus communicabili. Vnde etiam intulimus propter hanc filiationem virginem sanctissimam dici in scriptura sacra Verbi sororem, quia sicut Verbum à Patre accepit fœcunditatem ad producendum Spiritum sanctum, ita beatissima Virgo accepit fœcunditatem à Patre ad generandum substantialiter Deum, & hominem, & consequenter singularissimo modo est Patris æterni filia.

Ex quibus omnibus, quæ necessario recollenda fuerunt, ita procedo. Illa forma per quam beatissima Virgo peculiari, & inusitato modo constituitur Filia Patris æterni, illiusque communicat naturam, non potest non esse forma sanctificans; sed dignitas Maternalis talis est forma, vt per illam participet Virgo suauissima Patris æterni naturam & constituatur filia adoptiua excellentissimo modo, est ergo proprie loquendo forma sanctificans. Discursus est legitimus, & minor satis est explicata: maior vero in superioribus est tractata, & est generalis omnium doctrina, qui ex diuina filiatione in iustis colligunt sanctitatem eorum.

Hinc infero virginem sanctissimam esse Patris æterni vnigenitam filiam, sicut Verbum esse vnigenitum filium docet fides Catholica,

Ioan.

179.

180.

181.

non quod substantialis sit filia, sed quod singularissimo modo, quo filia est sacra Deipara nullus iustus sit aut futurus sit filius, cum nulli communicaturus sit Deus fœcunditatem ad generandum Filium diuinum; habuit, & habet Christus Dominus multos fratres, qui patris æterni filij fœcundi sunt gratia habituali, ideoque primogenitus in multis fratribus, at Virgo sacrata in hac sanctitate, gratia Verbi diuini soror propter fœcunditatem, sed inter puras creaturas vnica, & vnigenita coram Patre suo. Hæc omnis illius gloria, sed ab intus quidem, habet hæc filiatio suas difficultates, sed illas explicuimus disputatione illa 7. prioris vestigationis, quæ necessario videnda, & hæc sit quinta ratio pro nostra assertione.

182. **S**extò probatur assertio. Sacra Deipara propter dignitatem suam est adorabilis adoratione hyperdulæ; ergo dignitas Maternalis proprie loquendo est forma sanctificans. Antecedens solum negant hæretici, sed id docet catholica fides, & diffinitum est septima synodo actione 4. 6. & 7. & in Tridentino sessione 25. in decreto de reliquiis & veneratione sanctorum. Consequentiam vt probem suppono quod licet adoratio generaliter sumatur, & ita significet honorem ciuilibus etiam Principibus exhibitum, & sic prophana sit vox, iam recepta est ad significandum sacrum cultum, qui Deo optimo maximo, beatissimæ Virgini, & sanctis tribuitur propter excellentiam sanctitatis, quæ in illis reperitur. Vnde Henricus quodlibet 10. q. 6. in principio, & Paludanus in signis Thomista adorationem, seu adorare ita diffiniunt. *Adorare est in id quod est reuerendum, laudandum, honorandum, & glorificandum propter eminentiam suæ sanctitatis, & virtutis, totam spem atque fiduciam subiciendam se illi proicere.* Quam definitionem asserit, nec reicit Gabriel Vazquez lib. 1. de Adoratione disp. 1. cap. 1. Et in illa necessario est aduertendum adorationem non solum dicere subiectionem internam, aut externam (de quo modo non disputo, etsi existimem saluari optime posse in summisione interna sine signis exterioribus) sed necessario supponere in re quæ adoratur præter sanctitatem, facultatem, & potentiam ad benefaciendum, non quod largitio boni sit ratio formalis adorationis, sed quia ille qui nulla ratione potest benefacere adoranti, nullam videtur habere excellentiam, vt bene norauit Vazquez citatus, quod adeo verum est, vt Aureolus asseruerit 3. d. 9. q. vnica rationem formalem adorationis esse dependentiam quam ab adorato habet adorans in beneficiis ab illo recipiendis.

Henric.  
Paludan.

Vazquez.

Aureolus.

184.

Damascen.

S. Thom.

qui 1. 2. quæst. 102. art. 3. ad 8. affirmat holocaustum offerri Deo, propter summam maiestatem, & excellentiam quam in se habet; hostiam vero pacificam, quia supremum benefactor est. Hostiam vero pro peccato offerri, quia saluator est. Et confirmatur vterius, quia Theologi dum disputant de adoratione Virginis distinguunt dignitatem à sanctitate, & ab vtraque rationem dominij quod ex dignitate Matris procedens reperitur in sacra Deipara. Vnde sit non solum sanctitatem esse rationem formalem cultus sacri.

184. **R**espondeo sanctitatem in Deo esse formalem rationem adorationis per se, cæteras vero perfectiones, quæ adorantur in illo id habere propter rationem sanctitatis quæ inuenitur in illis, aut esse fundamentum spei, & fiducia, quam vt dicebant Henricus, & Paludanus proicimus in Deum. Vnde necessariè sunt ad adorationem, non vero ratio formalis illius. Sanctitas enim est summa excellentia in Deo, & de illius ratione; attributa vero non ita comparantur ad diuinam naturam, sed sunt perfectiones, quas adorans respicit, vt quid necessarium ad beneficentiam diuinam, summa enim excellentia videtur consistere in separatione ac distantia à rebus ordinis inferioris: hæc autem separatio in Deo est sanctitas, & natura; ideo enim hebraice dicitur Kados, separatus, diuisus, & sanctus, & hæc reperitur in omnibus ac tributis, & perfectionibus diuinis, quod non difficile monstrari potest. Adoratur Deus quia Dominus, Dominium autem fundatur in eo quod Deus est rerum omnium principium, atque adeo principium sanctitatis: vnde talis Dominus est, qui se sancte gerat circa res illas, quarum est principium: adoratur propter suam gloriam, & sanctitatem, quæ vt formalis ratio adorationis, & quæ antecedit dominium primo loco videbatur constituenda. En sanctitas, & gloria. Tertio beneficentia non est ratio adorationis sed conditio necessaria ad adorationem, & quæ declarat vim excellentem ad benefaciendum, quæ reperitur in Deo, quod idem dicendum de quarta ratione adorationis, quam attulit Damasceus. Quinta vero explicatius asserit sanctitatem. Deus enim non offenderetur nostris peccatis, neque saluator illa remitteret nisi esset sanctissimus. Ex quo inferat nullus nos negare Deum posse adorari propter hanc vel illam perfectionem, concedimus id libentissimè, nec negare possumus, sed asserimus perfectiones, & attributa extra diuinam naturam, & quæ non sunt de ratione essentiali eius esse veluti materiam circa quam versatur adoratio, & submissio, & in quam reicitur merito spes, & fiducia nostra; sanctitatem vero esse rationem formalem, & primariam propter quam adoratur Deus, & adorantur perfectiones diuinæ. Hinc sancti adorantur propter maximam similitudinem, quam habent cum Deo in sanctitate, vt asserit Granado controversia 1. de Incarnatione tractatu ultimo disput. 3. numero. 5. non vero propter similitudinem ad alia attributa. Inde cultus sacer, & ciuilibus ( qui à diuersis habitibus ) in hoc

potissimum distinguntur, quod huius ratio formalis est quæcunque excellentia, illius vero sola sanctitatis, & reſtitutionis eminentia legendus Lugo 3. p. diſput. 35. ſect. 1. n. 2. Relinquitur ergo ſanctitatem eſſe rationem formalem adorationis, ſive ſit latria qua Deum, ſive Dulia, qua ſanctos, ſive Hyperdulia, qua adoramus beatiffimam Virginem.

Lugo.

185.

Nunc ergo breuiter, & efficaciter probatur conſequentia illa ſexte rationis; ergo dignitas Maternalis eſt forma ſanctificans, illud enim quod eſt ratio formalis ſacri cultus, & adorationis eſt formaliter ſanctitas; at Maternitas eſt formalis ratio adorationis beatiffimæ Virginis; eſt igitur forma ſanctificans. Hinc verò non inferendum Beatiffimam Dei genitricem adorandam eſſe Dulia, quia habet ſanctitatem habituales, licet enim hæc duo poſſint intellectu præſcindī, adhuc tamen adoratione exhibenda eſt propter excellentiam maiorem; maior autem eſt excellentia Maternitatis, quam gratiæ habituales. Videatur Magiſter Granado citatus illo num. 5. Hanc ſententiam docerent, qui exiſtimant humanitatem vnitam Verbo non poſſe decenter adorari præciſa vniõne hypſtatica, quia hæc eſt maior excellentia illius. Sed negarent, qui putant licite ita poſſe adorari minori adoratione, quam eſſet latria. Videatur Suarez 1. tom. in 3. p. diſp. 54. ſect. 3. cuius rationes non mihi diſplicent.

Granado.

Suarez.

SECTIO III.

Dignitas ſacra Deipara eſt ſanctitas corporea.

186.

EX dictis in hac, & præcedentibus diſputationibus infero, & dico ſecundo: dignitas Maternalis Virginis, ſeu virtus illa, qua conſtituta eſt in actu primo ad generandum Deum hominem verè eſt ſanctitas corporea, & per illam formaliter fuit ſanctificata, & puriſſima caro beatiffimæ Virginis ſanctitate, & gratia diſtincta à gratia habituali ſanctificante. Hæc aſſertio præcipue eſt intenta in vtraque hac veſtigatione, & exiſtimo eſſe de illorum mente, qui exiſtimant Mariam ſanctiſſimam mu-diſſimam fuiſſe corpore, & anima, & nulla ratione poſſe negari, ſi ſemel admittatur ſanctitas corporea in carne ſacra Deiparæ, vt probauimus eſſe admittendam. Ratio eſt manifeſta, Dignitas enim Maternalis eſt eminentiſſima qualitas ſupernaturalis ex qua plures poſſunt effectus produci, vel in genere cauſæ efficientis, vel in genere cauſæ formalis, & efficientis, & aliàs eſt formalis participatio diuinæ naturæ corporea, & vt oſtenſum eſt forma ſanctificans; vnde neceſſario colligitur eſſe ſanctitatem corpoream, & præter illam nullam, aliam dari in corpore ſanctiſſimæ virginis: Hæc enim ſufficiens omnino eſt ad effectum quemlibet præſtandum ad quem corporea ſanctitas poteſt deſiderari vt ex ſequentibus conſtabit non obſcure. Stet ergo ſuum dum Ecclēſia, cui omnia mea ſubmitto, contrarium non docuerit, in beatiffima Virgine extitiffe

& eſſe nunc corpoream ſanctitatem diſtinctam à gratia habituali, idque ex mente ſcripturæ, Conciliorum, Patrum, ſcholæſticorum, & ex optima ratione. Difficultates verò quæ in hanc aſſertionem fieri poſſent diluebam veſtigatione ſuperiori, illa ſect. 3. 4 & ſequentibus diſputationis ſeptimæ, ad illas remitto lectorem auidum gloriæ ſanctiſſimæ Virginis, in quam cedat hic noſter labor, cedat & induſtria noſtra ſi quæ illa eſt.

Dico tertio, dignitas Maternalis Deiparæ excellentiori modo eſt forma ſanctificans, quæ gratia habitualis, qua anima illius eſt intrinſece, & formaliter ſanctificans. Hæc aſſertio ſuppoſitis noſtris principiis ſolum indiget explanatione, & exiſtimo nullo modo poſſe negari à doctoribus, qui exiſtimant, & merito, dignitatem Maternalem habere oppoſitionem cum quocunque peccato, ita vt ratione illius Maria ſanctiſſima ſit impeccabilis, etiam venialiter, quos adducemus in hac & ſequenti veſtigatione. Puto etiam illam defendere omnes, qui iudicant oppoſitionem gratiæ cum peccato eſſe ſolum mortalem ortam non ex natura vtriuſque, ſed ex diuina tantum ordinatione; ac proinde peccatum ſolum demeritorie expellere gratiam, & hanc non habere vim ex ſe ad remiſſionem peccati, ſed id oriri ex decreto diuino, quo voluit de facto remittere peccatum illi ſubjecto, ſi illud haberet cui infunditur gratia, vt rex vult æri, argento vel auro hunc, vel illum conferre valorem, & hoc quia decet vt ſubiectum quod habet hanc qualitatem non ſit exoſum, & inimicum Deo, ſed ſit amicum, nullamque habeat maculam, vel peccatum. Hanc ſententiam tradiderunt vt minimum Bonauentura, Scotus, Richardus, Gabriel, Gregorius, Aliacenſis, & alij quo referunt, & merito reſellit ſapienter Gabriel Vazquez 112. q. 123. diſput. 204. vere enim decet ſubiectum in quo reperitur excellentiſſima dignitas Dei genitricis nulla maculari culpa, amicumque eſſe Deo, & id potiori iure, quam id exigatur à gratia habituali, aſſert enim ſecum adoptionem ſingularem, & propriiſſimam ſubiecto Maternitatis, Dominam enim, & Reginam omnino intellectualis creaturæ decet omnino omnem habere puritatem omnemque munditiam, præfertim cum excellentius præ illis Matris, & Patris Filix nomen hæreditauerit.

187.

Vazquez.

188.

Nunc explicatur, & ſimul probatur conſuſio. Dignitas ſingularis ſacra Deiparæ aſſert ſecum gratiam ſanctificantem, & habitus, qui ab illa procedunt perfectione tanta, vt neque peccatum veniale ſecum poſſit admittere; ergo excellentiori modo, quam ipſa gratia habitualis eſt forma ſanctificans. Conſequentia eſt clara, & oſtenditur, quia ex vi gratiæ ſanctificantis neque expellitur peccatum veniale, neque eſt incõpoſſibile cum illa, peccatis enim venialibus non extinguitur gratia habitualis, vt docet catholica fides, & præterea qui illam habet ſi non reduplicatiue ſpecificatiue tamẽ poteſt peccare mortaliter. Adde (quod conſideratione digniſimum) habitualis gratia, neque petit, neque inferat dignitatem Matris, at dignitas Matris petit ſuo iure gratiam ſanctificantem, & dona


& dona ſupernaturalia, quæ illam conſequentur ex lege; ex quibus hanc formo rationem. Illa forma ſanctificans excellentiori modo, quam gratia iuſtificans, quæ illam petit ad ſanctitatem propriiſſimam animæ, & aliunde formaliter ſanctificat corpus, ſed dignitas Matris expetit gratiam habituales, & dona ſupernaturalia in gradu heroico, & pene infinito, & vltierius ſingulari modo ſanctificat corpus; ergo excellentiori modo eſt forma ſanctificans, quæ gratia habitualis, quæ neque inferat, neque petit ſanctitatem corporis, neque expoſtulat dona ſupernaturalia in gradu heroico, tamen ſi illa permittat. Antecedens vero huius diſcurſus partim eſt oſtenſum in ſuperioribus, partim oſtendetur, dum ex profeſſo diſputabimus, an Beata Virgo ratione Maternitatis modo ſingulari ex rei natura, id eſt ex natura dignitatis Maternalis ita fuerit alligata primæ regulæ, vt etiam venialiter peccare nunquam poruerit, vbi parrem affirmatiuam ex non paucis, neque infimæ notæ Theologis colligimus. Vide veſtigationem tertiam.

189. Corinth.

Dixi ſingulari modo dignitatem Deiparæ ſacra ſanctificare corpus, vt occurrat Pauli Apoſtoli loquutioni, qui 1. Corint. 7. affirmat Virginem, & innuptam, cogitare que Domini ſunt, vt ſit ſanctificata corpore, & ſpiritu. Vnde intendere poſſet aliquis ſanctitatem corporis non eſſe aliquid peculiare in carne virginis Beatiffimæ, ſed cui hæc ſcrupulum faciunt ſciat nomine ſanctitatis intelligere Apoſtolum formam ſanctificantem, de qua noſtra diſputatio, ſed virtutem caſtitatis, vt explicant omnes interpretes, Oecumenius. Vt ſanctificata ſit corpore, & ſpiritu. corpore quidem propter caſtitatem, & ſpiritu propter familiaritatem ad Deum, & propter Paradifi habitationem (Hieronymus) Nonnullæ ſunt Virgines, carne non ſpiritu, quarum corpus integrum eſt, & anima corrupta, ſed illa Virginitas hoſtia eſt Chriſti, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauit. S. Thomas ibidem. Sancta inquam corpore id eſt corporalibus actionibus, ſpiritu id eſt ſpiritualibus, actionibus vel ſanctificata in corpore contra vitia carnalia, & ſpiritu contra ſpiritualia.

Hieronym.

S. Thom.



DISPUTATIO V.

Vtrum vi ſanctitatis Maternalis ius aliquod ſingulare ad ſingularem gloriam in ſacra Diua.

190.

GRATIA gloriæ pignus, eſt ſanctitas ius quoddam ad gloriã, & ſupernaturalem beatitudinem, vel, vt ad hæreditatem paternam, vt in infantibus, qui baptizati ante vſum rationis deſcendunt, vel vt ad coronam, & meritum præmium, vt in adultis aſſeruimus dignitatem ſacra Deiparæ eſſe ſanctitatem, gratiam & participationem formalem diuinæ naturæ. Inde difficultas exorta, quam tractauit nullus, an ratione huius ſanctitatis Maternalis correſpondeat Virgini gloriæ aliquis gradus gloriæ, & formalis beatitudinis, qui primo, & per ſe non correſpon-

deat meritis, & actionibus ſupernaturalibus illius. Quod etiam eſt inquirere An ſi per im-poſſibile ſacra Deipara decederet à vita, quin opera meritoria gloriæ eliciſſet, conſequeretur formalem beatitudinem, & viſionem eſſentix Diuinæ. Noua controuerſia, ſed dignitate Maternali ſine villo dubio digniſſima, in qua ipſa gratia videtur vel victoriam, vel gloriam ambire, vt de natura dixit Nazianzenus oratione in Magnum Baſilium.

191.

In re non diſpurata nollem aliorum anteuertere iudicium, ſed in gloriam Maternitatis Deiparæ do ſapienter occaſionem, & exiſtimo non eſſe improbabile ita in Maternitate fundari ius ad gloriam, vt virtute illius Virgo SS. conſequentia ſit aliquos gradus gloriæ, & beatitudinis, non tamquam præmium, ſed tãquam hæreditatem, ea ratione vt ſi per im-poſſibile ſine operibus meritoriis decederet à vita iure Maternitatis, & filiationis ſingularis beatitudinem conſequeretur. Hanc aſſertionem nullus expreſſit, ſed inſinuant eam Franciſcus Suarez, tom. 2. in 3. p. diſput. 21 ſect. 3. quatenus ex dignitate Matris præciſe colligit Virginem multotulam plura vidiffe in Verbo, quam alios beatos, & Ripalda ad Magiſtrum Sententiarum 3. d. 4. q. 6. ex illis, quas excitat quatenus aſſertit dignitatem Matris, vt præciſam à gratia habituali dicere ius ad gloriam, & beatitudinẽ.

Suarez.

Ripalda.

162.

Cyprian.

Nec diſſentiunt Patres. Primo enim Cyprian. Sermone de Natiu. Virginis cum dixiſſet Mariam SS. habuiſſe pãuilegium ſingulare, quod videlicet Mater, & Virgo, hæc ſubdit. Vnde & Matri plenitudo gratia debetur, & Virgini abundantior gratia, quæ mentis, & carnis integritate in ſignis ſpiritualibus, & corporalibus, in ſe, & extra Chriſti præſentia ſuebatur. Quibus verbis non leuiter inſinuat Virgini deberi abundantiorẽ gloriam, quia fuit Mater Chriſti, hoc enim ſignificant illa (corporali præſentia ſuebatur) Secundo S. Thomas de Villanueva. ſermo. 2. de Natiuit. Virginis hæc ſcribit. Sufficit tibi quod Mater Dei eſt, quoniam abſecro pulchritudo, quoniam virtus, quæ perfectio, quæ gratia quæ gloria Matri Dei non congruit. Sciat ergo aliquam gloriam Mariam SS. habere in cœlis, quæ per ſe primo illi conueniat; quia eſt ſanctificata Dei genitrix; Tertio Abbas Guaricus ex dignitate Matris elicit ſingulariſſimam gloriam in Virgine, idque fuſe ſatis. Continuiſti parvulum in gremio, continebis immenſum in animo, fuiſti diuerſorum peregrinantis, eris palatium regnantis, fuiſti tabernaculum pugnantis in mundo, eris ſolum Trumphantis in celo, fuiſti thalamus ſponſi incarnati, eris tronus Regis coronati. En Abbas gloriam debitam eſſe dignitati Matris, non vno explicat modo. Quartus Bernard ſerm. 1. de aſſumptio- ne Virginis cum multa de illius gloria dixiſſet hæc habet. Chriſti generationem, & Maria aſſumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratia in terris adepta eſt præteritis, tantum, & in cœlis obtinet gloriæ ſingularis. Quibus verbis ſcomparat ſingularem gratiam Mariæ, quæ ſine dubio eſt Maternitas cum gloria, & affirmat gloriam eſſe ſingularem, hæc etiam ratione, quia vt Mater habuit gloriam ſibi correſpondentem propter dignitatem, & munus maternum. Vocatque gloriam ſingularem, quia fortaliſ

Guaricus.

Bernard.

fortassis nullus adultus est beatus in celo qui ut hereditatem assequatur gloriam aliquam quæ tamen illi non sit collata, ut præmium, & corona, tamen n. Ioan. Baptista, nunquam peccauerit mortaliter si accelerato rationis usu se disposuit per proprios actus ad recipiendam gratiam quam in sanctificatione suscepit, tamen non recipit ius ad gloriam præcisè ut hereditatem, & quia filius adoptiuus, sed etiam ut coronam, & præmium in communi sententia, quæ affirmat ultimam dispositionem ad gratiam esse meritoriam vitæ æternæ, & colligitur ex Tridectino sessione 6. de iustificatione c. 16. ubi canon hic exaratus numero trigesimo secundo. *Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse donum Dei ut non sint etiam bona ipsius hominis iustificati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ à Deo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius vinum membrum Dei est, sunt, non vero mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vite æternæ, si tamen in gratia decesserit consequutionem, atque etiam gloria augmentum, anathema sit.* Ecce concilium distinguit vitam æternam ab augmento gloriæ, & cum non dixisset gratiam cadere sub meritum, duo de gloria æterna dixit. Alterum iustificatos mereri vitam æternam; Alterum etiam mereri illius augmentum; sentit ergo Concilium iustificatum per suas dispositiones non mereri gratiam habitualem, sed mereri primam gloriam, aut vitam æternam.

Rationibus etiam ostenditur assertionis probabilitas, prima deducitur ex eo quod filio debetur Patris hereditas, B. Virgo vi Maternitatis est Dei peculiariter filia, & gloria hereditas æterna, unde fit in Maternitate prout dicit rationem peculiaris filiationis necessario fundari ius ad Patris hereditatem, & consequenter ad gloriæ titulo distincto ab illo, qui fundatur in operibus meritoriis, & explicatur amplius hic titulus, ratione enim huius Maternitatis non elicit Virgo SS. meritorios actus, quibus debeatur gloria, ut corona, & præmiū ut de se est manifestum, proprius enim actus illius est generatio humana hominis Dei ut explicuimus sæpe; debetur ergo illi gloria, ut hereditas, nec videret assignari posse rationem propter quam hereditas gloriæ negetur huic singulari filiationi, negetur hereditas meritis præcisè, cum concedatur ex fide gratiæ habituali, quæ in infantibus baptizatis reperitur, hi enim recipiunt gloriam titulo hereditatis ex meritis Christi Domini, non vero ut præmium, coronam ex propriis meritis, & operibus, quæ nunquam potuerunt elicere Non ergo excellentior filiatio deterioris est conditionis; suprema filiatio Verbi diuini infert proprietatem rerum omnium, quæ Patris sunt in verbo diuino ipso dicente. *omnia tua mea sūt.* Ultima filiatio per gratiam adoptionis infert hereditatem gloriæ in Christi Regno, cur filiatio media quæ attingit sua operatione fines Deitatis, & principium est generationis substantialis Verbi diuini, non est acceptio, & ius ad gloriam, ut hereditatem non ut coronam, & præmium.

Ratio secunda depromitur ex non improbabili sententia illorum qui docent ultimam

dispositionem ad gratiam non esse meritoriam primæ gloriæ, sed hanc correspondere iustificato præcisè, ut hereditatem ex meritis non propriis illius, verum Christi Domini, qui illa applicat iustificato, ut filio præcisè, non ut merenti illam gloriam: si vero actus qui fuerunt dispositiones continuentur, tum asserunt illos esse meritorios augmenti gloriæ, & cœlestis beatitudinis, & simul gratiæ sanctificantis, autumant enim nec primam gratiam, nec primam gloriam posse esse coronam, & præmium, sed utramque gratis omnino cōferri comparatione facta ad opera iustorum; ita opinatur Andreas de Vega, opusculo de iustificatione, q. 6. in solutione ad nonum, qui non solum concedit intentum illius augmenti, quod aliqui existimabant, veluti difficile & forsitan absurdum, scilicet gloriam dari adultis, solum ut hereditatem, sed etiam tribus rationibus contendit necessario ita dicendum. Sequitur Ruardus Taper Decanus Louanienfis quem refert Magister Cumel 2. tom. in 1. 2. q. 114. a. 5. disp. 5. apud quem etiam sunt huius opinionionis Gabriel, Gregor, Paludan, & Cosmas Philarch. illamque defendit Lorca 1. 2. q. 114. disp. 49. in incidenti qui omnes non reputant inconueniens gloriam dari præcisè, ut hereditatem, tamen aliqui ne cogantur cōcedere adulto dari gloriam sine meritis affirmant etiam in ultimo instanti vitæ propter contritionem informatam gratia dari, & gloriam, ut hereditatē, & aliquod augmentum illius, ut præmium & coronam.

Hanc sententiam refellunt sapientissimus Cumel iam citatus, Vazquez, 1. 2. dif. 219. c. 2. Suar. lib. de gratia & alij motibus diuersis, qui tamen non auferunt probabilitatē illius, quam significauerunt etiam Sotus, & Canus viri Doctissimi ex Dominicana familia, præsertim cum possit instari in homine attrito, qui dormiens paritur Martyrium propter fidem, quam professus est publicè in quo nullus est actus, qui gloriæ sit meritorius. Ex hac ergo sententiæ sic argumentor. De facto datur adulto gloriæ præcisè ut hereditas ratione gratiæ habitualis; ergo Maternitas sacra Deiparæ ius dicit ad gloriam præcisè ut hereditatem, non enim negandum videtur sacra Deiparæ, quod alicui mortali sentitur esse concessum, aliquando adultus recipit gloriā, ut hereditatem iure filiationis, & semper infantes baptizati, qui decedunt ante usum rationis, potiori iure ad concedendum singulari filia Patris æterni.

Dices, gloriosus esse gloriosissimæ Virginii, quod etiam substantiam gloriæ, & non solum illius augmentum propriis meritis assequatur. Respondeo pertinere ad virginis sanctissimæ gloriam, quod Beatitudinem utroque modo assequatur, non enim inglorium est Christo Domino, quod gloriam suo corpori debitor propter beatitudinem animæ meruerit etiam per crucem, & mortem, nec illi etiam inglorium, quod non meruerit gloriā animæ, sed illam ratione filiationis acceperit. Adde quod bene potuit contingere, quod eandem gloriā, quæ Mariæ SS. debebatur titulo Maternitatis promeruerit vltima dispositione ad gratiam sanctificantem, licet hæc non effectiue à gratia, sed solum ab auxilio procederet, fuit enim

Vega.  
Ruardus.  
Cumel.  
Gabriel.  
Greg.  
Paludanus.  
Cosmas.  
Lorca.

195.  
Cumel.  
Vazquez.  
Suarez.  
Scotus.  
Canus.

196.

eodem instanti informatam gratia & charitate, ut docet vera sententia. Unde non negamus illam habere potuisse etiam ex meritis, sed solum contendimus probabiliter asseri posse in dignitate Matris, ut distinguitur à gratia habituali esse ius hereditarium ad gloriam. Ex qua doctrina dilui possunt argumenta, quæ contra hanc resolutionem possunt desumi, ex illo Pauli, non coronabitur, nisi qui legitime certauerit & ex symbolo Athanasij, qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, & demum ex fidei doctrina quæ asserit gloriam iustis tribuendam, non gratis, sed per opera bona, quæ procedunt ex gratia; hæc enim omnia non tollunt titulum hereditatis, neque illi derogant aliquo modo.

197. Verum ut hoc cursim dicamus dum de gratia Virginis licet non ex professo tractamus dubitabit merito quispiam; cur sacra Deipara dicatur gloriosissima. Respondeo motiua esse varia. Ad rem illud nobilissimum, quod desumitur ex sacra analogia Virginis ad Deum, qui (ut loquitur Magnus Greg. lib. 12. Moralium c. 5. *ipse gloriosus est, qui dum se ipso perficitur accedentis laudibus indigus non est.* At D. Thomæ iudicio 1. p. q. 26. a. 2. esse gloriosum significat esse beatum, est igitur beatus, & gloriosus Deus, quia intra se ipsum habet beatitudinem obiectiuam, quæ nihil est aliud, quam sua substantia. Inde gloriosissima Maria Deipara, quæ tamen gloria sit, & beata essentialiter à visione diuina, quæ terminatur ad diuinam naturam terminatam tribus personis, & in illis subsistentem, quæ est obiectum beatificam essentialiter, adhuc intra se ipsam habet beatitudinem obiectiuam accidentalem, ratione cuius accidentaliter, non essentialiter est gloriosissima, & beata. Habet scilicet donum Maternitatis, quod ut existimant sancti Patres, quos retulimus in sua amplitudine non cognouit perfectissime in via, in gloria illud contempletur, illud cognoscit, illud penetrat, & ex cognitione illius perfectissime gloriosa est, & B. Virgo felicitissima, & ad hanc cognitionem sequitur gaudium accidentale, quod sine dubio maximum est.

198. Hinc colliges, quo ingenio potuerit Epiphanius asserere lib. de laudibus Virginis, Mariam SS. esse gloriæ radicem, id enim verissimum, quia Mater est Dei, qui est nostra gloria, & beatitudo obiectiua, sed etiam verum, quia propter suam dignitatem radix est accidentalis gloriæ omnibus beatis, quo sensu accipiendus Guarricus dum dixit Christum Dominum non fuisse satis glorificatum donec glorificata est beatissima Virgo, accidentaliter enim gloriosus est Christus Dominus ex visione sacra Deiparæ, gaudetque Dominus contemplari vterum Virgineum, in quo suæ incarnationis pignus proximus scilicet Maternitatis, residet Beatus solis irradiata patria tantæ lampadis, aut tanti solis irradiata fulgoribus clarissime, que lucentissimo corpore rutilat, in illudque ut radicem suæ accidentalis gloriæ beati desiderant prospicere. Hinc lux Damasceno sermone de assumptione Virginis, Sublimis ista Dies (inquit) & splendidior oleo resurgens in qua Virgo regalis ad thronum Dei Patris

Greg.  
D. Thom.

Epiphan.

euchitur, & in ipsius Trinitatis sede reposita naturam etiam Angelicam sollicitat ad videndum, quia Angelorum accidentaliter beatitudo obiectiua. Quid ni hominum etiam gloriam existimemus, quæ etiam assertoris filij, & sublimium spirituum excicit gloria? lam calleo illud. *Sicut palma exaltata sum in cades.* Palma Christus Dominus ni patria, id est in candidissima sanctitate (id enim significat cades) quia oculorum nostrorum beatitudo est corpus illud sanctissimum, ut homo etiam secundum partem corpoream, non rationalem solum ingrediat, & egrediat, & pasqua inueniat. Palma etiam Maria in Patria cælesti, accidentaleque victoribus præmium, cum ex contemplatione tantæ Matris gloriosissimum gaudium non otiri non possit; est igitur sacra Deipara radix gloriæ Epiphanius, quia in se, & ad intra, ut ita loquamur habet beatitudinem obiectiuam, non suam tantum, sed & Angelorum, & hominum, & quod caput est Christi Domini, qui post fruitionem Dei & delectationem essentialē de illius consequutione, Matre purissima fruatur, delectaturque, & gaudium haurit de illius visione, ut & hoc modo gaudium illius sit plenum. O gloriosissima Mater.

Epiphanius.  
24. 18.

DISPUTATIO VI.

Quando hæc sanctitas infusa sacra Deipara.

199. **A**SSERVIMVS in sacra Deiparæ carne fuisse sanctitatem corpoream, illamque nihil esse aliud, quam Matris physicam dignitatem, seu virtutem illam supernaturalem quæ fuit eleuata supernaturaliter ad generandum hominem Deum, quæ potuerit Virgini Mariæ conferri in primo sui conceptionis instanti aut paulo ante Christi Domini generationem, ad quam ut ratio formalis agendi ordinabatur ex natura rei. Difficultas est non omittenda quando Mariæ Virgini fuerit collata Et quidem partem asserentem non fuisse collatam in instanti conceptionis Virginis ipsius, necessario defendent qui existimant Angelorum Reginam non fuisse in gratia conceptam, & ex aliis forsitan aliqui existimabunt non necessariam infusionem huius sanctitatis ante cōceptionem Christi Domini: vtriusque fundamentum potest præbere Damas. qui sæpius à nobis citatus lib. 3. de fide orthodoxa cap. 2. serio affirmavit hanc sanctitatem, aut virtutem supernaturalem collatam fuisse Virgini post illius assensum exhibitum ad generandum Deum hominem, iuxta sermonem Domini ab Angelo prolatum. Damas. sequitur Clichtou & expressus Canis. lib. 3. de B. Virgine c. 13. qui & asserit Damascenum, & explicat hoc modo, & ratio id videtur convincere, illa enim virtus infusa fuit Virgini ad generandum Deum, & hominem, ergo necessaria non fuit illius infusio ante verbi incarnationem.

Existimo tamen sanctitatem hanc infusam fuisse Virgini ut minimum in primo sui conceptionis instanti. Hanc assertionem iudico esse ad mentem omnium Patrum, & Theologorum

Damascenus.  
Canisius.

200.

gorum, qui asserunt in Virgine SS. reperiri sanctitatem, corpoream illamque, fuisse necessariam mundissima esset illius caro, nec Virgo SS. peccatum originale contraheret, & consequenter illam debent defendere, qui merito existimant virginem SS. praeferuam fuisse à peccato originali; sed expresse illam defendit Granado controuersia 2. de mirabilibus operibus Christi Domini tit. 1. qui est de conceptione purissima disp. 3. sect. 2. & prius Doctor illuminatus Maironius qui 3. d. 3. q. 1. a. 5. affirmat fuisse infusam carni Mariæ SS. in prima sui sanctificatione, at ipse asseruit Mariam fuisse sanctam, & praeferuam à peccato originali in primo suæ conceptionis instanti; possuntque pro hac conclusione referri omnes qui docent Virginem sanctificatam fuisse ante animationem, non quod illam simpliciter teneant, sed quia negant dilaram fuisse infusionem illius ad tempus conceptionis Christi Domini. Datam verò in prima sanctificatione docuit clarissime Bonauentura, qui 3. d. 4. a. 2. q. 2. hæc scripsit. *Et ideo Virgo Maria potentiam habuit super naturam, & potentiam secundum naturam, & potentia supra naturam fuit ei collata in sanctificatione, & ideo utraque erat in illa conceptionis tempore in complemento sua operationis constituta.* In quibus verbis cursum illa ultima (in complemento suæ operationis constituta) vt scias ex sententia Doctoris seraphici B. Virginem non solum participasse concurrere, sed etiam actualiter concurrisse ad Christi Domini generationem virtute efficienti supernaturali. Cùmque Bonauent. senserit B. Virginem fuisse praeferuam à peccato originali, & sanctificatam in primo suæ creationis instanti, vt euincit Granado disput. illa 3. sect. 11. §. 3. Certissimum est de mente illius habuisse Virginem hanc sanctitatem à primo suæ conceptionis instanti. Quod etiam tradidit Gueuara 2. tom. in Matth. obseru. 15. sect. 17. §. 4. n. 9 2.

Probatur primò auctoritate sanctorum Patrum. Athanasius enim oratione de Deipara serio asseruit hanc virtutem non fuisse temporariam in Virgine, sed per omne tempus illi datam fuisse; illius verba sæpius retulimus. Sentit ergo illam habuisse etiam in suæ conceptionis momento. Obuius Chrysol. serm. 4. *Quo modo non ante conceptum Mater, qua post partum Virgo permanet? quando non Mater, quæ saculi generauit auctorem.* Sed ambientibus auribus grauida hac veritate verba Illefonti hauriamus. *Tam mirabiliter ergo concordantibus in vna persona, simul, & tempore diuersitatibus rerum, vt hac eadem sit Mater, qua & Virgo, ipsa Virgo que & Mater, nunquam Mater nisi quando & Virgo, & postquam Mater nobilior, & Virgo.* Pende illud. *Nunquam Mater nisi quando & Virgo,* ac si diceret Doctor Virgini addictus, Maternitatem non quomodocumque fuisse coniunctam cum Virginitate, sed semper hæc duo inter se esse coniuncta, nunquam enim fuit Mater, nisi quando & Virgo, at fuit Virgo à primo conceptionis instanti; ergo ex sententia Illefonti ex tunc habuit hanc sanctitatem Maternalem. Dicerem ex vi decreti Domini nascituri ex illa prius intendi Maternitatem, quæ Virginitatem, deinde vero ipsam si-

mul, & in eodem instanti vtramque esse coniunctam sine antecessione vlla. Vide Almeriensem Antistitem, de Verbo incarnato Academia 27. qui de æternitate Maternitatis differit subtiliter, & à nobis est n. 44.

Secundò probatur, quia Maternalis dignitas, siue sanctitas corporea habet intrinsecam oppositionem cum peccato originali; ergo vt minimum conferenda fuit Virgini sanctissimæ in primo suæ conceptionis instanti; antecedens late supra probauimus; consequentia autem constat, quia cum beatissima Virgo concepta fuerit sine peccato originali, necessum fuit infunderetur illi sanctitas hæc, quæ cura illo habet oppositionem, vt perfectissimo modo à labe illa generali praeferuaretur. Confirmatur; peccatum originale contrahitur ex vnione animæ rationalis ad carnem infectam, & maculatam ex Adami peccato, vt Patres, & scholastici loquuntur, ergo hæc sanctitas infusa fuit Mariæ sanctissimæ vt minimum in conceptione, vt illa ex omni parte esset purissima, non solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad carnem, hoc enim modo vt manifestissimum est purior, & immaculatiores esset conceptio.

Tertiò probatur, Maternitas; vel sanctitas corporea comparatur ad gratiam habitualem, & ad alia dona saltem vt radix moralis illorum, ergo collata fuit Virgini in conceptione purissima, in qua vt iam generaliter, & pie credit Ecclesia infusa fuit Dei genitrici gratia habitualis ea ratione, vt si aliquis ordo naturæ saltem, esset in harum sanctitatum infusione; prius infusa fuerit sanctitas corporea, deinde vero gratia habitualis. Antecedens inferius est ostendendum, & efficaciter colligitur ex verbis Cyprian. sermone de Natiuitate Christi Domini, quæ non semel delibauimus. *Unde & Mariæ plenitudo gratia debetur, & Virgini abundantior gloria, qua carnis & mentis integritate insignis, spirituali, & corporali intus, & extra Christi presentia fructatur.* Debetur ergo Maternitati plenitudo gratiæ, vt radici, & principio illius, non verò plenitudini gratiæ Maternitas debetur, vt est euidentissimum. Adde quod cum sanctitas corporea sit carnis pulchritudo, oportebat in sua conceptione, carnem Virginis esse pulcherrimam, quia & benedicta, & pulcherrima inter mulieres.

Dixi in assertione ( vt minimum in conceptionis primo instanti ) vt significat vnionem animæ rationalis ad corpus, quia mihi plausibilior est sententia, quæ affirmat sanctitatem corpoream infusam fuisse carni & corpori virginis SS. non solum ante animationem sed etiam statim vt inceperunt esse caro, & corpus Virginis, ita vt neque momento quidem caro virginis sanctissimæ extiterit in rerum natura, quin fuerit Maternitate, & gratia corporea delibuta, ita vt nunquam fuerit verum dicere hoc corpus est Virginis Mariæ corpus, & non habet Maternitatem, aut gratiam corpoream, sicut nunquam fuit verum dicere hoc corpus est Christi Domini, & non est vnitum Verbo hypostaticè, licet enim corpus B. Virginis non fuerit organizatum in instanti, fas enim non est formationes corporum Matris & Filij in

Almerienf.

202.

203.

Cyprianus

204.

Granado.

Maironius.

Bonauent.

Granado.

Gueuara.

201.

Athanas.

Illefont.

instantanea organizatione esse æquales, neque id vlla ratione necessarium, adhuc tamen statim vt formatum est corpus illud quod anima Virginis fuit informatum sanctificari cepit gratia corporea sicut corpus Christi Domini in ipsa sui formatione vnitum fuit Verbo diuino hypostaticè.

205.

Holest.

Granado.

Psal. 92.

Hanc assertionem ita explicatam existimo voluisse Doctores omnes qui affirmant Virginem sanctificatam esse ante animationem illique nec pauci, nec ignobiles, cum enim intellegi non possint de sanctitate spirituali cuius caro capax non est, necessario intelligendi sunt de sanctitate corporea, quod facilius & cum maiori fundamenta dixerim de Holchor, & Valentia, & disertè, & clarissimè explicat & defendit Iacobus Granado tract. de conceptione Virginis, disp. 2. sect. 3. vbi sanctissimæ Virgini, & illius semper immaculatæ carni addictissimus, quam puritatem non solum æternaturam, sed etiam æternam videor mihi colligere ex illo Psal. 92. 2. *Parata sedes tua ex tunc à seculo tu es.* vbi David scribit litteraliter Christi Domini Regiam dignitatem à se de illius, quæ ab æterno illi destinata ad dexteram Patris, & mysticè seu spiritualiter à purissima Virgine Matre, quæ illi, & sedes gloriosa, & excelsum folium, & venter illius illi thronus immaculatus semper, id enim significat illud (ex tunc) nunquam enim concipi potest corpus Mariæ, vt sedes, & folium Dei hominis, quin concipiatur paratum, & paratissimum in ratione puritatis, & sanctitatis cuius est capax. Inde Appollinaris ibi.

*O immortalis tua caro sedes paratissima est sepe*

Diuus Pater Augustinus legit (ex illo) & explicat ex illo tempore, ego dicerem ex illa die, & hora qua formatum corpus Virgineum qua cepit adaptari, vt sederet in illo Princeps. Ratio est in promptu apud sacrum vatem, quia tu es Deus, vel à seculo tu es Deus, vt addit Paphrastès, ac si diceret; Quid mirum si Matris tuæ caro, aut corpus, quæ sedes tua, sit purissima non solum in conceptione, sed etiam semper, & vt cepit denominari sedes tua, si tu Deus, quid mirum si semper illa sancta à primo suæ existentiæ instanti sit à seculo Deus, qui semper sanctus sepe purus, semper immaculatus; B. vero Virginem sedem fuisse Dei clamant omnes sancti. Vide de hac nomem clatura Richard. de sancto Laurentio, lib. 10. de laudibus Virginis, qui inter alia hæc scribit. *Vnde de hac sede dicitur Psalm. 93. Christo, Parata sedes tua ex tunc id est, ab æterno, per prædestinationem; vel ex tunc id est, ex quo sanctificata est in utero Matris, vel ex tunc id est, ab initio temporis gratia; Parata, inquit, opera Spiritus sancti, vel sapientia filij.* Vnde Psal. 102. *Dominus, in celo; id est, in Virgine parauit sedem suam, & ei insedit tempore incarnationis.* Et plura alia in eadem sententiam.

Psal. 102.

207.

Hanc veritatem videtur asseruisse Angelus apud Brigitam sermone Angelico de Virginitate excellentia illis verbis. *Verè sine omni ambiguitate credendum est quod materiam illam statim quando in Anna vtero concepta ac collecta fuit, de qua Maria formari debebat ipse Deus plus diligebat, quam omnia humana corpora à viro, & femina generata, & generanda.* At dilectio di-

uina aut supponit sanctitatem, aut illam producit.

Ad stipulatur etiam Chrysologus, qui serm. 104. auca hæc verba. *Peruolat ad sponsam festinus interpres, vt à Dei sponsa humana desponsationis arceat, & suscipiat, neque auferat à Ioseph Virginem, sed reddat Christo quæ est in utero pignora cum fieret. Christus ergo suam sponsam recepit, non præcipit alienam.* Vbi ponderandum illud (oppignorata cum fieret) Quando enim disponitur caro, vt animam rationalem recipiat, fieri etiam dicitur homo, cuius productio à prima generatione & conceptione est successiua, pignora ergo fuit Christo caro Virginis, dum fieret Maria SS. ac proinde ex mente Chrysologi, hanc dignitatem & sanctitatem habuit Maria sanctissima, non solum iam facta, sed etiam dum fieret. Vnde inferunt non plene explicasse Chrysologum Hieronymum de Gueuara 2. tomo in Matth. obseruatione 15. sect. 17. §. 4. à n. 9 2. qui hanc pignorationem ad secundam conceptionem restringit, licet redè asseruerit Maternitate irradiatam, & ditatam virginem SS. in primo suæ conceptionis instanti, vt superius referebamus.

Chrysolog.

Gueuara.

208.

Damalcen.

209.

Damalcenus verò clarissimè orat. 2. de Natiuitate Mariæ. *O beatos Ioachimi lumbos, ex quibus prosum immaculatam semen effluxit: & præclaram Annæ vuluam ex qua tacitis incrementis auctus, atque formatus fuit fœtus sanctissimus.*

Assertio ita declarata facile suaderi potest, & explicari amplius, quia licet Maternitas, seu sanctitas hæc non videatur necessaria in Virgine ante Christi Domini conceptum, quia ad illum primario ordinatur, vt virtus supernaturalis efficiens, cum ordinetur etiam ad summam Virginis puritatem negari non potest illi fuisse infusam in hæc illique carni, & corpori illius tempore in assertione explicato, vt præueniretur impuritas & immunditia, quæ ex peccato originali carnem deturpat, & maculat, ne vnquam possent esse maculata, & immunda, sed sanctitate illa, & munditia corporea remoueretur, & Maternitate abstraheretur macula quæcunque, vt tota esset pulchra beatissima Virgo & nullus in ea natus posset reperiri, quæ ratio clarior esset, si veritatem contineret illa sententia quæ affirmat qualitatem quamdam morbida relictam in carne ex originali peccato ex qua resultat altera qualitas in anima in qua peccatum originale consistat, quam tenere non pauci neque infimæ notæ Theologi, facile enim explicaretur effectus sanctitatis corporeæ in ordine ad pulchritudinè, & decorem Virgineum, sed quidquid sit de hac falsa sententia, cum in confesso sit apud omnes immunditiam aliquam resultasse in carne ex peccato originali, quæ euidenter cernitur in inclinatione appetitus ad bonum sensibile, aut contra, aut præter rationem, quæ & ex peccato est & ad peccatum inclinatur, & hæc ratione immunditia est, quia radix immunditiæ actualis, in hac auferenda licet effectus sanctitatis corporeæ, qua sanctitas corporea est. Quæ doctrina amplius explicanda erit dum disputauerimus, an hac sanctitate, & Maternitate Dei genitricis ablati, aut extincti fuerit fomes peccati in virgine sanctissima

atissima. Vide vestigationem tertiam.

210. Sed quia iuxta sententiam, quam defendimus videmus affirmare Virginem sanctificatam fuisse ante animationem, id est infusionem animæ rationalis in carnem, quod serio docet D. Thomas esse negandum 3. p. q. 27. a. 2. c. opere pretium erit Angelici Doctoris argumenta proponere; Primum potest ad hanc formam reduci, si B. Virgo fuisset sanctificata ante animationem, sequeretur tunc illi fuisse remissibile originale peccatum; consequens est impossibile; ergo & antecedens: sequela probatur, quia sanctificatio de qua loquimur (inquit ibi D. Thomas) non est nisi à peccato originali munditia, cum sanctitas sit perfecta munditia, falsitas autem, & impossibilitas consequentis ostenditur, quia Virgo sanctissima ante animationem non fuit rationalis creatura, quæ sola est subiectum originale peccati, ut de se est manifestum, si ergo ante animationem non fuit peccatum originale à quo mundaretur, neque illius potuit esse emundatio, ac proinde nec Virgo Maria ante animationem sanctificari.

211. Respondeo argumentum Angelici Doctoris esse efficacissimum, & efficere intentum, sed contra nos nihil concludere, qui nec asserimus Virginem sanctificatam esse ante animationem, neque sanctificationem de qua nos loquimur esse emundationem à peccato originali, solum enim asserimus carnem, & corpus Virginis ante animationem fuisse sanctificata sanctitate corpora, quæ non remouit originale peccatum, quod tunc nec inhærebat soli carni, nec poterat inesse; sed abstulit, ligauit, aut extinxit inclinationem appetitus ad peccatum, quæ ut explicuimus habet rationem immunditiæ, quia in carne purissimæ Virginis, & quæ aptabatur, ut illi vniretur sanctissima anima indecensissimum esset reperiri; nulla enim macula in illa erat futura. Nostra ergo sententia diuersissima est ab illa, quam Diuus Thomas merito impugnat.

212. Secundum argumentum illius articuli, si Virgo B. sanctificata fuisset ante animationem quocumque modo non incurrisset peccatum originale, nec illius maculam, & ita non indignisset redemptionem, & salutem, quæ est per Christum, de quo dicitur Matth. 1. *Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Non ergo sanctificata fuit ante animationem, atque adeo nec fuit illi infusa sanctitas ante animationem. Respondeo hoc argumentum vere esse & contra nos, & contra vniuersalem Ecclesiam, quæ iam pie sentit Virginem beatissimam præseruatam à macula originalis peccati. Ad illud ergo concedo primam partem consequentis, & nego secundam, ex sanctificatione enim carnis Virginis per maternitatem recte sequitur Virginem non maculandam originali peccato, quia Maternitas sacræ Deiparæ non solum remouet peccatum originale, sed impedit etiam ex natura rei ne peccatum originale inficiat personam cuius caro est, vnde impossibile est quod stante illa sanctitate Maternali peccatum reperiatur in illa persona; ex hoc tamen non sequitur altera pars consequentis, scilicet Virginem non indignisset redemptionem, & salutem Christi, cum sanguine filij, &

præseruata, & præredempta, ut prælibata fuerit, nec enim salus, & redemptio per Christum Dominum necessario supponit existentem maculam, sed sufficit supponat debitum, vel proximum vel remotum maculam contrahendi, ut iam fert communis sententia de quo inferius protelandus sermo.

213. Sed contra assertionem nostram ita explicatam est non inerte argumentum, si caro Virginis ante animationem haberet sanctitatem corpoream, sequeretur necessario duo, primū Maternitatem hanc sanctificantem destrui in animatione, & reproduci. Secundum omnino impertinentem, & nullo modo necessariam esse, ac proinde ante animationem non esse constituendam. Explico primum, destructo enim subiecto in quo reperitur, & inhæret accidens aliquod, accidens consequenter destruitur, cum ergo ad infusionem animæ rationalis, desinat esse forma sensitua, & animalis, qua informabatur caro Virginis, & hoc in quacunque sententia necessarium omnino est destruari Maternitas sanctificans quæ in illa inueniebatur, & vltius reproducenda erit, ut caro Virginis perseverans sit immaculata, & potens generare hominem Deum. Explico secundum, quia licet perseveret materia generationis in infusione, & vnione animæ rationalis, non perseverat appetitus sensituius, cum non perseveret anima sensitua, sed ad infusionem animæ rationalis alter producitur; si ergo ille primus nunquam fuit proprius Virginis appetitus, impertinenter, & sine necessitate vlla sanctificaretur.

214. Respondeo negando vtramque sequelam, & ad primam Dico Maternitatem sanctificantem, nec destrui, nec reproduci, sed conseruari à Deo, etiam si desinat esse subiectum illius; Materia enim determinata iam, & vltimo disposita ad generationem Virginis Deiparæ conuenientissimum erat quod, fuisset sancta eodem modo, quo capax est sanctitatis, præcipue cum in nullo instanti fuerit sine forma substantiali. Ne ergo dicamus illam destrui, & reproduci, facile asserimus conseruari à Deo miraculose quidem, & transire Maternitatem de subiecto inadæquato, in adæquatum subiectum, quod nullum est inconueniens cum primum subiectum quasi inadæquatum ordinetur ad aliud quod adæquatum est, scilicet sanctissimam Virginem, nec mirum, quod via per miracula sternatur ad summum miraculorum, scilicet ad generationem substantialem hominis Dei, quæ nec primam habuit neque est visura sequentem; quæ doctrina facilius potest defendi, si asserantur accidentia subiectari in materia prima.

215. Ad secundum respondet Granado citatus n. 22. illum appetitum existentem in carne Virginis perseverare secundum rationem genericam, tamen non perseveret secundum rationem specificam, & fuisse priuilegium peculiare virginis sanctissimæ, quod appetitus ille non posset nec antecedenter inclinare ad malum, etiam quando non erat propriissimus Virginis. Quæ solutio mihi placet, et si displiceat illud de appetitu permanente, secundum genericam rationem; vere enim destructa est ratio generica

generica quando destructa ratio specifica, cum sint vna entitas realis cum duabus formalitatibus, & impossibile sit vnam destrui, altera perseverante. Aliud enim est perseverare rationem genericam præexistentem in priori appetitu, aliud produci appetitum eiusdem rationis genericæ, & hoc vltimum accidit tunc, non vero primum. Placet ergo mihi solutio propter rationem iam tactam; oportebat enim carnem proxime dispositam, & præparatam ad vnionem animæ rationalis virginis sanctissimæ nullam habere impuritatem, neque inclinationem ad malum etiam habitualement, hæc enim seruitus est, & quæcumque illa sit dedecet Dominam mundi, & Angelorum Reginam, quæ pede conculcat Tartara. Adde immundum quid esse vni-ri carni quæ immediate ante vnionem fuit imunda, & deformis.

217. Verum obiciet ex his omnibus fieri hanc sanctitatem ante animationem non posse Virgini infudi. Declaratur, & probatur, quia hæc sanctitas est, virtus generatiua Dei hominis cuius subiectum solum est illud, quod potest esse substantiale principium generationis, quod necessario vitam includit, quia generatio est à principio vitæ; at Mariæ caro ante animationem & vitam non potuit esse principium substantiale generationis. Respondeo negando sequelam, & ad probationem dico sufficere ut caro sit subiectum illius, quod signata sit ad compositionem principij viuientis, & generantis, ut intra paucas horas illud cum anima composuit, fuit ergo in carne recepta, sed illam non denominabat generantem, quia adhuc non erat suppositum, quod requiritur ad hanc de nominationem; adueniente vero substantia incipit denominare carnem Marianam potentem generare.

218. Ad auctoritatem Damasceni, cui nititur contraria sententia, fateor illi valde fauere, videretur enim existimare post consensum infusam Virgini illam supernaturalem virtutem, quia tunc necessaria, & non antea; sed Damasceno opponimus Athanasium; Chrysologum, & nostrum Illesonsum, qui saltem in propria conceptione existimant Maternitatem sanctificantem infusam fuisse Virgini Mariæ.

Ex dictis colligitur efficaciter non recte asseruisse nonneminem puritatem corporis Virginis ex animi puritate redundare. Illud enim quod posterius est, non potest esse causa prioris; cum igitur sanctitas animi posterior fuerit in Virgine, quam puritas corporis; illa enim infusa in ipsa animatione; hæc ante ipsam, ut est explicatum, fieri non potuit, ut corporea puritas ex spirituali munditia, & gratia redundaret. Quod amplius potest explicari, quia illud quod redundat eiusdem omnino speciei est, cum illo ex quo redundat, ut aqua, quæ existens, & recepta in fonte, ex quo redundat exterius eiusdem omnino sunt speciei. Gratia vero corporea, & spiritalis sunt speciei distinctæ, vnde vna non potest esse ex alterius redundancia. Quod si velint dicere, vnam esse causam alterius, meo iudicio gratia animi, quodam modo resultat, & redundat ex gratia Maternali sanctificante carnem, quia summa etiam gratia habitualis non petit ex natura sua Maternitatem, alias Christus Dominus illam haberet, Maternalis vero digni-

tas vel ex congruentia, vel ex natura rei petit gratiam habitualement, illamque in eo gradu, qui tantam decet dignitatem.

DISPUTATIO VII.

Utum ex Maternitatis motiuo aliquid fuerit in conceptione sacræ Deiparæ supernaturalis

219. **R**ÆDESTINATIO Virginis Mariæ ad hoc quod Deipara extiterit, atque adeo Maternalis dignitas illius; quæ luce cepit in primo sui conceptionis instanti (Nec enim quamlibet fœminam, communi modo genitam elegit Deus in Matrem) non potuerunt non inferre aliquid extraordinarium, & miraculosum, imo & supernaturale in illius conceptu, non solum ut dicit vnionem animæ rationalis ad corpus, sed ut dicit conceptionem materialem, seu congressum, qui ad formalem conceptionem est necessarius. Videndum ergo in hac & sequentibus disputationibus, quid in illa acciderit extraordinarium, & supernaturale.

SECTIO I.

Conceptio sacræ Deiparæ ex obedientie, & charitatis motiuo.

220. **P**Ræmitto virginem sanctissimam modo naturali fuisse conceptam, & tali modo ex viro, & fœmina gloriosis Ioachimo, & Anna genitam, & natam, ut illius conceptio non fuerit de Spiritu sancto, sicut conceptio Christi Domini, quæ sine opera viri fuit à Maria Deipara peculiari concursu Spiritus sancti, tamen negari vllam rationem non possit aliquid in ea operatum fuisse Spiritum sanctum, quod in aliis generationibus ex viro, & fœmina operatus est nunquam.

221. Dico primo Maternalis conceptus sacræ Deiparæ ita fuit excellentissimus, & extraordinarius ut fuerit imperatus ab obedientia, & charitate Diuina ex cuius motiuo sancti illius parentes processerunt ad illius generationem. Hanc assertionem constituo ut probabilissimam, & quæ immaculatam conceptionem gloriosam, & singularem iam incipiat supernaturali aliquo lumine irradiare, illam tradiderunt expressè Galatinus lib. 7. de Arcanis catholice fidei c. 8. *A sancto Ioachim, & sancta Anna omnis corporis libidinem effrenatamque voluptatem Deus abstulit, ut eo modo ipsam immaculatam Virginem generarent, quo primi parentes si non peccassent filios in paradiso genuissent.* Hieronymus de Gueuara 2. tomo in Matth. obseruat. 15. sect. 5. §. 6. à n. 85. Laurent. de Aponte Annotatione 22. in Matth. per varios numeros, qui omnino legendi, & sensus illius est parentes Virginis non temerè, & à casu, non æstu carnali, aut vi concupiscentiæ inflammati, genuisse Virginem Mariam, sed solum ardentes amore, & charitate diuina, ductique obedientiæ supernaturalis, & Dei talis, ac tantam imperantis generationem, illam expressè reuelatione sancta Brigitta lib. 6. c. 5. his verbis. *Brigitta Mater*



*Mater Dei loquitur, quando Pater meus & Mater mea matrimonialiter conuenerunt, plus fecit hoc obedientia, quam voluntas, & plus ibi operata est charitas diuina, quam voluptas carnis, nam hora in qua ego concepta sum bene potest appellari aurea hora, & pretiosa, quia alij coniuges conueniunt ex voluptate carnali, mei autem parentes conueniunt ex obedientia, & præcepto Dei. Ratio autem mihi efficacissima desumitur ex motiuo, quod in limine huius disputationis attingimus, Deus enim non elegit sibi in Matrem aliquam ex communibus, & vulgaribus fœminis, sed eam, vt canit Ecclesia creauit prouide, id est singulari & excellentissima prouidentia, vt decebat sapientiam, & puritatem diuinam filij, qui ex illa generandus erat, quæ prouidentia non solum extenderetur ad personam, sed etiam ad modum generationis, & conceptionis illius. At non decebat purissimam Virginem, singularissimam Matrem Dei concipi, & generari cum libidine & actu concupiscentiæ, neque ex hoc motiuo orti complexus vtriusque parentis, ex quo oriuntur amplexus coniugum aliorum, sterneretur enim via per libidinem, & carnalem affectum ad productionem Matris purissimæ, & castissimæ, quod nec iustitia, nec puritas nascituri filij sustinebat. Et explicatur amplius illustro illud Ecclesiæ (Qui te creauit prouide) Prouidentia enim, qua Virgo Maria SS. fuit creata, erat non naturalis, sed supernaturalis, ex qua ortum habuerunt quæcunque pertinent ad ordinem hypostaticum, hæc vero quantum attinet ad Matrem, & filium purissima sunt, libidinemque, aut carnalem affectum redolent nunquam, ergo non ex libidine, & voluptate carnali, sed ex motiuo charitatis & amoris diuini fuit conceptus etiam materialis Virginis SS. si enim alio modo conceptus exerceretur, illa prouidentia sapientissima non esset, nec Deus dici posset Virginem creasse prouide, emphasi illa qua terminus sumitur in hymno Ecclesiæ, quæ enim prouidentia singularis, nihil peculiare circa Matris generationem exercuisse? illam permittere libidini, & voluptati carnali, sicut permittuntur sine peculiari & singulari prouidentia cæteræ generationes vulgares? Viluisset, aut vilesceret ex hoc capite conceptus sacra Deipara. Quod nulla ratione admittit Marius Cellensis, qui lib. de panibus c. 2. 1. dum Matrem Deiparam vocat clibanum, & Christum Dominum panem hæc pronuntiat. Oportuit enim hunc prius clibanum non vili stammate, nec modo consuetudinario fabricari. Et rationem reddit, quia futura Mater Dei, quod aliis explicat verbis. Motiuum igitur fuit Maternitas, vt à principio supernaturali imperaretur conceptio Mariana.*

Immo addiderim, vilesceret etiam Christus Dominus ex Matris communi, & impura generatione, nec crederetur Deus, qui conceptum Matris purissimum posset efficere, & negligeret illius puritatem curare. Cuius rationis efficaciam in conceptione formali amplius vrgebo. Ne vilesceret Persarum Reges, ne ve vulgares homines haberentur recludebantur, seque vulgaribus non permittebatur aspectibus, neque solum vulgaribus, sed etiam ipsarum Reginarum, quibus non licebat ad Regem ingredi non vocatis, vt colligitur ex lib. Esther c. 4. tanta adeundi reges difficultas. *Nimirum inquit Rupertus lib. 8.*

*de victoria verbi Dei cap. 10. hoc venerat ex nimia ventositate misera vanitatis, vt Rex magni imperij plus homine putaretur habere aliquid, ne vilior fieret ex usu publicæ visionis, maxime apud Persas mos iste lege sancitus fuit, vt persona Regis occultaretur sub specie maiestatis. Decebat ergo maiestatem, & gloriam Filij diuini, quod Matris conceptus non esset vulgaris, impurus non esset, sed ex motiuo amoris diuini, & charitatis supernaturalis parentes illius conuenirent. Decebat hæc Euangelicus orator Laurentio de Aponte.*

Probatum secundo eadem assertio ratione quam assertit Aponte n. 3. si perseueraret Innocentiæ status conceptus filiorum ex complexu carnali fieret sine actu libidinis, & præcisè ex motiuo amoris diuini, & charitatis supernaturalis: ergo probabilissimum est conceptum Virginis Diuæ etiam Maternalem ex motiuo charitatis, & illius imperio ortum habuisse. Consequenter constat ex illa doctrina Scoti, quæ asserit Virgini semper concedenda meliora si doctrinæ Ecclesiæ, aut auctoritati scripturæ diuinæ non repugnent, at neutrius auctoritati repugnat conceptum Virginis fuisse ex charitatis motiuo, sed consonat potius iis, quæ de illius nunquam maculata puritate scriptura sacra, & Concilia pronuntiant. Antecedens autem est D. Thomæ 1. p. q. 98. a. 2. ad finem corporis, qui ibi aduertit in generatione duo posse considerari. Primum quod naturæ est scilicet coniunctio Matris, & fœminæ ad generationem, quia fit per virtutem passiuam, & actiuam. Vnde inferit D. Angelicus, & illum sequuntur R. Magister Cumel disputat de illius articulo, & præcedentis discursu, generationem etiam in statu innocentie futuram per coitum, quod negarunt nonnulli. Alterunt autem quod considerari potest, est quedam deformitas immoderate concupiscentiæ, quod in statu innocentie non fuisset, quando inferiores vires omnino subdebantur rationi. Quam veritatem, vt ipse fatetur desumpsit Angelicus Doctor ex parente Augustino, qui lib. 14. de Ciuitate Dei c. 16. hæc ait. *At sit vt suspicemur non potuisse tunc prolem fieri sine libidinis morbo, sed eo voluntatis motu mouerentur tunc illa membra, quo cætera, & sine ardore, & ille cerebroso stimulo, cum tranquillitate animi, & corporis. Id quod reuelauit Deus sanctæ Brigittæ lib. 1. c. 15. Sed tu sponsa mea potes querere quo modo de iis filij nascerentur si non peccassent? Respondeo tibi, certe ex diuina charitate, & mutua dilectione, & commixtione sexus, quod ambo simul inflammarentur, sanguis charitatis fecundaretur in corpore mulieris absque illa turpi voluptate. Pende illud (sanguis charitatis) Vbi propter Diuinum amorem ex quo in statu innocentie coniuges conuenirent vocat ipse Deus, sententiam marmateriam, sanguinem charitatis: Eadem ergo ratione immaculatum semen ex quo Virginis conceptus potest iure meliori vocari sanguis charitatis, aut amoris Diuini.*

Abstulit ergo Deus à parentibus Virginis ad illius generationem ardorem concupiscentiæ, auertit libidinis actum, & eisque immisit tranquillitatem corporis, & animæ, quam haberent si perseueraret innocentie status, vt purissime, & immaculate Virginem filiam generarent, Nullaque ratione in tanto conceptu fierent similes bestiis (quæ potest esse tertia assertio nis ratio) vt

*vt enim notabat Diuus Thomas a. citato ad 3. Bestia caret ratione; vnde secundum hoc, homo bestialis efficitur; quia delatatione coitus, & feruorem concupiscentiæ moderari non potest; propter quam rationem. Damascenus Nyssenus, & alij apud M. Cumel vbi supra affirmarunt homines in statu innocentie non producendos per coitum; sed quia Diuus Thomas citatus docet tranquillitatem illam orti ex eo quod inferiores vires omnino subdebantur rationi, dubitare aliquis posset, an tam singulari prouidentia vsus fuerit Deus in generatione Virginis, vt sensitiuo appetitui Ioachimi, & Annæ infunderet virtutem illam supernaturalem quam infudit primorum parentum appetitui, vt subderetur rationi, ne in generatione vlla esset immoderata concupiscentia, sed summa carnis tranquillitas? In qua difficultate ego non ausum absolute, & sine formidine in partem affirmatam inclinare, quia nullum inuenio Doctorem, qui id asseruerit, imo nec vllum qui hanc excitauerit controuersiam, nec animus est quidquid suspicor in gloriam Virginis, vt rem certam proponere. At si quis ausu non temerario id doceret, meo iudicio iuuare posset suam sententiam ex verbis Isaïæ, quæ producebam olim, & in hac vestigatione forsitan producam ad stabiliendam virginis sanctissimæ puritatem in immaculata conceptione, Propheta enim in persona Christi Domini hæc c. 42. a. 9. scribit. *Ego Dominus, & gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculpsilibus. Quæ prima fuerunt ecce venerunt, noua queque ego annuntio, antequam oriantur auribus vobis faciam, &c. Vbi Christus Dominus Matrem, suam gloriam appellat, quo nomine illam illustrat alicubi Cardinalis Petrus Damianus affirmatque se illam non daturum alteri, alieno, aut extraneo (vt habet alia translatio) nomine vero alieni damnorem intelligit, & vt hoc meliori modo fiat ait se allaturum in tempus Ecclesiæ, quæ prima fuerunt id est quæ in statu innocentie reperiebantur; seque illa suscitaturum. At inter illa quæ in statu innocentie vigerent non infimum locum obrinet potentia ad generandum per coitum cum summa puritate, & sine concupiscentia vlla maximeque cum tranquillitate, quod cum nulli sciatur fuisse concessum, nec in virginem sanctissimam conuenire possit, quæ virtute Spiritus sancti Christum Dominum genuerit, suspicari aliquis posset in parentes Mariæ purissimæ quadrare, qui illam genuerint puritate propria status Innocentiæ, cum hoc non solum non sit impossibile, sed etiam credibilem faciat excellentiam illius status in quo caro non rebellabat contra rationem, Vrgebo hæc suo loco si Deus dederit.**

Posset etiam iuuare suam opinionem, ex eo quod frænati non potest ita congruenter appetitus ne contra rationem insurgat sola extrinseca prouidentia Dei, quia hæc nihil producit in illo; cum ergo vt subdatur rationi, & extingatur concupiscentiæ motus necessarium sit aliquid intrinsecum, vt existimant peritiores Theologi, videretur constituendum in parentibus Virginis illud donum quod fuit infusum appetitui primorum parentum, vt in illis non esset fomes peccati, aut alterum simile, & quod haberet eundem formalem effectum vt in ordine hypostatico, qui videtur inchoasse in conceptu Vir-

ginis illa excellentia inueniretur, quæ in statu innocentie erat futura communis; & hoc modo, & quantum ad hunc effectum in parentibus Virginis reproduceretur aliquo modo originalis iustitia. Quod si vel illud donum, vel aliud simile ad illam quierem, & tranquillitatem necessario est constituendum, quid prohiberetur illud donum collatum Adamo, & Eux concessum esse parentibus Virginis immaculatissimæ.

Obedientiam deinde, & præceptum interuenisse in conceptu Virginis doctè probat Gueuara, vbi supra, & dilucide traditur à sancta Brigitta lib. 6. cap. 49. his verbis. *Mater Dei loquitur, si alicui volenti ieiunare, qui desiderium haberet comedendi, sed voluntas resisteret desiderio, præciperetur à superiori cui obediret esset quod propter obedientiam comederet, & ille propter obedientiam contra velle suum comederet, illa comestio maiori remuneratione digna esset, quam ieiunium. Perfructu modo coniunctio marum parentum fuit, quando ego concepta fui, & ideo veritas fuit quod ego concepta fui sine peccato originali, & non in peccato. Huius veritatis rationes proponit, & illustrat Gueuara, non illum transcribo, ibi videnda.*

Sed præter eundem non est alterum testimonium Brigittæ, illustrissimum quidem, & quod inferat Virginis singularem gloriam. Apud ipsam igitur lib. 1. Reuelationum c. 9. ita fatetur Maria SS. *Ego volui tibi dicere, quam dulciter filius meus dilexit corpus meum, & quam dulciter animam meam; Ipse coniugium Patris mei, & Matris tante castitate coniunxit, vt tunc non inueniretur iustus coniugium, & nunquam conuenire vellent nisi iuxta legem solum modo causa suscitandi prolem, & cum sibi nunciatura esset ab Angelo, quod Virginem parerent, unde salus mundi procederet, magis voluissent mori, quam carnali amore conuenire, & voluptas in eis mortua erat, tamen pro certo dico tibi, quod ex charitate diuina, & Verbo Angeli nuntiantis conueniunt carne, non ex concupiscentia aliqua voluptatis, sed contra voluntatem suam ex diuina dilectione, & sic ex semine eorum per diuinam charitatem caro mea expaginata est. Hactenus Maria candidissima. Grauida mercede verba, & diuinis plena mysteriis, in quibus video mihi odorari aliquem singularem amorem excellentissimum, aut Virginitatis aut castitatis, qui referat amorem Virginitatis, quem mirantur omnes in purissima Virgine ad illa verba Lucæ 1. *Quo modo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Proponeatur Virgini partus salutis, Christi conceptio, & salus mundi, & non annuit, vt Mater eligatur, & sit donec cognoscat se Virginem parituram. Proponeatur Ioachimo, & Annæ partus, & generatio Mariæ, salus mundi, & consequenter quod futuri aui Dei ipsius, & dolent aut Virginitatem violandam, aut continentiam, & castitatem, & si daretur, aut vellent, antequam Matris ipsius Dei generationi dedissent operam, o castitatis amor immensus? o veri Mariæ parentes? o conceptus purissimus? Continebant carne, non voluntate, sed conueniunt dicente Angelo ex præcepto Spiritus sancti. Conueniunt Spiritus, quia iam voluptas carnis extincta; conueniunt ex dilectione diuina, qui adeo puri, ob hoc motiuum non propter aliud inter se conueniunt.**

Aponte. 223.

D. Thom.

Cumel.

August.

Brigitta.

224.

D. Thom.

Cumel.

Prophete.

Daman.

225.

226. Brigitta.

227.

Luc. 1.

Ex

SECTIO II.

Organizationem corporis Mariani factam brevissimo tempore.

SI quid tenuitas sensus mei capere possit de Sipa Maria, quod dignitati illius existimem non aduersari in medium proferre liber, inquit Anselm. Beatus Anselmus in officio Cardinalis Nogaroli sect. 7. Item & ego imitatus sanctissimum virum. Quod ut fiat commodius praefero foetus formationem posse fieri, aut modo omnino naturali, sine vlllo miraculo, ut communiter fit in cuiuscunque foetus formatione, & organizatione secundum communes leges naturae; aut illius organizationem fieri posse subito, & in instanti, ut formatum, & organizatum corpus Christi Domini virtute Spiritus sancti, & Virginis efficientia superiori vestigatione docuimus; aut tandem nec in instanti, nec in modo omnino naturali, in brevissimo scilicet tempore, eadem (verbi gratia) die, aut proxime sequentibus, quae collecta est materia in utero feminae ad illius formationem. Nunc difficultas est, an corpus Virginis purissimae formatum fuerit modo omnino naturali incrementis naturalibus, an in instanti, ut corpus filij; an vero medio modo id est tempore brevissimo non expectatis illis diebus, quos numerant medici, & ad formationis principium antecedere necessarios affirmat.

Prima sententia docet Mariam sanctissimam corpus primum vixisse vita plantae, & embryonis, aliquibus mensibus ante quam rationali anima informaretur, atque adeo secundum communes leges naturae fuisse organizatum non vero supernaturaliter. Ita opinantur Henricus quolibeto 15 q. 13. Bandelus de conceptione beatissimae Mariae fol. 83. Guillelmus Pepinus, vterque Dominicanus, lib. de imitatione sanctorum sermone de conceptione, Hilaretus sermone de conceptione, & sermone de Natiuitate virginis sanctissimae Gonsalus Durantus, non mihi boni auctoris notariis ad cap. 9. lib. 1. reuelationum sanctae Brigittae, Martinus Luterus sermonibus de conceptione. Cui opinioni adhaesit Peramatus libello de eo quod miraculosum accidit in conceptione Mariae. Item & Gabriel Vasquez tom. 2. in 3. p. disput. 127. c. 9. sine, n. 107. Et posset probari primo, quia alias Ioachimus & Anna non fuissent parentes naturales Virginis, quod est absurdum, id vero inferri satis probatur tum ex eo quod non genuerunt eam sola naturali potentia, quae iam effata, immo & antea sterilis, tunc quia non concurrerunt ad organizationem corporis Mariani, cum nec instantaneae, nec brevissimo spacio potuerint illud formare sine ingenti miraculo, cum id sit supra totam naturam. Secundo quia inde fieret Natiuitatem Virginis, & partum Annae non fuisse legitimum, sed praeternaturalem, Mariamque sanctissimam in utero Matris fuisse sex mensibus, & dies 10. quod declaratur, quia cum foemineus foetus & paulatim incipiat formari & post dies octoginta infundatur anima rationalis, si formatio, & preparatio foetus fiat in instanti aut brevissimo tempore octoginta illi dies non erunt necessarii ad illius formationem, sed statim corpusculum animabitur, & incipiet augetur.

218. Aponte.

229. Nyssenus. Hieronym. Cretensis. Damascen.

230. Eiphan. Hieronym. Cretensis. Anthioch. Damascen. German.

131.

Ex his verbis colligit Laurentius de Aponte asseri posse Ioachimum, & Annam ad vsque generationem Virginis, Virgines permanisse, neque conuenisse vnquam ob proles etiam generationem, idque videtur innuere Maria SS. ad Brigittam. Magis voluissent mori, quam carnali amore conuenire. Quid enim retardaret congressum promissa gloriosissima sobole, nisi Virginitatis amor, qui Mariam sacram retardabat filio, qui Deus, promissio? Ex quo laus singularis Virginis se statim prodit. Nascitur Deus homo ex Virgine Matre opera Spiritus sancti, sine congressu virili; & quia non decuit Virginem ex Virgine concipi (haec enim singularis excellentia Dei hominis) generent, saltem Virginem Matrem castissimi parentes, qui vsque ad tantam generationem virginitatem illibatam custodierunt illamque ut ita dicamus Deiparae Virgini consecrarunt.

Sed hanc imaginationem refellit primo sterilitas Parentum Virginis Deiparae, quam tradunt Gregorius Nyssenus oratione in die natalis Domini, Hieronymus in historia de Maria, Andreas Cretensis in encomio 1. de Deiparae dormitione, Ioan. Damasc. lib. 4. de fide orthodoxa c. 15. Germanus Archiepiscopus Constanti-nopolitanus Encomio de Virginis presentatione, Simeon Metaphrastes in oratione de vita & dormitione Mariae. Nicephorus Calixtus lib. 1. Historiae Ecclesiasticae; c. 7. & alij quorum verba refert Christophorus de Castro lib. de Historia Deiparae c. 2. At haec sterilitas, cognosci non potuit in parentibus Deiparae, si Virgines vsque ad generationem illius permanerunt.

Refellunt secundo preces, & supplicationes ad Deum profusas ad sobolem impetrandam, quas referunt Epiphanius haeresi 78. contra Antidicomarianistas & haeresi 79. contra Collyridianos. Hieronymus in historia de ortu Mariae. Andreas Cretensis oratione 1. de dormitione Deiparae, Antiochus Monachus in Pandecte scriptur. hom. 107. de compunctione, Damasc. & Germanus citati, sicut etiam Nicephorus, at non est, credibile sanctos viros preces, & supplicationes ad Deum effundere, ut sibi prolem concederet, auferretque sterilitatis opprobrium, quod illos nimis affectos, & despectos etiam a sacerdote Isachar, quotidie plus affligebat, & nunquam ante reuelationem de conceptione Virginis, coniugaliter conuenisse. Credendum est ergo Parentes Virginis vsque ad illius generationem non permanisse Virgines, etsi perseuerarint castissimi. Verba autem Virginis ad Brigittam potius contrarium satis innuunt, ut consideranti patebit.

Constat igitur hoc extraordinarium, singulare, & supernaturale accidisse in conceptu Virginis, quod fuerit ex diuina reuelatione, ex praeccepto Dei, ex motiuo obedientiae, ex sola Dei dilectione, sine vlla inordinata voluptate. & carnis concupiscentia processeritque ex parentibus, qui omnino steriles fuerant, generandique aetatem exceperant. Haec autem omnia operatus est Deus ex motiuo dignitatis Maternalis, quae fututa in sobole gloriosissima, quod est manifestum, & supponunt Patres, qui de conceptu & Natiuitate eius loquuntur.

augescere, ac si transacti fuissent dies illi octoginta, & in sequentibus sex mensibus, & diebus decem preuenierit ad maturitatem, ac proinde partus non erit legitimus, sed praeternaturalis, at B. Virgo naturali, & opportuno tempore nata. Tertio quia miracula sine necessitate non sunt constituenda, essent autem plura miracula in concep. V. si illa non accidisset naturali modo.

Secunda sententia affirmat corpus virginis SS. sicut & Christi Domini corpus formatum, & organizatum subito, & in instanti, ita ut non solum ipsum octaua die Decembris fuerit licet paulatim formatum, & ei vnita anima rationalis, sed vtrumque in eodem proflus instanti acciderit sine successione aliqua etiam brevissima, ita opinatus est Baptista Poza lib. 3. elucidarij Virginis tit. 2. c. 4. qui asserit sanctorum Patrum testimonia, sed in illis nullum est Verbum quod instantaneam formationem aliquo modo sonet, sed solum brevissimam, ut patebit conclusione secunda, asserit etiam aliquas coniecturas, illa vrgentior, quae sumitur ex formatione corporis Adam, quam subitam & instantaneam fuisse docet sanctus Thomas 1. p. q. 91. art. 4.

Dico secundo illud extraordinarium, miraculosum, & supernaturale in Virginis conceptione, quod licet corpus illius non fuerit in instanti formatum sicut corpus Christi Domini, fuit tamen formatum brevissimo tempore, ita ut octaua die mensis Decembris, non solum fuerit conceptio materialis illius, sed etiam formalis, id est non solum corpus formatum, sed etiam anima rationalis infusa, ea ratione ut supernaturalis ex hoc capite, & miraculosa fuerit illius pura conceptio, haec assertio media est inter vtramque sententiam quam retulimus, cedit in gloriam Virginis Deiparae, & Christi Dei, & hominis dignitati nullo modo est iniuria, illam vulgavit & probauit anno 1488. Philipus Mala Doctor Parisiensis, ut refert Poza citatus, & nostris temporibus Iacobus Granado Magister meus libello illo aureo de conceptione disp. 3. sect. 2. & 3. placuitque doctis iunioribus.

Et quidem formationem corporis Virginis non fuisse in instanti perfectam, sed successiue clarissime tradidit Damascenus orat. 1. de Natiuitate Virginis in haec verba. *Opraclaram Anna uulnam in qua tacitis incrementis ex ea auctus, atque formatus fuit foetus sanctissimus.* Sentit ergo Damasc. tacitis incrementis formatum fuisse corpus Mariae. Respondet Poza Damascenū loqui de augmento, & formatione Mariae quoad molem, & magnitudinem corporis, non vero quoad absolutionem partium, & illarum pulcritudinem; sed haec solutio facile refellitur, primo quia augmentum a formatione & est distinctū, & Damascenus expresse distinguit & docet, & augmentum factum tacitis incrementis & formationem. Adde augmentum foetus animari nullo modo vocari formationem. Secundo & vrgentius quia termino illo tacitis incrementis vltus est Damascenus ut discerneret, & separaret, distingueretque formationem corporis Virginis a formatione corporis Christi, quam factam non paulatim sed vno eodem momento scripsit lib. 3. de fide c. 2. his verbis. *Dei filius primitias nostra consperisonis sibi ipsi condidit, non id quidem per seminis emissionem, verum procreationis modo per Spiritum sanctum; nec ita ut paulatim tacitisque in oramentis figura corporis absoluerent, sed*

vno eodemque momento perficeretur. Cum ergo asserit tacitis incrementis Virginis corpus formatum sua phasi Virgini negat, quod Christo concesserat, concesserat vero Christo Domino instantaneam corporis formationem, tamquam quid singulare, & excellentissimum, & quod longo intervallo conceptionem illius ceteris reddat digniorem, ut loquitur Iodocus Cliftonus Damasc. scholiastes, hoc ergo negat conceptioni Mariae, asseritque non factam fuisse in instanti.

Ratione etiam probatur haec pars. Conceptio Dei hominis propter diuinam dignitatem petit quod corporis illius organizatio fiat in instanti, hocque fuit excellentissimum, & singularissimum in Christi conceptione, ergo conceptio Virginis quantum attinet ad foetus formationem non fuit in instanti. Antecedens est communis doctrina sanctorum Patrum, & scholasticorum, eamque amplectitur Ecclesia exprimiturque a D. Thoma 3. p. q. 3. a. 1. a D. Damasc. lib. illo 3. de fide c. 2. qui necessario legendus, sicut & illius scholiastes Clift. & Suarez 2. tom. in 3. q. illa 3. disput. 1. 1. sect. 2. & consequentia probatur, quia conceptio Virginis non fuit conceptio Dei, nec facta virtute Spiritus sancti, ut Christi conceptio, nec indecentiam vllam habet quod anima Virginis vniretur corpori successiue formato, quae sunt a contrario motiua quibus D. Thomas, & Theologi probant organizationem Christi corporis fuisse in instanti.

Factam vero fuisse brevissimo tempore (quae est altera pars assertionis secunda) id est intra ipsam octauam decembris docuit ex Diuina reuelatione B. Amedeus Franciscanus, lib. reuelationum, qui affirmat nonnullis exactis horis illius diei post consummatum matrimonium suorum Parentum perfectissimo corpore, & sapientissima anima fuisse donatam Mariam SS. Probat supponendo primo materialem conceptum Virginis accidisse die octaua Decembris & illum ipsa die celebrari ab Ecclesia, quae certum diem non assignauit pro in certo, ut multi multis euincunt; illud efficacissimum Helsingo Abbati Remensi naufragium timenti praecipisse sanctum Nicolaum festum conceptionis, & creationis Matris Christi celebrare his verbis: *Promitte mihi, & Deo quod diem conceptionis & creationis Matris Christi solemniter celebrabis, & celebrandum predicabis.* Et nequa die Abbas dubitaret octaua dies Decembris est declarata. Certum est igitur hanc diem fuisse illam in qua vere concepta fuit Virgo SS. Credibile n. nulla ratione est Pontificem sanctum ignorasse propriū & certum conceptionis diem, & pro incerto certum diem assignasse, in quo testimonio, non temere, & superflue distinguuntur conceptio, & creatio, sed magna consideratione, ut declararetur vtramque conceptionem eo die accidisse, & primam, quae materialis est, & secundam quae consistit in vnione animae ad corpus.

Suppono secundo ea ipsa die octaua scilicet Decembri celebrari ab Ecclesia praesentationem Virginis purissimae a peccato originali, ac proinde illius animationem, & animae rationalis infusionem in corpus iam organizatum ac proinde & spiritualem, & corporalem conceptionem, id t addit expresse Sixtus quartus in extraneaganti (grauis nimis) & reseruit in Monumentis ordinis Minorem, vbi haec Pontifex Maximus. *Nonnulli diuersorum ordinum professores publice affirmare haec non erubuerunt, & quotidie praedicant*

234.

Poza.

S. Thom.

235.

Malla. Granado.

236.

Damasc.

Clift.

237.

D. Thom. Damasc. Clift. Suarez.

238. Amedeus.

Remensis.

239. Sixtus.

dicare non cessant Romanam Ecclesiam solam spiri-  
tualem conceptionem, seu sanctificationem Virginis  
Mariæ celebrare. Et post pauca. Nos igitur huius  
modi temerariis ausibus, & peruersis assertionibus  
obutere volentes motu proprio & de nostra mera de-  
liberatione huius modi assertiones quorum libet, qui  
asserunt præsumere, eandem Romanam Ecclesiam,  
de spiritali dumtaxat conceptione, & sanctificatio-  
ne eiusdem Virginis gloriosa celebrare, & c. ut pote  
falsas, & erroneas, & a veritate alienas auctoritate  
Apostolica reprobamus, & damnamus. Et cætera  
quæ prosequitur textus.

240. Suppono tertio conceptionis voce aliquan-  
do significari retentionem, & comprehensionem  
materiæ in qua post dies multos inducenda est  
anima rationalis, quod sentiunt Galenus lib. 1.  
de femine, Valeriola ex ipso lib. 1. locorum com-  
muniu c. 18. Salamantinus schol. 15. de octi-  
mestri partu & è nostris Theol. Scorius 3. d. 3. q. 1.  
paulo ante finem versiculo etiam arguatur, ubi  
commixtionem seminum vdat conceptionem, & à  
fortiori ipsam fetus formationem, qua etiam  
ratione videretur loquutus Diuus Nicolaus ad  
Abbatem Heilsumum

Galenas.  
Salamant.  
Scorius.

241. Nunc ergo primo probatur altera præasser-  
tionis, si in eadem omnino die facta fuisset  
conceptio corporis Virginis, & illi infusa  
fuisset anima rationalis, organizatio corporis  
facta fuisset tempore breuissimo; sed re ipsa  
ita accidit in Virginis conceptione, ergo formatio,  
& fabrica illius facta fuit tempore breuissimo;  
ergo ratione Maternitatis hoc fuit extraordina-  
rium singulare, & supernaturale in Virginis  
generatione, vtraque consequentia est euidens;  
maior probatione nõ indiget, minor vero constat  
ex illis, quæ præmissimus ad hanc probationem.

242. Ex his colligo hanc necessario assertionem  
debere sequi, quicumque existimant non solum  
spiritualem, sed etiam corporalem conceptionem  
Virginis celebrari ab Ecclesia octaua die Decem-  
bris iuxta decretum Sixti Quarti. Cum enim  
probatum sit conceptionem corporalem cele-  
brari etiam ut significat commixtionem seminum  
& corporis formationem, & præterea etiam coli  
conceptionem spirituales, & celebrari, necessario  
est asserendum ipsa eadem die atque adeo super-  
naturaliter, & breuissimo tempore accidisse for-  
mationem corporis Virginis. Communior ergo  
assertio prædicta, quam prima luce appareat, et-  
si illam expresserint pauci.

243.  
D. Aug. elie.

243. Probat ut secundo ratione, desumpta ex Ha-  
gone de sancto Victore apud Alësem 2. p. q. 89.  
memb. 1. asserente. *Prima omnia perfecta sunt, cæ-  
tera qua de ipsis oriuntur, non nisi per intervalla  
temporum crescendo ad perfectionem venire possunt.*  
Quæ explicuit Doctor Angelicus 1. p. q. 91. a. 4.  
ad 3. conceptio, & formatio corporis Virginis  
facta fuit in prima institutione, & exordio  
ordinis hypostatici, ergo statim in illius princi-  
pio debuit esse perfecta, quia expectarentur spa-  
tia, quæ in naturalibus conceptibus expectat  
natura, antecedens est certissimum, quia creatio  
& productio Virginis, sicut, & ipsa Virgo puris-  
sima pertinent ad ordinem hypostaticum, & cum  
nihil aliud præcesserit quod ad illud pertineat sic  
consequenter factam fuisse in prima institutione  
& exordio ordinis hypostatici. Quis n. neget  
conceptionem Virginis Matris fuisse primam in  
choationem, & exordium nostræ salutis, & vnde  
alia mysteria sumperunt originem, ut amplius

dicam, quam Anselmus relatus in antiquissimo  
Breuiario Segouienfi ut refert D. Salazar. de con-  
ceptione c. 34. n. 3. consequentia vero probatur,  
quia contra rationem primæ institutionis est,  
quod reproducantur imperfectæ, qua ratione  
probat D. Thomas citatus Deum in productio-  
ne primi parëtis simul effecisse corpus, & animã.

Salarius.

244. Dices, argumentum non concludere, si enim  
efficax esset probaret formationem Virginis cor-  
poris factam fuisse in instanti, sicut ex illo princi-  
pio concludit D. Thomas Adami corpus non  
formatum per intervalla, sed subito & in instanti.  
Sed occurro nostram rationem saltem conuin-  
cere intentum nostrum in quo nullum est incõ-  
nienens, sicut neque in formatione primi parentis, ac  
in instantanea formatione corporis Virginis il-  
lud statim se prodit, quod organizatio instantanea  
non fuerit singularis excellentia corporis Chri-  
sti, neque illa peratur ex ratione personæ assu-  
mentis, quod est contra Damasc. S. Thomam &  
Patres, ex hoc vero non sequitur illud corpus  
nõ esse à principio, & prima institutione perfe-  
ctum, quia tempus formationis fuit breuissimũ  
ut probatum est, & illud citissime compaginatum,  
& fabricatum est, ita ut non sit determinare quan-  
tum interfuit temporis inter primam forma-  
tionem, & infusionem animæ rationalis, quod  
sufficit ad excellentiam conceptus puræ creaturæ.

244.

245. Motiua in contrarium non vrgent, & quidem  
primum facile dilui posset, si vera esset sententia  
Anreoli, quia ut prima vestigatione vidimus af-  
firmavit rationem generationis consistere in sola  
materiæ administratione, cætera vero munera  
necessaria non esse ut quis sit Pater aut Mater,  
sed quia hæc sententia vera non est. Respondeo  
negando sequelam, & ad primam probationem  
affirmo Virginem parentes genuisse potentia  
naturali eleuata per supernaturalem virtutem,  
illiq; hoc modo communicasse propriam sub-  
stantiam, quod sufficit ut vere & naturaliter fue-  
rint illius parentes illa enim virtus communi-  
cata est ad generationem breuissimo tempore effi-  
ciendam, non vero ad generationem, ut dicit  
primam actionem, ad hoc enim satis esset, quod  
supernaturali modo Deus illis conferret natu-  
ralem virtutem generandi, quæ esset fecunda, &  
ex qua fecundum semen oriretur, sicut ut cæco  
visus restituatur, non est necessum conferatur  
illi virtus supernaturalis ad videndum sed suffi-  
cit supernaturali, & miraculoso modo restitua-  
tur illi naturalis potentia.

245.

246. Ad secundam concedo, non potuisse corpus  
fabricari breuissimo tempore sine magno mira-  
culo, & peculiariter influente Spiritu S. quod  
necessarium, & conueniens fuit ad excellentiam  
& pulchritudinem Virginei corporis. Hoc au-  
tem non arguit nõ esse Ioachimũ, & Annam pa-  
rêtes Virginis, sed solum eleuatos supernaturali  
virtute corporis organizationem attigisse, sicut  
eleuatio Virginis ad formandum instantaneè  
corpus Christi simul cum Spiritu S. non arguit  
ipsam non fuisse naturalem Christi Domini  
parentem. Vide necessario quæ diximus vesti-  
gatione 1. disput. 11. sect. 7. 8. & sequentibus.

246.

Sed contra, ergo parentes Virginis genuerunt  
eam supernaturali virtute, ac proinde fuit in illis  
eminentissima virtus simillima illi quàm ad ge-  
nerandum Deum, & hominem habuit eadem Vir-  
go; concedo supernaturalem virtutem, aut in-  
trinsecum auxilium ad generationem in modo  
com

communicandi, & restituendi, non in substantia  
stetiles enim erant, & naturali virtute generandi  
carebant, vnde hæc supra naturam debuit adiu-  
uari, & forsitan excitata est naturali etiam virtute,  
sed diuinitus, & supernaturaliter data, & prære-  
rea attingebat organizationem celeritè, &  
breuissimo tempore ad quod non poterat se sola  
extendere virtus naturalis. Nego tamen similitu-  
dinem quam argumentum intendit; virtus enim  
virtuti infusa, & facta Maternitas vim afferebat,  
ut Virgo permanens generaret Deum, & homi-  
nem, ut in instanti illius fabricam attingeret, ut  
carnem purificaret, & sanctificaret, ut peccatum à  
persona illam habente, aut excluderet, aut impe-  
deret, ut constat ex dictis, quorum nullum in vir-  
tute diuinitus parentibus infusa reperiebatur.  
Erant igitur illæ virtutes inter se valde distinctæ,  
neque vna poterat ad aliam comparari.

248.

Ad secundum optime responderet Granado  
non solum corpus Virginis, sed etiam corpus  
Christi, licet aut in instanti, aut celeriter forma-  
ta exiguæ fuisset magnitudinis, & forsitan (ego ad-  
derem necessario) non peruenisse ad eam, quam  
haberet corpus Christi, si virtute causatum natu-  
ralium ita produceretur, ut post diem quadrage-  
simum ei infunderetur anima rationalis, necessa-  
rij ergo fuerunt in Christo Domino quadragin-  
ta dies; & in Virgine octoginta; ut peruenirent  
ad magnitudinem, quam haberent à causis natu-  
ralibus, vel ad aliam maiorem, non tamen nota-  
biliter, atque adeo in vtero Virginis Christus Dõ-  
minus nouem mensibus includeretur, quibus  
elapsis, & decimo incipiente partus fuit naturalis  
& legitimus quod Virgini facile, & vere potest  
applicari. Desumpta est hæc solutio ex Magistro  
3. d. 3. c. vlt. S. Thomæ 3. p. q. 32. c. 2. ad secundum  
Bonauentura 3. d. 3. a. 2. q. 2. d. 1.

Magist.  
Thom.  
Bona.

249.

Ad tertium, hæc miracula sine necessitate non  
constituuntur, necessarium enim omnino erat  
corpus Virginis organizari breuissimo tempore,  
quia pertinebat ad primam institutionem ordi-  
nis hypostatici in qua secundum decentiam, &  
seruata Christi Domini dignitate, ut explicui-  
mus omnia debent esse perfecta, quod sufficit ut  
miracula parentur, & præterea illa fuerunt ne-  
cessaria, ut vel ex hoc etiam capite conceptus  
Virginis esset mirabilis, cum propter hanc ean-  
dem rationem Maria Deipara concepta fuerit ex  
patribus, & senibus, & sterilibus, cum concipi  
posset ex parentibus florida, & robustæ ætatis, &  
qui naturaliter essent fecundi, quod factum non  
est ut sacra conceptio esse illustrior, nullus verò  
erit, qui asserat ad hunc finem, & ad maiorem  
gloriam Virginis illud miraculum non esse ne-  
cessarium. Adde quod sine necessitate vlla ad im-  
mediatum effectum Deus solet patrare miracula;  
quæ tamen ad alium finem occultum tunc, de-  
clarandum suo tempore sunt necessaria, quod  
iam notauit non nemo.

SECTIO III.

Conceptionem sacra Deipara esse sanctam  
etiam seclusa gratia habituali

350.

Dico tertio, conceptio sacra Deiparæ sumpta  
præcise, ut antecedit vnionem animæ ratio-  
nalis ad corpus vere habuit aliquid miraculosum  
& supernaturale, vi cuius caro sanctificaretur.  
Assertio nulli difficilis, si attendantur quæ dixi-

mus de Virginis sanctitate corporea; asseruimus  
enim illam infusam tantæ parentis corpõri ex  
cõ tempore, quo incepit esse corpus Virginis, &  
præparari ut illi infunderetur anima rationalis,  
quod successione aliqua, & tempore licet breui-  
simo antecessit vnionem animæ rationalis, ut de-  
claratum est præc. sect. Vnde illam necessariò se-  
quuntur omnes DD. qui affirmant Virgine fuisse  
ante animationem, & expressit Mair. D. illumina-  
tus 3. d. 3. q. 1. a. 5. cuius verba retuli ex parte, d. 3.  
huius velt. sect. 5. Probat ut conclusio efficaciter,  
illa conceptio habet aliquid miraculosum, & su-  
pernaturale, quod etiam, ut antecedit vnionem  
animæ ad corpus habet sibi vnitam sanctitatem,  
& puritatem supernaturalem, sed conceptio Vir-  
ginis Deiparæ, etiam ita concepta dicit sanctita-  
tem, & puritatem etiam non intellecta gratia ha-  
bitali, ergo hac etiam ratione habuit aliquid ex-  
traordinarium miraculosum, & supernaturale  
consequentia est euidens, & maior negari non  
potest; minor verò probata satis est in superiori-  
bus, ostendimus enim, & dari sanctitatem corpo-  
ream, & hæc infusam Virgini ante animationem,  
ac proinde antequam infunderetur illi gratia ha-  
bitalis, quæ certius certo est non illi infusam  
ante animationem.

Mair.

351.

Verum dubitabit aliquis, an etiam in semine, &  
materia illa ex qua formatum fuit corpus sacra  
Deiparæ aliquid existerit miraculosum, & super-  
naturale. In qua d. sicut Laurent. de Aponte  
annot. 22. morali in c. 1. Mat. sine vlla formidine  
affirmat Parentes Virginis impressisse semini ex  
amore diuino qualitates diuersissimas. Quæ tamẽ  
opinionem ipse non probat; sed inuani forte posset  
ex illo Damasc. or. 1. de Nat. Virginis: *O beatorum Ioa-  
chimi lumbos, ex quibus immaculatum semen effluxit.*

Aponte.

352.

Ego verò dum non solum Virginem immacu-  
latissimam volo; sed etiam quæ ad illam aliquo  
modo pertinent purissima, & mundissima amo-  
intelligere nulla ratione possum quale nam fue-  
rint qualitates illæ diuinissimæ, nec modum quò  
illas parentes Virginis semini illi impresserunt.  
In primis enim illæ non fuerunt gratia habitualis  
sanctificans, quia hæc spiritualis est, in subiecto  
corporeo non recipitur; & semini nulla ratione  
potest inhærere. Deinde non fuissent illæ quali-  
tates forma vlla sanctificans, aut participatio ali-  
qua munditiæ, & supernaturalitatis diuinæ, hæc  
enim forma commentitia est, & sine villo funda-  
mento asserita, nec Patribus, aut Scholasticis cõ-  
gnita, quod ego scierim. Dicere verò esse sancti-  
tatem illam corpoream quam nos ex PP. & scri-  
ptura deduximus, falsum omnino est, & impro-  
babile; tum quia illa sanctitas Maternitas est, vnde  
de semini imprimi non potuit, quod Mater nihil  
quam futurum esset, tum quia proprium illius  
subiectum potentia vegetatiua est, in semine au-  
tem non est; aut vegetatiua, aut generatiua po-  
tentia, ut de se est manifestum. Tertio ad quid-  
nam qualitates diuinissimæ in semine? quemus  
formalem effectum causarent?

353.

Respondet forsitan Laurent. necessarias esse  
ut semen esset fecundum, elaboraretque organi-  
zationem in instanti morali, id est breuissimo tem-  
pore, cum semini in sit virtus formatiua, & colle-  
cta materia tegatur, aut in uolucro, aut membra-  
na, ubi inclusam vim formatiuam alihunde non  
possit participare, atque adeo debeat illam habere  
intrinsicam, & sibi inhærentem. Habent hæc  
aliquam speciem probabilitatis, sed sunt quidem  
falsæ

falsa, tum quia virtus illa, vt semen esset fecundum sine vilo fundamēto, & exaggeratione multa dicitur qualitates diuinissimæ. Hæc enim appellatio quadrat in gratiam sanctificantē, in gratiam Maternitatis, non vero in illam virtutem, nec aliquis prudēter diceret Elizabethæ, & Saræ impressas esse qualitates diuinissimas, vt quæ ante essent steriles generarent Ioānem & Isaacum. Præterquam quod illa virtus solum fuit supernaturalis in modo quo fuit producta, non vero secundum substantiam, vt in solutione argumentorum dicebamus. Tum vel maxime quia formæ supernaturales infunduntur à Deo, nec produci ab hominibus possunt, vt generaliter constar. Quod si dicatur produci ab illis instrumentaliter, principaliter à Deo, hoc etiam sine fundamento asseritur, & eadem facilitate reiicitur, qua affirmari videtur; oporteret enim parentes eleuari per aliam qualitatem ad illas qualitates diuinissimas producendas, & explicari satis non posset, quænam esset illa qualitas, & quæ illius natura.


254. Vt vero illud semen dicatur immaculatum, & purissimum, imo & sanctum aliquo modo, sufficit ordinatum fuisse ex diuino decreto ad Virginis generationem, & non fuisse instrumentum traducendi culpam originalem in Virginem; ex eo enim vulgaria femina dicuntur immunda, sunt enim veluti vehiculum originalis peccati, non quia illis insit aliqua morbida qualitas, aut posituum aliquid quod semen inficiat, sicque intelligendi sunt PP. qui semen Parentum Virginis vocant immaculatum, & hoc modo Damasc. explicuit Granado de Concept. Virginis d. 3. c. 12. n. 5. quem lubentissime sequor.

256. Dico quartò, illud etiam extraordinarium, miraculosum, & supernaturale in Concept. Virginis, quod in illa fuit, aut ligatus, aut extinctus fomes peccati, vt neque radicalis hæc immunditia esset in sacra Deipara. Hanc assertionem existimo ad mentem omnium, qui docent V. Matrem conceptam fuisse sine nœuo originalis peccati, illam nunc non probo, ostensus in vestigatione 3. vnde prouenerit ligatio, aut extinctio fomitis in hac conceptione.

257. In illa verò hæc supernaturalia reperiri ex motiuo Maternitatis certe est clarissimum. Præseruauit enim Deus Mariam sanctissimam, donaque contulit illa supernaturalia, vt digna filij sui Mater existeret, sic in oratione de Conceptione canit post Completorium nostra sacra Religio à quadragesimo annis fœliciter nunc, vt vel hac hora fateatur filios suos vsque ad vitæ finem credituros, & prædicaturos immaculatam Conceptionem, mortemque subituros, si ad Dei expediterit, & Virginis gloriam, pro hac asserenda virtute.

DISPUTATIO VIII.

De essentia, & natura originalis iustitiæ contrariæ originali peccato.

258.  St huius vestigationis scopus omnimoda immunitas sacre Deiparæ ab originali peccato, & quia hæc explicari recte non potest, non declarata, & expensa essentia peccati originalis, quod trans-

funditur ad posteros ex illius primi hominis, siue gula, siue superbia. Ideo hinc necessarid de peccato originali tractandum, & quia hoc, aut formaliter est priuatio originalis iustitiæ, aut saltem illam secum affert; disputandum tamen si breuiter erit de originali iustitia, de qua legendus Cumel 2. t. in pp. q. 95. a. 1. & 1. 2. q. 109. prioribus artic. Bellarm. t. 3. controuersiarum statim in principio l. vn. de gratia primi hominis per varia capita Suarez de opere sex dierum, l. 3. de hominis creatione, & statu innocentie; hi enim sunt ex quibus Theologi nouiores sumpserunt, quæ de iustitia originali tradiderunt.

Cumel. Suarez. Bellarm.

SECTIO PRIMA.

Primi parentes in gratia, & iustitia originali creantur.

259. Non vnus solum hominis status distinctè proponitur à Theologis, sed multiplex qui vel extiterit, vel existat, vel sit absolute possibilis. In primis n. potuit homo creari in statu puræ naturæ, ita vt præter substantiam, potentias, & proprietates illi debitas nullū haberet superadditū donū, siue naturale, siue supernaturale. Et in hoc cum nostra constitutio sit ex anima, & corpore, in quibus proportionaliter reperitur appetitus rationalis, & sensitiuus, quorum primus inclinatur naturaliter in bonū rationis, & secundus in bonum sensibile, opposita scilicet propensione, necessario in illo statu rebellaret appetitus sensitiuus contra rationem, & pugna perpetua esset inter vtrumque ac proinde naturalis, & quæ non à peccato procederet cum supponatur in homine creato in pura natura nullum peccatum esse, imò neque in primo instanti creationis esse potuisse, produceretur n. tunc homo purus, & innocens, quatenus innocentie status dicit præcise negationem culpæ, vt optime notauit Henric. quodlibeto 6. q. 1. concupisceret ergo in illo statu, caro aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem.

259.

Henr.

260.

Deinde potuit à Deo creari homo in natura integra, & tunc haberet homo etiam sine ordine ad finem supernaturalem vires integras in appetitu rationali supra appetitum sensitiuum; itaut illum posset subicere rationi, quia haberet vigorem quandam efficacissimum in potentis, & virtutibus naturalibus, quo firmæ, & valentes redderentur potentie ad agendum omne bonum morale naturæ proportionatum, & ad resistendum omni malo, qui vigor tunc non resultaret ex originali iustitia, quam vt dicemus habuit Adamus; sed necessariò oriretur ex aliquo alio principio formali. Sumitur ex Caiet. 1. 2. q. 109. a. 2. qui late & subtiliter hoc modo explicat D. Th. At licet rationalis appetitus in ordine ad sensitiuum haberet hunc vigorem, & integras vires non diceret indefectibilem ordinem, & corpori sub anima & inferiorum virtutum sub superioribus, vt deceret statum iustitiæ originalis, vnde rebellare posset aliquando appetitus contra rectam rationem, & illum suis motibus præuenire, vt notauit Cumel 2. to. in 1. 2. q. 109. a. 2. disp. 1. in fine notationis primæ, vt significauit Scotus 2. d. 29. q. vnica.

Caiet.

Cumel.

261. Posse verò hominem creari, tum in puris naturalibus, tum in integra natura certissimum est, nulla enim ratione obligatur Deus ad illius creationem cum gratia habituali, & in ordine ad finem

nem supernaturalem, seu illius claram visionem, in qua finalis beatitudo in nostro statu consistit, cum duplex sit finis hominis, alter naturalis, supernaturalis alter, & primus non sit necessariò connexus cum secundo, nec homo habeat appetitum innatum ad videndum Deum; de quo videri possunt Theologi contra Scot. 1. p. q. 12. & q. 3. & ad rem nostram Suar. 1. t. de gratia prologomeno 4. difficultatem vero de possibilitate vtriusque status tractat Cumel loco citato disp. 2. qui necessariò videndus.

Suarez.

262.

Præter hos status posibles solum, & qui extiterunt nunquam, est innocentie, & iustitiæ originalis status, qui fuit in Paradiso, & addit supra puram naturam & illius integritatem plura dona naturalia, & supernaturalia, in illo enim statu habuit homo primus gratiam sanctificantem, & ordinatus est ad finem supernaturalem. Sed quia per præuicationem amisit & gratiam, & originalem iustitiam ex qua proueniebat indefectibilis subiectio appetitus sensitiuus ad rationem, ita vt nullum esset peccatum veniale, neq; esse posset ante peccatum mortale in quo veluti corrupta est natura cum ad deterioerem; & infelicem statum peruenerit, in quo rebellat caro aduersus spiritum, itaut perpetua pugna sit inter ea; inde Theologi distinguunt quatuor statum quem vocant peccati, seu naturæ corruptæ, non quia amisit homo aliquam perfectionem naturalem, sed quia ex peccato primi parentis ortum habuit hæc pugna, & rebellio vt loquitur Apost. & quia spoliata est natura supernaturalibus donis in quibus fuerat creata propter quod dicitur fuisse vulnerata, de quo vide Bedam in 2. 10. Luca, Gregor. 2. d. 30. q. 2. a. 2. & Theol. 1. 2. q. 85. a. 3. & Sot. lib. de natura, & gratia 1. c. 13. Vbi illa comparatio Caietani, hominis in pura natura, & in peccato, & natura corrupta. Alter enim comparatur homini nudo, & qui cum peccato originali solum comparatur homini spoliato vestibus quas habebat, in vtroque enim æqualis est nuditas, & in vtroq; æqualis repugnantia appetitus ad rationem; hic enim in pura natura, & ante peccatum originale bellaret ex natura sua contra rationem, & contra illam innato pōdere ferretur in id, quod est peccatum, & contra rationem, quod plane concedunt Sot. de natura, & gratia l. 1. c. 3. & Victoria relectione de homicid. n. 3. vt notauit Vasq. 1. 2. tom. 1. disp. 90. cap. 4. num. 9.

Bedam.

Vasq.

263.

Statum verò peccati ex præuicatione primi parentis, benignitate, & misericordia Dei sequutus est gratiæ quintus status, in quo morte, & sanguine Saluatoris nostri Dei culpa deletur, & donis supernaturalibus restauratur innocentie, & iustitiæ originalis status, tamen non restituantur omnia illa dona supernaturalia, quæ fuerunt in primis parentibus in illo felicissimo statu. His breuiter præmissis, & multis aliis ad materias de statu innocentie 1. p. de peccato originali, & de gratiæ necessitate 1. 2. remissis.

264.

Ad rem nostram illud est controuersum, quidnam formaliter asserat status iustitiæ originalis; & cum certum sit asserere tanquam id proprium, & peculiare tranquillitatem maximam inter appetitum sensitiuum, & rationale, ex qua proueniebat, vt nulla esset pugna inter vtrumque, sed appetitus sensitiuus, nullum posset habere motum, neque contra, neque præter naturalem rationem, sed illi ita esset subditus subiectione tanta, vt neq; præuenire rationem, nec moueri

posset, nisi præuentus, & excitatus ab illa. Difficultas est an hæc subiectio ortum habuerit à gratia, & virtutibus: an verò ab aliquo habitu peculiari existente in appetitu sensitiuo, qui illius naturalem inclinationem ad bonum sensibile cohiberet, redderetque illum inclinantem, & prouentum ad bonum rationis.

265.

In qua nonnulli non solum affirmant in illo statu non fuisse illum habitum in appetitu sensitiuo, sed etiam negant illum esse possibilem, vnde existimant negationem appetitus ad rationem ex alio capite prouenire, & in illo explicando differunt, Vasq. enim vbi supra d. 1. 3. 2. c. 7. n. 30. docet mirabilem illum effectum subiectionis potentiarū voluntati, & rationi prouenisse à particulari Dei prouidentia; qua Deus prouidit, vt potentia subderentur rationi, quandiu ipsa Deo esset subiecta. Suarez verò arbitratur frænari, & cohiberi appetitum qualitatibus, & virtutibus inherentes corpori, & animæ, & præcipue Dei singulari prouidentia, quod affirmat to. de opere sex dierum l. 3. c. 20. n. 19. habitum tamen peculiarem negat, to. 2. in 1. p. d. 4. sect. 5. & repetit to. 1. de gratia, Prologomeno 4. c. 2. n. 11. & in priori loco multa dicit contra Henric. & Scot. qui in voluntate constituunt habitum distinctum à charitate, qua hæc potentia frænare possit appetitum sensitiuum, fundamentum huius sententiæ est illud quo vtitur Suar. loco relato ex 1. p. Appetitus enim naturaliter operatur circa suum obiectum applicatum, nisi illius motus impediatur, aut contineatur per motum actualem à superiori potentia, & hæc est illius inclinatio, & efficacia quæ non potest tolli, aut impediri per solum illum habitum, alias fieri posset, quod inclinatio, & efficacia quam habet voluntas ad bonum rationis per habitum superadditum posset impediri quod nullus concedit.

Vasq.

Suarez.

266.

Dico primò primi parentes creati fuerunt in gratia sanctificante, & originali iustitia, quæ ad gratiam addit habitalem rectitudinem in voluntate, & habitum frænantem, & continentem naturalem appetitum sensitiuum ne rebellet contra rationem, neque actualiter possit moueri, nisi à ratione præuentus. Hæc assertio plures habet partes, & quantum attinet ad primam negauit nullus originalem iustitiam infusam primis parentibus, in primo creationis instanti propter illud Eccl. c. 7. *Deus creauit hominem rectum, ille autem se implicuit mille questionibus.* Licet nonnulli affirmauerint non fuisse creatos in statu gratiæ sanctificantis, quos refert Suar. l. 3. de hominis creatione c. 17. n. 5. Sed affirmant id S. Th. 1. p. q. 95. a. 1. quæ Cum. q. 1. & Thomistæ sequuntur, & late deduxit Suar. n. 8. Estque iam communis sententia, & illam suadet illud Eccl. c. 7. adductum, in scriptura enim non dicuntur simplicitè recti, nisi iusti, & Deum ex toto corde diligentes, & illud Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Vbi per imaginem intellectualem naturam, per similitudinem gratiam, & sanctitatem intelligunt communiter PP. quos referunt recentiores. Probationes huius partis quoad vtramque veritatem vide apud D. Th. & auctores cit. non n. est animus illas transcribere, neq; nunc aliquid illis addendū occurrit.

Eccl.

Suarez.

Thom. M. Cumel.

267.

Quoad secundam verò partem asserentem originalem iustitiam addere supra gratiam sanctificantem rectitudinem voluntatis id est habitum, quo illa & facilliter, & delectabiliter Deo

adhæreret, & dominaretur sine difficultate vlla appetitui sensitiuo, sibi que redderet obedientem, est contra Suar. & Vasq. sed amplectuntur illum Scotus 2. d. 29. q. vnica, § Potest dici, & illius discipuli præferunt Herrera ibi disp. 21. q. 3. & ex parte Henricus quodlibeto 6. q. 11. reputatque probabilem Cumel vbi supra q. 2. dub. annexo, paulo ante primam conclusionem, quatenus asserit gratiam, & iustitiam originalem esse habitus realiter distinctos magnam habere probabilitatem, secundum quam sententiam rectitudinem voluntatis consistentem in illa facilitate, & rectitudinem appetitus consistentem in conformitate apprehensionis sensitivæ cum iudicio rationis, & plena illius subiectione ad voluntatem explicuit, t. 1. in 1. 2. q. 8. 2. art. 3. disp. 2. §. verum ad finem pag. 578. colum. 2.

Quoad tertiam autem partem, quæ affirmat iustitiam originalem addere supra gratiam habitualem habitum corporeum, quo ita continetur sensitivus appetitus, vt omni ex parte esset subditus rationi, neque moveri posset, nisi ab illa præventus, negant Suar. & Vasq. sed amplectuntur illum Scotus, & illius discipuli, qui non vnum solum habitum, sed duos constituit, alterum in irascibile, alterum in concupiscibile nostro M. citat. & nouissime Granado de Concept. Virginis disp. 1. c. 2. sect. 1. num. 3. quem dicit se ostendisse 1. 2. in materia de actibus humanis, tr. 1. vel 2. & scio placuisse doctis iunioribus, necessarioque illam sequuntur quicumque existimant fomitem posse extingui per qualitatem intrinsecam, quod docuit Paludan. 3. d. 3. q. 2. a. 2. concl. 1. & etiam quia ad illum vel ligandum, vel extinguendum admittunt peculiarem providentiam adiunctam qualitati, & habitui inherenti, quod affirmavit D. Th. 3. p. q. 27. a. 3. c. & a. 4. ad 1. quem sequitur Aegid. Lusit. de Concept. Virginis lib. 4. q. 2. a. 5. & latius t. 3. de Beatitudine, lib. 4. q. 20. a. 5. & expressius a. 6. §. 4. n. 30. Nam & si non meminerit D. Angel. huius habitus corporei, sine dubio illum intelligit nomine abundantioris gratiæ, quæ potuit Virgini conferri, quod cum non possit explicari de gratia habituali, neque de habitu voluntati superaddito, quia hic intrinsece non cohibet appetitum, necessario intelligendum est de habitu corporeo. Quam partem etiam defendit Cumel, quem paulo antea citauimus; contineri enim non potuit intrinsece appetitus sensitivus, neque rectificari per qualitatem intrinsecam illi inherentem, quæ esset spiritualis, & cum asserat fuisse rectificatum necessum est asserere id factum qualitate corporea.

SECTIO II.

Originalem iustitiam dicere plures habitus in voluntate & appetitu sensitiuo existentes: ratione efficaci probatur.

VT vtraque pars posterior nostræ sententiæ probetur necessario præmittendum est, ex Scoto vbi supra §. potest dici, quod sicut intellectus vnitus sensibus natus est intelligere sensibilia, ita etiam voluntas ex vnione ad appetitum sensitivum nata est ferri in bonum sensibile, idque cum delectatione, vt constat manifesta experientia, delectatur enim voluntas in possessione boni sensibilis, & conuenientis appetitui sensitiuo, qui inclinatione propria, & cum delectatione fertur in proprium obiectum, scilicet in bonum

sensibile, & in illius etiam apprehensione delectatur, si ergo delectabiliter, & suauiter, & sine difficultate vlla inclinanda est voluntas ad bonum rationis, quod est illius obiectum, necessum omnino est, quod abstrahatur ab inclinatione ad bonum sensibile per aliquid quod sit delectabilius, quam bonum sensibile; & cum hoc non insit naturaliter voluntati, vt de se pater, necessarium est habeat illud ex aliquo dono sibi supra naturam superaddito, sine difficultate enim, & tristitia ex propria rei natura à bono sensibili non potest auelli. Deinde cum appetitus sensitivus delectabiliter in idem bonum feratur, vt appetere possit, & de facto appetat bonum rationi conueniens, recedatque delectabiliter, & sine difficultate à proprio bono sibi conuenienti, necessum est auellatur ab ipso per aliquid quod sit illi delectabilius, quam proprium obiectum: cumque hoc non possit haberi à natura, supernaturali donum est necessarium, vt delectabiliter appetat illud bonum ad quod non habet inclinationem: nulla enim potentia retrahi potest à proprio obiecto, & in aliud inclinari, nisi illi insit principium illius inclinationis, vt ignis non potest descendere, nec lapis ascendere, nisi vtrique supra propriam naturam addatur aliquid, quo ignis in inferiora, lapis in superiora actualiter inclinatur. Ex quo fit consequenter, quod si voluntas non potest auelli à bono sensibili, & inclinare sine difficultate in bonum rationis, nisi superaddatur illi aliquid, quod retrahat à bono sensibili, à fortiori non poterit inclinare appetitum in rationis bonum, nisi habeat vim aliquam virtute cuius illi imperare semper efficaciter possit, & illum à proprio obiecto auellere, quæ virtus si addatur non solum voluntati, sed etiam appetitui sensitiuo dubium non est quin sensitivus appetitus delectetur etiam in bono rationis, & forsitan suauius quam in bono sensibili; quod est contra rationem, & huius iudicio opponitur, sed abstrahit à conformitate, vel repugnantia ad rectam rationem.

Præmittendum secundò, statum originalis iustitiæ non solum dum durauit fuisse statum summæ tranquillitatis, & pacis sine bello vlllo inter vtrumque appetitum sensitivum, & rationale, carnem, & animam, sed etiam delectationis, & lætitiæ, & deliciarum, quæ omnem angorem, & tristitiam à primis parentibus excluderet, neque vi originalis iustitiæ permetteret potentias inferiores contra superiorem rebellare. Vnde inferior potentia sine tristitia vlla, aut violentia posset à superiori contineri, & ad prosecutionem boni rationis sine difficultate reduci; si n. vi status, & originalis iustitiæ hæc tranquillitas, & delectatio non esset, vterque appetitus bellaret aduersum alterum, & lætitiæ, & delectatio perpetua esse non posset. Eam vero delectationem expressit Aug. 4. de Civ. Dei, c. 26. dicens quod in illo statu: *Nihil omnino triste, nihil in aniter latum erat, sed gaudium perpetuabatur ex Deo.* Athan. 1. de Incar. Verbi fol. 1. loquens de primis parentibus: *Inroduxit igitur eos in suum ipsius paradysum, edictumque; præscripsit, vt si gratiam illam consequerent, probiq; permanerent fruere in paradiso sine dolore sine anxietate hilarissima vita.* Tertio Iren. 1. 3. aduersus hæreses cap. 35. *Condemnationem autem transgressionis accepit homo, radia, & terrenum laborem, &c.* Vbi tædia opponit delectationi, & deliciis illius status.

270.

August.

Athan.

Irenæus.

His

71.

His adde meo iudicio, neque in illo statu futurum principium, & causam huius tristitiæ, sine illa enim esset natura, quia cum supponatur vi originalis iustitiæ appetitum esse non solum frænatum; sed etiam extinctum ad prosecutionem bonum contra rationem, si actualis inclinatio non est possibilis, neque etiam tristitia de priuatione, aut carentia illius inclinationis. Quod certius existimo accidisse in Virgine, in cuius appetitu sensitiuo fuit summa puritas, & summa munditia, at si tristitia aliqua illi inesset de carentia, & priuatione rei turpis, procul dubio non fuisset pura mundities; tristitia enim de priuatione rei immundæ, munditia esse non potest, & necessarium est immunditia. Vnde non acquiesco Scoto, qui vbi supra versiculo. Quod si dicatur, paulo post lit. B. putat voluntatem tunc bene vsuram tristitiis, quæ tunc fuissent in appetitu sensitiuo ex eo quod retraheretur ab illicitis, vel licitis delectationibus: appetitus enim ex vi originalis iustitiæ, sicut & voluntas adhereret vltimo fini suavi delectatione, & sic ex carentia boni delectabilis contra rationem nullam haberet tristitiam. An verò primi parentes in illo statu, ex aliis obiectis vlllo modo tristarentur, quia visus videret turpe visibile, & auditus turpe audibile perciperet, quod posse accidere concedit Scotus, alibi est tractandum.

272.

Iam verò probatur secunda assertionis pars, iustitiam scilicet originalem dicere donum supernaturali in voluntate, quod & illam illo peculiari modo redificaret, & virtutem conferret, vt perfectissimo modo imperaret cum efficacia sensitivo appetitui, si hoc donum in voluntate non inueniretur in actu originalis iustitiæ sequeretur in illo non futuram perfectissimam tranquillitatem, & pacem, perfectissimam delectationem, & lætitiæ; ergo necessum omnino est constituere in voluntate donum supernaturali ad hos effectus; consequentia est euidens, quia à natura voluntatis præcise non poterant provenire, neque enim illa ex propriis principiis haberet mirabile hoc imperium in vires, & potentias inferiores. Antecedens autem probatur facile, quia rectitudo illa ex qua procederet delectatio, & manebat imperium, neque poterat provenire à gratia, neque à charitate, neque ab illis virtutibus, quæ per se, aut per accidens in sua inueniebantur in primis parentibus. Ratio generalis est: quia nunc in statu gratiæ perseverat iustitia sanctificans, charitas, & virtutes supernaturales, quæ illam consequuntur, & inueniebantur in primis parentibus, & tamen mirabiles illi effectus non reperiuntur in iustis, sentiunt enim etiam sanctissimi, vt Paulus Apostolus aliam legem in membris repugnantem legi mentis, & rationis, tristatur enim valde appetitus, si retrahatur ab obiecto sensibili, & imperio rationis ad bonum huius feratur; hæc verò omnia signum sunt euentissimum hos effectus non provenire à gratia, charitate, & aliis virtutibus: si enim provenire possunt, à quoniam prohibentur, ne causent hos vtilissimos ad salutem effectus, maxime cum nos abundantius gratiam per Christum habeamus.

273.

Dices vel id provenisse ex gratia, & virtutibus, quæ Adamo collatæ sunt in gradu heroico, vel ex aliqua perfectione gratiæ & virtutibus superaddita ad maiorem dignitatem illius propter illum statum, quod significavit Soc. 1. de natura, & gratia cap. 5. Valent. 1. p. dif. 7. q. 2. punct. 2. §. Quoad se-

Sorus. Valent.

cundum, quæ in nobis non reperitur, ac proinde habitum illum peculiarem ad hos effectus causandos nulla ratione fuisse necessarium. Sed primum horum finolum est, & sine vlllo dicitur fundamento; negari enim non potest in hoc statu gratiæ per Christum multos sanctorum habuisse gratiam, & virtutes in gradu heroico, vt Ioannem Baptistam, Iosephum Virginis sponsum, Apostolos omnes, & Paulum diuinum, in quibus rebellio fuit procul dubio inter carnem, & spiritum, & pugna perpetua, non ergo à gratia, & virtutibus in gradu heroico proveniebant illi effectus, neque gratia & virtutes, siue spirituales, siue corporeæ existentes in appetitu causabant illos effectus.

274.

Secundum verò facile refellitur, quia vel illa perfectio addita gratiæ ex virtutibus, vt constitueretur originalis iustitia, erat eiusdem lineæ cum gratia, & virtutibus; aut lineæ diuersæ, medium enim dari non potest, non eiusdem lineæ, quia sic solum posset esse maior aliquis intentionis gradus, qui & nunc in aliquibus iustis datur, qui tamen illos effectus non infert. Nec lineæ diuersæ, cum enim præter gratiam, & virtutes constituerentur in voluntate perfectiones multæ diuersæ inter se secundum speciem quibus potentes efficerentur virtutes ad illud imperium, & ad suauem illam delectationem, & abstractionem à sensibilibus bonis, & tunc hæc non provenirent à gratia, & virtutibus nunc existentibus, sed à perfectionibus illis, quas superponit aduersariorum solutio, quod manifeste illam eneruat, & sine vlla necessitate tot perfectiones fingit, quæ sunt gratiæ, & virtutes.

275.

Nec valet si occurrat perfectiones illas esse eiusdem speciei inter se, licet à virtutibus distinguantur, & realiter, & specie, quia munus omnium illarum esset efficere, aut causare illam delectationem voluntatis, & illud imperium efficacissimum voluntatis in sensitivum appetitum; contra hoc enim est, & probatur secundò pars etiam secunda, quia hæc delectatio & imperium causaretur à virtutibus in suis secundum propriam vnuscuiusque materiam, aut generaliter secundum materias omnium virtutum, hoc secundum dici non potest, perfectio enim propria charitatis non potest extendi ad omnes virtutes, sicut nec perfectio, quæ fidei tunc adderetur: qua enim ratione illud quod adderetur, aut fidei, aut spei causaret delectationem, & imperium in materia castitatis. Nec etiam dici potest primum, ad quid enim tot additi habitus, qui procul dubio superfluerent, si vnus solum daretur, cuius munus esset, & delectabiliter voluntatem abstrahere à bono sensibili, & conferre vires, quibus appetitui cum efficacia, & sine illius renitentia imperaret.

276.

Contra hanc secundam partem nostræ conclusionis opinatur M. Cum. infra citandus n. 46. argumento quo vsus fuerat num. 4. Habitus existens in voluntate non potest subiicere sibi appetitum, ergo ibi non est constituendus, antecedens probat, quia appetitus sensitivus est subiectum realiter distinctum quod disponi non potest vi habitus existentis in voluntate. Respondedo negando antecedens; voluntas enim sumpta præcise potest disponere appetitum, & illi imperare & frænare, ne in surgat contra rationem, & tamen non est in eodem subiecto in quo

X 3 repe

Scorus. Herrera. Cumel.

268.

Suarez. Scorus. Granado.

Balud.

Thom. Iustinian.

269.

reperitur appetitus sensitivus, & charitas disponit fidem per imperium, & tamen non est in intellectu in quo fides reperitur.

277. Vnde virgo argumentum. Possibilis est habitus, qui generaliter, & in materia cuiuscunque virtutis hos causet effectus: ergo ille constitutus est, & infusus primis parentibus, & non diversi habitus, qui inter se distinguantur specie. Consequentia est evidens, quia etiam ordo supernaturalis abhorret superflua, & in iustitia originali essent virtutes, & naturales, & supernaturales; antecedens vero probatur, quia ostendi non potest repugnantia, quæ illum habitum impossibilem ostendat. Confirmatur: a charitate, quæ est vnicus habitus procedit imperium in alias virtutes, & relatio suorum actuum in finem charitatis, neque ponunt Theologi perfectionem aliquam peculiarem in fide cuius munus sit illius actus in Deum referre, vt sint meritorij, sed ab vnica forma charitatis id prouenit; ergo vt voluntas delectabiliter operetur, & in materia omnium virtutum imperet appetitui illumque regat, non est necessarium constituere singulares perfectiones, sed sufficit vnica virtus, & vnicus habitus, qui in hoc imperio imiteretur charitatem, quæ vna cum sit secundum speciem, est regina virtutum.

278. Restat probanda vltima pars assertionis primæ, dari scilicet in appetitu sensitivo habitum supernaturalem corporeum, qui pertineat ad originalem iustitiam, & sit pars illius, quod quidem asserit Curiel infra citandus n. 50. & ita mihi certum videtur, vt existimem hoc, si vnam excipiamus gratiam sanctificantem, fuisse potissimum donum, & potissimam perfectionem in statu originali iustitiæ, non secundum entitatem, (perfectior enim charitas est, neque de hoc licet dubitare) sed secundum formalem rationem illius status, qui summam tranquillitatem, & quietem petit ex propria natura, bellumque, & rebelliones excludit; si enim mirabili illo, & singulari modo appetitus non esset subiectus rationi caro pugnaret aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & sic destrueretur iustitiæ originalis status. Probatur ergo necessarius habitus ille. Appetitus sensitivus non habet à natura sua, quod suauiter subdatur rationis & voluntatis imperio, abstrahatur, & auellatur à bono sensibili ita delectabiliter, vt magis, aut æqualiter condelectetur obiecto, & bono voluntatis, & rationis, ac delectatur in bono sensibili, sibi conuenienti, & præterea operari, & moueri non possit ad aliquid concupiscendum sine rationis imperio; ergo ad hos effectus necessarius est habitus supernaturalis, qui illi conferat ad illum statum, quæ non habeat à propria natura, cõsequencia est evidens, præterquam quod posset probari ex illis quæ attulimus ad probandam partem secundam, & antecedens declaratur, quia appetitus non potest à natura habere, quod suauiter, & delectose abstrahatur à proprio obiecto, & in oppositum cum delectatione feratur, alias hæc omnia illi inessent, etiam si in homine nulla esset virtus, aut habitus, qui illud ad hæc inclinaret. Nec inuadit prouenire à virtutibus, quæ reperiuntur in illo. Contra hoc enim procedunt rationes, quibus contra superiores solutiones pugnauimus. Vide Aegidium a. 6. s. 4. à gratia verò, & charitate hæc prouenire non possunt, quia licet aliquo modo reprimant appetitum à peccato, quia sunt principium bonorum actuum, non tamen ita illum

subiiciunt, vt vi illorum moueri non possit, sine rationis imperio.

279. At habitum hunc corporeum esse possibilem (iam enim ostensus est necessarius) constat ex illis quæ diximus ad probandum dari accidentia supernaturalia corporea, hac vestigatione, disp. 2. præcipue sect. 2. & explicari potest, quia non repugnat, quod Deus igni conferat qualitatem aliquam, qua contra propriam naturam grauitet in centrum terræ, neque lapidi aliam, qua sursum, & in sublime feratur, licet hæc sint contra vtriusque naturam, & inclinationem; non ergo implicabit habitus, quo appetitus abstrahatur à proprio obiecto, & bono sensibili, & feratur delectabiliter in bonum rationis, cum hic habitus non destruat illius naturam, aut illam extinguat, sed determinet, vt sequatur iudicium rationis, sicut grauitas impressa igni, & leuitas terræ, aut lapidi communicata, neque vtriusque naturam, aut leuitatem, & grauitatem destruerent, sed solum efficerent, si essent intensiores (vt supponitur qualitatibus naturalibus) quod cõtineretur, & cohiberetur à proprio effectu grauitas in lapide, & leuitas in igne.

280. Diuinam verò prouidentiam omnino extrinsecam non esse sufficientem ad plenissimam subiectionem appetitus ad rectam rationem, quod possibile esse, sed de facto non contingere docuit M. Curiel t. 1. controuersiarum, contr. 6. a. 4. n. 36. & re ipsa ita contigisse putauit Vasq. cir. fatus impossibilem esse habitum illum intrinsecum, quod ipse neq; probat, neq; probare potest non difficile ostenditur: quia licet peculiari prouidentia, illaque accuratissima possint non poni, & applicari obiecta sensibilia, quæ sunt propria bona appetitus, aut auferri concursus diuinus, suspendiue necessarius, vt moueatur appetitus, tamen fieri non potest, vt inclinetur appetitus habitualiter ad bonum rationis, in illudque in actu primo feratur ex vi solius extrinsecæ prouidentia; inclinatio enim illa appetitus intrinseca est, non extrinseca, ac proinde à principio intrinseco debet prouenire, sicut actualis inclinatio charitatis in proprium obiectum non potest procedere à potentia voluntatis cum solo auxilio extrinseco Dei, sed necessaria est forma supernaturalis intrinseca, qua voluntas moueat seipsam, negari verò non potest ad perfectam illam subiectionem appetitus ad rectam rationem necessariam etiam fuisse peculiarem Dei prouidentiam, & assistentiam diuinam, quæ est communis S. Th. & Theologorum sententia. Vnde constat argumentum, quo sect. 1. motus est Suar. ad negandū hunc habitum nullam habere vim. Nos enim non asserimus illum solum sufficere, itaut prouidentiam extrinsecam excludamus. Ad illud igitur relicta solutione, quam affert Aegid. concessio antecedenti negandum est intentum, & ad probationem desumptam ex eo quod habitus vitiosus non potest extinguere inclinationem voluntatis ad bonum. Respondeo, quod si esset possibilis aliquis habitus, qui inclinaret voluntatem ad bonum absolute, & generaliter, forsân inclinatio illa ad bonum contineri posset, habitus verò hic non est possibilis; nec enim multiplicatione peccatorum posset ex multis malis actibus produci, neque à Deo immediatè creari tanquam à causa particulari, Deus n. non potest producere habitum generaliter inclinantem ad peccatum, & malum neq; decet totius bonitatis auctore inclinationem naturalem voluntatis ad bonum extinguere.

SECTIO III.

Argumenta contra nostram sententiam diluta, ex illa corollaria nonnulla.

281. Contra habitum vero iustitiæ originalis in voluntate existentem, multa obiicit Scotus s. contra illud obiicitur, sed reuera non impugnat habitum nostrum, sed illum quem ponit Henricus, qui existimauit necessariò supponi in voluntate primi hominis rectitudinem quamdam naturalem, præter illam quam diximus esse supernaturalem, & per se infusam, & huic opponi curuitatem, quæ inducta est per peccatum, per quod etiam rectitudo illa fuit ablata. Nostra vero sententia est Scoti, qui constituit rectitudinem supernaturalem liberè infusam voluntati, vt partem originalis iustitiæ. Vnde argumenta quæ congerit contra Henricum, vt illum expugnet, non procedunt contra nostram sententiam; in quam tamen aliquo modo cadere possunt, quæ aduersus Henrici opinionem affert Suarez de opere sex dierum l. 3. c. 20. à n. 28. Primum quia habitus studiosi, qui reperiuntur in voluntate, & appetitu, & naturales, & supernaturales sunt sufficientes principium omnium moralium operationum, quæ per prudentiam naturalem, & supernaturalem possunt regulari; ergo alij habitus præter illos non sunt necessarij, antecedens est manifestum; nullus enim habitus requiritur præter virtutes ad illorum actuum elicentiam, & constat ex communi sententia; nunc enim nullus superadditur habitus nec naturalis, nec supernaturalis ad vsum, & exercitium virtutum, quæ ipsis actibus fiunt. Consequentia vero videtur necessaria ex declaratione, & probatione antecedentis. Secundum, quia ille habitus necessariò erit operatiuus, in voluntate enim residet, & in appetitu, quæ cum sint quædam potentia operatiua non recipiunt habitus nisi eiusdem lineæ; inclinaret ergo illas, vel ad actus virtutis alicuius in particulari, vel generaliter ad actus omnium virtutum, Primum sine fundamento dicitur; ad illum enim effectum sufficiens est habitus particularis virtutis. Secundum verò refellitur: quia qualitas inclinans generaliter ad bonum honestum non distinguitur à voluntate, sed est idem omnino cum illa, nec capax est voluntas habitus alicuius distincti, qui illam generaliter in bonum honestum inclinaret.

282. Tertio, proprius contra nostram sententiam arguit Suar. à n. 35. quia habitus ille in voluntate existens non esset supernaturalis secundum substantiam aliàs charitas esset. Vnde fit futurum fuisse naturalem, qui daret voluntati magnam, & vehementem virtutem ad recte operandum secundum rectam rationem, ex quo resultaret illa delectatio, quæ cum immediatè non fiat à potentia, sed resultet tanquam passio ex illius actione, qua voluntas, & inclinabat vehementer in actus honestos, & sensitivum appetitum à delectationibus propriis auerterat, esset naturalis, quod si naturalis quid ad delectationem ex actibus supernaturalibus ortam conferebat? Quare argumentatur, delectatio illa solum oritur ex actibus virtutum, qui versantur circa proprias materias, & procedunt à potentis sub eadem regulatione naturalis, & sub eisdem motibus honestis;

stis; at hi actus nunc non requirunt, neque expostulant illum habitum generalem, cum sine illo eliciantur, vt omnes fatentur; in possibile est ergo ille habitus, aut omnino superfluous.

Hæc argumenta enervari facile possunt, si semel attendatur illos habitus, & voluntatis, & appetitus non à nobis constitui, vt eliciantur actus omnium virtutum, sed vt fiant sine resistentia vlla appetitus cum illius plena subiectione ad imperium rationis, quam nunquam appetitus præueniat moribus suis, sed efficaciter, & cum delectatione feratur in bonum rationis, & sine vlla tristitia, quæ omnia non possunt causari ab omnibus virtutibus etiam simul sumptis, & vt charitatem includunt, tamen enim: *Charitas, omnia credat, omnia sustineat, patiens sit & benigna.* Vt loquitur Paulus 1. Corinth. 13; adhuc non omnia hæc operatur sine resistentia, & tristitia appetitus, quæ in statu iustitiæ originalis non esset, nos verò non asserimus habitus illos iustitiæ originalis sufficere ad suos actus sine propriis habitibus, vt videtur intellexisse Suar. n. 36. neq; alium ordinem inter naturalem, & supernaturalem constitutum, vt ipse etiam infert, sed quia argumenta singula aliquas tangunt difficultates, quæ explicandæ sigillatim, illa diluere est necessarium.

Ad primum nego antecedens, & ad illius probationem dico ad delectationem, imperium, & plenam subiectionem non sufficere habitus omnium virtutum, vt de se est manifestum, licet sufficienter ad proprios actus elicendos; inde ergo est pugna inter vtrumque appetitum, & rebellio carnis ad spiritum, quæ tamen vi illorum habituum non possit esse in statu innocentia. Ad secundum, habitus illi non inclinarent appetitum rationalem, & sensitivum ab bonum honestum in communi vtrumque, sed ad illud prosequendum cum delectatione maxima, quod præstare non possunt habitus aliarum virtutum etiam adiuncta gratia, & charitate. Vnde tamen non inclinarent illi habitus appetitum vtrumque in bonum particulare, particularis etiam virtutis; quia vt rectè probat argumentum, & iam diximus ad id sufficeret particularis habitus, inclinarent ad bonum cuiuscunque virtutis cum delectatione prosequendum, & cum maximo gaudio, & continuatione; ea enim quæ delectabiliter faciunt (inquit) D. Th. 1. 2. q. 4. a. 1. ad 3. attentius, & perseverantius operantur, quæ omnia conuenientissima erant statui iustitiæ originalis; non ergo sine fundamento constituuntur illi habitus in vtroque appetitu. Nec verum est voluntatem esse principium elicitiuum illius inclinationis actualis, quia vis illius licet extendatur ad bonum rationis generaliter sumptum propter quod non requiritur habitus inclinans ad bonum in communi; extendi non potest ad delectationem, & gaudium, alias ex vi illius inclinationis semper operaretur cum gaudio, & delectatione, cuius contrarium docet vel ipsa experientia.

Ad tertium, habitus ille existens in voluntate supernaturalis esset, non tamen esset charitas, quia huius munus esset, & est diligere Deum super omnia amore efficaci, at habitus ille sumptus præcise non haberet maiorem colligationem cum actu amoris, quam cum actu fidei, aut spei, inclinaret enim appetitum rationalem ad actus omnium virtutum exercendos cum delectatione, & gaudio non excludendo hunc, aut illum actum virtutum sicut,

& charitas generaliter dirigit virtutes in finem proprium, quin hanc, vel illam excludant. Et idem omnino contingeret in habitu supernatuli existente in appetitu sensitivo, eadem enim est vtriusque ratio, quantum ad hanc partem, nec necessarium est constituere habitum, qui rectificet appetitum in ordine ad finem naturalem solum, quia cum status iustitiæ originalis fuerit status gratiæ, & ordinis supernaturalis, vterque finis erat connexus, ac proinde habitus ille supernaturalis inclinaret virtutes naturales, & supernaturales ad illam delectationem, sicut nunc charitas supernaturalis, & vna cum sit dirigit virtutes naturales ad finem supernaturalem, & naturalem propter vtriusque colligationem, ad hoc vero parum refert illius disputationis resolutione, an delectatio proprie loquendo sit passio, an verò operatio, & quidem Suarez, qui absolute in loco citato docet non elici delectationem à potentia, sed esse passionem resultantem ex actione, quæ elicitur tract. de anima lib. 5. cap. 5. de Passionibus concupiscibilis reprehendit Scotum, eo quod 1. d. 1. quæst. 3. & 4. d. 49. q. 4. & 7. dixerit delectationem esse meram passionem prouenientem ex amore, & passione rei. At reuera sanctus Thom. multis in locis præfertim 1. 2. quæst. 3. art. 1. Vbi rem tractant in terminis, ita concludit: *Sic ergo patet quod cum delectatio sit motus in appetitu animali consequens apprehensionem sensus, delectatio est passio anima, quarebat verò in titulo articuli, verum delectatio sit passio? & ego quidem in hanc sententiam inclino, delectatio enim in animalibus, & gaudium in rationalibus creaturis, quæ cognoscunt se vnica esse proprio bono in quod inclinant (quod in insensibilibus, vt in lapide) non reperitur.* Prouenit ex eo quod appetitus quiescit in bono sibi conuenienti, non quia quies distincta sit à delectatione, sed quia nascitur ex coniunctione ad bonum sibi conueniens. Vnde vt rectè docuit diuus Thomas delectatio ex operatione procedit, fertur enim voluntas in Deum, illumque desiderat, vel concupiscentia, vel amicitia, vider illum in patria, & coniungitur summo bono sibi conuenienti per visionem, & per amorem, & illud possidet per actus intellectus, & voluntatis. Ex his operationibus sequitur, vt ex perfectissima possessione quies, & hæc delectatio est ex eo proueniens, quod rationalis creatura consequuta est suam perfectionem, quiescere verò non videtur esse actio, & operatio, sed quid consequutum ad illam. Vnde terminus est, & effectus illius operationis; ex hoc autem non sequitur aliquid esse in voluntate, quod ab ipsa efficienter non fiat; illa enim delectatio vere procedit ab ipsa voluntate cum illo habitu; ex eo etenim, quod voluntas medio illo habitu frænatur efficaciter appetitum, quod sine actione fieri non potest, sequitur delectatio, sicut etiam ex præsentia naturalis boni, & coniunctione ad illud, quæ nunquam est, sine actione sequitur delectatio; diuus Thomas sequutus est Aristotelem, qui inter multa, quibus hanc sententiam significat illud non infimum 10. Ethicor. cap. 4. *Perficit autem operationem voluptas, non vt habitus, sed vt pullulans quidam finis, perinde atque pulchritudo in his, quæ videntur aetate.* Interpretationes autem Conradi 1. 2. quæst. 3. 2. art. 1. Ferratiensis 1. contra Gentes, cap. 90. quæ placent Vasquez 1. 2. disp. 14. cap. 3. mihi in clarissimis verbis videntur violentæ. Sed de re hac

Suarez.

Thom.

Ethic.

Conrad. Ferr. Vasq.

videndus sanctus Thomas 1. 2. quæst. 4. art. 1. & Thom. quæst. 3. 1. & 3. 2. vbi illius interpretes. 286.  
Ad quartum habitus illi iustitiæ originalis non mutarent propria, & peculiaris motiva virtutum, hæc enim sunt immutabilia, vt pote rationes formales virtutum, sed adderent necessariò delectationem, attentionem, & perseverantiam, vt ex D. Th. dicebamus, quod in hoc statu non reperitur qui est pugna, & belli, quod non esset possibile in statu iustitiæ originalis. Mirum igitur non est, imò necessarium reperiri in statu delectationis, quod in statu pugna, & rebellionis sine ingenti priuilegio reperiri non potest. Quod verò obiebat Mol. disp. 27. de opere sex dierum, vt excluderet habitum existentem in appetitu sensitivo, & in voluntate, quoniam dato habitu in irascibili, & concupiscibili, quo comprimerentur passionem, & motus appetitus, nulla maior esset difficultas in primis parentibus, quàm in Angelis, in quorum voluntate nulla ponitur rectitudo à charitate distincta, & præterea posita hac rectitudine voluntatis habitum in sensitivo appetitu non esse necessarium, cum ex vi habitus voluntatis omnes possent motus frænari, & cohiberi, diluebat Herrera nobilis Scotista, sicut 4. Herrera. & alias illius rationes in 2. Scoti, disp. 2. 1. q. 3. Quæ enim necessitas in Angelis illius habitus vbi nulla difficultas, quia nulli motus, nullæ passionem quæ frænarentur, illud semper præ oculis habendum suam peculiarem rationem inesse vtrique appetitui, propter quam ponendus vterque habitus illis correspondens, nec vnum sine alio posse sufficere, cum delectatio appetitus rationalis non possit prouenire ab actionibus appetitus sensitui, nec huius delectationes ab appetitu rationali cum sint in diuersis potentiis realiter inter se distinctis, nec potest dici voluntas imperare appetitui, ex eo quod iste subiiciatur illi ex vi illius qualitatibus. sed præterea in voluntate necessaria est altera qualitas ratione cuius possit imperare appetitui, & illum præuenire ad bonum rationis, vt illud prosequeretur, tamen enim illi esset subiectus ne præueniret bonum rationis ex illa sua subiectione, quoniam plenissima moueri non posset ad bonum rationis, nisi illum excitaret voluntas, & pleno dominio, & imperio moueret ad proprios actus consentaneos tamen rationi. His adde subiectionem animæ ad Deum, vnde oriebatur delectatio propria illius status; quæ doctrina est maxime consideranda. 287.  
Dico secundò in hac disp. gratia, & iustitia originalis distinguuntur realiter inter se distinctione includentis ab incluso, hæc assertio est contra Dominicum Soto lib. 1. de natura, & gratia c. 5. & nonnullos alios Theologos, sed videtur expressa S. Th. 1. p. q. 95. a. 1. vbi ait subiectionem corporis ad animam, & virium inferiorum ad superiores oriri à gratia sanctificante, vnde infer S. Th. primum hominem conditum fuisse in gratia, quia effectus sine sua causa non esset, & ibid. q. 100. a. 1. ad 1. affirmat gratiam esse radicem originalis iustitiæ, & colligitur clarè ex 1. 2. q. 109. a. 2. vbi distinguit statum naturæ integræ, id est iustitiæ originalis ab statu gratiæ de quo videri potest Cumel 2. t. in 1. p. q. 95. a. 1. q. 2. dub. 1. qui hanc conclusionem reputat probabilem, & mentem S. Th. assertit in hac re esse dubiam. Explicatur facile; originalis iustitia non solum dicit gratiam sanctificantem, sed etiam illos duos habitus existentes in voluntate, & sensitivo appetitu

286.

Mol.

Herrera.

287.

Sot.

S. Thom.

Cumel.

titu, ergo distinguitur à gratia habituali, reali distinctione includentis ab incluso; consequentia est euidens, quia illa ita distinguuntur, quæ ita inter se comparantur, vt vnum includat aliquid realiter distinctum ab alio quod illud includit, quæ ratione distinguitur totum compositum à qualibet sui parte sumpta seorsim, & antecedens constat ex sect. 2. vbi probauimus statum iustitiæ originalis includere illos habitus quos explicauimus. Confirmatur tum ex diuersitate reali subiectorum, tum ex diuersis finibus ad quos isti habitus ordinantur, gratia est in essentia animæ alij habitus in appetitu vtroque, finis, & effectus gratiæ est reddere subiectum consors diuinæ naturæ, effectus, & finis habituum imperare, & frænare cum delectatione, & frænari, & subiici cum delectatione, & gaudio, sed meo iudicio euidens est argumentum huius distinctionis realis separati inter habitus iustitiæ originalis, & gratiæ; in hoc enim statu confertur hominibus gratia, & tamen non conferuntur illi habitus, neque alia dona, quæ ex vi iustitiæ originalis, & illius status primis parentibus conferebantur. 288.  
Ex dictis infero primò, iustitiam originalem non esse simplicem, & vnicum habitum ad vnicum donum, sed includere in se collectionem plurium donorum. Est S. Th. vbi supra, sequitur Scotus, & illius familia loc. cit. ex 2. sententiarum, quos inuitatur Suar. 3. de hominis creatione, c. 20. n. 9. colligitur manifeste ex Triid. quod cum scilicet 6. in fine c. 7. asserat Christianam iustitiam esse illam, quam Adam sua inobedientia sibi, & nobis perdidit, antea dixerat iustificacionem per susceptionem gratiæ, & donorum, vnde homo ex iniulto fit iustus, ex quibus verbis satis colligitur Christianam iustitiam includere gratiam, & dona supernaturalia, quæ sibi & nobis Adam sua perdidit transgressione, & probatur manifestè ex hæcenus dictis, de gratia, habitibus, & donis per se, & per accidens infusus primis parentibus. Quibus adde impassibilitatem, & immortalitatem, quam haberent si ille status perseveraret, essent enim liberi ab omni dolore, & molestia, & possent non mori, quorum primum felicitate descripsit August. t. 5. l. 14. c. 26. vbi de felicitate illius status loquutus hæc scripsit: *Nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore vllas molestias vllis eius sensibus ingerebat, nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur intrinsecus, summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas; sicut in paradiso nullus aestus, aut frigus, sic in eius habitatore nulla ex cupiditate, vel timore accedebat bona voluntatis offensio.* Secundum verò clare colligitur ex illa sententia Gen. 2. *In quacunq; die comedere morte morieris.* Vbi non solum de morte animæ, sed de morte corporis contra Pelagium esse sermonem docent illa verba c. 3. *Quia comedisti de ligno, in sudore vultus tui vesceris panem donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluere reuertaris.* Et Sap. 2. *Deus creauit hominem inexterminabilem, inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Vnde inferitur immortalitas in illo statu futura, non solum quia posset homo non mori, sed quia de facto si perseveraret moreretur nunquam. Quæ autem esset causa tunc humana immortalitatis tractant Theologi cum D. Th. 1. p. q. 97. a. 4. Vbi necessario videndus Cumel q. vni. Molina de opere sex dierum, vbi Suar. & Granada tr. de Conceptione Virginis, disp. 1. c. 2. sect. 2.

288.

Scotus.

Suar. Trident.

August.

Gen. 2.

Sap. 2.

Th. Aquinas Cumel. Granada. Mol.

289.

Bellarin.

Thom.

290.

Mont.

Infero secundò originalem iustitiam sumptam secundum collectionem donorum, quæ fuerunt in primis parentibus maiori ex parte fuisse supernaturalem, non solum ex parte efficientis, sed etiam secundum substantiam. Dixi ex parte efficientis, quia non determino, an causa immortalitatis esset supernaturalis secundum substantiam, an naturalis præcisè. Confectarium verò expressit, & probauit optime Bellar. 3. t. lib. vnico de gratia primi hominis, c. 5. estque S. Th. variis in locis, quæ asserit Cardinalis, sed mihi expressus est ille ex q. 4. de malo a. 1. *Est autem considerandum, quod primo homini in sua institutione datum fuerat diuinitus quoddam supernaturale donum, scilicet originalis iustitia, per quam ratio subdebatur Deo, & inferiores vires rationi, & corpus anima.* Probatur euidenter, iustitia originalis includebat gratiam habituales, charitatem, fidem, spem, & præterea habitus existentes in voluntate, & appetitu sensitivo ad eliciendos cum voluptate actus harum virtutum, & omnium aliarum, qui maiori ex parte sunt supernaturales secundum substantiam; ergo iustitia originalis erat supernaturalis secundum substantiam maiori ex parte. Dixi minori ex parte præter illud quod attingi de causa immortalitatis, quia primis parentibus fuerunt per accidens infusa naturales virtutes. 290.  
Infero tertio, potiores partes in iustitia originali deferendas esse illis habitibus existentibus in voluntate, & appetitu sensitivo, vt esset in homine summa tranquillitas, plena subiectio virtutum inferiorum ad superiores, iugis delectatio, & gaudium in exequendis actibus virtutum. Non assero illos habitus fuisse perfectissimos in sua entitate, atque adeo superiores ad gratiam, & supernaturales virtutes præsertim Theologicas, hoc enim nulla ratione potest defendi propter participationem formalem Deitatis quæ reperitur in illis. Sed solum assero statum iustitiæ originalis principaliter asserere illos duos habitus quos explicauimus. Quod quantum attinet ad effectus iustitiæ originalis tradidit Montesino 1. 2. q. 8. art. 3. disp. 1. 1. quæst. 8. num. 114. *Assertum confectarium est ad mentem Scoti, & eius sectatorum, illudque mihi facile persuadeo generali ratione. Quia illud in constitutione, vel integritate alicuius status habet partes potiores, quo posito ponitur, & quo ablato aufertur ille status, sed positis illis habitibus ponitur status iustitiæ originalis, & aufertur illis ablati: ergo illi habitus habent potiores partes in statu originalis iustitiæ. Maior est communis doctrina, & consequentia est euidens; minor verò probatur, & declaratur, quia destructis illis habitibus destruitur temperatura omnis, omnis harmonia, & consonantia, quæ reperiebatur in primis parentibus, definit illa tranquillitas, & pax, dilectio cessauit, & gaudium, itaut etiam infusa gratia in heroico gradu temperatura illa nunquam redierit. At si illi habitus infunderentur cum aliis superadditis gratiæ sine dubio ille rediret status, ponitur ergo, & aufertur positione, & ablatione illius status. Hinc mihi fit verisimile formalem iustitiæ originalis rationem in illis habitibus consistere, tamen non negem necessariam fuisse gratiam iustificantem, sed de his non plura.*



DISPUTATIO IX.

De existentia, & essentia peccati originalis.

292.

Es abstrusa, & difficillima controuersia de peccato originali etiam ingeniorum Phœnici Augustino Patri, tentabimus tamen Deo duce explicare quod attinet ad nostrum institutum.

SECTIO PRIMA.

Certa secundum fidem de originali peccato.

293.

Explicari recte non potest, quid nomine peccati originalis intelligat catholica fides, nisi præmittantur multa, quæ in hac disp. differenda, & explicanda sunt, tui verò minerua, & quantum nunc intelligi potest nomine peccati originalis, non intelligimus aliquam actionem, quæ à persona illud habente proficiscatur, sed defectum aliquem non operationis, sed naturæ, quo ita male se habet, vt verè digna sit aliqua pœna, vnde defectus ille malum aliquod morale est non per modum operationis, sed per modum habitualis dispositionis, quæ ex actione, & operatione morali sumpsit initium, vocatur autem originale, non quia sit origo aliorum peccatorum, sed quia transfunditur in nos virtute peccati primi parentis origine, siue generatione; vnde quia non resultat ex propria actione personæ illud contrahentis, sed ex communicatione naturæ peccatum dicitur, aut defectus naturæ, vt constat ex Aug. l. 2. contra Iulian. c. 1. Ansel. lib. de conceptu virginali, & originali peccato. Nec refert displicuisse Catharino hunc modum loquendi lib. de casu primi hominis, & peccato originali, fol. 176. §. circa secundum querenti, an natura peccauerit; an verò persona, quæ peccante inquinata est natura; an natura illa vniuersalis; an verò quæuis particularis; cum certum sit ipsam personam peccasse, aut contraxisse peccatum, quæ pœnas illius luit. Mirum enim est virum, & doctum, & ingeniosum in hoc hæsisse, & S. Th. hac & alia loquutione non resolvere dubium, scio affirmasse; originale enim non dicitur peccatum natura, quia natura, aut vniuersalis, aut particularis peccauit, sed quia peccante Adamo, ita est infecta humana natura, vt homo quicumque ea solum ratione, quia homo est, & communicat cum Adamo in natura humana ex vi propagationis seminalis contrahat peccatum originale; quin ad hanc contractionem necessaria sit aliqua actio contrahentis, aut actualis consensus illius. Hoc supposito.

August. Anselm.

294.

Primo certum est secundum Catholicam fidem dari originale peccatum quod ab Adamo traducatur in posteros exceptis Christo Domino, & illius Matre, de quibus nec vellem haberi quæstionem. Hanc veritatem Catholicam iam diu in Ecclesia diffinitam negarunt plures hæretici Antiqui, vt Pelagius, & Armeni, & etiam nostri temporis. Sed docuerunt illam vniuersi PP.

Ecclesiæ, quos refert Vasq. l. 2. disp. 130. c. 2. & 3. Vasq. Iob. & clare sumitur ex illo Iob c. 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum seruare, nonne tu qui solus es? & ibi iuxta le. LXX. Nemo mūdus à forde, nec infans cuius est vnus dici vita super terram. Quo testimonio vtitur Aug. in Pl. 50. & explicatius ex illo Romanorum 5. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt. Nec vilius est momenti explicatio hæreticorum asserentium intrasse peccatum imitatione, non propagatione; quem sensum non respuit Erasmus genio semper hæreticus, in annotationibus ad illum locum, quia Ecclesiæ PP. & nouissime Conc. Trident. sess. 5. can. 2. de peccato originali per propagationem Paulum intelligunt. Responiones vero hæreticorum valide confutat Cumel t. 1. in 12. q. 81. a. 1. disp. 1. post 1. concl. qui omnino videndus. Supposita enim fide egregie probat actualitatem, seu existentiam peccati originalis à pag. 509. colum. 1. §. Rationibus.

Psalm. 50.

Rom. 5.

Erasm.

Conc.

M. Cume'

295.

Sed vt res tanta dilucide explicetur, & intelligatur, sciendum est etiam ex Catholica fide Adamum ea ratione conditum fuisse in gratia, & iustitia originali, vt non solum accepit eas pro se, sed etiam pro sua posteritate in filios transfundendas, ita vt si ipse perseveraret, filij nascerentur iusti originali iustitia, impassibiles, & immortales, sicut & ipse creatus est in illo felicissimo statu, at si per peccatum inobedientiæ ab illo discesserit non solum sibi, sed etiam posteris suis iustitiam, & immortalitatem amitteret. Deus enim vt illius gratitudinem & obedientiam probaret facultate generaliter concessa, vt de omnibus lignis Paradisi comederet vnicam solum arborem Paradisi interdixit, iussitque interminata morte corporis, & animæ; ne arboris scientiæ boni, & mali comederet fructus, sed vt superbus & rebellis Deo persuasione mulieris vestigiis diaboli insistentis ventum gustat pomum, grauissime peccat contra præceptum positum, sanctitatem, iustitiam, & cætera dona supernaturalia nobis amittit, & factus filius iræ; in posteros ita peccatum transfudit, vt nos ab amicitia, & filiatione Dei prorsus excludat, vt in miseram captiuitatem, & seruitutem redacti concipiamur, & nascamur filij iræ, & omni ex parte dæmonis mancipia, qui serpentis voce hanc perpetuam cladem hominibus calide immittendam curauit. Nocuit ergo Adam proprio peccato non sibi solum, sed etiam vniuersæ suæ posteritati, & hoc vocamus primi parentis peccatum originaliter in posteros transfundi. Hæc est perpetua doctrina Ecclesiæ, & sanctorum PP. illamque tradiderunt Conc. Arausicanum. 2. c. 2. t. 1. fol. 627. Moguntinum c. 5. t. 3. fol. 931. Et vltimo Tridentinum sess. 5. decreto de peccato originali can. 1. & 2. quod negantibus hæc anathema dicit.

Conc.

296.

Ratio verò explicans hoc mysterium est, quia posteri Adami non solum eramus in illo transgressionis tempore sicut in capite, & principio physico, sed etiam tanquam in capite morali, posuit enim in eo Deus voluntates omnium posterorum ea ratione, vt si Adamus violaret præceptum impositum, illi etiam violarent, & eis peccatum imputaretur, non quia commissum voluntate propria, sed quia commissum voluntate paterna, in qua omnes alia erant colligata ex diuino decreto, & voluntate. Inde factum, vt sicut in Ada

Adamo ex actuali peccato remansit habituale peccatum, quod fuit voluntarium ex actuali præuaricatione, ita etiam in posteris remanserit habituale peccatum, quod non fuit voluntarium voluntate filiorum, sed solum voluntate primi parentis; est ergo originale peccatum voluntarium paruulis, non per modum actus secundi, id est, quia ab illorum elicitur voluntate, sed per modum actus primi, id est per modum termini, qui in illis habitualiter relinquatur ex peccato primi parentis, ea ratione qua homo dicitur peccator habitualiter ex termino, qui relinquatur ex actuali peccato, qui dicitur actus primus, non quia sit alterius actus principium, sed quia non est actus secundus elicitus, vnde sicut Adamus dicitur fuit peccator voluntariè ab habituali peccato ex actuali relicto, & perseverante, ita etiam paruulus dicitur & est originaliter peccator à termino relicto ex primi parentis peccato tamen enim non voluerit expressè & actualiter transgredi præceptum, virtualiter censetur id voluisse, quatenus eius voluntas fuit in primo parente.

297.

Legionensis.

Potuisse vero colligari omnium posterorum voluntates in voluntate Adami eleganter probat Basilius Legionensis tom. 1. variatum relect. 3. à §. vt ergo, quia Princeps potestatem habet alligandi voluntatem vnus ad voluntatem alterius, pupilli ad tutoris, ita vt quæcumque velit tutor, pupillus censetur velle, siue cum illius commodo siue cum præiudicio fiat. Cum plures §. 1. D. de administratione tutorum, & præterea quia filij in iure vnus reputantur cum Patre, ita vt Paris voluntas filiorum voluntas sit, vt constat ex lege, sed si plures §. ad substitutos. D. de vulgari substitutione.

298.

Magister.

Re vero ita contigisse probat ex litteris sacre Scripturæ, quibus posteri dicuntur peccasse in Adam. Lege ibi pulchram illius considerationem, cum qua nescio an recte cohareat negatio pacti, quia illi probatur. Videndus Noster Magister vbi supra art. 1. disput. 2. in discursu secundæ conclusionis pag. 518. colum. 1 & videri potest pagina 522. conclu. 7. vbi exemplis communibus illustratis ex August. Ansel. & D. Thoma, explicat qualiter originale peccatum voluntarium sit paruulis, & exemplum Angelici Doctoris desumptum ex actione exteriori qua manus percutit, & peccate dicitur, quia totus homo peccauit voluntariè, & non ipsa manus defendit ab impugnationibus Catherini, pag. 523.

August. Anselm. S. Thom.

299.

Duo vero obici possunt in hanc Catholicam veritatem; Primum non videri adhuc, qua ratione paruulis peccatum originale sit voluntarium, quia nec illis est voluntarium, quando concipiuntur, & illa inficiuntur macula; tunc enim nullum elicere possunt voluntarium, neque in voluntate primi parentis, quia tunc non existebant paruuli. Voluntarium vero quod mihi imputatur ad culpam saltem debet supponere voluntarium quod in me ipso præcesserit. Respondetur paruulos neutro tempore voluntariè peccasse voluntate propria, vt recte probat argumentum, sed peccasse dum peccauit Adam in generali illa voluntate, quæ erat omnium posterorum, ac proinde peccatum illorum fuisse voluntarium in capite, & dum de facto contrahitur supponere actualem voluntatem primi parentis, quod sufficit ad peccatum, per modum termini, seu actus primi. Vide Magistrum Cumel ad 6. pagina 227. & sequentibus.

Cumel.

Secundum. Rem fuisse indignam diuina pietate propter scelus non quidem grauissimum, non solum Adamum, sed etiam vniuersos posteros illius punire perpetua inimicitia, imo illos addicere æternis cruciatibus. Hoc enim iudicium non solum in Deo rigidum, sed etiam in homine cuius pietas ad diuinam comparata potest videri crudelitas. Respondeo rigidum futurum illud iudicium, si posteri Adami constituti fuissent in illo, vt in principio morali solum in ordine ad transfusionem peccati originalis, & obligationem ad æterna supplicia, at cum constituti sunt in illo, vt in capite morali etiam decreta illis salute æterna, si Adamus perseveraret in subiectione ad Deum rigor non est, sed summa benignitas, quæ apparuit in Incarnatione filij Dei, qui neque Adamum neque eius posteros sine remedio dimisit vnquam, sed Verbum misit, vt sanaret eos, ita vt vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. Adamus etiam merito, & in propria persona, & in posteris luctuosas, & acerbas penas luit, dedit enim ei Deus in cibum omnes paradisi fructus, & ad obedientiam referuauit per præceptum fructum solum illius, illas non tetigit quæ illi permittæ, & huius solius fructus comedit. Recte Theodoret. q. 37. in Genesim. Num leue tibi videtur esse peccatum? Dederat ei plantarum omnium potestatem, vnus solius manducationem prohibuerat, ille verò cateris omnibus prætermisissis ex hac prima, & sola arbore fructum decerpit. Et ad finem. Non igitur modica est hæc transgressio. Primum enim de eo sumpserunt, de quo solum sumere prohibiti fuerant. Adde quod præceptum de non comedendo fructu arboris veritæ non solum non fuit grauissimum, & molestissimum, sed etiam puerile, & infantibus accommodatum, vt recte notauit Theophylus Antiochenus lib. 2. ad Autolicum asserens eo tempore adhuc infantem, seu puerum fuisse Adam. Quapropter illum solummodo de arbore præceptum accepit puerile quidem, & modo natis infantibus conueniens, superuacaneum enim illi fuisset de adulterio, de cæde, & de reliquis præcipiens, grauissima ergo mulandus pœna, qui omnium ingrattissimus creatori in re facillima tantum scelus admisit.

Theodoret.

Antiocheni

301.

Cumel.

Sotus, Vasquez.

Pontius.

Magister Catharinus. Suarez. Granada.

Montesinas. Salazar.

iustitiam



iustitiæ illud pactum quod proposuimus absolute loquendo fuisse necessarium, quod ut illustretur, suppono ad hanc transfusionem nullo modo sufficere, quod Adamus fuerit caput physicum posterorum, ut de se constet, potuit enim esse, quin transfunderet iustitiã, aut originale peccatum, sed necessarium omnino fuisse Dei determinationem de tali transfusione, cum potuerit Deus illum creare cum iustitiã, & sanctitate, quæ tamen non transfunderetur per generationem; sicut neque peccatum per quod illas emitteret, & in hoc sensu concedunt aliqui recentiores pactum. Mea vero sententia pactum illud explicitum fuit, & expressum, conditioque declarata saltem ex parte Dei. Dixi saltem ex parte Dei, quia ex parte Adami non existimo necessarium fuisse consensum explicitum, sed implicitum sufficere, negari enim vlla ratione potest ipsam consensisse, imo & consensuros posteros si præsentibus tunc essent, impassibilitatis, immortalitatis & quod summum est perpetuæ, & inamissibilis beatitudinis, & felicitatis animæ. Condicio autem ponenda ex parte hominis facilis omnino, & quæ in tanta rerum abundantia nullam causeret molestiam.

302. Ut autem credam hoc pactum interuenisse idque ex scriptura constare sufficit mihi auctoritas Hieron. ad illud Osee cap. 6. *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prauaricati sunt in me.* Qui hoc pactum explicat de pacto de quo disputamus, quem sequutus est Rupert. lib. 3. super Osee, & auctoritas Augustini, qui de peccato originali explicat illud Genesis 17. *Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit,* ut referunt M. Cumel, & Granado quia licet testimonia illa aliud possint habere explicatum in explicandis scripturis Maximus Doctor Hieron. & illic non inæqualis Pater August. quorum tamen explanationes non admittit Vasquez, disp. 1. 30. c. 2. sed rectè illas defendit Montefinos 2. rom. 12. q. 81. a. 1. q. 2. disp. 11. Et ratio efficax id suadet, Deus enim, & prouidus, & sapientissimus non solum contulit Adamo personaliter iustitiã, & dona supernaturalia, sed etiam ut illa transfunderet ad posteros, debuit ergo explicite pacisci cum illo de conditionibus necessariis ad transfusionem, ne ipse aut incurtus esset, aut excusari posset ex ignorantia inuincibili diuinæ determinationis. Adde promissionem de transfusione iustitiæ originalis ad posteros insigne fuisse Dei beneficium ipsi, & posteris collatum, admonendus ergo fuit de illo Adamus, ut se maioribus curis in iustitiã contineret, ne posteros tanto dono priuaret. Adde vltius peccatum primi parentis à Patribus Ecclesiæ censerit grauissimum propter nocumentum illatum posteritati, quod sine vlla ratione fieret, si pactum non intercessisset, nihil enim volitum quin præcognitum. Vnde probat M. Cumel hanc veritatem, alias enim amissio iustitiæ in posteris non esset voluntaria Adamo, neque illius peccatum ad hanc amissionem extenderetur; imò explicari rectè non posset qua ratione originale peccatum sit voluntarium in paruulis voluntate capitis si Adam non cognouit se constitutum caput filiorum, de quo videri potest Montefinos vbi supra disput. 1. 1. quæst. 6. num. 87.

303. Rationes Soti stultæ sunt, Quis illas non fa-

cillimè diluit: Nec maioris momenti est illa qua vitur Vasquez & explicat Turrianus, quia licet cognitio, & determinationis Dei, & pacti non fuerit in paruulis, quia illorum peccatum, non fuit peccatum actionis, & ideo illud contrahunt sine præuia cognitione; peccatum Adami ut ad posteros extensum est fuit peccatum actionis & ideo necessaria fuit illi cognitio pacti, ut illi merito imputaretur ad culpam, quod posteris gratiam, & iustitiã originalem amississet.

Secundò certum est secundum Catholicam fidem, peccatum originale quod in posteros Adami transfunditur esse vere, & propriè peccatum. Diffinitum hoc in Concilio Arausicano 2. c. 21. Concil. Moguntino c. 6. & nouissimè in Trident. sessione 5. canon. 2. 3. & 4. Vnde grauissimè errauit Durandus 2. d. 30. q. 2. insinuans peccatum originale non esse propriè peccatum & culpam. Arausicanum enim canon 2. ita scribit. *Si quis dixerit soli Adæ prauaricationem suam, non & eius propagini asserit nocuisse, aut certè mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem & peccatum, quod mors est anime per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiã Deo dabit, &c.* Et Tridentinum luculentius habet hanc veritatem Canon. 5. de peccato originali hac forma. *Si quis per Iesu Christi Domini gratiam, quæ in baptismo confertur reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id quod veram, & propriam rationem peccati habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari anathema sit.* Fuitque hæc veritas persuasio vniuersalis Ecclesiæ, tum quia negare non possumus paruulos baptizandos, at baptisimus lauacrum est, & cum non sit corporis lauacrum, animæ erit, inest ergo infantibus propriè peccatū à quo abluuntur aqua baptisimi, tum quia infantibus nondum baptizatis clausa est ianua Regni cœlestis, at hæc non clauditur nisi propter culpam supposito quod Deus hominem creauit in gratia, ita concludit Diuus Thom. 1. 7. q. 81. a. 1. c. 1. Tum denique quia Christus Dominus propriissimè est paruulorum redemptor, sicut & aduultorum; ergo sicut isti vere, & propriè sunt peccatores, ita etiam infantes, Et hæc consequentia Augustini Patris qui videndus variis in locis, præsertim tom. 7. lib. 3. contra Iulianum cap. 1. ante medium, & lib. Præcip. cap. 11. & 12. tomo 1. & lib. 1. retractationum cap. 1. & alibi sæpè.

Fundamentum Durandi desumitur ex ratione voluntarij, quæ necessaria est ad rationem peccati, voluntarium autem nullo modo reperitur in paruulis. Sed hæc difficultas à nobis iam est explicata. Ad aliarum vero explicationem legatur M. Cumel ad q. 81. 12. art. 1. disput. 2. qui fuit, & erudite rationem propriam peccati defendit in peccato originali, & acriter refellit Durandum, ex quo desumpserunt recentiores, quæ in hanc difficultatem scribunt. Ad illud vero argumentum contra veritatem Catholicam, quod desumitur ex August. doctrina communiter recepta. Nemo peccat in eo quod vitare non potest, & habetur lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. paruuli enim non potuerunt vitare peccatum primi parentis, rectè respondet Scotus 2. d. 3. q. 1. §. ad argumenta in solutione secundi argumenti; quod peccare dupliciter contingit, vel quia quis elicit actum peccati, vel quia in se peccatum habuit, si primo modo intelligatur vniuersaliter est verum iuxta doctrinam August. quod nullus potest peccare, in

in eo quod vitare non potest sua propria voluntate, & hac ratione pueri non dicuntur peccare, qua propria sua volūtate non eliciunt actionem peccati, & illam non possunt vitare; si vero secundo modo intelligantur peccare, non est necessarium, quod qui habere peccatum dicitur possit illud propria voluntate vitare, quia originale peccatum est naturæ, & non actionis. Probant hanc solutionem Noster Magister citatus pag. 528. colum. 2. Vasquez disput. 1. 3. 1. cap. vltimo, n. 8. qui addit distinctionem de peccato infieri, & in factò esse, sed Montefino disp. illa 1. 1. q. 4. n. 66. verior videtur solutio paruulos vitare potuisse, non propria voluntate, sed voluntate aliena, non tamè prorsus extranea primi scilicet parentis peccatum originale, ita responderit Rich. 2. d. 30. a. 1. q. 1. ad 2. nec displicet M. Cumel.

Magister.

306. Richard.

Rzor.

Capreolus.

Turrianus.

307.

Trident.

Albericus.

Vasquez 1. 2. disp. 1. 3. 2. c. 2. ille enim non negauit aliquas pœnas vnicuique proprias sequutas ex Adami peccato inuicè singulis hominibus, in hoc enim non opponeretur Ecclesiæ, sed pertinaciter asseruit infantibus quantum ad culpam intrinsecam nihil nocuisse Adami peccatū, quod præterquam quod damnatur in Tridentino citato clarius, & copiosius refellitur sessione 6. c. 3. vbi dum comparant Patres Christi redemptionem cum Adami peccato ita scribunt. *Nam sicut reuera homines nisi ex semine Adami propagati nascerentur non nascerentur iniusti, cum in ea propagatione per ipsum dum concipiuntur propriam iniustitiã contrahant, ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti sunt illis tribuatur.* Quibus nihil clarius contra prædictum errorem, quem ex scriptura refellit M. Cumel citatus q. 81. a. 1. disp. 1. conclusione 4. qui etiam explicat testimonia Patrum pro Catherino, & Campensi; legatur Andreas de Vega lib. 4. in Tridentinum c. 2. Profecto sicut per peccatum primi parentis inors propria vnicuique intrauit in mundum. Romanor. 5. ita etiam & proprium vnicuique peccatum, alias Baptisimus non sanctificaret infantes, quod est contra communem sensum Ecclesiæ.

Vasquez.

Trident.

Cumel.

Vega.

Rom. 4.

308.

August.

Richard.

Driedo.

Cumel.

309.

Bellarmin.

SECTIO II.

Peccatum originale non esse priuationem originalis iustitiæ.

His breuiter prælibatis controuersia est difficilis, & abstrusa in quo nam consistat ratio formalis, & essentia peccati originalis, quod propagatione, & generatione in posteros Adami ex illius inobedientia traducitur, in qua & varij sunt hæreticorum errores, & variæ scholasticorum sententiæ, illos refert, & refellit Bellarmin. tom. 3. lib. 4. de amissione gratiæ, qui est primus de originali peccato per multa capita. has Magister Cumel Vasquez, & Turrianus, & alij citandi, & fortassis infra referentur à nobis, ut lector eorum habeat notitiã, illis ergo relictis celebris sententia est formalissimam rationem peccati originalis consistere in priuatione originalis iustitiæ, quam habuerunt primi parentes, ita ut originale

originale peccatum sumptum essentialiter, & formaliter solum dicat priuationem iustitiæ originalis, tamen consequenter, aut materialiter alia in illo considerentur. Hæc est solemnissima scholasticorum opinio, in qua reiectis nouatorum erroribus, & aliis nostrorum sententiis animi fere omnium quiescunt, tamen non eodem modo explicetur, & defendatur, antiqui enim, & recentiores fere omnes ita in illam conspirant, vt existimant priuationem in qua consistit peccatum originale esse carentiam habitualis iustitiæ originalis, in qua creatus fuit Adamus, & quæ sibi & nobis amisit præuaricatione, & transgressionem præcepti. Ita opinantur S. Thom. 1. 2. q. 8. 2. a. 2. & 3. vbi Caietanus, Conradus, & alij Thomistæ, Scotus, Alexander Bonau. & alij non pauci, quos refert & sequitur Vasquez ad illam q. 1. D. Thomæ disp. 1. 3. 2. c. 8. eiusdem sunt sententiæ Turrianus, de essentia peccati originalis disp. 3. dub. 6. Montefinos disp. 1. 2. q. 6. n. 70. Recentiores autem nonnulli pressi difficultatibus, quibus hic modus defendendi communem sententiam est expositus, quas vrgebimus statim, asserunt hanc priuationem in qua consistit peccatum originale esse carentiam actualis iustitiæ originalis, quæ fuit in peccato primi parentis, cum illi deberet inesse actualis iustitiæ. Vocant autem originalem iustitiam exercitium omnium donorum, quæ fuere infusa simul cum iustitia, & sanctitate originali, erat enim Adamus subditus Deo per actus fidei, spei, charitatis, & aliarum virtutum, & voluit hoc non videri nouum, in scriptura enim, ipsi actus boni appellantur iustitia, & sanctitas, vt in Psal. 18. *Iustitia Domini reuera*, & Apoc. 2. 2. *qui iustus est, iustificetur adhuc*. Ita sentit Magister Granado tit. de peccato originali, & Virginis purissimæ Conceptione disput. 1. c. 9. sect. 4. qui pro se adducit Cordubam 1. quæstionarij, q. 10. opinion. 6. §. igitur prædicta opinio. Herrera in 2. Scoti disp. 28. q. 3. in vltima sententia, & conclusionibus. M. Cumel 1. 2. q. 8. 2. art. 3. disp. 1. §. secundo colligo. Consentit Franciscus Turrianus in Epistola, de peccato originali ad Iacobum Amiorum Episcopum Antisiodorensis, & alij iuniores.

Hæc sententia vtroque modo explicata semper mihi displicuit, & vt illam impugnem in primo sensu; suppono rem certissimam, potuisse scilicet Deum imponere Adamo præceptum, quod illi imposuit, etiam si illi non conferret originalem iustitiam, sed tantum promitteret beatitudinem supernaturalem sibi, & posteris si seruaret præceptum; priuationem vero illius si præceptum esset transgressurus, tunc ergo si Adamus violaret præceptum proculdubio iustitiam originalem non amitteret, cum tamen peccatum illud fuisset eiusdem rationis specificæ cum peccato, quod Adamus de facto commisit, esset enim contra eandem legem ac primum præceptum, & illius transgressio, deuiaretque à fine supernaturali Adamus eodem motiuo, & in eadem ratione, seu materia ac de facto deuiavit, quod sufficit, & requiritur ad eandem rationem specificam peccati. Et præterea si esset idem peccatum quod nunc, transfunderet peccatum illud in posterum, & tamen priuationem iustitiæ originalis non transfunderet. Et explicari potest, quia vt optimè notauit Magister noster transitus conclusionem 2. si Adamus post primam transgressionem comederet secundo de ligno vetito pro-

culdubio peccaret peccato eiusdem omnino speciei, cum primo peccato, nullum enim esset principium vnde defumeretur specifica distinctio, recederetque eodem omnino modo à fine supernaturali quantum ad substantiam actus, ac recessit per actuale quod commisit peccatum, suppono enim in vtroque casu, & illum ordinatum ad supernaturalem finem, & in primo gratiam habituale habuisse, tamen non originale iustitiam.

Ex hac ergo doctrina, quæ indubitata debet esse, res enim asseritur conditionate possibilis, sic argumentor, in illo casu vere, & propriè esset originale peccatum, & non esset priuatio originalis iustitiæ habitualis, ergo peccatum originale formaliter loquendo, non est priuatio iustitiæ originalis, & doni sanantis naturam. Antecedens est certum ex dictis, esset enim idem specificatum formale, idem motiuum, idem obiectum, & finis actus illius, & præterea resultaret peccatum illud ad posterum, per propagationem, & generationem, in quo saluatur & peccatum Adam, & illius originalis transfusio sine priuatione originalis iustitiæ, consequentia vero probatur efficaciter, quia si originale peccatum esset formaliter priuatio gratiæ, & iustitiæ originalis, nullibi posset reperiri sine hac priuatione, esset enim manifesta contradictio, videlicet quod esset, & non esset priuatio, vt est euentissimum, signum igitur est peccatum originale, vt originale non dicere priuationem iustitiæ originalis.

Dices negandam esse consequentiam propter discrimen, quod inter vtrumque peccatum asserit status iustitiæ originalis in quo supponitur esse originalis iustitia, quæ tamen in casu argumenti non esset. Sed contra efficacissimè, quia antecedens iustitia originalis non variat essentialiter illa peccata cum perseverent omnia specificacionis principia, sed solum asseritur illa iustitia cuius amissio necessario futura erat, si peccatum illud committeretur vt constat si Adamus secundo illud repereret peccatum, ibi enim non esset priuatio iustitiæ originalis orta ex illo peccato, quia supponitur iam amissa & declaratur amplius, quia si homo conderetur in puris naturalibus, & peccaret furando, aut occidendo non amitteret gratiam, quam supponitur non habere, & tamen peccatum furti esset eiusdem rationis, quantum ad substantiam ac modo est, nunc vero ad furtum sequitur amissio gratiæ habitualis, & illius priuatio ex qua priuatione non sequitur, quod furta illa distinguantur specie, nec quod primum furtum in puris naturalibus asserat priuationem gratiæ: eadem ergo ratione licet peccatum originale attulerit priuationem iustitiæ originalis, id non habet, quia formaliter est illius priuatio, sed quia ratione status, & fæderis initi non potuit dari peccatum illud, quin secum assereret priuationem iustitiæ originalis, aliud vero est asserere priuationem; aliud esse formaliter & essentialiter priuationem illam originalis iustitiæ.

Secundò eandem sententiam priori modo explicatam refello: priuatio originalis iustitiæ, vt includit ea omnia, quæ explicuimus disput. 8. est pœna originalis peccati; ergo non potest esse formaliter originale peccatum; consequentia est certa, quia vnum peccatum secundum rationem formalem malitiæ non est pœna alterius peccati. Antecedens vero generaliter asseritur à Patribus qui semper dicunt iustitiam originalem ablatam

311.

312.

313.

S. Thom.  
S. Thom.

ablatam esse Adamo propter præuaricationem, & transgressionem præcepti, de quo videri potest Cardinalis Bellarminus tomo 3. in libris de amissione gratiæ, & statu peccati. Est præterea est D. Th. qui 1. 2. q. 8. 5. art. 5. in fine corporis ait, *substractio autem originalis iustitiæ habet rationem pœnæ, sicut & substractio gratiæ*, & q. 8. 7. a. 7. asserit pœnam originalis peccati esse relinqui naturam sibi destitutam dono iustitiæ.

314.  
Vasquez.

Vidit hanc rationem Gabriel Vasquez 1. 2. q. 8. 3. disput. 1. 3. cap. 10. n. 41. & responderet negando antecedens, & ad illius probationem ex D. Thoma asserit priuationem iustitiæ originalis fumi posse dupliciter; Primo vt est defectus existens in subiecto, quod debebat illam habere: Secundo vt dicit substractionem illius à Deo, & suspensionem concursus quo in Adamo conseruabatur, & hoc secundo modo ait vere esse pœnam peccati primi parentis; ideo enim Deus iustitiam originalem subtraxit, quia transgressus est præceptum impositum. Primò autè modo negat esse pœnam, & asserit esse propriè peccatum. Et aduertit se data opera dixisse, sumptam priori modo esse pœnam peccati Adami, quia hoc etiam modo considerata non potest esse pœna paruulorum, quia antecedenter ad hanc priuationem nihil supponitur in illis, quod possit habere rationem culpæ propter quam illis ea pœna, & priuatio gratiæ inferatur. Quam doctrinam confirmat n. 42. quia hæc priuatio originalis iustitiæ constituit hominem dignum pœna æterna, ac proinde peccatum est, cum etiam constituat subiectum dignum priuatione gloriæ, & beatitudinis, vna autem pœna non constituit hominem dignum alia pœna, si propriè loquendum sit, Vasquez sequitur vt illi est solempne Turrianus disput. illa 3. dubio 6. qui addit etiam sequutus suum Magistrum, sanctum Thomam loqui de substractione, seu priuatione gratiæ sumpta ex parte Dei, & alias vt dicit negationem subiectionis virium inferiorum ad superiores, & hoc modo esse pœnam, sicque S. Thomam intelligendum.

315.

Sed contra primo, quia priuatio originalis iustitiæ, vt est defectus illius sumptæ pro gratia, & qualitatibus, quas explicuimus, & vt distinguitur à substractione gratiæ oritur à suspensione concursus, quo Deus conseruabat ante peccatum originale iustitiam vere habet rationem pœnæ in Adamo, tamen motiuum auferendi illam formam, & inferendi priuationem illius fuerit ipsum Adami peccatum: ergo reuera illud quod habuit rationem pœnæ in Adamo habet rationem culpæ in posteris illius. Et vltèrius, ergo infantes non contrahunt peccatum Adami, sed solum pœnam illi inflictam à Deo, consequens autem est absurdum, nullus enim Catholicorum hætenus dixit in paruulos transfundi pœnam peccati primi parentis non vero ipsum actuale peccatum vt habet rationem termini, imo Concilium Trident. sapius citatum decreto de peccato originali docet peccatum Adami, quo posteritati nocuit in paruulos transfundi. Deinde mirabile est eandem omnino priuationem iustitiæ originalis in Adamo habere rationem pœnæ non culpæ, in paruulis vero qui peccauerunt voluntatem Adami è contrario habere rationem culpæ & non pœnæ.

Trident.

316.

Contra secundò quia assignauimus quid in paruulis habeat rationem culpæ originalis ad quam sequatur illa pœna, priuatio scilicet origi-

nalis iustitiæ, vbi necessario est considerandum substractionem originalis iustitiæ, quæ omnino extrinseca est habenti iustitiam non posse habere rationem pœnæ, nisi propter affectum quem causat scilicet passiuam spoliationem gratiæ & iustitiæ originalis, & illius priuationem. hæc ergo priuatio ita sumpta habet rationem pœnæ, & in Adamo, & in paruulis, neque oppositi potest ratio assignari, quæ aliquam habeat efficaciam, licet negare non possimus priuationem iustitiæ originalis existentem in paruulis esse pœnam peccati primi parentis.

Contra tertio; Quia priuatio iustitiæ originalis non constituit paruulum dignum pœna æterna, & priuatione beatitudinis, & gloriæ, neque ideo excluditur à regno, quia non habet originalem iustitiam, sed potius ideo à regno excluditur & concipitur cum priuatione originalis iustitiæ, quia inficitur per generationem originali peccato, ad quod ex diuino decreto sequitur & priuatio donorum supernaturalium, & exclusio à regno. Adde damnari nullum quia caret gratia habituali, huius enim conseruandæ nullum est præceptum, sed damnari propter peccata quibus inficitur, siue multa sint, vt in adultis, siue solum vnum, vt in paruulis. Inde vox illa Christi ad præcitos, *Ite maledicti in ignem, esurini enim, & non dedistis mihi manducare, oleum autem quod* Virgines Matth. 25. non habuerunt in vasis suis opera charitatis significat, non autem gratiæ habituales; motiuum ergo reprobationis peccatum est non gratiæ aut iustitiæ originalis priuatio.

Alij vero ad hanc rationem secundo respondent priuationem originalis iustitiæ dupliciter posse considerari, primo, vt est à Deo, qui subtrahit originalem iustitiam, & sic habere rationem pœnæ; secundo vt est voluta ab Adamo, qui cum peccatum elegerit consequenter voluit, & sibi, & posteris amissionem illius, & hoc modo habere rationem culpæ, & peccati, sed hæc solutio, quæ pluribus plausibilis facile refellitur, primo, quia eadem ratione posset dici quæcumque sequuntur ex peccato esse peccatum, ac proinde damnatos peccare, qui æternis addicuntur cruciatibus, & quia excluduntur à gloria, quia vtrumque ad voluntarium peccatum est consequentium, & secundo quia alias mors naturalis esset peccatum. Adamus enim, qui voluit peccatum primum, voluit etiam & mortem, quam sciebat consequenturam peccatum; quis vero dixerit damnationem æternam, exclusionem à regno, & mortem esse peccatum, interficit se ipsum nescio quis, actus quo sibi voluntariè mortem parat voluntarius est, peccatum est, committit delictum, cui mors vt pœna est imposita, quod illam patitur nemo dixit esse peccatum.

Vnde argumentor tertio contra eandem sententiam: si priuatio originalis iustitiæ habitualis esset originale peccatum sequeretur priuationem doni causantis immortalitatem, & impassibilitatem esse peccatum originale. Consequens est inauditum, ergo falsum est antecedens. Consequens insolentia euidens est, nullus enim in tanta sententiarum varietate hætenus dixit priuationem immortalitatis esse originale peccatum, hæc enim priuatio, mortalitas est, quæ inflicta fuit hominibus propter peccatum. *In quacumque die comederis, morte morieris.* Genes. Sequela vero ostenditur quia non minus voluta est priuatio iustitiæ originalis, quam priuatio immortalitatis,

S. Thom.  
Caietan.  
Conradus.  
Scotus.  
Alexander.  
Bonauent.

Corduba.

Herrera.  
Scotus.  
Turrianus.

10.

Magister.

317.

Matth. 25.

318.

319.

Cumel. 320.

talitatis, tamen si suo ordine essent volitæ. Aliæ rationes efficaces legantur in M. Cumel pag. 585.

Deinde eadem sententia posteriori modo intellecta etiam refelli potest primo & ad hominem; quia priuatio habitualis iustitiæ non potest esse originale peccatum iuxta sensum doctorum, qui hoc modo explicant cõmunem sententiam: ergo neque priuatio actualis rectitudinis. Consequenter probõ, quia alias priuatio habitualis iustitiæ esset originale peccatum, quod facile explico, & probo. Subiectio illa actualis, & actualis iustitia est formalis effectus iustitiæ habitualis ideo enim de facto est illa actualis subiectio, & actualis iustitia, quia in essentia animæ, & in potentiis reperitur iustitia habitualis. Sed implicat esse priuationem effectus formalis, quia sit priuatio causæ formalis illum causantis, sicut implicat reperiri priuationem albi, quod est formalis effectus albedinis, quin sit priuatio albedinis illum causantis; ergo non potest esse priuatio actualis subiectionis, quin sit priuatio formæ subiectionis, qui ergo concedunt peccatum originale esse priuationem iustitiæ actualis velint, nolint incident in sententiã, quam impugnabatur prior enim est priuatio iustitiæ habitualis, quam priuatio actualis iustitiæ, & subiectionis illius.

321.

Secundõ impugnatur eadem sententia intellecta, de actuali iustitia, & subiectione mentis ad Deum, quia peccatum Adami non fuit priuatio illius subiectionis, ergo neque originale peccatum. Consequentia probatur, quia verumque est eiusdem speciei & antecedens suaderetur, quia siue illud peccatum fuerit superbiæ, siue inobedienciæ, siue gulæ non potuit dicere præter posituam contrarietatem ad legem, nisi priuationem conformitatis ad legem prohibentem illud; ergo sumptum secundum suam speciem vltimam essentialiter, & formaliter non potuit dicere priuationem rectitudinis, & iustitiæ, quæ generaliter, & indifferenter inclinabat ad quancumque actionem virtutis, videatur M. Cumel vbi supra. Aduertendum igitur est priuationem actualis iustitiæ, & subiectionis mentis ad Deum in primo parente non habuisse rationem culpæ, sed pænæ, eo enim quod peccauit dissoluta est harmonia illa mirabilis, quia anima rebellauit Deo. Inde vires inferiores bellarunt aduersus superiores, & corpus aduersus animam, destructio enim status iustitiæ originalis non fuit peccatum, sed effectus peccati ex peccato relictus.

322.

Tertio refellitur eadem sententia in posteriori sensu, supponendo prius nullum esse habituale peccatum cõmissionis, quod consistat formaliter in priuatione iustitiæ rectitudinis gratiæ, aut gratiæ nitoris, sed peccatum habituale consistere in conuersione positiua morali ad obiectum dissonum rationi ad quã sequitur auersio à Deo, priuatio rectitudinis, gratiæ, & nitoris illius. Assertio hæc est contra M. Curiel 1. 2. q. 86. art. 1. dub. 2. conclusio 2. sed amplectitur illam Reuerendiss. M. Cumel ibidem disput. vnica ad 1. & 2. à conclus. 4. & ratio illius est manifesta, quia peccatum habituale & actuale non distinguuntur specie in genere moris, si autem actuale consisteret, vt de facto consistit in conuersione & ordine positiuo, & reali ad obiectum dissonum rationi etiam iuxta sententiam M. Curiel, & peccatum habituale consisteret in priuatione conformitatis ad legem non essent eiusdem speciei, priuatiuum enim, & positiuum distinguuntur spe-

Curiel.

Cumel.

cie etiam in moralibus, vt euident est in peccato omissionis, & commissionis; Ratio vero in contrarium desumpta ex eo quod illud positiuum, aut esset absolutum, aut relatiuum, quã vitur Curiel non est magni momenti, illud enim positiuum, quod dicit peccatum habituale non est quid physicum, sed morale, eadem scilicet conuersione actualis, quæ antecessit peccatum habituale, in qua moraliter censetur homo perseuerare, dum macula peccati non aufertur per gratiam sanctificantem de lege ordinaria, aut per mutationem physicam ipsius peccatoris solum, aut existimant aliqui posse fieri de potentia absoluta, quibus ego consentio.

323.

Et vt hoc semel dicamus macula etiam, quæ à peccato habituali non distinguitur consistit in conuersione positiua ad obiectum dissonum rationi, quæ perseuerat post peccatum actuale, non autem consistit formaliter in priuatione gratiæ, nitoris, aut fulgoris resultantis ex illa, tũ quia hæc priuatio, aut gratiæ aut nitoris illius est pænna peccati, vt superius explicuimus, tum etiam quia consequitur ad ipsam maculam, quod recte monstrauit M. Cumel, vbi supra, & docuit clarissimè Lorca ad eandem q. S. Thom. disput. 5. de peccatis §. quinta, & vera sententia, vbi maculam ait consistere in conuersione, & auersione relictæ ex actu præterito, & probat ex verbis D. Thomæ, q. illa 86. a. 1. vbi hæc scribit. *Licet cesset actus peccati, quo homo discessit à lumine rationis, vel legis Diuinae, non tamen statim homo redit ad illud, sed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius priori motui.* Et declarat hoc exemplo motus localis. *Quemadmodum, inquit, qui semel discessit per motum localem ab aliquo semper manet auersus donec redeat per contrarium motum, & sine dubio hæc est perpetua Diui Thomæ sententia, ideo enim requirit motum liberi arbitrij in iustificatione in ordine ad Deum, & in detestationem peccati, vt desinat auersio in bonum commutabile, & auersio ab incommutabili Deo, quod aliqui illius discipuli adeo necessarium existimant, vt putent neque absoluta potentia posse hominem iustificari nisi præxistant hi motus liberi arbitrij in Deum, & in peccatum. Nitor ergo gratiæ nihil aliud est, quam lumen diuinum, à quo deuiat homo, dum deuiat à lege Dei per conuersionem ad bonum commutabile, & recessum à lege diuina, quæ est expressa mens D. Thomæ, qui q. illa 86. in corpore articuli secundi. *Macula sicut dictum est importat quemdam defectum nitoris propter recessum à lumine rationis vel diuina legis, ideo quamdiu homo manet extra huiusmodi lumen, manet in macula peccati.* Ac si diceret priuationem nitoris nihil aliud esse, quam recessum à lumine naturali, & supernaturali, ac proinde carentiam & priuationem cõformitatis ad legem, quæ ortum habet à positiua tendentia, & conuersione positiua ad obiectum legi contrarium.*

Cumel. Lorca.

324.

Falluntur ergo qui existimant nomine priuationis nitoris gratiæ intellexisse D. Thomam vel ipsam gratiam, aut nitorem, & splendorem resultantem ex ea, nitor enim, fulgor, aut pulchritudo animæ nihil aliud est, quam ipsa gratia sanctificans. Cum hoc tamen stat maculam, & habituale peccatum adducere secum priuationem gratiæ, & nitoris, aut pulchritudinis illius, & hoc non secundum se, cum in statu puræ naturæ esset macula, & non priuatio nitoris illius, sed ratione status gratiæ, & sanctitatis, vnde merito dixit S. Thom.

S. Thom. maculam peccati dicere priuationem illius nitoris, id est consequenter illam afferre, licet in ea non consistat formaliter macula. Videatur Magister Cumel conclusio 6.

325.

Ex hac doctrina (qua etiam eueritur Scoti sententia asserentis maculam consistere in ordinatione passiuæ ad pœnam, & nec dicere illam conuersionem, nec priuationem nitoris gratiæ 4. dist. 14. q. 1. §. Dico ergo. & d. 16. q. 2. §. Respondeo) facile refellitur M. Granado, quia si peccatum originale consisteret in priuatione iustitiæ originalis, vel ideo maxime, quod peccatum consistit in priuatione, sed peccatum in priuatione non potest consistere; ergo neque peccatum originale in priuatione originalis iustitiæ etiam actualis.

326. Bellarm.

Illud in fine huius sectionis notauerim Bellarm. tom. 3. l. 5. de amissione gratiæ, & statu peccati c. 19. §. Tertia sententia, asseruisse sentientes priuationem iustitiæ originalis, ita esse effectum peccati, vt etiam ipsa non sit vere, & proprie peccatum, Concilio Tridentino manifeste repugnare nec illorum sententiam cõsura sententia Catharini distiguit, sed in hac cõsura excessit sine dubio vir piissimus, & doctissimus, tamen in decreto de peccato originali sel. 5. per varios canone Synodus Tridentina statuat actualitatem & existentiam peccati originalis, & illius plures effectus causamque formalem, & meritoriam remissionis illius ostendat, neque verbum quiddam habet, quod illius sententiam, & naturam declararet, & multo minus affirmat priuationem iustitiæ originalis esse illius essentiam, & naturam, nec vllus Doctorum, qui vel explicarunt Concilium vel illud viderunt affirmavit hæcenus Concilium tradidisse naturam, & essentiam originalis peccati. Neque ex eo quod concilium diffinierit causam formalem iustificationis esse gratiam habitualem à Deo infusam, significatur statim formale peccati esse priuationem gratiæ, vt putauit Bellarm. sed solum asseritur statum peccati includere priuationem gratiæ, quæ duō ita diuersa sunt, vt primum sit de fide, alterum solum probabile, & neutrum horum negat sententia, quæ affirmat priuationem gratiæ non esse formale peccati originalis.

327.

Deinde hanc sententiam non posse distingui à sententia Catharini verum non est, qui enim prædictam sententiam sequimur monstramus cõtra Catharinum peccatum originale esse aliquid per modum habitus, & termini relictæ in paruulis vniciuique proprium, & illi intrinsece inherens; quæ omnia Senensis negauit, vt constat ex opusculo de peccato originali; multum ergo inest discriminis, inter Catharini sententiam, & opinionem hanc nostram.

SECTIO III.

Notationes pro vera sententia.

328.

Negare nulla ratione possumus priuationem iustitiæ originalis pertinere aliquo modo ad originale peccatum, hoc enim passim docent Theologi, & colligitur ex Anselmo de conceptu Virginali, c. 26. & alibi ostendimus hæc priuationem esse effectum, & pœnam originalis peccati, quæ assera est essentia illius, non quia formaliter consistat in illa vt probatum est, sed quia rebellio, vt pugna inter appetitum sensu-

rium & voluntatem facile sentitur, & illius certissimam experientiam habemus, non vero alterius formæ in qua consistat originale peccatum, cum ergo illius essentia non possit esse illa priuatio, vestigandum vltius est in quo consistat illius ratio formalis, & vt ad veram resolutionem pareretur via.

329.

Notandum est primo peccatum cõmissionis, neque consistere formaliter in priuatione rectitudinis, aut bonitatis debite in esse, neque illa etiam consequenter afferre. Hæc doctrina, quoad priorem partem est omnium Doctorum, qui affirmant essentiam peccati cõmissionis consistere in positiuo; quos ad ducemus inferius & mihi est certissima mens D. Thom. qui de malo q. 1. a. 1. hæc scribit. *Malum non habet potentiam, & aptitudinem ad formam contrariam, sed subiectum habet potentiam, sicut ignis & calor malus est aqua, & tamen in ipso non est aptitudo ad formam contrariam scilicet frigiditatem, sed ipsa potentia est in aqua.* Quæ verba ponderanda sunt ad explicationem Testimoniorum S. Thom. quibus intenditur Doctorum Angelicorum existimasse per priuationem cõstitui peccatum, priuationem enim non constituit in peccato, cum non habeat potentiam, aut aptitudinem ad formam contrariam sicut calor non habet aptitudinem vt sic frigiditas, sed solum subiectum habet hanc aptitudinem, & potentiam. Rationes huius partis prioris multæ adducuntur à M. Cumel Vazquez, Curiel, Turriano, & aliis. Quoad posteriorem partem difficilior est hæc doctrina. Videntur enim omnes generaliter supponere priuationem rectitudinis, vt minimum sequi ad cõmissionis peccatum, & hoc expressit Ludouicus Montefino 1. 2. q. 7. 1. a. 6. d. 3. qui q. 3. punctum hoc tractat ex professo; sed nostram doctrinam ex instituto docet Vazquez ibid. d. 95. ferie per totam, & omnes Doctores, qui affirmant in actu odij Dei nullam esse potentiam, nullam inueniri aptitudinem, vt possit habere rectitudinem, aut bonitatem charitatis, hi vero sunt omnes, qui affirmant peccatum cõmissionis non consistere in priuatione, & propterea docent illam Sapientissimi Salmanticenses Magistri, qui existimant rationes concludentes formale peccati non consistere in priuatione, efficere efficaciter etiam hanc priuationem nullo modo consequi ad essentiam peccati. quod mihi summopere placet, & probatur hinc vtraque pars simul. In peccato cõmissionis non est potentia, aut aptitudo ad formam contrariam rectitudinem scilicet, quam dicunt debiram inesse, ergo peccatum cõmissionis neque in illa priuatione consistit, neque illa potest consequenter afferre. Consequentia est euident, quia priuatio formaliter sumpta supponit in subiecto potentiam ad oppositam formam, aliàs non distinguetur à negatione, quæ non supponit potentiam, aut aptitudinem; antecessens vero probatur in odio Dei quod nullo modo habet, capacitatem, aut potentiam, vt possit habere rectitudinem actus charitatis.

D. Thom.

Cumel. Vazquez. Curiel. Trident. Montefino. Vazquez.

330.

Ad hoc argumentum auctores, qui docent essentiam peccati cõmissionis consistere in priuatione varie respondent, primo enim affirmant odium Dei non esse aptum, nec habere potentiam, vt possit habere rationem, & rectitudinem charitatis secundum rationem specificam, & differentialem, habere tamen illam secundum rationem communem. Desumitur solutio ex

Scoto 2. d. 17. q. vnica §. ex ista solutione. Sed contra efficaciter, quia si rectitudo charitatis debita esset actui humano secundum rationem genericam actus humani, sequeretur nullum actum humanum præter actum charitatis esse bonum. Consequens est falsum, ergo, & antecedens. Falsitas consequentis constat, quia præter actum charitatis plures sunt actus boni, & honesti quibus non inest priuatio rectitudinis, sed in illis bonitas, & rectitudo inuenitur. Sequela vero probatur, quia ille actus habet veram malitiam cui rectitudo debetur, cum illam non habeat, actui vero temperantiæ, saltem secundum rationem communem debetur rectitudo actus charitatis; malus ergo est, quia caret rectitudine debita. Aduertant ergo auctores contrariæ sententiæ aliud esse actui deberi rectitudinem secundum communem rationem actus humani; aliud actui humanum esse ex se indifferentem, vt habeat bonitatem, vel malitiam, & hoc secundum est verum & reperitur in quolibet genere, quod indifferens est vt contrahatur per hanc differentiam, vel illam, sine maiori inclinatione, aut capacitate ad vnam, quam ad alteram, primum vero est absolute falsum, generi enim nulla debetur differentia specifica, alias in quacunq; contractione homo verbi gratia diceret priuationem formæ equi, & aliorum animalium, quia homo secundum animalis rationem pereret illas habere, quod tamen nullus cõcederet. Præterea quia nullus dixit ad actum bonum consequi priuationem malitiæ, & hanc esse proprietatem illius, ex eo quod actui bono secundum rationem communem malitia possit inesse, cum indifferens sit ad malitiam & bonitatem ratio illa communis, quia illa indifferentia, non sufficit ad hoc, quod illi sit debita malitia, quæ ratio cum vrgeat eodẽ modo in actu bono moraliter, carentia illa non erit priuatio sed solum negatio. Videri potest Mag. Cumel 1. 2. q. 7. 1. a. 6. d. 5. & Cornejo 1. tomo Variarum tit. 7. disp. 4. dub. 7. qui late & optime hanc solutionem impugnant.

Cumel. Cornejo.

331.

Almaicus.

Secundo respondent alij subiectum priuationis bonitatis debita inesse non esse ipsum peccatum, sed voluntatem hominis elicentis actum odij Dei, quia cum lex præcipiat Deum nõ odio habendum renerit homo illum amare, & non odio habere. Sumitur ex Almaico tit. 3. Moralium c. 17. & aliis, sed hæc solutio impugnatur facile, quia ex illa manifeste sequitur priuationem rectitudinis non inueniri in peccato commissionis, nisi casualiter solum, ea scilicet ratione quia ex peccato consequitur non esse in persona, aut voluntate actum honestum, qui debeat inesse illi, hoc autem neque est priuationem esse formalem rationem peccati, neque consequi ad illius naturam, & essentiam.

332. Magister.

Dices posteriorem partem huius doctrinæ esse expresse contra M. N. qui disput. illa 5. conclusione 4. serio affirmat priuationem rectitudinis includi necessario in peccato commissionis, consequenter ad illius entitatem, & quod grauius est sancti Patres generaliter docent peccatum consistere in priuatione, vacuitate, defectu & his terminis, & aliis declarant naturam peccati, vt minimum ergo existimant priuationem rectitudinis esse, quid consequuntur ad rationem peccati R. Magistrum nomine priuationis intellexisse carentiam rectitudinis, non vero priuationem sumptam formaliter, vt distinctam

à negatione, qui enim tantis defendit odium Dei neque secundum rationem specificam, neque secundum rationem genericam importare priuationem bonitatis formaliter sumptam, non potuit asserere hanc includi in peccato, vt quid consequens essentiam illius loquutus ergo est, vt S. Patres loquuntur, qui metaphysice nõ explicabant essentiam peccati, sed generaliter docebant in peccato bonitatem non esse, sed illius defectum, qui per carentiam, negationem, aut priuationem sumptam generaliter, & non præcisè recte explicatur. Adde S. Patres significare voluisse scditatem peccati, quæ magis declaratur illis terminis, & quam parum, aut nihil appetibilitatis habeat peccatum, quod magis declaratur, & suadetur peccati fuga, quam si dicerent esse positiuam contrarietatem ad rectam rationem, aut legem æternam. Legatur M. Cumel vbi supra §. ad argumenta, Vazquez d. illa 95. qui varie explicat Patres & Dionysium affirmat loquutum de priuatione, vt significat negationem, sed obiecti Montefino n. 49. illius q. 3. quia negatio rectitudinis non sufficit ad rationem peccati; sed solutio est inutilis, & obiectio nullius momenti; nos enim non asserimus negationem rectitudinis sufficere ad essentiam peccati commissionis; supponimus enim ad illam positiuam dissonantiam ad legem, & ad rectam rationem, vt iam dicam.

Cumel.

Vazquez.

Ex his colligo falsam esse sententiam quæ docet essentiam peccati commissionis consistere ex priuatio, & positiuo, & tribuitur Ferraci. 3. contra gentes, c. 9. Capreolo, 2. d. 35. q. 1. a. 3. & præter rationes quibus illam generaliter impugnat Recentiores facile refellitur, quia vt ostensum est, priuatio nullo modo reperitur in peccato, ergo nec esse illius essentia, maxime cum priuatiuum, & positiuum cõparari non possint vt actus, & potentia, neque vt genus, & differentia, quod requirebatur vt ex vtroque componeretur ratio formalis peccati. Legatur Montefino disput. illa 3. quæst. 5.

333. Ferraci. Capreolus

Montefino.

334.

Deinde notandum est peccatum cõmissionis dicere malitiam positiuam secundum propriam, & formalem rationem, quæ nihil est aliud, quam positiuus ordo ad obiectum quatenus dicit contrarietatem ad rectam rationem, & illam intrinsece importat, qui ordo superadditur entitati naturali actus, illique inhæret, & terminatur ad obiectum secundum contrarietatem quam habet ad hominis naturam & ad legem Dei. Vnde in conceptu formalissimo peccati commissionis includitur positiuus ordo ad obiectum dissonum rationi. Doctrinam hanc ita explicatam tradidit Caietan. 1. 2. q. 18. a. 5. q. 75. a. 1. & q. 76. a. 2. quæ sequuntur M. Cumel, q. 71. a. 6. d. 7. conclus. 1. & 2. M. Curiel, ibidem dub. 1. §. 7. Almaicus tit. 1. Moralium, c. 13. & 14. & tit. 3. c. 8. Petrus Cornejo 1. rom. variarum ad 1. 2. q. 71. d. 4. dub. 8. & 9. estque communis sententia inter Doctores Salmanticenses, & hoc tempore plausibilis in scholis, quæ vt efficacius ostendatur aduertendum valde est duplicem esse rationem mali, quod alicui bono opponitur; alteram oppositam contrariè, quando aliquid scilicet positiuum alteri & opponitur & repugnat illius naturæ, vt calor opponitur aquæ secundum positiuum, & reale quod affert. Alteram priuatiue oppositam quando scilicet vnum oppositorum nihil affert positiuum, sed solum priuationem, & carentiam contrarij, aut

Caietan. Cumel. Curiel. Almaicus. Cornejo.

aut oppositi, & sic opponuntur tenebræ, & lumen: inter vtramque vero oppositionem, & vtriusque extrema illud est differentia obseruandum, quod malum contrariè non solum est malum, & disconueniens naturæ, quia affert priuationem oppositæ formæ quod posset appellari malum casualiter, sed etiam quia positiuè contrariè opponitur; si enim rectè consideretur maius malum est dolor, quam priuatio delectationis, & dubitari merito non potest quod qui caret delectatione quam potest habere, & præterea afficitur summo dolore maius malum patitur, quam qui solum caret delectatione. Vnde infertur clare maius malum esse dolorem, & priuationem delectationis, quam hanc priuationem solum; & reuera negari non potest maius malum in intellectu esse ignorantiam, & errorem simul, quam solum ignorantiam, quia hæc tametsi dicat carentiam scientiæ non dicit prauam dispositionem, quam error affert secum; inter exempla vero quibus res hæc explicatur nullum est aptius, quam illud, quod desumitur ex dulci, & amaro, huius enim malitia non tantum consistit in priuatione dulcedinis, sed etiam in positiuam contrarietate, & disconuenientia, experitur enim magis odibilem esse respectu appetitus rem positiuè amaram, quam illam, quæ caret dulcedine, amara tamen est.

Vidit hanc doctrinam Montefinos disp. 3. q. 1. n. 25. & ad illam responder quod quodlibet positiuum istorum præter priuationem sui contrarij, dicit malitiam, & disconuenientiam non ratione entitatis positiuæ, sed ratione defectus commensurationis ad subiectum; calor enim non solum disconueniens est aquæ, quia affert priuationem frigiditatis, sed quia non commensuratur subiecto aquæ scilicet, & disconueniens est illius naturæ; sed vir doctissimus non aduertit hac sua solutione nostram confirmare doctrinam, tantum abest quod illam eneruet, concedit enim in calore respectu aquæ non solum malitiam, aut disconuenientiam præter priuationem frigiditatis, sed etiam illam quæ desumitur ex defectu commensurationis ad aquæ naturam, commensuratio igitur cum sit quid relatiuum necessario supponit, aliquid absolutum in quo fundetur si enim disconueniens est calor aquæ, & illius naturæ ex aliquo principio, & ratione formali oritur hæc disconuenientia, & cū Montefinos cõcedat principium hoc non esse priuationem adiunctam, quia ista est disconuenientia distincta à disconuenientia, quæ nascitur ex defectu commensurationis, vt ipse expressè fatetur, necessario constituenda est entitas positiuam in calore ratione cuius dicat defectum commensurationis, & proportionis.

Depromuntur ex his non inualidæ rationes ad probandum malitiam actus commissionis esse quid positiuum & reale intrinsecumque & positiuum ordinem ad obiectum contrarium & dissonum rationi, & legi, quas inter alios explicat, & vrget sapientissimus Cumel à concl. 1. pag. 165. & sequentibus. Ego vero dum ad immaculatam propro Virginitatis sanctissimæ conceptionem hanc veritatem vnica solum ostendam ratione. Antequam intelligatur inesse, aut voluntati, aut actui peccati priuatio rectitudinis, intelligitur ordo positiuus, & realis ad obiectum contrarium rectæ rationi, & legi diuinæ, sed hic ordo positiuus ad obiectum dissonum rationi est formaliter com-

336. Cumel.

missionis peccatum: ergo peccatum commissionis consistit in positiuam tendentia, & ordine ad obiectum dissonum rationi. Consequentia est euidens, & maior ostenditur, quia si in voluntate non esset, neque in actu naturali positiuam illa tendentia in obiectum dissonum rationi priuatio non esset rectitudinis, moralitas enim, siue sit bonitas siue malitia fundatur necessario in actu voluntatis, qui materiale est respectu illius tendentiæ moralis in obiectum, siue dissonum, siue consonum rationi, minor vero probatur, positiuus ille, & realis ordo ab obiectum, aut est dissonum, aut consonum naturæ rationali: non consonus, alias esset bonus moraliter, dissonus ergo est, & disconueniens, est ergo formaliter peccatum commissionis. Consequentia vltima probatur, quia illud, quod in genere moris est disconueniens naturæ rationali, & habet contrarietatem ad legem diuinam, cum non sit actus virtutis, & alias non sit indifferens, quia supponitur determinatus ille ordo positiuus ad malum, necessario erit peccatum, & non omissionis, ergo formalissimè est commissionis peccatum.

337. Montefinos.

Respondet Montefinos q. illa 1. n. 26. positiuum illum ordinem ad obiectum dissonum rationi vere reperiri in peccato commissionis & ad illum sequi priuationem rectitudinis, sed non esse formaliter malam, sed solum materialiter, habere vero formalem malitiam ex priuatione, quæ consequitur ad illam tendentiam, & ordinem positiuum; sed euasio est non solutio, & manifesta petitio principij. Cum enim ostensum sit positiuam illam tendentiam ad obiectum cõtrarium rationi esse simpliciter malam, & legi contrariam, responderi non potest, non esse formaliter malam; sed malitiam formaliter in priuatione consistere, id enim disputamus, an malitia moralis in priuatione consistat, an vero in aliquo positiuo, qui vero affirmat non consistere in positiuo, neque illum ordinem positiuum esse formaliter malum, quia deest illi priuatio, manifestè petit principium, respondetque propria conclusione, quam tamen ratio facta efficaciter refellit, & alias non ostenditur, quare actus ille, qui dicit positiuum ordinem, & tendentiam ad obiectum contrarium rationi non sit formaliter malus, sed solum materialiter. Et vt hoc semel dicam rideo non semel hunc respondendi modum, distinguo, formaliter, concedo; materialiter nego, aut è contra formaliter nego, materialiter concedo qui licet rectè aliquando adaptetur non semper rectè potest adaptari, & in proprium est euforatio distinctionis interrogando, quid desit illi rei quam vocant materiale, vt possit esse ratio formalis; exemplum enim est in duobus albis, aut in Patre, & filio cõsideratis sine eo quod relatio media distincta realiter, aut ratione inter hæc extrema inueniatur, quod saltè per intellectum potest fieri; Cum enim vnum album conueniat cum altero albo, quia vtrumque habet albedinem, & Pater vere sit causa efficiens per generationem filij, & sufficienter intelligatur Pater, quia filium genuerit, & filius sufficienter filius, quia genitus est; rogari merito potest quid deficiat ad formalem similitudinem, & ad formalem paternitatem, & filiationem, & si dicatur deficere illam tertiam entitatem, quæ est relatio, similitudo, aut paternitas rogandum erit vltterius, cur ab hac oriatur formalis similitudo, non vero ab eodem prædicato, nempe ab albedine, quæ in vtroque reperitur.

ritur, cuius nulla potest reddi ratio sufficiens; re- leganda igitur est illa distinctio in materia, de qua disputamus.

338. Sed non possum non proponere discursum, quo nostra firmari potest doctrina, an efficaciter viderint Doctores. Malitia in qua consistit peccatum formalis malitia est, ut generaliter omnes fatentur, malitia moralis solum in eo potest reperiri, quod nullo modo potest esse bonum moraliter, neque fundamentaliter, neque formaliter, sola autem illa positiva tendentia, & ille ordo positivus superadditus actui secundum naturam, talis est natura, ut nullo modo possit esse bonus moraliter, quia talis est rationis, ut nullo pacto possit habere conformitatem ad rectam rationem, neque materialiter, neque formaliter, non formaliter, alias illa monstrifiras, ut aliqui loquuntur posset esse formaliter bona, & de facto bonitatem morale haberet, quod est omnino impossibile, neque materialiter, quia illud quod dicit tendentiam positivam ad obiectum dissonum rationi, non potest esse materiale bonitatis contrariae ad rectam rationem, cum supponatur determinatum esse ad materiale peccati secundum rationem differentialem, ac proinde excludens etiam materialem bonitatem, ut ita loquamur. Ex quo sic arguuntur. Illud est simpliciter malum formali malitia, quod secundum suam rationem est absolute incapax bonitatis moralis; sed positivus ille ordo ad obiectum rationi contrarium talis est naturae, ut absolute loquendo incapax sit cuiuscumque bonitatis moralis; ergo ille ordo realis, qui reperitur in actu naturali, & illi superadditur est formalis malitia moralis, est ergo formaliter loquendo peccatum commissio- nis. Nec video quid ad hunc discursum possit efficaciter dici ut diluatur, quia tamen si privatio bonitatis videatur esse summa malitia, qua bona non possit fieri vlla ratione, obstat, quod saltem rectitudinis oppositae introductione desinit illa privatio, nullius vero rei introductione nunquam illa malitia ordinis positivum desinet esse mala dum perseveraverit ille actualis, & positivus ordo ad obiectum contrarium rationi, & urgentius, quia ostendimus in actu peccati neque consequenter inveniuntur illam privationem, relinquitur ergo peccatum necessario in positivo consistere, quia in actu impossibilis est illa privatio & haec sita non inefficax ratio doctrinae, quam supponimus in secundo notabili.

SECTIO IV.

Tridentini locus contra nostram sententiam expensus, & explicatus singulari doctrina.

339. Verum contra illam multa obiiciunt recentiores, ex illis solum seligam duo quae sine dubio sunt difficilia. Primum est si peccatum commissio- nis diceret malitiam positivam, & realem, sequeretur quod malum secundum propriam speciem esset participatio divini esse quod sane videtur absurdum. Illud enim, quod malum in se est, non potest esse participatio bonitatis cui formaliter opponitur. Sequela vero probatur, quia cum illa entitas realis sit atque adeo ens, cum non sit ens per essentiam, necessario erit ens per participationem, & praeterea secundum hanc ratio-

nem aliquomodo appetibile. Secundum, quia sequitur ex hac doctrina Deum proprie esse causam peccati, quod tamen concedi nulla ratione potest, ut fuse disputant Theologi 1. 2. q. 79. a. 1. & determinat Synodus Trident. sess. 6. c. 6. Canon. si quis dixerit opera mala, ita ut bona Deum operari non permittit solum, sed proprie, & per se, & c. anathema sit; Sequela probatur, quia Deus est causa prima per se influens in omne illud, quod habet entitatem realem, cum ergo peccatum, quia peccatum est dicat entitatem realem evidenter inferatur Deum esse causam peccati.

340. Haec sunt in nostram sententiam efficaciora argumenta, & quidem propter illa doctrinam nostram rationis ego desererem, si semel possem mihi persuadere privationem rectitudinis, aut conformitatis ad legem habere rationem peccati, aut in illo reperiri. Sed cum clarè meo iudicio monstraverim illam privationem in actu peccati esse impossibilem, & aliunde credatur ordinem illum positivum non esse relationem rationis, quia intelligere non possum naturam peccati non esse ante intellectum cuius contrarium docuerunt. Canus, & Vasquez quos citant recentiores, ideo conabor haec argumenta diluere propter eorum enim difficultatem quam sentio veritas non est deserenda.

341. Ad primum ergo concedo sequelam, vere enim ille ordo realis cum sit & non ens per essentiam, necessario est ens per participationem, fontem enim totius esse quale est esse divinum propriissimum est quod entia quae sunt extra ipsum sunt talia per participationem ipsius, etiam si sint ab eo prohibita. Deus enim prohibet actum furandi, qui tamen est ens per participationem, & ab ipso habet dependentiam intrinsecam, & alias bonitas divina, esse divinum & imparticipatum ad quamcumque entitatem extenditur secundum causalitatem, quae non derogat bonitati imparticipatae, quae origo est totius entitatis positivae, & realis, & hoc modo non repugnat peccato quod sit ens per participationem, quia secundum propriam rationem, etsi opponatur Deo, ut bonus est, non opponitur Deo, ut causa est, & finis naturalis, unde potest etiam ordinari in Deum, non ut est Deus finis moralis, sed ut est finis naturalis hoc enim modo ordinatur in Deum actus furandi, qui tamen non ordinatur in Deum, ut est finis moralis sed ordinatur in alterum finem creatum, quem voluntarie sibi creatura constituit, hoc autem non aufert à Deo finis naturalis rationem; haec enim duo inter se non dicunt repugnantiam quod peccatum ut est ens possit ordinari in finem naturalem, quem respicit omnis creatura scilicet Deum, & quod deuiet ab ipso Deo, ut à fine appetibili secundum alteram rationem secundum quam ordinatur in Deum, praeterquam quod in peccato sua reperitur aliquando appetibilitas, peccata enim, quae vel utilitatem aliquam, vel delectationem dicunt sunt in se appetibilia. Ita respondet M. Cumel 1. 2. q. 79. a. 2. disp. 2. ad confirmationem quarti argumenti, & praeterea est doctrina Richardi in 2. d. 37. circa secundum principale, q. 1. in fine corporis, & quantum attinet ad appetibilitatem, videri potest Curiel 1. 2. q. 71. art. 6. dubio 1. §. 7. ad finem, & circa doctrinam huius solutionis Canus 7. de locis cap. 4. ad 8. & relectione de Sacramentis in genere p. 4. post sextam conclusionem.

342. Secundum argumentum efficax est etiam in Doctores, qui affirmant malitiam formaliter in privatione consistere, ordinem vero positivum ad obiectum contrarium rectae rationi solum esse malum materialiter, aut fundamentaliter, quod ut fiat manifestum est advertendum, quod in peccato odij Dei tria possunt considerari. Primum ratio naturalis illius actus, ut supponitur ad quamcumque moralitatem. Secundum, positivus ordo huius actus, & tendentia realis ad obiectum dissonum rationi. Tertium, carentia rectitudinis, quae illi actui inest, siue sit negatio, siue privatio, & haec ita comparantur inter se, ut primum sit materiale secundum, & tertium; Secundum autem sit materiale tertium, in sententia eorum, qui existimant formale peccati esse non positivum, sed privativum. Deinde ex his tribus solum primum pertinet ad ordinem naturalem. Duo vero posteriora ad ordinem morale; de privatione dubium non est in istorum sententia, quia illa privatio formaliter est malitia moralis, & de secundo scilicet positivo ordine potest probari, quia hic supponit actum physicè, & materialiter sumptum, & superadditur illi, suamque specificationem quamcumque illa sit sumit ab obiecto non utrumque, sed ut contrarium rationi. De hac ergo secunda formalitate, quae in peccato reperitur rogarem Montesinum, an sit positiva & realis? an vero quid rationis, non respondebit esse entitatem rationis, quia contra Vasquez ostendit relationem peccati ad obiectum non esse quid rationis, & praeterea, quia voluntas seclusa consideratione intellectus realiter fertur in obiectum furti, quatenus est contrarium rationi, quod verum non esset, si illa tendentia ab intellectu penderet efficienter, ut pendent entia rationis.

345.

Adde peccatum formaliter ut peccatum producere habitus vitiosos, efficacia vero realis non potest esse ab illa formalitate rationis. Et ulterius peccatum, ut peccatum est disconueniens naturae rationali, quae illo male se habet; quis vero asserat ens rationis disconueniens esse humanae naturae, & voluntatem vi entis rationis esse prae dispositam, fateri igitur debet illum ordinem esse realem, licet neget esse formaliter malum, donec intelligatur privatio rectitudinis aduenisse. Ex quibus simile conficio argumentum illi quo premunt nos aduersarii: Illa ratio est positiva, & realis, ergo ad illam concurrat efficienter Deus, & ulterius illa ratio est mala moraliter, quia est intra genus moris, & bona non est; ergo etiam in hac sententia concurrat efficienter Deus ad malitiam moralem, & est causa peccati, licet non quoad formalissimum illius, saltem quoad materiale, secundum quod formalissimum est in genere moris, quia formalissimum non est in genere entis naturalis, & aliàs determinatum esse ad hoc, quod sit proximum fundamentum peccati, quod tamen in primo materiali, & subtracto utriusque moralitatis non inuenitur; relinquitur ergo Deum esse causam illius mali moralis, quod privationem antecedat, unde fit ultimo esse causam mali, & peccati, saltem secundum illam rationem mediam inter esse naturalem actus, & privationem rectitudinis. Vbi advertendum maiorem connexionem reperiri inter ordinem illum positivum, & carentiam rectitudinis, quam inter primum materiale peccati, & eandem carentiam, quia actus naturaliter sumptus indifferens est ad carentiam bonitatis, atque adeo ad esse peccati, ordo tamen positivus ad obiectum dissonum rationi nullo modo est indifferens ad peccatum, sed ex sua ra-

tionem specifica est determinatus ad illud, cuius ratio est, quia aliàs ille actualis, & positivus ordo ad obiectum capax esset bonitatis moralis; ostendimus autem simpliciter esse incapacem. Unde colligitur efficacius esse hoc argumentum ad inferendam causalitatem, quam illud quo solet probari Deum esse causam peccati, quia est causa entitatis pure materialis ad quam sequitur peccatum. Quam ergo solutionem adhibuerint Montesinos, & qui illum sequuntur ad hanc nostram ratiocinationem adhibebimus & nos ad vulgare argumentum, quo premuntur Caietanus, & sectatores illius.

346. Ad secundum ergo responderetur negando sequelam, nulla enim ratione concedendum est Deum esse causam peccati, & ad illius probationem dicendum est quod quando aliquid consequitur ad aliquem actum, non absolute, sed ut sequitur ad peculiarem modum causandi, qui in aliqua causa reperitur non tamen in aliis, non est necessarium quod efficiatur à quacumque causa concurrente ad illum actum, sed sufficit fiat ab ea, quae habet illum peculiarem modum causandi. Cum ergo malitia positiva peculiari modo causandi oriatur à causa deficienti seu creatura, qui in Deum cadere non potest, inde est illam, & non Deum esse causam peccati. Deus enim solum concurrat concursu naturali ac entitate peccati, non vero modo morali, & quasi agens morale, quia ut iam notarunt aliqui, neque concurrat ut subiectus regulae morum, neque consulendo praecipiendo, aut suadendo, & ideo non est causa peccati. Doctrina est D. Thomae 1. 2. q. 79. a. 2. ad 2. sed vltimus est advertendum, neque absolute dici posse Deum esse causam naturalem malitiae peccati, sed cum limitatione, ut si dicamus Deum concurrere ad materiale peccati praecise solo concursu naturali; ad formale vero ut est quaedam entitas realis, aut naturalis; ita & fere eisdem verbis respondent ad hoc argumentum Magister Cumel citatus, Sorus. Canus, & Vega, quos refert, & sequitur Curiel 1. 2. quae st. illa 79. art. 1. dub. 1. ad 4.

347. Sed contra, quia illa entitas positiva, ut moralis est quid reale, & positivum, & praeterea hoc etiam illi conuenit, ut est contraria rationi; nostra enim sententia ille ordo est positivus contrarius regulae morum, & rectae rationi, ergo secundum illam rationem debet causari à Deo, aliàs ipse non esset prima causa in hoc effectu sed voluntas. Responderetur, illud provenire ex transcendentia entis, quod ita imbibitur in qualibet re, ut non possit ab illa praescindi. Concurrat igitur ad moralitatem, ut quaedam entitas naturalis est, ad moralitatem vero formaliter sumptam ut contrariatur rationi non concurrat ut causa moralis, sed haec provenit à causa quae alteri subdita est in regulis morum, qualis est voluntas creata, unde contrarietas ad legem, non est à Deo. Ad illud vero quod additur de ratione primae causae, quod videatur in voluntate inveniuntur. Responderetur simpliciter esse concedendum voluntate esse primum principium in genere mali moralis ut sic: vere enim ante illam non est alia causa prima moralis, nec alia causa deficiens. Ex hoc vero non sequitur esse primam causam, cum operari non possit sine dependentia à prima, & vniuersalissima causa. Sequitur tamè esse primam causam deficientem quod in Deum conuenire non potest, quia maxima imperfectio est. Doctrina quae traditur

Trident.

Canus. Vasquez.

341.

Cumel.

Richard.

Curiel.

Canus.

342.

346.

Cumel. Sorus. Canus. Vega. Curiel.

347.

in his solutionibus non est contra Concil. Trid. non enim asseritur Deus concurrere ad illam moralitatem ut peccatum est, sed solum ut est quaedam res naturalis ad qua nullo modo promouet. Legatur M. Cumel 1. tom. 1. 2. q. 79. a. 2. disp. 3. ibi enim non determinat Concil. Deum ut causam naturalem non concurrere ad illud, quod naturalis entitatis est in peccato, sed solum damnat haereticos asserentes prodicionem Iudae ita proprie esse Dei opus, ac vocationem Pauli, quod nos non asserimus nec volumus, cum ad consensum huius vocationis ponamus gratiam excitantem praeuenientem & comitantem, praemotio-nem etiam diuinam, consilia, exhortationesque, & illuminationes, vel intrinsecas, vel etiam extrinsecas, quae omnia non reperiuntur in peccatis, non ergo ex nostra sententia sequitur plusquam permissiue Deum concurrere ad rationem peccati secundum deformitatem, quam in se habet, neque Deum esse causam peccati, eo modo quo causa est operis boni, & hanc esse mentem Concilij constat aperte ex integro canone 6. qui ita ad verbum. *Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere sed mala opera, ita ut bona Deum operari non permissiue solum, sed etiam proprie, & per se, adeo ut sit proprium eius opus, non minus prodicio Iudae, quam vocatio Pauli anathema sit.* Diffinit ergo Concilium non eodem modo Deum se habere ad peccata, ac se habet ad actus virtutis, ad rationem enim peccati formalissime sumptam Deus proprie, & per se non concurrat, tamen concurrat ad omnem positiuam entitatem, quae reperitur in illa. Videatur M. Cumel de gratia & libero arbitrio tom. 3. in 1. 2. S. Th. pag. 285.

Hanc rem, ut illustrem, & simul explicem solutiones argumentorum, quae cum sint doctissimorum virorum nostrae aetatis, & plausibiles inter Thomistas non possunt non esse probabiles. Aduerto primo positiuam entitatem, quae reperitur in malitia peccati ad illam comparari, ea ratione, qua ens in communi sumptum comparatur ad differentias quibus contrahitur, & ad illud, quod secundum rationes formales enti addit substantia, & accidens. Ita enim ratio illa communis in differentis imbibitur, ut ipsa numquam concipi possint sine illa transcendenti entitate, quod mirum est, cum differentiae essendi per se, & in alio sint quid distinctum a communi ratione, quae illas non imbibit, & licet operatione intellectus velimus praescindere vnam rationem ab alia, id non sit possibile, quia licet intelligi possit ratio entis sine accidenti, & substantia, iam fiet quod accidens & substantia possint intelligi sine ratione communi, tamen superior, & maior fiat praecisio, illud enim, quod concipitur ut vltima, & formalissima ratio in accidenti, & substantia vere est ens, & tamen ab ente in communi distinguitur, alias nihil adderet supra rationem communem. Hoc igitur modo philosophandum in ratione malitia moralis, quae proculdubio addit aliquid ad rationem entis positiuam, & ad transcendentalem bonitatem, quae in omni ente reperitur & in illo intrinsece imbibitur, sed hoc ea ratione ut tamen entitas positiuam, & realis possit praescindi, & praescindatur de facto a malitia morali, haec ab illa nullatenus praescindit, quamuis intellectus illam cognoscat secundum vltimam, & formalissimam illius rationem, & solum sit obiectum huius cognitionis vltimum, & formalissimum constitutum illius, & quod intelligi-

Cumel.

Concilium.

Cumel.

347.

tur secundum praecisam, & vltimam rationem esse gradum differentialem sibi peculiarissimum, & nulli alteri entitati communicabilem. Est haec rerum transcendentium natura, & ex hac doctrina explicatur illud, quod asserit Sapientissimus Cumel 1. 2. q. 71. a. 6. disput. 7. pag. 172. col. 2. §. Quod si obiiciat iterum, asserit enim quod contrarietas, quae est in peccato distinguitur ratione ab ipsa entitate actus moralis peccati, quod videtur difficile, quia moralitas peccati a se ipsa non potest distingui, solum enim vult rationem entitatis positiuam repertam in peccato ab ipsa malitia morali, & contrarietate distingui eo modo, quo differentia accidentis distinguitur a ratione communi, & illi superadditur, tamen illam intrinsece includat, particularis enim ratio distinguitur a ratione communi.

Deinde aduerto, quod licet receptissimum sit ea quae formaliter distinguuntur, sunt tamen idem realiter produci vnica, & eadem actione, ab eadem, & vnica causa secundum eundem influxum, ut patet in gradibus metaphysicis, ut animal, & rationale, quae ab eadem omnino causa, & eadem actione producuntur in re; adhuc non est vniuersaliter verum, contingere enim potest, quod aliqua duo identificetur realiter cum distinctione tamen rationis, quae habeat fundamentum in re, & tamen vtrumque non producatur eadem actione, neque pendeat ab influxu per quem alterum illorum producitur, & ratio est manifesta, si aut causa efficiens vnus non possit esse causa productiua alterius, & sic nequeat influere in illud, aut, quia illud, quod videtur terminare illam actionem nullo modo sit producibile, atque adeo non possit ex vi illius existentiam habere, vtrius enim ratione id contingat res illa tamen realiter identificata cum alia est improducibilis, & attingi non potest, ut generalius loquamur per illam actionem, per quam alterum, aut producitur, aut attingitur. Doctrina haec est D. Thomae 2. d. 37. p. 2. a. 2. ad 5. cuius verba inferius adduco, & probant illius discipuli Carmelitae Salmanticenses tit. 4. de voluntate Dei, disput. 10. dub. 7. n. 153. instantias iam profero.

Prima desumitur ex Mysterio Augustissimo Trinitatis in quo Pater aeternus generat filium, & secundam personam, filius vero, sicut & Pater dicit essentiam, & personalitatem inter se ratione distinctas, & nullo modo realiter, & tamen licet personalitas, & relatio filiationis producantur, non producitur essentia diuina, tamen tanta sit identitas inter essentiam, & personalitatem, quantum astruit Catholica fides, & ostendit inclusio diuinitatis in relationibus, & attributis, & in omnibus, quae formaliter reperiuntur in Deo, de quo videri possunt M. Cumel 1. p. q. 28. art. 2. disp. 3. Franciscus Suarez lib. 4. de Trinitate c. 7. a. n. 5. & alij Theologi, & ut hoc vigeamus, & clarius inspicatur essentiam diuinam non produci, sed comunicari solum filio per Patris generationem, personalitatem vero realiter produci non obstante identitate reali, sumo filiationem, non quatenus distinguitur ab essentia diuina, sed quatenus illam includit in suo conceptu, cum filiatio vere, & essentialiter sit Deus propter Deitatis generalem transcendentiam. Vnde argumentor, tamen essentia includatur in filiatione, & inter illas non sit vlla distinctio ex natura rei, producitur filiatio includens essentiam diuinam, & haec non producitur, ergo contingere potest, quod

Cumel.

349.

D. Thom.

Carmelitae.

350.

Cumel.

Suarez.

quod tamen vnum alterum includat transcendentia, includens vere producatur, cum inclusum produci non possit per aliam actionem.

351.

Dices provenire hoc ex natura, & ratione essentiae diuinae, quae vna cum sit non multiplicatur, sed quantumvis generetur filius, & procedat Spiritus sanctus, atque adeo plurificetur personae non plurificatur essentia, sed vna est, & eadem summa vnitate in tribus diuinis personis, alias si multiplicaretur diuina natura, ut humana natura multiplicatur in Petro, & in Paulo, destrueretur Trinitatis mysterium. Sed contra facile, quia nos non asserimus hoc contingere posse de facto, & in mysterio Trinitatis inueniri posse scilicet aliqua duo identificari realiter, & vnū produci non vero alterum sine peculiari aliqua ratione, quae in gradibus metaphysicis non inuenitur, sed solum hanc euidentem instantiam in re Theologica adducimus, ut explicemus non semper quae identificantur realiter, ita comparari, ut necessario si vnū producitur alterum necessario sit producendum, ideo enim diximus hoc posse contingere, vel ex defectu potentiae, vel quia illud alterum natura sua est improducibile.

352.

Secunda instantia desumitur ex almo Eucharistiae Sacramento, in quo secundum fidem Catholicam post consecrationem panis est verum & reale Christi corpus ex vi verborum, anima autem rationalis solum ex vi connexionis, & concomitantiae naturalis, qua partes Christi Domini inter se copulatur, ut his verbis explicat Concil. Trident. sess. 13. c. 3. de Eucharistia, cum qua doctrina optimè stat formam aliquam substantialem esse in Eucharistia ex vi verborum, ut tradunt S. Thom. Scotus, Durand. Richard. Sotus, Ledesma, Suarez, Vasq. Valent. Alanus, Henricus quos refert, & sequitur Granado 5. tomo controu. 6. de Eucharistia tit. 4. disp. 4. sect. 2. n. 5. & ratio est, quia ex vi verborum producitur in hoc Sacramento corpus humanum, sola autem materia non est corpus humanum, ut humanum est; producenda est igitur ex vi verborum forma aliqua substantialis, qua formaliter constituatur corpus humanum, alias illud quod est ex vi verborum consecrationis vini in hoc Sacramento non esset distinctum ab illo quod est ex vi verborum consecrationis panis.

Trident. Vasquez. S. Thom. Scotus. Durand. Richard. Sotus. Ledesma. Suarez. Vasquez. Valentia.

353. Alanus. Henric.

Granado. Coninch.

Consentiunt igitur Doctores rationem formalem corporis humani cum non sit possibilis forma corporeitatis, ut in physicis disput. diximus provenire ab anima rationali, non ut rationalis est, sed ut est forma dans esse corporeum, & substantiale, licet repugnet Agidius Coninch, quem ibidem refert Granado. Ex qua doctrina quae receptissima est sequitur animam rationalem produci ex vi verborum non quatenus rationalis est, hoc enim esset contra Trident. sed solum ut est forma quaedam dans esse corporeum, at certissimum est hos gradus in anima rationali non distingui, sed esse omnino idem realiter. Ex qua doctrina probatur manifestè id quod intendimus ex vi verborum producitur anima rationalis non ut talis, sed ut est forma dans esse corporeum ita ut quantum est ex significatione practica verborum secundum illum vltimum gradum non sit ibi anima rationalis, perinde ac si gradum illum non haberet; est enim ibi secundum hunc gradum ex vi connexionis, & vnionis quam habent inter se corpus, & anima; ergo non repugnat aliqua duo non distingui realiter, & tamen non

Granado.

354.

D. Thom.

produci vnū illorum productione qua producitur aliud, legatur M. Granado sect. 3. illius disp. a num. 9. qui optimè aduertit non sufficere esse animam ex vi verborum, ut dans esse corporeum ut absolute dicatur esse ibi animam rationalem, verba autem consecrationis practica sunt, & licet determinatam formam, & effectum re ipsa efficiat quia ratio communis sola non potest produci, secundum se sumpta indifferentia sunt ad inducendam formam corporis humani, & formam cadaueris, nunc enim formam humanam producant, in triduo autem mortis Christi producerent formam cadaueris.

Tertia instantia desumitur ex Doctrina, quam nunc frequenter sequuntur Thomistae licet differentiat eorum Princeps, Deum scilicet praefinire materiale peccati, non solum materialiter, sed etiam formaliter sumptum, id est non solum ut actus in quo fundatur ratio entis moralis, sed etiam in ratione actus moralis, quatenus tamen a malitia formalissime sumpta praescindit, in hac enim sententia, tamen malitia moralis non distinguitur realiter ab vtroque materiali, praefinitio diuina terminatur ad vtrumque materiale, non tamen terminatur ad deformitatem, quae peculiariter, & proximè constituit rationem peccati, quia ad illud solum potest terminari praefinitio ad quod extendi potest omnipotentia diuina, haec vero non potest extendi ad malitiam peccati, secundum vltimam, & propriissimam rationem deformitatis, vnde deformitas non sequitur ad actum & materiale ut est praefinitum a Deo sed ad illum ut procedit a voluntate creata, etiam si in separabiliter sit coniuncta deformitas cum materiali peccati non solum materialiter sed etiam formaliter sumptum, Doctrina est D. Thom. quam me daturum promissi haec illius verba. *Dicendum quod sicut actio, quae peccati deformitatem habet dicitur bona in quantum est actus bonitatis naturae, non propterea quod aliquando inueniatur separata a deformitate, sed quia bonitas illa naturae deformitati substat, ita etiam Deus dicitur causa illius actionis in quantum est actio, & non in quantum est deformis hoc modo, quod actionem non faciat a deformitate separata, sed quia in actione deformitati coniuncta hoc quod est actionis facit, & quod est deformitatis non facit. Et si enim in aliquo effectu plura inseparabiliter coniuncta sint, non oportet, ut quidquid est causa eius, quantum ad vnum, sit causa etiam eius quantum ad alterum.* Et ad finem corporis illius a. 2. citati ait. *Vnde non potest dici absolute quod peccatum sit a Deo, ut homicidium aut aliquid eiusmodi nisi cum hac additione in quantum actus est, & in quantum ens.* Ex quibus verbis colliges in sententia D. Thom. in peccato includi entitatem positiuam, cui ex defectu voluntatis creatae est moralis contrarietas ad rectam rationem. Adde etiam in sententia, quae solum concedit concursum ad peccati efficientiam concomitantem non vero decretum praefinitum, Deum non concurrere ad deformitatem, & contrarietatem ad rectam rationem, tamen concurrat ad positiuam entitatem actus, quod intelligendum est etiam de positiuam moralitate posset enim aliquis opinari peccatum in positiuo consistere, & tamen Deum illud positiuum non praefinire. Neutra enim harum sententiarum alteram excludit, imo sapientissimus Cumel vtramque sententiam tuetur, ut de positiuam moralitate, & malitia haec vni vidimus, & de negatione praemotiois, & praefinitio-nis ad peccatum late docet, 1. tom. in 1. 2. q. 79. a. 2. 2. 4. disp. 3.

disp. 3. ibi enim concedit concursum comitan- rem, & negat praeuenientem. Scio virum doctif- simum notari à Thomistis eo quòd praeuio- nem physicam defendat in actus bonos morali- ter, neget verò in peccatis cum vrorumque ead- em ratio videatur desumpta ex causalitate pri- mae, & vniuersalissimae causae, sed reuera vidit Decanus Salamanticensis, à cuius ore illa celebris & florentissima Academia pendebat, in peccatis rationem primae causae optime saluari sine prae- motione, non verò in actibus bonis praecipue su- pernaturalibus. Et ego quidem si discretionem praedestinati à reprobo intelligere valerem cum solo auxilio comitanti, & sine physica prae- motione vltro in hac re Magistrum desererem, sed cum Paulus me doceat discretionem hanc esse à Deo, illamque debere praedestinatum, non repro- bum, constanter defendo physicas praeuio- nes praesertim ad actus bonos supernaturales. Et vt ad rem redeam in Thomistarum sententia, quam retuli, imò & D. Thomae verbis expressis video vnam causam concurrere posse ad vnam ratio- nem, quae inseparabiliter, est connexa cum alia, quin ad hanc concurrat, aut illam efficiat, & cau- set, quod est nostrum intentum.

355. Instantia quarta sumi potest ex doctrina, quam non semel affert D. Thomas, & probant omnes. Claudicat quis, & quidem claudicatio vna cum sit, procedit à virtute progressiua, & à tibia curua, at vt motus est à virtute progressiua procedit, quae quantum est ex se recte mouet tibia curuam, quantum verò attinet ad claudica- tionem, quae realis est, & à motu non distingui- tur realiter à tibia curua, procedit non tamen à virtute progressiua, quia claudicatio est extra sphaeram virtutis progressiuae, non ergo repug- nat duo inter se non distingui realiter, & aliquam causam vnum producere, quin alterum illorum efficienter attingat.

356. Quinta instantia desumitur ab aliquibus ex vi- sua potentia, & illius terminatione ad albedi- nem, verbi gratia, visus enim terminatur ad ratio- nem coloris in particulari, & non ad rationem communem coloris, neque ad rationem commu- nem entis; haec etenim visibiles non sunt, neque cadunt inter latitudinem obiecti adequati po- tentiae visus, qua doctrina probant nonnulli op- time posse videri vnam personam diuinam sine alia, & essentiam sine personis non obstante summa identitate inter personas, & diuinam es- sentiam, & illa virtus Pater Granado 1. p. q. 1. 2. ad hanc sententiam defendendam cum Scoto contra S. Th. sed hanc probant per visionem, aut intellectum posse attingi rem vnam, quae ab altera distinguatur solum ratione, non verò pro- bant efficientiam, quam nos intendimus, & praeterea Scoti sententiam non iudico veram, quod si alio modo potest explicari, & applicari instan- tia hac me consentiente, & probate applicabitur.

357. Ex his colligo nostram sententiam non esse contra Concilium cum asseramus rationem formalissimam peccati, qua peccatum est, & deformitas non causari à Deo proprie, & per se, sed permissiue solum; hoc enim sufficienter infertur ex hac ratione, deformitas enim improducibilis est à Deo secundum formalissimum sui, ac proinde est extra latitudinem obiecti omnipotentiae diuinae, & cum alias etiam si duo non distinguan- tur realiter posset vnum produci altero non pro- ducto efficaciter manet probatum posse Deum

attingere rationem positiuam, & realem illius tendentiae, & ordinis quatenus ens est, & non producere quatenus deformitas est, vnde cessat obiectio aliquorum Complutensium desumpta ex eo quòd cum dicitur Deus producere entita- tem peccati, qua entitas est, aut reduplicat ratio- nem quae producitur, aut sub qua producitur. Responderetur enim illis terminis non significari Deum producere malitiam, qua ens est, hoc enim esset producere malitiam; sed sensus est produ- cere Deum rationem positiuam, quae in peccato, & illius deformitate inuenitur, non verò produ- cere ipsam deformitatem Ex quo etiam explica- tur Anselmus, qui lib. de Conceptu virginali c. 5. ad finem ait, nihil esse à Deo, nisi bonum; est enim intelligendus secundum praecisam ratio- nem deformitatis.

Atque ex hac doctrina facilis est argumento- rum quae attulimus in principio huius sectionis, & aliorum etiam solutio, quae praetermittimus; dicemus enim Deum non attingere formalissi- mam deformitatem peccati, sed solum positiuam rationem, quae in illa includitur; haec enim pro- ducibilis est à Deo, cadit intra obiectum omni- potentiae, & referri potest in Deum, tanquam in vltimum finem, at vero deformitas, vt deformatas non est referibilis in Deum, neque à summa bonitate producibilis. Vide M. Cumel 3. tom. in 1. 2. de Gratia; & libero arbitrio à pag. 285.

Et si infes: ergo peccatum à creatura solum producitur: ergo est prima causa, iam haec replica est explicata superius; asseruimus enim in gene- re morali nullam esse causam, quae praecedat vol- untatem creatam, ac proinde posse dici primam in illo genere, licet non primam absolute, & sim- pliciter propter rationem ibi assignatam. Et si vr- geas vltterius; ergo est creatura quae non sit à Deo; patet cõsequentia, quia deformitas vt deformitas nõ est à Deo, & est creatura cum reuera sit, & crea- tor non sit. Responderetur de formatate formalissime sumptam non esse creaturam, alias haberet pro- priam ideam in Deo, essetque illius imitatio, & expressio, sed quid deficiens à creatore, & creatu- ra productum, vt deficiens est, qua ratione in il- lam Deus non potest habere influxum, sit igitur deformitas peccati, Deo non operante ad illam, vt talis est, sine ipso enim factum est nihil, & so- la actione voluntatis creatae. Vnde inferunt Theo- logi peccati non esse ideam in Deo, quia Deus non est auctor peccati secundum deformitatem, vt ostendit Cumel 3. tom. in 1. p. dub. 2. ad pri- mam disp. pag. 51. colum. 2. hoc vero non est contra rationem primae causae, sed potius secun- dum rationem illius; cum enim sit finis moralis rerum omnium influere non potest, vt causa effi- ciens in illud, quod non potest ad ipsam referri. Vnde etiam cessat aliorum obiectio, & desumi- tur ex eo quòd Deus causat peccatum vt agens liberum, ac proinde, vt agens morale, ex quo vi- detur ruere illa distinctio agentis moralis, & libe- ri, quam insinuant auctores nostrarum resolu- tionum. Negandum est primo agens liberum, & morale esse omnino idem, de quo legendus Cu- mel 1. p. q. 14. a. 3. disp. 2. & 1. 2. q. 71. a. 6. disp. 1. & de gratia, & libero arbitrio sect. 5. concl. 8. pag. 162. colum. 2. ex 4. discursu tom. 3. in 1. 2. S. Th. Et secundò est negandum Deum libere concu- rere ad deformitatem, vt deformitas est. Ratio negandi primum est, quia Deus libere mundum produxit, creatio autè non est actio moralis, nec enim

Ansel.

358

Cum.

359

Cum.

enim Deus respicit in creandis rebus aliquam re- gulam morum, sed solum suas ideas, quae regulae sunt, & imagines creaturarum, & ratio negandi secundum, est efficax valde, causa enim quae non influit in aliquem effectum non influit, nec libe- re, nec necessario, cum reuera non influat, vnde colligitur etiam si concurrere liberè, esset concu- rere moraliter Deum non concurrere ad defor- mitatem nec moraliter, nec liberè, quia ad illam nullo modo concurrat, quamuis concurrat liberè ad entitatem positiuam, quae illam transcedit. En vltimo Deum solum permissiue, & non pro- prie, & per se ad peccatum concurrere, vt deter- minat Synodus Tridentina.

Trident.

SECTIO V.

Originale peccatum formaliter esse conuer- sionem habitualem relictam ex primo peccato Adami.

360.

Conuersio illa actualis ad obiectum rationi difforme, & legi dissentaneum, seu positiuus ordo rationi contrarius, in quo diximus consiste- re rationem formalem peccati commissionis in- fert habituale peccatum, quod nihil est aliud in voluntate, & homine peccatore quam habitualis conuersio relictæ per modum termini ex actuali conuersione, & respiciens idem omnino obiectum formale in quod tendebat conuersio actua- lis, haec actualis appellatur, quia consistit in actu transeunte, & non permanente cessante actione voluntatis, illa vero habitualis appellatur, quia permanet per modum habitus, (tamen si habitus non sit) dum actualis illa conuersio non retractatur, aut gratia sanctificans non infunditur. Ratio huius est, quia secundum prudentem aestimatio- nem, qui aliquem actum elicit amando verbi gratia aliquod obiectum, & amorem illum non retractauit, cum fundamento dicitur permanere in illo actu amoris, & cum permanentia haec non necessario fiat per actum (dormientes sunt habi- tualiter peccatores) consequitur permanere per modum habitus, aut termini relictæ ex actuali conuersione ad obiectum, quo etiam modo re- sultat habitualis auersio in peccatore ex actuali auersione à bono incommutabili, à quo illa con- uersione recessit peccator, siue auersio distingua- tur à conuersione, ita ut possit intelligi sine illa, vt existimant aliqui, siue non possit intelligi, quia conuersio est auersio, & auersio conuersio, vt iudicant doctiores, de quo modo non dispu- to. His positis,

361.

Iam ergo asserendum est originale peccatum, quod per generationem transfunditur in poste- ros Adami formaliter sumptum, & secundum propriam rationem, secundum quam ab aliis peccatis distinguitur, & in propria ratione con- stituitur, nihil aliud esse quam habitualem con- uersionem ad bonum commutabile illi simili- mam, quae resultauit in Adamo, & ex esu pomi prohibiti, atque adeo ex conuersione actuali ad illud commutabile bonum, vnde illa positua deformitas, & contrarietas ad legem, per modum termini relictæ habitualiter prout reperitur in nobis, qui illius posteri sumus verè, & proprie est originale peccatum. Assertionem hanc aliis om- nibus sententiis refutat variis disp. constituit Cumel 1. t. in 1. 2. q. 82. a. 2. disp. 2. concl. 6. qui

Cumel.

pro se adducit Bartholomeum Medina ibid. c. 1. Medina. dub. 2. concl. 3. vbi docet quod illa transgressio legis, quae fuit in Adami peccato, & in nos per generationem transfunditur est vere originale peccatum in nobis, quod cum non possit intel- ligi de actuali transgressione, necessario de habi- tuali est intelligendum.

Tuentur Sotus lib. 1 de natura, & gratia, c. 9. 362. Corduba lib. 1. q. 10. fuitque procul dubio alicui- Scorius. Corn. Alex. us scholastici antiquioris, eam enim refert Ale- xander 2. p. q. 105. membro 2. a. 3. vt affirmat Lor- ca de peccatis, disp. 43. apud illum vero nihil re- perio, neque illud membrum secundum habet articulos. Eam etiam docent viri doctissimi, qui ita diffiniunt originale peccatum, est humanae naturae habitualis, & inordinata conuersio ad bonum commutabile à Protoparente deriuata cum priuatione conformitatis ad legem, quam transgressus est ipse. Hos refert tacito no- mine idem communis Magister, & praeterea il- lam defendunt multi recentiores, vt affirmant Vas. Lorca, Turrianus, & ex illis Montefinos lo- cis in aliis sect. citatis, quae tamen non est ita in- telligenda, vt haec habitualis conuersio adiun- ctam habeat auersionem, tanquam verum con- stitutum peccati originalis, vt male intellexe- runt aliqui scholastici ex illis quos citauimus, iam enim est ostensum (cursum licet) priuatio- nem, & positiuum non posse ex a quo constituere aliquam entitatem.

Supponit verò conclusio in peccato originali inueniri formalem conuersionem habitualem ad creaturam, tanquam ad vltimum finem, quod negat Curiel 1. 2. q. 82. a. 3. dub. 3. §. 2. sed affirmant Caiet. Conrad. Capreol. & Ferrara apud Cumel Curiel. Caiet. Conrad. Capreol. Ferrara. qui in locis, quos ipse notat supponunt vt rem indubitam in peccato originali non solum re- periri auersionem ab incommutabili bono, sed etiam conuersionem habitualem ad bonum com- mutabile, & quidem Ferrara 4. contra Gentes, c. 51. versiculo quod autem, serio affirmat, quod licet S. Th. asserat priuationem iustitiae originalis esse formaliter peccatum originale, nullo modo excludit inordinationem voluntatis, quae est per conuersionem illius ad bonum creatum, vbi se- cundum hanc notam S. Th. existimat hanc volunta- tis conuersionem pertinere formaliter ad ratio- nem originalis peccati, & praeterea ibi asserit §. ceterum ex sententia Thomistarum hanc con- uersionem reperiri in originali peccato, & for- tasse haec conuersio est illud positiuum, quod praeter priuationem iustitiae asserit D. Angelicus reperiri in peccato originali 1. 2. q. 82. a. 1. corp. & ad primum, & ex illius sententia asserit Ferrara quod sicut iustitia originalis dicebat conuersio- nem ad Deum, ita priuatio illius includit con- uersionem ad creaturam.

Sed praecipuus assertor huius sententiae est S. Bonauent. qui 2. dist. 30. a. 2. q. 1. lit. D. haec scri- bit: Sic cum quaeritur quid sit originale peccatum, recte responderetur quod sit concupiscentia immoderata, recte etiam responderetur, quod sit debita iustitia carentia, & in vna istarum responsionum claudisur alia, licet vna notificet ipsum originale eius, quod est in ipso habens modum conseruionis, altera vero ra- tione priuationis. Et superius dixerat, quod sicut peccatum actuale dicit inclinationem, sic etiam peccatum originale, vocat autem concupiscentiam immoderatam, concupiscentiam prout claudit priuationem iustitiae, ac proinde ordinati- tionem

Medina.

362. Scorius. Corn. Alex.

Vasq. Lorca. Turri. Mont.

363.

Curiel. Caiet. Conrad. Capreol. Ferrara.

Thom.

364. Bonau.

tionem à lege, quod illi prouenit ex eo quod voluntas deordinata est per illam positiuam conuersionem ad obiectum prohibitum. Fauet Scotus 2. d. 3. 2. quæst. vnica n. 11. quatenus asserit peccatum originale comparari peccato quiescenti, id est peccato habituali.

Scotus.

365.  
Aluifod.  
Hear.

Conueniunt etiam Aluifodorenfis lib. 2. summa Theologiæ tr. 27. c. 1. & 3. & Henricus quodlibeto 1. quæst. 21. quanuis in eo errauerint, quod existiment hanc habitualem conuersionem esse qualitatem, quandam morbidam existentem in voluntate, ex qua qualitas alia noxia resulter in corpus, quod refutat optime omnes Doctores, & nos non admittimus qui alio modo conuersionem defendimus, & explicamus; illam verò in peccato originali reperiri probatur efficaciter primò, peccatum habituale, quod mansit in Adam transacto actuali est illud quod origine contrahitur, & hoc quod in nobis est contractum, est simile illi habituali, quod in Adam mansit per modum termini, sed illud peccatum includebat intrinsece conuersionem habitualement ad creaturam; ergo & peccatum originale illam includit, minor probatur, quia de quocunque habituali peccato dicitur quod includit intrinsece illam conuersionem habitualement, & consequentia probatur, quia alias non traduceretur ad nos quidquid pertinebat intrinsece, & essentialiter ad peccatum Adami; cum tamen Conc. Trident. sæpe citatum sess. 5. can. 3. absolute affirmat Adæ peccatum, ut fuit in illo in nos transfundi.

Conc.

366.  
Curiel.

Responder Curiel vbi supra ad vltimum transeat maior, & minor, & nego consequentiam, & ad probationem dicit satis esse ad illorum omnium veritatem, ut traducatur ad nos peccatum Adami secundum formale ipsius, id est quantum ad inordinationem voluntariam per respectum ad præcedentem actionem, sed contra primo, quia euidenter sequitur ex hac solutione illud quod argumentum intendit, videlicet non traduci in nos integrum Adami peccatum. Traducitur enim quantum ad auersionem, non vero quantum ad conuersionem, imò vero traducitur id quod posterius est in peccato Adami, non verò illud quod prius est, ut ita loquamur; si enim formaliter sit loquendum in illo peccato auersio non fuit causa, & ratio conuersionis (si vna est ratio, aut causa alterius) sed potius conuersio fuit causa, & ratio auersionis, ideo enim Adamus mansit auersus à Deo habitualiter, imò auersus est actualiter, quia conuersus est ad commutabile bonum. Vnde fit non traduci peccatum Adami secundum integram, & specificam rationem, quia non traducitur secundum rationem conuersionis, quæ est illi essentialis.

367.

Contra secundò, quia illa ordinatio voluntaria non fuit aliquod priuatiuum, sed positiuum quid in quo consistit ratio peccati; si ergo manet inordinatio voluntaria, & hæc est aliquid positiuum non potest non esse illa conuersio, quam argumentum intendit. Contra tertio, quia ut ipse asserit 1. 2. q. 71. art. 6. dub. 1. §. 8. vers. ratio verò negandi secundum. Conuersio quatenus est contraria legi respicit suum obiectum, vnde sicut præscindi non potest ab ordine ad obiectum, quia in illo consistit, ita neque potest præscindi à contrarietate, ac proinde, neque ab auersione, ergo neque auersio potest præscindi à conuersione, quia inseparabiliter conuersio cum auersione est connexa, & vltimus ergo non potest in

nobis esse auersio illa habitualis ex peccato Adami relicta, quin etiam reperitur conuersio, aut explicetur ratio discriminis inter peccatum actuale, & illius auersionem, & conuersionem, & peccatum originale quod habituale est quoad hanc partem.

Secundò responderi posset ex illius doctrina 1. 2. q. 86. a. 1. & 2. dub. 2. §. 2. concl. 1. negando minorem; ibi enim docet peccatum habituale non dicere aliquid positiuum, ac proinde nec illam conuersionem, quia positiuum illud, & consequenter conuersio, non potest esse nec respectiuum, neque absolutum, neque aliqua qualitas. Sed contra, quia iam Magister Cumel ibid. a. 2. disp. vnica hanc refutauit responsionem, concl. enim 4. probauit habituale peccatum esse conuersionem ad creaturam, & non solum priuationem conformitatis ad legem, ratio verò adducta non est vllius momenti, quia conuersio illa habitualis, non est quid physicum, & reale, sed est quid morale positiuum resultans, ut terminus ex conuersione actuali, & ideo non est necessarium, quod physice sit aliquid respectiuum, vel absolutum, habitus, aut dispositio. Legatur Magister Cumel loco citato.

368.

Cumel.

Deinde idem suppositum ostenditur. Peccatum originale non potest non includere, aut dicere illam conuersionem habitualement; ergo illam necessario dicit. Consequentia est euidentis, & antecedens probatur, quia homo existens in peccato originali est formaliter auersus à Deo, ergo est formaliter conuersus ad creaturam. Quod ut melius intelligatur aduertendum est hominem, non solum respicere Deum, ut finem naturalem eo modo quo cætera creaturæ illum respiciunt, & referuntur in illum; sed respicere etiam ut finem moralem in quem & homo, & omnia eius referuntur, vnde non potest fieri hominem auerti à Deo sine morali, & non conuerti ad alium finem creatum, constitutus enim est in genere moris, & in quocunque statu debet respicere aliquem finem, aut actualiter, aut habitualiter, ex quo explicatur ratio facta; homo, ut est in genere morali in quocunque statu debet esse conuersus ad aliquem finem, ergo & in statu peccati originalis, sed non est formaliter conuersus ad finem increatum, scilicet Deum, cum supponatur auersus; ergo formaliter est conuersus ad finem creatum, & commutabile bonum, aliàs homo non haberet vltimum finem, ut est in peccato originali, quod est contra S. Th. 1. 2. q. 1. a. 8. asserentem hominem habere aliquem vltimum finem, quod intelligendum est de homine, ut homo est, & ut distinguitur à creaturis irrationalibus, ut aduertit Magister Cumel loco citato.

369.

370.

Vltèrius suadet illud suppositum, quia homo in puris naturalibus, aut comparatur ante peccatum ad bonum commutabile, ea ratione qua comparatur Adamus post peccatum ad illud, vel comparatur diuersa omnino ratione, at qui non comparatur eadem ratione ad bonum commutabile: ergo diuersa omnino ratione. Et deinde, ergo Adamus post peccatum habitualiter mansit conuersus ad commutabile bonum, & vltèrius, ergo etiam infantes, qui contrahunt peccatum originale conuersi manent ad commutabile bonum, ac proinde peccatum originale dicit hanc conuersionem habitualement. Hæc vltima consequentia est euidentis, & colligitur ex præcedentibus, prima verò est certissima, & secunda constat,

constat, quia si Adam comparatur ad bonum commutabile diuersa omnino ratione, ac comparatur homo in puris naturalibus ante peccatum, procul dubio conuersus est habitualiter ad bonum commutabile, ad quod homo in illo statu non esset conuersus. Diuersitas enim & discrimen in hoc solum quantum ad hanc partem potest constitui. Minor verò probatur efficaciter, quia Adamus conuersus fuit ad bonum commutabile per actualem violationem, & transgressionem præcepti, quæ conuersio actualis non esset in homine in pura natura ante peccatum, dicere autem quantum ad hoc nullam esse differentiam inter Adamum & paruulos ex vna parte & hominem in pura natura ante peccatum, ut putauit Bartholomeus Medina citatus; certe res est indigna tanto Theologo. Ut minimum enim paruuli virtualiter sunt conuersi ad bonum commutabile, quia sunt formaliter auersi, ab incommutabili bono, at virtualis illa conuersio non inueniretur in homine condito in pura natura, præter quàm quod iam ostendimus illam conuersionem reperiri in Adami peccato.

Medina.

371.

Ex quibus colligitur ratio prima ad probandam nostram sententiam, videlicet originale peccatum consistere in conuersione habituali ad idem obiectum in quod per actuale peccatum ferebatur protoparentis voluntas, tametsi consequenter afferat auersionem à Deo. Peccatum originale est peccatum ipsum Adami in nos origine transfusum, ut docet Catholica fides, & decernit Trid. Conc. sed illud peccatum fuit essentialiter conuersio ad bonum commutabile, tametsi consequenter auersionem habuerit ab incommutabili bono; ergo formalissime loquendo peccatum originale consistit in illa conuersione habituali ad obiectum idem, in quod ferebatur primi parentis voluntas, & illius peccatum. Maior, & minor supponitur, illa ex fide Catholica, hac optima ratione probata, consequentia verò efficaciter ostenditur, quia aut peccatum originale, quod nobis intrinsece inest est distinctum specie morali essentialiter à peccato primi parentis habituali, aut non distinguitur secundum speciem. Primum non potest affirmari, cum Concilium affirmet illud peccatum in nos transfundi, & deriuari, quod fuit in Adam, & quo nocuit posteritati. Dicendum ergo est secundum, vnde argumentor. Peccatum Adami essentialiter dicebat conuersionem ad bonum commutabile; ergo & peccatum originale, quod ab illo non distinguitur essentialiter. Confirmatur, quia peccatum originale, aut sumit suam speciem ab auersione à Deo, vel à conuersione ad bonum commutabile, sed non potest illam sumere à boni incommutabilis auersione, ergo sumit à conuersione ad bonum contrarium. Maior est certa, non enim est aliud principium, vnde sumatur illius specifica differentia; minor verò probatur, quia auersio à Deo generalis est omni peccato, vnde nullum determinate potest specificare, relinquatur ergo conuersionem ad obiectum commutabile esse illius specificatiuum, & consequenter peccatum originale in illa conuersione consistere.

372.

Secundò probatur conclusio, quia formalissima ratio peccati originalis, aut consistit in priuatione iustitiæ originalis, aut in illa conuersione habituali relicta ex primo Adami peccato, quam explicuimus, sed non consistit in priua-

tionem iustitiæ originalis; ergo necessario debet consistere in prædicta conuersione habituali consequentia est euidentis ex declaratione maioris, suppono enim, aut varios hæreticorum errores circa hanc materiam iam refutatos ab scholasticis, & præcipue à Bellarmino, aut Catholicorum sententias in hoc puncto esse falsas, ut constat ex illis, quæ Doctores citati contra illas afferunt. Illis enim reiectis solum restat formalissimum peccati originalis iustitiæ primæ priuatio. Vnde à sufficienti enumeratione, si hæc peccatum non sit, inferretur peccatum originale esse illam conuersionem habitualement. Minorem in qua est difficultas late ostendi scilicet. 1. huius disp. & quantum attinet ad primum sensum in quo ibi retulimus à Doctores defendi illam probo efficaciter. Supponendo priuationem hanc in Adamo & in nobis esse eiusdem speciei, quo præmissis sic argumentor. Priuatio doni iustitiæ originalis in Adamo non fuit peccatum; ergo hæc in nobis non habet rationem peccati. Consequentia est legitima propter vnitatem specificam harum priuationum. Ex qua deducitur non posse affirmari vnum esse peccatum non verò alias, & antecedens ostendo, quia illud quod per se, & distinctè est volitum à Deo non potest esse peccatum; priuatio vero illa à Deo volita est directè, & per se, & loquor non de priuatione, ut dicit subtractionem concursus diuini, quo cõseruabat Deus iustitiam originale; sed de carentia illius, quæ intrinseca fuit Adamo, & distinguebatur realiter à suspensione concursus, qui enim directè vult defitionem alicuius formæ, directè etiam vult priuationem, & carentiam illius in subiecto, cui talis forma in hærebat, qui enim intendit destruerè calorem existentem in aqua, directè intendit carentiam caloris in illo subiecto. Vnde Deus, qui per suspensionem concursus intendit efficaciter originale iustitiam definere esse in subiecto in quo reperiebatur, nempe in Adamo, efficaciter etiam, & directè intendit carentiam, & priuationem iustitiæ originalis illius. Deus autem non vult efficaciter formalissimum peccati.

373.

Confirmatur, & explicatur hæc ratio, quia quando aliqua duo comparantur, ut finis, & medium necessarium ad illius consequentiam, qui cum cognitione finis, quem ipse, & non alius est obtenturus, intendit medium quod habet connexionem cum fine, & efficaciter, & directè finem intendit, sed defitio gratiæ est medium quod habet intrinsecam connexionem cum priuatione gratiæ, quæ ad illam subsequitur tanquam cum fine; ergo si Deus intenderet efficaciter defitionem iustitiæ originalis, ut illa in Adamo non esset, & ad hoc eligeret priuationem, & suspensionem concursus, dubio procul efficaciter intenderet illam carentiam, tanquam finem, & consequenter si in illa priuatione peccatum consisteret, peccatum efficaciter veller. Rem vero ita se habere, & Deum intendere ut finem illam carentiam euidentissimum est, quia ideo vult gratiam definere, ut illa forma iustitiæ originalis in Adamo non perseveret, eligit ergo, ut medium defitionem iustitiæ originalis ne illa sit in Adamo. Ex voluntate ergo, qua vult priuare Adamum originali iustitia, veluti determinatur ad defitionem illius; hæc enim efficacissimum medium est ad illius finis consequentiam necessitate tanta, ut nullum aliud medium ad illius assequutionem queat inueniri. Dixi in maiori, quem ipse



& non alius obtenturus est. Vt significarem non mihi probari distinctionem illam medij moralis & physici, qua aliqui vtuntur in materia de predestinatione, vt ostendant electionem ad gloriam non posse esse ante merita prauis, de quo forsitan in vestigatione 3. institutus sermo, dum disputauerimus de electione ad gloriam Mariæ sanctissima.

374. Probatur tertio conclusio ex illis quæ diximus sect. 2. dum refutarem communem modum defendendi sententiam afferentem peccatum originale esse priuationem iustitiæ originalis, ex quibus ita discuro. Si Deus, vt potuit, Adamum crearet sine iustitia originali stantibus cæteris, quæ contigerunt in statu innocentie, præcepto scilicet non comedendi fructum arboris. veritæ, pacto, de transfundendo peccato in posteros ex violatione præcepti, & illius transgressione, vere, & proprie esset peccatum originale, & non consisteret in priuatione, & carentia illius iustitiæ originalis, sed in conuersione habituali ad obiectum; ergo nunc in hac conuersione consistit originale peccatum. Maior est certissima, quia ratio peccati originalis, vt sic non potest consistere in carentia originalis iustitiæ, alias falsum esset posse dari peccatum originale, quod non supponat in capite morali iustitiam originalem; minor euidentis est; & consequentia probatur, quia nihil aliud restaret in quo peccatum originale posset consistere.

375. Dices, vere tunc futurum originale peccatum, sed non eiusdem speciei, ac illud, quo nunc inscitur in conceptione, hoc enim supponit in capite iustitiam originalem, illud verò non illam supponeret, sed hæc solutio nullius est momenti, & facile refellitur primo ex generali doctrina, distinctio enim peccatorum, non sumitur ex termino à quo receditur, & qui amittitur, dum peccatum committitur; sed ex obiecto, fine, & circumstantiis actus illius, qui peccatum est, alias homicidium, quod commisit homo constitutus in gratia, specie distingueretur à repetito homicidio, quando illud iam peccator commisit, quod commentitium est. Refellitur secundo ex eadem doctrina hic applicata, quia vt tetigimus ex M. Cumel sect. 2. si semel primo perpetrato peccato rursus Adamus violaret idem præceptum procul dubio vtrumque peccatum esset eiusdem infimæ speciei, & tamen secundum non afferrer, neq; consequenter priuatione originalis iustitiæ.

SECTIO VI.

Obiectiones in nostram sententiam proponuntur, & diluuntur.

366. Plura sunt, quæ obiciunt contrarij in principale assertionem huius disp. alia quæ directè intendunt non posse consistere peccatum originale in illa conuersione habituali; alia quæ idem indirectè contendunt, ex eo quod peccatum originale consistat formaliter in priuatione iustitiæ originalis, quæ suo ordine à nobis, & proponenda, & confutanda.

377. Primò igitur Lorca sect. de peccatis, disp. 43. §. septima sententia, argumento quarto intendit assertionem nostram dampnatam esse à Pio V. & Gregorio XIII. in Bulla contra errores Michaelis Baij; propositio enim 48. illius est. Peccatum ori-

ginis est habituali paruuli voluntate voluntarium, & habitualiter dominatur paruulo. Quæ propositio nequit alium habere sensum, nisi quem nostra habet sententia, cum igitur omnes illius propositiones sint à Pontificibus damnatæ, hæc etiam damnata est, & consequenter nostra sententia; at illam esse damnatam, fatentur etiam Ludouicus Turrianus, qui opusculo 15. contra errores Baij c. 12. affirmat illam positionem sapere errorem. Respondeo me nescire quid habeat propositio Baij commune cum nostra assertionem, si enim singula verba, & termini notentur, solum conuenit illa propositio cum nostra sententia illis terminis voluntarium, & habituale propter quos illa propositio non potest damnari, neque sapit errorem, de fide enim est peccatum originale esse voluntarium, & esse habituale, non quia elicitiue sit à paruuli voluntate, sed quia illi fuit voluntarium in primo parente. Hinc Gabriel Vasq. qui primus inter Hispanos vidit opera Baij, & Bullam quam alij non viderunt, & errores Louaniensis, sæpius confutat, cum nostram sententiam refelleret, disp. illa 132. cap. 5. nunquam illam refutat, quia sit vna ex propositionibus illius Doctoris, quam argumentationem non prætermittet, si intelligeret sententiam de conuersione habituali sapere errorem. Deinde mirum est virum doctum, & qui in fine commentariorum ad 1. 2. Bullam illam imprimendam curauit, aut integram propositionem non legisse, aut non integram in argumento retulisse, propositio enim illa, quæ reuera est quadragesima sexta, vt constat ex editione Turriani, ita habet ad Verbum: Peccatum originale est habituali paruuli voluntati voluntarium, & habitualiter dominatur paruulo, eo quod non gerit contrarium voluntatis arbitrium. Et hanc fateor damnatam ab vtroque Pontifice, cum nullo modo redoleat sensum nostræ sententiæ, sed quia cum propositione 45. asseruerit peccatum originale esse tale sine respectu vllò ad voluntatem primi parentis, vt rectè notauit Azor t. 1. l. 4. c. 29. in fine, asserit statim propositione illa 46. rationem voluntarij in peccato originali, aliunde sumendam ex eo scilicet solum, quod paruulus non habeat voluntatem contrariam voluntati Adami, quod quidem sapit errorem, vt notauit Turrianus citatus, c. 9. §. 1. n. 2. quia peccatum originale debet esse voluntarium voluntate aliqua, & cum non sit voluntarium, sicut peccatum actuale voluntate propria paruuli, necessum est sit voluntarium penes ordinem ad peccatum primi parentis, non quia illum paruulus non retractauit, cum illum retractare non posset. Frustra igitur hoc telum in nostram Lorca vibrat sententiam.

378. Secundò obicit Lorca. Implicat quod ex peccato vnus oriatur in alio conuersio ad obiectum illius peccati; ergo peccatum originale non potest consistere in conuersione relicta in paruulis ex peccato primi parentis. Consequentia probatur, quia illa conuersio relatio est, at relatio, quæ in me reperitur non potest habere fundamentum in alio subiecto, vnde relatio illa conuersionis non poterit fundari in peccato Adami, neque assignari potest aliud fundamentum ipsius, quidquid enim supponitur ad contractionem peccati originalis totum physicum, & naturale est, moralitas enim nulla est ante peccatum. Antecedens autem ostenditur, quia vnus peccatum alterius esse non potest; alterius enim esse

esse contingeret, aut quia voluntas huius est in illius voluntate, aut quia prioris voluntas, posterior esse censetur, alius enim modus excogitari non potest, neutro autem modo potuit res euenire in casu originalis peccati, ita vt resultaret illa conuersio, non priori modo, quia Deus etiam absoluta potentia efficere nequit, vt voluntas non existens sit in alia voluntate priori existente; cum igitur posterior voluntates non existerent quando peccauit Adamus non potuerunt esse in voluntate Adami. Non posteriori, quia licet hoc modo Adami voluntas sit omnium nostrorum, & nostra censeatur, vnde non infertur redundasse in voluntates nostras habitudinem, sed conuersionem ad obiectum voluntatis Adami, hæc enim sine reali mutatione eorundem voluntatum contingere non potest.

379. Respondeo negando antecedens, & ad illius probationem dico rem contigisse modo posteriori, priori enim est absolute impossibile contingat; inde tamen rectè infertur ex vnus peccato posse redundare conuersionem in alios, si ille sit cæterorum caput, qua ratione Adamus, & illius voluntas ad nos, & ad nostras comparantur voluntates, non tamen sine immutatione non reali, & physica, sed moralis; conuersione enim illa habituali vere, & proprie immutatur paruuli voluntas, & præterea falsum omnino est quidquid reperitur ante peccatum originale in paruulis esse physicum, & reale, nullamque moralitatem antecedere, quia tametsi esse hominem physice supponatur ad peccatum originale, quia hominem esse est quid naturale, adhuc ad peccatum originis supponitur altera moralitas ab ipso peccato distincta, necessitas scilicet contrahendi peccatum illud (quod communiter appellatur debitum, aut obligatio incurrendi peccatum) quæ necessitas inest vnicuique nostrum antequam contrahamus Ad peccatum, & in illa meo iudicio potest fundari illa conuersio, & ab illa prouenire immutatio; quis enim dicat hominem in sua conceptione non immutari moraliter illa necessitate debito, aut obligatione, quam non habet ratione hominis physici, sed additur illi, quia in Adamo peccauit. Eadem ergo ratione qua peccatum Adami moraliter fuit causa illius necessitatis, aut obligationis, moraliter etiam non physice est causa auersionis habitualis, non potuit autem esse causa illius necessitatis, nisi quia fuit omnium nostrorum caput, non solum physicum, sed etiam morale. Duplex ergo inuenitur immutatio, prima quæ à necessitate contrahendi peccatum; secunda quæ ab illius actuali procedit contractione.

380. Dices debitum hoc, siue necessitatem esse relationem, ac proinde debere etiam suum fundamentum habere. Sed occurro facilliter; primo quia hæc difficultas generalis est, & æqualiter premit negantes originale peccatum consistere in hac conuersione; negari enim non potest etiam in illorum sententia debitum prius esse quam originale peccatum, vnde etiam illi debent assignare fundamentum illius respectus, quod etiam erit si non proximum remotum conuersionis. Occurro secundo necessitatem illam esse relationem non prædicamentalem, sed transcendentalem ad quam non requiritur fundamentum ab ipso respectu distinctum. Occurro tertio fortassis fundamentum illius conuersionis consistere in hoc, quod causæ sint paratæ quantum est ex

se, & ex vi generationis ad transfusionem peccati originalis, si alias non impediatur, vt in beatissima Virgine Maria, de quo videri potest Suarez 2. tomo in 3. p. disp. 3. sect. 4. & quidem hæc difficultas facile euanescit ex eo quod peccatum originale quodcumque illud sit necessario dicit ordinem ad peccatum Adami in omni sententia, causa igitur & fundamentum huius ordinis erit causa, & fundamentum conuersionis.

Illud verò quod additur à Lorca, scilicet peccata nostra esse actiones totius hominis, & tamen in potentiis nullam efficere conuersionem ad voluntatis obiectum, non est momenti alicuius, potentia enim hominis non sunt capaces voluntariæ conuersionis ad voluntatis obiectum, & auersionis à Deo, at voluntates paruulorum sunt capaces, & conuersionis, & auersionis. Adde ex primi parentis peccato mansisse potentias inordinatas, inordinatio autem hæc non potest consistere sine aliqua conuersione, & auersione illa scilicet cuius in suo ordine sunt capaces tales potentia, & hæc expresse sententia sancti Thomæ 1. 2. q. 82. art. 3.

Tertio obicit Lorca, si peccatum originale consisteret in conuersione illa habituali sequeretur infantes puniri post hanc vitam non solum pœna damni, sed etiam pœna sensus, consequens est contra communem Scholasticorum sententiam, qui cum Magistro 2. d. 33. & cum D. Thoma 1. 2. q. 83. art. 4. docent paruulos non puniri pœna ignis, & sensus; ergo falsum est antecedens. Sequela probatur, quia peccato vt licet ratione auersionis debetur pœna damni, & respectu conuersionis pœna sensus teste D. Thoma vbi supra q. 87. art. 4.

Hanc obiectionem iam præoccupauit M. Cumel 1. 2. q. 83. a. 4. disp. de pœna originalis peccati, & ad illam respondet negando sequelam, & ad probationem dicit conuersionem cui pœna sensus respondet esse illam, quæ oritur ex personali actione hominis sese ferentis in bonum commutabile voluntate propria, non vero ex conuersione relicta ex voluntate alterius iuxta illud Apocalypsis 18: Quantum glorificauit se in deliciis, tantum date ei tormentorum, & luctus. Quam solutionem alij merito probauerunt.

Quartò obicit Vasq. disp. illa 132. c. 5. conuersio illa habitualis est in voluntate paruulorum, ergo non potest esse originale peccatum; probat consequentiam, quia peccatum originale est in essentia animæ. Hæc obiectio tangit difficultatem illam in quo subiecto sit originale peccatum, quam tractant Scholastici in 2. d. 3. 1. & 3. 2. & Interpretes D. Thomæ cum Angelico Magistro 1. 2. q. 83. in qua non est vna omnium sententia: Doctor enim Angelicus affirmat peccatum originale prius inspicere essentiam animæ, deinde potentias. Scotus vero d. 3. 2. q. vnica §. ad argumenta secunda quæstionis. Bonauentura q. 2. Durand. d. 31. q. 3. docent subiectum quod peccati originalis esse voluntatem, & hanc sententiam affirmat esse probabilem Magister Cumel disp. ad illum art. 2. concl. 4. licet rationabiliorem iudicet sancti Thomæ sententiam.

Nostrum vero iudicium breuiter sit, peccatum originale, & est in essentia animæ, & est in voluntate, tanquam in subiecto secundum diuersas rationes, quæ reperiuntur in illo. In primis enim vt dicit priuationem iustitiæ originalis, vt est idem cum gratia sanctificante est in essentia animæ

mæ tanquam in subiecto quod. Deinde verò, vt dicit conuersionem habituales, in qua formalissima illius ratio consistit residet in voluntate immediate. Ratio primi est, quia subiectum formæ positivæ est subiectum priuationis illius, sed subiectum gratiæ sanctificantis est essentia animæ rationalis illius, & hæc eadem est subiectum priuationis illius, & consequenter in hac consideratione subiectum peccati originalis, est animæ essentia, & in hoc sensu intelligendus est D. Thomas. Ratio secundi est, quia peccatum Adami, vt est quid relictum, & terminus peccati actualis, & idem specificè cum originali peccato residet immediate in voluntate, ergo etiam illius subiectum est voluntas, quatenus est originale peccatum, quæ enim sunt idem secundum speciem idem respiciunt subiectum specificum. Vide alias rationes in Magistro Cumel dum probat Scori, & Bonaventuræ sententiam.

S. Thom.

389. Valq.

Quintò obiicit Valq. paulo ante n. 25. explicari non potest, vnde transfundatur illa conuersio, ergo non transfunditur; antecedens probat, quia non potest transfundi ex natura rei, alias omnes aliæ conuersiones transfunderentur, nec ex pacto; pactum enim non potest esse causa illius conuersionis. Addunt aliqui ex pacto non prouenire, quia aliàs Deus esset causa peccati originalis. Respondeo, nego antecedens, & ad illius probationem dico transfusionem illius conuersionis, neque prouenire ex natura rei, neque ex pacto, sed prouenire ex transgressione pacti, quatenus includit præceptum, & legem diuinam.

390. Alenf.

Sextò obiicit potest ex Alexandro Alensi 2. p. q. 22. membro 2. a. 3. in medio, vbi non præcessit conuersio actualis non potest esse habitualis conuersio, sed in pueris non præcessit actualis conuersio ad obiectum peccati primi parentis, ergo non est in illis habitualis conuersio, ac proinde illa non erit originale peccatum. Adde videri hanc conuersionem esse actualem, quia actualiter paruulus est auersus à Deo, & consequenter conuersus ad illud bonum commutabile. Responderetur, non præcessit in paruulis actualis conuersio elicità à propria voluntate, præcessit verò elicità à voluntate primi parentis in quo fuere posteriorum voluntates, & hoc sufficit, vt possit sequi habitualis conuersio in paruulis, illud verò quod additur facilius est, actualiter n. paruulus auersus est, & conuersus, sed non per actualem conuersionem, aut auersionem, sed per habituales. Legatur Magister Cumel 1. 2. quæst. 83. art. 2. disput. vnica ad 5.

Cumel.

SECTIO VII.

Argumenta petita ex priuatione iustitiæ originalis diluta.

391.

Restat diluamus argumenta quibus solet probari peccatum originale formaliter esse priuationem iustitiæ originalis, quæ sententia varie solet explicari, vt constat ex opinionibus quas affert Magister Curiel 1. 2. q. 82 art. 2. dub. 4. nos verò illam solum in duobus sensibus proposuimus, & confutauimus in hac disp. sect. 2. Primò ergo pro hac opinione, & contra nostram sententiam obiicitur modus loquendi Conciliorum; in Araucano n. 2. can. 2. & in Trid. sess. 5. decreto de peccato originali can. 2. peccatum originale vocatur mors animæ, ex quo infertur esse pri-

Curiel.

Conc.

uationem gratiæ habitualis, & originalis iustitiæ, quia gratia sanctificans est vita animæ. Respondet M. Curiel vbi supra §. 5. ad secundum quartæ opinionis, peccatum dici mortem animæ causaliter, quia mors animæ scilicet vitæ spiritualis priuatio sequitur ad peccatum, non tamen formaliter sicut quodcumque peccatum mortale mors animæ dicitur, & in hoc distinguitur à veniali, & tamen illius essentia non consistit in hoc quod sit mors animæ, sed in alia formali ratione secundum diuersas sententias, priuatio verò vitæ, & mors animæ sequuntur ad illam formalitatem, & sunt veluti complementum peccati ea ratione, qua passiones & proprietates sunt complementum essentia. Legatur S. Th. 1. 2. q. 72. a. 5. corpore, vbi docet mortem esse destructionem principij vitalis, & tunc esse mortem spirituales, quando deordinatio fit per peccatum, vsque ad auersionem à Deo vltimo fine, cui vnimur per charitatem, sentit ergo S. Th. ex peccato sequi destructionem gratiæ, charitatis, & vnionis ad Deum, quæ est mors animæ, non autem hanc mortem esse peccatum, sed ad illud consequi, & esse complementum illius, & hoc modo intelligenda sunt Concilia citata & Patres qui affirmant peccatum esse mortem animæ.

D. Thom.

382.

Arcopag. Ansel.

Secundò obiicitur sanctorum PP. auctoritas inter quos qui clarius videntur loquuti sunt Dionysius Areopagita, & Anselmus, hic enim lib. de Conceptu virginali postquam plura dixisset de peccato originali, & de iniustitia, quam affirmat esse priuationem iustitiæ c. 1. & 3. tandem c. 26. sic scribit: *Hoc peccatum quod originale dico, aliud intelligere nequeo in ipsis infantibus, nisi ipsam quam supra posui factam propter inobedientiam Adæ iustitiæ debita nuditatem.* Sentit ergo aperte Anselmus peccatum originale nihil esse aliud, quam priuationem iustitiæ originalis; Areopagita vero lib. de cœlesti Hierarchia, c. 2. dum explicaret quid significaret illa ad occidentem conuersio, qua olim omnes qui baptizabantur nudi, & discalceati conuertebantur aperte asserit effectum præcipuum Baptismi esse auferre ex anima statum dissimilitudinis Dei, vbi procul dudò loquitur de statu peccati originalis, vt ex Turriano Francisco notat Valq. disp. illa 32 c. 8. cum ergo Dionysius illo c. 2. p. 1. in principio per gratiam consequatur homo similitudinem cum Deo; priuatio illius recte dicitur status dissimilitudinis, & originale peccatum. Respondeo nulla ratione negari posse Anselm. valde fauere sententiæ asserenti rationem peccati originalis in illa priuatione consistere, sed explicandus est voluisse per hanc nuditatem clarius, & declarari, & intelligi rationem originalis peccati, non quia hæc nuditas sit illius essentia, sed quia ad illam sequitur pugna inter spiritum, & carnem, quam experientia, & malo nostro sentimus; aliæ vero rationes non tam clare, & distincte explicant, tum essentiam, tum actualitatem peccati originalis, sicut hæc nuditas originalis iustitiæ, quæ ad rationem peccati originalis consequitur. Ad Dionys. dico statum peccati originalis esse statum dissimilitudinis, quia affert necessario priuationem gratiæ habitualis, quæ est participatio, & similitudo diuina, sed est aduertendum hanc similitudinem, & esse radicalem, & actualem, sicut etiam vita radicalis, & actualis est, similitudo veluti radicalis est ipsa gratia, quæ est vita per modum radicis, similitudo autem actualis, & actualis vita consistit in exer-

Valq.

exercitio virtutum, & habituum supernaturalium, ergo sicut similes sumus Deo per actus virtutum, ita etiam dissimiles sumus per actus illis oppositos, scilicet peccata, & per terminos ex illis relictos, quæ sunt peccata habitualia, est ergo effectus præcipuus Baptismi tollere statum dissimilitudinis, qui non solum dicit priuationem similitudinis cum Deo ex defectu gratiæ habitualis, sed etiam dissimilitudinem, quam affert conuersio illa habitualis ad creaturam, de quo statim redibit sermo.

393.

Tertiò n. obiiciunt, & cum allusione ad locum Dionysij; peccatū originale nihil est aliud, quam illa priuatio, quæ primò, & per se tollitur per Baptismum, sed solum tollitur per Baptismum priuatio iustitiæ, & gratiæ sanctificantis, ergo hæc priuatio est ratio formalis peccati originalis, consequentia videtur manifesta, & minor probatur, quia effectus Baptif. est gratia regeneratiua, qua homines constituuntur Filij Dei, quia status peccati definit esse, eo quod definit esse illa priuatio filiationis adoptiue, maior autem desumitur ex Concilio, nam in Mileuitano c. 2. dicitur peccatum originale esse id, quod debet in Baptif. munda-ri; & in Trid. sess. 5. de peccato originali can. 4. asseritur: *Paruulos ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizari, vt in eis regeneratione munde-tur, quod generatione contraxerunt.* Et can. 5. affirmatur per Baptif. tolli totum id quod verum, & propriam rationem peccati habet, quod testimonium efficax est ad eorum sententiam qui affirmant originale solum esse priuationem gratiæ sanctificantis, quæ non est distincta ab originali iustitia.

Trident

394

Respondeo nulla ratione negandum per Bapt. tolli priuationem gratiæ sanctificantis, quia cum per Bapt. infundatur paruulis gratia, non potest non auferri illius priuatio, huius enim expulsio est quasi effectus primarius ipsius gratiæ habituales, & reuera primum intenditur à Deo desitio huius priuationis, quia intenditur primò status filiorum Dei, in quem baptizandus transfertur, at in executione, & veluti in genere causæ materialis prius intelligitur expelli deformitas illa positiua moralis in qua consistit originale peccatum, & quæ affert secum auersionem à Deo, idque contingit in introductione cuiusque formæ; primario enim, & in intentione intenditur ab agente illius infusio, aut introductio, tamen in executione prior sit expulsio formæ contrariæ, nec Concilia asserunt aliquid, quod refellat hanc solutionem, solum enim asserunt per Baptif. tolli peccatum originale, & quantum ego assequi possum potius ex verbis Conc. Trid. colligitur priuatio iustitiæ originalis, vt distinguitur à gratia non habere rationem originalis peccati, quia hæc non tollitur per Bapt. cum non infundatur illi habitus in quibus diximus consistere iustitiam originalem quorum carentia auferri non potest nisi illi infundantur, at Conc. affirmat tolli quidquid in paruulis habet rationem peccati; tollitur ergo per Bapt. in executione dissimilitudo illa quæ intrinsece inuenitur in conuersione illa habituali relictæ ex actuali dissimilitudine, & contrarietate ad legem; & deinde dissimilitudo, quæ consistit in priuatione gratiæ habitualis, quia sanctitas quæ infunditur oppositionem habet cum vtraque dissimilitudine ordine quodam.

396. Valq.

Quartò pro hac sententia obiicit Valq. d. 132.

c. 9. rationem quæ potest ad hanc formam reduci. Adamus accepit in sui creatione gratiam, & iustitiam originalem, non solum sibi, sed etiam posteris, hancq; illis communicandam, si in sanctitate perseueraret, idq; ex diuino decreto, & libera Dei voluntate, non tamen ex natura rei, & per peccatum illam & sibi, & nobis amisit; ergo carentia gratiæ fuit in nobis priuatio debita iustitiæ; ergo priuatio hæc est vitium naturæ, & non personæ, consequitur naturam non tamen actionem personæ in qua reperitur, & vltierus, ergo priuatio hæc vere, & proprie habet rationem peccati, antecedens quoad omnes partes illius verissimum est, & præter quam quod asseritur à Trid. ex professo illud ostendimus sect. 1. huius disp. & prima consequentia probatur, quia ex vi decreti liberi Dei, & supposita infusione gratiæ inditæ pro nobis etiam primo parenti, illa gratia erat debita nobis, qui illius etiam capaces, quod sufficit & requiritur ad rationem propriam priuationis, secunda verò consequentia ostenditur, quia hæc priuatio consequitur naturam; & est defectus, ac proinde vitium naturæ. Vltima tandem ostenditur, quia hæc priuatio mala est, & displicet Deo, non potest non esse peccatum, & ad hanc rationem reducuntur illa quibus Lorca intendit probare huic priuationi conuenire omnia, quæ propria dicuntur peccato originali §. Hanc priuationem, qui sæpe repetit in quatuor probationibus vt antecedens, illam esse peccatum, quod tamen sibi probandum assumpsit.

397

Respondeo, concedo antecedens, & primam & secundam consequentiam, & negando tertiam, & ad illius probationem dico ex omnibus, quæ in argumento adducuntur nullo modo inferri priuationem hanc esse peccatum, neq; malum ex illis quæ Deo displicent, & illum reddunt offensum, quia priuatio hæc, vt est carentia gratiæ, & iustitiæ inuenta est à Deo proprie, & per se, ac proinde proprius illius effectus, illud vero quod à Deo intenditur formalissimè, vt pœna, nec malum morale est de genere peccati, nec Deo displicere potest, & instantia est manifesta in carentia visionis beatificæ, quæ pœna damnatorum, hæc enim licet sit malum non solum physicum, sed etiam morale damnatis, quia illis inlicita propter mala opera moralia adhuc non est malum de genere peccati, nec displicet Deo, si enim esset huiusmodi Deus non illam carentiam, & pœnam damni causaret, ad rem ergo priuatio iustitiæ originalis in peccato originali, nec mala est, nec habet rationem peccati, quam doctrinam latius deduximus sectione quinta, probatione secunda.

399

Alia argumenta adducit Montefino 1. 2. q. 82. a. 4. d. 1. 2. q. 6 ad probandum priuationem iustitiæ originalis esse rationem formalem peccati originalis, qui etiam contendit multis hanc priuationem, vt est à Deo esse pœnam, vt est à voluntate esse culpam, hoc tamen, neque consequitur, nec potest vt constat ex iis, quæ sect. 2. tradidimus, argumenta diluta sunt ex superiori doctrina. Illud dissimulare non possum Montefinum asserere peculiari obseruatione q. 6. n. 98. peccatum originale nulli opponi virtuti, non abstinentiæ, non obedientiæ, non humilitati secundum se, & directè, sed solum opponi gratiæ, & sanctitati, aut iustitiæ originali, quæ est radix omnium virtutum.

virtu

virtutum, sed fallitur copiosissimus D. in peccato etenim originali solum est oppositio ad gratiam, quam dicunt omnia peccata in ratione peccati mortalis, non autem directa, & peculiari oppositio, sed indirecta, & consequens, ad illius enim causam peccatum videlicet primi parentis consequuta est priuatio originalis iustitiae, & non ad actualitatem, & existentiam alterius peccati. Et confutatur ulterius, quia peccatum Adami, & originale sunt idem omnino secundum speciem moralem, sed peccatum Adami fuit immediate oppositum aut vni, aut pluribus virtutibus, quia fuit inobedientia, superbia, gula, aut etiam luxuria, quia ut placeret vxori pomum gustauit veritum, ergo peccatum originale directam dicit oppositionem ad vnam vel plures virtutes. Dubiola, quae in hac materia solent tractari non sunt necessaria ad nostrum institutum, videantur in Doctoribus, qui tractant de peccato originali.

400. Dubitabit tamen merito quispiam propter doctrinam huius disp. an ex omni peccato resultet conuersio habitualis ad obiectum peccati, quae actu transeunte perseveret, & etiam an ex actu virtutis, verbi gratia ex actu charitatis haec conuersio habitualis resultet. Negat Petrus de Lorca cit. sed veritas est ex omni peccato commissionis illam conuersionem habituales resultare; resultare etiam ex actibus omnium virtutum, ratio est quam attigimus; quia secundum prudentem aestimationem, dum homo actum elicitum non retractat, in illo perseverare censetur, quod si hoc verum est de actu peccati, cur non erit verum de actu virtutis, ergo etiam dormiens homo, qui Deum actualiter amauit, habitualiter manet conuersus ad Deum, non solum quia habet habitum charitatis, sed quia censetur prudenter perseverare in actu amoris, dum illum expresse, aut virtualiter non retractat, sed obiicit Lorca, & ex illo Araujo; ergo infantes nascuntur conuersi habitualiter ad bonum commutabile, quod est ridiculum. Respondeo concedendo sequelam, & affirmando rem non esse ridiculam, sed seriam, & verissimam, & quae à nullo possit negari loquendo saltem de virtuali conuersione, quae in omnium sententia includitur in habituali auersione, ex qua conuersione virtuali virtualiter nascuntur pueri conuersi ad veritum pomum, & negari non potest nasci cum ordine, & relatione ad illud. Nascuntur enim cum ordine ad peccatum primi parentis, quod imbibitur in peccato originali, vt originale est, & à quo non potest praescindi ordo ad pomum veritum, habent ergo & nascuntur cum relatione, & ordine ad illud saltem mediate, & quidem hoc tam serium est, ac est serium, & verum hominem dormientem, qui vigilans interterfic alterum, manere habitualiter conuersum ad homicidium etiam si dormiat.

401. Illud in fine huius disp. scire desiderat nouus Theologus, quae fuerit in hac contr. de essentia peccati originalis D. Th. sententia, auctores enim opinionis asserentis illam in priuatione iustitiae originalis consistere D. Th. vocant assertorem illius; & quidem eam significare videtur D. Angel. 1. 2. q. 82. a. 2. & 3. Sed meo iudicio, si illa sententia affirmet, (vt affirmare videtur) peccatum originale esse param priuationem iustitiae originalis D. Th. in illa non est, sed disertis verbis illam negat; art. enim 1. illius q. ad 1. ita concludit: *Vnde (peccatum originale) non est priuatio pura, sed est quidam habitus corruptus.* Deinde art. eod. in c. &

402. a. 2. c. etiam affirmat peccatum originale esse prauam quandam dispositionem similem aegritudini, quibus verbis diserte affirmat peccatum originale dicere aliquid positium, febris enim aegritudo est, & dispositio inordinata, quae male se habet subiectum, & est positua qualitas excedens, scilicet calor, aliquid igitur posituum inuoluitur in peccato originali ex sententia S. Th. quod non potest esse aliud, quam illa habitualis conuersio. Vnde Ferr. 4. contra Gentes c. 5. 2. vt latius retulimus sect. 5. affirmat D. Angel. & ex illo Thomistas concedere in peccato originali hanc conuersionem, & cum aliis non potuerit D. Th. asserere peccatum originale componi ex priuatiuo, & positiuo, & puram priuationem excludat ab illius essentia, consequitur sensisse, illam in hac positua conuersione consistere. Tertiò D. Th. a. 3. in fine corporis ait inordinatione potentiarum, & virum animae in hoc praecipue attendi, quod inordinate conuertuntur ad bonum commutabile, at haec conuersio ortum habuit ex peccato originali, ac proinde illud positua conuersio est ex D. Th. sententia. Relinquitur ergo Angel. D. sensisse essentiam peccati originalis non in priuatione iustitiae originalis, sed in positua illa, & habituali conuersione consistere.

403. Dices D. Th. semel, & iterum in illis articulis asserere priuationem iustitiae esse formale in peccato originali, idque expressissime a. 3. c. vbi haec scribit: *Sic ergo priuatio originalis iustitiae per quam voluntas suadebatur Deo est formale peccati originalis.* & a. 2. c. asserit causam peccati originalis esse priuationem iustitiae, & explicat Caiet. in Comment. illius art. causam formalem constitutum peccati originalis in esse talis peccati. Verum vt mens D. Th. intelligatur aduertendum est, non semper materiale, & formale sumi eod. modo in compositis n. substantialibus materiale est illud quod habet rationem potentiae, & formale illud, quod habet rationem actus, & idem contingit in compositis metaphysicis in homine v. g. animal n. habet rationem materialis, & rationale formalis, & ex utroq; hoc materiali, & formali tanquam ex duabus partibus resultat compositum metaphysicum, at vero alia consideratione id dicitur materiale, quod ad aliud supponitur, & id formale quod aliud supponit, & veluti illud consequitur, & quodam modo afficit veluti forma, exemplum est in homine, & risibili, vbi cum risibile supponat hominem, & vt proprietates consequens naturam illum afficiat, homo habet rationem materialis, & risibile dicit rationem formalis, & potest dici risibile esse formale in homine, non quia sit ratio illius constitutua, sed quia est quid consequutum ad hominis rationem, & illam supponit. Ad rem ergo cum S. Th. affirmat priuationem iustitiae originalis esse formale in peccato originali, non est intelligendus, de formali vt importat essentiam, sed vt significat id quod aliud supponit, & illud consequitur; quo modo enim D. Th. asserat hanc priuationem esse formale constitutum peccati originalis, qui serio asseruit illius naturam non dicere puram priuationem. Vult ergo S. Th. peccatum originale comparari vt materiale ad priuationem iustitiae, & hanc esse illius formale, quia ad peccatum originale suppositum vt materiale, equitur necessitati priuatio originalis iustitiae, quae secundum hanc considerationem potest dici causa formalis originalis peccati.

404. August. DISPUTATIO X. Qua ratione traducatur in posteros peccatum originale?

404. August.

DISPUTATIO X.  
Qua ratione traducatur in posteros peccatum originale?

DISPUTATIO X. Magni Augustini de peccatorum meritis, & remissione lib. 3. cap. 8. qua ratione pueri, qui ex duobus baptizatis nascuntur peccatum contrahant originale, haec scripsit: *Cui enim auditori, vel quibus explicem verbis, quomodo mortalia vitiosa primordia non obsint eis, qui alijs primordijs immortalibus inchoati sunt, & tamen obsint eis quos idem ipsi quibus iam non obsint, ex eisdem vitiosis primordijs generauerint, quomodo id intelligat homo cuius tardiusculam mentem impedit, & sua sententia prauidicium, & pernicacia grauissima vinculum.* Eadem ego in praesenti controuersia generaliter tractaturus de modo, quo macula originalis deturpat pueros posteros primorum parentum, quos Sanctos, & gloriosos docet Catholica fides, & erudite docuit noster Ludouicus de Apparitio Toletanus Antecessor primarius auro illo libro de sancto Adamo. Difficillimum enim explicatu, quomodo proteroparentum peccatum, quod illis non obest, obsit pueris, qui ex illis nascuntur, ita vt in hos traducatur peccatum, & illo orientur infecti, hoc enim pegari non potest, nec inficiabitur Catholicorum vllus tantum mysterium mirabili modo euenire; vt enim quod dimissum est, inquit D. Augustinus, de nuptiis, & concupiscentia, tomo 7. lib. 1. cap. 19. *in parente, trahatur in posteros, miris quidem modis fit, sed tamen fit.*

405.

Et quidem id facile explicaretur, si vera esset sententia Catherini, qui lib. vno de casu primi hominis, & peccato originali, §. vide quintò non longè ante finem libri, asseruit peccatum originale esse vnicum, illudque primi parentis scelus, quod nobis imputatur, nec proprie inest vnicuique nostrum ante baptismum, sed transmitti secundum intelligentiam, quia in ipso reatu, & pennis quodammodo ipsum peccatum viuunt, & cernitur, & ideo dicitur peccatum transfundi transfuso reatu, & pennis: haec enim admissa sententia obscurum non est id declarare, cum nihil intrinsecum ponatur in pueris, sed solum extrinseca denominatio ab actu praeterito Adami, & poenae, quae subsequuntur ad illam, explicatur clarè huius denominationis, & poenarum transfusio, tum ex imputabilitate peccati, tunc ex illarum aut inflicitione, aut passione; quod etiam existimauit Albertus Campensis controuersia 1. ex his quas habuit in comitijs Ratisponensibus: sed hic modus transfusionis sustineri non potest, negat enim peccatum originale verè esse in paruulis, & in illis numero multiplicari, quae fuit haec Pelagianorum, quae etiam contra haereticos nostri temporis damnata est in Concilio Tridentino sessione 5. decreto de peccato originali, canone 3.

Albert.

Trident.

406.

Deinde id explicatu non est multum difficile, si semel asseratur rationem peccati originalis in priuatione iustitiae originalis consistere

re, vt rectè notauit Magister Cumel 1. 2. q. 81. art. 1. disput. 3. quia cum in hac opinione non ponatur aliquis terminus positius ex actione resultans, facile videtur explicari, si dicatur esse quid sequutum per accidens ad aliquem effectum, scilicet ad hominis generationem, eamque reperiri in natura non per se, sed per accidens ex hominis propagatione, nos verò vt non possumus hoc modo traductionis peccati, etsi probabili, qui asserimus originale peccatum non esse aliquid priuatiuum, & multo minus priuationem originalis iustitiae.

Cumel.

407.

Vt ergo rem obscurissimam, & in nostra sententia difficiliorem, quam in alijs explicemus aduertendum est, quod humanam naturam deturpari ex peccato originali dupliciter potest intelligi; sufficienter, & efficaciter: sufficienter dicitur maculari, quatenus Adami peccatum erat peccatum capitis, ac proinde totius naturae humanae in illo contentae ex se sufficiens ad maculandum omnes posteros illius, si in indiuiduo producerentur, & essent in propria existentia, & hoc modo infecta fuit vniuersa humana natura statim, vt peccauit Adam, etiam antequam filios generaret, & ideo omnes dicuntur peccasse in Adam. Efficaciter dicitur maculari humana natura, & deturpari de facto peccato originali, quando de facto illud contrahitur, & deuiatur in posteros, ad quod necessaria est existentia filiorum, aliam enim non possent illa macula actu scadari. Exemplum aptissimum in passione, & meritis Christi Domini, quae sufficienter, & efficaciter possunt considerari, & esse causa salutis aeternae: sufficienter, quia quantum est ex se sufficientia sunt ad saluandos omnes homines; efficaciter, quia applicata efficaci voluntate, quae ortum habet ex intentione sandi gloriam, sunt reipia, & actu causa salutis, vbi aduerte, quod sicut Adam non influit moraliter peccatum in homines nisi sint membra eius, ita Christus Dominus non influit moraliter peccatum in homines nisi sint membra eius, & per baptismum regenerentur, quae doctrina est aduertenda ad diluenda aliqua argumenta, quae solent fieri contra Catholicam veritatem.

408.

His positis, vera sententia est, peccatum Adami transfundi in posteros per naturalem generationem, & propagationem: ita Sanctus Thomas 1. 2. q. 81. art. 1. quem generaliter omnes scribentes sequuntur, & optime explicat Magister Cumel illa disput. 3. qui omnino videndus, de illa verò nunquam dubitauit August. sed expressit lib. aduersus duas Epistol. Pelagian. c. 19. illis verbis: *Huius concupiscentiae reatum regeneratio sola dimittit, quem generatio trahit.* In illius igitur declarationem:

S. Thom.

Cumel.

August.

409.

Dico primò. Peccatum originale traducitur in posteros Adami per generationem, non tamen ita vt generatio sit vera productio terminata ad peccatum concursu physico efficienti primi parentis, sed solum concursu morali. Prior pars conclusionis probatur ratione S. Thom. art. illo 1. cap. Peccatum originale transfunditur in posteros Adami quatenus sumus aliquid proprium illius, & humanam participamus naturam, quae fuit in illo tanquam

S. Thom.

in primo hominum principio, sed nec sumus aliquid proprium illius, nec humanam participamus naturam nisi per generationem; ergo peccatum originale in nos transfunditur per generationem. Discursus est evidens, & minor certissima, quia re ipsa, & naturaliter loquendo hic est modus procedendi ab Adam, non solum per corpulentam substantiam, sed etiam per naturalem propagationem, solum enim miraculose potest contingere, quod alio modo aliquis procedat ab Adam, ut processit Christus Dominus non per seminale propagationem, sed quia habuit Adami corpulentam substantiam; & maior probatur, quia peccatum traducitur in posteros Adami, quatenus ex natura rei, & pacto diuino habemus connexionem cum illo, ut membra Physica & moralia cum capite physico, & morali, ac proinde ut sumus aliquid proprium illius, sicut peccatum hominis dicitur esse peccatum manus, in quantum manus est membrum, & aliquid proprium illius; mouet ergo Adam omnes motione generationis, & motione etiam morali; & ex hoc infertur, quod sumus membra, & aliquid proprium illius.

410. Posterior vero pars quoad primum illius assertum probatur. Generatio substantialis nullam habet physicam connexionem cum peccato originali, ergo non est terminus physicus productus per illam; consequentia ostenditur, quia inter terminum physicum productum, & productionem illius; necessarium est physica connexio, quia haec est ratio formalis, seu causalitas actualis per quem terminus producit, & ita inter connectuntur, ut causalitas illa a termino non distinguatur: sed identificetur cum illo, quis autem dicat generationem identificari cum peccato originali. Confirmatur, quia primus parens nunc non existit, ergo generatio non potest esse physicus illius influxus in originale peccatum; illa enim, quae non existunt in rem vllam non possunt physicè efficienter influere. Quod amplius vrgetur, nam si Adam illum influxum physicum haberet, esset ratione actualis peccati illius, ac actuale peccatum transiit; desit, & non est in rerum natura.

411. Assertum vero secundum posterioris partis conclusionis sequitur euidenter ex primo supposita Ecclesiae doctrina, quae affirmat Adamum esse causam peccati originalis per suum peccatum, quod ex Apostolo variis in locis desumptum est, praecipue Rom. 5. *Per unum hominem peccatum intravit in mundum.* Cum ergo primus parens causa si nostri peccati, & non physica, necessarium sequitur fuisse causam moralem: De quo videatur Augustinus lib. 7. de nuptiis, & concupiscentia cap. 26. & cap. 27. qui contra Pelagianos hanc moralem causalitatem ex in obedientia Adami optime tractat. At causalitas haec non est per modum meriti, aut demeriti; quia Adam merito suo proprie loquendo, atque peccato meruit posteris originale peccatum, sed quod sit causa moralis efficiens, ita ut ex illius scelere supposita generatione resultet originale peccatum resultantia quadam morali, quod contra Scotum 2. d. 32. quaest. vnica, §. ad argumenta notantur

Driedo, & Ruardus, quos refert, & sequitur Cumel vbi supra; consentit Montefino 1. 35. loco infra citando. Et probatur, tum quia si Adam non peccaret, non traduceret gratiam, & iustitiam originalem meritorie; illam enim ex merito causare solum conuenit Christo Domino, tum quia aliàs macula originalis non esset culpa, sed poena, sicut enim merito praemium respondet, ita etiam poena correspondet demerito. Legatur Magister Cumel.

412. Dico secundò. Non ideo maculantur pueri originali peccato per generationem, quia producat in semine morbida qualitas, quae semen inficiat ex qua maculetur caro, & deinde ex infecta carne maculetur anima, & turpetur macula originali. Assertio est contra Holchor, Gregorium, Gabrielem, & alios quos refert inter alios Luifius Turrianus disput. 3. de existentia peccati originalis dubio 2. sed amplectuntur eam omnes alij Doctores, qui de hac materia scripserunt, & referuntur a recentioribus. Ratio est, quia haec qualitas, aut produceretur ex natura rei in semine, carne, & anima virtute generationis, aut a solo Deo, hoc vltimum dici non potest, aliàs Deus causa esset peccati pro vt peccatum est, quod abhorret Catholica fides, & refutauimus disput. 9. quaest. Nec primum, quia in primo parente nec immediatè, nec mediatè concipi potest virtus aliqua productiua illius qualitatis in semine, nec in hoc aut carne potest esse virtus ad illam causalitatem, nam non esset corporea, corporeum enim non agit in animam; nec spiritalis, quia haec non subieciatur in materia corporea, & aliàs cum illa qualitas morbida sit realis effectus concipi non potest sine ratione formali causandi, quae effectiua physica esse non potest, cum Adam solo suo peccato naturam humanam infecerit.

413. Dices nihil esse in hac materia vulgari, quam semen humanum in se esse infectum, & animam maculari ex vnione ad carnem, quae infecta etiam est ex peccato primi parentis. Respondeo neque semen, neque carnem proprie maculari, cum id sit impossibile, sed dici infecta parua aliqua dispositione, quia eo praecise, quod anima vnietur carni contrahit peccatum originale, quia ex vi illius vnionis participat humanam naturam, incipitque homo esse actualiter membrum Adami, quod aliis suppositis sufficit, ut dicatur contrahere, & actu contrahat maculam originalem. Dicitur etiam semen vehiculum peccati originalis, non quia in illo sit formaliter, & deinde in anima; accidens enim non transit de subiecto in subiectum, sed quia praecipuum instrumentarium est generationis naturalis, qua interposita resultat peccatum originale. Legatur etiam Catharinus de peccato originali, §. vide Sextò; sed praecipue D. Thomas 1. 2. q. 81. art. 1.

414. Dices vltorius iuxta nostram sententiam de sanctitate corporea Virginis sanctissimae in illius carne recepta, ut omnibus modis esset pura, & immaculata supponi aliquam maculam existentem in carne, aut quae si non praueiretur aliunde posset existere. Respondeo; id quod supponitur non esse formaliter maculam, aut peccatum, seu morbidam qualitatem, sed esse

Driedo.  
Ruardus.  
Cumel.  
Montefino.

412.

Turrianus.

413.

Catharin.  
D. Thom.

414.

esse ipsam concupiscentiam, ut rebellem rationi, & illi contrarium, quae quia ex peccato est, & ad peccandum inclinat aliquo modo est immunditia; & potest appellari peccatum, ut ergo haec rebellio, & immunditia non esset in carne Virginis sanctissimae praueuta fuit sanctitate corporea, quae est maternitas, & dignitas physica Virginis incontaminatae. Lege disp. 3. 4. & 5.

415. Dico tertio. Ideo dicitur peccatum originale transfundi in posteros per generationem, quia haec necessaria est, ut contrahatur re ipsa originale peccatum quantum ad efficaciam. Assertio est communis, & illam optime explicat Magister Cumel, & probatur breuiter; quia ut efficaciter, & re ipsa contrahatur originale peccatum, necessaria est existentia posterorum Adami; sed non possunt existere naturaliter loquendo nisi generatione, ergo traducitur originale peccatum, & re ipsa contrahitur per generationem, quia sine ipsa naturaliter non potest homo esse in rerum natura, merito ergo dixit Magister generationem non requiri ad contradictionem peccati originalis, quasi illius sit productio, sed ut productio subiecti scilicet hominis, qui inficitur originali peccato; vnde clarè deducitur generationem virtute seminis factam non esse rationem formalem, sed solum conditionem sine qua non traduceretur peccatum.

416. Sunt in hanc sententiam argumenta nonnulla, quorum aliqua soluta manent ex nostra doctrina, si attentè consideretur; alia verò & illorum solutiones videri possunt in Doctoribus 1. 2. quaest. 81. & 2. distinct. 30. & 31. vxorati dum deseruiunt generationi ad quam resultat peccatum non dant operam rei illicitae. Tum quia non operantur, ut causae morales, sed ut causae merè physicae, tum quia intendunt bonum vniuersi, multiplicationem scilicet humanae naturae, semen nullam habet vim ad inducendum peccatum, sed est instrumentum, & materia generationis hominis ad cuius existentiam resultat peccatum. Iustitia originalis non producitur vi seminis, sicut nec peccatum originale, sed si Adamus non peccaret, ad productionem subiecti Deus infunderet iustitiam originalem, & gratiam sine vlla causalitate morali ipsius Adami, tum quia ille gratiam non posset mereri, hoc enim est proprium Christi Domini, tum quia nullam actionem exerceret, cuius terminus esset originalis iustitiae, sicut elicit actionem inobedientem cuius terminus habitualis est peccatum originis. Adamo remissum fuit proprium piaculum ut personale erat, non ut defectus naturae; ideo potest illud transfundere, non ut personale, sed ut est peccatum capitis morales, & defectus naturae, & ad hoc nihil refert quod iam poenitentiam egisset, sicut non refert nasci aliquem ex parentibus baptizatis, & iam non infectis peccato originali. Granum tritici purum, & sine paleis aristisque committitur terrae, & tamen quae nascuntur grana paleis, & aristis vestiuntur; generant iusti, & qui maculam non habent filios infectos peccato, parentibus non obest peccatum, at obest filiis, ea conditio huius peccati ex praeepto supposito pacto

diuino. Anima rationalis non continetur virtualiter, aut eminenter in homine, tanquam in causa efficienti, neque extraduce est, aut educitur de potentia materiae, id Catholica fides; sed homo est causa efficiens hominis per generationem, & attingit vnionem corporis ad animam, & hoc sufficit ut posteri Adam contrahant originale peccatum. Vnio haec a Deo est, cum sit realis productio, sed Deus non est causa peccati originalis, quia non operatur ut causa moralis. Inde Deus non est causa efficiens originalis peccati. Legantur Magister Cumel, & Montefinos q. 83. art. 2. disp. 13. q. 2. qui copiose respondet ad argumenta contraria, & dubia plura proponit, & erudita breuitate resoluit.

417. Ex dictis referuntur nonnulla. Primum peccatum originale transfundendum in posteros peccante Adamo, etiam si Eua non peccaret, tenet expressè S. Thomas 1. 2. quaest. 81. art. 5. Sequuntur Interpretes, & colligitur ex Patribus, & Conciliis in quibus asseritur Adamum suo peccato nobis amisisse iustitiam, & gratiam sanctificantem. Vnde infertur etiam Eua non peccante eundem futurum effectum, nunc verò negari non potest Euam fuisse causam peccati originalis; ad suum enim scelus mouit, & induxit Adamum.

418. Infertur secundò peccatum Adami praeter illud primum non transfundendum in posteros, neque illos amissuros iustitiam originalem. Probatum primum, quia praeeptum ad cuius transgressionem transfundendum erat peccatum, non impositum fuit circa aliàs materias virtutum, sed solum circa obedientiae materiam, nec pactum extensum fuit ad alià peccata, & restrictum ad primum quod Adamus commisit; *In quacumque die comederis morte morieris.* Adde voluntates nostras non fuisse in Adamo tanquam in capite morali ad alia praeepta, sed solum ad primum, neque oppositum constat ex Patribus, aut Ecclesiae doctrina. Secundum ostenditur, quia Adamus solum amissurus erat, ut caput iustitiam originalem per esum pomi veriti: Ergo si hoc peccatum non committeret, etsi sibi iustitiam originalem amitteret, posteris non perdidisset; nascerentur ergo filij cum originali iustitia.

419. Infertur tertio posterorum peccata non transfundenda in filios illorum, est communis conceptio, & ratio est in promptu, quia nec parentes essent caput morale filiorum, nec pactum esset de traditione peccati parentum. Et ex hoc eodem principio colligitur clarè transfundenda peccata posterorum in filios, si constituerentur caput etiam morale illorum, & pactum intercessisset, neque in hoc maior difficultas, quam in primo peccato primi parentis.

420. Infero quarto variis modis potuisse, & posse Deum praeseruare aliquem hominem a peccato originali; primo si illum ita produceret, ut impediret emanationem voluntatis illius, tunc enim formaliter non conciperetur in peccato originali, quia deficeret immediatum subiectum illius peccati, voluntas scilicet, quae media inficitur anima, ut ostendimus disp. 9. sect. 6. §. Verum instabis. Secundò, si homo

Cumel.  
Montefino.

417.

S. Thom.

418.

419.

420.

ille non permitteretur infici peccato originali, sed illi infunderetur habitualis gratia in primo suae conceptionis instanti, ut pia sententia docet contigisse in sacra Deipara Tertio si homo non fuisset productus per generationem Viri, & foeminae, sed solum virtute Spiritus sancti, ut fuit productus Christus Dominus, quia non habuit originale, non solum quia conceptus de Spiritu sancto, & quia Deus; sed quia ortus fuit ex sola Virgine sanctissima sine viri concursu, ut ex doctrina Diui Thomae & Anselmi tradidimus vestigatione prima. Lege necessario disput. 14.

421.

Sed quia miraculosa hominis productio potest contingere variis modis, varia etiam possunt inquiri. Et primo an si per transubstantiationem vnus homo conuerteretur in alium, hic contraheret peccatum originale, cum participaret naturam Adami. Existimo non contraheretur, ratio est, quia non haberet naturam humanam per generationem quae est conditio necessaria ad geniti existentiam, siue subiecti in quo reperitur peccatum. Nec refert solum requiri existentiam subiecti, ut constat ex dictis; transubstantiatione autem producitur subiectum, scilicet homo; quia nulla est motio, qua Adamus moueat illud subiectum cum non sit productum per generationem, & ex scriptura, & Patribus constat rationem capitis moralis fundari in physica illa motione, & filios per generationem productos contraheretur peccatum originale, non tamen alios.

422.

Secundo dubitari potest, an si aliquis homo produceretur miraculose ex semine Viri, & foeminae inter se commixtis, quin interueniret actus generationis ille contraheret peccatum originale. Afirmat Montefino 1. 2. disput. illa 13. q. 2. num. 29. quod placitum firmat ex eo quod posset Deus auferre vim actiuam etiam a semine viri, atque tunc Deus solus esset causa productiua illius hominis, non vero ille a quo semen esset decifum, nec passiuè etiam foemina concurrisset. haec vero ratio non mouerit Cardinalem Aureolum, qui vt vidimus vestigatione prima asserit ad generationem solum requiri, & sufficere delitionem feminis. Ego vero etsi hanc sententiam probabilem putem, existimo contrariam probabiliorem. Moueor quia ille homo non esset productus modo naturali; neque per naturalem generationem, comminatio autem de amittenda iustitia, & contrahendo peccato facta est non pro quibuscunq; hominibus; sed pro illis qui naturali modo, & generatione naturali descenderent ab Adamo. Adde huius quaestiuiculae dubitationem non pendere nec ab actiuitate viri, neque ab actiuitate foeminae in prolem. Dubitari enim etiam merito posset an perseverante vtriusque feminis actiuitate homo ille contraheret peccatum originale.

Montefino.

Aureo.

423. Turrian.

Ex quo etiam resolui potest alterum dubium, quod monet Luifus Turrianus, disputatione illa 3. dubio 1. §. Sed disputant aliqui: An scilicet si daretur homo, qui generaretur a foemina descendente per naturalem propagationem ab Adam, & ab homine, qui miraculose crearetur a Deo, & vere non esset filius Adae is

contraheret peccatum originale? Afirmat Turrianus, & mouetur quia ille homo per foeminam descenderet ab Adamo, & conceptio illius esset ex semine Adami, quod reperitur in foemina; sed mihi non placet, & existimo hominem illum non habiturum peccatum originale. Ratio est manifesta, non esset filius Adae, nec genitus esset modo naturali, & naturali generatione, & vt diximus comminatio illa solum facta est posteris Adami, qui naturali modo ab illo propagarentur. Quod vrgeretur confirmo, quia si aliqua foemina virtute diuina, & sine opera viri generaret filium ex proprio semine hic nullo modo contraheret peccatum originale vt fert communis sententia, & tamen ille homo verè genitus ex semine Adami, & quod ab illo est mediate decifum, quia immediate a foemina, quae est illius filia, & hoc eo solum quod non est productus ex semine viri, quod ab Adamo descenderet per naturalem generationem: ergo etiam ille homo in casu de quo disputamus non contraheret peccatum originale. An vero conciperetur in gratia? Disputat Anselmus, lib. de conceptu Virginali & rem mirabilem astruit, nasciturum scilicet, cum tanta gratia, quantam habuit Adamus in statu Innocentiae.



DISPUTATIO XI.

Vtrum si Adamo peccante, Eua non peccaret, ipsa contraheret originale peccatum?

Haec difficultas a nullo Doctorum, quod ego viderim in vtramque partem est disputata, Solus vnus, aut alter resolutorie illam attingit, & illius sensus est. An si peccante Adamo Eua fructum veritum non comederet, neque peccaret, sed abstinisset, iustitiam originalem amitteret? & peccatum originale contraheret sine proprio actu, sed solum ex actuali culpa Adami, vt modo contrahunt pueri, qui proprio actu nunquam peccarunt.

424.

Ambrosius Catherinus lib. de casu primi hominis, & peccato originali, §. collectio doctrinae, versiculo vide & nono, afirmat quod Eua etiam si non peccaret in illo casu contraheret peccatum originale, & iniusta esset, tamen si iustitiam originalem non amitteret; Primum probat, tum quia Eua, vt vna caro continebatur in viro, de quo sumpta est, & hoc quasi esset illius filia; in hoc enim sensu videtur loquutus Cyrillus Hierosolymitanus, qui 2. tomo Bibliothecae Margarini Carthehesi 11. haec scribit, Eua enim ex viro nata est, & non ex Matre concepta, sed ex solo viro quasi partu edita. Quibus verbis significare videtur Adamum respectu Euae habuisse rationem Patris, & Matris, & partu illius editum fuisse, vt sic innueret esse Adami filiam, & carnem illius in carne Adami tanquam in parente esse contentam, sicut continebatur caro posterorum Adami. Cum igitur suffecerit hoc, vt posterio contrahe-

425. Catherin.

Cyrril.

traheret peccatum originale, etiam sufficeret vt Eua illud contraheret. Tum etiam probat, quia Adamus pro illa etiam accepit iustitiam originalem, gratiam, & dona; Vir enim caput morale est mulieris, si igitur pueri contrahunt peccatum originale, quia erant in Adamo, tanquam in capite morali; consequens est, vt Eua etiam si non peccaret inficeretur macula originali, sic namque (inquit Catharinus) erat in pactis.

426.

Quod verò iustitiam originalem non amitteret ex eo probat, quod etiam cum peccaret illam non amisit ante Adami peccatum, non enim sensit rebellionem carnis aduersum spiritum, nec cognouit se esse nudam, donec Adamus pomum comedit, & peccauit. Vnde colligitur illa habuisse iustitiam originalem cum dependentia ab Adamo, ac proinde peccaturam Adamo peccante, etiam si nullum actum eliceret.

427.

Dicendum tamen est, quod etiam stante Adami peccato, si Eua personaliter non peccaret, nec iustitiam originalem amitteret, nec contraheret Adami peccatum. Ita Ludouicus Turrianus disput. 4. de traductione peccati originalis dubio 2. §. ex dictis etiam colligitur, qui breuissime hanc attingit difficultatem, Granado, tr. de conceptione disput. 1. c. 12. num. 8. & videtur sensisse Magister Cumel, 1. 2. q. 81. art. 1. dubio annexo disputationi secundae, quatenus docet non posse aliquem hominem constitui caput morale respectu illorum qui ab ipso non procedunt, maxime si sint capaces rationis, & quatenus saepe repetit ibidem, & alibi Adamum constitutum caput respectu illorum qui ab illo oriuntur per seminale propagationem. Desumitur clare ex D. Thoma, qui 1. 2. q. 81. a. 4. afirmat, eum qui non procederet ab Adam per naturalem generationem non contraheretur peccatum originale, quia non moueretur ab Adamo tanquam membrum a capite, sic enim non esset in ipso tanquam principio efficienti, & causa illius. Quam doctrinam sequuntur scholastici, qui hoc modo explicant contractionem peccati originalis in paruulis. Et me iudice est sententia D. Augustini, qui Epistola 23. ad Bonifacium ita scribit; Ideo ex Adamo traxit puer quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separata viuens, id est altera anima de qua dicitur, anima patris mea est, & anima filij mea est. Iam itaque cum homo in se ipso est, ab eo qui genuit alter efficitur, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius, & statim: Non trahit alter ab altero (peccatum) quando suo vno quoque propria vita viuente, iam est unde dicitur, anima qua peccauerit ipsa morietur. Et rursum: Caterum cum infans non redeat in parentem, vt cum illo, & in illo vnus homo sit, sed omnino alter sit habens animam suam & carnem suam, anima qua peccauerit ipsa morietur, ad quod probandum, saepe vtitur hoc testimonio desumpto ex Ezechiele c. 18.

Granad.

Cumel.

D. Thom.

August.

Ezechiel.

428.

Cumel.

Vt vero probetur assertio suppono non solum Adamum, sed etiam Euam habuisse gratiam sanctificantem, & originalem iustitiam per propriam dispositionem propriosque actus supernaturales personaliter elicitos a propriis potentiis, de quo videri potest Magister Cu-

mel, 2. tomo, in primam partem Diui Thomae, q. 25. art. 1. dubio 2. Et ratio id suadet; vterque enim creatus est in adulta aetate, ita vt sui esset iuris, & seipsum disponere ad sanctitatem, & vitam supernaturalem, posset actibus propriis, ex quo adiuncta Augustini doctrina sic argumentor, Eua non continebatur in Adamo, tanquam in principio & causa efficienti quoad carnem, neque illius voluntas in Adam voluntate tanquam in principio morali; ergo etiam peccante Adamo, si illa personaliter non peccaret, nec iustitiam originalem amitteret, nec contraheret peccatum originale. Consequentia est clara supposita doctrina de modo, & ratione contrahendi peccatum originale, & antecedens quoad primam partem ostenditur, quia Adamus non habuit physicum influxum vt principium efficiens in carnem Euae, nec exercuit in illius productione motionem aliquam, quae esset motio capitis in membrum; sed solum fuit causa materialis illius inquantum ex costa illius mulier est aedificata: hoc autem non est esse principium, aut habere motionem in eam. Et quoad secundam partem probatur, quia ad infusionem iustitiae originalis non fuit voluntas eius in voluntate Adami sed independenter ab illo fuit gratia originalis mulieri collata, & illi infusa praecedente propria dispositione, in cuius elicientia mulier a viro nullam habuit dependentiam, quia Adamus non mouit eam ad eliciendos actus supernaturales, quibus seipsam disposuit, neque explicari potest qualis fuerit dependentia Euae ab Adamo, dum illos actus liberè, & inde penderet a voluntate illius eliceret.

D. Thom.

August.

429.

Confirmatur primò, quia iniuria fieret Euae si quod illa recepit se disponens propria voluntate, & actibus necessariis ad illius receptionem, cum sui iuris esset, & voluntatem haberet, independentem tunc a voluntate viri, auferretur ab ea sine propria culpa, sine propria consensione, & anima illius moteretur propter peccatum Adami, in quod nulla ratione consensit; quod est contra doctrinam Augustini, & illud Ezechielis: Anima qua peccauerit ipsa morietur. Confirmatur secundò; quia peccatum necessariò est voluntarium, sed peccatum illud non posset esse voluntarium respectu Euae; ergo neque posset illud contrahere, & iustitiam originalem amittere. Minor probatur, quia non esset voluntarium propria voluntate, vt supponitur, neque aliena voluntate Adami scilicet, neque enim voluntas Euae fuit in Adamo; asserere verò voluntatem mulieris esse in voluntate viri tempore peccati, quia ita fuit in pactis est voluntarium, & commentum, quia ex nullo loco sacrae Scripturae tale pactum colligitur, solù enim ex ea deducitur pactum de transferranda iustitia, aut peccato in posteros vtriusque parētis, neuter autem eorum erat filius alterius.

Declaratur ampliùs, & simul probatur conclusio, si Eua peccaret, non peccante Adamo, neque peccatum illius transfunderetur in ipsum, neque etiam in posteros; ergo peccante Adamo, & non Eua peccatum illius non transfunderetur in illam: antecedens est communis Theologorum consensus, & consequentia probatur a paritate rationis, & quia nulla ratio

potest assignari huius non contractionis, nisi quod voluntas Adami non esset in voluntate mulieris, aut ostendendum est quare huius voluntas fuerit in voluntate viri, huius vero voluntas non fuerit in voluntate feminae; licet enim concurratur ad pactum, ostendendum est id intercessisse; hoc autem neque ex Scriptura, neque ex Patribus potest monstrari, in illis etenim quae pendent ex diuino beneplacito nihil est asserendum nisi ex verbo Dei, aut Patrum interpretatione colligatur.

431. Nec Catherini argumenta aliquid efficiunt; non primum, quia caro Euae non continebatur in carne Adam tanquam in principio, & causa efficienti, nec ab illa processit, tanquam a ratione illam mouente, sed facta fuit ex Costa Adami virtute diuina, vnde non descendit ab Adamo per feminalem propagationem, quod requiritur ad contrahendum peccatum originale. Testimonium Cyrilli solum ostendit Euam formatam de latere Adami nulla intercedente femina, ex quo videtur posse asseri Adamum esse quadam proportione patrem, & matrem respectu Euae, & illam aliquo modo filiam illius, quia non habuit praeter costam illius aliud vnde procideret, quo etiam sensu intelligendi sunt alij Patres, qui affirmant Euam genitam esse ex viri costa, ibi enim nulla fuit generatio.

432. Secundum etiam facile diluitur; negandum est enim Adamum pro Eua iustitiam originalem accepisse, quia si illam hac ratione acciperet transfundere posse iustitiam in illam, sicut quia accepit iustitiam pro posteris potuit eam in eos transfundere, at certissimum est nullo modo virum in feminam primam transfundisse iustitiam, neque potuisse transfundere; quod si hanc non potuit transfundere, neque potuit peccatum, ergo sicut independentem ab altero vterque accepit iustitiam, ita eadem independentia vterque peccare potuit, quin alter alterius peccatum contraheret, iam enim vterque in seipso erat persona ab altera distincta, ac proinde alterius peccato non poterat esse obnoxius iuxta doctrinam Augustini, quam superius attulimus, & ad hanc veritatem declarandam est magni momenti: legatur Reuerendissimus Magister Cumel loco allegato.

433. Nec potest intelligi supposita inseparabilitate ex diuino decreto inter gratiam, & iustitiam originalem, quod Eua amitteret, illam, & hanc conseruaret; rectitudo enim voluntatis, & appetitus supponebat vt radicem in sententia sancti Thomae gratiam sanctificantem, vnde illa destructa necessarium etiam erat destrueretur iustitia originalis, destructa enim radice rami non possunt stare, fundamentum vero Catherini infirmum est, & ad illud respondet Caietanus 1. p. q. 95. art. 1. hac ratione: Ad hoc mihi dicendum videtur propter peccatum Euae ademptam ei fuisse iustitiam originalem, non simpliciter & totaliter, sed quoad aliquid, simpliciter enim adimenda reseruabatur peccato Ada secundum ordinem diuinae providentiae, ea ratione, vt donum natura primo auferretur ei, qui erat principium totius naturae, cui donum illud primo, ac principaliter tributum fuerat. Nec obstat quod potuisset Adam post peccatum Euae non peccare, quia apud Deum

Caietan.

praesentia casus in ratione ordinis fuit. Et hoc satis congruit rationi, & proportioni excisa enim radice possunt aliquando rami viuere, demptoque animali corde aliquando calere, & vigere membra cernimus. Haecenus Caietanus, cuius solutionem non probo in eo quod ait partim iustitiam originalem ablatam prima mulieri non tamen simpliciter, sed solum secundum quid, ne illi prius quam Adamo donum illud auferretur. Primo quia nulla est ratio propter quam partiale hoc donum (ex multis quibus conflagatur iustitia originalis) conseruaretur, aut auferretur, quam illud vt per se est manifestum, praecipue cum non solum peccatum transgressionis praecipue opponatur integre iustitiae, sed etiam partibus illius, illis praesertim, quae erant, in voluntate, & appetitu sensitivo, aut reddatur ratio propter quam haec pars conseruata fuerit, & illa destructa. Secundò quia sicut Deus non attendit ad principatum Adami quando abstulit à femina gratiam sanctificantem, quae eminentior est inter partes originalis iustitiae, sed illam abstulit non ex peccato Adami peccato, ita etiam non obstantem ratione capitis simpliciter potuit iustitiam originalem auferre, eo vel maxime, quod grauius peccauit Eua, quam Adam, nec necessarium fuit expectare ad hanc poenam infligendam peccatum hominis.

434. Tertio; quia si Adam non peccaret, & Eua violaret praecipuum, sine dubio simpliciter ei auferretur iustitia originalis quin expectaretur peccatum Adami capitis nunquam futurum vt thesis supponit. Quarto excisa radice, vel rami non viuunt, vel viuunt vita partiali in illis extensa, quae dependentiam habet necessariam in duratione maiori à radice, & membra aliquando calent, & vigent à calore, & vigore acceptis à corde, & in ipsis existentibus, qui non statim ac animal moritur possunt extingui, cum in instanti non possit esse eorum decisio, sed perant tempus illae qualitates vt destruantur, vnde non est eadem ratio, iustitia enim originalis extincta fuit per suspensionem diuini concursus, atque adeo in instanti destructa. Omnia ergo Caietani solutio, quam ex parte probat Cornelius à lapide in 3. Genes. versu 7. §. ex hoc colligere.

Cornel.

435. Aliter respondeo, peccanti Euae simpliciter ablatam originalem iustitiam, non modo post esum illius fructus, sed etiam antequam illum ederet propter voluntatem, & determinationem edendi, ad quam antecessit peccatum superbiae; elata enim desiderio diuinae scientiae & inflata quasi iam posset esse regula suarum actionum, & Deo in hoc non esse subiecta sanctitatem, & iustitiam originalem amisit, & negari non potest post serpentis colloquium fuisse in illa inordinatam voluptatem videndi pomum, & desiderium illud gustandi quae vitia arguebant in illa iam non esse originalem iustitiam. At non statim erubuit, cum nuda ad virum accessit, vel quia non statim apparuit rebellio carnis ad spiritum; effrenatus enim equus aliquando quiescit, nec statim furit, si frenum illi auferatur; quod non fuit difficile in breuissima morula, qua virum adiit vt pelliceret eum ad comedendum fructum, vel valde

intem

intenta ad Deitatem, quam sibi serpens erat pollicitus, aut cogitabunda de persuadendo marito ad esum pomi, quod illa gustauerat, nuditatem, aut rebellionem non sensit.

436.

S. Thom.

Victorius. Caietan.

Rupert.

Gennad. Acatium.

Theodor.

Eucherius.

Pererius.

Cornelius.

Theodor.

437.

Cumel. Granada.

Adde quod fortassis non plenè erat assequuta omnes effectus iustitiae originalis, ac proinde non aduertit rebellionem illum esse effectum nuditatis spiritualis. Praecessisse autem superbiam ad esum vetiti pomi clarè docuit S. Thomas opusculo 3. cap. 170. his verbis: Mulier igitur promissam celsitudinem scientiae concupiscit. Quod etiam docuerunt Hugo Victorinus, & Caietanus apud Lyppomanum in Catena ad cap. 3. Genesis, quorum vltimus tres actiones peccaminosas mulieris recenset, quarum postrema fuit pomi comestio quam sequuta fuit persuasionis efficacia, vel vt sensit Rupertus apud Lyppomanum abusuuum imperium, ex tunc enim mulier in virum voluit habere imperium, inde illi inflata poena: Et sub viri potestate eris. Genes. 3. & ipse dominabitur tui. Vide Gennadium, & Acatium ad illud: Et aperti sunt oculi eorum. Qui existimant primos parentes ex esu ligni quasi torporem, & stuporem habuisse, qui illis in causa fuit ne viderent se esse nudos, neve erubescerent, donec Deus confortauit oculos eorum, vel fecit vt sentiunt stimulum conscientiae (vt existimat Theodoretus) iustissima poena, vt qui à Deo recesserant diu scientia futuri, non solum mente, sed sensibus etiam torperent. Sed nostram solutionem vnico verbo Eucherius insinuauit: Parebant (inquit) enim oculi eorum, sed ad hoc (nuditatem) non erant aperti, hoc est, non attenti, vt cognoscerent quod eis indumentum gratia praestaret. Et post pauca: Exiit in motu corporis, quadam impudens nouitas, vnde esset impudens nuditas, & fecit attentos, reddiditq. confusos. Illamque tradit Pererius lib. 5. commentariorum in Genesim, disput. 3. q. 3. §. ad dimus, & insinuat Cornelius Cornelij citatus, videantur Patres, & Interpretes ad illud Genesim 3. Et cognouerunt se esse nudos. Inter quos Theodoretus quæst. 33. apertionem oculorum vocat conscientiae stimulum.

Ex quibus omnibus fit Euam non recepisse, nec habuisse iustitiam originalem cum dependentia ab Adamo, aliàs Adamo peccante ipsa necessariò peccaret, & sine libertate vlla damnaretur, & vtramque mortem subiret propter peccatum, non solum illi inuoluntarium, sed quod (vt possibile est) ante illius commissionem dissuaderet, quam rem non patitur diuina iustitia: legatur Magister Cumel vbi supra praecipue in conclusionibus, & Granada illo n. 8. & in antecedentibus assertionibus.



DISPUTATIO XII.

Quidnam sit homines peccare in Adamo?

438.

RTVR hæc difficultas ex verbis Pauli Rom. 5. n. 12. Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum in-

trauit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt. Et illius resolutio simpliciter est necessaria ad harum vestigationum scopum, immaculatam scilicet conceptionem Deiparæ sacræ, inquirimus ergo quid sit omnes homines peccare in Adam? In qua controuersia audiendus non est Galatinus, qui lib. 7. de arcanis Catholicae veritatis cap. 4. ex Rabanis asseruit homines omnes peccasse in Adam nihil aliud esse, quam massam humanam, & proinde singulorum, qui ex Adamo generandi erant infectam fuisse originante peccato, id est, illius peccato, & culpa, quæ ille commisit, beatam verò Virginem ab illa macula praeseruata, quia Deus particulam quamdam illius massæ separauit, quam noluit illa turpitudine foedari, & ex illa decreuit formandam purissimam Virginem. Hæc enim Galatini doctrina plura continet absurda, & in Philosophia impossibilia, qua enim ratione massa illa in Adamo, & Eua actiue, & efficienter concurrentibus ad generationem potuit contineri? Aut qua ratione potuit transfundi; qua ratione peccato primi parentis potuit maculari, cum in illa nullam qualitatem, quæ illam deturparet potuerit Adamus producere, & aliàs peccatum illius eam solum extrinseca denominatione potuerit foedare? Id verò quod refertur de particula illa seruata, & praeseruata ad Virginis formationem fabula est canilis, vbi enim seruata in progenitoribus, qui illam praecesserunt? quomodo praeseruata? quomodo in omnes illos traducta, cum solum semen decidatur ad prolis generationem? Adde ex his sequi omnes illas generationes futuras miraculosas, est enim mirabile in substantia à parentibus decisa inueniri partem ex qua foetus constet, & aliam ex qua soboles non componatur, ex illa enim particula non concipiendus foetus: praeterquam quod explicari non potest qua forma illa massa actuaretur, qua vita vigeret. Supponimus enim illi non vniri omnes animas rationales progenitorum, ac proinde nullam informare materiam, aut massam.

Galatinus.

A

439.

Soto. Driedo. Medina. Palacio. Stella.

440.

Hac ergo imaginatione reiecta prima sententia affirmat, omnes homines peccasse in Adam nihil esse aliud, quam actualiter contrahere peccatum originale quod ex Adamo in nos deriuatur, ita Dominicus Soto, Driedo, Medina, Palacios, Stella, Martinus Martinez, Mainorius, & alij, quos refert Aegidius Lusitanus lib. 2. de conceptione Deiparæ q. 1. art. 1. affirmans hanc explicationem esse communem. Secunda sententia docet homines peccasse in Adam esse, in illo fuisse spoliatam naturam humanam originali iustitia, ex quo humana natura Deo mansit inuisa, ita Sotus lib. 1. de natura, & gratia cap. 9. Driedo, & Medina apud eundem Aegidium, eamque probat Pererius cap. 5. ad Romanos disput. 6. in principio.

Tertia sententia affirmat, peccasse in Adam formaliter esse, eliciuisse eandem illam actionem, quam ipse elicit peccaminosam, illudque idem peccatum, quod commisit Adamus re ipsa commisisse non personaliter, sed originaliter homines vniuersos. Hanc sententiam

Aegidius. Valencia.

Ægydius. Valentia.

acriter defendit Ægydius Augustinianus vbi supra art.6. & placuit Valentia tom.4. disp.2. quæst.1. punct.2. licet addat necessariam esse connotationem ad peccatum ipsum realiter contrahendum in propria persona, quod art.5. Lusitano displicuit, qui pro se adducit nonnullos Doctores, quorum nullus hanc expressit sententiam, & aliqui solum affirmant omnes nos peccasse in Adamo, quia in illius voluntate ex decreto, & pacto diuino constituta erant voluntates nostræ, solus Bellarminus tom. 3. lib.5. de amissione gratia, & statu peccati c.18. statim in principio meminit actionis, dum asserit primam præuaricationem Adami, quæ totius generis humani præuaricatio fuit esse originale peccatum, si peccatum pro actione accipiatur, sed ipse se explicat, & ait nos aliena non propria voluntate peccasse, tamen illa præuaricatio nostra fuerit, quia eramus in primo homine.

Bellarmin.

441. Ægyd. August.

Probat Ægydius ex confutatione aliarum sententiarum & præcipue testimoniis D. Augustini, principio enim lib. 4. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 4. postquam asseruit, in loco Pauli quem initio huius disputationis attulimus, illam particulam (in quo) significare non peccatum, sed ipsum Adamum subiungit: *Quodlibet ergo colligant, aut in illo homine peccauerunt omnes, & ideo dictum est quod quando ille peccauit in illo erant omnes.* Quod clarius scripsit eodem capite his verbis: *Restat ut in illo primo homine peccasse omnes intelligantur, quia in illo fuerunt omnes, quando ille peccauit, unde peccatum nascendo trahitur.* Deinde lib. 3. de peccatorum meritis, & remissione cap. 7. ita pronunciat: *Non sic dicuntur aliena peccata, quia ad paruulos non pertineant, quia in Adam omnes tunc peccauerunt, quando in eius natura insita in qua eos generare poterat adhuc omnes ille vnus fuerunt.* Tertio lib. 16. de ciuitate Dei. c. 27. id expressit: *Quia paruuli (inquit) non secundum vite sua proprietatem, sed secundum communem generis humani originem omnes in illo vno testamento Dei dissipauerunt.* Omitto alia, quia sunt eiusdem sententiæ, & in illis eidem ferè verbis iam prolata repetuntur.

442. Ægydius.

Sed sciendum est Ægydium voluisse actionem illam, quam asserit nos elicuisse integrare rationem originalis peccati tanto conatu, vt dicat art.3. num.9. reprehendendum esse Vasquez Bellomontanum, eo quod dixerit tom.2. in 3. part. disp. 115. c.2. n. 13. peccatum originale non esse actionem, propter quod malè audit apud Salazarium, qui ob hanc censuram illum non leuiter carpit, & reprehendit de conceptione Virginis c.1. §.4. à n.15. & contendit n.17. illius sententiam esse Pelagianam, sed quidquid sit de hac censura, de qua statim sermo redibit, ad hominem argumenta contra Augustinianum, ipse enim num. 5. illius art.3. dum impugnat secundam sententiam affirmat peccatum originale, quod contrahimus in conceptione trahi ex peccato, quod in Adamo commisimus, & ideo nos maculam originalem contrahere quia in Adamo peccauimus, vt docet August. 1. Retractationum c.11. & lib.4. contra duas Epistolas Pelagianorum c.4.

Vasquez.

Salazarium.

August.

ac proinde illud primum peccatum esse causam originalis peccati, atque adeo non posse esse idem formaliter cum effectu, & n.9. in fine illius articuli docet expressè illud primum peccatum nos non constituere peccatores formaliter, sed solum causaliter. Ex quibus quæ verissima sunt ita Ægydium conuincant. Illud quod est causa ad cuius existentiam aliquid aliud resultat non potest esse ratio formalis resultantis, neque integrare essentiam illius, sed actio illa peccaminosa est causa originalis peccati, & media propagatione ex illa resultat, ergo actio illa neque potest esse ratio formalis peccati originalis, neque integrare illius naturam, aliàs causa, & effectus essent formaliter idem, quod num. illo 5. merito negat Ægydius. Et vterius ergo peccatum originale actio non est, vtraque consequentia est euidentis, minor est Lusitani Doctrina, imò communis, & vera sententia, maior autem est notissima, causa enim efficiens siue physica, siue moralis, neque est ratio formalis effectus, nec aliquo modo integrat illius naturam, hoc enim munus est intrinsecæ causæ, qualis est materia, vel forma, non verò causæ extrinsecæ, quales sunt efficiens, & finis.

443.

His adde censuram Ægydij notare non solum Gabrielem Vasquez, sed omnes Doctores qui asserunt peccatum originale, aut esse meram priuationem iustitiæ originalis, aut esse conuersionem habituales relictam ex Adami peccato, quæ est nostra sententia, ac proinde etiam Doctorem Angelicum, omnes enim affirmant peccatum originale formaliter sumptum nullam dicere actionem, tamen asserant illam vt sui causam supponere, & D. Thomas in locis quos disputationibus præcedentibus citauimus, docet esse peccatum originale habituales dispositionem, & carentiam iustitiæ originalis, nunquam verò astruit peccatum hoc esse formaliter actionem. Ægydius ergo dum Vasquium in quem non bene animatus castigat, doctorem Angelicum, & omnes Theologos inconsulto reprehendit.

444. August.

Et vt hoc in illius fauorem dicamus illius sententia Pelagiana non est; Pelagius enim vt colligitur ex S. Augustino variis in locis contendeat nihil esse in paruulis proprium, quod illis inhæreat, & delendum sit per Baptismum, quia nihil in illis dignum ablutione, & expiatione putabat; at verè doctus Ægydius supponit vt minimum carentiam, & priuationem iustitiæ, ac proinde maculam vnicuique propriam paruulis inhæreret, & hanc deleri per baptismum, licet nolit concedere peccatum Adami, aliquo modo non ingredi rationem originalis peccati. Ex quo constat neque illius sententiam esse contra Concilium Tridentinum sess. 5. decreto de peccato originali, ipse enim fatetur illam maculam cum ordine ad actuale Adæ peccatum multiplicari in posteris Adæ, & inesse vnicuique propriam. legatur lib. illo 2. quæst. 4. art. 5. §. 4. pag. 113. columna 1. & 2. Vbi expressè affirmat cum communi Theologorum sententia peccatum originale esse maculam, quæ in nobis ex conceptione resultat, & hanc esse formalem immunditiam peccati, quo persona concepta est immunda,

Ægydius.

immunda, & addit colum.2. in principio hanc resultare ex actione culpæ commissæ in Adamo, vbi suam inconstantiam iterum pandit, cum asserat originale resultare ex Adami actione; ex quo infertur originale peccatum non esse actionem; quod tamen ille contendit affirmans serio ante duas lineas in principio illius §. 4. in peccato originali inueniri actionem & præuaricationem diuini præcepti.

445.

Dico primò vniuersos homines peccauisse in Adamo, nec est illis actualiter peccatum originale contrahere, neque naturam humanam in eo esse expoliatam originali iustitia, asseritio est contra primam, & secundam sententiam, sed amplectuntur eam Ægydius art.3 & quotquot affirmant Beatissimam Virginem non contraxisse originale peccatum, tamen in Adamo peccauerit; hi enim omnes supponunt necessario, peccasse in Adamo esse quid distinctum à contractione actuali peccati originalis, & meo iudicio est communis Scholasticorum conceptio, qui asserentes cum Paulo omnes in Adam peccauisse, nunquam recurrunt ad contractionem actualem peccati. Sed è contrario affirmant, ideo paruulos contrahere peccatum primi parentis, quia in illo peccauerunt; sentiunt igitur hæc duo conferri inter se tanquam causam, & illius effectum, vnde prior pars conclusionis mihi videtur communis, & illam efficaciter probo. Antichristus verè peccauit in Adæ, & tamen actu nõ contraxit culpam originale, ergo peccare in Adam non est actu culpam originale contrahere, consequentia est euidentis, & minor certissima, quia Antichristus nondum existit. Ad cõtrahendum verò originale peccatum secundum efficaciam requiritur existentia, maior autem ostenditur, quia non peccauimus in Adam successione quadam, & secundum vniuersi cuiusque existentiam, sed omnes peccauimus simul, quia simul, & non successione vlla posterorum voluntates ex decreto diuino fuerunt in voluntate primi parentis, & confirmatur, quia ex sententia opposita sequeretur omnes homines quotquot futuri sunt iam contraxisse originale peccatum, quod tamen est absurdum; si enim secundum Apostolum iam omnes in Adam peccauerunt, & peccare hoc modo est contrahere peccatum originale euidenter infertur homines futuros non minus, quam existentes contraxisse maculam originalem. Videatur Ægydius, qui aliis motiuis hanc asseritionis partem confirmat, quæ etiam potest probari ex distinctione illa contractionis, quoad sufficientiam, & quoad efficaciam, quam disput. 10. tradidimus.

Ægydius.

446.

Posterior pars clara est ex nostra doctrina. Peccare in Adam non est pœna, sed culpa, sed naturam humanam, imò ipsum Adamum esse spoliatum originali iustitia pœna est, & non culpa; igitur peccasse in Adamo non potest esse humanam naturam in eo esse spoliatam originali iustitia. Discursus est euidentis, & minorem ostendimus disp. 9. sect. 3. maior verò non indiget probatione.

447.

Ex his soluta videtur difficultas illa, quam excitat Salazarium vbi supra num 21. vtra ha-

rum casualium sit vera prima. Propterea gratiam originalem amisimus, quia in Adamo peccauimus. Secunda Propterea in Adamo peccauimus, quia in eo gratiam originalem amisimus. Antistes enim illustrissimus existimat hanc vltimam esse veram causalem, & à priori. Ægydius tamen sentit non hanc, sed illam primam esse veram causalem, cuius sententiæ in hac re subscribo. Ratio est manifesta, quia pœna causa culpæ esse non potest, sed à contrario pœna vt causam sequitur culpam. Cum ergo vt monstrauimus spoliatio iustitiæ originalis non solum vt dicit subtractionem gratia, & doni illius, sed etiam, vt dicit priuationem quasi afficientem animam, & illius potentias verè sit pœna; manifestè infertur, peccatum Adami etiam vt est nostrum comparari, vt causam ad spoliationem, & priuationem iustitiæ, neque aliud voluit Anselmus, lib. de conceptu Virginali cap. 7. quem Salazarium vocat parronum: in illis enim verbis: *Sicut in Adam omnes peccauimus, quando ille peccauit, non quia tunc peccauimus ipsi qui nondum eramus, sed quia de illo futuri eramus, & tunc facta est illi necessitas, vt cum essemus peccaremus.* Non meminit spoliationis, aut priuationis iustitiæ originalis, sed solum declarat vnde oritur necessitas contrahendi peccatum originale, & assignat vt causam primi parentis actuale peccatum.

Antistes.

Ægyd.

Anselm. Salazarium.

448.

Dico secundò, posteros Adam in illo peccasse formaliter loquendo, non est nos omnes simul cum illo eandem actionem inobedienciæ fuisse operatos, ita vt illa numero transgressionis actio à nobis simul cum eo fuerit operata & elicitæ, eo modo quo sentiebat Ægydius. Hæc conclusio est contra hunc auctorem, sed videtur expressa mens Diui Thomæ, qui 1. 2. quæst. 81. art. 1. corp. cum præmississet iuxta Porphyrium quod plures homines participatione vnus speciei sunt vnus homo, intulit in nos deriuari peccatum Adami, quia sumus aliquid proprium illius, si enim sentiret nos elicuisse verè illam actionem, quam elicuit Adam clarius suam sententiam probaret hoc medio. Posterius Adam ita peccauerunt in illo, vt idem omnino peccatum, & eandem omnino actionem peccaminosam elicerent; ergo ab Adamo in illos deriuatur aliqua macula, & originale peccatum. S. Thomam sequuntur omnes illius discipuli, & quidem Magister Cumel, Curiel, & Montefinos, qui sæpè explicant peccatum posterorum in Adamo, & affirmant nostras voluntates in illo esse tamquam in capite morali, nunquam ad hanc indiuisibilem elicientiam, & actionem recurrunt; recurrerent verò si existimarent illam transgressionem, & actionem à nobis fuisse elicitam, quin potius Magister Cumel 12. quæst. 81. artic. 1. disput. 2. pag. 517. column. 2. asserit peccatum primi parentis non esse voluntarium proprio actu paruuli, sed alieno. Sentit igitur non fuisse elicatum à voluntate paruuli.

Ægydius.

D. Thom.

Cumel. Curiel. Montefin.

Conclusionem quam etiam tradit Basil. Ponc. Legionens.

449.

Pontius.

Legionens. variarum disputationum p. 1. relect. 3. §. Atque iuxta hanc pag. 545. columna 2. probo primò argumento simillimo illi, quo solet impugnari sententia D. Thomæ 1. p. q. 14. a. ... asserentis futura contingentia esse realiter Deo præsentia in æternitate secundum eorum realem existentiam, quod licet in illa materia efficaciam non habeat, & sufficienter explicetur à Thomistis post Caietanum, in re de qua agimus efficacissimum est. Adamo peccante posterorum voluntates non erant in rerum natura; ergo non erant operantes; ergo neque elicientes verè, & propriè illam actionem. Et tandem: ergo illa actio non fuit à posteris Adæ elicitæ, & consequenter omnes in Adam peccauisse formaliter loquendo non est eandem actionem quam ipse operatus est, operari. Hæc consequentia est euidens; & prima probatur, quia illud quod non existit non potest esse efficiendi principium, quia operari supponit esse & existere; & præterea operari hic, & nunc supponit actualiter existentiam hic & nunc, quod enim non habet esse, neque operationem potest habere. Cum ergo ibi posterorum voluntates non essent realiter, nec esse poterant operantes, & cum nullam actualitatem haberent posterius, nulla ab illis actio egredi poterat.

450.

Dices ex Ægidio hanc rationem concludere illam actionem non fuisse personaliter à posteris Adami, ad quod existentia realis requiritur, sed non probari non esse originaliter ab illis, quæ ut ipse satis declarat est illius sententia. Sed vellem explicaretur quid sit esse originaliter ab illis, & non personaliter, si enim velit actualem actionem voluntatem posterorum excludere, & solam Adami voluntatem illius operationis principium asserere, iam recedit à sua sententia, quæ enixè contendit illam operationem à voluntatibus posterorum oriri; si tamen velit originaliter esse ab illis, quia ipsi ab Adam originem trahunt; eadem ratione posset asserere quamcumque actionem Adami esse & nostram, & à nobis elicitam, quia originaliter sumus ab illo, pactum enim extrinsecum non dat vim voluntati paruulorum ad illam realem actionem eliciendam, ut facillè potest probari, at hoc modo esse in aliquo secundum originem, & principium non est sufficiens ratio, ut dicamus actiones posterorum esse patris actionem, aliàs generatio, qua Pater generat Filium esset efficienter à filio, quia originaliter fuit in Patre; Aliquid ergo aliud voluit Ægidius quod ego nunquam assequi potui, aut incidit in communem sententiam. Adde non explicari an voluntates paruulorum sint immediatum principium illius actionis, & illius peccati, an verò solum remotum. Remotum ergo cum esse non possint, quia voluntas primi parentis non supponit illorum voluntates; relinquatur esse immediatum principium, quod nulla ratione potuit contingere.

451.

Vnde argumentor & probo conclusionem secundò, si Adamus immediatum principium esset illius primæ actionis, & simul voluntates paruulorum illam elicerent, sequeretur peccatum Adami tunc quoad efficaciam posteris

communicatam, & illos omnes actu illud contraxisse peccatum: Consequens quoad utramque partem est falsum, ergo & antecedens. Consequentis falsitas constat, quia & actu communicari peccatum originale, & actu illud homines contrahere supponit necessariò existentiam quam tunc temporis eius posterius non habebant. Sequela verò probatur, quia principium elicituum actus immanentis, & termini qui ex illo resultat est etiam principium passiuum, & receptiuum illius actionis, & ad receptionem non requiritur maior actualitas, quam ad efficientiam; si ergo voluntates paruulorum poterant esse, & de facto fuerunt immediatum principium illius actionis peccaminosæ, etiam fuerunt immediatum receptiuum eiusdem, & Adamus simul omnibus communicauit peccatum, & omnes illud contraxerunt eodem momento, contrahere enim peccatum originale nihil est aliud, quam esse immediatum subiectum illius culpæ, quæ in nos ex Adam deriuatur. Explicatur amplius, quia contractio originalis peccati infert conuersionem habituales in obiectum prohibitum & auersionem à Deo, & supponit conuersionem actualem ex qua hæc oriatur ut terminus; sed paruuli elicerunt eandem omninò conuersionem, qua illorum parens, & à Deo recessit & se ad veritum pomum conuertit. Ergo conuerterunt se ad idem obiectum, remansit igitur per modum termini in illis illa conuersio, atque adeo re ipsa, & de facto contraxerunt originale peccatum, quod patet ex eo, quia hac solum ratione dicuntur contrahere originale peccatum vniuersi posterius primi parentis, ut latius est in superioribus explicatum.

452.

Tertiò probatur conclusio. Quia si peccare in Adamo esset eandem illam actionem peccaminosam posterius illius elicere, sequeretur nos propria, & non aliena voluntate peccasse; consequens, & est falsum, & impossibile: ergo & antecedens. Probatur minor, quia concors est omnium Catholicorum sententia Adami filios non peccasse voluntate propria, sed aliena, ideo enim tam accuratè explicare contempdunt peccatum originale esse voluntarium, quia supponunt non à propria voluntate producere. Tum etiam quia impossibile est voluntatem illam operari, cuius non existit suppositum, & paruuli ut posterius non existebant tempore Adami, ac proinde illorum voluntates non poterant esse principium elicituum illius operationis. Ut autem probetur sequela suppono rem certissimam, aliud esse me aliquam operationem elicere, aut aliquam actionem operari; aliud actionem aliquam censerem meam, & ex aliqua ratione, pacto, aut contentione meam reputari, quod tam est certum, ut neque explicatione indigeat; hæc autem duo in hoc potissimum distinguuntur, quod primum necessario dicit dependentiam à mea voluntate efficiente illam actionem, & influxu reali, & vero concurrentem ad illam. Secundum verò nec dicit hanc efficientiam, aut voluntatis exercitium, nec propria voluntas habet influxum in effectum productum. Id patet clarissimè. Procuratorem eligunt Hispanenses

senes Senatores, qui in comitiis regalibus vocem habeant Hispanensis vrbs, votumque, aut suffragium eorum nomine ferat, ac si vnusquisque eorum præsens adesset tantumque habent, & firmum quicquid procurator iudicauerit expedire. Res difficilis in comitiis proponitur, deciditur, & ciuitatis nomine procurator, aut annuit, aut renuit. Consensus, aut dissensus à propria est procuratoris voluntate, quæ illum elicit, & illam actionem operatur, propriæque influit in illam. Non verò est elicituè à senatoribus, dicitur tamen esse illorum omnium, censereturque Vrbs operatio, quia illa voluntati procuratoris ciuium omnium, aut Senatorum alligauit voluntatem. Nec erit qui ferid affirmet illam actionem dissensus, aut consensus elicitur esse à Senatorum voluntate. His positis probatur sequela. Peccatum Adami ita fait à nobis, & ab Adamo, ut à nobis simul cum eo fuerit operatum, & elicitum, sed hæc elicientia necessariò supponit propriam voluntatem nostram elicientem illam actionem, & committentem Adami peccatum, hoc ergo fuit à propria voluntate nostra, & non ab aliena, actus enim voluntatis, quem ego elicio à mea propria voluntate procedit.

453.

Dices hæc omnia vera esse dum personaliter actio exercetur, non verò cum elicitur originaliter, ut à nobis fuit elicitum Adæ peccatum originaliter, non personaliter, quod non semel declarat, & aduertit tertia sententia, quam hac conclusione impugnamus. Sed contra primò, quia hoc modo actionem illam esse nostram non est illam nos elicere, aut operari, sed solum iure nostram censerem, & dici propter coniunctionem, & alligationem cum voluntate primi parentis, ut iam explicatum est, & iam explicabo. Contra secundò, quia negare aduersarij non possunt se in re grauissima terminis abuti; & nobis non existentibus tribuere actionem, tanquam à nobis elicitam, quam tamen existentes solum possemus elicere. Imò neque existentes, qua enim ratione posset accidere, & esse quod multi homines eandem numero actionem elicerent.

454.

Dico tertiò. Posterius Adami in illo peccasse, nihil est aliud formaliter, & expresse loquendo quam primum eius peccatum esse illis voluntarium, quatenus supposita ratione principij physici, & vniuersalis. Deus voluntati primi parentis alligauit, & coniunxit posterorum voluntates in illa actione, ita ut secundum prudentem estimationem posset censerem, & re vera censeretur à propriè vniuscuiusque voluntate procedere. Assertio est communis Doctorum sententia, quam indicat D. Thomas 1. 2. q. 81. art. 1. & ibi sequuntur omnes illius Interpretes, & Magister Cumei q. 81. art. 3. disp. vnic. pag. 549. colum. 1. in principio, & venuste, & doctè illustrauit Basili. Legionens. relect. illa 3. eleganti consideratione, quam paucis insinuauit Carharinus de peccato originali paulo antè, §. Collectio doctrinæ, pag. 189. ad finem illis verbis: *Non stetit autem, ergo & nos cecidimus cum illo vni. e. s. & priuati sumus non aliquo quod nostrum esset, sed eo quod dono insuppositum erat, ut ad nos pertineret, & ut aquum erat (attende) de facto Patris penderet; cuius erat*

D. Thom.

Cumei.

Basilius.

Carharin.

secundum naturam nobis thesaurizare, & adquirere. Vbi Ambrosius alludit ad illud Pauli 2. Cor. 12. n. 14. *Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentibus filijs* Atque illud voluit Augustinus Pater illis testimoniis quibus vitur tertia sententia; solum enim intendit peccatum primi parentis peccatum nostrum, & dici, & censerem, quia ex Dei voluntate eramus omnes in illo vnus homo etiam moraliter, quia nostra voluntates in illo erant alligatæ, & coniunctæ tanquam in capite & physico, & moralis, quod rectè explicuit Bernardus serm. 1. de Dominica 1. post Epiphaniam, qui cum sermo esset de peccato originali, ita scribit: *Aliena est quia in Adam, omnes nescientes peccauimus nostra, quia etsi in alio, nos tamen peccauimus, & nobis iusto Dei iudicio imputabatur, sed occulto.* En Doctor mellifluis perspicuè contendit nos in Adamo peccasse, quia illius peccatum censebatur nostrum, & tanquam capitis scelus membrum merito imputabatur occulto Dei iudicio, id est, ex pacto, & decreto quo voluntates filiorum, iuxta id quod consonum erat naturis rerum prudenti consideratione in voluntate primi parentis sunt constituta.

Ambros.

August.

Bernard.

455.

Et quia semel colligationis, & coniunctionis nostrarum voluntatum cum voluntate Adami ex diuina ordinatione meminimus, recolenda sunt quæ de voluntate peccati originalis diximus disp. 9. & illis addendum potiori ratione Deum posse vnus, aut multorum voluntatè alligare voluntati alterius, quam possit Magistratus, aut Imperator, apud quos hæc reperitur potestas etiam illorum resistente voluntate, l. 1. ff. de administratione tutorum, & l. 6. de tutoribus, & curatoribus dandis. Dominium enim diuinum supremum est, & immeritò illi negaretur, quod humano Imperatori iura concedunt. Cum igitur nos aliquid simus proprium Adami, quia illius filij, optime potuit Deus nos & omnia nostra in illum coniungere, ut quod ille fecit & nos fecisse dicamur, & alligare nostras voluntates, illasque voluntati Adami connectere in hoc actu; non verò, in illo proptè libuit æquissimo Gubernatori, & Domino & rerum, & voluntatum nostrarum; eo vel maxime quia ardentissimus est amor parentum in filios, his enim superstitibus læti Patres moriuntur, & ut illis thesaurizent non verentur cum sint copiosissimi, & diuites, veluti si pauperes essent delictis nullis vitam transigere ut filio opulentiores relinquunt. Si ergo (hæc fictio Catholicam pandat doctrinam) Deus quos videbat vniuersos filios Adami rogaret, an vellent iustitiam originalem, cæteraque dona supernaturalia accipere, ita ut hæc omnia in vnus parentis persona constituerent illis pro tempore largienda, ea conditione ut si Adamus tantum conseruaret thesaurum illis omnibus conseruaretur, si verò amitteret etiam illis amitteret, iustitiamque proponeret habere non esse laboriosum quid; aut propria industria querendam, sed illis innascenturam per generationem, hæcque ratione velle & supernaturales diuitias & æternam salutem; illiusque pignus gratiam, & iustitiam originalem in vnus parentis arbitrio conferre, ut ex eo deriuaretur in illos, & aliàs posterius cognitam haberent



habere naturam legem, secundum quam pro natis parentes adeunt pericula, arma capiunt, in aciem produnt vt illis libertatem parent, mare nauigant immensum, proprioque incommodo non attento illis thesaurizant, vt inquit Apostolus, & Catharinus notauit tradiditque Libanius inassertione, quod vero similis sit expositio eorum qua de irato Achille traduntur:

456. Dubitari non potest secundum praecedentem aetimationem posteros responsuros se illa conditione velle iustitiam originalem, & tantum donum habere, & eius custodiam & conseruandi curam in vno parente constitui communi, & cui filiorum salus esset carissima. Id ergo quod Deus vidit ab omnibus probandum iri (huius enim conditionatae veritatis scientia nulla ratione neganda,) aut debere probari secundum prudentissimum iudicium re ipsa effectit, iustitia originalem in Adamo collocavit vt in posteros si conseruaret transfunderet, aut si peccaret transgrediendo praecipuum amitteret, & illis non reluctantibus, non contradicentibus, sed annuentibus potius ex illa scientia voluntates posterorum voluntati primi alligauit parentis, & eas cum illa voluit conseruare, ita vt filij ratum, & firmum haberent quidquid primus parens eligeret, ac si illorum omnium, & singulorum fuisset propria voluntate patratum, & voluntarium esset simpliciter. Cum igitur Adamus peccauit omnes, in illo peccauimus ac si essemus vnicus homo, quia voluntas Adami erat nostra voluntas, & in illa nostrae erant voluntates, non quia illis inhæreret, aut illis esset physice vnita, (hoc enim est impossibile) sed quia Deus vt potuit, & voluit pro suo Dominio morali capiti, & physico nos coniunxit, & nostras voluntates voluntati Adami alligauit & in hoc pacto, non in illo connexit. Debeo hæc Catharino, & Legionensi, & illi Paulo Diuino.

Catharin. Legion.

457.

Ex quibus sententia communis manet explicata, & probata simul, aliis enim confutatis, hic est verus, & commodior modus explicandi Apostolum, & veritatem catholicam asserentes omnes in Adam peccauisse, supposita enim alligatione, & coniunctione voluntatis posterorum, cum Adami voluntate eorum omnium voluntates vna censentur, ac si omnes essent vnus homo, quia omnes eramus in illo etiam moraliter cum ille peccauit, id est non solum secundum originem generis humani, sed etiam secundum voluntatem, & arbitrium ex diuina ordinatione, quia nostra in illo voluntas, & hoc modo intelligendus est August. dum vix primo de peccatorum meritis c. 10. In quo omnes peccauerunt, quando omnes ille homo Adamus fuerunt. Et non aliter praecipue, vt voluit Aegidius, nunquam enim dixit Augustinus posteros Adami illud peccatum eliciuisse, nec perpetrasse illam actionem, licet dixerit nos peccasse, & comedisse in Adam; illud enim est falsum, & impossibile, & aliàs ad veritatem catholicam defendendam, & explicandam minime necessarium: hoc autem verissimum, prudenter enim censetur propter vtramque coniunctionem nostrum illud peccatum, vox enim Patris vox filij habetur, §. ei vero instituta, de

August.

Aegidius.

inutili stipulatione, & eadem vtriusque persona lib. finali, C. de impuberibus. Legatur Bassilius Pontius in illa elegantissima relectione, vbi optime explicat rationem voluntarij in peccato originali, & hanc veritatem iuxta communem, & nostram sententiam declarat. Contra illam vero nihil est quod nouam afferat difficultatem, praeter illas quas disputatione nona tractauimus.

Pontius.



DISPUTATIO XIII.

Quidnam sit debitum contrahendi originale peccatum, vbi, in quo subiecto resideat?

V LGARIVS nihil apud Theologos, quam debitum contrahendi peccatum in posteris Adami; tamen non omnes eodem modo explicent illius naturam, & mihi quidem difficile est in eodem temporis instanti in pueris esse, & debitum iustitiae originalis, & debitum illa carendi, quae carentia vt minimum consequitur originale peccatum; duo enim hæc debita inter se pugnare videntur, non minus quam pugnant inter se iustitia originalis, & illius priuatio, quae ratio forsan fuit in causa, vt aliqui quos tacito nomine refert Salazarius de conceptione, c. 1. §. 8. num. 49. asseruerunt hoc debitum non esse appellandum debitum, aut obligationem habendi peccatum, sed debitum habendi originalem iustitiam. Quibus astipulatur Anselmus dum lib. 1. de conceptu Virginali c. 22. asserit. Quod in illis, ( paruulis scilicet ) non sit iustitia quam debent habere, non facit voluntas eorum personalis, & cap. 3. asseruerat: originale peccatum non est aliud, quam absentia debita iustitia, non enim videtur esse iniustitia, nisi absentia debita iustitia. Et idē sentit Scotus qui 3. d. 3. q. 1. §. Si autem, littera D. explicans qua ratione Beatissima Virgo praeseruari potuerit ab originali peccato, ita scribit. Respondetur quod quilibet filius Adae, naturaliter est debitor iustitiae originalis, & ex demerito Adae caret ea. Et statim docet quod si alicui infundatur gratia in primo creationis instanti, non erit debitor illius iustitiae, & recte quidem; non enim intelligi potest quomodo hæc duo inter se cohaereant quod in eodem instanti pueri sint obligati, & debeant habere iustitiam originalem; quam amiserunt in primo parente, & alias sint obligati ad contrahendum originale peccatum, atque adeo priuationem illius iustitiae originalis, simul enim, & semel sunt obligati ad duo; quae priuatiue opponuntur. Res ergo hæc, quae debitum non proprie appellatur, vinculum, aut necessitas contrahendi peccatum originale potius esset dicenda, aut si termino complexo esset significanda non incongrue asseri posset illam consistere in hoc, quod ex peccato Adami posteri expositi sint & obnoxij transfusioni peccati originalis, nisi aliquo modo praeseruentur ab illo. Qui enim debitum asserunt contrahendi peccatum originale, & simul

458.

Salazar.

Anselm.

Scotus.

459.

simul affirmant debitum habendi iustitiam, non attendunt se paucis pugnancia dicere.

Assero igitur primo in posteris Adae esse naturalem necessitatem contrahendi peccatum originale, & priuationem iustitiae originalis ortam ex peccato primi parentis, si aliàs non praeseruentur ab eo, & hæc necessitas est quam passim appellat Theologi debitum contrahendi peccatum, originale. Dixi hanc necessitatem esse naturalem, quia vt peccatum originale generatione traducitur, non quia sit propria natura humanae secundum se sumpta, sed quia est defectus naturae vitiatæ Adami peccato. Et explicatur; quia eo ipso quod peccauimus in Adamo, supposito peccato de transfusione originalis peccati damnati sumus irremediabiliter (nisi gratia Dei intercedat) ad contrahendum originale peccatum, à quo nostris viribus liberari non possumus, necessitatem ergo habemus contrahendi illud peccatum, contractio enim illa futura est, & non liberè, ac proinde necessariò; tamen enim peccatum illud fuerit voluntarium, & liberum, traductio libera non est, sed necessaria; illud enim quod generatione traducitur formaliter in seipso liberum esse non potest, quamuis in causa liberum fuerit: ergo peccatum voluntarium fuit, transfusio verò necessaria non libera.

460. Salazarius.

Gregor.

Iustin.

Hinc constat quam habeat probabilitatem illa diffinitio, quam affert Salazarius, de conceptione c. 1. §. num. 5. scilicet debitum esse vinculum ciuile, naturale, & pratorium, quo necessitate carendi iustitia originali debita omnes Adami liberi astringimur, & illam desumpserit ex terminis iuris Ciuilibus, sequutus doctrinam Petri Gregorij lib. 2. 1. Syntagmatis iuris vniuersi c. 3. qui obligationum differentias latissime profequitur, explicans illud Iustiniani Imperatoris, lib. 3. institut. c. 14. §. de obligationibus liberorum vbi ait: Obligatio est iuris vinculum quo necessitate astringimur alicuius soluenda rei. Obligatio enim non est idem, quod necessitas, homo enim necessitate est rationalis, non obligatione vlla, vnde ex peccato primi parentis proprius dicuntur posteri necessitati ad contractionem peccati originalis, quam dicantur obligati, & debitores originalis peccati. Adde illam diffinitionem terminos inuoluere, qui non facilem habent explicationem peruiam Theologis, desumpti etenim sunt ex merito iure ciuili, & exactissime debent explicari, vt rectè natura huius necessitatis contrahendi peccatum maneat declarata.

461.

Camel.

Colligo ex his non esse idem (quod voluere aliqui) peccasse in Adam, & necessitatem contrahendi peccatum originale habere, aut quod aliis verbis solet explicari obnoxium esse peccato contrahendo. Peccasse enim in Adam conuenit omnibus posteris etiam non existentibus, omnes enim simul peccauimus; At verò necessitas illa solum in existentibus reperitur, est enim vniciueque propria, vt & peccatum originale; vnde etiam deducitur actualement contractionem illius distingui ab illa necessitate; Contingere enim potest aliquem habere illam necessitatem incurrendi peccatum, & ab illo gratia Dei praeseruari, vt optime ostendit Magister Camel 12. q. 81. a. 3. disput. vnica, con-

clusionem 3. vbi vix sine dubio piissimus, & beatissima Virgini addictus secundum sententiam, quae quinquaginta ante annos erat vulgaris constantissime docet, sacram Deipara non contraxisse originale peccatum, etiam si habuerit necessitatem illud incurrendi. Primum ergo in posteris Adam est peccasse in primo parente. Secundum habere in propria persona necessitatem contrahendi maculam, & conuersionem habitualement ex illa relictam. Tertium hanc maculam de facto contrahere; quæ tria ita inter se comparantur, vt primum sit causa secundi, & tertij: secundi verò causa sit primum; vnde qui in Adam non peccaret, neque necessitatem hanc haberet, neque originale peccatum. Vtrum autem praeniti possit, aut quasi deleri illa necessitas stante generali peccato primi parentis, & posterorum secundum primam illius commissionem, ita ut quis in Adam peccauerit, & illam necessitatem non habeat constabit ex infra dicendis.

462.

Colligo etiam causas huius necessitatis, efficiens etenim moralis (quia physicam non habet) est ipse Adamus per suum peccatum primum auctor illius, & causa originalis peccati; formalis causa est ipsa necessitas, qua premimur, cum enim sit accidens, & veluti quædam relatio transcendentalis ad contractionem peccati ipsa sibi est causa, & ratio formalis; concipitur enim veluti quædam forma animam aut voluntatem efficiens. Finalis causa nulla alia esse videtur, nisi quam Adamus dum peccaret sibi praestituit, vtriusque enim, & originalis peccati idem est finis, nisi dicamus & sine dubio melius causam finalem illius esse inclinare, vel potius cogere hominem ad peccatum originale contrahendum ex peccato primi parentis.

463.

Solum superest, vt causa materialis, aut subiectum in quo residet illa necessitas explicetur; forma enim sine causa materiali in qua recipiatur esse non potest, de qua nulla hactenus fuit controuersia inter Theologos, omnes enim in illud conspirant vnanimiter, vt asserunt personam contrahentem originale peccatum esse subiectum illius necessitatis, & hanc illam intrinsecè efficere. Sed primus, & solus Aegydius Lusitanus affirmat nullum posterorum Adami intrinsecè habuisse, aut habere hanc necessitatem; sed solum extrinsecè, & per primum non esse debiti, pro qua assertionem nullum Doctorem adducit; etsi ad probandum beatissimam Virginem necessitatem hanc habuisse nunquam sibi intrinsecè inhærentem plures sanctorum Patrum laudet, & eorum referat verba. Ita opinatur lib. 2. de concept. q. 4. a. 5. n. 12. & n. 65. asserit enim intrinsecum debitum contrahendi peccatum esse in carne posterorum Adami, in illorum verò persona solum esse extrinsecè, quatenus scilicet toto tempore antecedente vnionem animæ ad corpus durauit illud debitum in carne, vbi gratia quæ futura erat Petri, quod tamen extinctum est in huius conceptionis instanti per actualement contractionem peccati. debitum enim desuit per primum sui non esse, ita ut verum sit dicere, nunc non est debitum peccati originalis, sed fuit toto tempore praecedenti; contractio tamen incepit per primum sui esse, quia verum est dicere, nunc est contractio, & debiti

Aegy.

debiti solutio, & immediatè antea tempore præcedente non fuit. Hanc nouam assertionem vt probet multa, & philosophica, & theologica præmittit, ex quibus rationes deducit, quas latè confirmat, & vocat demonstrationes, & supponit ita debitum, aut remissione, aut solutione illius extingui, vt non possint esse simul debitum, & illius solutio, aut remissio, sed primum esse remissionis, aut solutionis sit primum non esse debiti iuxta doctrinam Ferrar. 4. contra Gentes c. 50. §. aduertendum, vers. præterea, si enim tibi debeo centum aureos, & illos debeo soluere in crastinum, & hodie illos mihi remittis, aut ego soluo, iam extinguitur debitum, quia primū esse solutionis, aut remissionis est primum non esse debiti, quia debitum, & solutio in eodē tempore constare non possunt. Ex qua doctrina conficit sapientissimè hanc rationē. Implicat debitum, & solutionē illius esse in eodē instanti temporis, sed in primo instanti conceptionis Petri, solutio est debiti originalis peccati, & illius contractio; ergo in illo instanti non est debitum intrinsecum, sed extrinsecum peccati originalis, quia nunc non est, fuit tamen in carne Petri toto tempore antecedenti instans conceptionis. Hæc latissimè Egidius. Ex quibus includit debitum peccati originalis, seu illam necessitatem non esse inhærenter in persona quæ inscitur peccato originali; sed causam materialem, & subiectum illius esse carnem, quæ erit altera pars physica illius personæ, quod est contra sententiam omnium Theologorum, & Patrum.

Ferrariens.

Egidius.

464.

Salazar.

Contraria tamen sententia, & communis, & verissima, à qua nullus vnquam discessit, illamque expressit contra Egid. illustriss. Salazar supra citatus. Dico ergo secundò: Causa materialis, seu subiectum in quo recipitur necessitas contrahendi peccatū originale, & in quo inuenitur intrinsecè non est caro posterorū Adami, sed illorum persona, ita vt non extrinsecam, sed intrinsecam incurrendi peccatum, originale habeat necessitatem. Hanc assertionem vt probem, suppono necessitatem hanc, & contractionem peccati originalis non rectè comparari cum debito, & solutione pecuniæ, vt ex Ferrar. asserit Lusitan. in negotio enim pecuniæ, & debitor, & creditor est, & ab illo egreditur solutio, quæ secundum illius materiam permanet apud creditore qui recipit pecuniā, & in quæ creditor transfert dominium solutionis, & pecuniæ ex qua fit satisfactio, at verò in negotio necessitatis peccati originalis, & contractionis illius, neque est debitor, neque creditor, neque solutio, quæ egredietur à debitore, & apud creditore permaneat, vt res propria suis, & cuius verū habeat dominium. Imprimis enim, cui debet filius Adami peccatū, vt verè dicatur debitor, vt debitor pecuniarū, non Deo, quia tanto Dominio solutio non fit, non diabolo, quia ipse non accipit peccatū originale, neque in sua transfert, vt creditor in suam transfert pecuniā, quæ est solutionis materia, non naturæ; quia hæc non est aliud ab ipsa contrahentis persona; debitum verò, & solutio cum dicant relationem, necessariò duo extrema petunt, & aliàs hæc diuersitas extremorum in hoc negotio non reperitur.

Lusitan.

465.

Confirmatur primò, & validissimè quidem, quia materia solutionis non permanet apud de-

bitorem in solutione formalissimè sumpta, sed potius à debitore egreditur, nemòque vnquam soluere dicitur, qui aliquid in seipso recipiat, & nihil transferat ad creditorem, soluere enim non est recipere pecuniā, sed illam alteri tradere cui debebatur; at illa solutio peccati originalis etiā, vt illam interpretatur vulgaris Theologorum opinio, est ipsamet contractio originalis peccati, ac proinde est quid veluti receptum in ipsa persona, quæ dicitur soluere. Peccatum enim originale in peccatore est, non igitur egreditur ab illo, ac proinde non dicit vllum ordinem ad creditorem, quæ doctrina in tanto negotio valde est consideranda.

466.

Confirmatur & explicatur vrgentiùs, quia nec doctrina, & modus loquēdi communis defendi, nec explicari potest in iustitia originali, aut gratia sanctificante, cuius debitum dicuntur habere posteri Adami, quia illis debita erat iustitia ex pacto diuino, & Dei decreto, quòdque soluere dicuntur quando illis infunditur gratia in Baptismo. Cui enim debent originale iustitiam, & cui gratiam sanctificantem soluunt qui abluuntur Baptismo? Si enim nulli soluendam debent, vt verò non debent, quomodo debitores sunt, vbi creditor est qui ab illis gratiam extorqueat, quam ex se soluere nullo modo possunt? Porro nullum esse creditorem est manifestum; solus enim Deus creditor esse posset, quia ab illis amissa iustitiæ posset rationem exigere, & ponere cum seruis fugitiuis, & bona illius dissipantibus; at Deus creditor non est, sed supposita sua libera voluntate, & pacto inito cum Adamo debitor est, & posteri illius, si in iustitia permansisset communis Pater, iure nascenti ex pacto possent à Deo originale iustitiam exigere, vt rem propriam communicandā iure hæreditario à parente, qui non esset transgressus illud præceptum; ea prorsus ratione (merito dempto) quo nunc adulti à Deo ipso qui nihil alteri debet, nisi conuentione facta ex denario diuino iure suo gloriā possunt exigere.

467.

His adde argumentum superius factum, quod quidem hic robustius, baptizati enim tantum abest, quod soluant debitum illud, quod potius in seipsis recipiant inhærenter gratiam sanctificantem, & illam à Deo accipiant, qua ergo ratione debitam gratiam soluunt, si reuera solutio nulla ab illis egreditur; sed potius gratia, quæ dicitur solutionis materia in illis recipitur, & à Deo infunditur propter merita Christi. Est enim res non seria affirmare me centum aureos soluere, quia centum aureos recipio, non est igitur apta loquutio. Soluo debitam gratiam sanctificantem, quia illam in meipso, & ad proprium vsum accipio; non est ergo in posteris Adami (proprie loquēdo) debitum habendi iustitiā, neque debitum habendi originale peccatū, sed proprie carent iustitia, quam habituri erant, si peccatū non intercessisset, & quam ex pacto inito illis Deus debebat, & necessitatem habent contrahendi peccatum, quia in Adam peccauerunt; ac proinde necessitas hæc non congruè cum debito pecuniæ confertur.

468.

Sed occurrit difficultas ex Scoto, qui 2. dist. 37. q. vnic. §. Respondeo n. 10. hoc debitum ita intendit, omne donum est debitum, quod datur ab ipso Deo, dante voluntate antecedente, id est,

Scotus.

est, sine speciali gratia, & merito; sed Adam accipiente iustitiam, filio eius data est iustitia voluntate Dei antecedente; ergo ex illa collatione facta Patri filius debitor factus est illius iustitiæ, consequentia videtur euidens; & minor pater ex lege diuina conferendi iustitiam paruulo si obex non poneretur; maiorem probat Scotus, quia accipienti voluntatem, & gratiam, licet non dentur opera supernaturalia formaliter, dantur tamen virtualiter, quia confertur illi vtrumque eorum principium, & propter hoc factus est debitor bonorum operum.

469.

Respondeo distinguendo maiorem, est debitum Deo tanquam auctori, & Domino, qui donum dedit, ad cuius collationem nulla lege tenebatur ante suam voluntatem concedo maiorem, tanquam creditori cui soluendum sit illud donum, vt soluitur creditori pecunia nego maiorem, & ad probationem dico, deberi hoc modo Deo opera supernaturalia, quæ ex gratia, & libero arbitrio procedunt, quia Deus illorum est auctor, & in eum sunt referenda; non verò quia creditor est, & ita illi soluuntur, vt opera illa non auferat ab hominibus, potius enim in hominibus permanent, illisque immanenter inhærent ad propriam vtilitatem, quod in solutione pecuniarum non inuenitur, vt est manifestum, debent igitur iusti Deo sua opera, sed alia ratione, ac debitor debet pecuniā creditori, vt iam explico.

470.

Ex hac verò doctrina ruunt demonstrationes Egidij, quæ ex inceptione, & desitione rerum debiti scilicet, & solutionis sumuntur, vbi enim neque debitum est nec solutio, nec inceptio, nec desitio reperitur illorum; monstrauimus autem nec in necessitate contrahendi peccatum, nec in carentia gratiæ, & iustitiæ esse debitum, neque in illius contractione, & infusione huius esse solutionem; fallitur ergo vir apprime doctus & ingeniosus, dum putat id quod vulgare est in debito, & solutione pecuniæ, in necessitate contrahendi peccatum, & illius contractione euenire.

471.

Verum nostra doctrina habere videtur non contemnendam difficultatem; quærimus enim creditorem iustitiæ originalis, & non inuenimus, cum tamen Deus creditor sit; qui hominibus primis dedit gratiam originale, & ab illis illam extorquet. Matthæi enim à n. 13. refertur parabola hominis, qui peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & dedit illis bona sua, post multum verò temporis venit, & posuit rationem cum eis. Vbi debitum clarissimè cernitur, & extorquetur solutio, illa autem parabola explicante Magno Gregor. hom. 9. in Euang. Deus & homines exprimentur, qui supernaturalium donorum, quæ sunt bona Dei credita illis rationem reddere coguntur. Deum vero esse creditorem clarè docuit Anselm. de conceptu virginali, & originali peccato; c. enim 27. hæc scribit: *Nam homo non debet exigere à natura, quod ipse non dedit, & quod sibi non debetur, nec iuste redarguit homo hominem cum culpa nasci sine qua ipse non nascitur, & de qua non nisi per alium sanatur; Deus verò rectè exigit à natura, quod dedit, & quod sibi iuste debetur.* Homines deinde esse debitores perspicuè affirmat c. 28. vers. finem, his verbis: *Vade sit, vt iustitia, qua ante Baptismum debebatur ab infantibus sine*

Mag. Greg.

Anselmus.

omni excusatione post Baptismum ab illis non exigatur quasi ex debito. Vbi non asserit Anselm. gratiam, & iustitiam paruulis à Deo deberi, sed potius paruulos esse debitores iustitiæ.

472.

Respondeo. Verissimum est Deum primis Parentibus iustitiam originale dedisse, & posteris suis communicandam actione propriissima ipsius Dei, non tamen ea consideratione vt illam veluti mutuatū sit eis, & vt postea redderent, & soluerent vt debitores, eo modo quo debitor pecuniæ illam soluit creditori, hoc enim est impossibile, vt vidimus, illos igitur iustitia originali ornaui, & nunc ornat gratiā homines alios bonæque sua illis partitur, non tamen vt extorqueat gratiam, & iustitiam, quam auferat ab habentibus illam, & apud se retineat, vt creditor retinet apud se debitoris pecuniā, sed vt exposcat fructus iustitiæ, & opera supernaturalia, quibus homines, & ipsi seruiant, & merita habeant vitæ æternæ; ea ratione qua Pater filio tribuit facultates suas, vt illis negotietur, comparatque sibi plures diuitias, qui post multum temporis cum filio rationem ponit, non vt exigat quam dedit antea pecuniā, illam enim non reperitur donauit, sed vt videat, quam diligentiam adhibuerit filius, quantaque ex negotiarione reportauerit lucra, vbi debitum nullum est, nulla solutio, & si vlla est non pecuniæ, sed lucri est. Tenebatur enim filius, & conseruare capitale, vt aiunt, & illo etiam lucrari; vnde merito Pater rationem exposcit acceptæ pecuniæ. Hoc igitur modo Deus primo homini contulit iustitiam originale, quam in illo acceperunt posteri illius, & tenebantur non dissipare; sed primus parens non sibi, & illis eam amittere, & illi eam si acciperent conseruare. Merito ergo Deus non vt creditor (liberalis enim largitor est) sed vt Dominus rationem exigit infusæ iustitiæ, quam vt grati acceptores tanti beneficii Adamus, & in eo filij acceperunt, & conseruare tenebantur, an peculiari præcepto distincto à præcepto de non gustando fructu arboris vitæ, modo non disputo; ibi ergo & in infusione gratiæ non est proprie ratio debiti. Atque hæc est vera & legitima explicatio parabola talentorum ex Patribus collecta, de quo videri potest Maldonatus Matth. 25. colum. 507. 508. & 509.

473.

Anselm.

D. autem Anselmus velle non potuit Deum proprie esse creditorem, & homines debitores in sensu, quo loquimur. Sed in primo loco solū asseruit Deum dedisse hominibus gratiam, & hoc beneficium illi soli, non alteri non humanæ naturæ deberi, vt qui solus fuerit auctor iustitiæ originalis, qua ratione vulgariter dicimus nos alicui debere beneficium, aut dignitatem, quam habemus, quia ipse illam contulit nobis, non vt eandem illi redderemus vt mutuatam pecuniā, sed vt gratitudinem debitam ostendamus, & auctore aut muneris, aut dignitatis illa conferentem ostendamus. Merito ergo Deus exigit à natura, quod dedit, iustitiam scilicet originale, quam libenter, & liberaliter tradidit, & donauit non creditor, sed Pater, & Dominus. Ex quo explicatum manet testimonium secundum, paruuli enim non proprie dicuntur iustitiam debere, quasi eandem

teneantur soluere, vt soluitur pecunia, sed quia tenebantur illam conseruare; & non amittere in primo parente, quam veluti auctori illorum salutis Deo debebant. Vnde colligitur Anselmus nomine debiti, non debitum proprium intellexisse, sed paruulos iustitiam dixit debere, quia illam secundum rectam rationem erant habituri. Hoc autem vt explicatum est non est illam ritu debitoris debere. Quo etiam modo sunt intelligenda quæ debitorum puerorum nascendi, cum iustitia originali docet c. 2. vbi sapè vtitur nomine debiti: nomine verò necessitatis, non debiti explicat sapè obnoxietatem ad contrahendū peccatum, vt videre est toto c. 8. vbi promittit se ostensurum conceptum virginalem, quo Virgo Deum hominē concepit fuisse à necessitatibus liberū.

474.

Ostendamus ergo iam causam materialem, & subiectum necessitatis contrahendi peccatum originale esse posterorum personas, non verò carnem illorum, ita vt hæc necessitas infantibus intrinseca sit, non tamen solum extrinseca. Hæc prima ratio. Illud est subiectum huius necessitatis, quod & in Adamo peccauit, & quod reipsa contraxit peccatum originale; sed solum posterius Adami, & non illorum caro peccarunt in Adam, & contraxerunt originale peccatum; ergo illi & non caro præcisè sunt causa materialis illius; consequentia est clara, & minor probatur; quia in carne sumpta præcisè voluntas non est, quam posset Deus alligare, & connectere voluntati primi Parentis, vt verè diceretur in illo peccasse, & hac solum ratione posterius in Adam peccauerunt: Vnde caro non peccauit in Adamo, sed tantum posterius illius, & deinde persona non contrahit originale peccatum, vt de se est manifestum. Maior autem ostenditur, quia illud solum potest teneri necessitate contrahendi peccatum, quod de facto illud contrahit; ego enim non premor necessitate subeundi pœnam, quam non subiturus sum, cum igitur caro reipsa non contrahat originale peccatum, quia nec capax est illius conuersionis voluntariæ in capite, nec priuationis iustitiæ, nec necessitatis illud contrahendi potest esse subiectum, premitur enim hac necessitate illud, solum, quod premi, & infici potest ipso peccato, aliàs esset dicendum peccatum originale formaliter esse in carne, aut in semine, quod nullus Catholicorum asseruit.

475.

Secundò probatur conclusio, quia si solum caro, aut semen essent causa materialis huius necessitatis; sequeretur posteros Adami personaliter non habituros necessitatem contrahendi peccatum, & aliàs habituros ante propriam existentiam, illam necessitatem, quam affert secum humana natura, quorum vtrumque est falsum; & alterum illorum simpliciter impossibile. Primum probatur, quia caro ante vnionem persona non est, & solum in illa intrinsecè inuenitur necessitas illa; ergo personaliter posterius Adami non sunt obnoxij peccato, sed solum illorum caro, quod tamen est contra communem sententiam omnium Theologorum, qui semper docuerunt posteros personaliter habere necessitatem incurrendi originale peccatum. Secundum etiam probatur, quia posterius Adami verè premuntur illa necessitate; hoc enim salua fide negari non potest, & non premuntur quando

iam sunt personæ, & existunt in rerum natura, vt fatetur Ægydius: ergo premuntur illa necessitate; & ea astringuntur ante propriam existentiam, vnde inferuntur sine vlla difficultate duo contradictoria, premuntur enim illa necessitate, & non premuntur ea neque illam habent; premuntur, quia id docet Catholica fides, non premuntur, quia nondum existunt, ac proinde realiter non possunt habere illam necessitatem, quam affert secum natura.

Ægydius.

Vnde efficaciter argumentor tertio. Necessitas contrahendi peccatum consequitur humanam naturam ex peccato primi Parentis, sed solum in personis posterorum, & non in carne vt supponitur tempore antecedente vnionem animæ rationalis est humana natura, ergo in posteris, & non in carne intrinsecè subiectatur illa necessitas. Consequentia est euidens, quia sola caro non est humana natura, quæ resultat ex corpore, & anima rationali, necessum igitur vniantur inter se, vt homo resul tet, & illam humanam naturam consequatur illa necessitas; & maior ostenditur, quia ad illud consequitur illa necessitas, quod per peccatū primi parentis fuit maculatum, & iustitia originali destitutum, hoc autem non fuit caro, sed tota humana natura; minor verò monstratur, quia in instanti vnionis est verum dicere, nunc est homo, aut humana natura, & toto tempore præcedenti vnionē non fuit, homo enim incipit per primum sui esse.

476.

Ad fundamentum Augustiniani concedo maiorem, & nego minorem, ostensum enim est in negotio peccati originalis non esse debitum, & solutionem, quæ intercessisse ex Ferrariensi supponit Ægid. ineptè igitur affertur exemplum de debito, & solutione pecuniæ. Alia enim sunt multo aptiora. Imprimis enim ignis intrinsecè habet necessitatem calorem habendi, quam tamen aqua non habeat; vnde si ab vtroque calor auferatur, aqua non habet necessitatem caloris; ignis verò illam actualiter habet, quod si ei calor vnatur, atque adeo illi sit præsentissimus, adhuc perseverat illa necessitas, non quia absit calor, vnitus enim supponitur, sed quia essentia semper petit suas proprietates, & necessitas illas habendi non destruitur si adueniant, sed perseverat semper; semper enim est verum dicere ignē habere necessitatē habendi calorem ex suis principiis. Hæc enim necessitas non est de numero illarum, quæ possessione destruitur. Deinde necessitas, & obligatio in damnatis luendi pœnæ æternæ aptissima est ad hanc rem explicandā, dānatus enim verè soluit pœnam meritā propter peccata, & tamē necessitas illa perseverat, & nunquā destruitur quātumuis solutio ponatur, & habeat durationē æternam.

477.

Dices: ergo etiam infusa gratia per Baptismum, & originali peccato expiato permanet necessitas contrahendi peccatum. Respondeo cōcedendo consequentiam, idque libentissimè, hac enim doctrina facilius paratur via ad defendendum in sacra Deipara non esse, nec fuisse necessitatem contrahendi originale peccatum.

478.

Assero ergo, & dico tertio: necessitas naturalis contrahendi originale peccatum perseverat etiam post Baptismum, & infusa gratia sanctificante non destruitur, etiam si desinat esse originale peccatum. Ita opinatur Gabriel Vasquez 1. tomo in 3. p. disp. 116. cap. 5. à num. 51. Sequitur

479.

Vasquez.

Salazar.

Sequitur Salazar de conceptione c. 15. §. 2. num. 41. & placet doctis iunioribus. Probatur primò: stante principio formali, & causa incorruptibilitatis gratuita perseverat in corpore glorioso necessitas naturalis corruptibilitatis, ergo stante principio formali sanctitatis quo aufertur peccatum originale perseverat naturalis necessitas illud contrahendi: antecedens probatur, & explicatur simul, corpus enim gloriosum ex se, & quatenus consideratur secundum propriam naturam obnoxium est corruptioni, quamuis virtute dotum gloria ab illa præseruetur, & quidem non solum est obnoxium in primo instanti, quo illi dotes gloriæ infunduntur, sed etiam toto tempore sequenti; duo enim illa signa in quibus corpus consideratur in primo instanti glorificationis, alterum naturæ, alterum verò conditionis, aut status semper possunt considerari vt quid distinctum, vt optimè notauit Vasquez citatus numero 52. semper enim perseverat fundamentum corruptionis, scilicet ipsa constitutio corporis cum qualitatibus, quæ habent contraria, vnde semper verum est dicere, hoc corpus spectata sua natura, & compositione corruptibile est, quamuis virtutis dotis gloriæ sit incorruptibile, & ad eum statum peruenerit, vt nunquā ex illius suppositione possit corrumpi. Consequentia verò ostenditur, vtrobique enim eadem est ratio à natura enim in posteris Adæ est illa necessitas. Baptismus igitur tollit maculam, & sordes peccati originalis, sed non extinguit illam necessitatem. Ratio huius est, quia habere necessitatem contrahendi peccatum, nihil est aliud, quam talis esse naturæ & propaginis hominem, vt necessariò contraheret peccatum originale, nisi diuina gratia præueniretur peccatum, & homo conceptus ab illo præseruaretur; sed hæc omnia perseverant etiam abluto originali peccato; ergo toto vitæ illius tempore perseverat illa necessitas incurrendi peccatum; minor ostenditur, rogo enim an homo iustificatus post Baptismum illius sit naturæ, & propaginis, quæ infecta fuit originali peccato, & necessitate premitur contrahendi illud, cum enim per Baptismum non desierit esse talis propaginis, & naturæ, tamen si desierit esse peccator, quia in Baptismo culpa deletur, adhuc perseverat illius origo, & natura.

Vasq.

480.  
Ægydius.

Respondet Ægydius art. illo 5. §. 9. & n. 83. illud corpus considerari, vt immediatè antecedit glorificationem, quin in eo consideretur corruptibilitas, aut incorruptibilitas, vnde sic consideratur, vt indifferens ad corruptibilitatem, & incorruptionem; sed non bene philosophatur Ægydius, quia illa consideratio est corporis secundum se, & vniuersaliter sumpti, vt abstrahit à corruptibili, & incorruptibili, at corpus quod accipit dotes gloriosas non abstrahit à corruptibili, & incorruptibili, est enim corpus humanum, quod secundum suam naturam corruptibile est, & habet dispositiones, vt possit corrumpi, quæ nullo modo aufertur, sed impediuntur incorruptionis munere.

481.

Secundo probatur assertio, & supponamus hominem iam existentem, & qui gratia præseruatus fuit, à contractione peccati, productus tamen per generationem iterum vera genera-

tione produci, quod non est Deo impossibile; tunc sic argumentor: Homo ille nasceretur cum originali peccato; ergo haberet necessitatem illud contrahendi; ergo necessitas illa perseverat, etiam non existente originali peccato. Vltima consequentia est certa, clarè enim deducitur ex prima, & antecedens probatur, supponimus enim illum hominem in illa secunda generatione non fuisse à peccato præseruatum, imò supponi potest ad rem vrgentiùs & clariùs explicandam, & ablatam fuisse gratiam sanctificantem ab illo, sine tamen eius culpa, quod etiam non est impossibile: consequentia verò prima probatur, quia causa contrahendi peccatum est illa necessitas, ea ratione, vt si necessitas non esset, neque peccatum contraheretur. Antecedens autem etiam potest ostendi secundò, quia ille homo verè esset filius Adæ ab illo per generationem procedens ex infecta natura, quod sufficit, & requiritur ad contrahendum peccatum originale.

482.

Dices, illum hominem in eo casu concipiendum in pura natura, quia sine gratia concipitur, & sine peccato, quia illa necessitas contrahendi peccatum non extenditur ad secundam generationem, sed solum reperitur in prima, & aliàs homo non esset naturaliter genitus. Sed contra, quia supponimus illum hominem ordinatum esse ad finem supernaturalem, & nullum intercessisse actum à quo prouenire posset illius deordinatio ab statu gratiæ, nihil enim præter naturale supponimus interuenisse præter quam esse duplici generatione productum, qua stante permanent omnia quæ præcesserunt primam generationem, ita ut nihil sit immutatum. Et præterea aliud est hominem illum naturaliter esse genitum, aliud naturali modo generatum, tamen enim verum non sit naturaliter fuisse genitum, quia nullus naturali virtute secundo generatur, aut produciatur, tamen verissimum est naturali modo fuisse generatum, ex viro scilicet & femina per seminum commixtionem, & non à solo Deo productum.

483.

Dixi consulo, si præseruatus fuisset à peccato originali præueniente gratia illius contractionem, & non si remissum esset illi peccatum per Baptismum, quia exitum quod si hoc illi fuisset remissum, vt nunc paruulis per gratiam baptismalem remittitur, non illud in secunda generatione contraheret, neque peccatum originale reuiuisceret, cum enim peccata semel remissa non redeant, peccatum originale nulla ratione rediret, nec obstant rationes contra illos, qui affirmare possent illum hominem, qui præseruatus fuisset contractionem peccatum originale, quia filius Adami, & quia per generationem productus, quia necessitas non est contrahendi peccatum semper quando homo generatur, sed semel solum, aliàs & peccatum originale rediret, cum iam esset per Baptismum extinctum, & semel & iterum puniretur pro peccato primi parentis priuatione originalis iustitiæ. Dices: ergo tunc generaretur in pura natura. Respondeo distinguendo consequens, in pura natura id est sine gratia, & sine peccato concedo consequentiam; in pura natura, id est vt produceretur homo in puris naturalibus, nego consequentiam, ille enim homo verè

pertineret ad ordinem gratiæ, destinatus esset ad finem supernaturalem, descenderet ab Adamo per naturam quæ in illo fuit infecta peccato, quod ille in prima generatione contraheret. Quod si importunus roges, quæ illi media ad salutem consequendam, præsto est providentia diuina, quæ variis modis posset illa conferre, & conferret de facto ille valde opportunus, si illum efficaciter ad dispositiones ad gratiam sanctificantem moueret, & illis positis gratiam infunderet, vt infudit Adamo.

484.

Ex his inferitur nullo modo posse deleri necessitatem illam contrahendi peccatum in illo qui in Adam peccauit, tamen si posset remitti ipsum originale peccatum quatenus est personale, & quatenus fuit vniuersaliter in Adamo, dum enim infunditur iustitia, & gratia sanctificans peccatum vtroque modo paruulis reperitur remissum, quia cum illo vtroque modo sumptio habet oppositionem sanctitas infusa in Baptismo, at cum necessitate illa nihil est quod habeat oppositionem, nec ipsa gratia, hæc enim tantum opponitur peccato, non tamen principio ex quo resultat, aut nascitur peccatum; generatio enim est veluti principium, aut formaliter loquendo conditio requisita ad actualitatem originalis peccati, & cum illa gratia nullam habeat oppositionem: est igitur illa necessitas indelebilis character, & nota illorum qui peccato originali efficiuntur serui diaboli.

485.

Dices ex hac doctrina sequi hanc necessitatem durare etiam in beatis, ac proinde in cælum intrare aliquid coinquinatum, illa enim necessitas non potest esse munditia, hoc autem est falsum omnino, quia ibi nulla inuenitur captiuitas, nec illius nota, aliàs signa manerent Sathanæ tyrannidis. Respondeo argumentum esse difficile & contra manifestam rationem, qua probauimus perpetuitatem illius necessitatis; sed nihilominus persistendum in sententia proposita, & dicendum obitare nihil, quod perseuerent in gloria aliqua signa Tyranni, qui iam victus est, & superatus omnino, velut trophæa & monumenta partæ victoriæ, quæ beatis non sint dedecori, sed illis semper ostendant quantis beneficiis sint Deo deiuncti, qui eripuit illos de regno tenebrarum, & transfudit eos in regnum adoptionis suæ; considerant enim quid fuerint natura, & à quo ad gratiam perpetuam, & consummatam peruenerint, vbi eis nihi potest nocere. Quod etiam in mortalitate est manifestum; mors enim effectus peccati fuit, per peccatum enim ingressa est in mundum, & tamen corpora gloriosa incorruptibilia ex dotibus gloriæ secundum se & suæ naturæ, prout vitiatæ relicta corruptibilia sunt, in quo aliquis effectus peccati licet obscurus, & sepultus in gloria inuenitur, qui tamen manifeste deletum esse peccatum, & mortem deuictam quæ est gloria triumphatoris illustris. Mortalitas enim non ad puram naturam, sed ad corruptam hominis pertinet, vt docet Anselmus lib. 1. Cur Deus homo c. 11. statim in principio. Hinc nata illorum consideratio, qui existimat Virginem sanctissimam habuisse debitum, vt vocant, & necessitatem contrahendi peccatum originale à quo fuit præseruata, vt maior esset illi mate-

Anselm.

ria laudum Deo referendarum maiorque gloria Redemptoris. Bene ad rem nostram, sed non ad Virginis immunitatem, in qua nec obscurissima captiuitatis vestigia nunquam admittam.

486.

Nec necessitas illa veram libertatem minuit, quam à seruitute peccati habemus per merita, & mortem Christi Domini, asserente non semel Scriptura sacra ad Romanos 6. 18. *Liberati autem a peccato serui facti estis iustitiæ.* & 20. *Cum enim serui essetis peccati liberi facti estis iustitiæ.* Et Ioann. 8. 36. *Si ergo vos filius liberauerit vere liberi eritis.* Et alibi sapissime, vere liberi, quia seruitus peccati vera captiuitas, eaq; durissima. Recte August. ad illa verba Ioannis: *O miserabilis seruitus! plerumque homines cum Dominos malos patiuntur, venales se petunt non querentes Dominum non habere, sed saltem mutare; seruus peccati quid faciat? quem interpellat? apud quem se quidem petat? Deinde seruus, hominis aliquando sui domini duris imperiis fatigatus fugiendo requiescit. Seruus peccati, quò fugiet? Secum se trahit quocumque fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia, non est quò eat, sequitur a se, imo non recedit à se, peccatum enim quò facis intus est.* Ab hac ergo misera seruitute liberati verè liberi sumus Christi gratia, translati ad statum filiorum, & tamen remanet in nobis fomes peccati effrenatus concupiscentiæ equus semper contra rationem ad malum inclinans deorsumque trahens voluntatem nostram, qui nota quidem seruitutis est, causatus enim est à peccato, & perseuerat vera libertas remisso peccato tum originali, tum actuali, quod clariùs intelligeretur, si vera esset sententia Durandi, qui 3. d. 3. q. 3. num. 6. 7. & 8. asseruit fomitem posse ligari, non autem extingui etiam in Patria, ibi enim summa libertas est; & tamen perseueraret expressior diabolicæ tyrannidis nota, sed hanc sententiam refellunt passim Scholastici, & periculosam vocat Ægidius Lufitanus tomo 3. de beatitudine, lib. 4. q. 20. §. 3. num. 13. & q. 21. art. 2. §. 2. num. 3. de quo nos aliquid dicemus, cum de extincto fomite in beatissima Virgine disputemus, legatur sanctus Thomas Romanorum 6. 18. & 20.

August.

Durand.

Ægidius.

S. Thom.

487.

Si cui verò displiceat illa nota seruitutis in gloria, neque assequatur quomodo cum illa perseuerat vera ingenuitas, & libertas, asserere poterit necessitatem contrahendi peccatum non esse perpetuum, sed extingui, & aboleri cum remittitur originale peccatum, perseuerare tamen dum illud non deletur, quia necessitas contrahendi hanc maculam non habet oppositionem vllam cum illa; quemadmodum necessitas habendi calorem in igne nullam habet oppositionem cum ipso calore, sed perseuerant simul, & in eodem instanti in hoc elemento. Vnde infringitur facile vis argumentorum, quæ valde Ægidius magnificat, & necessarium non est vti illis inceptioibus, & desitionibus rerum. Adueniente vero gratia baptismali, & desinit esse peccatum originale, & illa necessitas, cum qua gratia habet saltem oppositionem mediata, cum sit radix necessaria peccati originalis. Quod in concupiscentia nõ reperitur, quæ licet inclinet ad malum potest moderari & frenari imperio rationis, & sic nõ necessitat ad peccatum.

Verum

488.

Verum ex hac solutione nascitur difficultas; sequitur enim ex illa, quod nullus possit præseruari gratia diuina à contractione peccati originalis, quin etiam liberetur à necessitate illud contrahendi, quod tamen videretur esse contra communem sententiam, eorum præcipue qui existimant Virginem Sanctissimam non contraxisse peccatum originale, & tamen iudicant in illa fuisse illam necessitatem. Explicatur: gratia sanctificans ita opponitur mediata saltem illi necessitati, vt simul, & in eodem instanti non possent esse in eodem subiecto; sed si aliquis in conceptione per gratiam habitualem præseruaretur à culpa, necessitas illa desineret esse, ac proinde tunc in homine præseruato non inueniretur; ergo non posset præseruari à peccato originali, quin etiam præseruaretur à necessitate contractionis illius.

489.

Responderi posset concedendo sequelam, & negando falsitatem, quam argumentum intendit, ibi enim non esse intrinsecam necessitatem est necessarium, vt rectè probatur ex illa oppositione, saltem mediata inter eam, & gratiam sanctificantem. Vnde si Deus decerneret aliquem præseruari à peccato originali, necessitate consequenter, liberabit eum à necessitate illud contrahendi, hi enim duo fauores sunt inter se necessarij, & inseparabiliter connexi, atque adeo non habebit necessitatem intrinsecam, & proximam, sed solum extrinsecam, & remotam, quatenus scilicet præseruatur à peccato originali, peccauit in Adamo, & remotè necessitatus fuit ad contrahendum originale peccatum, cum enim capax non sit necessitatis intrinsecæ, & inherens stante gratia præseruationis, & aliàs omnis necessitas non tollatur cum in Adamo peccauerit, vt minimum remanet extrinsecæ, & remota necessitas, quæ extrinsecæ dicitur non in sensu quem sequitur, & defendit Ægydius, sed quia non intrinsecè inuenitur in subiecto, vt inueniretur si non præseruaretur à macula originali. Hanc doctrinam negat Vasquez 2. tomo in 3. part. disput. 116. cap. 3. num. 32. quia existimat illas duas necessitates remotam, & proximam inter se recipiari, quia si puer in se non esset obnoxius peccato, neque in primo parente potuisset habere vllam necessitatem. Sed hæc ratio petit principium, etenim hoc vltimum est quod negauimus, & negamus.

Ægyd.

Vasquez.



DISPUTATIO XIV.

Virum alma virgo Maria potuerit infici peccato originali, & ab illo præseruari gratia diuina?

490.

NON disputo an Sacra Deipara fœdari potuerit macula Adamiana, id enim altioris est instituti, & infra cum piissima nouitate tractandum, sed solum an Virgo Maria sumpta secundum humanam naturam, quam ab Adamo participat, & præcisè illa quali na-

tura maternitatis potuerit concipi in originali peccato. Neque rursus inquiri, an simul, & semel potuerit infici peccato, & ab illo præseruari, hoc enim manifestam inuoluit contradictionem, sed difficultas est, an supposito, quod alma Virgo fœdari potuerit culpa primæua potuerit etiam ab hac macula ita præseruari vt non illam incurreret, sed ita diuina gratia præueniretur, vt illius conceptio esset sancta & purissima; non enim defuere, qui existimarent hanc præseruationem non esse possibilem. Nec etiam verituti in dubium an ex vi præsentis decreti Virgo potuerit concipi sine peccato, sed an absolutè & simpliciter id fuerit possibile, nam si asseratur semel fuisse præseruatam à peccato ex vi præsentis decreti, & prædestinationis, certissimum est non potuisse maculari, quia saltem ordinaria potentia peccatum, & gratia simul esse non possunt.

491.

Dico breuiter primò. Alma Virgo Maria, vt dicit humanam naturam, & dignitate potuit in sua conceptione fœdari originali peccato. Assertio est indubitata, & facilius apud illos, qui existimant ita de facto contigisse & ex vi præsentis decreti, & probari potest primò, quia Virgo Maria ortum habuit ab Adamo per naturalem propagationem, & aliàs non potest negari quantum ex propria natura colligi potest comprehendi potuisse sub pacto de contrahendo peccato si Adamus violaret præceptum illi positum de non comedendo fructu arboris vitæ, quæ duo sufficiunt ad contrahendum originale peccatum; potuit igitur secundum se sumpta illud contrahere, cum non sit aliquid in Virgine ita considerata, quod illam eximat à plaga hac insanabili, nisi adstet gratia diuina. Secundò potest ostendi quia humanitas Christi Domini secundum se considerata, & vt præscindit ab vnione ad verbum diuinum potuit infici peccato originali, vt necessariò omnes affirmant, & tractat Granado de Conceptione Virginis Immaculæ disput. 2. sect. 3. ergo eadem ratione Virgo Maria potuit turpari illo peccato, vt sic enim non considerantur illi applicata merita Christi, nec dignitas vlla, quæ repugnantiam habeat cum originali piaculo.

Granado.

492.

Sed mirum est virum sine dubio doctissimum asseruisse humanitatem Christi Domini potuisse habere peccatum originale sumptam absolutè, cum sectione secunda illius disputationis probet ex professo immunitatem à peccato originali fuisse naturalem, & non gratuitam respectu humanitatis, quæ duo inter se nulla ratione cohærent. si enim illa immunitas humanitati fuit naturalis, miraculum esset quod contra propriam immunitatem haberet peccatum originale, ordinaria enim potentia id contigere non potuisset; vnde necessarium omnino esset, quod extraordinaria virtute, & peculiari decreto induceretur peccatum in naturam, quæ ex se, & ex propriis meritis postulabat immunem esse à peccato. At Deus non vititur extraordinaria potentia ad inducendum peccatum; quia hoc esset concurrere ad peccatum, non solum, vt causam generalem, sed vt causam particularem.

B b 4

Deinde

493.

Deinde fundamentum quo Magister Grando asserit hanc naturalem immunitatem in Christi humanitate difficillimum est: affirmat enim humanitatem Christi petere ex propria rei natura descendere à parentibus, qui in Adamo non contraxerint originale peccatum, sed qui omnino essent extra pactum, & conditionem Adam, & alia via possibili ex alio parente procederent, nouit enim Deus scientia sua infinita plures homines, qui natura sua perunt non procedere ab Adamo, hos autem non tangeret peccatum originale, sicut posteros Adam non tangeret peccatum, si commissum non fuisset. In hac autem doctrina primo illud videtur difficile, quod humanitas Christi petat ex propria rei natura descendere à parentibus, qui ab Adamo non procedant per naturalem propagationem, cum enim id non suadeat naturalis ratio, probandum est ex diuina reuelatione; haec enim verò id non est reuelatum: & explicatur difficultas, quia vel foemina illa ex qua simul cum viro petit ex natura sua produci humanitas illa est Virgo Maria, aut alia distincta foemina, distincta esse non potest, aliàs Christi humanitas esset à foemina à qua non petit procedere ex propria natura, & in hoc veluti violentiam pateretur illa humanitas, sicut & pateretur violentiam, cum non procederet à viro, à quo petebat procedere. Violentum enim est quod est contra subiecti naturam, & cum illa humanitas à viro non procederet vt petebat violentiam, pateretur sine vlla dubitatione, semperque perseveraret in illa appetitus ad generationem ex viro, vt in lapide existente supra Lunam semper perseveraret appetitus descendendi ad proprium centrum, quis verò vnquam asseruit hunc appetitum esse in Christi Domini humanitate. Deinde Mater illa ad quam dicit ordinem illa humanitas non posset esse Virgo Maria, aliàs peteret illa humanitas descendere à parentibus, non solum non existentibus in eadem temporis differentia, sed etiam à parentibus, quorum alter extiturus erat nunquam, quod videtur impossibile, quia ordo ille esset ad parentes, qui ex congressu illam prolem haberent, atque adeo simul existunt in eadem differentia temporis, aliàs enim generatio illa non esset possibilis, vt per se est manifestum, at id falsum esse constat, quia quod nunquam est extitutum non potest esse coeuum rei absolute existenti.

494.

Secundò difficile est illam humanitatem petere necessario procedere à duobus parentibus, cum Adamus ex propria rei natura non petat à parentibus procedere. Explicatur hoc, quia supposito vnionis hypostatice ordine necessarium erat omnino dari humanitatem, quæ nullo modo esset à viro, Deus enim factus homo per generationem de viro, & foemina non potest oriri, vt superiori vestigatione ex doctrina sanctorum monstrauimus: ergo & necessarium erat dari humanitatem, quæ non peteret à viro & foemina, procedere, sed suapte natura peteret à sola foemina produci concursu, & opere Spiritus sancti, & declaratur amplius, quia cum omnes homines supposito decreto de illorum productione cum dependentia ab

vnico principio petant parentem, qui ab alio non descendat per generationem necessario constituendus erat, atque adeo possibilis homo, qui primus omnino esset, & non peteret procedere per generationem alterius, sed à solo Deo per creationem, qui sine dubio hoc modo productus cognoscebatur à Deo: cum ergo possibilis fuit homo creatus quin peteret produci per generationem, cur non possibilis est humanitas, quæ ex propria natura peteret produci & generari solum à foemina, quod si hæc possibilis est, cur hæc non fuit humanitas Christi Domini, quæ de facto non processit à viro. Adde quod decet proculdubio humanitatem hanc ita esse immaculatam, & puram, vt nullo modo infici peccato potuerit, si autem humanitas Christi Domini peteret produci à duobus parentibus, sine dubio non peteret esse immaculata, quia saltem ex propria rei natura posset infici peccato; si verò humanitas Christi Domini solum diceret ordinem ad Matrem & non ad Patrem, consequenter esset asserendum hanc humanitatem non posse infici originali peccato, etiam vt præscindit à Verbi vnione, quia ex propria indiuiduatione petit non produci per generationem; ex alia verò parte impossibile videtur dari humanitatem, quæ petat solum à foemina procedere, quia illi Deus hypostatice vnionem, ex hoc enim sequeretur dari humanitatem, quæ ex propria rei natura peteret hanc vnionem, quod videtur omnino impossibile. Sed responderi posset illam humanitatem petere procedere à sola foemina, ea tamen ratione, vt non peteret vniri personæ diuinæ, cum purus homo posset generari, & indifferens tamen esset, vt diuina, aut humana personalitate subsisteret; vnde ordo ille solum esset ordo potentie obedientialis, non naturalis, atque adeo non generaretur cum determinatione ad vnionem hypostatice ex sua natura, sed id haberet solum, & ex gratuita Dei electione, & ex beneficio diuino.

495.

Dico secundò. Alma Virgo Maria potuit præseruari ab originali peccato gratia diuina, ita vt illud non contraheret etiam per instans in sui conceptione. Assertio est contra Alexandrum Alensem 3. part. quæst. 9. Membro 2. art. 1. Richardum 3. dist. 3. art. 1. quæst. 1. & vniuersos qui dicunt non potuisse Virginem redimi per Christum nisi esset in peccato originali concepta, sed amplectuntur illam omnes, qui asserunt beatissimam Virginem conceptam fuisse sine peccato originali, & ex contraria sententia auctoribus Caietanus, & qui cum eo sentiunt possibilem esse redemptionem præseruatiam, de quo disputatione sequenti, & ex professo tractant Suarez & Vasquez: ille 2. tomo in 3. disp. 3. sect. 4. Hic disp. 116. qui tamen inter se non conueniunt, & Vasquez tacito nomine, vt solet, Suarium refellit & vterque supponit beatam Virginem habuisse necessitatem contrahendi peccatum originale, quod falsum esse ostendimus, disp. 19. si Deus dederit. Ratio assertionis est, quia ex nullo capite potest afferri repugnantia, etiam si verum esset Sacram Deiparam in Adamo peccasse, & necessitatem illam contraxisse, quia lex generalis semper censetur ita à legislatore sup-

Alens.  
Richard.

Caietan.

Suar.  
Vasquez.

Vasquez.

D. Thom.

496.

premo pendere, vt possit si velit in illa dispensare, cur ergo Deus in lege illa generali de contrahendo peccato cum Matre dispensare non posset, etiam si lex illa & antecedens esset & efficax, vt reuera fuit, non enim opponuntur efficax voluntas in Deo de contractione peccati originalis in vniuersis posteris Adam, & voluntas efficax circa Virginem sanctissimam de illius contractione, vt putauit Vasquez, cap. 2. à num. 14. quia cum lex semper subordinetur legislatori in illa potest dispensare, quin illam reuocet, aut ex parte retractet, si explicet solum se velle legem in his omnibus efficaciter impleri, non verò in aliis, non enim à se abstulit vim dispensandi ex eo quod habuerit illam efficacem voluntatem antecedentem, semper enim lex etiam efficacissima habet adiunctam illam conditionalem, si ego in hac lege non dispensauerim, quod etiam Vasquez concedit cap. 4. illius disputationis à num. 36. & tradit aperte D. Thomas 3. part. q. 27. art. 1. ad 2. affirmans potuisse esse regenerationem ante natiuitatem, atque adeo Virginem beatissimam fuisse sanctificatam antequam natam; id probat, quia Deus potentiam suam legi Sacramentorum non alligauit.

Nec valet illius argumentum sumptum ex eo, quod si Deus decreuisset efficaciter dare omnibus gloriam antecedenter, nullo pacto posset illam alicui denegare; sequeretur enim Deum suam voluntatem reuocare, quod est impossibile, in promptu enim est solutio, & discriminis ratio, efficax enim voluntas per modum absoluti decreti dandi omnibus hominibus gloriam, non intelligitur subiecta potestati diuinæ voluntatis, ita vt illam reuocare possit si sibi placuerit. sic enim haberet duas voluntates efficaces inter se contrarias, quod in Deo est absolute impossibile, & contra efficaciam, & vim voluntatis absolute. At voluntas efficax comprehendit omnes homines sub peccato Adam habet vim legis, quæ in suo proprio conceptu assert quod non tollat à legislatore vim dispensandi in illa, si voluerit, sed semper illius potestatem conseruet illam, vnde voluntas legem concedendi efficax est ad vtrumque, & ad comprehendendum sub illa vniuersos, & ad dispensandum cum aliquibus si legislatori placuerit, non quod de facto dum legem constituit dispenset actu in ea, sed quia illa stante potest in illa materia perinde se habere ac si nullam legem statuisset, & efficaciter velle quod aliqui non comprehendantur in ea, vnde si statuat hoc, manifestum fit se velle suo iure vti, & efficaciter noluisse sub illa lege hos comprehendere; si enim supposita illa voluntate legem ferendi, & lege lata non posset legislator suspendere legem, & aliquos ab illius executione liberare, lex iam non esset lex, quæ ex propria natura supponit voluntariam potestatem legislatoris ad excipiendum aliquem à lege, quod si hoc verum est in humano legislatore, qui aliquando concedit priuilegium, & exceptionem à lege, de quo non cogitabat quando legem tulit, vt notauit ipse Vasquez cap. illo 4. num. 38. cur non erit possibile in Deo, qui scientia sua infinita cognoscit priuilegium quod contra suam legem est con-

Vasq.

cessurus, præcipue cum in eodem signo possit intelligi velle legem esse vniuersalem, & aliquid contra illam priuilegium concedere. Vnde non est ad rem instantia de voluntate efficaci dandi omnibus gloriam, quia hæc non habet rationem legis, vt illam habet voluntas de transfundendo Adam peccato, & carentia originalis iustitiæ. Est enim serid aduertendum Deum efficaci voluntate voluisse illam condere legem, quæ ad omnes extenderetur, & illos comprehenderet, non autem habuisse post conditam legem voluntatem efficacem comprehendendi vniuersos in lege illa, si hanc habuisset, non posset illam reuocare, quia illa non haberet rationem legis, sed decreti efficaci puniendi in vniuersum omnes posteros primi parentis; duplex ergo voluntas est distinguenda, & prima concessa neganda secunda. Cætera, quæ assert Vasquez contra Suarium nos non premunt, qui ex aliis principiis in hac materia de conceptione procedimus.

497.

Illud verò quod asserit, scilicet beatissimam Virginem Mariam non potuisse prædestinari ad perpetuam, & nunquam interrompendam sanctitatem supposita præuisione peccati originalis verum non est; ad illud enim quod re ipsa contingit optime potuit Sacra Deipara prædestinari; si ergo in illius sententia Virgo non contraxit originale peccatum eo quod in primo instanti conceptionis fuit gratia præuenta, & hanc nullo modo amisit; certissimum est, & habuisse gratiam perpetuam, & per consequens optime potuisse ad hanc perpetuam sanctitatem prædestinari, & hoc ex meritis, & Passione Christi, quæ qua ratione Virgini fuerint applicata suo loco discutiam, & nunc solum addam Sacram Deiparam prædestinatam ad perpetuam gratiam, quàm à solo Deo, & non ab Adamo acciperet, vt acciperent posteri Adami si ille in iustitia perseverasset, & hanc fuisse gratiam redemptionis à vero Redemptore profectam, ad quod non fuit necessarium Virginem beatissimam in Adamo peccasse, aut debitum, & necessitatem contrahendi peccatum habuisse in seipsa, vt alij habent infantes, sufficit enim meritis Christi Domini electam fuisse in matrem, qua electione necessitas illa cessauit, vt iam alij notarunt.



## DISPUTATIO XV.

*Vtrum Sacra Deipara immunis nata ab originali peccato maiestate sue nature.*

**N**ON CONSIDERATE admodum (ne quid grauius dicamus) loquutus est Caietan, qui apud Catharinum lib. 4. contra ipsum, & apud Cordubam, lib. 1. quæst. 44. consideratione 4. in opusculo de concept. seu tract. 1. cap. 1. 2. tomi opusculorum asseruit pium tantum, & probabile esse asserere Sacram Deiparam natam fuisse sine originali peccato: factum enim suo iam declarauit Ec-

498.

Caiet.

clesia

clesia immunem à tanta labe auroram hanc pulcherrimam processisse; ante mille enim annos hanc celebrat festiuitatem, vt ostendit noster Petrus de Oña in tractatu de conceptione, quem inseruit suis nouissimis; at certissimum est non posse ab Ecclesia celebrari nisi quod sanctum est, quod inter alios supponunt S. Thomas 3. part. quæst. 27. art. 1. in argumento Sed contra. Durandus in 3. dist. 3. qu. 2. Richardus quotlibeto 15. quæst. 13. & explicat Vasquez disp. 114. cap. 2. quo genere argumentandi vtuntur Bernardus Epistola 174. ad Canonicos Lugdunenses, & noster Illesonius cuius verba præterire nefas existimem, alias autem (inquit) *Quomodo Spiritu sancto illam replente non sine peccato originali fuit, cuius etiam natiuitas gloriosa Catholica in omni Ecclesia Christi ab omnibus felix, & beata predicatur? Enimvero si non beata esset, & gloriosa, nequaquam tam festiua celebraretur ubique ab vniuersis, sed quia tam solemniter colitur, constat ex auctoritate Ecclesie quod nullis quando nata est subiicitur delictis, nec contraxit in utero originale peccatum. Vnde si Hieremia dies, atque Iob maledicta pronunciatur, dies inquam natiuitatis eorum, tamen dies quando inchoata est felix Maria natiuitas beata pronuntiat, & recollitur religiose satis. Quod si in peccato esset, iure maledicta diceretur, & gemebunda potius, quam benedicta quando nunciatum est Patri eius, quod nata esset in secula. Nunc autem quia vniuersam benedictione sua illustrat Ecclesiam, non immerito sanctificata in Spiritu sancto colitur veneranda.* Hactenus Illesonius, meritò ergo hanc sententiam sequuntur ex Scholasticis S. Thomas, Alenfis, Bonauentura, Richardus, Paludanus, & omnes quicumque asserunt sacram Deiparam etiam conceptam sine originali peccato, & illam satis significant, & exponunt ex Patribus Bernardus, Illesonius, Damascenus, Nicephorus Victorinus, & Abbas Rupertus, quorum verba asserunt Vasquez citatus, & alij. Legatur Canis. de beata Virgine lib. 1. c. 5. & seqq.

Alenfis.  
Bonauent.  
Richard.  
Paludan.

499.  
Mag. Greg.

Verum in hanc Catholicam doctrinam est difficultas, quia iuxta sententiam Magni Gregorij lib. 1. Moralium c. 4. *Nullus nascitur sanctus, sed sanctus efficitur præter Christum Dominum.* Tractans enim illud Iob; cap. 28. *Non adæquabitur ei Topatium de Ethiopia.* Ita scribit: *Ne acceptis quisque virtutibus extollatur à sancto viro nunc dicitur. Non adæquabitur ei aurum Topatium de Ethiopia, ac si aperte dicat, nullus sanctorum quibuslibet virtutibus plenus ex ista tamen nigredine mundi collectus se aquare potest ei de quo scriptum est, quod enim ex te nascitur sanctum; nos tamen et si sancti efficitur, non tamen nascimur, quia ipsa natura corruptibilis conditione restringimur, vt cum Propheta dicamus, ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me Mater mea. Quibus in verbis assumit tamquam opposita duo hac effici sanctum, & nasci sanctum, quia ille verè nascitur sanctus, qui suapte natura ita nascitur.* Et paucis interiectis: *Aliud est enim natos homines, gratiam adoptionis accipere; aliud vnum per diuinitatis potentiam Deum ex ipso conceptu produisse.* Et vtgetur difficul-

tas ex Ambrosij reperita sententia: *Solus per omnia Dominus Iesus contagia corruptela immaculati partus nouitate non sensit, & celesti maiestate depulit.* Videtur ergo Doctor vterque sentire Mariam purissimam sanctam natam non fuisse, sed solum sanctam effectam; id quod ex illorum verbis adstruit Ambrosius Catharinus lib. 2. de conceptione, pagina 36. Ita enim scribit: *Maria autem, quia sancta egressa est ex utero, sed non natura propria maiestate, ideo effecta est sancta, non nata.*

Dicendum tamen existimo sacram Deiparam natam fuisse sanctam, & sine macula originali vi naturæ propriæ maiestatis; priorem partem huius assertionis, quæ catholica est variis rationibus probant Doctores, & illa est efficax, quæ sumitur ex sanctificatione Hieremiæ, & Ioannis Baptistæ quam Vasquez explicat, & elucidat, vt constabit ex multis, quæ de purissima conceptione inferius dicenda. Posteriori in qua aliqualis est nouitas, vt probem recolo illud quod prima vestigatione multis ostendi, in Virgine scilicet sanctissima præter humanam naturam, quæ substantialis est, reperiri aliam quasi naturalem accidentaliter vi cuius constituitur Mater Dei per modum principij efficientis in actu primo, vt posset generare Deum hominem, quæ cum sit principium, & radix omnium perfectiorum, quæ in sacra Deipara reperitur est Augustissima illius maiestas, & ratio potissima propter quam illi infusa est gratia, & innocentia purissima quæ quidem tametsi non possit dici propria Virgini, quia illam non habet à principiis humanæ naturæ, potest dici propria, quia est illi intrinsecè inherens, etiam intimè afficiens, quamuis à Deo accepta, & per peculiarem generationem supernaturalem, quæ vt constat in infusione gratiæ semper terminatur ad participium formale diuinæ naturæ Virgini immaculatæ communicatæ, vnde constat discrimen inter Mariam sanctissimam, & Christum Dominum. Redemptor enim Deus homo maiestatem, qua depulit in natiuitate, & conceptione piaculum (quæ est propria illius, & diuina natura) à Patre diuino tanquam à principio accepit, & non ab extrinsecò habuit, sed à propria diuinitatis substantia, vt illi communicabatur, & communicatur à genitore diuino; at beatissima Virgo non habet hanc maiestatem substantialiter, sed accidentaliter solum, illamque ab extrinsecò principio, à Trinitate scilicet, licet generatio hæc peculiariter Patri diuino tribuatur, & ratione illius singulariter dicatur illius filia Maria sanctissima: ergo maiestatem, quam Pater communicat filio substantialiter communicando illi propriam naturam communicauit accidentaliter Virgini sanctissimæ, vt singularissimo modo esset filia Patris æterni, & Mater filij diuini, vt latius citato loco explicabam.

Ex quibus & probo, & declaro hanc singularem excellentiam sacre Deiparæ, illa persona formalissimè loquendo nascitur sancta, in cuius natiuitate vi propriæ maiestatis, & naturæ quamuis accidentalis impeditur originale peccatum, sed in Natiuitate Virginis impeditum

Ambros.

Vasq.

500.

502.  
Ambros.  
Gregor.

ditum fuit originale peccatum vi maternitatis diuinæ & singularissimæ filiationis; ergo nata est sancta sacra Deipara vi naturæ propriæ maiestatis modo explicato. Consequentia est euidentis; & minor in qua est difficultas probatur, quia maternitas sacre Deiparæ, & habet rationem quasi propriæ naturæ estque Augustissima Maiestas, & penè diuina dignitas in sacra Maria, quæ ex propria sui ratione formali habet naturalem oppositionem cum peccato originali, quia est summa munditia, quæ potest reperiri in persona creata vt latius ostendebamus primis huius vestigationis disputationibus. Hac ergo maiestas propria tametsi à Deo liberè infusa, & præditum fuit originale incendium in conceptione Deiparæ, ac proinde vi huius tantæ, & veluti infinitæ Maiestatis nata est sine originali peccato, cum quo rectè stat fuisse in illo instanti sanctam effectam, quia persona Virginis ex propria humana, & substantiali natura hanc sanctitatem, & immunitatem non afferebat, sed habuit vi, & causalitate formæ sanctificantis, scilicet maternitatis, quam illi personæ Deus infudit, & sine qua posset produci. At verò Christus Dominus, non effectus sed natus est sanctus, quia naturalis sanctitas non fuit liberè addita illius personæ, nec potuit nasci sine illa, est enim Christi Domini substantia diuina.

Ex quibus procliuè est explicare Ambrosium, & Gregorium, solum enim intendunt solum Christum Dominum ex vi generationis nasci Deum, quod nos concedimus, non tamen sine sanctitate natam esse Mariam, quæ non ex vi generationis, sed gratuita liberalitate Dei, & nata est, & concepta in singularissima puritate. Adde vterius Christum Dominum nouitate partus propriissimè depulisse & impediisse originale peccatum; at beatissima Virgo non depulit illa quasi natura peccatum, sed Deus media illa sacra maternitate depulit, & impediuit originale peccatum, vt mediante gratia Deus expelleret peccatum ab homine quem iustificat, ipse verò non dicitur expellere peccatum, quia gratiam efficienter non causat, licet propriis actibus se ad illam recipendam disponat.

Et vt hoc etiam dicamus, quod forsitan nullus ad hanc considerationem aduertit, sanctitas Marianæ natiuitatis ex eo efficitur credibilior, quod nulla persona ex illis quæ immediatius quam alia pertinent ad Christi Domini generationem, aut nata aut producta est cum peccato; sed vel in utero Matris ab illo est mundata, aut præseruata, ne laboreretur in illud, idque beneficio Trinitatis, quæ natura sanctissima, & mundissima causa est Incarnationis Filij diuini. Principio enim sanctissimus Mariæ sponsum, & Christi Pater Ioseph tametsi putatiuus solum non verus, mundatus fuit in utero Matris ante natiuitatem, vt piè medietur Gerson; forsitan enim vt hæc illius excellentia significaretur, proponetur illi Christus vt Deus, qui Abrahamo, & Dauidi promittitur homo, & Rex Matth. 1. *Quod enim in ea natum est dicitur Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Ex quibus verbis aliqualem Paternitatem Ioseph erga Christum

Gerson.

Chryost.

501.

Dominum colligit Chryostomus homil. 4. in cap. 1. Matthæi, proprium enim est genitoris, & Patris imponere filiis nomen, vt sacra pagina docet, & constat etiam ex profana doctrina, idque explicat sic: *Quod est proprium Patris, quodque nihil infuscat Virginis dignitatem, hoc tibi facile concedo, vt scilicet nato nomen imponis, tu enim illum primum vocabis.* Pende lector dimidiatæ Paternitatis rationem, & elicies purissimam fuisse conceptionem, & natiuitatem Deiparæ: *Nihil refuscat Virginis dignitatem.* Quasi diceret Chryostomus, si hæc nominis imponendi potestas aliquomodo Virginis dignitatem infuscar, nullo modo tibi eam concederem. At & infuscat, & denigrat matris dignitatem, quod concepta fuerit & nata in nigredine mudi, hoc enim titulo peccatū originale Greg. Magn. infamat, & id Deus filius permetteret. Permitteret Pater, & Spiritus sanctus, sed hæc nō mihi parergon. Verū Christum, vt Deum propositum Ioseph notauit Rupert. Abbas, lib. 1. in quatuor Euangeliis, c. 6. Ita enim scribit: *Ecce enim in hoc generationis libro tres isti sunt Patres insignes Iesu Christi hominis Regis, & Dei, & secundum hæc tria ternariū esse aduertimus incrementum promissionis Christi, quæ ad ipsos spiritualiter facta est, scilicet Abraham, Dauid, & Ioseph. Denique homo intelligitur in promissione, quæ ad Abraham hoc modo facta est. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Tam autem Rex ea promissione nuncupatur, quæ facta est ad Dauid. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam; Porro beato Ioseph promittitur tanquam Deus, dum ei dicitur. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* En ergo Ioseph promissus Messias, vt iustissimus Saluator, & Redemptor, ac proinde, vt Deus, qui saluum faciat populum à peccatis, vt vel sic inueneret Angelus in negotio salutis filium Mariæ sibi futurum Deum, qui si non à peccato originali præseruaret (hæc enim excellentia propriissima sacre Deiparæ) saltem ante natiuitatem, ab hac lepra mundaret, quia Pater illius putandus, & illi nomen Iesu Saluatoris impositurus, vt Pater licet non naturalis, aliquo modo participaret munditiam, quæ Matri naturali in conceptione fiat communicata, & qui tam proximus fuit Deo propter Mariam, & sapius, vt fas est existimare, puerulū Deum hominē factum, aut suscitauit de paliure, aut manū suam supposuit, ne collideretur tantus Dominus factus pusillus, si non præuētus ne caderet (id enim nunquā asserendum) post casum saltem ante Natiuitatem mundaretur in utero, vt Patrem Christi, & sponsum purissimæ Dei genitricis decebat.

Deinde Baptista Ioānes cuius natiuitatis dies etiā extra Ecclesiam solemniss, quia præcursor futurus Domini creditur sanctificatus ex utero matris suæ, & hic est cōmunis consensus Ecclesie, cui salua fide non est refragandum. Multis multi hanc veritatē ostendunt. Seligo duos, qui munditiā præcursoris, quasi originale esse senserunt Chryologum, & Abbatē Ignatij, quem doctorē exaggerationum aliquando vocabam enguaricum. Hæc Petrus Rauenas, serm. 87. Merito Ioannes in utero exultat, qui originis

Abbas.

504.

Ignat.

Garr.

suæ libertatē antenosse, quā esse meruit, ante meruit sentire, quā vivere, & cætera, quæ in eadem sententiam prosequitur. Garric. verò singulari, quo pollet acumine hæc sermone 3. de præcurfore pronuntiat: *Omnino Saluatori proximus erat, qui non solum copula sanguinis coniunctus, sed etiam gloria annunciationis, nouitate natiuitatis sanctitate pæne originali prædicatione cõsimili, auctoritate baptizandi, virtute patiendi ante mortales alios, & proprius accedebat.* Hanc verò singularem gratiam Baptistæ collatam, quia Saluatoris præcurfor, & vox illum iam aduenisse annuntians tradidit Augustinus Pater dum affirmat statim post sanctificationem, quia ore proprio non valuit materno prophetiam adorsum: *Adhuc in utero Matris sua Spiritu sancto est repletus, & suam ipsius natiuitatem prophetando præuenit, ad similitudinem Domini sanctificatus antequam natus intra viscera exultans, & Saluatoris aduentum Materno ore protestans.* Hæc sermone 20. de sanctis. Similis Domino Baptista quia illius Propheta, & præcurfor. Augustino Patri, quasi idem Theodorus Studita, qui oratione, de natali præcurforis scripsit: *Accipi signum Zacharias rei conueniens, nempe sermone soluto silentium, quod viuum sermone, & qui consistit est ei parientum.* Sed de tam propera sanctitate ipsius gratiæ; gratia enim est Ioannis alibi differendum. Legatur de hac Thesi Antistes Cerdensis, de Verbo incarnato Academ. 33. sect. 3.

August.

505.

Tertiò, illud sane mirabile, quod Angelus Gabriel nunciaturus verbi incarnationem à peccato Luciferi, quod committere potuit suæ naturæ relictus insatiabili Dei amore sit præseruatus. Audiamus Magnum Basilium, qui homilia quod Deus non sit auctor malorum, quæ in illius operibus solet non annumerari, rem ita diffinit. *Gabriel Angelus est, & Deo superastitit, Satanas item Angelus, & ex ordine suo profusus cecidit, & illum propria voluntas in celo retinuit, hunc verò voluntatis libertas celo deiecit. Poterat enim, & ille à Deo descere & ille non cadere sed illum insatiabilis Dei dilectio seruauit, &c.* Quibus in verbis pende illa vltima: *Insatiabilis Dei dilectio seruauit.* Quæ exarauit explicata differentia inter Gabrielem, & sathanam, & cum posset simpliciter asserere illum Dei dilectione seruatum, addidit insatiabili, quod ego de dilectione erga Angelum solum non intelligerem, quia assequi non possum, cur illa dilectio præseruatiua respectu Angeli dicatur insatiabilis, si enim talis esset factiari nunquam potuisset, nisi Angelos apprehenderet? Existimo igitur dilectionem insatiabilem apud Basilium solum illam esse, qua Deus factus est homo, & de qua Ioannes: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Dilectio enim hæc sola verbi diuini ad humanitatem potuit factiari vnione hypostatica, quæ propter hanc rationem à Paulo dicitur nimia: *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus.* Ergo qui sciebat ex hac dilectione Deum futurum hominem nuptiasque celebraturum cum humana natura, quam desuperiebat, idque in carne, & ex carne virginea, vt tantæ desponsationis esset Paranimphus, & nuntius sancti mysterij. Gabrielem seruauit à

peccato Angelorum, illumque immunem asserere voluit, vt expers peccati nuntius Virginem, & alloqueretur, & adoraret, & gratia præseruatiua, non solum homines, sed Angelos etiam attingeret, quia vt scitè dixit Damascenus oratione secunda de dormitione Deiparæ. *Sursum sacrorum fluminum fontes fluunt.* Dilectio igitur generis humani sursum fluit, & Gabrielem, quia futurus nuntius seruat à peccato superbiæ, quo Lucifer, & Angeli eius sunt maculati. Ad rem nostram Taumaturgus or. 3. de Annuntiatione: *Missus est à peccato liber ad illam, quæ omnis corruptionis expers erat.* Ac si asserat, quia mittendus ad virginem omni peccato liberam Gabrielem fuisse expertem peccati; non enim decebat ad purissimum mysterium nuntiandum mitti qui deturpatus esset peccato. Ideo enim nullus homo mittitur ad Virginem sanctissimam, quia quicumque mitteretur erat infectus originali piaculo.

Damasc.

Taumaturg.

506.

Vltimo illud est mirabilius, quod originale peccatum, quod nullam sanctitatem potest habere, saltem inanem imaginem religionis, & vmbra, tamen non lucidam patientiæ ex Virginis conceptione videatur habere, quod pulchra profopoeia Dauid declarauit, qui transitum Hebræorum per mare rubrum describens hæc festiue protulit, quæ plena mysterijs. *Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum.* Psalm. 93. 3. vbi Genebrardus *Profopoeia due omnia ad aduentum Dei, præter naturam ordinem commota sunt.* Quid ergo vidit Mare, vt tanta celeritate Israël aufugeret; vel potius ita staret immobile ne super Hebræos ascenderet, vt ascendit super Ægyptios ac si procul, & longe fuisset? Id quod Regium poëma descriperat: *Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israël potestas eius.* Cernebat Mare illum populum peculiariter à Deo electum singulari dilectum affectu propriumque illius & peculiare, & regnum Exodi 15. num. 5. & 6. Cernebat, quod illū sanctificasset, & separasset à cunctis gentibus, vt de illo, & in illo nasceretur filius Dei in carne homo, futurus. Cernebat quod inter transeuntes Mare rubrū progenitores Iesus, & Mariæ venirent, idque colligebat ex diuina assistentia ad populum, & religione plenum venerationeque ductum tantæ maiestatis, conuersum est retrorsum, fluctus antea liquidos areos effecit, & quod terribile, & impatiens ante transitum montes voluebat, & inuoluebat aquarum, patienter tulit donec in progenitoribus suis Deus homo, & Maria sicco pede, & discrimine nullo litus attingerent, quia tanta maiestas, increpuit Mare rubrum, & exsiccatum est. Psalm. 105. Belle ad rem Marianam Cæsarius Arelatensis. *Nec immerito eos hostis non attingit, lux præcessit, fluctus expanit, sic Propheta testatur, & increpuit mare rubrū, & recessit, & iterum mare vidit & fugit. Quid vidit? sine dubio illud terribile, & profundum assistentis inhorruit maiestatem, & ad præsentiam sui recessit auctoris.*

Psal.

507.

Pulchre Saluianus, lib. 1. de Gubernatione Dei: *Israël officiosa vndarum patientia, liberatus est.* Nam vt Mare vidit tantum mysterium recesserunt aquæ velocitate, & breuitate non visa, & dum inferiores quæ allatæ præteruolant, superio

Saluan.

supiores vrbane admodum, veluti si essent lapideæ subsistunt ex liquida Christallo Adamatinus paries, sine murus exurgit, & licet natura impatientes superuenientibus fluctibus inferebant vim, & vt etiam consistenter magno nisu curabant donec oppositam, & littoralem arenam Israëlitam calcaret, & huic aut religioni, aut patientia debeant Hebræi, quod sicco pede transissent, ita vt calcamenta illorū, qui plantis Alcinoos quasi hortos calcarent, neque stillula aquæ aspergerentur vnquam; officiosa enim vndarum patientia sunt liberati. Ad rem igitur nostram Christi passio, mors, merita, sanguis ad immunitatem Marianam dirigebantur potissimum, sacra enim Deipara, & primogenita Redemptoris, & solum Incarnationis opus, vt quæ nunquam maculanda nec proxima necessitate peccandi, vt quid enim ad nostras detrudenda sordes? patientia ergo diuina in Matris conceptione facinora patrauit eximia, & quia peccatum originale oceanus est cuius amarissimas aquas etiam Baptista Ioannes ebibit, & mortuus est peccato in propria persona, aquæ enim illæ impatientes, & quæ nemini parcant, sed vniuersaliter omnes homines stirpis Adamianæ adoriantur, & prosternant impune, Deus, qui vt Deus in conceptione asstitit matris radiantis amictus decore & regia maiestate togatus increpuit originale peccatū, quod tumentes fluctus suos maiestatem, & Filij, & Matris aspiciens (O caeleste prodigium à Christi patientia) religiose veneratione compescuit & patientia sua tardauit, vt sacra Deipera mundi lætitia gratiæ portum attingeret in sui conceptus instanti; merito ergo peccati originalis, & vndarum tristium huius oceanis infœlicis officiosa patientia Virgo purissima est liberata. Hæc in gratiam Christiani oratoris, vt & multa, quæ inferius promenda, hoc enim vestigatio, quæ tanquam scopum Marianam puritatem collimat, qua potuerimus dexteritate prætermisso aliquando scholastico stylo, mysticis floribus est amœnanda.

ipse multa daret in aliorum natali die, ipse infœlix nullum in suo acciperet.

*Natali Diodore tuo conuina Senatus,  
Accubat, & rarus non adbibetur eques.  
Et tua tricenos largitur sportula nummos,  
Nemo tamen natum te Diodore putat.*

Inurbanū certè erit Imperatrici Augustissimæ, cælorū Reginæ, Principi facierū munusculum quale quale illud sit læta manu non mittere. Nullā verò sacra Deiparæ, gratius quā Apologia pro illius cõceptione purissima, & sibi gratissima, quia illius propugnatur immunitas etiam ab originali peccato, & gloriosissima filio, qui eminentissimo modo illius assertor Redemptor illius. At hæc disputatio sine pugnis erit, sine ferro, sine sanguine, his enim natalis dies sacra Deiparæ non est polluendus: rectè, & ad rem Ouidius 3. fastorum de quinquatruum festis diebus.

Ouid.

*Sanguine prima vacat, nefas concurrere ferro,  
Causa quod est illa nata Minerva die.*

Nec mirum hæc præfatiuncula niteat his præter morem vernantibus floribus; Ianua enim est huius intellectualis certaminis, & in die natali ferra, coronæ, flores, lumina etiam valuis suspensa, imò & in capitolio ara cincta, & vincita verbenis, & odoriferis floribus, Præclare Horatius lib. 4. Ode 11.

Horat.

*Ridet argento domus, ara castis  
Cuncta verbenis auct immolato  
Spargier agno.*

Et hic etiam etsi ara non sit proponendus agnus, qui sacra Deiparæ contulit lucidam puritatem. Mariæ enim immunitas à sanguine Christi Domini, qui purissimus agnus Matrem à fœditate peccati originalis, prouide seruat. Iam ergo ad rem.

SECTIO I.  
Negatiua sententia.



DISPUTATIO XVI.  
Vtrum Sacra Deipara in sui conceptione præseruata fuerit, ne contraheret originale peccatum.

508.

**A**c fœlicissima luce, (qua calamum ad sacram controuersiam veluti inuiti ad-mouemus, & manum; nam cum de peccatis agitur de sacra Deipara cum Augustino Patre nullam vellem habere quæstionem) natalis est dies beatissima Virginis Mariæ, cuius vita gloriosa cunctas illustrat Ecclesias. Quod si in die natali Imperatorū, Principum, & etiā vitorum illustrium illis munera missa, quæ semper gratissima, vt docuit noster amicus Martin. de Roa de die natali sacro, & prophano c. 13. & ostēdit Plinius lib. 4. Epistoliarum, & facetè Martialis dum pungit Diodorum eo quod cum munera

509.

Artem negantem Beatiss. Virginem Marianam præseruatam fuisse in suæ conceptionis momento à peccato originali, atque adeo affirmantem in generali macula conceptā docuerunt Antiquissimi, & grauiissimi Theologi D. Thom. 1. 2. q. 81. art. 3. vbi docet originale peccatum in omnes homines excepto Christo deriuari, & ex peccato Adami deriuatū fuisse, sed expressius 3. p. q. 27. art. 2. c. & ad 3. & 4. & 3. d. 3. q. 1. art. 1. q. 1. & in 4. d. 43. art. q. 1. Alexander Alenf. 3. p. q. 9. membro 2. art. 1. 4. & 5. Bonauent. 3. d. 3. p. 1. dist. q. 2. art. 1. Richard. ibidem, q. 1. art. 1. Durand. q. 1. n. 8. Paludan. q. 1. Ægyd. Roman. 2. d. 29. q. 1. dub. 1. in illiterali, & d. 30. q. 1. art. 4. c. & fufus quodlibeto 9. q. 20. Gregor. Ariminenfis, eodem d. 30. q. 1. Henricus quodlibeto 15. q. 13. Generaliter omnes Thomistæ: Capreol. Caiet. Hispalens. Ferrara Canus, & Vincent. Vandel. Medina Spina, & alij qui imitantur D. Thomam, & D. Antoninum 1. p. tit. 8. c. 2. vt & Soto Maior in c. 4. Cantico-rum, vbi Galatinum reprehendit & nouissimè

D. Thom.

Alenfis.  
Bonauent.  
Richard.  
Paludan.  
Ægyd. &c.

Roa.

Plinius.

ex aliis Franciscus Syluius, 3. part. quæst. 27. art. 1. qui solus inter recentissimos, sine nouo motiuo, sine recenti luce hanc sententiam affirmat. Et quod mirum est sequitur Richardus de S. Laurentio, lib. 12. de laudibus Virginis partic. 4. capite 4. & antea libro 5. titul. 7. §. collocauit, & §. de candore Mariæ ad finem, & eodem lib. 12. partic. 3. cap. 1. §. aliter, quæ ascendit, & alibi sæpè etiam vsque ad nauicam, quam etiam sequuti ex iurisperitis Hostiensis, Speculator; Archidiaconus, Cardinalis Turre Cremata, Ioannes Andreas, Calderinus, Glossa, Hugutius, & alij nonnulli quos citat Ægydius Lusitanus de conceptione lib. 3. quæst. 1. art. vnico §. 1. Placuitque summopere Hæreticis Matthiæ Ilirico, Tilmanno Heshusio, Martino Chennitio, Ioanni Caluino, èstque communis Nouatorum consensus.

510. Probat, primo testimoniis Sacræ scripturæ, in quibus generaliter asseritur omnes posteros Adami contrahere originale peccatum 2. Corinth. 5. Si enim vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus. Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Romanorum 5. In quo omnes peccauerunt; & rursus 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Ab hac autem generalitate, quam etiam astruunt Concilia sine peculiari reuelatione nullus est excipiendus, neque beatissima Virgo.

511. Probat, secundo auctoritate Sanctorum, qui generaliter docent, aut omnes homines præter Christum Dominum in peccatis esse conceptos, idque sine vlla alia exceptione, aut peculiariter asserunt sacram Deiparam infectam fuisse originali peccato: de horum numero solum inueniuntur Bernardus, qui Epistola illa 174. ad Canonicos Lugdunenses hoc nomine celebratissima, non solum affirmat Beatissimam Mariam conceptam in originali peccato, sed id latè confirmat, & Canonicos reprehendit, quod celebrent conceptionis festum, cuius firmissima verba suo loco adducemus. Et Rupertus Abbas qui 2. tomo lib. 1. in Cantica ad illud. Quia meliora sunt uerba tua uino, hæc de Virgine scribit. Et tu quidem ueraciter dicere potueras, ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me Mater mea, cum enim esses de massa, qua in Adam corrupta est hereditaria peccati originalis labe non carebas; sed ante faciem huius amoris, peccatum aut illud, nec aliud stare potuit ante faciem huius ignis, stipula omnis interijt, ut sanctum totum fieret habitaculum. Addit Syluius Fulgentium, qui in libro de Incarnatione capite 6. scribit. Caro Maria, qua in iniquitatibus fuerat humana solemnitate concepta, caro fuit utique peccati, qua filium Dei genuit in similitudinem carnis peccati.

Bernard. Rupert. Syluius. 512. Inter Patres uerò, qui generaliter docent omnes homines præter Christum Dominum turpatoz fuisse labe primæua. Primus sit Ambrosius, qui libro 2. in Lucam ita loquitur: Solus enim per omnia ex natis de femina San-

Ambros. Pontif. Leo. August. Greg Mag. Fulgent. August. Ambros. August. Remigius. Beda. Chrisippus. Richard. Nazianz. Suarez. Valquez.

ctus Dominus Iesus, qui terrena contagia corruptele immaculati partus nouitate non senserit, & celesti maiestati depulerit; similia habet, lib. de penitentia cap. 2. Omnes homines sub peccato nascuntur. Et concludit, Christi autem caro damnauit peccatum, quod nascendo non sensit. Secundus summus Pontifex Leo sermone 1. de Natiuitate Domini: Vna cunctis latitia communis est ratio, quia Dominus noster peccati mortisque destructor, sicut nullum à reatu liberum reperit; ita pro liberandis omnibus uenit. Et statim affirmat in Christi Natiuitatem non illud aptandum, nemo mundus à sordel, quia in illam eo quod singularis nihil de carnis concupiscentia transiuit. Tertius sit S. Augustinus, qui libro de perfectione iustitiæ cap. 11. ait. Aliud est esse sine peccato, quod de solo in hac uita unigenito dictum est, aliud sine querela. Et lib. de peccatorum meritis, & remissione c. 29. Solus sine peccato natus est. Et loquebatur de Christo Domino, quod repetit tract. 4. in Ioannem, & lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorum c. 4. Quod (scilicet mortem sine causa subierit) de nouo solo mediatore Dei, & hominum homine Christo catholica fides nouit, qui pro nobis mortem, hoc est peccati penam sine peccato subire dignatus est. Quartus sit Gregor. Magnus, lib. 18. moralium c. 27. aliàs 35. explicans illud Iob. 18. Non adæquabitur ei, &c. Hæc protulit. Ille solum ueraciter sanctus natus est, qui ut ipsam corruptibilis natura conditionem uinceret, ex commixtione carnalis culpa conceptus non est. Ac si diceret, ideo ueraciter sanctum quia non à viro genitus est, & consequenter assereret omnes qui ex viro nascuntur necessario maculari. Quo etiam modo loquutus lib. 11. cap. 26. aliàs 28. Solus ergo in carne sua uerè mundus extitit, qui delectatione carnis tangi non potuit. Quintus Fulgentius Ruspensis lib. de fide ad Petrum cap. 2. Solus igitur abstulit peccatum conceptionis, atque natiuitatis humana Deus unigenitus, qui dum conciperetur ueritatem carnis accepit ex Virgine.

His possunt adnumerari, qui affirmant carnem Virginis fuisse carnem peccati, aut illam fuisse mundatam: uidentur enim supponere illam antea fuisse infectam peccato, & maculatam. Augustinus, Ambrosius, Eusebius Emiffenus, quorum uerba attulit Valquez 2. tomo in 3. partem disp. 117. cap. 1. & clarissimè Anselmus, qui lib. 2. cur Deus homo capite 16. dum inducit Bonofum interrogantem, qua ratione fuerit possibile, ut Christus assumens naturam de carne peccati, sine peccato fuerit conceptus, ita ut Azimum sine peccati fermento acceperit, rationem dubitandi proponit hoc modo. Nam licet ipsa hominis eiusdem conceptio sit munda & absque carnalis delectationis peccato, Virgo tamen ipsa unde assumptus est, est in iniquitatibus concepta, & in peccatis concepit eam Mater eius, & cum originali peccato nata est, quia ipsa, & in Adam peccauit. Item addo Remigium, Bedam. Chrisippum, Richardum, Victorinum, & ante hos omnes Nazianzenum, quos asserunt Suarez, Valquez,

Pontif. Leo.

August.

Greg Mag.

Fulgent.

August. Ambros.

Remigius. Beda. Chrisippus. Richard. Nazianz. Suarez.

SECTIO II.

Affirmatiua sententia iam in Ecclesia communis seligitur.

Valquez. Ægydius. Granado. Salazar.

514.

August.

515. Bonauent.

August.

Valquez, Ægydius, Granado, Salazar, & alij locis infra referendis.

Nec desunt rationes ad hanc sententiam probandam, quas solum attingam, nonnulli enim eas explicarunt. Prima, quia sequeretur Virginem sanctissimam, nec debitum habuisse, aut necessitatem contrahendi peccatum originale; vix enim explicari potest hæc necessitas si in sui conceptione non habuit originale peccatum. At hoc est absurdum. Secunda, quia aliàs Virgo Dei genitrix non esset à Christo redempta, quia ut Socimus Papa docuit referente Patre Augustino Epist. 157. Nullus nisi qui peccati seruus est liber efficitur, neque redemptus dici potest, nisi qui uerè per peccatum fuit antea captiuus. Tertia, quia aliàs conceptio Christi Domini non esset singularis in puritate à peccato, quæ duo sunt etiam absurda. Quarta, quia Beatiff. Virgo peccauit in Adamo, & consequenter peccatum originale contraxit. Quinta, quia habuit effectus peccati originalis. Sexta, quia fuit baptizata, effectus autem Baptisimatis fuit, & est expulsiō originalis peccati. Septima, si mortua fuisset Sacra Deipara ante Christi Ascensionem cælum neutiquam intraret, quia sicut filius illam redemit, sic clauis ante ianuam cæli aperuit, descenderet itaque ad Limbum, ubi sedes illorum, qui peccatum originale traxerunt. Octaua, quia puritas conceptionis Mariæ Christo Domino irrogat iniuriam, & aliàs impuritas Mariana magis commendat Redemptoris potentiam, qui de massa peccati fecit vas honorificum, sicut (exemplum est Syluij) ars figuli, aut Scribæ, si de uase con fracto, aut inepto calamo uas, & calamum faceret optima. Nona tandem, quia necessariò infusio gratiæ supponit iam productam sacram Deiparam in priori instanti temporis, & cum ante animationem non potuerit sanctificari, necessariò sanctificanda fuit post animationem.

His adde rationem, qua utitur Bonauentura citatus sententia negans Sacram Deiparam præseruatam fuisse à peccato originali est communior, rationabilior & securior: ergo hæc sententia est asserenda, & nunquam opposita. Communior, quia omnes ferè illam tenent, nullus enim inuenitur dixisse ex his quos audiuius, auribus nostris, (inquit Doctor Seraphicus) Virginem Mariam à peccato originali fuisse immunem. Rationabilior, quia esse gratiæ supponit esse naturæ, vel tempore, vel natura, ideo enim Augustinus dicit prius esse nasci, quam renasci; si ergo caro Mariæ infecta fuit, nata erat animam inficere. Securius, quia magis consonat pietati, & honor Regiæ iudicium diligit, nefas igitur est, quod propriissimum filio arrogari Matri, neque id gratum Dei genitrici, qui filium suum plusquam seipsam uult honorari: alias rationes consulo omitto, quia sunt minoris momenti.

516.

D. Thom.

Tu. Gregm.

Capreolus.

517. Hugo.

Catharin.

Viguerius.

Leonardus. Taulerus.

Dicendum tamen est Sacram Deiparam in suæ conceptionis instanti diuinitus præseruatam fuisse, ne contraheret originale peccatum, atque adeo in suo conceptu, & in momento, quo anima fuit vnita corpori incontaminato fuisse immaculatam, inuiolatam, purissimam atque sanctissimam. Assertio est iam consensus vniuersalis Ecclesiæ, si aliquos, illosque paucissimos excipias, qui amore sancti Thomæ, & illius, ut putant addicti doctrinæ constanter negatiuam amplectuntur sententiam. Sed conclusio nostra est satis antiqua apud scholasticos, & illam clarissimè scripsit Doctor Angelicus 1. d. 44. q. 1. art. 3. ad 3. ubi dissertè hæc scripsit: Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquod creatum inueniri quo nihil purius esse potest in rebus creatis si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas Beatissima Virginis, que à peccato originali, & actuali immunis fuit. Hæc eadem habet in opusculo 4. in expositione salutationis Angelicæ, quod nec potuit negare Turrecremata, ut affirmat Catharin. tract. 1. de conceptione ad Concilium Tridentinum c. 6. pag. 61. §. Quintò non mouemur; & meo iudicio eam insinuauit 3. p. q. 27. art. 4. non quod illam significet, sed quod semina rationum efficacissimarum constituat ad probandam hanc puritatem, & præseruationem, quod amplius infra deduco. Nec refert diuerso modo uerba D. Thomæ intellexisse Capreolum, qui apud Catharinum tract. 2. de conceptione pag. 53. in lib. 2. §. Quam variè, existimat D. Thomam intelligendum esse de puritate quæ fuit in Virgine ex illo momento qui post animationem fuit sanctificata; quia uerba Angelica sunt clarissima, & hanc non patiuntur explicationem. Puritas enim quæ supponit peccatum non est talis, ut nulla maior puritas possit esse in rebus creatis; maior enim puritas esset, quæ nullum supponeret peccatum, aut culpam. Nec refert secundo, quod alij affirmant D. Thomam mutasse sententiam, dum enim constat pro utraque scripsisse; non constat quam reuocauerit, nec quando commentarios in sententias & summam scripserit, & tandem negari non potest aliquando Doctorem Angelicum in pia fuisse sententia, & ad illius confirmationem motiua plura, & efficacia scripsisse.

D. Thomam sequuntur ex illustri Dominicanorum Familia, Hugo Card. de sancto Caro, qui perspicuis uerbis id asserit in cap. 11. Luc. & etiam cap. 10. Ambrosius Catharin. utroque tract. de concept. qui conatur, & non infelicitè D. Thomam semper fuisse in sententia piissima. Viguerius in suis institut. cap. 18. §. 5. uersiculo 2. in hæc uerba: Dicendum est quod ipsa sola speciali gratia præuenta fuit, & præseruata à peccato originali. Leonardus de Atino in suo sanctorali. Ioannes Taulerus, ut proculdubio piissimus sect. de purificatione. C c 2 Beatus



**Beltran.** Beatus Ludouicus Beltran, qui non solum immunitatem Virginis proficitur, sed limatissimo iudicio. Existimat S. Thomam, Bonaueruram, & alios, qui maculatam conceptionem videntur docuisse, si his temporibus viuerent illam reuocatos sententiam referente Iustiano iam citando. Guillelmus Pepinus in sermone de conceptione, & ex recentioribus Vincentius Iustinianus, tum in additionibus ad Historiam S. Ludouici Beltrani, quam edidit anno 1593. tum in tract. de concept. vulgato anno 1615. vbi ait se audiuisse plurimos Dominicanos populo predicantes immaculatam Virginis conceptionem sine vilo peccato originali. M. Cabrera insignis Thomista, serm. de concept. Stephan. Mendeto tom. 1. de excellentiis Virginis Mariæ lib. 3. à c. 33. per plura sequentia. Abraham Bzouius in festo concept. qui ait Mariam sanctissimam in originatione demonem contriuisse pede sanctificationis, ita Panegyrico 10. M. Laurent. Gutierrez Academia Complutensis doctissimus Antecessor in serm. illo, quem habuit ad Philippum Tertium de immaculato conceptu Deiparæ, qui Complutum rediens publicè ad discipulos testatus est se Deo immortales agere gratias, quod vota illius compleuerit, desiderabat enim vehementissimè publicè nunciare Virginis Mariæ conceptionem immaculatam, & mirabilem; & his nostris diebus, & ab anno Domini 1622. in Hispalensi ciuitate, & in aliis Andalucie prouinciæ plurimi purissimam conceptionem annunciant. Nec immerito cum sanctissimus eorum Patriarcha in pia fuerit sententia, quam tradidit etiam Magister Generalis illius familiæ Herueus, si commentaria, quæ circumferuntur nomine Anselmi non sunt sancti Doctoris, vt verius existimat Bellarm. Card. lib. de scriptoribus Ecclesiast. Doctores ergo contrariæ sententiæ præcipuè Thomistæ si negant commentaria illa in Paulum esse Anselmi incidunt in Herueum. Si hunc inficiuntur esse illorum auctorem tribuunt nobis Anselmum. Eligant quem voluerint, aut S. Anselm. aut eorum Generalis Magister piam sententiam amplectitur, & Manuale Prædicatorum Hispali excusum abhinc centum, & quindecim annos ex consensu religionis, & re maturius considerata, quis dubitet? Hæc habet. Ordo Prædicatorum sustinuit hucusque opinionem, quod B. Virgo fuit concepta in originali, sed iam de hoc non est curandum, cum sit materia nullius vtilitatis, & valde scandalosa, præsertim cum tota ferè Ecclesia iam asserat quod sit præseruata. Aduerte scandalosam appellare materiam, nullius vtilitatis asserere, & vniuersam, ac totam ferè Ecclesiam iam asseuerare esse præseruatam à peccato originali, si ante centum, & quindecim annos tota ferè Ecclesia in piissimam conspirabat sententiam, ita vt sine scandalo contraria prædicari non posset. Quid post integrum sæculum non absolutè conciperet? Præcipuè cum constet viros sanctissimos si aliquando subscribere contrariæ opinioni illam postmodum reuocasse, vt constat in B. Albert. Magn. qui cum in illam inclinasset 3. d. 3. art. 4. & 5. retractauit in lib. de laudibus Mariæ cap. 166. quod antea norauit Canisius lib. 5. de B. Virgine cap. 27.

Sed inter viros Dominicanæ familiæ nullus luculentius hanc veritatem docuit, quam doctissimus M. Soto, qui ad cap. 5. Epist. ad Rom. tractans verba Apolloli: *In quo omnes peccauerunt*, grauius hæc scribit. Absit vt vllum hic verbum de sanctissima Virgine genitrice Dei faciam. Vtrum videlicet hac sententia concludatur necne; nam etsi Concilium Tridentinum decretum Sixti innouando libertatem fecerit sentiendi in vtramque partem, est tamen exceptio Virginis ab hac vniuersali sententia Pauli vsque adeo celebris non modo inter plebes, sed etiam inter bonos Doctores, quales præcipuè sunt illustrissimi Parisienses, vt si qui sibi hanc exceptionem persuadere non possunt, vt cui Paulus refragari videatur, haud tamen debeant publicitus talem prodere disputationem, adeo id absque inuidia, & odio nequirent facere. En grauius Doctor silentium imponit contrariæ sententiæ ante Paulum V. & Gregor. XV. Assuela Soti Vincent. Iustinian. in additionibus ad Histor. S. Luisij Beltrani cap. vlt. §. 14. & adducitur ab Hojeda in reformatione fol. 33. pag. 2. Vide vestigat. 3. disp. 19.

Equidem conclusionem docuit Scotus, vel hoc scilicet nomine item & subtilissimus 3. d. 3. q. 1. quem sequuntur omnes Doctores Seraphicæ Familiæ, qui post illum hanc difficultatem tractarunt. Licherus ibid. Maironius Doctor illuminatus q. 1. Basolius q. 1. art. 3. Orbelis, & Melchior Flauus, quæst. 1. Francisc. & Ioannes Ouandus, ille propositione 6. 7. & 8. hic in 3. Scoti d. 3. quæst. 2. dub. 6. ad primam quæstionem Scoti; Nicolaus de Niisse, Corduba, Vega, Medina Complutensis, Castro, Franciscus de Pitigianis, quos referunt Recentiores, & præter illos Hugo Cauellus, Franciscanus Hibernus, qui contra Abrahamum Bzouium doctissimam scripsit Apologiam pro Scoto, quæ habetur ante librum primum sententiarum Scoti, Philippus Faber ad 3. Scoti d. 3. Sofa Generalis Minorum, tract. de conceptione, & in censura discursuum Hispalensis Laciferi Canonici Granatensis, & alij non pauci; estque hæc sententia sacræ Diui Francisci Familiæ, quæ parata est pro hac veritate vitam cum sanguine fundere; quam etiam sequutus est Iacobus Almainus, & ipse Scoti discipulus 3. dist. 3. quæst. 1. & quem citauit nullus Raimundus Lullus tertij Ordinis Sancti Francisci vir ingenio, & sanctitate Martyrij celebris, qui ex confortio Scoti Parisiis piam ebibit sententiam, & librum scripsit de conceptu intemeratæ Virginis Mariæ à labe originali immunis, qui excusus Hispali à Paulo de Colonia anno 1491. vt refert Hugo Cauellus ad finem Apologiæ pro Scoto, vbi doctè, & eruditè defendit Raimundum à calumniis Abrahami Bzouij qui indigna multa scribit de Hispano laude dignissimo.

Neque sententia piissima Cancellis Scottitarum concluditur: amplectuntur eam exteri etiam. Cardinalis Aureolus apud Capreolum 3. d. 3. q. 1. art. 2. contra primam. Maior in 2. dist. 30. quæst. 4. & in 3. d. 3. quæst. 2. art. 3. Gabriel, Carthusianus, Argentina, Scotellus Rubione,

518.

Soto.

519.

Scotus.

Licher.  
Mairon.  
Basolius.  
Orbelis.  
Flauus.  
Francisc.  
& Ioannes  
Ouandus.  
Niisse.  
Corduba.  
Vega.  
Medina.  
Castro.  
Pitigian.  
Hugo.  
Hibernus.  
Faber.

Almainus.

Raimund.

520.

Aureolus.  
Maior.  
Gabriel.  
Carthuf.  
Argentina.  
Scotellus.

Marsilius.  
Francisc. à  
Christo.  
Gerson.  
Clitoveus.  
Nicol. de  
Cusa.  
Cufanus.  
Valuacensis.  
Laur. de port.  
Blosius.  
Surius.  
Enchius.  
Lippom.  
Driedo.  
Suar.  
Vasquez.

521.  
Valentia.  
Henriquez.  
Azorius.  
Abulen.  
Chrystopol.  
Corda.  
Cornel.  
Barrad.  
Salmeron.  
Pererius.  
Hustinian.  
Lorin.  
Pineda.  
Granado.  
Ægyd.  
Pizanus de  
Palacios.  
Lefana.  
Loyfa.  
Basil.  
Poncius.  
Gueuara.  
Aponte.  
Vvadingus.  
Bæza.  
Bernal.  
Salazar.  
Tanner.  
Viuerus.  
Perez.  
Lugo.  
Lud. de Pont.  
S. Nicol.

Rubione, Marsilius, Palacios, Francisc. à Christo, Gersonius, Clitoveus, Galatinus, Nicolaus de Cusa Cardinalis. Antonius Cusanus; Vincent. Valuacensis, Laurent. de Porta, Blosius, Surius, Enchius Lippomanus, Driedo, Suarius, Vasquez, Valentia, Henriquez, Azorius, Abulen. Christopolitanus, Cerda, Cornel. Barradas, Salmeron, Pererius Hustinianus; Lorin. Pineda, & alij sexcenti quos referunt recentiores sine falsitate vlla.

His adde piissimum Granado lib. de conceptione disput. 3. doctissima, Ægydium de præsentatione eodem lib. 3. quæst. 1. art. vnico §. 2. qui innumeros refert doctores pro hac nostra sententia, Luzerū discursibus de conceptione, Aluarum Pizanum de Palacios Hispalis oculo Lesanam, Loyfam in tr. de conceptione, Basilium Poncium Legionensem, qui varium disp. relect. 3. docet probabile esse etiam à debito, & necessitate contrahendi peccatum originale liberam fuisse sacram Deiparam, Gundisaluum, Ceruantes tit. de conceptione, Gueuaram 2. tomo in Matthæum latissimè hanc asserentem sententiam Ludouicum de aponte annotationibus primis in Matthæum Petrum Vvadingum, de Incarnatione disp. 10. dub. 8. n. 76. Bæzam lib. 1. in Euangelia c. 4. & alibi non semel, August. Bernal, de Incarnatione disput. 17. sect. 4. §. 1. qui ex Basilio docet carnem Virginis fuisse sanctitate compactam, tametsi sanctitate morali, Illustrissimum Salazarium, lib. de conceptione, & in proueria ad illud Dominus possedit me, Christoform de Auedano, & Hieronymum de Florentia in concionibus de cōceptione, Tannerum tom. 2. disp. 4. qu. 7. dub. 1. vbi p. 753 asserit decretum Pauli V. & 4. tom. disp. 1. de mysteriis vitæ Christi dub. 1. n. 24. Petrum Viuerum de excellentiis Mariæ, semel, & iterum Hurtadum, qui tom. 1. in 3. part. vt aliquando citauimus asserit Maternitatem sacræ Deiparæ oppositionem ingentem habere cum peccato, Antonium Perez, Archiepiscopum Tarraconens. in Aduentu sermone, de Conceptione, vbi summè displicet mihi incultus explicatus loci sacræ scripturæ, qui à viro doctissimo potuit, & debuit prætermitti Authenticæ fidei Matthæi c. 87. n. 38. vbi generaliter loquitur, sed alibi non semel, idque clarissimè Ioannem de Lugo, de Incarnatione disp. 7. sect. 3. qui à n. 25. illam supponit, Ludouicum de Ponte lib. 7. in Cantica exhortatione 20. S. Nicolaum Monachum Epist. 10. inter Epistol. Petri Cellensis tom. 12. Bibliothecæ, Aloisium Nouarinum in vmbra Virginea crebris id repetentè. Iosephū dela Cerda Pacens. Antistitem, de Deo Incarnato per plures Academiæ, Magistr. Galuanum in aduètu oratione Hispano Latina de Virginis Cōceptione. Rutilium Benzon. l. 2. in Magnific. c. 16. d. 5. §. hoc pro certo, Ceruantes in c. 7. Sap. n. 25. Theor. 93. & in tr. de Virginis conceptione; Perlin. in tr. de eadem, Siglerum orationib. de conceptione Theolog. doctiss. 2. volum. in Cantica vestig. 7. sect. 3. à n. 16. Roderic. Caro, notationib. ad Flauium dextrum, p. 114. Baptistum Nouatum, de excellentia Virginis non semel, Franciscum Viuarium Ceterciensem commentario ad Flauium dextrum anno 308. num. 9.

Et ex sacro ordine nostro, qui candicantibus vestibus hanc veritatem asserit à Virginis sanctissimæ reuelatione, illam tradiderunt Beatus Hieron. Carmelo in cantica, Sapientissimus Cumel. Reuerend. Petr. de Oña, Illesonf. Ramon, Christophor. Gonfal. Antioch. Brond. Philipp. Guimera Ordinis Magister, Petr. de la çerna, Melchor Rodriquez, Turrian. Petrus de Medina, Ferdinandus de Sanctiago, Francisc. de Medina, Godoi; Munoz, & alij non pauci quos commodius asseremus tractantes inferius de miraculis, quibus hanc veritatem in nostra Religione confirmavit Deus.

Suffragantur Canonistæ Antonius de Butrio in cap. vltimo n. 11. de Feriis, vbi Panormitan. Cardinalis, Andreas Siculus non semel. Additio Marginalis ad Glossam, Albertin. Ludouic. Paramus, Nauarr. sapientem, quos refert Lusitanus cit. His adde & Vraonensem Antecessorem primarium iuris Canonici, qui tractatum edidit pro immaculata Virginis conceptione, quam asserunt etiam Martinus Lutherus sermone de cōceptione, Erasmus qui de hac re gloriatur affirmans, se semper conceptioni purissimæ præsertim in pœna, fauisse imò & Mahometus, vt sit salus etiam ab inimicis: videantur Canisius, lib. 1. de Deipara cap. 8. & Iodocus Coccius lib. 3. Thesauri Catholici art. 1.

522.

Hieron.  
Carmelo.  
Cumel.  
Oña.  
Ramon.  
Gonfal.  
Brondus.  
Sanctiago.  
Francisc. de  
Medina.  
Godoi.  
Munos.

523.

Butrio.  
Panormit.  
Cardin.  
Siculus.  
Addit. marg.  
Albertin.  
Ludou.  
Paramus.  
Nauarr.  
Lusitan.  
Vraonens.  
Lutherus.  
Erasmus.  
Mahomet.  
Canis.  
Iodocus.

SECTIO III.

*Mariana immunitas à peccato originali probatur; ex eo quod sacra Scriptura clarè, & expresse hanc veritatem non declarauerit.*

**A**sertio secunda sect. proposita antiquitate, & pietate Venerabilis, & quæ summis placuit Theologis, deinde est ostendenda, & probanda ex illis omnibus capitibus, & locis quibus veritas Theologica solet ab Scholasticis probari, sed quia Doctores contrariæ sententiæ rigidi quidem censors extorquent à nobis Scripturæ testimonia ex quibus eliciatur clarè nostra doctrina (cum hæc neque ad illam diffiniendam de fide sint necessaria nec fuerunt ad assertionem Catholicam, quæ asserit Virginem nullum habuisse actuale peccatum, quod credendum fide diuina asseruit Concil. Claramontanum sub Urbanó II. referente Virga libro 14. in Tridentinum capite 18. & supponit Tridentina Synodus, sessione 6. canon. 23. quæ docet Ecclesiam tenere Virginem Sanctissimam ex speciali Dei priuilegio omnia peccata venialia vitasse; vbi enim scripturæ locus in quo immunitas à peccato actuali etiam veniali contineatur expresse? ) asserendum existimo immunitatem Virginis Deiparæ esse credendam etiam si nulla testimonia possent proferri, quæ illa astruerent, ex eo solum, quod Spiritus sanctus in Sacra scriptura hanc puritatem propulauit nunquam, solet enim Sacra scriptura illa silere, quæ necessarium non est expriman- tur; in se enim clarissima sunt, vel continen-

524.

Trident.

tur implicite in rebus aliis, quæ scriptura protulit clarè, & ex eorum numero est immunitas Virginis à peccato originali, quæ tamen mirifice gloriam illius, & redemptoris illustrat, & ad illius pertinet summum honorem. Rem silentio Diuini spiritus variis in rebus adumbro. Retulere nunquam Euangelistæ Christum resurgentem gloriosè sacram Deiparam visitasse, at ideo credendum tanta lætitia filium amatissimum mœrentem Matrem voluisse priuare: imò silentium docet visitasse primam, & summo resurrectionis perfudisse gaudio. Belle Rupertus Abbas lib. 7. de diuinis officiis cap. 25. *Sed absit hoc ab illo, qui in lege sua Patrem honorare præcepit, absit inquam vt Matrem propter se doloris gladio transfuerberatam, tam dura negligentia talis filius inhonorauerit.* Pende Rupertum, qui Christum Virginem sanctissimam non inuississe negligentiam duram vocat, & affirmat filium illam si prætermisisset inhonoraturum Matrem, & propterea necessarium non fuisse visitationem exprime-re quæ est implicita in duabus præmissis, Maria est Mater, & Parentes sunt honorandi ex quibus deducitur clarissimè filium sanctissimum Matri visitationis gaudium non negaturum. Vnde argumentor. Maria sanctissima est sacra Deipara, & Matrem Deus ipse honorare præcepit, vt quid expresse asserendum illam non contraxisse originale peccatum, si in duabus illis præmissis implicite hæc immunitas declaratur. Deus ne negligens crudeliter & durè in Matris conceptione: Deus Matrem inhonorans, & contumelia afficiens? Absit hoc à suauissimo, & dulcissimo filio, qui Matris cor illa etiã dormiente vigilat, & noctes etiã veluti ducit insomnes, ne peccatū originale impiissimum, & generaliter exactor visitet contra eam manè diluculo. Hinc illud Isai. 27. 3. de Maria sanctissima, quæ Domini vinea: *Nocte, & die seruo eam ne forte visitetur contra eam.* Quod testimonium inferius illustro.

§ 25.

Secundò silentium rem factam exprimere colligo ex illis verbis Matthæi cap. 1. *Ioseph autem vir eius, cum esset vir iustus; & nollet eam traducere voluit occultè dimittere eam.* Vbi ingeniosè Abulensis: *Erat Ioseph vir valdè iustus & hoc satis credendum erat, si scriptura non expressisset, quia non erat verisimile, quod Matrem suam, & filium similiter vnigenitum poneret in manu hominis peccatoris, quia maxima ex hoc pericula sequerentur, maximè cum Virginitas Maria seruanda esset.* Rectè, & ad rem nostram. Iustitia Ioseph oblitte-rari potuit, & ab Euangelista inuolui silentio, quia diuinam non decebat prouidentiam Matrem, & filium homini iniusto permittere, ad quid ergo necessum Virginis immunitatem à peccato exarari ab Spiritu sancto ex cuius captiuitate sub iugo graui Adami, & seruitute Diaboli tot & tanta inconuenientia futura? Non permisit Deus homini peccatori purissimam Matrem, quem potuisset coercere, & frenare prouidentia illius, & permitteret Dæmoni peccatori primo, qui integritatem spirituales deintegraret Matris sanctissimæ? & gloriosus deturparet Patris filiam, filij Matrem, & Sponsam Spiritus sancti? Minimè

quidem, Maria totius Trinitatis gloria, inde illud Isaiæ 42. 8. *Ego Dominus gloriam meam alteri non dabo.* Primò hoc testimonium in hac disputa tione.

Isai.

Tertiò descripturus Moyses rerum omnium creationem, & Genesim spiritualium creaturarum Angelorum, scilicet productionis, nec meminit quidem, vt existimant Basilus, Chryso-stomus, Theodoretus, Athanasius, Hieronymus, Cyrillus, Procopius Gazæus, & Eugebinus steuchus, apud Ascanium Glossæ Magnæ litteralis in Genesim, pagina 230. & 231. Taciturnitatis huius causam exquirunt Patres Ecclesiæ; Multas depromunt, & vt à iunioribus Genesim enarratoribus incipiam Estheuchus illam proponit: *Quia non esset necessarium vel altissimum, nimiumque caprum humanum excedens & rudi populo pœnè incomprehensibile.* Et quamuis ille causam non afferat ex qua deducatur non fuisse necessarium Angelorum creationem scribere, illam tamen expressit Procopius Gazæus His verbis. Nul-lum inter Moysen, & puerorum Doctorem discrimen videas. *Prima enim Religionis elementa populo fidei sua commissa tradidit, aut ignorans vbi hæc didicissent affuturos alios Doctores, qui ad altiora mysteria illos essent deduc-turi.* Optimus ex cogitatus, & ad conceptionem purissimam sacra Deiparæ pronus. Elementum Catholicæ fidei, & omnino ad salutem necessarium, quod Virgo Maria fuerit vera, & naturalis Dei Mater, conceptionis fides non necessaria ad salutem, exprimat Maternitas Mariæ in Euangelij exordio. Taceatur verò illius pura conceptio, quia maternitatis, credulitas est elementum, & primum principium in rebus fidei, & ideo necessarium est præmittatur, non erit enim, qui si silentio premetur, tantum mysterium declarat, nisi Spiritus sanctus reuelet, Marianæ autem puritatis secretum non est ex primis elementis, & quasi fidei nostræ principis, nec defuturi Doctores; qui ex Maternitate hanc immunitatem deducant diligentissimè. Adde puritatem tantam, quæ æmula puritatis diuinæ, forsan incomprehensibilem populo rudi, nunc enim quando lux clarissima mentibus catholicorum effulsit, quando de Virgine sanctissima tot propalata mysteria, quando illius dignitas super æthera, & Angelos, adhuc doctissimi Theologi nequeant intelligere, quanam ratione componantur hæc duo, & quod Christus sit Mariæ Redemptor, & quod non habeat peccatum originale, sed vellem credant hæc non opponi, non iubeo, vt & illi iubent aliquos credere physicam prædeterminationem libertatè non tollere, cum hæc duo inter se opponantur, & voluntatem prædeterminari ab extrinseco & esse liberam multorum iudicio, nec possint hi duo ista intelligere. At res hæc, & vera, & intelligibilis est, & componuntur Redemptio, & immunitas Mariæ, sicut, & physica præmotio, & humana libertas, & quidem pia affectio necessaria ad vtrumque; inclinatione enim ebita ad sententias oppositas forsan mens etiam ingeniosa caligat.

§ 27.

Deinde alij Patres affirmant Angelorū creatione prætermisam, ne Hebræi ad idololatriam procliuēs

procliuēs ex Ægyptiorum consortio Angelos putarent Deos, illosque adorarent. Hæc tamen causa etiã vniuersaliter ab omnibus fere Patri-bus recipiatur, & plausibilis sit, tamen efficax omnino non esse videtur, liber enim Genesim si non in principio, in decursu tamen meminit Angelorum, illorumque apparitiones pronun-ciat, vt facile est videre. Quod si idololatria timenda, suppressa eorum existentia, ad illam enim vitandam necessarium videbatur non solum in libri principio, sed etiam in toto illius decursu taceri. Nihilominus ex hoc ipso summo argumentum ad ostendendum immunitatem Virginis credendam, etiam si scriptura illam non explicite asseueret, si enim Spiritus sanctus illam exprimeret, & simul affirmaret esse naturalem Dei Matrem timeri posset ne vt diuinum, & supremum numen coleretur, quæ & Dei Mater, & extra lineam peccatorum fide diuina proponebatur credenda. Ecclesia enim iam maioribus superflua luminibus non defuerunt hæretici, qui Mariam sanctissimam Deum esse contenderent, vt tradit Epiphanius hæresi 78. Immunitas ergo illius merito retinenda, sed silentium illius contrariam sententiam non arguit, aut infert, quod Deus non sine peculiari prouidentia curauit. Inde illud Virginis sanctissimæ ad Beatam Brigittam lib. 9. suarum reuelationum c. 5. Scito quod conceptio mea non omnibus nota fuit, quia voluit Deus, quod sicut ante legem scriptam præcessit lex naturalis, sic placuit Deo, quod amici sui dubitarent de conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum donec veritas claresceret in tempore præordi nato, & quis nouit an hæc immunitas non expressa formaliter ab Spiritu sancto sint ea quæ in sponsa Maria intrinsecus latent Cantiorum c. 4. 2. Et omnis gloria filia Regis ab intus Psalm. 44. Vtrum res ita se habeat in sequentibus explicandum.

Epiph.

Cantic.

§ 28.

Quartò mirabile est quod infusionem animæ rationalis in corpus Adami, quod Deus formauit è limo magnifico licet breui apparatu Moysis describat, tractetque illis verbis Augustissimis Genesim 1. *Inspirauit in faciem eius spiritaculum vite, & factus est homo in animam viuentem.* Creationem vero animæ rationalis Eux infusa, & vitam illius silentio inuoluat altissimo, cuius rationem Doctores sacri desiderant. Non abs re Pererius lib. 4. in Genesim disput. de formatione Eux, q. 9. duas assignat. Vna quod creatio animæ rationalis iam explicata fuerit in formatione hominis, altera quod facta sit fœmina adiutorium simile Adamo, si enim simile non reperiebatur primo parenti, quod omnia animalia essent bruta, nullumque rationale reperiretur, creataque fœmina fuerit vt esset animal simile Adamo in adiutorium, & procreationem hominum per generationem, necessum non fuit exprimere animam illi fuisse infusam, hoc enim & semel, & bis erat distinctum, nec fuit necessarium rursus exprimere, assentior & in innocentia, & puritate Mariana discuro, Christi Domini impeccabilitas in vtroque testamento lucet clarissima, semperque fuit corde scriptoribus sacris salutaris, & Redemptoris Dei hominis immunitatem asserere, & etiam firmare. Nunc enim candor

Genes. 1.

Pererius.

dicitur lucis æternæ & speculum sine macula, Sapientia 7. 26. Nunc segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus Hebræo. 7. 26. & aliàs in scriptura eius puritas accurate describitur, stabilendum enim erat, vt fidei nostræ præclarum elementum, qui venerat, vt tolleretur peccatum mundi, nullum habere peccatum, maximè cum Deus esset asserus non semel. At puritas Mariæ exprimens non fuit assera iam Christi filij impeccabilitate naturali, & illius Maternitate, cum enim data sit sancta Dei genitrix Christo Domino in adiutorium simile sibi, vt explicant Patres, & ad generationem, aut regenerationem hominum per mortem & crucem, vbi stabat Maria, quæ corrui nonquam, in filij naturalis innocentia, Mariana puritas asseuerata manebat, filij enim puritas puritatem infert Matris, imo Matris libertas libertatem filij, inde Magnus Albertus de laudibus Virginis c. 2. ait. *Fuit etiam Maria liberissima, quam fecit immunitas à peccato, & gratia plenitudo, nam vbi spiritus Domini ibi libertas.* Imo iucunda libertas, quæ nunquam tristis horrenda seruitute, & captiuitate peccati, vt asserunt Patres; Venit enim Princeps huius mundi, & in liberiori Virgine sancta Maria vt loquitur Hieronymus nihil habuit, quo Tyrannidis suæ potestas, vel auspicaretur. Concludo igitur ideo credendam immunitatem sacra Deiparæ à culpa originali, quia illam Spiritus sanctus expresse in scriptura non reuelauit, id enim non fuit necessarium, in impeccabilitate enim filij, & Matris dignitate suprema puritas originalis veluti in clarissimo speculo iam erat ostensa.

Albert.

## SECTIO IV.

*Immunitas à peccato originali in Sacra Deipara primis verbis assera libri Genesios.*

Verum ego, qui in thesi explicata præcedenti sectione persisto, ex sacra scriptura locis nostram de immunitate Deiparæ sententiã, imò & vniuersalis Ecclesiæ eam latissime, ea tamen methodo, vt Christiani oratores in quorum gratiam hæc libo stylum ament, & si non pretiosissima, non tamen obuia hauriant ad Virginis gloriam. Sic etiam fiet, vt pacati animi homines puritatem Sacra Deiparæ non fuisse omnino à Spiritu sancto prætermisam sibi suadeant.

§ 29.

Primum ergo testimonium desumo ex primis verbis capitis primi libri Genesios. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* In illis enim latent res eximia ad nostram probandam sententiam, quæ vt producantur in lucem aduerto ex Oleastro ibi quod probauit Ascanius his terminis, cælum, & terram, in Hebræo *Samian Ares*, adiungi *He*, litteram notificatiuam quæ cum nomine iungitur significatum eius reddit insignem. Nam si dicas *Nabi*, id est prophetam, vulgare significabis, si vero proponas *He*, dicendo *Nanabi*, iam designabis insignem, nam sensus est, propheta ille scilicet insignis,

§ 30.

gnis, cum igitur in Hebræo sit, *Hufamain Naazex*, si obseruetur discrimen iam interpretaueris cælos illos insignes, ac celebratos, & terram illam insignem magnitudine, & pulchritudine, & aspicientes semper in admirationem, & stuporem adducant, *Samain* enim Hebraicè, latine stuporem significat, vt optimè Lusitanus Doctus notauit, sed dum contemplor Christum Dominum, Cælum dici, & illius humanitatem in his verbis esse significatam, vt tradit Anastasius sinaita lib. 1. exameton, quem sequitur Martinengus in Glossa magna morali, aut mystica, & alias video Mariam sanctissimam à Patribus cælum vocari, & alias inspicio, nomine terræ non posse solum intelligi illam, quæ statim asseritur inanis, & vacua cum dicatur Deus creasse terram illam insignem pulchritudine, & quæ ingerat stuporem, & terra stuporis dieatur, in eam sententiam facile inclino, quæ asserit nomine cælorum insignium, & pulcherrimæ terræ etiam Mariam sanctissimam designari, quæ terra nostra, & Dei in scriptura dicitur & cælum est stuporis, Epiphanius enim, qui Mariam sanctissimam cælum vocat semel, & iterum; hæc homilia de laudibus eius scribit. *Obstupuerunt omnes Angeli, Archangeli, Principatus, Throni, Potestates, Dominationes, Cherubim, atque Seraphim, & Angelorum vniuersus exercitus, timore, tremore, & graui detenti, quia cernebant illum, qui habitabat in cælis per illam (Mariam scilicet) versari in terra & exhorrescebant.* Venerabundi ergo exhorrescent sacram Deiparam, eo potissimum quod Angeli videant dignissimum cælum, & thronum esse Mariam, in quo Deus sedeat sine creatoris iniuria. Nec mirum, puritas enim splendidissima humanitatis Christi Domini, & factæ Deiparæ eisdem nominibus eisdem terminis sine variatione vlla significantur. Mariam autem purissimam esse cælum, & Thronum Dei passim indicant Patres, & explicuit Epiphanius, de laudibus Virginis, & tradidit Chrysostomus apud Metaphrastem, vt videre est in lectionibus matutinis huius Diei, quæ est quinta infra octauam Natiuitatis Virginis Mariæ, quam sic Chrysostomus alloquitur. *Aue igitur Mater, calum, puella, Virgo, Thronus, & cætera.* Rationem vero propter quam cælum dicatur offert Richardus de sancto Laurentio, lib. 7. de laudibus Virginis in principio. *Maria calum, quia calum primum opus est; Vnde Genes. 1. In principio creauit Deus calum, & terram, & ipsa primum opus est Dei, dignitate, & praefiguratione.* Rursus etiam, *Maria calum est, quia continet arcana Dei:* Cælum etiam animatum Virginem vocant Thaumaturgus, & Damascenus, hic oratione 1. de dormitione Deiparae, ille sermone de annunciatione. Mitto in re notissima, & obuia alia sexcenta.

331. Premitto etiam vterius nomine cæli in hoc Genesis principio intelligi supremum cælum Empyreum videlicet vt expresserunt Guillelmus Parisiensis prima partis primæ de vniuerso cap. 31. & post longam disputationem c. 32. & Alexander de Ales 2. p. q. 45. membro 2. & significauerunt Clemens, Philo, Origenes, Diodorus, Iunilius; Theophylus, Hilarius, Anselmus, & Rupertus apud Ascanium Glossæ magnæ in

Guillier. Ales. Clemens. Origen. Diodor. Iunilius. Theophyl. Hilari. Anselm.

c. 1. Genesis pagina 175. Et addo Empyreum vocari hoc cælum, non quia ardens sit sicut ignis; sed quia Lucidissimum, micantissimum, & candidissimum sit, luceque coruscans præstantiori, & excellentiori, quam fuerit lux illa primæua, quam verbo condidit Deus, cum hæc vespervas haberet, & tenebris obscuraretur horroris, lux tamen Empyrei nullas vespervas sciat, nullos patiatur horrores, quæ licet sole sit splendidior ad hæc inferiora non deriuatur; licet Crystallinum cælum illustret, quia intermedius est alter orbis, qui sua spissitudine, & crassitie sit impedimento ad illius transfusionem in terram & alios orbis inferiores. At cælum hoc nunquam fuisse tenebrosum, sed lucidum semper, & rutilum communior est Doctorum sententia, ita celebris vt Augustinus Stheucus ausus sit affirmare Empyreum esse non corpus aliquod conditum, sed perpetuam quamdam lucem manantem à Deo; quod docuit in sua Cosinopæia ad caput primum Geneleos; & Ruppertus Abbas libro 1. in Genesim c. 6. affirmet resplenduisse statim ac conditum etiam diuinæ lucis maiestate.

Ex his ergo deduco Virginem sanctissimam in primo suæ conceptionis instanti peccato originali obtenebratam non fuisse, sed instar Empyrei cæli creatam fuisse in luce spirituali, gratiæ habitualis, imo & in superiori lumine Maternitatis, & ad supremi, & lucidissimi orbis similitudinem fuisse rutilam sanctitate; & pulchritudine gratiæ candidam, & conspicuam, ac proinde nunquam neque per instans in tenebris extitisse, sed semper in luce, vt decebat Matrem sanctissimam, quæ Dei futura erat cælum, & Thronus, quod ex loco Geneleos euincio.

Primò dubitant Patres vbi locorum creati fuerint Angeli, & asserentibus multis in Empyreio fuisse productos Iunilio, Strabo, Hugone, Mauburno, & Angelico Magistro, non pauci docuere in illo candidissimo orbe non fuisse creatos, quam sententiam tradidit Augustinus Pater, qui 3. de Genesi ad litteram cap. 10. affirmas creatos in suprema aëris parte, & illum sequutus Rupertus, libro 1. in Genesim c. 11. qui rationem reddit ex eo quod homo prius Adamus conditus sit extra Paradisum, sed potissimam causam ex Empyrei dignitate eliciebat Ascanius his verbis subscribens Augustino, & Ruperto, quorum ego libentissimus Assecla. *Suffragatur, & huic assertioni Empyreii dignitas, indecens siquidem fuisset, quod Dæmones tenebrosi locum splendore præditum conscendissent, & Regiam illam in quam nemo cum macula, & ruga ingredi potest, Dæmonis peccato fadaretur in regnoque pace munito bellum illud omnium cruentissimum committeretur.* Et addit ad confirmationem: *Deinde urget multum illud Isaia 14. perfidi ac desertoris angeli voce prolaturum, ascendam in calum, & super astra Dei exaltabo solium meum, sededo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Quod si in calo stabat, quò ascendere esslagitabat ac contendebat? Nam ea interpretatio passim adducta, ascendam in calum, hoc est in sanctissimam Trinitatem, allegorica prorsus est estimanda. Quid pul-*

Aug. Schenc.

Rup. Abbas.

332.

333.

August.

Ascan.

chrius ad confirmandam nostri Empyreii excellentioris, factæ, inquam, Deiparæ lucem spirituales, & immunitatem à nebula prima, nõne statim se se prodit discursus? in Empyreio loco corporeo, & sacra Dei aula, vbi illius Thronus, & regia non fuere Angeli creati, ne Dæmones illud scædarent, suo peccato redderent horribile, pacemque suo bello cruerant, & Deus permitteret sacram Deiparam cælum, aulam, & Thronum in qua & ex qua carnem assumeret, Thronum Dæmonum esse, horrore peccati turpatam, & tenebris tanti piaculi esse obscuratam? Horreo dubio procul, & horrebit quicumque Dei pulchritudinem, & illius contempletur decorem, ego quidem quia affirmare non audeo etiam dicere pertimesco.

334.

Secundo immunitas sacra Deiparæ ex Empyreii perpetua luce monstratur, si semel attendatur, hoc cælum esse non solum Dei, sed etiam corporum domicilium Beatorum, & sedem præcipuè gloriosissimi, & fulgentissimi corporis Christi, decebat enim rutilum, & clarissimum corpora gloriosa occupare locum, vt & dånati tenebrosam, & opertam mortis caliginem occupant stationem infernam; & confideretur etiam præparationem hanc Empyreii, & illius claritatem cum illo natam in mundi principio, & tot sæculorum millibus antequam illuc Christus ascenderet vulnerum etiam sanguine splendore coruscus. Hinc enim, & pium, & efficax immunitatis Marianæ argumentum. Corporibus beatorum, & præcipue Christi Domini humanitati gloriosa aula præparatur Empyreia, tenebris nunquam horrida, sed rutilans semper, quia indignum erat occuparent sedem, quæ aliquando fuit tenebrosa; non ergo est credibile corporis Christi habitaculum; imo & aulam verbi diuini, dum est caro factum infinita quasi puritate, & sanctitate, fuisse tenebrosam originali peccato; & virgetur quia in Empyreio lucis carentia (si daretur) non esset peccatum, ac lucis absentia in hoc Empyreio excellentissimo fuisset culpa, cum qua maiorem quam cum tenebris Deus, & maternitas bellum, & pugnantiam exercent, nec mirum; factus enim in pace est locus eius, nec potuit foetido sanguine, & putido cruore originalis peccati (sic illud alicubi vocat Chrysologus) aula purissima maculari, quod Angeli stupent, & non solum mirantur hoc cælum, hunc Thronum, cherubicum etiam superare candore, scite Epiphanius. *Stupendum enim est miraculum in calis mulier amicta sole, stupendum miraculum in calis mulier gestans lumen in vlnis, stupendum miraculum in calis Thronus (cherubicus.* Atque illud notandum stupore angelos corripi non solum, quia contemplabantur Virginem esse Deiparam, sed quia in illa immensam puritatem, & gratiam cernebant, floride Illefontus sermone 3. de assumptione. *Vnde fratres admiratio illa Angelica non de Virginitate solum, quæ fuit singularis in Maria, sed de immensitate gratiæ venit quia vniuersa virtutes in ea respergebant ex incendio diuini amoris suauitatem odoris:* Si gratia fuit immensa conceptionem illustrauit, si non, quomodo extitit immensa, Non iam vides animam Marianam, vt & Christi Domini humanitatem Empyreum,

& cælum esse stuporis? Diserte Petrus Chrysologus sermone 140. *Quantum sit Deus satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non stupet, animum non miratur.*

Chrysol.

Sed vt stupor sit non vulgaris, illud aduertendum, Empyreum vt ex Ruperti Doctrina insinuauimus rutilum fuisse etiam fulgore diuinitatis, sic enim asserit lib. 1. in Genesim c. 6. *Quippe quod ex lumine diuina maiestatis resplenduit.* Quod sic intelligerem, vt præter innatum lumen, lumine etiam illustraretur diuino, quod in Empyreio Mariæ stupens etiam Epiphanius miratur, & miratus exclamat. *Aue gratia plena, quæ Cherubicum Thronum diuinitatis fulgore superas, recte, & cum sacramento mirabili coruscet hoc cælum, hic Thronus Marianus, non solum gratia habituali, vt Cherubini in primo suæ creationis instanti, sed etiam illustratur splendore diuinitatis, vel quia in conceptione Matris sedem suam filius in splendoribus non sanctorum, sed ipsius diuinitatis generat, & illustrat, vel quia cum habuerit ab illo instanti Maternitatem, quæ Patris diuini est participium, & diuinitatis, quantum patitur imbecillitas creaturæ, similitudo diuinitatis illustratur fulgore.* Habuit ergo Empyreum nostrum (& vere nostrum) ab initio & conceptionis momento vtriusque gratiæ, & diuinitatis fulgorem, ibi enim: *Oculus Seraphim nunquam dormiens Christus.* Vt asserit Epiphanius citatus.

335. Rupert.

Epiph.

Epiph.

Verum hinc non discedo, quin meum cogitatum illustrem Christi Domini asseueratione. *Si sciret Pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vique, & non sineret perfodi domum suam.* Matth. 24. 43. Maria sanctissima Domus omnipotentis Olympi, clamant id Patres, clamant Doctores, clamant & Sapientia dans vocem suam: *Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem.* Prouerb. 9. 1. & sapientissimus, & vigilantissimus Paterfamilias Deus sineret perfodi domum suam, cælum, & Thronum, maximè cum sciret momento conceptionis furem, & peccatum originale esse venturum; En conclusionem verissimam: si sciret Pater familias, qua hora fur veniret vigilaret vique, & non sineret perfodi domum suam, sed Virgo sanctissima est Domus Dei, & Deus sciuit, qua hora fur, & peccatum veniret, scilicet in conceptionis momento; ergo vigilauit vique ne fur, Zabalon scilicet perfoderet domum suam. Ad rem Rutilius Benzoni lib. 3. in Magnificat ait: *Eua facta est de latere Adami dormientis, Maria de corde Dei vigilantis, verba grauida, & acumine plena quis daret esse Augustini, aut Bernardi? Alibi forsitan enucleabo.* Inde fortasse dicitur Maria sanctissima Altissima domus, quia Dei vigilantis habuit refugium altissimum. Potho Prumiensis de magna domo sapientiæ: *Vere magna domus, pulchra, & altissima domus septiformis spiritus in eadem domo plenarie habitant quietissime, nullam ibi passus offensam alicuius culpa.*

336.

Benzon.

At quia cæli enarrant gloriam Dei, produuntque sui opificis sapientiam, potentiam, & bonitatem tanta claritate, vt Gentiles suspicati fuerint aliquid diuinitatis illis inesse, & charta sunt aut membrana, liberue communis alligatus

337.

Bern.

tus catenis vt loquitur Bernardus sermone ad Psalm. 48. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Aut tabula in quibus Dei celsitudo, imò & voluntas mostretur; Si verum est Iacob legisse in tabulis celi, quæ filiis prædiceret, vt ex Origine refert Eusebius l. 6. de præparatione Euangelica c. 9. in hac etiam profopopæia; qua vtitur Dauid in principio Psalm. 18. immunitas à peccato originali præluet eximie, Ephrem etenim Syrus Mariam sanctissimam vocat, & chartam diuinissimam, & membranam in qua nihil est descriptum, nihil scilicet, quod non puritatem, & innocentiam redolet. *Membrana pulchra diuina sapientie, qua de celo diuinas elementorum accepit impressiones: A cælo, à Deo, non ab inferno, non à Dæmone, charta verò diuinissima Maria non esset, si in illius conceptione dæmons notas, aut litteras feruitutis primæ diligentem inscriberet, nec Chartam puram doctus in regno cælorum Christus inueniret scriba, est autem pura charta, in qua nihil est scriptum ex Budæo apud Thesaurum linguæ Latinæ verbo charta. Indecens id, & sine vlla dubitatione, vt quid enim Deus verbum suum purissimum inscriberet membranæ originalibus deturpata carbonibus, & quam Dæmon vternofis non dicam inanibus, sed pedibus reddidisset veterimam, qui ad annuntiantium Verbi incarnationem, & consequenter ad Virginis exarandam conceptionem librum nouum sumendum Isaïæ præcepit Isaï. 8. *Sume tibi librum grandem, Græcè, accipe volumen nouum Charta magna, & scribe in illo stylo hominis.* Quod nos cum de Eucharistia augustissima scriberemus notauimus. Mariam vero sanctissimam hoc esse volumen nouum, & chartam ad Virginitatis nunquam libatæ lucem aserebat Nissenus in testimoniis veteris testamenti aduersus Iudeos de sancta Trinitate hac serie. *Per volumen igitur nouum virginem intelligimus, quemadmodum enim noua charta pura est, cum sine scriptura est, ita etiam sancta Virgo viri consuetudinis expers.**

Isai.

538.

Etendit igitur Deus Virgineum Cælum sicut pellem, & si ait pelles Salomonis, quæ licet exterius essent denigratæ, intus erant purissimæ, & ornatissimæ. Videtur hoc Cælum si vt mulier consideretur solum, & filia inspiciatur solius Adami fuscum originali peccato, sed si introspectiatur, & Deipara attente aduertatur, pulcherrimum est. Occidit sol, & videtur lumen, & splendores amittere, at videtur sol, est enim semper Lucidus, & clarissimus. Sol Cælum, Empyreum, Thronus, & Domus Christi Maria, videtur, sed nec est, nec ex vi præsentis decreti potuit esse non lucida; sed de hac chartæ nomenclatura lege Epiphanium, lib. 1. de hæresibus. Basilium Seleuciensem, sermone de Annuntiatione, & Ephremum, de laudibus Virginis. Et considera huius membranæ puritatem, & immunitatem absque littura originalis peccati in prima Genesios non solum Charta, sed & littera fuisse diuinitus exaratam.

Epiph.

## SECTIO V.

*Ex eodem testimonio Angelorum Genesi, & calamo sapientie litterali ferè immunitas Maria à peccato originali deprompta.*

Angelorum creationem non prætermisam à Moysè, sed explicatam illis verbis; *In principio creauit Deus cælum, & terram.* existimantur multi Patres, & Doctores, Augustinus Pater de Genesi imperfecto c. 3. Ambrosius lib. 2. de Abraham, c. 8. Anselmus Laudunensis, auctor Glossæ interlinearis ad 1. Genes. Anastasius Sinaïta lib. 1. Hexameron, & alij. Et placet mihi, vel in illis verbis, vel in alijs (fiat lux) productionem Angelorum haberi, quod sensere non pauci. At illorum Genesi dubio procul immunitatem Virginis à peccato originali mirifice probat. Quod vt intelligatur sciendum est, non vulgari modo Angelos esse productos, sed excelsa & peculiari ratione, alijs non communicata creaturis. Vnde Chrysostomus homilia de lapsu hominis: *Semper fuit in Dei dispositione, quod postea factum est in operatione; fecit ergo Deus Angelos miro, & ineffabili modo dicente Propheta, qui facit Angelos suos Spiritus, & ministros suos ignem vrentem.* Et quidem eos erupisse à diuina natura, tanquam à silice scintillas docuit Magnus Gregorius lib. 30. moralium c. 19. produisse vero, tanquam splendores à sole, dilucide scripsit Nazianzenus Gregorius oratione in Christi Natiuitatem. *Atque ita secundi splendores procreati sunt, primi splendores ad ministri; vtraque comparatio illorum splendidam naturam pronunciat.* Sed Nazianzeni est ad rem nostram. Quemadmodum enim Sol mox vt coruscantem lucem dimittit in terram innumerabiles radios, & splendores vbique diffundit, sic diuina natura, & Sanctissima illa essentia, vt se ad extra communicauit Angelos innumerabiles produxit naturæ splendore micantes; & non solum naturæ, sed etiam gratiæ; Negant hoc vterque Gregorius Citatus, Cyrillus, Anselmus, quos refert Martinengus, pag. 221. Et sequuntur Alensis 1. p. q. 19. membro 2. Marfilius 2. dist. 4. art. 1. Richardus ibidem; nec abuuit Bonauentura, ibidem q. 3. Sed affirmant Basilium, Nissenus; Damascenus, Augustinus, Hieronymus, Cassianus, Cellensis, & alij apud eundem, & tradidit Diuus Thomas 1. p. q. 62. art. 3. Cuius verba afferro, quia ad rem nostram eximia. *Manifestum est autem, quod gratia gratum faciens hoc modo comparatur ad Beatitudinem, sicut ratio seminalis in natura ad effectum naturalem, Vnde 1. Iohannis 3. gratia semen Dei nominatur, sicut igitur secundum opinionem Augustini ponitur, quod statim in prima creatione corporalis creatura indita sunt ei seminales rationes omnium naturalium effectuum, ita statim Angeli à principio sunt creati in gratia.* Diuum Thomam sequuntur plures scholastici 2. d. 4. vbi Durandus q. 2. Gregorius q. 1. Sorus de natura, & gratia, lib. 1. cap. 5. Et probat Magister Cumel 2. in 1. part. quæst.

539.

August. Ambros. Laud. &amp;c.

Gregor. Cyril. &amp;c.

540.

quæst. 62. artic. 3. disputat. 1. Conclusione 4. Rationes ex Patribus Alcanius prætrinxit pag. 224.

Deinde considerandum Beatissimam Virginem exaltatam fuisse in cælo super Angelorum choros, propter puritatem, & gratiam, qua naturam Angelicam antecedit, illos enim vicisse puritate est communis sententia sanctorum Patrum. Iuuat vero solum producere Epiphanium, qui de laudibus Virginis hæc scribit. *Solo enim Deo excepto cunctis superior existis, natura formosior es ipsis Cherubim, & omni exercitu Angelico.* Vbi vel gratiam habitualement, vel quod ego verius existimo Maternitatis gratiam appellauit naturam, ni velis ipsam sanctificantem gratiam in Virgine vocasse naturam, quia tanta illius cum sacra Deipara connexio, vt videatur illius esse natura. Vterius vero Mariam sanctissimam, & splendidam esse, & splendorem, & radium, & non solum hoc, sed & ipsam lucem, & solem passim Patres annunciant Illefonfus sermone 3. de assumptione. *De propagine carnis nulla nobilior Dei Matre refulsit, nulla splendidior ea processit, quam splendor Paterna gloria ineffabiliter diuinitus illustrauit, quam virtus altissimi obubravit: Illefonsum sequitur Bernardus, sermone de Verbis Apocalypsis, qui Mariam sanctissimam non solum Lucem vult, sed etiam affirmat Luci diuinæ, & increatæ esse immerfam. Maria sole perhibetur amicta, qua profundissimam diuinam sapientiam ultra quam credi potest penetravit abyssum, vt quantum sine personali vniione creatura conditio patitur luci illi inaccessibili videatur immersa.*

Illefonf.

541.

Hæc immunitatem à peccato originali probant eximie. Primo enim miro, & ineffabili modo B. V. fuit sine dubio concepta, & hac forsitan ratione inter alias generatio illius ab Euangelista fuit prætermisita, quia ineffabilis erat, ita vt & de illa dictum intelligatur, generationem eius quis enarrabit? Isaï. 53. Sed enarrare aliquomodo ausus Henricus de Casia, qui apud Carthusianum Dionysium lib. 2. de laudibus Virginis hæc protulit. *Quoniam omnium artifex Deus ad ipsius formationem in utero supernaturaliter concurrens, filio suo dignum habitaculum fabricaturus eam intrinsecus omnium gratisantium charismatum, & dignificantium habituum plenitudine adornauit, vt etiam in exteriori eius effigie gratia diuina tam copiose efficaciterque luceret.* Vbi Doctor vterque ita splendidam credit Mariam, vt existimet ab splendore gratiæ, quam habuit in conceptione micantissimos splendores in illius facie prodire, & concursum supernaturalem non solum ad formationem corporis, sed etiam (quod intendebatur præspicue) ad infusionem totius sanctitatis extenderit, quod mirum est quia nouum, & ineffabile solum generalibus Verbis exprimi potest, & pende rationem Filio suo dignum habitaculum fabricaturus. Ergo Pater omnipotens, qui miro, & ineffabili modo angelos condidit, mira etiam, & ineffabili ratione supernaturalique concursu sacram produxit Deiparam, vtque illos gra-

Isai. Henric.

tia creauit ornatos, omnibus gratis creauit Mariam, idque in primo conceptionis instanti: hæc enim sanctificatio eximia fuit gratia, & beneficium eximium Matri, quæ nunquam fuit infans, inde vbi primum propalatur, non puella, sed Mater Iesu ab Euangelista Matthæo proponitur Matthæi 1. *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariae, de qua natus est Christus.*

Matth. 1.

542.

Pulchre Basilium Magnus de Angelis in gratia creatis, homilia in Psalm. 37. *Nihil enim sanctum est absque spiritus sancti presentia, Angelos namque initio, vt essent Verbum opifex omnium condidit. Sanctificationem vero simul impendit ipse Spiritus sanctus, non enim in infantili statu sunt creati, deinde paulatim exercitati, atque perfecti, sic Spiritus susceptione digni sunt habiti, sed in prima constitutione, & quasi quadam conspersione sua substantia simul infusam habuere sanctitatem. Qua propter, & ad malitiam difficile se poterant transmutare nimirum in sibi indulta sanctitate, quasi tinctura quadam confirmari.* Aurea verba, & quæ immunitati Virgineæ confirmandæ nata. Angeli ad gratiam nunquam infantes, & Maria sanctissima ad sanctitatem recentissime infans? quæ si proponitur, non infans, non puella, sed Mater Dei ipsius proponitur, & iam sponsa, & habens in utero de Spiritu sancto, quæ in infantilem statum quadrare non possunt; sed peculiariter inspicere illud: *Et quasi quadam conspersione sua substantia.* Et reuocat in memoriam priuilegium Mariæ, quod decantat idem Basilium, homilia de humana Christi generatione, vbi affirmat carnem Mariæ in sua creatione sanctitate fuisse compactam, aut conglutinatam. Angelica substantia in sui prima productione conspergitur sanctitate, & hac eadem, imo & excellentiori compingitur Mater, vt cælum igitur Angelicum Maria creatur, nõ enim fas intelligere administratoris spiritus, non solum Deiparæ, sed etiam hominibus tinctor gratia produci, illorum vero Regnam supremam sanctitatem in sua conceptione non habuisse. Audiant hæc qui quasi in infantili statu Mariam constituunt, & non in illo instanti gratiam illi concedunt concessuri post illud initas non multo tempore elapsa, forte tunc exercitata non erat Maria pulcherrima, quæ per propriam dispositionem potuit accipere, gratiam, aut post illud instans dignior effecta ad sanctificationem quia in peccato concepta?

Confirmati.

Basilium.

543.

Ergo à Dei manibus egreditur Maria purissima, vt Angelica natura, & vt secundus post filium, qui est splendor Patris ad Heb. splendor. Prodicit id Salomon Sapient. cap. 7. *Nihil inquinatum in illam incurrit, candor est enim lucis aeterna, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago boni atis illius.* Qui locus litteralis ad Virginis immunitatem, existimo enim quæ litteraliter intelliguntur de sapientia incarnata, litteraliter etiam licet in sensu minus præcipuo posse intelligi de sanctissima Virgine, quod antea senserunt Ludouicus de Alcazar annotatione secunda in primum verbum capitis duodecimi Apocalypsis, & Iacobus Granado de conceptione disputat. 3. sect. 15. num. 64. & quidem Petrus Cardinalis Damia

Sap.

Ludouic.

Granad.

312

## Sacra Deipara.

Damian.

Damianus sermone 40. qui est de assumptione Virginis paulo ante finem, non solum Mariam vocat candorem lucis aeternae, sed asserit in candorem lucis aeternae fuisse conuersam. Ecclesia non semel sacram Deiparam, appellat speculum sine macula, & Doctor illuminatus Francisc. Moironius sermonem habuit de conceptione purissima, cuius thema locus est iste sapientiae referente Granado, cuius fides nunquam suspecta. Applicat Virgini Richardus de sancto Laurentio, lib. 5. de laudibus Virginis, titulo 7. §. de candore Mariae, & lib. 7. tit. 11. §. Propter suam incorruptibilitatem, & lib. 4. ante titulum 1. §. Aliter tora pulchra est. Applicat & Philippus Abbas super Cantica, scio nonnullos testimonium hoc de Virgine explicasse. Sed repetitio illius non erit sine operatione in Virgini sanctissimae conceptionem nihil coinquinatum incurrit, quia in Diuam Deiparam coinquinatum incurrit nihil. Ex Graeco proprie transferas. Nihil incidit, offensus, obuiam fuit, irrumpit, intercalatur, interfertur, interlabitur spurci & foedi. Quibus terminis peccati originalis in sacra Deipara negatur contractio; hoc enim peccatum incidit in hominis generationem, animam offensus, obuiam fit in mundum ingressuro infanti, inuenientem in orbem seruum irrumpit, in generatione intercalatur, amplexibus carnalibus interfertur, & conceptione humanae interlabitur.

544.

Potest etiam explicari ex Theocrito Idilio 24. nihil tingentis, aut inficientis, & ex Odyss. lib. 2. nihil deturpantis sanguine, aut semine, quod belle in originale peccatum, quod vehiculo sanguinis, aut feminis necessario ad conceptionem, & generationem rectam illam maculat, & deturpat, tanta ergo fuit puritas Virginis in suo conceptu (semen enim ex quo genita immaculatum, imò & sanguis immaculatus ex D. Damasceno) vt neque interius, neque exterius deturpari poterit, ea ratione, qua maculari non potuit increati candoris humana conceptio; licet in hac diuina à natura hoc proueniat, in Virgine à gratia, sed quid offendet, obuiamve fiat originale peccatum generationi virginiae, quod illa ita aufugit, vt longissimo interuallo recedat Plumbei id testantur libri Granatenses in monte sacro reperti quorum auctoritatem, nec re leuo, nec confirmo mandato sanctissimi Urbani VIII. nunc regnantis subiectus, cum negari non possit illos esse antiquissimos in illis; enim haec inuenitur sententia: *Mariam non tetigit primum peccatum.* Vbi verbum Arabi cum correspondens nostro Latino tetigit, (vt mihi ex hominibus, qui Arabicè sciunt, & qui dem optimè retulit Illustrissimus, & Reuerens diffimus Petrus de Castro, & Quinones Arcl. iepiscopus Granatensis, & Hispalensis de purissima conceptione optimè meritis) non solum negat tactum, & infectionem peccati; sed et iam significat distantiam maximam, & veluti infinitam intercapedinem inter Virginem Diuam, & vniuersale piaculum, quod si impotuntum accederet, nec rimulam inueniret per quam intraret tantam puritatem maculaturus. Floridè Hieronymus Vida Poeta castissimus, in hymno ad Mariam.

Castro.

Vida.

*Postquam diuino fœdere rupto  
Primus in orbe parens hominum se perdidit  
ipse  
Séque, suumque genus veniens corrumpit in  
auium  
Sola malo exorta es, veterique imperuia  
noxa.*

Peruiae generationis aliorum hominum malo, & noxae, seu peccato primæuo. At Virginis sanctissimae in vtero natiuitas, & conceptio imperuia omnino, in quamque nulla via peccatum possit irrumpere, aut penetrare.

Candor est enim lucis aeternae, imò, & purissimus splendor ignis lucidissimi, qui immunditiam non solum consumit; sed qui igne alieno candidissimum sacrarium suum nulla ratione contaminari permittat, id annotante Hebraeo Platone lib. 3. de vita Moyfis pag. 523. sic enim scribit: *Accidit in signe prodigium, nam ex aditis, siue aetheris pars purissimi, siue aer naturaliter in ignem mutatus emicuit, vt repente flamma prorumpens recta ferretur in altare, & quidquid superpositum fuerat absumeret opinor in argumentum manifestissimum praesentis diuinae Providentiae; decuit enim eximium donum conferri sacrarijs non qualia sunt materia tractabiles hominibus, sed ignis essentia purissima, ne iste, qui in nostro usu est altare attingeret, quod iam innumera sordes contacta fuerant.* Et paulò inferius: *Hanc opinor ob causam ignis iste, qui in vulgari usu est, tanquam contaminatus ablegatus fuit ab altari sanctissimo, & procul demissus caelestis ab aethere, vt esset discrimen inter sancta, prophanaque, & inter humana, diuinaque; conueniebat enim sacrificijs attribui naturam ignis incorruptiorem, quam est haec, qua seruit quotidianis vsibus.* Haecenus Philo disertissimus Iudaeorum, cuius tot verba libenter transcribo; quia Deiparae immunitatem à peccato euincunt originale: est Virgo immaculata, non solum Dei templum: *Hec enim vulgaris laus fidelibus cunctis à Paulo tributa, templum Dei sanctum, quod estis vos.* Sed etiam sacrarium, quod praeter alios Illesonius noster aduertit vno, & altero sermone, ex his quos in assumptione Virginis scripsit: *Qua Spiritus sancti sacrarium, & appellatur, & creditur.* Et cuius figuram gerebat Mosaicum sacrarium, quod hoc igne non maculatur vulgari, sed miraculosus, & purissimae essentiae è caelo dimittitur praestantissimum donum, sed in Philonis sententia pendendum illud (vt esset discrimen inter sancta prophanaque, & inter humana, & diuina.) Et considera tantum distare inter Virginem beatissimam, & Angelos, quantum distat inter plebem nullo modo Augustam, & Reginam supremam, tantum inter humanam naturam, & sacram Deiparam, quantum inter peccatores, & gratiam.

Primum Illesonius inuenit qui lib. de virginitate Mariae cap. 10. haec scribit: *Quid incorruptius, quod integrius, quid solidius inter virginitatem maternam, & conditionem Angelicam? Virgo qua faecundatur, & non corrumpitur. An Angelica celsitudo cuius pars in ruina posttratur? Integritas materna, qua & post partum prolis concreuit in gloria Virginis. An conditio Angelica, qua detrimentis laesa est in electis? Beatitudo*

545.

Plato.

547.  
Damian.

*Beatitudo matris, qua inde fit generatio Dei. Vnde nescia corruptionis, an Angelica plebis, qua ante soliditatem incurrit dominationem partis multitudinis sua. Secundum excogitauit Anselmus serm. de excellentiis Virginis: In aternitate consilij sui eam, & Dominatricem, & Reginam fore Angelorum, & nunc inferiorem gratiam Angeli illi datam, & in consortium conceptam esse credimus hominum peccatorum. Quasi diceret absit. Discrimen enim futurum inter prophana, & sancta, inter humana, & diuina. At in beatiss. Virgine nihil prophanum, omnia sancta, nihil humanum, quod sapiat vulgare peccatum, omnia diuina: merito dixit, qui dixit: *Quidquid in ea gestum est, totum sanctitas, & puritas fuit.* Inde ergo & sancta, & pura conceptio; inde singularis gratia in Maria nulli alteri creaturae communicabilis, diuinus ignis tanto sacrario dicatur, cuius natura purissima nullis sordibus temerata vnquam.*

Dilucidè S. Damianus serm. 3. de Mariae natiuitate: *Quid ergo rogo viti in eius mente, vel corpore vendicare sibi potuit locum, qua ad instar caeli, plenitudinis totius diuinitatis meruit esse sacrarium?* Ablegetur igitur ab altari Mariano in primo fabricationis instanti ignis qui peccatum originale in purissimo conceptu supponat, qui sit in vsu communi filiis Adami, & descendat à Patre generationum omnium opifex caelestis ignis diuinum donum in sacrarium nulla ratione vulgarem, qui sordes peccati originalis nunquam expiauerit, sed fugauerit potius, homines enim peccatores sunt. At Maria purissima, gratia. Verè Epiphanius de laudibus Virginis: *Quo pacto predicabo gloriae radicem?* At gratia radix gloriae futurae, vides iam nihil vulgare in conceptione Virginis, quae candor lucis aeternae, quia vt bellè Damian. serm. de Assumptione: *Caro Virginis ex Adam assumpta, maculas Adae non admisit, sed singularis continentia puritas in candorem lucis aeternae conuersa est.* Acumen istud iam explico.

548.

Redeo ad Salomonem. Nihil foedi in hac conceptione interlabitur: quia speculum sine macula, sicut & filius, qui Verbum Virgo purissima, & immaculata; tria recenset specula Richardus de S. Laurentio, dum lib. 12. particula 5. cap. 10. hoc speculatur speculum: *Vnum est mens humana facta ad imaginem, & similitudinem Dei, sed non est sine macula. Aliud est quaelibet creatura in qua resulget vestigium Trinitatis totius; tertium speculum est Christus, & istud est sine macula omnino.* Miror Virum Virgini additissimum speculum virgineum praeteruisse, quod sine macula decantatur ab Ecclesia, à Patribus dicitur splendidum caelum, veluti si dicatur speculum splendidum, & quod maculam nullam permittat, quia haec peregrina impressio; caelum verò quasi speculum fufum, & peregrinos impressionis incapax. Iob 37. de caelis: *Qui solidissimi quasi are fusi sunt.* Hebraicè, qui tam obfirmati sunt, velut speculum fufum. Ergo Maria purissima in conceptione speculum sine macula; quia ita splendidum, ita candore pellucidum, vt in candorem lucis aeternae videatur conuersum, vt ex Damiano retulimus, in cuius verbis aduertendum est non significari Virginem sanctissimam

Richard.

Iob.

546.  
Illesonius.

conuersam esse in Deum per deuotionem illum aspiciendo. Verbum enim conuertor sine vilo termino adiuncto non significat aspiciere, & vt hoc significet, Verbum video illi additur necessarium Ioan. 1. n. 38. *Conuersus autem Iesus, & videns. Luc. 26. 61. Et conuersus Dominus respexit.* Et Matth. 9. 22. *Qui conuersus, & videns.* Licet enim Cardinalis de deuotione Virginis ibi loquatur, non significat Virginem oratione ad Deum conuersam, vt illam aspiceret, sed sine intermissione semper orasse, & ad Deum tanquam Myrrham, & Thus ascendisse; quia maculas Adami retrahentes à iugi contemplatione non admisit, sed in diuinum lucis aeternae est conuersa candorem, propter singularem gratiam participatam, quae facilem illam redderet ad contemplationem perpetuam, non dicitur verò à Damiano conuersam in diuinum candorem, qui foemina esse desierit, & verè in diuinum candorem sit conuersa, atque transubstantiata; haec enim conuersio impossibilis, tum quia Maria esse non desit; tum vel maxime quia nihil potest in Deum conuerti; sed quia ita Deus illi gratiam candidissimam infuderit maternitatis, vt mater diuina videatur, & sit, in illaque potius candicare videatur dignitas, tanta quam humanitas relucere; si enim Paulus speculans, (id est, vt speculum imaginem recipiens,) & reddit magnitudinem in eandem Dei imaginem transformatur à Domini Spiritu. Cur non Maria sanctissima candorem lucis aeternae, vt recipiat ab aeterno destinata, non transformabitur in conceptione purissima, & conuertetur in candorem lucis aeternae, & speculum erit sine macula energiae, & inoperationis, qua Pater aeternus, lux diuina filium Verbum, vt candorem emittit, cum Angeli tantae Principis administri in sui creatione Deiformitatis fuerint speculi, asserente Dionysio de diuinis nominibus cap. 4. his verbis: *Imago Dei est Angelus, manifestatio occulti luminis incontaminatum, incoinquinatum, clarissimum, immaculatum, suscipiens totam si est conueniens dicere pulchritudinem, hominiformis Deiformitatis, & mundum resplendere faciens in seipso, quemadmodum possibile est hominitatem silentij, quod est in abditis.* Haec speculi Angelici mundities, & sacra Deipara in sui conceptione speculum contaminatum, tenebrosum coinquinatum, maculatum suscipiens, & in se habens imaginem daemonis; ita vt inter nigricantes tenebras originalis peccati, inter umbras iniquitatis, Sathanae appareat, nullaque ibi Dei effigies resplendeat perlucida? Crediderim nunquam, neque credit Andreas Hierosolymitanus, qui Mariam sanctissimam ita salutat: *Salue contemplatiua cognitionis intellectuale speculum, per quod ceteros spiritu Propheta incredibilem descensum Dei ad nos mysticè adumbrarunt.* Ac si clarius diceret, Mariam sanctissimam, quae viuudum & tertium speculum est paternitatis diuinæ, & contemplatiuae cognitionis; qua Pater aeternus filium producit generatione sua, & Patrem, & Filium referre quasi candicans speculum vtriusque; maternitate enim diuina refert potentiam Patris generatiuam, quae immatenter terminatur ad filium, vnde per Mariam,

Ioan. 1.

Luc. 26.

Dionys.

Hierosol

SECTIO VI.

Ex illo Genesis 2. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terra, sacra Deipara immunitas à peccato originali deducta.

AB Empyreo præstantissima sacra Deipara imagine ad paruum cælum transeamus ad Adamum, videlicet quem Philo Iudæus lib. de mundi Opificio vocavit: Paruum cælum multarum naturarum stellis similitum simulacra in se gestans. Creatio enim illius immunis Virginis Christifera ostendit magnificè, & ille apparatus quo prævenitur Adami institutio Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. satis significat Virginis creationem nullo modo factam à Deo, sine magno puritatis, & sanctitatis apparatu, & illa etiam verba Gen. 2. Formavit igitur Deus hominem de limo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. dignitatem conceptionis Mariæ præse ferunt; utroque enim testimonio deducitur Adamum à Deo productum, non honorificè solum, sed reuerenter etiam. Id indicavit Isidor. lib. de summo bono cap. 13. Quantum creaturis præstet homo dignitate virtutis ex ipsa reuerentia dicitur creationis, dum per omnia dicit Deus fiat, & facta sunt; creare verò hominem quadam aterni consilij deliberatione voluit. An Deus in formatione Adami Christi Domini, & Mariæ productionem cogitabat? Anne vtriusque formationem prævidebat, & ideo veluti venerabundus cum reuerentia formabat parentem primum? Affirmat Tertull. iam obuius de Resurrect. carnis c. 6. Quodcumque enim limus exprimebatur Christus cogitabatur futurus. Addiderim, & causa felici Maria cogitabatur futura antequam Deus formaret hominè sine manibus inducitur, soloque verbo cuncta cõponit, extructurus hominem manus parat illi diuinus scriptor. Id vidit Hilar. ad Leonem Papam.

Tu vero omnipotens priuato munere largus Erga hominem, manibusq; tuis operisq; fauore Impendens patria pignus pietate colendo.

Hic enim non solum manus tribuit Deo formanti hominem, sed (quod attende considerandum) affirmat Deum produxisse hominem illum honoras patria pietate, idque quia pignus, quæ sententia introspectenda; gaudia enim, Deus iam respiciebat Adamum vt parentem, in quo illius corpulenta humana substantia, quam erat assumpturus, & vt pignus incarnationis, in qua sacra Maria mater futura; ideòque, & reuerentia, & patria pietate colebat in illa productione mirabili, quia in Adamo matrem futuram videbat; illi enim pietas non mihi significat, & si patria ab Hilario dicatur pietatem in filium, sed pietatem in patrem. Existimo enim hanc pietatem Hilarij non esse distinctam à reuerentia Isidori. Accinit Prosper de Providentia.

Dedit optimus auctor. Hoc homini speciale decus, cumq; omnia Verbo Conderet, hunc manibus, quo plus genitoris haberet dignatus formare suis.

Acute,

549.

Luc. 1.

Ambros.

550.

Richard.

Iacob. 1.

& in Maria non solum Prophetæ, sed & fideles omnes generationem æternam adumbrant, siue in hac vmbra, vt loquitur Magnus Albertus prima vestigatione citatus, quantum patitur lux creata cognoscunt.

Nec mirum, est enim sacra Deipara imago bonitatis illius, quidquid enim est puritatis, & excellentiæ, vel vt verius loquamur, virtutis Paternæ sacra Deipara refert fulgentissima imago, vt Patris est imago diuinum Verbum, tamen si verbum sit substantialis imago, accidentalis tantum Maria sanctissima propter naturam Patris participatam iuxta nostra principia. Hinc lux verbis illius Luc. 1. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Ambrosij cogitatu lucido, & sublimi ad 1. cap. Lucæ: Et verò quemadmodum imago ad viuum rectè expressa, & elaborata ad præsentiam exemplaris quasi viuificatur, & ferè exultando illud laudat, & commendat, sic Deipara ad Christi præsentiam. Exprimit Deipara virtutem Patris, & puritatem Filij in illius conceptione, & à sanguine illius habet inuitatam salutem, quia præliberata est, ne caderet in originale immunditiam, & à sanguine filij habet, quod sit imago bonitatis, & puritatis, quam habuit filius in sua conceptione, & ideo Maria exultat in salutari suo, quia quantum fas credere de pura creatura, & Verbo non hypostaticè vnita sacra Deipara Dei hominis imitatur candorem, & hæc de testimonio ex lib. Sapientiæ.

Redeo ad Angelorum creationem, qui in gratia sanctificante producti, & pondero sancti Thomæ momentum, & Augustini doctrinam. Gratia sanctificans semen est beatitudinis, & gloriæ, & quia omnibus rebus à principio indidit Deus seminales rationes, ideo Angeli secundum vtriusque Doctoris creati sunt in gratia, vt in hoc inferiores non essent rebus creatis. Et infero; ergo beatissima Virgo immunis fuit à peccato originali in sua conceptione. Probo consequentiam, quia ordinata fuit non solum ad beatitudinem, quam non potuit amittere, vt amiserunt aliqui Angelorum, sed ad gloriam infallibiliter consequendam, & non solum ad hanc beatitudinem, sed etiam ad hoc quod esset mater Dei; necessum igitur fuit, præcisteret in Maria in sui conceptione seminalis ratio vtriusque beatitudinis, gratia scilicet & maternitas, cum gratia verò, & matris dignitate stare non potuit originale peccatum; benedicta igitur fuit conceptio sacrae Deiparae ex qua fructus benedictus, vt emanatio Dei sacra prodibat, & benedicta ex vtriusque gratia benedictione ex qua & cælum animatum creata, & instar Angelorum producta, aut si manis Angelica creationis ratio, & exemplar fuit Virgo sanctissima in sui conceptione. Vtramque enim benedictionem impediēbat nihil. Pulchrè Richard. de S. Laurentio lib. 12. de laudibus Virginis particul. 1. cap. 1. Paradisus discooperitus fuit à superiori, vt solem, rorem, pluuiam, aerem, & eiusmodi susciperet, quæ veniunt de superis, quia omne datum optimum desursum est. Iacob. 1. Item discooperitus fuit hortus iste, quia nullius peccati nubem oppositam habuit inter se, & solem iustitiæ Christi.

Cyrril.

552.

Philo.

Horat.

553.

Ecclef.

Gregor. Carthuf. Iansen.

Acute, & arcanè, formetur Adamus manibus Dei, vt & ipse plus habeat genitoris in Patris sui creatione, præueniatque genitoris honorem ipse genitor Deus, quia Adamum iam inspicit genitorem. Nec dissentit Cyrrillus Alex. lib. 1. Glaphiror. de liberatione manualique, vt ita dicam operatione eius structuram dignatus.

Nec assentior Doctoribus, qui existimant limum terræ vilissimum puluerem significare. Existimo etenim ex puluere defæcatissimo, & veluti, immaculato Adamum fuisse formatum. Intendit Philo, lib. de mundi Opificio pag. 23. Adamum fuisse pulcherrimum, id quod ex eo colligit, quod Adamus erat futurus purissimus duplici coniectura, aut causa: Prima est hæc, cum terra recens tunc exstitisset secreta ab aquarum mole, quod mare appellatum est; sequebatur vt materia rerum sincera, & infucata, puraque esset, ex qua quidquid conficiebatur, merito erat inculpabile. Altera verò; quia non ex quavis terra parte humo sumpta videtur Deum hanc humana specie statuam formare voluisse summa cum diligentia, sed selecta undequaque optima ex pura materia, ad id quod erat purissimum excollasse accuratè, quod maximè ad hoc opus aptum erat. Et reddit optimam tantæ diligentia rationem: Domus enim quadam (inquit) & templum fabricabatur rationali animo, quam illa diuina imago circumferre debebat. Inde forsitan Horatius lib. 1. oda 16. limum ex quo formatus homo vocat principem, quia præstantissimus.

Fertur Prometheus addere principi lima coactus.

Ex his causis, quis non statim coniectet Mariam Sanctiss. in sui conceptione, & pulcherrimam fuisse, diuinisq; manibus formatam, id quod significat, & supernaturalis concursus ad illam, quem superiori sect. explicuimus, & organizatio breuissimo tempore, quod sine diuina manu, & sine miraculo fieri non potuit, rectè ex hoc fuga originalis peccati.

Anato formata suo mala criminis Eue Virgo secunda fugat.

Mihi ad hanc rem opportunus locus Ecclesiast. cap. 1. n. 9. Ipse creauit eam in Spiritu sancto, & vidit, & innumeravit, & dimensus est, & effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit eam diligentibus se. Vbi ad litteram de incarnata sapientia, vt est vulgarior Interpretum sententia, quia conceptio illius de Spiritu sancto, & quia effusa est super omnem creaturam, quando illius Euangelium prædicatum in vniuerso mundo omni creaturæ, Marci 16. n. 15. vt ibi Magn. Gregor. & ad locum in quo versatur Hugo, Liranus, Carthuf. Iansen. creata igitur fuit, & concepta Maria in Spiritu sancto, non quia de Spiritu sancto, vt incarnata sapientia Christus: sed quia illius conceptio facta peculiari assistentia Spiritus sancti, qui Marianæ fabricæ architectus, quo nomine insignitur Spiritus sanctus, vt notauit Basiliius Isai. 3. & Sapientem de Architect. Atqui puto, quod Spiritus sanctus illi præsideat architectura ad fabricam Ecclesiæ Dei, testimonio ipsius Pauli dicentis, coadificamini, & crescite in templum sanctum Dei in spiritu, idque per distributionem Spiritus sancti. Coadificamini, & crescite in templum sanctum

in Domino. Rationem verò Philonis attigit Venantius Fortunatus.

Fortunatus.

Sydereum speculum illustris domus omnipotentis

Vultibus ex illis fulgura clara ferens.

Si enim Adami corpus manibus formatur diuinis, quia domus, & templum fabricatur animæ rationali; cur non Maria sanctissima, quæ illustris domus Omnipotentis, sed optimum illud, quod addit Venantius: Domus enim hæc, & templum, & speculum fuit in sui conceptione, & formatione, quod lumina referebat clarissima puritatis, & gratia ex vultibus Patris, Filij, & Spiritus sancti, qui peculiari assistentiâ, non solum ibi erant, sed cum magna reuerentia templum illud disponebant. Ineratque ibi filius futurus insigni iam pietate honorans matrem, quam postea effudit super omnem carnem, dum Euangelium reuelatum fuit hominibus, qui certo quodam modo sunt omnis creatura.

Illud tamen discrimen inter Adam, & sacram Deiparam, quod domus illa vacillare, & corruere potuit, non tamen domus sacrae Deiparae. Vnde Idiota doctissimus cap. 4. de laudibus Mariæ: Sed quia corrupta erant omnes, & peccato vacillauerant, ideo te gloriosissimam Virginem Mariam edificauit domum solidam, & fortem, que nullo modo vacillare posset. Nec ibi defuit reuerentia, & pietas; si enim primo parenti exhibita pietas, & reuerentia cultus, quia Pater Verbi hominis futurus, quis credat Mariam Deiparam in sua conceptione hac reuerentia à Deo filio non cultam, & erga matrem hanc pietatem illi defuisse? At assistentiam, quam peculiarem asserimus significauit D. Isidorus, qui in Missali Mixtarabico ait: Mariam ab illo (Deo) creati, ita est ab ipso concipi. At actiua conceptio, seu generatio sine peculiari, & singulari assistentiâ Patris non fuit; significat etiam Ecclesiâ, & peculiariter hanc creationem esse ab Spiritu sancto illa ratione, vbi dicitur Deus omnipotens corpus, & animam matris Mariæ Spiritu sancto cooperante præparasse.

Pulchritudinem verò primi parentis non fuisse corporalem solum, sed etiam spiritualem, est communis Patrum, & Scholasticorum sententia; in vapore enim illo idoheo, vt loquitur Tertullianus, quem Deus homini inspirauit, veluti in vehiculo fuit gratia diuina, vnde & illi collata, & corporis, & animæ pulchritudo in primo creationis instanti. Habuit vtramque in suo conceptu sacra Deipara, quod inter alios expressit Bernardus Senensis tom. 2. ferm. de festiuitatibus Virginis art. 1. cap. 1. Et talem tam nobilitate natura, quam perfectione gratia condidit matrem, qualem eam decebat habere suam maiestatem gloriosissimam; quia de ea, & in ea debebat assumere, quod in æternum erat sibi vnitum unitate persone. Luculentius Richardus de S. Laurentio lib. 5. de laudibus Mariæ ante tit. 1. Tota enim pulchra est anima, cui nihil inest spiritualis turpitudinis, id est vitij, & peccati, & cui nihil deest spiritualis, id est gratia, & veritatis; talis verò fuit gloriosa Virgo, qua nec primam similem habuit, nec habitura est in vtroque. Et ne dicatur illum loqui de carentia peccati actualis subdit: Propter primum dicitur de ea Sap. 7. Sana est, & ideo nihil coinquinatum

554.

Idiota.

Isidorus.

555.

Senensis.

Richard.

Richard.

natum in illa incurrit, & de secundo ipsa Ecclesiast. 24. in me omnis gratia vita, & veritatis, & benedixit omnis gratia, nulla enim ei defuit. Et clarissimè Richardus de S. Laurent. lib. 8. tit. 1. lit. FF. Item de hac arida dicitur in Psalm. Aridam, id est, Mariam fundauerunt manus eius, id est Christi: Qui genuit Mariam, desiderat quis in principio Matris Patrem Maria cognoscere, & scire quis illam generauerit, & respondet Euangelista, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Ac si diceret Christus genuit Mariam, perbellè Cosmas Hymnographus: Tu sacra, & casta Virgo, qua præter naturam ordinem enixa es chara victoria symbola deferens illum qui te genuit emulata super naturam natura legibus concedis.

556.

Sed eiusdem Richardi ibidem verba non sunt prætermittenda, vbi de vtraque pulchritudine Virginis luculentissimè, s. si quis autem, lit. X. hæc scribit: Si quis autem quærat de pulchritudine corporali beatissima Virginis, congruentissimè mihi videtur posse dici, & credi eam præ filiabus hominum speciosam, quia speciosum forma non solum præ filiis hominum: sed etiam præ millibus Angelorum sua carnis substantia vestiuit Vnigenitum Dei; non enim conuenienter tota pulchra, & sine macula appellaretur, nisi secundum dispositionem, & figuram corporis, & colorem faciei pulcherrima, & sine macula appareret. Et lit. AA. Item de pulchritudine Maria interiori magis, quam exteriori dicit Spiritus sanctus in Psalmo concupiscet Regem, id est, Christus decorem tuum, & nota quod per decorem exteriorem, qui consistit in membris designatur decor interior, qui in virtutibus anima, & in his consistit species Iacob, id est, Maria, qua simul & semel vitia omnia supplantauit, quam scilicet speciem Christus dilexit. In qua sententia ponderandum ex mente Richardi exteriorem pulchritudinem esse signum pulchritudinis interioris, & illam constare non posse in Virgine si color faciei non esset optimus, aut dispositio, & figura pulchra non esset, & posset constare pulchritudo tota spiritualis, si esset in summa deformitate peccati originalis concepta? Pondera etiam vltima verba: Maria enim simul, & semel supplantare non potuit vni-quo actu vitia, ergo supplantauit ea cum in conceptione prodiuit conterens caput serpentis omnium vitiorum radicem originale peccatum.

557.

Addiderim autem, ne quis hanc reuerentiam diuinam erga matrem neget rem non factis obuiam, sed quam solidissimè. Excogitauit Bernardus, non solum enim summa Deus disposuit reuerentia Mariam dum conciperetur illam à peccato originali præseruans, sed multis sæculis ante illius conceptionem Adamum præseruauit, & Euam ab annihilatione, & liberauit eos ab hac grauissima pœna propter reuerentiam qua iam futuram matrem colebat. Bernardus serm. 61. Constat nempe, quod ex propria transgressione, Adam, & Euam non solum mortem, sed & annihilationis exterminium incurrerunt, & diuina vltio, qua personarum acceptionem ignorat, sicut nec culpam Angelorum, sic & humanam non dimisset impunem, sed propter præcipuam reuerentiam, & singula-

Bernard.

rissimam dilectionem, quam habebat ad Virginem præseruauit. Vnde, & vniuersa humana natura Virginis reuerentia à tanta miseria, & calamitate est præseruata. Bernardus ibidem: Sola per multa millia annorum antequam nasceretur, primo, & principaliter Adam, & Euam, & totam eius posteritatem præseruauit in esse. Si ergo reuerentia Mariæ, & primos parentes, & vniuersam sobolem à tanta præseruauit miseria, quò fieri potuit, quod eadem reuerentia, & singularissimus amor diuinus à miseria, & peccati originalis calamitate eam non præseruaret.

558.

Fortassis ergo ab Isidoro dicitur Mariam concipi ab ipso Verbo, ea ratione meo iudicio, qua Verbum à Patre concipitur, & ab aliis Patribus manibus diuinis formatam, vt intellegimus sacram Deiparam nulla macula deturpatam, vt quæ à solo Deo in sui productione videatur originem, & principium fortiri explicabat Philo Hebræus tractum illum Genes. 1. n. 26. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Et cum sibi videretur Deum Angelos vocasse cooperatores ad humanæ fabricæ constitutionem, qui tamen omnipotens in rerum aliarum creatione, & solus in illa procedens, & concludit tandem id ita accidisse peculiari Dei prouidentia, & studio; cum enim hono capax, & virtutis, & vitij futurus, & qui nunc ad illam, nunc ad hæc inclinaret Deo deberetur appetitus in bonum: Angelis verò in vitia, & peccata inclinatio: Faciamus hominem, &c. Quod indicat assumptos alios tanquam cooperantes (ait libro de mundi officio) vt irreprehensibiles tam voluntates, quam actiones hominis rectè se gerentis acceptam ferantur Deo auctori omnium. Contraria verò alijs ipsi subditis. Oportebat enim Patrem non esse causam malorum suis filijs; malum autem est virium, vitiosaq; actionis. Non ex omni parte discursus Catholicus, nec enim aduertit homo doctissimus à natura hominem esse peccabilem, sicut & Angelos ipsos, cum creatura sit, & producat ex nihilo, sed illius cogitatus ad rem nostram opportunus satis, gerat se Deus in conceptione sacræ Deiparæ vt Deus, id est, ea ratione, ac si solus illam conciperet, & generaret; & prodat repente, dum illam effundit super omnem carnem in Euangelio, & sine Patribus illam generantibus, vt sciatur tantam creaturam, vt Deipara est, & vt ab immaculatis manibus formatur, capacem non esse originalis peccati; prouidit enim, vt anima Adami ex ore Altissimi primogenita ante omnem creaturam; vel vt singulariùs loquamur, tanquam incarnata sapientia ante omnem puram creaturam. Illud non committam piaculum, vt ad rem hanc considerationem Philonis præteream, affirmat enim: Quod postquam Deus hominem in suam cognationem admisit ratione donatum dono longe optimo, nec carera quidem illi inuidit. Subtilis discursus, sed qui seipsum prodat statim. Vocauit Deus Adamum in cognationem suam, illique præstantissimum indidit donum intellectualem naturam, vt quid cognato homini, & cuius Deus homo futurus consanguineus gratiam, & dominium in creaturas negaret? Mariæ sanctissimæ gloriam adeo

Tannerus.

559.

Richard.

Catharin.

Euthym.

adeo excellenter præparauit Deus, vt illam Matrem elegerit donum præstantissimum, & excellentius gratia, & visione beatifica, vt iam probauimus, & præter citatos docet Tannerus tomo 4. disp. 1. de mysterijs vitæ Christi, q. 1. deb. 2. num. 26. vt quid Matri negaret rem sibi vtilissimam in sui conceptione gratiam sanctificantem, & immunitatem à culpa, quæ minoris sunt momenti, quam quæ sacra Maternitas.

Fas etiam non erit prætereire Euam solum Dei manibus peruiam in sui formatione, & nullius creaturæ veluti contaminatam attactu, & quod consideratione dignissimum limbum illum vnde formatus Adamus, & quem Richardus de sancto Laurentio affirmat fuisse symbolum carnis beatæ Mariæ sanctissimæ lib. 3. part. 1. Littera P. §. temporaliter ante peccatum fuisse Virginem; & totius maledictionis expertem, soluitque Dei digitis tractatum, vt inde primus homo proderet purissimus, quod dum notet Catharinus, lib. de conceptione Virginis 3. pag. 97. addit: nonne in hoc facile Virginem nostram agnoscis ab omni maledicto seruatum, vt sic digna esset, vnde secundus Adam ab Spiritu sancto constitueretur, & ait hoc suum non esse commentum, sed beati Andrea Apostoli, Ambrosij, & aliorum multorum doctrinam. His adde maximum Dei beneficium collatum in Euam; quod ex costa viri, & purissimi, & sanctissimi ante omnes peccatum edificaretur, cum tamen posset Deus ex alio decerto, & à diuersa retum serie ex Adamo peccatore illam formare. Legendus Euthymius de veneranda Zona Deiparæ n. 8. vbi hæc scribit: Deipara est altior, & superior quauis re creata, tam qua sub aspectum cadit, quam que non cadit, est pura, impolluta, & intacta Patris. Quæ vltima verba, quia difficilia, prona tamen ad immaculatam conceptionem alibi illustro.

SECTIO VII.

Testimonio Genes. 3. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, &c. Originalis immunitas ostenditur Sacra Deipara.

560.

Videbitur fortassis alicui ex hoc testimonio diuino duplici ex capite, & quia ore Dei ipsius prolatum, & quia exaratum dictante Spiritu sancto, nihil ad diuinæ Virginis, immunitatem posse deduci, sed esse ad rem nostram non obscure inspiciet, qui attentè legerit Tertullianum lib. de carne Christi cap. 17. vbi postquam asseruit irrepsisse in Euam Virginem verbum edificatorium mortis, & in Virginem Mariam introductum verbum edificatorium vitæ hæc scribit: Sed Eva tunc nihil concepit in utero ex diaboli Verbo, imò concepit. Nam exinde vt abiecta pareret, & in doloribus pareret, Verbum Diaboli semè illi fuit, enixa est, que denique Diabolum fratricidam. Quæ verba Pamelius monet esse cautè legenda, sed cæcus videat exaggerationem esse ductam à methaphora, vt obseruauit Lufius Cerdensis ibi,

Tertull.

num. 301. Iam ergo in Tertulliani verbis; (quæ arrigit antea nullus) illud aduerto mentem illius fuisse ærumnas, dolores, tristitias, gemitus, quæ reperiuntur in partu fœminarum, sobolem, & prolem esse ex femine Diaboli (metaphora est) ex quo concepit prima Virgo, dum ambitiosis auribus verba serpentis accipiebat incauta. Ex quo inferitur Euam dum consentit Dæmon, & transgreditur diuinum præceptum ex Diabolo concepsisse, & peperisse dolores, imò, & Cainam, quem Africanus vocat Diabolum fratricidam: Inferuit etiam in fœminis originale peccatum esse etiam veluti conceptionem quamdam ex qua sequatur natiuitas, & partus dolorum, & pœnatum, quas patiuntur dum parturiunt, & in ipsa natiuitate filiorum: Semen enim serpentis originalis peccati primordium est. Asserente Alcuino interrogatione in Gen. 75.

561.

Aduerto deinde Mariam purissimam dum concepit, semper concepsisse de Spiritu sancto, dixi semper, vt includam non solum corporalem Christi Domini conceptionem, quæ secundum fidem est de Spiritu sancto, sed etiam conceptionem spiritualem, qua ante Incarnationem, & post spiritualiter filium concepit, vnde videtur inferri sacram Deiparam nullo modo ex Diabolo concepsisse, nec ex illius femine peperisse dolores, quos peperit Eva; indecentissimum enim est, & mihi etiam impossibile, quod desloraret Diabolus integritatem spiritualem animæ Mariæ, itavt prius sacra Deipara conciperet ex Satana, quam conciperet de Spiritu sancto; Deus enim, qui etiam potentia absoluta ex corpore corrupto, & non Virgineo, & integro non potest generari, & fieri homo, neque ex deintegrata anima Matris suæ potuit prodire.

562.

Sobolem verò huius conceptionis non fuisse in sacra Deipara dolores scilicet, & alias pœnas, quas patiuntur mulieres docent passim Patres, Ephrem Syrus libro de Margarita prætiosa: Absque corruptione, & partus dolore; nec enim passa est Maria vt mulier, nec partus dolorem sensit vt Virgo. Damianus sermone 46. in Assumptione Mariæ: Non sequutus est dolor partum; quia non præcessit libido conceptum: dictum namque fuerat Eva in dolore: paries filium, que sententia in alijs matribus viguit, in Maria verò modum sui iuris amisit, in mulieribus fixa præstitis, in Maria præualere non potuit; qua enim Virgo permansi: concipiendo, dolorem non potuit sentire pariendo. Quam etiam causam assignant Sedulius, Richardus de S. Victore, Ambrosius Augustinus, quos hoc ordine affert Richard. de S. Laurent. l. 3. de laudibus Mariæ, part. 1. in quarta prærogatiua Mariæ, qui §. Item August ad hoc probandum adducit illud: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Id est ex utero Virginali, & addit; Christus enim tanquam sponsus alacer, & exultans & totus festinus ad ducendam uxorem, id est coniugandam sibi Ecclesiam in sua natiuitate processit de thalamo suo, id est utero Virginali, qui peruius factus est sibi soli, neque audiendi sunt illi, imò veluti sceleratissimi heretici puniendi, qui dicere audent, quod tunc

Ephrem.

Damian.

Sedulius. Richard. Ambros. August.

doloribus afflixerit matrem, corruerit viscera, violauerit pudicitiam, gemitus auxerit, multiplicauerit tristitias, vel ærumnas. Nec aliter probabiliter diceretur, procedere de thalamo suo tanquam sponsus, qui incundus, & alacer, hilaris, & festiuus, & iocunda circumseptus familia propulsato ab hospitio suo nubilo totius tristitia inueniri desiderat, & videri. Floride, festiuè, catholice; si enim Christus Dominus Matrem in natiuitate afflixissent doloribus procul dubio Deus esset dubius, imò Deus non esset, vt argutè probat Illesonius, lib. de parturitione, & Virginitate sanctæ Mariæ: *Alioqui* (inquit columna 690. tom. 9. Bibliothecæ antiquæ) *si ipse ex Matre coinquinatus esset, aut materna viscera quasi pro peccato corrumperet non esset Dei filius, sed adoptiuus, ut ceteri. Quinimò nec adoptiuus, & nullus esset per quem adoptaretur.* Quod testimonium ad probandum beatissimam Virginem non potuisse contrahere peccatum originale, etiam absoluta potentia; vrgebo, & ampliabo suo loco. Nec omittendus idem Doctor lib eodem column. 683. paulò ante medium, vbi hæc scribit: *Sed quia contra fidem catholicam est sic sapere, beatissima Virgo plena gratia, nec dolorem sensit, nec corruptionem viscerum pertulit; quia quantum aliena fuit à culpa Spiritu sancto in ea cooperante, & virtute Altissimi, qua adumbratur in eorum extranea à maledicto prima damnationis, & tantum immunis permansit à corruptione carnis, necnon & à gemitu, & doloribus, quibus vexantur omnes filia Eua cum pariunt.* Cùm ergo sacra Deipara tristitias, & dolores in partu passa non fuerit, nec sobolem, aut prolem, quæ ex conceptu, & femine Diaboli in Eua, certissimum est in conceptione sua nullum habuisse peccatum, nec etiam in Eua ex Diabolo concepisse, quod dubio procul esset absurdum.

Illesonius.

563. Catharin.

Ex his rectè deducit immunitatem Virginis Ambrosius Catharinus, lib. 3. pro immaculata conceptione § Nona persuasio, pag. 80 & 81. & rectè addit satis indignum videri posse Virginitatem sanctissimam præseruatam fuisse, & exemptam ab his, & aliis effectibus peccati originalis, & non à priuatione gratiæ à qua maximè immunis esse debuisset, cùm dolor in partu, ærumnæ, & tristitia, multiplicatio conceptuum in ratione mali cum carentia gratiæ, & peccato originali nullo modo comparari possint, estque ratio efficacissima.

564.

Venio ad alteram partem sententiæ contra mulierem prolata, quæ etiam ostendit conceptum Mariæ purissimum: *Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Pœna hæc mulieri grauiissima, vt quæ à suo exordio voluerit imperare. Nullus id explicuit luculentius Chrysostomo ibidem: *Ego* (inquit ex Dei persona) *ab initio honore parem te formavi, & eiusdem dignitatis in omnibus participem, & sicut Ada, ita & tibi omnium principatum concedidi; ceterum quia abusa est honoris dignitate subijcio te viro, & ad virum tuum conuersio tua; quia relicto eo, qui dignitate par, & cuius natura particeps, & propter quem formata est familiaritatem cum serpente mala illa bestia habere, & eius consilium accipere voluisti, propterea posthac illi te subijcio, & illum Dominum tuum assero, vt illius scilicet*

dominium agnoscas, & quia necessitati imperare disce bene regi. Adde, & quia Deum esse volebas, deprimere, & sint oculi tui sicut ancillæ ad virum suum: lege Lippomanum Gen. 3. pag. 2. & fol. 95. ad medium. Inde ortum habuit, quod mariti emerent vxores, vt colligitur ex Nazianzeno in carmine Virginis.

Lippom.

Nazianz.

*Et venalis vxor marito Sapè, & odiosa: fabricatum malum, nec reiectabile.*

Petr. Gregor

De quo Petrus Gregorius lib. 9. Syntagm. c. 15. *coepitio erat quadam simulata distractio potestatis, qua tenebatur mulier antequam nuberet, & ex qua in potestatem aliam mariti scilicet traducebatur.* Vnde etiam vxores virorum ancillæ, & mancipium, vt affirmat Seuerinus Boëtius in topicis. *Et ita mulier illa postea erat in manu mancipioque, id est potestate mariti.* Et venditæ dicebantur, non solum apud Romanos, & Græcos, sed etiam apud Hebræos. Romanorum testis Virgil. *Æneidos.*

Boëtius.

Virgil.

*Liceat Phrygio seruire marito.*

*Dotalèque tua Tyrios permittere dextra.* Vbi aliqua Seruius, & ex illo Cerdensis. Græcorum Sophocles apud Stobæum serm. 66.

Seruius.

*Vbi ad pubertatem hilares peruenimus Pellimur foras, atque diuendimur.*

Gen. 31. 14.

Hebræorum pagina Sacra Gen. 31. 14. *Nunquid habemus residuum quiquam in facultatibus, & hereditate domus Patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium nostrum?*

565.

Ab hac ergo seruitute & ancillatu propter peccatum inductis Mariam sanctissimam eximit Deus; Augustino teste, tom. 9. de Assumptione Virginis c. 4. Atque ipso Angelico doctore 3. p. q. 30. art. 2. ad 2. qui inducens, & probans Augustini verba sic ait: *Beata Virgo Maria vera estimatione à quibusdam generalibus excipitur, quia nec conceptus multiplicauit, nec sub viri potestate fuit, que integerrimis visceribus de Spiritu sancto Christum concepit, & ideo non debuit mediante viro instrui, sed mediante Angelo.* Quin & ipse Augustinus ait: *Ioseph vt famulum datum Virgini.* Vnde sic argumtor. Nec Ioseph sanctissimè permisit Mariam esse subiectam, illamque à regula hac ferè naturali excepit, cùm etiam ante peccatum vxores si extitissent, sub mariti fuissent potestate; ergo nulla ratione est credendum Mariam sanctissimam in sui conceptione seruam, ancillam, & mancipium fuisse Diaboli.

August. D. Angelic.

566.

Re enim vera si semel Diabolus ancillam habuisset Mariam nunquam illam reuereretur vt dominam, inde illud lib. 1. Epigram. Græcorum titulo Pallade. Ancilla nunquam hæra. Non facilis controuersia apud sacros Interpretes: cur Deus hominem primum sexta die produxerit rebus omnibus iam antea creatis, cùm Princeps omnium animalium futurus? Mihi semper placuit resolutio Philonis, qui lib. de mundi opif. hæc protulit: *Vt nouissimus repente inter alias animantes existens terrorem eis incuteret; sic enim futurum erat, vt ad primum eius aspectum stupefacta adorarent, tanquam Rectorem à natura ductum, & Dominum.* Quod ita factum; nam viso Adamo ferocissima etiam animalia, acsi agniculi essent reuerabantur;

Philo.

SECTIO VIII.

Testimonio Genesis primo, & Canticorum quarto, splendet Mariana nitela?

568. Tertull.

IN hac etiam sectione præluceat nobis Tertullianus, qui argutus, (vt solet) in explicandis illis verbis 1. Geneseos: *& Spiritus Dei ferebatur super aquas*, de aquarum excellentia, multa lib. de Baptismo aduersus Quintillum cap. 4. his auspiciis: *Sed ea satis eras præcepisse in quibus & ratio Baptismi recognoscitur prima illa, que iam tunc etiam prænotabatur ad Baptismi figuram Dei Spiritum, qui ab initio superuectabatur super aquas intinuos reformaturum. Sanctum vique super sanctum ferebatur, & ab eo quod superferebatur, id quod ferebat sanctitatem mutabatur.* Vbi sine dubio alludit ad id, quod scripserat cap. 3. *Nam & tenebra tota adhuc sine cultu Syderum informes; & tristis abyssus, & terra imparata, & calum vide: solus liquor super materia perfecta, lata, simplex, de suo pura dignum vehiculum Deo subijciebat.* His Africanus singularem naturam aquarum elucidat, & non solum imparatæ terræ, sed rudî celo antepont, tum propter innatam sibi puritatem, tum propter Spiritus sancti assistentiam, qui illas iam sanctificabat, vt per baptismales aquas filij generarentur sanctificari, & esset elementum purissimum mater sobolis quam Deus sanctè gignit in lauacro. In verbis verò Geneseos, illud maximè considerandum, quod antequam aquæ cristallinæ pelluceant, illarumque Genesis scribatur præluceat Spiritus sanctus aquas sanctificans, nec videti possunt aquæ in sui productione primæua, quin prius videatur illis superuectus Spiritus sanctus, qui Virgini insitat crystallo; id voluit Tertullianus, dum aquam dixit de se puram; aquam enim Virginitatem affirmat sacri, & prophani Scriptores. Cassiodorus libro 8. Variarum Epistola 6. *Currit aqua Virgo sub delectatione purissima, & Epistola 30. Pulcherrimum elementum quidem cum in sua naturali puritate seruat.* Et Aristophanes in E-leb. Cerealib. lib. *Pulchra, & Virginea fluente.* Et quidem aquæ tenebrose non erant, sed lucentes quidem; mirum enim esset illas ex Spiritus sancti superuectatione non lucere. Nec moueat quemquam illud: *Et tenebra erant super faciem abyssi;* ibi enim abyssus non aquas, sed inferas sedes designat quæ sunt sub terræ fundamentum, notante ipso Tertulliano, libro aduersus Hermogenem cap. 31. *Terra quidem suberant abyssus, & tenebra; si enim abyssus infra terram, tenebra autem super abyssum: sine dubio, & tenebra, & abyssus infra terram.* Quam veritatem ex Anastasio Sinaita, Origene; Hieronymo, Beda, eruditè probat Luifius Cerdensis ad locum Africani ex capite 3. num. 45. Vide cutsim licet videas Aquam absolutiouis Mariam; sic illam vocat Richardus de S. Laurentio, lib. 1. cap. 4. littera R. à prima

567.

Luc.

bantur: *Rabiem quam in se inuicem efferebantur erga solum mitigantes hominem.* Hæc nata in sacram Deiparam, & illius conceptionem purissimam, exeat, & prodatur in ea Regina Dominæ Hæra, non conculet illam Dæmon, neque serpens antiquus triumphaturus ad pedes suos furiosus tyrannus aspiciat, maculæque originali deturpet, ne etiam cùm videat esse Deiparam descipiat superbus, ex eo quòd vidit illam; non solum ancillam, sed etiam mancipium, conspicua, pulcherrima, & lucidissimis gratiæ splendoribus mundum ingreditur corusca. Dæmonibusque in primo instanti suæ productionis timorem incutiat sacro dominio, vt semper non solum ad illius intuitum tremant obstupescant; sed etiam timidi conuertantur in fugam.

Confirmo. Nec speciem seruitutis, & subiectionis voluit, aut passus est Deus habere Mariam. Regnat in mundo Cæsar, qui excifus de matris vtero, idest de Augustissima Seraphinorum Ecclesia; ipse est Diabolus in mundum venit illum oppugnaturus, expugnauit superbus, & Rex factus inter omnes filios superbiæ custodiebat imperium, & vehementer augebat, tamen non esset Augustus; illius igitur dominatu vrgente vniuersus orbis veluti per edictum vocatur, vt sub Cæsare, seu Lucifero miserè profiteatur se esse captiuum, eiusque tyrannum agnoscat dominium. Quid hic ageret Maria sanctissima? qua ratione hanc geret professionem? Id explicet Luc. cap. 2. *Ascendit Ioseph à Galilea de Ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem David, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.* En iam debitum seruitutis, & subiectionis Ioseph videtur agnoscere. Se subditam Dæmoni profiteatur Maria? O res mirabilis, quæ dominium Mariæ, & illius immunitatem illustret exculetur Regina. Sed quid citationi respondeat? Alio magno negotio se esse impeditam. *Nam cùm essent ibi* (inquit Lucas) *impleti sunt dies, vt pareret, & peperit filium suum primogenitum, & inuoluit pannis, & reclinauit eum in præsepio.* Et sic magno iure certat pro Maria Maternitas Dei, nec enim fas est, vt vel apparenter, & specie tenus inclinaretur Maria Diabolo, quæ non solum inclinauit Deum in mundo; sed etiam in præsepio reclinat osculata Deum, illumque infantem fouens in gremio. Non enim patiebarur Deus Matrem suam subditam describi sub Cæsare Augusto, quæ Augustissimum mundi Principem ipsa etiam patiebat

Augusta. Acumen non est nostrum, sed Ambrosij Catharini, qui hac clausula, quæ mihi arridebit semper, Apologiam concludit pro immaculato conceptu.

\* \* \*

Synaïta. Origen. Hieron. Beda. Cerdensis. Richard.



fui conceptione tartarum, Dæmones conculcantem, & inferosignes.

569.

Tantam verò puritatem, & splendorem Deus contulit aquis à principio, quia futura Baptismi instrumentum, & Christianorum matres communis est Partum sententia, nullus ad rem nostram dilucidius Rabbano Mauro, qui Augustinum, Paulinum, Zenonem insequitur lib. 1. institut. cleric. cap. 30. hæc scribit: Quod autem gratia Spiritus sancti aquas Baptismi fecundans illustret, insinuat Ioannes, cum ipsum Dominum in Spiritu sancto baptizare testatus est dicens. Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto; nunquam enim aquam Baptismi lucis filios generare posset, nisi prius ipsa dono Spiritus sancti illuminata esset, ut in ipsa mirabiliter partum spiritualis lucis efficeret idem Spiritus, qui in primordio simul cum Patre, & filio illam purgationi aptam creauit. Pendantur in Mauro Moguntino Antistite singula verba; & præcipue hæc vltima, Marianam enim nitelam vrgentissime astruunt; affirmat enim clarissime aquam in sui productione sine dilutione vlla purgationi aptam à Deo creatam, quia futura Mater filiorum, quos Deus generat in fonte Baptismi. Tantane Deo prouidentia, tanta cura ne vnquam sit sine Spiritu sancto, nunquam non lucida, vaga, & liquida crystallus, quia Mater in Baptismo futura? Et prouidentia nulla, vt vera, & naturalis Deipara, Spiritu sancto in conceptione pellucida? nulla diligentia, vt sacra Dei genitrix, dum oritur in visceribus Annæ rutileret de suo, id est de filio purissima? Negauit Ecclesia in hymno Mariæ crystallinæ, vt ipsa reuelauit inter omnes hymnos gratissimo.

O Gloriosa Domina, Excelsa super sidera, Qui te creauit prouidè, Lactasti sacro ubere.

Quid improuidè Deus cæteras creaturas produxit, & solam Virginem prouidè? Apagè; sed id canit Ecclesia, vt ostendat summa prouidentia, cura summa, diligentia summa à Deo creatam, & genitam Mariam sanctissimam; quia futura Mater Dei ipsius, & aqua abluitionis futura, qua Deus omnem purificaret creaturam, forsitan enim ob hanc rationem illam effudit super omnem carnem, eam mandaturus, & vt video Christum Dominum, qui aqua & purissima est, & lucidissima in passione sua, sicut aquam effusum, video etiam Virginem sanctissimam, aquam purissimam, lætissimam, & ab initio maritatam, & sponsam Spiritus sancti. Vidit & ante me Cancellarius Parisiensis Gerson, qui tract. 4. super Magnificat hæc scribit: Beatam respice primo modo dum ab instanti creationis Spiritus sui iniatum est matrimonium cum æterno sponso Deo per Aroram fidei, spei, & charitatis, & cæterarum virtutum. At Maria sponsa est spiritus sancti, qui æternus Deus.

Gerson.

570. Tertull.

Miraberis. Res mihi certissima, dum video aquas viduas vocari à Tertulliano in principio capitis 5. de Baptismo. Aqua mundari omnia scelera, etiam gentes credebant,

idque vel asperione, vel immersione trina (Baptismi vmbra in quo trina etiam immersio, aut asperio) Ad obuam eruditionem obuius Virgil. qui 3. Æneidos.

Virgil.

Idem ter socios pura circumtulit unda Ter sumptis flumine crinen irrorauit aquis.

Ouidius 7. Methamorp.

Sed superstitiosas has aquas viduas vocat Tertullianus: Sed enim Nationes extranea ab omni intellectu spiritualium potestatum eadem efficacia idolis suis ministrant, sed viduis aquis id est sine Spiritu sancto, qui illarum sit sponus illasque maritet vt aquas maritat. Baptismi. Pulchrè Paulinus Eutropius epist. 12.

Paulinus.

Sanctus in hunc calo descendit spiritus amnem Celestique sacras fonte maritat aquas.

Florent.

Aut viduas vocat aquas Florentius, quia nullius virtutis. Vnde Thaumaturgus ferm. 3. de Annunciatione Virginem saluat. Aue viduati mundi sponsa mater immaculata, ac si diceret mundi imbelles, & virtute diuina destituti. At in sua conceptione, Virgo sanctissima non viduata marito; sed maritata Spiritu sancto. Festiuè Amedæus homil. 3. de laudibus Virginis: Spiritus sanctus superueniet in te, superueniet in vbertate, in affluentia, in plenitudine, & effusione carnis & anime, cumque repleuerit te (in conceptionis scilicet instanti) erit adhuc super te, & super aquas tuas (allusio ad Genesis locum) feretur facturus in te quiddam melius, & mirabilius, quam cum ferebatur super aquas à principio, in Spiritu sancto, à principio non viduata marito, sed sponsa Spiritus sancti; sic enim non potuit esse Dei genitrix, nisi prius esset sponsa Spiritus sancti, & semper Maria mater, & Virgo, semper etiam sponsa Spiritus sancti, quia semper lympha Virgo, semper Virgo crystallus de suo pura; à filio enim habet puritatem, quem forsitan propterea suum appellat Luc. 1. Et exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo, non extraneo, non qui extra me sit, sed meo, & propriissime à me possesso, vt bene ex Caietano notat Rutilius Benzoni lib. 2. in Magnificat, cap. 9. pag. 41. §. Secundò sumitur. Inde quia sponsa & Mater tota, & totaliter, ita vt nihil in illa præter Spiritum sanctum appareat, vt in rerum primordio, vbi si Spiritus immensus super aquas illas omnes fecundans, aquæ non apparebant, sed immensus spiritus. Ad rem nostram sanctus Illesonius, sermone 1. de assumptione Virginis, Vnde quæso vos ô filij imitami signaculum fidei vestra beatissimam Mariam, quam velut ignis ferrum Spiritus sanctus totam decoxit, incanduit, & igniuit; ita vt in ea Spiritus sanctus vt flamma videatur, nec sentiat nisi tantum ignis amoris Dei. Tandem in hac aquarum lustratione illud aduerto sanctificationem earum à splendore, & luce diuini Spiritus tantum fuisse, vt in subiectam terram redundaret, ipsaque etiam esset pura, & pulcherrima à luce Spiritus sancti; licet tunc nec floribus vernaret, neque amenaretur arboribus. A qua Maria, nos terra in quam Maria sanctitatem deriuat, omnia enim Deus nos

Amedæus.

Benzoni.

Illesonius.

nos voluit habere per Mariam; terram verò etiam lucidam fuisse ostendunt facile inferiora hæc, & superiora solis luce nitentia.

571.

Verum succum habent adhuc verba Tertulliani: Sanctum ferebatur super sanctum, aut illud, quod ferebat ab eo quod ferebatur sanctitatem muruabatur. Sanctas enim vocat absolute aquas, sicut absolute Spiritum Dei vocat sanctum: sanctitas enim originalis Deiparæ etiam comparata ad sanctitatem diuini Spiritus refulget splendide, neque ante tantum solem hebetantur radij eius. Præterea mutuetur Maria sanctissima sanctitatem ab Spiritu sancto; quia Deus, sed sciatur, & mirentur Archangeli, quod tamen Christus moraliter, vt causa principalis gratiam, & sanctitatem meruerit matri, mater dum hypostaticam producit vnionem, si non vt causa princeps quia Deus non est, saltè, vt causa instrumentalis sanctitatem physice Christo communicat in sui conceptione. Vide primam vestigationem.

572.

Sed dum audio Illesonium asserentem totam Mariam decoxisse Spiritum sanctum, me temperare non possum, quin adducam testimonium Cantici Canticorum, cap. 4. num. 5. 6. & 7. Vadam ad montem Myrrha, & ad collem Thuris, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Qui locus ad Virginis immunitatem, ita vt nullus sit aptior, aptissimus: notant id alij, qui existimant, quod si in sacra Pagina nullum extaret aliud testimonium, hoc esset ad illam astruendam efficacissimum, & reuera illud sibi iam propriissimum fecit Virgo sanctissima; illius enim Iconibus, & imaginibus semper inscriptum: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, quodque ita fidelium animis inleat, vt si illud audiant non de Ecclesia, non de anima iusti, non de militanti curia dictum existiment, & reuera cum difficulter de alijs explicetur, solum in Virgine purissima explicatum habet conuenientissimum, & qui nullas patiat difficultates.

573.

Addidi verò (quod alij non aduerterunt) sextum versum ad septimum, qui vulgariter affertur, quia in illo ratio pulchritudinis Virginis in sua conceptione: Vadam ad montem Myrrha, & ad collem Thuris. Quia Myrrha præseruationem à corruptione importat, & Thus symbolum est diuinitatis; vnde vt significarent Magi se Deum adorare, dum Christum adorant, & hominem etiam, sed qui non obnoxius corruptioni, quia illam corpus Christi non vidit. Myrrham, & Thus obtulerunt notantibus omnibus Interpretibus ad Matthæi litteram, & ad hunc locum quem versatur, & expressit Iuuenius:

Iuuenius.

Aurum, Myrrham, Thus, Regique, hominiquæ, Deoque.

Soto.

Vnde hæc verba continuari consequentibus, esseque soliloquium sponsi docuit Ludouicus de Soto maior ibidem, ac si sponsus diceret. Vadam ad montem Myrrha, & ad collem Thuris, vt dicam sponsæ, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vt verò aptetur conceptioni Virginis videndum est, vnde proueniat totalis pulchritudo, quod facile posset intelligi, si extaret liber de apto,

& pulchro, quem Pater Augustinus scripsit, sed dum nobis sublati, rectè eam declarauit Plotinus, Platonius Ænneid. 1. lib. 6. de pulchro, vbi cum iam explicasset pulchritudinem corporis humani esse commiserationem, & coaptationem partium inter se cum ordine ad totum. Item & coloris gratiam, ita scribit: Quamuis oporteat, si modo pulchrum est totum, partes quoque esse pulchras, & formosus; non enim ex turpibus constat pulchrum. Ex quo fit totum corpus esse pulchrum in sponsa, quia ex pulchris constabat partibus; si enim mica salis illis defuisset, pulchra non esset. Lepidè Catullus Epigram. 87.

Plotinus. Ænneid.

Quinia formosa est multis, mihi candida longa Recta est, hæc ego sic singula confiteor. Totum illud formosa nego: nam nulla venustas, Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Carullus.

Vnde sponsus totam pulchram sponsam, id est, Virginem sanctissimam appellat; quia nulla illius pars, quæ pulcherrima non sit; idque non tantum in corpore, sed potius animæ laudat pulchritudinem. Vtraque enim pulchritudine (inquit Luilius) sponsa prædita esse atque excellere ab sponso iudicatur, & non iudicatur solum, sed reuera est, id est, non solum secundum affectum sponsi, sed secundum rei veritatem; vehementissimus enim amor pulchrum depingit (quia amor pictor dicebat Plotinus) quod pulchrum non est, vt ex Platone scripsit Plutarchus, lib. de officio auditoris, & significauit inde Prouerbum: Suum cuique pulchrum, & suam quisque laudat sponsam, cuius meminit Paseratius ad librum 3. Propertij elegia 24. & illud eiusdem lib. 2. elegia 18.

Paseratius.

Ut quod non esses, esse putaret amor.

Id est, vt mihi per suaderem, te esse pulchram, & venustam, cum tamen non esses re vera.

574.

Ad rem igitur nostram diuinus Sponsus, vt verè veritas asserat totam pulchram esse Mariam, nullamque maculam in illa reperiri ad montem Myrrha, & ad collem Thuris se confert, ad potentiam scilicet suam, qua illam præseruare potuit, & præseruauit ab originali peccato, & ad diuinitatem, vel suam, quæ purissima est, vel Virginis sanctissimæ, quam summa reuerentia, & religione vel in conceptione veneratus, vt diuinum numen; Deus enim Pater est filijs, vt canebar Nazianzenus Carm. 5. ad Vitalianum.

Nazianz.

Cunctorum namque, vt genitor, Rectorque supreme.

Est Deus, immensum qui nutu temperat orbem:

Sic etiam natus Pater est Deus.

At Christus Dominus Mariam respicit vt Deum creatum, cui subditus, & hanc creatam Deitatem suscipiens maculam non permisit illi in matrem purissimam, & se seipsum respiciens ab originali seruauit peccato; dedecbat enim Deum mater sine honore, mater captiua, & diaboli mancipium, & quæ vllò infecta peccato, qui ergo pulchritudinem corpoream illi contulit, quam toto libro 5. de laudibus Virginis tractat Richardus de sancto Laurentio, etiam, & potiori iure spiritualem reddidit, aut indidit venustatem: illa enim corporea scilicet, & externa sine interna, & spirituali non æstimanda,

estimanda, & laude sponsi non digna, vt ipse Sotomaior probat ex Plotino, & Boetio. Recte in Maria vtramque pulchritudinem ex his verbis conspicitur Alanus Insulensis Cant. 4. 7. Tota pulchra, id est anima, & corpore amica mea per gratiam, & per opera, & macula non est in te; quia nullum credimus in Virgine ante, & post conceptum fuisse peccatum. Ex quo etiam testimonio colligit Doctor Angelic. 3. p. q. 27. ar. ...

Alanus.

D. Angelic.

In Virgine non fuisse peccatum mortale, nec veniale: Et ideo simpliciter fatendum est, quod beata Virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale, vt sic in ea impleatur, quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea. & macula non est in te. Sed si fas esset pusionem cum gigante contendere, arguerem pro Virgine ad hominem, non esset tota pulchra Maria purissima, & macula esset in illa, si aliquod veniale commisisset peccatum, ergo non esset talis si in peccato fuisset originali concepta; quod respectu venialium est culpa granissima. Atqui iuxta Doctorem Angelicum tota pulchra est sacra Maria; ergo in sua conceptione non fuit infecta originali piaculo; pulchritudo enim vniuersas, & corporis, & animi complectitur pulchras partes, & quidem conceptio non pars solum; sed principium est Virginis sacrae, sicut & pars illius est sua natiuitas; sicut ergo non posset dici tota pulchra, & sine macula, si in peccatis fuisset nata, & si ab illis iustificaretur statim; ita etiam eadem omnino ratione tota pulchra dici non posset si in peccato esset concepta, tamen statim iustificaretur, & a termino positio peccati transiret ad gratiam sanctificantem. Recte ergo ab sponso & filio diuino, tota pulchra dicitur, & vt aqua primaeva simplex lata, & de suo pura; quia in instanti conceptionis Virtute sanguinis Christi, nec mini mam labem, hoc est, nec debitum proximum, aut necessitatem illam incurrendi admittit; Certissimum enim videtur Christum Dominum potissimum, vt Matrem haberet pulcherrimam, & sine naeuo generali etiam montem adiit Myrrhae passionem scilicet, & mortem, & collem Thuris, scilicet crucem, vbi summus sacerdos ad patrem interueniens corpus sanctissimum in ea felicissima ara ignis amore torridum Thus adoleuit. Quid si propter participatam Patris diuinitatem in generatione filij Mariam vocat Ephrem S. de laudibus Virginis aureum Thuribulum in quo solet Thus adoleri; ita explicauit hunc locum ex diuina reuelatione Nolter gloriosus Hieronymus Carmelus Matthaeus Catacuzenus Rex sapientissimus, & Ioannes Picus Cartusianus, quos referam sect. 16. Et ad illud videtur alluisse Ephrem. Oratione de laudibus Virginis, vbi haec scribit: Immaculata prorsus pudica, atque ab omni sorde, & labe peccati alienissima Virgo Dei sponsa, ac Domina nostra.

Hieron. &c.

575.

Vidit hunc locum, & vidit quod ipse de pulchritudine scripsit Ludouicus de Sotomaior, vir sane doctus, & vtraque eruditione politus, & cum hoc encomium asseruisset conuenire animae Christi Domini, Mariae sanctissimae animo, & Ioannis Baptistae, (ego nimirum tantis non equarem, nec in hoc Baptistam excellentissimum,) affirmat non solum Ecclesiam Ca-

tholicam, sed etiam catholicos homines, & viros piissimos passim illud attribuere Mariae sanctissimae praesertim iam transformatae in gloria, & Deificatae, & sine fine regnanti cum filio suo, sicuti modo regnat: Nec enim (ait) existimandum est Ecclesiam catholicam, quae est columna, & firmamentum veritatis haec, & alia similia frustra, aut temere, aut falso, & superstitiose Maria accommodare. Et concludit nullum esse inconueniens pag. 798. columna 2. §. Nihil igitur, nihil prohibere, si haec sponsi verba ad animam Mariae Deiparae commode, & prudenter, ac per excellentiam referamus; sed etiam si placet ad alias egregias illustres, ac beatas animas, vult enim Sotomaior in hac felicitate non esse vnam columbam sponso suo Mariam sanctissimam, nec vnicam, & singulariter electam Matri suae, ideoque grauius reprehendit Galatinum eo quod lib. 7. de arcanis catholicarum veritatis c. 2. 4. & 11. ex hoc loco deduxerit immunitatem Virginis a peccato originali, idque etiam ex sententia Rabbiorum praesertim Rabbi Simeonis: Credendumque, ait esse nostris hominibus, qui affirmant Virginem conceptam fuisse in peccato. Quasi nostri homines non sint viri sanctissimi, & doctissimi, qui immunitatem Mariae purissimae pro viribus defendunt, & probant disertissime, sed castigauit Luifum Theologus ad cap. 4. Canticorum vestigatione 6. sect. 3. num. 16. & monstrauit Rabbios in sacra Scriptura versatos peccatum cognoscentes originale, & Matrem Messiae vocantes abacum opum praetiosissimarum, & Mitraton, id est, Principem facierum, optime potuisse asserere Mariam non habuisse originale peccatum, & id potuisse deducere ex illustrissimo hoc testimonio; Mahometus enim, qui sacras litteras non tractauit, & Mahometani, qui illas non viderunt in suo Alcorano asserunt: quod nullus nascitur de filiis Adam, quem non tangat satan, praeter Mariam, vt tradit Canysius, lib. 1. de Deipara. c. 10. §. Quid vero, & ex me notandum illud verbum (tangat) quo etiam vsa plumbea lamina montis Granatensis, Mariam non tetigit primum peccatum. Si enim in Arabico originali Alcorani idem verbum, ac in libris Granatensibus reperitur, non solum significant Mahometani Virginem non habuisse primum peccatum, sed etiam astruunt peccatum illud a Virgine ita abesse, vt neque peccauerit in Adamo.

Canys.

576.

Sed per me quae scribit Sotomaior non sunt omnia protinus alba, accommodat Ecclesia verba haec Mariae sanctissimae in pluribus Breuariis, quae approbavit, in quibus asseruntur ad probandam, & celebrandam illius purissimam conceptionem, & tamen illius conceptio impura fuit, & peccato contaminata? Ergo Ecclesia catholica frustra, falso, & temere ea accommodat & applicat Virgini, sed hoc est absurdum, & impossibile: ergo falsum est beatissimam Virginem in peccato esse conceptam. His addo fortassis viros catholicos, & pios quando haec verba deuoti in laudem Deiparae pronunciant nihil de illius caelesti gloria cogitare, sed totos intentos esse ad conceptionis gloriam; & saepe nec in mentem illis venire, quod beatissima Virgo nullam habeat maculam in gloria,

577.

ria, sed solum asserere velle in conceptione sanctissima labe nulla fuisse denigratam. Noto Secundo illa Verba (commode, & prudenter; in animam Virginis posse referri) nimirum, si asseratur, vt ipse asserit sanctificatam fuisse in vtero, vt fuit sanctificatus Baptista, quasi incommode, & imprudenter applicentur sacrae Mariae, & magnae matri, si ex illis eliciatur fuisse sine peccato conceptam, quod proculdubio sapit delirium; Viri enim praestantissimi, & prudentissimi, summi Theologi, & Interpretes sacrae scripturae, haec applicant Virgini sanctissimae, imo, & asserunt rectius ex conceptione purissima explicari hunc locum, etsi sumatur pars pro toto, magna videlicet Mater pro tota Ecclesia; quia membrum praecipuum illius rectissime dici Ecclesiam totam pulchram, & nullam habentem maculam, imprudenter ergo, & inconsulto in illo tractatu Luifus, & prudentissime, & consultissime sanctus ille solo nomine Idiota, qui de laudibus Virginis cap. 2. haec sapientissime, & accommodatissime exarauit: Tota pulchra es, o plus quam gloriosa Virgo Maria, tota pulchra es, & macula non est in te, pulchra tota es in anima per charismatum, & virtutum omnium perfectam pulchritudinem, tota pulchra es, in tua conceptione, ad hoc solum effecta, vt esses Mater Dei, &c. Omnino legendus, partes enim pulchritudinis Mariana perfectae perfecte describit. Constat ergo diuam matrem in sua conceptione aquam esse purissimam, super quam ferebatur Spiritus sanctus, vt sanctum super sanctum, idque euasisse totam pulchram, totam perfectam, quoad omnes suas partes, & nullam habentem maculam, aut nauum originalis peccati.

Idiota.

SECTIO IX.

Augustissimum Maria nomen Matthaei primo Augustissimam illius conceptionem annuntiat.

578.

Prætereo non inconsulto testimonia plurima testamenti primi ad Marianam immunitatem adferendam procliuia, quae vel attigerunt aliqui, vel inuenimus nos, & cursum forsitan erunt explicanda, ne libelli huius magna moles, sed negligere non debui vires magnas, quas sacrum Deiparae nomen suggerit nobis; neque enim viduum aut inutile nomen adferendam opem, cuius auxilio ipsa virgo sanctissima recreata, ita vt magnanimitate mirabili Deum in se concipiendum annueret, & tanto, & tam diuino operi non succumberet, feliciter Chrysologus sermone 142. Denique ne tanto ponderi caelestis fabrica in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum virga tenuis frangeretur fugat in aeternum, vox Angelis mox praecessit dicens ne timeas Maria. Ergo ex hoc Augustissimo, & regali nomine, & nobis, & argumento nostro praestantissima vires? Inuoco ad ipsius Erythologiam. O adiuua Maria, Mera enim primum huius elementum nominis id significat, adiuua enim, vt solide, &

Chrysol.

subtiliter Goropius Becanus. Est enim solum hoc nomen supplex libellus quo ad omnia bona nostra rogatur Maria. Sed de hoc latius in nostra Nomenclatura virginea.

579.

Significat hoc cellissimum nomen non Dominam solum Illuminatricem, sed etiam stellam (non stellam) Maris, vt argute notabat, Alcazar cap. 1. Apocalypf. versiculo 1. notatione 1. quia, Mar, significat idem quod gutta, & iam denotat mare; Vnde gutta Maris Maria, & non quaecunque gutta (ne gloriatur haereticarcha) sed illam, quae in conchis purpureis gignitur, & Margarita vocatur; quo nomine, & simbolo, etsi humilis videatur Virgo sanctissima, cellissima reuera est; Maria enim excelsum significat, & eminentissimam, vt bene probat Canysius de locis noui testamenti cap. 13. Verum vt ex re pretiosissima conceptionem eliciam purissimam sciendum est ex Plinio lib. 9. cap. 33. & Margaritam multiplici cute caelum referre, principium, & culmen omnium rerum pretij margaritas tenere, & omnium illarum dotem in candore, magnitudine, orbe leuare, pondere non promptis rebus versari: illarum enim color, candor est exaluminatus est, & qui tenebras nullas, nullam patitur labem, quae in Virgineam conceptionem quadrant eximie, sacram Deiparam splendidum caelum & candorem lucis aeternae in sectionibus praecedentibus monstrabamus, eademque esse Margaritam asseruit sancta Hildegardis in suis operibus.

Alcaz.

Canys.

Plin.

Hejdeg.

Quae ita Mariam salutat: Aue splendida gemma, ex qua verbum eduxit omnes virtutes. Haec verba alibi premo. Methodius in Hypopantem Domini: Aue caelestis regni Margarita: Chrysippus Hierosolymitan. de laudibus Mariae: Aue speciem gemmae omne pretium excedentis, praetermitto alia, & nunc noto etiam ex Plinio Margaritas etiam si gignantur in mari maiorem cum caelo, quam cum mari habere affinitatem.

Chrysp.

580.

Hinc praelucere incipiat Margaritum lucidissimum sacra Maria, quae in Mari hoc in visceribus venerabilis Annae concepta maiorem cum caelo, quam cum mare habet affinitatem; inde sine Parentibus a Matthaeo cap. 1. proposita, quasi quae a caelo, inde signum magnum apparuit in caelo Apocalypf. 12. Inde mystica Hierusalem de caelo decedens a Deo parata propter hanc affinitatem non solum cum hoc caelo visibili, sed etiam cum caelo aeterno Christo scilicet homine, caelum dicitur, maxime ab Epiphanio in hac re vere caelestiae; de laudibus etenim Virginis describit Marianum Olympum: O vterum impollutum habentem circulum, caelorum qui Deum incomprehensum; in te vero comprehensum portasti? o vterum calo amplioem, qui Deum in te non coarctasti; o vterum qui calum est septem circuitis constans, & capax illis existis? o vterum, qui est octauum calum & septem firmamentis caesorem? o vterum septem calis sublimioem atque latioem? Nonne vides Mariam non solum caelum, sed & Margaritam multiplici caelo, veluti multiplici cute referens Margaritam? Vidisti affinitatem nostrae Margaritae cum Empyreo; videris & candorem voce ipsius Constantiensis Antistitis;

Math. 1.

Apoc. 12.

stitis : *o uterum habentem inextinguibile lumen septies lucentis gratia* ! Intellego Christum, qui candor est lucis æternæ, imo & candidissima lux, vnde infero Mariam non solum candidam; sed & ipsum candorem in quem conuersa; cum candore enim ex Damiano singularem habet identitatem, & in ea tanquam in proprio orbe (Cælo) versatus est Christus, vt loquitur Anastasius in Exameron. Nec mirum si candor, cum diuinitatis Maria sit radius; hic vero cum cælo mirabilem habeat vnionem, quam vt explicaret generationem filij, & Spiritus sancti processionem sublimiori modo Patris æterni radios sic elucidat Theologus Oratione 45. ad Euagrium : *Quemadmodum inter orbem, & radium propter impassibilitatem nulla diuisio reperiri potest, verum vt radius orbi coniunctus est; ita rursus orbis oculi cuiusdam instar vniuersitati radios suos fluminis in morem effudit; haud secus etiam Patris, velut radij quidam ad nos tum splendidus Iesus, tum Spiritus sanctus.* Hinc lux allata Canticorum 6.3. vbi beatissima Virgo dicitur pulchra ab sponso : *Pulchra es amica mea, suavis, & decora, sicut Ierusalem.* Septuaginta : *sicut beneplacitum*, quo nomine Nyssenus Christum intelligit in quo Pater bene complacuit; si enim aliquis inquirat quanta sit beneplaciti pulchritudo, iam beatissima Virgo responderat capite 1. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Pulcher sponsum, quia candidus, pulchra, quia candida Maria; imo & quia rubicunda; ostendam id inferius, dum probo veluti in visceribus huius pretiosæ Margaritæ sanguinem, & mortem sponsi Christi rubescere : Vnde Margarita Lucidissima, & exaluminati coloris facta etiam est magna, quia : *Fecit mihi magna, qui potens est, & signum magnum apparuit in celo.* Magnum enim idem quod felix. Virgilius.

Cant. 6.

Virg.

*Tuque adeo decus hoc aui te consule inibit Pollio, & incipient magni procedere menses.*  
Virg. Eclog. 4.

Fallitur enim Seruius, qui existimat Iulium, & Augustum magnos dici menses, quia longissimi, sed cum hoc nihil præclari ad auream ætatem, vt notauit Roa singularium lib. 1. cap. 16. rectè Seruium confutat Turnebus, quem refert. Melius Alciatus lib. 8. Parergon, cap. 8. (quem sequitur Cerdensis in explanatione illius tractatus) Dies Magnos felices, faustos, è boni nominis dici vult. Aduoco tacitum in vita Iulij Agricola : *Transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis Magnum diem.* Magna nostra Margarita, quia felix, sacra modulante Ecclesia : *Felix es sacra Virgo Maria, & omni Laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitiæ. Christus Dominus noster.* Ex hoc enim beatam, felicem, & faustam illam dicunt omnes generationes; illius enim immaculata conceptio omen faustum, & felix solis orientis Christi, dum enim Maria, felix concipitur, quod felix faustumque est verit, & fuit orbi, Christus illius auctor infallibiliter futurus ex oraculo Matthæi 1. *Iacob genuit Ioseph, Virum Mariae de qua natus est Christus.* Sed de magnitudine, excellentia, & libertate Virginis, quæ

significat magnum, nonnulla non obuia seet. sequenti.

Venio ad Margaritæ figuram sphericam, vel orbicularem, quæ Mariæ in sua conceptione deesse non potuit, quia ibi sphaera fuit, & orbis solis fulgentissimi Christi illi oppignorata dum fieret; quia illius vterus materna dignitate præparatus, optime Guillermus Paruus in hoc Magnus ad cap. 6. Canticorum versu 1. *A solio Paterna maiestatis venit in uterum Virginis singulariter sibi preparatum, atque dictum. Vbi To dictum aternam significat predestinationem, & veluti consecrationem Virginis in Matrem, quæ fuit ab aeterno. To verò præparatum, physicam dispositionem maternitatis, quam etiam cognouit Ephrem Syrus sermone de Margarita, qui pag. 670. hæc ad rem protulit : Dicit enim Euangelium sic Spiritum sanctum superuenisse in Virginem. Cur ita? vt scilicet virtutem acciperet suscipiendi verbum. Quam Diuus Thomas ex Damasceno 3. p. q. 37. art. 4. ad primum vocauit susceptiuam virtutem verbi, & significauit potius quam exaruit Richardus de sancto Laurentio, lib. 7. de laudibus Virginis. tit. 1. §. quia orbiculare litt. F. qui cum dixisset, orbiculare esse rotundum, & perfectionis circulo congyratum, & corpora cælestia habere figuram sphericam, statim addit : *Quia figura orbicularis inter omnes maxima est capacitatis, rectè figurat Mariam, in cuius viscera se clausit, seu conclusit ille factus homo, quem non capiebat totus orbis; Nec solum modo fuit capax quantum calum, sed in se continuit ipsum calum.**

581.

Paruus.

Ephr.

D. Thom.

Richard.

582.

Lauor verò Margaritæ clarius indicat Virginis sanctissimæ à peccato originali immunitatem; est enim tersa quædam politura absque vilo tumore, & scabritie, in conceptione verò purissima tumor nullus, scabrities nulla, quæ offendere possit considerantem, aut illum lædere; rectè Sedulius libro 2. operis Paschalis.

Sedul.

*Et velut in spinis mollis rosa surgit acutis Nil, quod ladat habens Matremque obscurat honore,*

*Sic Eva de stirpe sacra veniente Maria Virginis antiquæ facinus noua Virgo piarit.*

Incredibile enim est Deum qui tantam pulchritudinem contulit corpori Deiparæ, tantæque prouidentia formandum curauit, vt esset pulcherrimum, sine specialissima prouidentia animam creauisse sapientia; etenim sua non solum non luceret, sed obscuraretur etiam in formatione Marris Reprehendunt Poëtæ Prometheum, quem fingunt formasse hominem & animasse igne quem ex cælo furatus; quia cum illum in corpore pulchrum creasset, aut instituisset, nullas habuerit animæ curas, Propertius lib. 5. Elegia. 5.

Propert.

*O prima infelix fingenti terra Prometheo Ille parum cauit pectoris egit opus. Corpora disponens mentem non vidit in arte. Recta animi primum debuit esse via.*

Et merito quidem, nec enim in tanta machina qualis est homo suam sapientiam ostendit, & sui nominis est oblitus; Interpret enim Appolloni in lib. 2. Argon. refert à Theophrasto scriptum esse maximam prouidam, & sapientem fuisse,

Apollon.

Phom.

fuisse, vnde illi inditum nomen, & Phornutus scribit Promethei nomine diuinam sapientiam, & prouidentiam significari; improvidus etenim, qui arcem in homine non curauerit alij scribentibus mentem non vidit in arce. Sed veteres diuinam prouidentiam immerito accusabant, vt qui non fuissent assequuti Deum creasse à principio hominem reatum, & illum sese implicuisse mille quæstionibus, & quidem diuinam prouidentiam accusassent summo iure si intelligerent informatione amplissimæ ciuitatis qualis est virgo sanctissima, aut qualis est Ecclesia Deum arcem non vidisse, id est, aut ipsam mentem Mariæ sanctissimæ, aut Virginem integerrimam, quæ arx est in Ecclesia: at id diuinam prouidentiam non præterit, imo ex Matris Magnæ creatione sapientiam Dei illustratam, & maxime conspicuam, & illius prouidentiam exaltatam Spiritus sanctus decernit, quicumque ex ædificatione Ecclesiæ ex latere Christi prodeuntis, & filiorum multitudine, quos seu guttas roris genuit Redemptor in cruce, diuinam sapientiam exaltari asseruisset immaculatam mulierem, id est purissimam Virginem ad illustrandam prouidentiam Dei sapientissimam primo esse computandam, & primatum in hoc negotio habituram : *Filius & ædificatio ciuium exaltabit nomen, & super hoc mulier immaculata computabitur: & à calumnia, qua Deum inurerent gentes intendit Ecclesia Deum defendere dum de virgine canit.*

*Qui te creauit provide. Lactasti sacro ubere.*

Lætor itaque Virginis planissimus, & in quo nulla scabrities, sed planities miranda, vt ostendit Richardus de sancto Laurentio citatus, qui in hac arce nullos permittit angulos : *Per hoc enim remouetur ab ea omnis angulus, sine omni mala singularitas, & omnis immunditia, quæ sicut dicit beatus Bernardus, ubi singularitas, ibi angulus, ibi proculdubio sordes; sine rubigo, ubi etiam angulus ibi non est planities, sed ipsa tota fuit equalis per iustitiam (quasi originale) tota plana per mansuetudinem, ibi enim est planities, ubi pars non supereminet parti.* Ex quo deducitur nodum in scirpo quærere illos qui in Margarita sanctissima desiderant originale peccatum, quoniam ipsa gemma illustrissima; & vt dixit Garricus sermone 1. de assumptione cum Christo loquens: *Nihil tibi in illo, nihil displicuit hospitio, quod tam libenter repetit, tam affluenter tua dignatio.*

Guarr.

583.

Pondus autem, & grauitas à quibus etiam dos Margaritæ pretiosæ Virgini non deferret, pondus auctoritatem importat, imo & excellentiam, inde homines prudentes, magni ponderis dicimus imprudentes leues; quia illis parum est momenti, dicimus etiam, & viros Principes; Hinc lux allata Isa. cap. 9. 1. *Primo tempore alleuiata est terra zabulon, & nouissime aggranata est via Maris.* Quasi dicat Propheeta Terram Zabulon antea nullius fuisse momenti, & parui habitam, iam autem magnum illi pondus, & magnam auctoritatem accreuisse ex diuina gratia, & quidem quod sacra Scri-

ptura in originali vocat grauitatem, Vulgatus transfert Maiestatem, vt notauit Pineda de rebus Salomonis lib. 6. cap. 1. in principio, & concludit Plinius, non promptis rebus quia quæ in nostra Margarita, nobis inueniuntur, promptæ non sunt singularia sunt. Id mentis obuios Sedulio.

*Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.*

*Sola sine exemplo placuisti femina Christo.*

At excellentiam Virginis in suo conceptu, & incredibilem fere dignitatem illius, atque prouidentiam propter quam nulli potuit parere derisui significant Patres. Primum Hefychius concione secunda de laudibus Virginis : *Præclarum nostra natura ornamentum, gloriam latè nostri, quæ Euam pudore Adamum communicatione liberauit, audaciam Demonis contriuit, quam concupiscentia fumus non attingit, nec vermis voluptatis læsit.* Vermis videlicet ille qui in primo vetito pomo residebat. Nostra enim Margarita, nec fumo læsa ignis primæui. Secundum Carnotensis qui affirmat Mariam sibilo serpentis non credidisse, sed Angeli credidisse verbis; si igitur sibilo serpentis non credidit non potuit infici peccato originali, quo illi soli turpantur, qui in primo parente crediderunt serpenti.

Hefych.

584.

Sed quia Plinius adhuc non cessat, sed Margaritarum promouit proprietates, promoueamus & nos Virginis excellentiam : *Partus conchorum Margarita est pro qualitate roris accepti, si purus confluerit candor conspicitur, si turbidus sordescit, & factus, atque idem pallet celo minante conceptus.* Si pro qualitate roris accepti exalluminatus, & candidissimus color Mariæ, quæ cælestem rorem purissimum accepit, de quo Isai. 45. 8. *Rorate cali desuper, & nubes pluant iustum.* Cuius ros lucidissimus. Et ros lucis, ros tuus, & in illa pallor nullus; quia serenissimo cælo concepta; Quod nos latere noluit Spiritus sanctus: sed explicuit, & non obscure, & si sub alia metaphora illis verbis 3. Regum 10. 18. *Fecit Rex Salmon Thronum de ebore grandem & vestiuit eum auro fuluo nimis.* Septuaginta : *fecit Rex thronum Elephantinum magnum, & circumaurauit illum auro probato.* Et vt omittam in hoc throno, quem Salomon ad ostendendam magnificentiam Regalem extruxit nullam aliam fuisse materiam præter ebur, & aurum, vt monstraretur in Maria sanctissima nihil non fuisse pretiosum; quia Thronus hic symbolum illius: illud solum aduerto, quod sapientissimus Rex diem illum construit, Salomon appellatur, cum tamen septem alia habuerit nomina, aut propria, aut Vulgaria, quæ enumerat Pineda lib. 1. de rebus Salomonis cap. 16. num. 4. idque non sine arcano mysterio, quod explicuit Petrus Cardinalis Damianus s. 1. de Natiuitate Virginis his verbis : *Merito ergo tale opus non eloquenti, non glorioso, sed pacifico adscribitur assignatum; quia venit Iesus instaurare, & qua in calis, & in terra sunt.* Serenissimo igitur cælo, non tonante non bellante non fulgurante, sed pacifico in sui conceptione nostra Margarita formatur, quia Rex pacificus fecit Thronum hunc elephantinum

Septuag.

Pined.

Damian.

magnum, inde David; factus est in pace locus eius, id est Mater illius, & ut admireris prouidentiam Spiritus sancti attende aurum, quo vestiuit Salomon hunc Thronum fuisse probatissimum, & purissimum, & in lingua sancta, & originali appellari aurum Muphas, quæ formula loquendi nullibi aliàs in sacris litteris inuenitur, quod summa prouidentia solum in Throno Salomonis reperitur; quia cum aurum sanctitatem significet, ostendere voluit Spiritus sanctus sanctitatem qua Maria vestita fuit in sua conceptione ita singularem, ita illi propriam, vt in nulla creatura etiam Angelica possit reperiri; maternitas enim Deiparæ nullo spiritui communicabilis. Et hoc meo iudicio significauit idem Damianus his verbis: *Aurum omnibus metallis pretiosius, intellige diuinitatem Dei omni præminentem mundo, omnia gubernantem, hæc vestita est, imo super vestita Mater altissimi totamque Virginem tota illa indiuisibilis natura largiori gratia superfudit.* Et explicans hanc largiorem gratiam ad stupendam identitatem Matris, & filij recurrit.

585.

Alcaz.

Claudo sectionem hanc re omnino mirabili: *Singularis gratia est Margaritam*, ait Alcazar ad Apocalypsim cap. 21. versu 21. *clara luce illustratam rubescere, & veluti animam habere sanguineam*; quod Plinius non obseruauit, at obseruauerunt nostri homines in nostri temporis Margaritis præsertim occidentalibus; quamuis enim candidissimæ sint; si tamen ad solares radios rectè inspiciantur, & illis illustrentur videntur sanguineam animam intus habere. Res proculdubio miranda, & vsque ad hæc tempora non perspicua, & quæ purissimam conceptionem Virginis ex Christi sanguine ortum habuisse clarissime euincat. Negarunt antiqui scholastici (non inficiamur) Mariam redemptam à Christo Domino si originale peccatum non contraheret, nec Lynceus Thomas Aquinas iuxta aliquorum placitum in conceptione non maculata passionem, & redemptionem videre potuit. At non solum nostri temporis scriptores noua Spiritus sancti Luce perfusi, qui etiam antiquis Patribus suos splendores immisit, sed quod maius est vniuersalis Ecclesia in conceptione virginea vident Christi sanguinem Redemptoris, & dum hanc Margaritam penetrant, & aliquomodo circulos huius cæli attentius introspiciunt in circulo primo, conceptionem scilicet illius intuentur animam sanguineam Christum scilicet, qui Virginis est anima illam præseruantem à peccato originali, iam ergo quod albo notandum lapillo, nihil est quod prohibeat hanc excellentiam Virgini concedamus, præsertim cum illam morte sua à labe communi præseruasse gloria sit Redemptoris.

## S E C T I O X.

*Canticum canticorum Maria illius immunitatem originalem illustrat.*

## Breuis ad M A G N I F I C A T commentarius ex voto.

**S**I radiantissimus aliquando loqueretur Sphæbus, Lampasque hæc candidissima funderet verba, lucem proculdubio funderet, splendoresque lucidissimi essent loquutiones illius; ab ore etenim Syderis fulgentissimi, quid nisi fulgores prodirent eximij? Semel loquutus est Deus, & duo audiimus, & verbum esse filium, & filium præstantissimam lucem, & splendorem gloriæ illius solis, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Inde Caietano dictus lux vera, vt qui à vitali, & splendido lucis fonte procedat. Mater sacratissima æmulata Patrem æternum in hac etiam proprietate cælesti, si loquitur quasi sermones Dei, sermo enim primus, & vnicus splendor est, & quidquid loquitur sancta patrens lux, radij fulgores, præsertim si visceribus Deum hominem portet, vt portabat inextinguibilem lucem, cum cantabat sacra vates, & modulabatur carmen Magnificat, quod excellentius quam Canticorum Salomonis Epithalamium, & potest, & debet appellari Canticorum canticum, vt notabat Iacobus de Valentia ad tituli illius libri explicationem, apud quem etiam memini me legisse in cantico hoc gloriosissimo quo sacra Deipara breuissime complexa est totam legem, Prophetas, & testamentum nouissimum pro immaculato suo conceptu, quem decem versibus celebrat gratias Deo fuisse; cum igitur verba Mariæ sint fulgores, & splendores igniti; illius conceptio purissima ab illis illustris, ab illis conspicua iam explico, vtinam luce diuina, si tamen admonuero prius Virginem sanctissimam primam fuisse, quæ asseruit, & decantauit suam conceptionem immaculatam, purissimam, idque non quando genitum, & incarnatum est Verbum, sed quando visitauit Elizabeth, & Baptista mundatus est à peccato originali, vt ostenderet fuisse hoc Redemptoris munus, & in se excellentiori modo, quam in Baptista illud salutare suum impleuisse, vt accute notauit Noster Melchior de Torres Episcopus Rocensis lib. 2. de gloriosis animæ pignoribus, c. 2. ad finem.

586.

Valcar.

Torres.

## Prima pars Commentar. ij.

*Vers. 1. Magnificat anima mea Dominum.*

**M**agnificabat anima Virginis Dominum. (Simon de Cassia lib. 2. de Maria cap. 14.) *Cum laudabat Dominum internè, atque contemplabatur, quanta magnalia in seipsa perfecerat, & ad infirmitatem eius deficiens ab illa magnitudine vincebatur, & propter magna*

587.

Cassia.

Gerfon.

*magna que statuit in re parat.* Vbi aduertit Gerfon p. 3. tract. 1. super Magnificat, & ingeniosè quidem, in anima rationali, quæ essentialis est forma hominis, duo esse munera, & officia intelligere, & animare, & propter primum dici spiritum, animam propter secundum; idque confirmat verbis Christi Domini: *Tristis est anima mea usque ad mortem*, Matth. 14. 34. 38. & statim, *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Vbi Doctores duplicem portionem distinguunt; Primam qua Christus Dominus fuit beatus propter spiritum Deum clarè, & intuitiue videntem. Secundam, qua patiebatur tristitiam & cæteros viæ affectus, & dicitur anima; ex his efficitur animam significare formam rationalem, & humanam quantum corpori vitur, & illum informat. Merito igitur anima Virginis sanctissimæ Deum prædicat magnum, & excellentissimum, propterea quod animam illius in instanti quo incipiebat corpori humano vniri, & illud informare pulchram, & immaculatam creauerit, neque permiserit labe vlla corporis infici quod prioritate quadam naturæ lustrauerat dignitate Matris, quæ peccato originali obuiarit, ne in animam purissimam irumperet, generationique Marianæ interlaboreretur, eburnea enim caro Mariæ (inquit Damianus Cardinalis) maculas Adami non admittit, sicut nec Christi Domini caro, Caro enim Mariæ est Christi Domini caro Arnoldo Carnotensi Abbati in ratione; vt puritatem Caro Mariæ à carne Christi mutuetur, & caro Christi, à carne Mariæ asserit Odo Cameracensis Episcopus ad Canonem missæ, quem iam dedimus, dum corpoream puritatem Mariæ almæ explicaremus. *De immaculata, & pura ab omni peccato creditur conceptus, & natus, & ideo immaculata.* Caro Christi in Eucharistia, & forsam propter hanc rationem Angelus, qui beatæ Briggicæ dictabat sermonem Angelicum, laudes Mariæ in Eucharistia legebat, vt ostenderet carnem Mariæ vi incruenti sacrificij, quod intrinsecè affert sacrificium cruentum, seu melius vi passionis, & mortis Christi Domini fuisse purissimam, & immaculatam, vbi velim attendatur Angelos perspicacissimos, quorum intellectus acutissima acies puritatem magnæ Matris se ipsis non posse cognoscere, sed necessarium illis esse ad eam cognoscendam legant in Eucharistia, & vltius tot, & tantas esse Mariæ laudes, vt petant necessario librum grandem, & nouum, qualis est Eucharistia, lege Brigittam pag. 632. sermonis Angelici.

Brigitt.

588.

Sap. 19.

Machab. 2. 30.

Rupert.

Magnificat, *Defendit anima mea Dominum*, Magnificare etenim significat defendere ac protegere, Sap. 19. *In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine & honorasti, & non distulisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.* Et 2. Machabæor. 3. 30. *Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum, & templum, quod paulo ante timore erat plenum, & tumultu. Apparente omnipotente Deo, gaudio, & lætitiâ impletum est.* Ibi etenim Magnificare, significat defendere ab inimicis, & illos coercere, vt notauit Lyranus, & probat Lorinus. Vidi Rupertum, lib. 2. in magnificat c. 1. asserentem Deum maximo desiderio teneri audiendi

hoc Canticum Marianum, illudque explicasse illis verbis Cant. 2. 14. *Sonet vox tua in auribus meis.* His verbis, *Tu autem ostende mihi faciem tuam sicut ostendis, sonet vox tua in auribus meis, & audiam ego, audiant, & amici, quorum vnus, & primus audiuit, cum adhuc esset clausus in utero Matris sue, & exultauit ad vocem tuam, qua hoc modo sonuit in auribus meis.* Vidi & dubitabam, qua ratione Deus desideraret Magnificat audire. Nunc venit in mentem Deum desiderasse, quod Maria sanctissima proprio cantico magnalia, quæ in illius conceptione purissima patrauit referret ingenuè, & aduersus illos qui existimare possent Deum improuidum in immaculata generatione ipsum protegeret, & defenderet. Quod & fecit sacra Deipara, vel admirante David. *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurata circum amicta varietate.* Psalmo 44. 10. *Astitit defensor filium, sicut stetit filius protectoris, & defensor Stephanum Act.* *Video calos apertos, & Iesum stantem, vt propugnet, & inimicos expugnet.* Adstitit, firmissima, Chrysostomus: *firmiter stetit, stetit immobiliter*, quasi hostis illorum, qui improuidum filium, & Matrem non honorantem in conceptione autumant iuxta illud Threnorum 2. 4. *firmavit dexteram suam, quasi hostis.* Circundata varietate velut in v. 15. varietatibus propriè ex Hebræo. *Circumamicta opere plumario, vel plumis;* vt Exod. 26. 1. & 36. 37. sperabat, vel expectabat Draco Apocalyp. 12. Parientem mulierem circumamicta sole, vt illam, & filium inuaderet suæque ditioni subiiceret. Sed *data sunt ei ala dua*, vt desertum peteret ocus, vel etiam occisimè. Iam ergo patet Dauidicas plumas esse alas Propheticas, & has, Dauidicas plumas. Vestita itaque plumis, & alis Maria sanctissima à dextris filij vbique regnantis monstrat non obscure nubis caligine, sed luce clarissima filium in sua conceptione regnasse, & decorem induisse, vt decorem etiam indueret Matrem, illumque fulgentissimum & gloriosissimum. Verum diligenter aduerte, quod vt Maria abiret in locum suum, id est in sanctitatem: *Exaltata enim est in Cades, hoc est in sanctitate*, data sunt ei ala dua Aquilæ magnæ, quæ tamen masculo infanti, id est Christo Domino non sunt concessæ; quia cum hæc ala mulieri darentur, vt serpentem fugeret, fugeret etiam ne traheretur à flumine originalis piaculi, necesse non fuit ala darentur infanti, ex eo etenim, quod Mulier, & Virgo esset, & præseruaretur à peccato originali præseruatus masculus censebatur, quia à Margarita hac verbum eduxit omnes virtutes, vt aiebat sancta Hildegardis; imo Christus præseruatus à noxa communi, (vt ostendit ex Damasceno Doctor Angelicus superius non semel citatus) quia ex Virgine sanctissima prodiit.

Gantic.

Apocal.

589.

Arcanum etiam illud, quod aquilæ magnæ ala concessæ sacre Deiparæ, & illius immunitatem euincit: aquila enim symbolū Regis est, & Regis magni, Christus Dominus aquila gradis magnarum alarum, qui alatus, & pennatus conceptioni vt Rex, vt Dominus adstiterit Matris, vt significarent prouidum Regem

antiqui (referente Aldrobrando Vlyffe viro eruditissimo lib.1. Onithologia in aquila) symbolica aquilam, quæ terram terens alas tendebat petitura cælum, à sinistra fulmine, & à dextra lauro, & lemma. (Ad vtrumque opportunè,) quo symbolo significabant præstantissimum Regem toga, & iago, seu bello, & pace aquilam futurum: in conceptione Matris filius diuinus Rex Imperator, Dominus, aquila magna rum alarum fulmine debellaturus peccatum originale, Lauro triumphanti coronaturus Matrem terram gloriosam, quæ commouebitur nunquam; quia stetit in conceptione, non cecidit: *Dominus regnavit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute; etenim firmavit orbem terræ, qui non commouebitur.* Psalmo 91. 1. & 2. *Etenim ex tunc sedes Christi parata, præparatus Salomonis thronus aureus, Thronus Eburneus in conceptione purissima, quia adiubavit eam mane diluculo.* Psalmo 45. vbi ad rem Appollinaris: *Ex aurora auxiliarem habet prouidum oculum,* Inde intelligendum, cur filium in Cantichordo decem cordarum Virgo non Deum, non iudicem, sed Dominum vocitet: *Magnificat anima mea Dominum, & Maria in conceptione Regina,* quæ filium præseruatorem lauro coronet vniuersalissimum, id est omnibus modis Redemptorem, & fulmine deterreat asferentes improuidum filium in illius conceptu mirabili subuertit Grando spem mendacij Isai. 28. vt sacra Deipara, vt Regina ad vtrumque opportunè, sicut & filius. Defendit igitur, & protegit anima Mariæ assertorem, seu prælibatorem Christum, vt loquitur Cardinalis Cusanus.

*Vers 2. Et exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo.*

590. **E**Xultat gratissimus Spiritus, gratissima Dominum magnificat anima, & filer caro à Maternitate immaculata? Vincitne gratitudine caro Davidis carnem Mariæ? illa laudat Dominum, & exultat: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Psalmo 83. 3. Caro vero Mariana, neque tripudiat grata, neque in Deum viuum, imo & mortuum ne inficeretur labe originaria exultat lætabunda, & laudans? Apage in peccati originalis negotio tota est anima Mariæ, tota est spiritus, & sicut si crearetur spiritus, si anima produceretur sine vnione ad corpus maculatum, nullo modo inficeretur peccato originali, sic infici non potuit Mariæ anima, quia tota spiritus in conceptione etiam, vbi potiores (si potiores) partes carni immaculatæ delatæ, multa Mariæ purissimæ priuilegia, hoc vnum, quod caro illius, quasi si esset spiritus in primo sui conceptu non potuerit maculari. Grauius Petrus Comestor lib. de conceptione: *Oportuit ab ipso fundamenti primordio præ cæteris aliquod sortiri priuilegium, quæ secretorum Dei mysteriumque celestium in se susceptura erat arcanum.*

591. *Spiritus meus;* si versu primo anima carnem importet; quia magnificat Dominum, vt carni vnuebatur vt prius caro virginea grata Deo, quam spiritus, quia in œconomia incarnatio-

nis, spiritus illi carni debitor est, ex eo enim quod Maria mutata sit carnem purissimam Verbo ad illius dignationem, inde exorta charismata, cælestia, & diuina quæ inueniuntur in spiritu Virginis, in illo non inuenienda nisi carnis mundissimæ futurus spiritus. Ad rem Tertullianus, lib. de resurrectione carnis cap. 8. *Et si sufficeret, & illi (carni) quod omnino nullam anima salutem posset adipisci nisi dum est in carne crediderit, adeo caro salutis est cardo, de qua cum anima Deo allegitur, ipsa est, quæ efficit, vt anima allegi posset, si anima Maria allegitur, vt sit anima Dei genitricis, à carne habet quod allegitur.* Vnde non mihi valde placet Gerson, qui tract. 1. in Magnificat; licet affirmet carnem, & animam exultatus in virgine asseruit: *vtrumque profecto factum est, sed specialis ratio fuit in anima, quæ verbi incarnati maiestate præparauit hospitium in carne prorsus animalis.* Existimo enim carnem præparatam aliqua prioritate naturæ, antequam illi anima vniretur iuxta dicta in prioribus vestigatione in qua ostendebamus virtutem supernaturalem ad generandum hominem Deum, quam esse sanctitatem docuimus disputatione 3. & 4. huius vestigationis infusam fuisse Virginis corpori, vbi primum cœpit caro esse Virginea, hac enim sanctitate, fuit caro Mariæ compacta, vt sapius ex Basilio magno homilia de humana Christi generatione retulimus.

592. *Salutari meo.* Fortassis Emphasis huius Hemystichij à discursu Virginis sanctissimæ, quæ ex eo quod Mater Dei tanquam ex fecundissimo antecedenti intulit consequentiam euidentissimam, cuius consequens esset immunitas à peccato originali. Acute vidit Euthymius Zigabonensis: *Gauisa est anima mea in Domino, qui me saluam fecit; iam enim salua facta sum, quæ digna habita sum, vt fierem Mater Dei. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo; id est iam salua facta sum, quia digna habita sum, vt essem Mater Dei.* Ex sententia enim verissima, quam Magna Mater auxilio asseruit suffulta diuino, hæc duo sunt impossibilia maternitas Dei, & peccatum. Vnde ex maternitate infert suam salutem, prædestinationem, & singularem sanctitatem, quæ veluti æterna, & nunquam interrupta, æterna quia ab æterno Maria Mater, atque proinde sancta ab æterno in diuina prædestinatione. Non interrupta, quia semper continua. Gloriabatur nescio quis filius se si aliquando rixaretur cum matre, facillimè, & breuissimè componi, quasi hoc esset signum pietatis, & reuerentiæ eximium: at alter, qui aderat cito. respondit. Ego cum Matre mea nunquam in gratiam rediui, quasi diceret, nunquam inter me, & matrem meam discordiæ, aut inimicitiae etiam breuissimæ: Refert Calcanignus ad finem operum suorum, excidit locus; Christus Dominus. Saluator Virginis filius, & Saluator talis, qui cum matre nunquam in gratiam redierit. Nam purissima Virgo nullas cum filio habuit inimicitias, semper fuit proxima, semper amica, semper purissima.

Salu

593. Zelotes. Cant. 1. 12. Lucensis.

*Salutari meo.* Et non solum Saluator, non solum Redemptor, sed etiam amor Zelotes. Cant. 1. 12. *Dilectus meus mihi,* amor meus mihi, vt vertit Tuccius Lucensis annotationibus in Cantica, qui mitat in adiutorium meum aligeros spiritus, qui ab instantanti meæ conceptionis contra aduersarias potestates Sattelites Vigilantissimi. Significat hoc lampades ignis quæ fulgent in Canticis c. 8. Alia enim habet translatio, *Ala eius, Ala ignis.* Ala pars exercitus, qui currit opem alicui ciuitati allaturus, Virgil. *Æneidos 11.*

Virgil.

*Et Virginis ala Camille.*

Liuius.

Inde Alarij equites Liuius lib. 40. *Alarij equites postquam Romanorum equitum, memorabile facinus videre.* Et quis sciat si hi alarij equites sint. Sexaginta illi fortes, qui custodiunt lectulum Salomonis omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi Cant. 3. n. 7. lectulus, & quidem floridus Maria sanctissima explicatore Guillermo Neobrigensi Cantic. 1. vers. 16. & lectulus Salomonis, vt sentit ibi Honorius, qui in his fortissimis Israël Angelos contemplantur potentissimos corporis Virgineæ custodes propter timores nocturnos, quibus significatur culpa originalis, vt iam diximus, sed quid timeat, quæ genuit Saluatorem sæculorum, exultet potius in Deo salutari suo.

594. Caictan.

*Salutari meo.* Bellè Cardinalis Caictanus: *Mens verè dicit Maria, quoniam totum corpus Christi mediante quo saluat mundum meum est, nec in eo vir aliquis habet partem.* Hinc infert Rutilius Benzoni lib. 2. in Magnificat cap. 10. pag. 44. beatissimam Virginem præseruatam fuisse à peccato originali, & merito quidem. Explico. & vrgeo. Sacra nostra religio Redemptoris æmula vitam, sanguinem (quid si diuitias, argentum, & aurum;) pro redimendis captiuis effundit, impendit hæc, vitam superimpedit, quod si aliquando diues aliquis Princeps pecuniam aut Eleemosynam conferat ad alicuius pauperis redemptionem, hunc prouidentia, & cura peculiariter asserit, quia pauper ex tradita pecunia ius habet singulare, vt primus, & ante alios omnes liber euadat à captiuitate. Hoc nostri homines adiutorium vocant. Ingreditur Deus mundum genus redempturus humanum, vnde redimat non habet, quia caro & sanguis Deo non inest, & redemptio non corruptibilibus auro, & argento, sed pretiosis carne, & sanguine agni facienda. Mutuat Virgo sanctissima carnem, & sanguinem cum puritate summa Verbo diuino, vt piè notauit Nicolaus Cabasila lib. 6. de vita Christi. Nonne ius habet anterioritatis sacra Maria, vt non solum filium liberatorem habeat, sed prælibatorem, non Redemptorem tantum, sed præredemptorem? Asserat ergo Christus Dominus Matrem ante captiuitatem, ante originale peccatum, & supponat ne cadat manum suam manus altissimi, exulter Mariæ spiritus propter hanc præliberationem mirabilem in salutari suo, quia caro illius & sanguis, caro Virginis, & sanguis sunt Eusebio Emiseno sermone 1.

Euseb.

de Natiuitate Domini. *Nam sicut totus Deus ex Deo est, ita totum hominis corpus ex homine, de carne Mariæ coagulatum, de eius formatu visceribus, de eius substantia consummatum, & sanguinem quem pro Matre obtulit de sanguine Maris accepit.* Quid illustrius? Vbi quid video acutissimum: exultatio quæ est velut extra saltatio plus est quam lætitia, quia exultatio est inundans lætitia cum signis etiam exterioribus modestissimè grauissimè expressis. Vnde Albertus Magnus in Lucam asseruit, exultare motum corporis sonare ex gaudio cordis procedentem. Redemptio Virginis sanctissimæ gloriosissima copiosissima exundans fuit, quia per seueratiua, sic etiam lætitia ex hac Redemptione exundans copiosissima gloriosissima; in sanguine etenim, qui ex Christi Domini corpore in cruce pendentis fluebat vidit Virgo suam præseruationem, & ibi etiam inter iustitias vndas, & filij passionis exultauit spiritus eius in Deo salutari suo, vt existimat Cardinalis Vigerius ad Magnificat. Cuius explicationem integram ego non probo, nec probant alij doctiores, ex hoc singularissimo arcano inferunt Patres Mariam sanctissimam esse mundi redemptricem, & operatam fuisse salutem in medio terræ. Grauius Richardus de sancto Victore capite 26. in Cantica fatus: *Omnium salutem desiderauit, & quæsiuit, & obtinuit; imò salus omnium per ipsam facta est. Vnde & salus mundi dicta est.* Audiatur noster affectus; & salus sua; quia sicut ad salutem mundi suam contulit carnem, suum contulit sanguinem, eadem omnino ratione ad suam salutem, & præliberationem, singularis tandem lætitia, quia singularis electio, singularis sanctitas, Augustinus Pater ad Magnificat: *Ergo beata Virgo; quia singulariter se electam videbat, quoniam singulariter gratiam (Maternitatem) acceperat quasi priuilegio quodam electionis diuina confirmata fiducialiter ipsum, quem pro salute mundi filium conceperat, suum etiam cum lætitia, & exultatione salutarem vocat.*

Albert.

Richard.

August.

Secunda pars commentarij.

*Vers. 3. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

**A**D discrimen incurrendi originale peccatum hanc humilitatem nouiter, sed solidè refert Iacobus Ianfonius, & legit (vilitatem) vilitas quippe necessitas ad peccandum nata ex Adam peccato. Hanc cum in Maria respexisset Deus miro modo matrem præseruauit futuram; insatiabilis etenim filij amor non passus, quod mater tantum subiret periculum, etiamsi necessarium esset ad hanc immunitatem, quod ipse sanguinem, & vitam profunderet, id posset disputari an diuinus Filius ea intentione amet matrem humanam, qua amat Patrem diuinum, quia

Ee 3

dubitari

dubitari non potest diligat eam intensissimo amore, & cum increatus amor sit infinitus, quo Deus nullam amat creaturam, & alius Matris debeat esse perfectissimus amor, concluditur necessario amoris filij diuini erga Matrem tanta arsurum intensione, quanta decet Deum, qui amandos, & honorandos patres præcipit; in hac autem intensione efficax desiderium includitur præseruandi illam à labe originalis peccati. Hinc lux allata loco non facili ex Ioannis cap. 10. num. 15. *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.* Viderunt difficultatem Interpretes, & illa se prodit statim; nec enim hæc duo inter se cohære videntur, quod Pater Christum cognoscat, & Christus Patrem agnoscat, & quod ipse animam ponat pro ouibus suis, sed si verbum agnosco, non solum cognitionem importet; sed etiam cum cognitione amorem mutuum inter patrem, & filium, sententia non est difficilis, sed mirabilis & quæ in nos nimiam Dei charitatem declarat. Nouit Pater meus tantum meum esse amorem erga eum; vt si necessarium esset, vt illam à periculo, seu discrimine eruerem me meum sanguinem & vitam profusurum, idque ego de Patre meo, & illius erga me amore cognosco, eademque ratione cognosco, & amo oues, vt pro illis si necessarium esset sanguinem funderem, & ponerem vitam; at quia earum periculum, & discrimen respicio, & sanguinem fundo, & animam pono pro ouibus meis. Inde respexit humilitatem Virginis Deus in conceptione sua, quia naturaliter Adami filia, & ne rueret in peccatum, illove inficeretur, eo modo quo pro Patre liberando sanguinem funderet pro Matre liberanda posuit, & vitam, amor enim erga Matrem æmularum amorem infinitum erga Patrem æternum.

596.  
Psalm. 44.

Rufus hic lux Psalm. 44. *Omnis gloria eius filie Regis ab intus, & Cantorum etiam 44. Absque eo quod intrinsecus latet, ex Hebræo, absque oculis tuis, extra silentium tuum, ab omnimoda gloria tua.* Videatur Guillerius ad litteram. Et pendatur pulchritudinem filie Regis, omnimodamque gloriam illius esse interiorem, sed talem qualem solent fulgentissimæ vniones, & candidæ Margaritæ habere. Hebraicè præ Margaritis vt affert Lorinus, sed ad rem nostram alia translatio: *Omnis gloria filia Regum à Rege cogitationum*, in conceptione Deiparæ gloria illius à Deo, cuius cogitationes regales excedentes cogitationes, etiam acutissimas, & viuidas hominum. Maria Adami filia, & futura Dei Mater illud peccatum affert, hoc puritatem postulat maximam. Quid in re difficillima humanus cogitatus? inficiatur peccato originali anima Mariæ, & statim sanctificetur; ablata enim rubigine (inquit non semel Cisterciensis, qui fecerat Richardum de S. Laurentio,) egredietur vas purissimum, sistit hic cogitatus humanus. Progreditur ulterius cogitatus diuinus. Respexit humilitatem, discrimen, periculum, necessitatem remotam ancillæ suæ; imò & Domine cui subditus, & antequam subeat discrimen, antequam experiatur periculum illam sanguine suo præferuat Rex cogitationum. id cernas dilucidè in

Abrahamo, & Isaaco. Promiserat Deus Abrahamo generationem filiorum, qui & puritate, & numero stellas, & arenas excederent; sed præcipit statim sacrificet filium. De propagatione non dubitat Patriarcha, tamen filium immolet, quem diligebat, inde seruis iniungit ad radices montis expectent; donec ipse reuertatur, & filius, Quæ mens Parentis? Iugilabo filium Isaacum, sed statim suscitabit illum Deus progeniesque infinita, & lucidissima erit infallibilis. Rectè. Rectius Deus cogitationum. Non moriatur Isaac; sed illo iam in periculo constituto, & discrimini exposito non extendat Pater manum super puerum, non moriatur, præferuetur à morte, & sic certior erit multiplicatio filiorum. Vnico verbo omnia hæc Zeno Veronenis serm. 3. de Abraham ad finem: *Religiosus carnifex stringit gladium, Patris erat quod leuauit, Dei fuit quod pepercit.* Homines in Maria, & Isaaco mortem, etiam amantissimi, & statim vtriusque resurrectionem cogitatus humanus, qui graditur super terram, sublimior cogitatus diuinus, non moriatur Isaacus, non inficiatur Maria à morte, præferuetur vterque; pulchritudo igitur interna Mariæ in sua conceptione à Rege cogitationum. Qui respexit humilitatem, & periculum Ancillæ suæ; & quia diuinus cogitatus altissimus, altissima etiam generatio Mariæ, & quam vilissimum, & infimum non tangat peccatum; Altè Euthymius de veneranda Zona Deiparæ cap. 8. *Deipara est altior, & superior quam re creata, tam que sub aspectum cadit; quam que non cadit est pura, impolluta, & intacta Parris.* Et quam Pater quasi reueretur ne tangat, veluti si tanta puritas Virginem temerare posset; tangeret peccatum originis? Nulla ratio; quia Rex cogitationum apostite Eprem Syrus de Margarita: *Reges in quibus exaltantur ciuitatibus priuilegia donant. At filius Dei Virginitatem, (vtramque à peccato, & corruptione) matri concessit quippe cum posset.*

Zeno.

Euthym.

Ephrem.

597.

Psalm. 10.

*Respexit humilitatem.* Propriissime legas, succurrit, auxiliatus est humilitati Ancillæ suæ Psalm. 10. *Oculi eius in pauperem respiciunt, elegantissima Basilij magni Theoria: Vides auxiliatorem esse paratum ubique presentem, ubique contemplantem, omnia videntem, cuius hoc opus est, vt provideat, curam gerat, prohibeat iniuste agere, &c.* Succurrit Deus Mariæ, illamque defendit, & custodit, vt custodirent pupillam oculi, & illam reipsa custodiunt. Mira teneritudo Domini erga populum suum. Deuteron. cap. 32. 10. *Inuenit eum in terra deserta in loco horroris, & vastæ solitudinis, circumduxit eum, & docuit, & custodit quasi pupillam oculi sui.* Urbanus VIII. Pont. Max.

Vibanus.

*Solis hunc vidit in aruis  
Deserisque locis tepido terrore panentem  
Deduxitq; manu, tanquam nutricula paruum  
Infantem tutatus eum, seu luminis orbem.*

Et Cosm. Magallianus.

*Tanquam oculi ille sui pupillam tenuit ab hoste.* Quibus verbis declarat Moyses quanta Deus diligentia custodierit populum suum; quæ confirmari vrgentius non potuit, quam pupillæ allata similitudine; cuius custodia à natura diligentissimam rem charissimam semper significat;

Ambros.

ficat; & quæ summo diligatur amore. Nullus elegantior Ambrosio pupillæ tractat cultodiam. in Hexameron lib. 6. cap. 9. *Eam (frontem scilicet) gemina rupes (sic lego, non sepes) superciliorum sequuntur, quæ oculis munimenta præstunt, præserunt gratiam, vt & venustas decoris ardeat, & diligentia proiectionis assistat; si quid enim de capite sordidum decidat, aut arene puluis, aut ros nebula, aut humescentis verticis sudor, excipitur supercilio ne terrenas offensa acie visiones mollium perturbet oculorum. Adherent veluti quibusdam montium supercilij oculi, vt & protegente montis cacumine tutiores sint, & tanquam in summo locati de quadam scena superiori vniuersa prospicient.* Et paucis interpositis. *In quorum oculorum medio pupilla sunt, quæ videndum operantur. Hæc ne quæ incidentis iniuria offensione ladantur, pilis hinc inde confertis, velut quodam vallo per circuitum muniuntur.* Videas tantam oculorum custodiam ad immunitatem pupillarum excogitatam à natura, quæ etiam membranæ à Deo reguntur aqueis, vneis, orneis, illisque fortissimis; & Deum ita suum custodire, & defendere populum, ac si esset pupilla oculi sui. Sed attendas tenerissimam hanc curam ad Mariam sanctissimam ab æterno esse directam, quod notauit Rabbi Hacados, quem Hebræi Magistrum nostrum sanctum appellat, qui dum legit (custodit, & custodiet) addit. *Propter Matrem Messia.* Ac si diceret Moyses, custodit Dominum populum suum; vt custodiret pupillam oculi sui, quia in hoc populo, etiam barbaro, etiam ingrattissimo Mater continetur Messia, quæ Deo carissima, quia pupilla oculi sui, piissima quidem erga Matrem, teneritudo vt loquitur Saluianus lib. 8. de prouidentia. Sed de hac nomenclatura, & Metaphora pupillæ ad hoc mysterium inferius redibit sermo, & hæc attigisse sufficiat, vt constet Deum Matris suæ auxiliatum fuisse necessitati, & vt proprios orbis à generali asseruisse periculo, & Deiparam concinnè canere, quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Id enim si non fieret, & macularetur pupilla oculi Dei, & in supremo & sublimi loco vbi peccatum non accederet, non verè hæc protulisset Ephrem de laudibus Virginis: *Sublimior caliculis purior solis radiis.* Et post pauca: *Aue stella fulgentissima ex qua Christus prodijt. Aue illustrissima lux. Aue pax, gaudium, & salus mundi. Aue generis humani letitia.* Mirum enim esset gaudium nostrum tristissimum, sub seruitute peccati letitiam esse maestissimam, lucem extinctam, pacemque captiuam, & Virginem superiorem caliculis, pedibus conculcari Satane, & puriorem, solis radiis esse denigratam super carbones, ex his constat non solum Deum respexisse humilitatem Mariæ in conceptione filij, sed etiam in sui conceptione.

Saluian.

Ephrem.

598.

Vnde ridebo semper illorum sententiam, qui affirmant Mariam conceptam sub originali peccato, vt haberet humilitatis materiam, non enim non poterat humiliari si consideraret se in peccato originali conceptam, quasi si nulla alia exercendi virtutem humilitatis occasio, aut quasi posset timeri, ne ma-

ternitate Dei insolesceret, aut superbiret Maria sanctissima, cuius humilitatem potuit Deus respicere vt exemplarem formam, vnde propriam humilitatem educeret, vt piè considerabat Magnus Albertus, mihi illud infedit iudicium in Incarnatione Dominica, & Iesum à Maria potuisse (si fas id esset) humilitatem addiscere, & Mariam à Verbo diuino; magna enim humilitas, quod Deipara se vocaret ancillam, & amplissima humilitas, quod Verbum assumeret carnem ex Virgine, qui ex generatione omnium hominum seruus esset futurus ex ancillatu Virgineo, vt subtiliter cogitauit S. Thomas à Villanueba, sermone de Annuntiatione.

Albertus.

S. Thomas à Villanueba.

*Beatam me dicent omnes generationes*, id est, sine peccato originali conceptam, miraberis explicationem, sed nostra non est, sed Gersonis tract. 4. super Magnificat, cuius hæc verba: *Volo dicere Virginelem sponsam nostram, secundum triplicem hunc statum, triplicem habuisse Beatitudinem. Beatam respice primo modo, dum ab instanti creationis spiritus sui iniatum est matrimonium cum sponso Deo per arham fidei, spei, charitatis, & ceterarum virtutum.* Et cætera, quæ prosequitur in eadem sententiam ad gloriam factæ Deiparæ.

599.

Gerson.

*Verf. 4. Quia fecit mihi magnam qui potens est, & sanctum nomen eius.*

Quid magnum? si à peccato originali non præseruauit Virginem, quæ illi mater futura: Naturalis propensio in cognatorum vtilitatem, honorem, gloriam. Rogabant Sinay montis Abbates piissimi monachi, cur Deus tanta & tot contulisset homini beneficia. Respondit referente Philippo præbytero Dioptræ lib. 3. c. 3. *Quia cognatus nobis, & eiusdem substantia, eiusdem generis, ac forme, hominatus videlicet, ac proinde naturaliter deditus est, ac diligit cognatus, & generis sui substantiaque.* Perbellè hæc in sacram Deiparam, quam Dominus magnam effecit, id est omnino liberam, & quam sub tyrannidè peccati originalis nunquam permisit hanc cæli enarrant Virginis gloriam, vidit & Euangelista Ioannes, & scimus quia verum est testimonium eius Apocalypf. 12. *Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius.* Magnum enim, & maximum significant liberum, & ab omni seruitute alienum. Fundus enim vti optimus maximusque sit (asserit Martinus de Roa singularem lib. 1. cap. 16.) qui traditur, seruitutem nullam debere censetur, non iter, non aquæ ductum, aut haustum non pactionem, optimus textus in l. cum venderis, & ibi Celsus §. de contrahenda emptione: *Cum venderes fundum non dixisti, vt optimus, maximusque est, verum est quod Quirio Mutio placebat non liberum, sed qualis esset fundum præstari deberet.* Censuit ita Paulus delegatis 3. l. si mihi, & fundo instructo, l. fundo legato, & Celsus: *Quod si vt maximus, optimusque esset traditus fuerit iudus, liberum ab omni seruitute præstandum.* Signum igitur

600.

Apo. 12.

Roa.

Paulus.

Celsus.

magnum sacra Maria, quia ab omni seruitute libera semper hæra nunquam ancilla, nisi Dei solius. Vulgatum illud Hieronymi: Ex quibus liberior Virgo sancta Maria, unde sacra Deipara demonem calcat, & triumphat; Richardus de sancto Victore: cap. 26. in Cantica: Mundi principem, & caput iniquorum beata Virgo superavit, calcavit, & caput eius contrivit, dum perfectam munditiam servavit in corpore, & humilitatem in corde, ut nullum locum rependi, vel in pectore eius, vel in mente, habere potuerit. Repit peccatum originale, & interferitur in generatione filiorum Adam, & exinde in seruitutem trahit Sathanas, at nullus illi locus, ut serpat in Maria; atque adeo illa in conceptione fuit libera, hanc perpetuam illius libertatem, liber etiam à peccato annunciat Nuncius empyrei: Ave gratia plena; ubi enim spiritus, & gratia, ibi libertas, & quidem ingenuitas hæc gratia est, & maxima gratia, liberi, & ingenui pleni sunt honore, vacui serui honore, & mancipia; in sacra verò Deipara nihil est vacuum, quod occupet seruitus, omnia honore pleuissima. Aduoco Richardum de S. Laurentio lib. 1. de laudibus Virginis.

Plenitudo autem beatissima Virginis priuat vacuitatem, quando enim vas aliquod plus aliquid potest capere, tandiu habet aliquid vacuitatis, unde omnis alia creatura aliquid habet vacuitatis; quia maiorem gratiam recipere potest, ipsa autem sic vsquequaque plena gratia fuit, quia maiorem gratiam habere non potuit, nisi ipse diuinitati vniretur, hoc est nisi ipsa esset Deus. Christus enim Dominus inter mortuos peccato etiam liber sacram Deiparam liberam voluit ab omni peccato, & nihil in tanta Regina vacuitatis existere. Magnus Albertus, de laudibus Virginis. Fuit etiam Maria liberrima, quam fecit immunitas à peccato, & gratia plenitudo; nam ubi spiritus Domini, ibi libertas.

Et meritò quidem, ne sacra Deipara libertina esset, & Christus Dominus etiam ingenuus ex libertina mater genitus ignominiam hanc non posset effugere, dicuntur autem libertini, quia iusta seruitute manumissi sunt, id est qui cum antea serui essent, & mancipia per manumissionem libertati donabantur, vt docuit Theophylus, lib. Institutionum, tit. 5. Libertinus est qui ex iusta seruitute manumissus est, & tradunt Rosinus de Antiquitatibus Romanorum lib. 1. cap. 20. & ibi Thomas Dempsterus, & quidem ex Symmacho liberti hæreditatem possunt adire, lib. 10. Epistola 54. quod tamen seruis non liceret, vnde hæc habebant ex priuilegio; quia ex iure suo id non poterant, vnde liber Ciceroni pro Cluentio, ille dicitur in cuius potestate sit arbitrio suo viuere, eatenus tamen, vt lege, & instituto permissum fuerit. De quo optimus locus in Saluiano Massiliensi lib. 3. ad Ecclesiam Catholicam, qui eruditus omnino videndus. Distinguebantur autem vestitu etiam libertini ab ingenuis notante Aurelio Macrobio lib. 1. dierum saturnal. cap. 6. & hoc non solum, sed etiam corporibus stigmatate immisso notabantur, vel auris perforatione, vt affirmat vetus scholiastes ad satyr. 1. v. 104. Arguis homines,

qui cum propter libinam libertatem meruissent, & in libertinorum corpus, & tribum relati essent pertusis auribus signa libertinorum celare non poterant. De quo Seuerus Sulpicius Sacra historia lib. 1. ex Hebræorum more, inde lux variis locis sacra Scripturæ, quæ de hac aurium nota; videndus Isidorus noster in hoc verbo, illud notauerim fœminas libertinas vulgato corpore semper malè audisse, vt videre est apud Liuium Decade 4. lib. 9. & Horatium lib. 1. satyra secunda.

Ergo Christus Dominus non natus libertina matre, quod dedecus apud Romanos, Græcos, & Hebræos, nec libertina sacra Deipara, nec auribus perforata, vt Dæmonis mancipium, dedecus enim filij mater sine honore, quæ semper vt Regina aureo vestitu & scutalato Psalm. 44. Astiuit Regina à dextris tuis in vestitu de aurato circumdata varietate, & quæ sybillo serpentis non credidit, aures nunquam potuit habere pertusas ritu ancillarum cuius dominium in Dæmones supra tradidimus, & quam nec sanctissimo Ioseph subiectam voluit Altissimus, ideo, & ipsa ait: Dominus possedit me in initio viarum suarum. Prouerb. 8. 22. Septuaginta Dominus Creauit me initium viarum super opera sua. Alij, Deus creauit me principem, & præfecit me suis operibus, de quo videndi Salazar illustrissimus ibi, & Gueuara tom. 2. in Matthæum obseruatione 15. sect. 3. §. 5. n. 32. & sequentibus, vt videas in conceptione Mariæ signum magnum, regium, Augustissimum, liberum illi enim: Fecit magna qui potens est. De Virginis magnitudine multa Benzonius, lib. 2. in Magnificat c. 28. dub. 3. vbi ex Augustino: Magnum fuit, vt Dei Patris verbum carnem suam indutum in utero gestaret. Magnum fuit, vt dum se ancillam confessa est Mater fieret sui plasmatore. Et hæc est amplissima magnitudo, aut maiestas Mariæ, à qua magnitudine aliæ exortæ fœliciter. Vide Albertum Magnum in 1. Luc. quem merito transcribit Rutilius.

Qui potens est, Sed vnde melius colligenda omnipotentia, aut illius negatio, quam ex matris præseruatione, aut negatione priuilegij huius. Hinc illa argumentandi forma, qua vsi non pauci & vrget noster Caietanus Antistes, aut potuit, & noluit, aut vere non potuit Virginem immunem à noxa originali seruare. Vrgeret etiam Sophronius, qui in Christi Natalitia, ita discurret: Christus in manifestissimum omnipotentia sue miraculum, & argumentum Virginem ex qua prodijt integram incorruptamque conseruauit. An non manifestissimum miraculum, & argumentum omnipotentia Virginem integram, & incorruptam in anima seruare? præcipue cum Mariam esse Virginem in carne ad dignitatem filij pertineat; integram verò, & non defloratam esse in spiritu ad decorem potius conferat matris, imò & filij, qui si matrem incorruptam ingenuam, & liberam non crearet, posset non credi Rex omnipotens, & metuendus nimis. Aquilam enim symbolum potentissimi Regis hac inscriptione: Regum est velle, & posse beare. Proponit Achilles Bochijs, lib. 1. Symbolicarum quæstionum symb. 19.

Isidor.

Liuius. Horat.

602.

Psalm. 44.

Gueuara.

Benzonius.

603.

Caietan.

Sophrou.

Achiles.

symb. 19. Quod si filius matrem hac magnitudine, & ingenuitate non bearet, dubitari meritò posset an Rex potentissimus, qui aut noluit cum deberet, aut matrem in instanti conceptionis à seruitute liberare non potuit. Hoc enim non minus, quam virgineus partus ostenderet omnipotentem. Ignatius Epistola ad Heronem: Decebat enim creatorem non consueto, sed admirando vii partu, vtpote omnium opificem. Ita etiam decuit peregrinam Margaritam, in qua quasi duplex natura roris, & ignis consideratur ab Ephrem Syro lib. de Margarita, peregrino Regio, & Augustissimo concipi modo, & qui esset à cælo. Effecit id qui potens est.

Et sanctum nomen eius, quia magna, quæ Virgini contulit Deus, sanctitas, & puritas sunt. Ideo sacra Deipara non inducit aliud Epiterum, sanctitas enim adiuncta omnipotentia, vas efficiet purissimum, & sanctissimum. Rectè Gerson tract. 5. super Magnificat: Superuenit Spiritus sanctus in te fecundans te, nedum in mente, sed in corpore, vt experimentaliter cognosceres, o Sancta sanctorum, quia sanctum nomen eius; sanctum nomen impollutum, incontaminatum, consecratum, confirmatum, sine terra, sine concretionem materia, & ab omni prorsus impuritate liberum, & alienum. Non necessarius commentarius alius, vbi hæc verba habentur; dum enim circa subiectam materiam sanctum inducitur nomen, id est, Kados à beatissima Virgine, & tot verbis explicatur à Cancellario, intelligitur conceptionem Mariæ sanctissimæ fuisse impellutam, incontaminatam, consecratam, confirmatam, sine terra, sine concretionem vlla, & ab omni impuritate liberam, & alienam, imò, & alienissimam, vt aliqui Patres loquuntur. Vbi aduerte nominibus Dei vt Spiritum sanctum consideratione ad res de quibus agitur, nomen enim El, quod significat fortitudinem non est in vsu sacrorum, quando Deus inducitur implens promissa; tunc enim ponitur nomen Iah, quod significat Deum promissa implentem, & sic de singulis, quod notarunt alij præcipue Arias Montanus lib. de Arcano sermone. Ergo in Hebræo hic nomen ponitur Kados, quod importat rem singularem excellentissimam, & omnino ab alijs separatam; Græcè Agios; Latine Sanctam, suprema etenim Dei magnitudo est Maiestas Augustissima, quam nomen hoc sanctum importat, cum significet separationem ab omni malo, ab omni peccato, quod in falsis numinibus non reperiebatur. Inde Regum 1. cap. 2. Non est Sanctus, vt est Dominus, & non Deus, sicut Deus noster. Et cap. 6. Quis poterit stare ante faciem, seu in conspectu Dei Kados sancti huius. Atque adeo (inquit citatus Arias) hanc maiestatem præstantiamque suam, certis, & manifestis exemplis in priuata aliqua gente, vel persona, vel beneficiis collocandis, aut iudiciis edendis Deus ostendit, vt in destructione Sodomæ, quæ quia impura, & peccatrix à Deo sancto, id est, puro ab omni labe igne punita; sic magna quæ Deus fecit sacra Deiparæ à Deo sancto, puro, incontaminato habuerunt exordium, ita vt non solum puritate mentis, sed etiam & corporis fuerit excellentissima. Aduo-

Ignatius.

Ephrem.

604.

Gerson.

Reg. 1. 2.

canda hic, quæ de sanctitate corporea Virginis diuæ, & sanctissima dicta in primis quatuor disputationibus huius vestigationis, hic tantum assero testimonium Richardi de sancto Laurentio ibi prætermissum, qui cum dixisset carnem Mariæ multiplici gratia ditatam, & excellenter decoratam lib. 3. de laudibus Virginis, particula 1. seu parte 1. §. quodammodo, litt. N. hæc scripsit: Caro Maria, fuit quodammodo Deificata, quando à Dei Filio inhabitabatur, nam sicut Christus portionem illius assumens in ea informatus est vsquequaque, sic & caro Virginea, diuinum quid nobis ineffabile, & humanum excedens. Quam nos altruimus optima ratione ostendimus esse maternitatem physicam, & Virgini infusam in primo conceptionis instanti, vt quando caro illa incepit esse caro humana Mariæ, quæ nunc magnificat Dominum, quia illi concessit, quod nulli filiorum Adam, sanctitatem originalem, etenim Sanctum nomen eius.

Non solum inquit Magnus Albertus, quia in se sanctitatem & diuinitatem contineat, sed etiam quia in ipsa sanctificationem effecit, & ait: Et sic fuit in beata Virgine, in qua nihil fuit, nisi diuinum. Ergo ex Alberto conceptio Virginis sancta, & diuina. Doctè Caietanus, postquam Deipara denominauit, eum à potentia, quod peculiare, & proprium est mysterio incarnationis, in qua tota ratio facti est potentia facientis, laudat, & nominat illum secundo à celsitudine naturæ; est enim Deus actus purus ab omni impuritate segregatus, & ideo describit Deum ex hoc quod sanctum est nomen eius. Adde, quod est peculiare, & proprium in conceptione Virginea; doctè etiam Simon de Cassia lib. 2. de Maria explicans rationem propter quam in hoc versu omnipotentia, & sanctitas celebrentur: Factorum magnalium est, vt sanctitate resplendant. Reprehensibilis est omnino potentia, & laudabilis actus si sanctitas non assistat.

Richard.

605. Albert.

Cassia.

SECTIO XI.

Pro immaculato conceptu versus expens.

Pars tertia commentarij.

Vers. 5. Misericordia eius à progenie, & in progeniem timentibus eum.

Misericordia, & pietas diuina salutaris mei, (ait sacra Deipara) nullis cõcluditur terminis, sed ad omnes generationes extenditur, tamen in me luceat excellenter, & singulariter, & pelluceat eximie; quam sententiam propinavit Dauid Psalm. 102. Et misericordia eius ab æterno, & in æternum super timentes eum, & is qui sperant in misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Non tamen Virgo beatissima ab specialibus sibi collatis beneficiis ad generalia transit, vt existimauit Beda Venerabilis, sed cum peculiare fauores recensuisset, iam suos tractat simūque

Psalm.

Beda.

Richard.

Alb Magn.

601.

Theophyl.

Rosinus.

Saluianus.

Aurelius.

simulque celebrat, quos fecit omni generationi, quorum etiam ipsa sit particeps excellentissimo modo, & quidem nomine misericordiae, non attributum solum misericordiae explicuit, sed & ipsum Christum assertorem nostrum, & proprium Virginis salutare, qui dici solet misericordia, Psalmo 84. *Ostendo nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis*, & Isai. 55. *Christus dicitur misericordia David fideles, inclinate aurem nostram, & venite ad me, audite, & vinet anima vestra, & faciam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce testem populi mei dedi eum ducem ac praeceptorem gentibus.* Hanc nostram interpretationem complexus Græcus auctor Anonymus in Catena, viam sternens ad confirmandam immunitatem conceptionis Deiparæ: *Et misericordiam eius, quam habet in generationes ego concipio, ac ipsi corpori animato coniungitur nostram tractans salutem solius intuitu pietatis.* Ac si diceret sacra Deipara Verbum hominem factum, & omnium hominum salutem, & quidem intuitu pietatis, quæ propria est filij ad parentes; ergo increata misericordia se ostendit piissimam, dum Mariam in conceptione summa pietate tractavit, & imminens peccati discrimen remouit, pietas enim filialis sine dubio anteuertit pericula, & (si potest) parentes in illa incidere nulla ratione permittit.

607. Et quidem si misericordia diuina, Verbum, scilicet Patris naturaliter non esset infinita pietas, sed exemplar ad illius exercitium illi fuisse necessarium, in creaturis facile illud inuenisset. Fumabat Neptunia Troia, Pergama redigebantur in cineres, ingrataque grassabatur ignis, qui consumeret omnia, Parat fugam Æneas, sed qui piissimus Græcis ignibus Patrem, Iulum & vxorem non permittat Creusam, sed pendenda ad Patrem verba dum æstus incendia voluunt.

*Ergo age chare Pater, cervici imponere nostra*

*Ipsè subibo humeris: nec me labor iste gravabit*

*Quo rescumque cadent unum, & commune periculum*

*Vna salus ambobus erit, mihi parvus Iulus*  
*Sit comes, & longè seruet vestigia coniux.*

Filij, & Patris commune periculum, & manifestissimum ratione naturali est illos si in discrimine vitæ sint, neque perire, neque saluos esse, nisi vna posse, vt apud Tacitum lib. 1. Historiæ Otho Imperator in oratione ad milites; statim ergo Patrem humeris sustulit Heros.

*Succedatque oneri dextra se parvus Iulus*  
*Implicuit, sequiturque Patrem non passibus aquis*

*Pone subit coniux.*

Sed quid flammæ? quid ignes? Vrutne pios humeros vehentes Patrem? Minimè nec intentant, ò prodigium!

Æneid 2. *Ac ducente Deo, flammam inter, & hostes Expedior; dant tela locum, flammaque recedunt.*

Nec quando Patrem humeris refert. Sic 6.

*Illum ego per flammam, & mille sequentia tela Eripui his humeris, mediòque ex hoste recepi.*

Recedebant itaque flammæ, neque audebant piissimum lædere hominem. Fabulam putant aliqui, rem veram alij existimant, eamque decantant, & scribunt Poëtæ, & Historici, ex illis Statius 3. Sylu.

*Felix cui magna Patrem cervice vehenti.*

*Sacra Mycenea patuit reuerentia flammæ.*

Ovidius, Propertius. Ex his Dionysius lib. 10. Antiquitatum in oratione Consulis Horatij ad tribunos plebis: *O vos miseros, ac ciues hac patria indignos, cuius conditores parentes suos humeris gestauerunt, quibus per medios hostes armatos, & incendia dij tutam viam praeberunt.* Sed in historia hac, quam refert Seneca lib. 3. de Beneficiis c. 37. considera verba nostri Cordubensis: *Tulit illud per ignes, & quid non pietas possit?* Huic affine prodigium alterum fratrum Catanæorum, qui ex incendio Ethnæ vtrumque liberarunt parentem flammis recedentibus, fugientibus ignibus; Claudianus Egredie in carmine de illis.

*Aspice sudantes venerando pondere fratres*  
*Diuinos meritos semper honore coli.*

*Iusta quibus rapida cessit reuerentia flammæ*  
*Et mirata vagas reppulit Ethna faces.*

Hæc homines in parentes inuadentibus flammis, quarum expositi ardoribus, & in summo vitæ discrimine. Et piissimus Deus, cuius viscera misericordiae matrem permetteret vrendam originalibus incendiis, cum humeris, quibus onem retulit peccatricem, vt loquitur Pacianus Barchinonensis, illicque delicatis posset matrem tollere incendiâque immiuentia extinguere, idque sine nouo discrimine. Dixi nouo, quia vt sæpius refero, ad hoc quod filius piissimus Dei genitricem liberaret, non fuit necessarium, quod nec vnam nouam guttam sanguinis funderet, quæ singulariter præ liberationi applicaretur. An non liberare hoc modo illam redolet pietatem? misericordia, pietas, Iesus Filius à matre præseruata in æternum, in mille generationes. Obuius sanctus Cyprian. seu quis ille est antiquissimus auctor tractatus de Cardinalibus Christi operibus, serm. de Natiuitate: *Spiritu sancto obumbrante* (inquit) *incendium originale extinctum est, ideoque innociam affligi non deicit, nec sustinebat iniustitia, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniurijs, quoniam plurimum à ceteris differens, natura communicabat non culpa.* Vbi illud extinctum incendium non significat ita extinctum, vt iam grassatum in Virginem. Sed obumbratione Spiritus sancti, non in incarnatione (id enim esset hæreticum) verum in propria conceptione prohibitum esse, ne tangeret matrem, aliàs affligi debuisset communibus iniurijs in partu, quia si in conceptione culpam contraxisset, etiam si statim accensus iam extingueretur ignis peccati, & communicaret culpa, quæ communicabat natura.

*Et misericordia eius, pondera Virgilij decorum, & Virgineam puritatem ebibes.*

Humeris pius ex hoc facinore Æneas sustulit Patrem, & coniugem licet carissimam à longè (propriè enim hæc vocula sumenda, vt docti iudicant Interpretes) sequi iubet, quæ consulta flagrantibus ignibus, idque ex decore; Patres enim plus diligendi quam vxores. Probato auctoritate

608. auctoritate Angelici Doctoris, qui 2. 2. q. 25. art. 11. cum in controuersiam adduceret, vtrum plus homo debeat diligere vxorem, quam patrem, & matrem: *Respondet dicendum, quod sicut dictum est, gradus dilectionis attendi potest, & secundum rationem boni, & secundum coniunctionem ad diligendum. Secundum ego rationem boni, quod est obiectum dilectionis, magis sunt diligendi parentes, quam vxor, quia diliguntur sub ratione principij, & eminentioris cuiusdam boni.* Hanc doctrinam negat Lyppomanus Genesis 2. adducens Rupertum, & Hugonem, sed asserit illam communis sententia propter summam obligationem filiorum ad Patrem, vt refert Franciscus Suarez, de fide, spe, & charitate, disp. 19. sect. 4. num. 16. qui soluit rationes, & explicat auctoritates sacre Scripturæ in contrarium.

Sed ad rem nostram insignis locus Pauli ad Ephesios cap. 5. *Viri diligite vxores, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aqua in verbo vitæ. Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata.* Et paucis interiectis, n. 29. *Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed fouet, & nutrit eam, sicut & Christus Ecclesiam.* Quibus in verbis argumento à natura desumpto, ex eo quod vnusquisque suam carnem amat, & illam odio prosequi non potest, probat Apostolus vxores à viris esse diligendas sicut Christus dilexit Ecclesiam, quæ illius felicissima sponsa, & summo amore dilecta; vt enim illam immaculatam redderet Christus, mundauit eam lauacro aquæ, & sanguinis sui, illud serid aduertendum permisisse Deum sponsam infici nœuo, & macula, & nullo modo esse gloriosa, postea verò pretioso sanguine suo illam mundasse, vt esset gloriosa, & immaculata. Vnde secundum doctrinam Angelici Doctoris Virginis conceptio fuit immaculata, si enim parentes plus diligendi sunt quàm vxor, & pro vxore, & sponsa, vt verè mundaretur à macula contracta per originale peccatum sanguinem suum fudit, matrem permittitur non erat maculari, vt postea mundaret, & lauaret, sed præuenire maculam sanguine suo, & matrem à nœuo illo, & ruga fœdissima præseruare, ne vnquam carnem suam odio diceretur habuisse. Carnem verò Mariæ esse carnem Christi, cum identitate etiam generaliter docent Ecclesiæ Patres, præcipuè Cardinalis Damianus, & Arnoldus Carnotensis, de laudibus Virginis. Inde Virgo sanctissima excellentiori, & diligentiori modo sanctificanda, quam Ecclesia, est enim ipater, & sponsa, quæ duo ad immunitatem Virginealem coniunxit D. Epiphanius sermone de laudibus Virginis: *Inuenitur Virgo esse cœlestis sponsa, & mater, quæ donorum ante nuptialium nomini Spiritum sanctum accipit; dotis verò gratia cœlum, & paradysum, aut vna cum paradiso.* In quo fuit innocentia, & gratia, & in creatione primorum parentum nulla nigredo. Propterea non de tenebris peccati, non de nigredine seruitutis originalis vocatur Virgo sanctissima à sanctissima Trinitate, sed de candicante luce, seu de candore

D. Angelic. Libani, qui candidissimus, quia filia, quia sponsa, quia mater, quia soror, Cantic. 4. 8. vbi Honorius Augustodonenis: *Veni de Libano, scilicet candore vitæ nimis exaltanda in supernorum ciuium Triclinium, veni ad spiritualia gaudia coronaberis de monte Amanâ, hoc est, recipies coronam de triumpho, quem promeruissti de diabolo.* Inde fit Mariam præ Ecclesia esse immaculatam, vel potius Ecclesiam, propter Mariam præcipuum, & augustissimum membrum esse immaculatam, & gloriosam, nullumque nœuum habentem. Misericordia enim erga Ecclesiam in pondere, & mensura, at erga matrem sine mensura; pulchrè Richardus de sancto Laurentio lib. 6. titulo 4. §. Charissima. Vnde dicit ei Sponfus Cant. 7. *Quam pulchra est, & quam decora carissima in delijs, in hoc quod bis queritur, quam pulchra sit, & quam decora, & geminatur nomen pulchritudinis, designatur quod ipsa mirabiliter, inestimabiliter, & immensurabiliter est pulchra, & decora.*

609. Ephes. Sed ad rem nostram insignis locus Pauli ad Ephesios cap. 5. *Viri diligite vxores, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aqua in verbo vitæ. Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata.* Et paucis interiectis, n. 29. *Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed fouet, & nutrit eam, sicut & Christus Ecclesiam.* Quibus in verbis argumento à natura desumpto, ex eo quod vnusquisque suam carnem amat, & illam odio prosequi non potest, probat Apostolus vxores à viris esse diligendas sicut Christus dilexit Ecclesiam, quæ illius felicissima sponsa, & summo amore dilecta; vt enim illam immaculatam redderet Christus, mundauit eam lauacro aquæ, & sanguinis sui, illud serid aduertendum permisisse Deum sponsam infici nœuo, & macula, & nullo modo esse gloriosa, postea verò pretioso sanguine suo illam mundasse, vt esset gloriosa, & immaculata. Vnde secundum doctrinam Angelici Doctoris Virginis conceptio fuit immaculata, si enim parentes plus diligendi sunt quàm vxor, & pro vxore, & sponsa, vt verè mundaretur à macula contracta per originale peccatum sanguinem suum fudit, matrem permittitur non erat maculari, vt postea mundaret, & lauaret, sed præuenire maculam sanguine suo, & matrem à nœuo illo, & ruga fœdissima præseruare, ne vnquam carnem suam odio diceretur habuisse. Carnem verò Mariæ esse carnem Christi, cum identitate etiam generaliter docent Ecclesiæ Patres, præcipuè Cardinalis Damianus, & Arnoldus Carnotensis, de laudibus Virginis. Inde Virgo sanctissima excellentiori, & diligentiori modo sanctificanda, quam Ecclesia, est enim ipater, & sponsa, quæ duo ad immunitatem Virginealem coniunxit D. Epiphanius sermone de laudibus Virginis: *Inuenitur Virgo esse cœlestis sponsa, & mater, quæ donorum ante nuptialium nomini Spiritum sanctum accipit; dotis verò gratia cœlum, & paradysum, aut vna cum paradiso.* In quo fuit innocentia, & gratia, & in creatione primorum parentum nulla nigredo. Propterea non de tenebris peccati, non de nigredine seruitutis originalis vocatur Virgo sanctissima à sanctissima Trinitate, sed de candicante luce, seu de candore

Richard. Vers. 6. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

610. Clarissimam sphæram, Dei genitricem Mariam ambiens superbè, & arroganter Luciferus in hæc verba prorumpit Isai. 14. *In cœlum conscendam, super astra cœli eleuabo solium meum, similis ero Altissimo.* Sed dum conscendere intendit cœlum, & Marianum occupare solium antequam illud glorificauit Altissimus, cadit, ruit; prosternitur, irridetur: *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Fecit enim Deus potentiam in brachio suo, & solium suum noluit maculari in eius conceptione, & pectus illius more filiarum Adam inficit facultate Sathanæ. Si enim Deus veterum Mariæ non ingreditur, donec Mariæ sit consensus, & veluti ad incarnationem facultas, cur mentem illius in suo conceptu ingreditur superbus, & ambitiosus Tyrannus. Scitè Dionysius Carthusianus, lib. 1. de præconio, & dignitate Mariæ: *Exultauit ille vt gigas ad currendam viam, sed donec ista consentiat, neque ingreditur, nec descendit.* Exulter Sathanas, & gloriatur in multitudine fortitudinis suæ, conscendere tenter ambitiosus Marianum Empyreum, cadet humiliatus superbus; quia Dominus faciet potentiam in brachio suo, & licet fulgur, lapis erit immobilis donec pertranseat Virgo purissima. Id cecinit Moyses Exod. 15. Exod. n. 16. *Irruit super eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui, sicut immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem redemisti.* Non solum enim egressum populi Israëliti canit à captiuitate Ægyptiaca, sed etiam vniuersalem orbis redemptionem per Christum, vt ibi notant Interpretes. Lyppomanus: *In magnitudine brachij tui sileant quasi lapis, Euthymius: Potentia tua magnitudine concreuant, timorèque, ac tremore instar lapides immobiles, sicut donec populus tuus iter faciens per eos in terram promissionis pertranseat.* At brachium hoc Christus Dominus. Simon de Casia lib. 2. Casia. de Maria: *In magnitudine verò Christi super uniuersum**



uniuersum terrarum pavor irruit, & formido, cum in ortu eius trepidauerunt Reges, & gemelauerunt in die mortis eius, totus mundus expauit, resurgens terruit inimicos.

611. Verum meo iudicio nondum homo factus Verbum diuinum, & brachium excelsum Dei terruit inimicos, & immobiles illos effecit, donec transiret Mater sanctissima. Euthymius: Fecit magnum quid, fecit victoriam in potentia sua; & antequam clauderetur in purissimis visceribus Mariae, vnde exiuit vincens, vt vinceret Apocalypf. 6. 2. qui enim peccatum originale iam vicerat, & exterminauerat in matris conceptione. Facile erat vinceret in cruce moriturus. Redemptio enim Virginis sanctissimae fuit in brachio excelso, Genes. 3. Ipsa conteret caput tuum, vel ipsum, & Exodi 6. Redimat in brachio excelso. Alij ex Hebraeo, (extenso) magna vi aperta potentia, & toti mundo propalanda. Idque optimo iure, qui enim in brachio extenso populum suum redemit, & inimicos immobiles effecit, Sathanam immobilem reddidit ne Mariam purissimam peccato conta minaret, & brachiis in cruce extensis fugauit ipsamque vicit naturam, & eius potentia sua immutauit seriem, vt in conceptione matris natura succumberet, gratia vincens exiret. Fruar Theophylacti verbis, illaque ad Marianum conceptum non violentia, sed suauitate traham: Brachium Patris filius: fecit igitur robur, & potentiam contra naturam Deus in filio suo, incarnato enim filio victa est natura Virgine parientis, Deo homine facta, homine vero Deificato. Natura in conceptione Mariana, veluti peccato infecta temerata Mariam, extenditur brachium Domini, eleuatur illius potentia, naturam derinet, vincit, triumphat, nec ingredi sustinet, donec gratia suum foetum producat, victa ergo sistit gradum, & gradum gratiae anteuertere non est causa, immobilis stat quasi lapis, & fit gratiosa conceptio, in qua nec peccatum, nec daemon, nec natura audent: pallent, timent, & corruunt; brachium enim Domini extensum excelsum fecit victoriam. Prauenit naturam gratia, & cum natura ingreditur, iam clausa ianua peccato, quam gratia praueuiens, & victrix, imò victrix Maria, quae à victoria diuini brachij, non solum pulchra vt Luna, electa vt Sol; sed etiam daemonibus terribilis, vt castrorum acies ordinata, Cant. 6. Et hoc non solum post filij conceptionem, & partum, vt meditantur nonnulli, sed nec in conceptione solum, sed etiam antequam Maria in rebus existeret. Praconcepta enim in intellectu diuino, & Angelis rebellibus declarata illos è caelo terribilis discedere iubet, nam in illius ortu purissimo Aeneidos 6.

Sub pedibus mugire solum, & iuga cepta moueri Sylvarum, visaque canes ululare per umbram Aduentante Dea. Procul, o procul este profani Conclamat.

Gratia diuina, & canes ad Lunam latrantes, profani demones procul absistunt, abeunt, excedunt, erumpunt, euadunt. Quidni excedant in conceptione, qui ad solam Virginis imaginem caelos deseruere? Cyrillus Alex. homil.

Ephesi habita contra Nestorium: Salue Virgo per quam demones fugantur, per quam tentator diabolus de caelo decidit, per quam prolapsum plasma in caelum denud subuehitur. Audi, fugauit demones sola illius effigies obiecta intellectui Angelorum, eo impulsu, & virtute, vt tanquam fulgura de caelo caderent asserente brachio excelso, Christo scilicet Domino: & iam in rebus existens, iam mater Deo dicata à fugatis demonibus, à diabolo de caelo cadente victrix Virgo vin ceretur, caderetque victa, & conculcanda pedibus eius: Ne credas; fecit enim Deus victoriam in brachio suo, & hoc modo dispersit superbos mente cordis sui. Et qui audisti terribilem, vt castrorum aciem ordinatam, vide etiam sicut auroram progredientem, & confidera Guillermi acumen: Nulla vis creatura potest impedire resurgentem auroram. Mariam in conceptione surgentem, vt auroram vincen- tem tenebras impediret vis nulla, etiam sathanica: Ipsa etiam est verè aurora, in qua finita sunt tenebrae, & inchoata lux, finit noctem, & diem inchoauit, eo ipso quo solem iustitia generauerit. Sic Guillerms 6. Cantic.

Fecit victoriam in conceptione matris debellans peccatum, & potestates aëreas. & hoc est fecit quid magnum, fecit victoriam in potentia sua, è caelo fugans sathanam, cuius Dominium, cuius potestas creaturis incomparabilis. Iob. 41. 24. 25. Allegoricè de diabolo: Non est super terram potestas, qua comparetur ei (Dominium) qui factus est (suo iudicio superbia sua); vt sic illum timeret omne sublime videt. Cunctos veluti infra se positos, quasi de sublimi respicit, quia dum per intentionem contra auctorem nititur aestimare sibi quemlibet similem dedignatur, ex Magn. Gregorio ibi: Ipse est Rex super omnes filios superbia, verum qui ita superbus conculcatur in conceptione à Virgine humillima, quae illius caput, id est, peccatum originale contriuit. Gen. 3. & quae nouit Ioannem in peccato conceptam statim surgit exclusura draconem, vt loquitur Hysichius, & rectè; nam quae dum concipitur Deum hominem conceptura in seipsa contriuit draconis vim, cum iam Deum concipit in vtero, serpentis, licet alio modo in Ioanne conterat caput, prima actio futuræ matris triumphat de diabolo. Prima etiam actio matris iam generantis Deum, diabolum in peccato originali detriumphet.

Pars quarta Commentarij.

Vers. 7. Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.

Magnum illud quod fecit Deus potentia sua dum concipitur Virgo sanctissima illam à peccato originali praeseruando amplificat sacra Deipara, & asserit in suo conceptu Deum de sede deposuisse Demones, iustque abstulisse, vi cuius nitebantur eam maculare peccato, nec necessum, vt de sede altissimi deturbentur, quod illam iam occupauerint, sufficiet quod tentauerint. Id significatum per Isai. dum Sathanas irridetur, quod de caelo ceciderit; cum tamen in Erapyreo nunquam fuerit, sed solum

solum intenderit: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Tentabat sathan vere suo, quod acquisiuit peccato primi parentis Mariam purissimam suam esse, & gloriabatur tantam sedem occupaturus, quae ab aeterno Christo Domino parata, sed superbum Diabolum mundi mortem, de sede Augustissima praecipitavit in sempiternum.

614. Alb. Deposuit. Recte notabat Magnus Albertus Virginem sanctissimam tria notare. Primum quod in sua conceptione Demones deiiciuntur inuiti, quod licet obnitantur nihil proficiunt. Tertium, confusionem peccatoris Demonis, scilicet primi honoris indignè accepti in sui creatione, quem etiam indignè tractauerit. Nec mirum tantum apparatus in Virginis conceptione, vt & Deus faciat victoriam in brachio suo, disperferit Daemonum multitudinem, qui cum Lucifero Virgini insidiabantur, illosque omnes è caelo hoc sancto suo deiiceret brachio, vt enim ait Philo Iudaeus: Magnarum rerum, magnum oportet esse praemium. Cum ergo Magna Mater sanctissima illius praemium (illius conceptio) magnum esse oportuit, vt ex qua concipiendus Magnus Altissimi filius. En apparatus Isai. 27. 1. In illa die visitauit Dominus in gladio suo duro, grandi, & forti, super Leuiatham, serpentem uetstem, & super leuiatham serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est. Inducitur enim Deus non inermis, non imbellis, non suavis, sed durus debellator, grandem gladium, non solum vibrans, sed etiam illo serpentem uetstem trucidaturus in conceptione Mariae, quam infra vineam suam canentem ob triumphum de demonibus ipse Deus appellat num. 2. & 3. vbi uetis dicitur, qui in hominum generatione gratiae, & iustitiae ianuas occludat, & tortuosus, id est fallax, insidiosus (vt explicat Arias Montanus) quia in paradiso fraudulenter incessit, insidiasque omnium hominum saluti parauit, nomina, quae illi conueniunt, quia auctor originalis peccati. Intendit sedem Altissimi, quia suo iudicio potentissimus, & innumeris sedibus iam inde occupatis gloriosus, sed repente uisitat illum Dominus gladio suo grandi duro, & forti, carne scilicet, qua induendus, & accingendus Psalmo 44. Accingere gladio tuo, super femur tuum potentissime. Et minantem tantum solium maculaturum exturbat, nec illum solum, sed etiam aliorum daemonum acies, qui illo fugiente fugerunt, seu ceciderunt cadente, vt in caelesti bello, ibi enim traxit caude sua tertiam partem stellarum.

Ac ueluti montis saxum de verrice praecipit Cum ruit auulsum vento, seu turbidum imber Proluit, aut omnis solum sublapsa uetustas Fertur in abruptum magno improbus actu

Exultaque solo syluas, armenta uirosque Inuoluens secum. Aeneidos 12.

Inde non solum Maria sanctissima demonibus terribilis; sed etiam terribile illius augustissimum nomen. Confidenter Richardus de sancto Laurentio fatus lib. 1. de laudibus Vir-

ginis cap. 2. Nec solum potens est ad mundiendum confugientes ad eam tanquam turris; sed etiam hostes insequentes potens est expugnare. Vnde super illud Cant. 6. Terribilis sicut castrorum acies ordinata, dicit B. Bernardus. Non ita metuunt hostes visibiles quamlibet castrorum multitudinem copiosam, sicut aerea potestates Mariae uocabulum. Recordantur enim Michaëlis bellum in quo tentator Diabolus de caelo decidit, vt ex Clemente Alexandrino referebamus, & uicticem in sua conceptione illosque calcantem extiment. Virginem demum demonibus terribilem passim docent Patres, & Doctores, Cardinalis Hailgrinus Cantic. 6. Tu es malignis spiritibus terribilis tanquam turris adificata cum propugnaculis, & quia tu es sicut castrorum acies ordinata. Et Guillelmus Neobrigensis terribilem esse Demonibus Deiparam, sicut & filium: Cum Mater mea sis, cum genueris terribilem, & cum qui aufert spiritum Principum, ipsa quidem terribilis es principibus tenebrarum.

Hinc noua fortassis lux Canticorum cap. 7. Quid uidebis in Sulamite (id est pacifica) nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filiae Principis. Vbi sponsus uocat Mariam sanctissimam fortem, strenuam, bellatricem; idque adeo excellenter, vt choris castrorum conferri queat: Adolescentulae autem uel ipse sponsus (vt ego suspicor, & non sine auctore) gressus pulchros in Cothurnis Deiparae, quae Principis (sive Nadab) filia mirantur, suspiciunt, in quibus uerbis notanda duo. Primum prima parte illius primi uersus complexum sponsus, quidquid dixerat antea, scilicet sponsam esse pulchram, sicut auroram, & terribilem sicut castrorum aciem ordinatam. Secundum quod maxime ad rem nostram, sponsam, aut adolescentulas laudes sponsae auspicari à gressibus in cothurnis, cuius deinceps per partes describit pulchritudinem, mirum enim, & inuistatum est describendam pulchritudinem foeminae à calcamentis adori. Mysterium lateret. Explico, prima sacra Deiparae pulchritudo à Maternitate diuina, quae gratia illi collata in primo conceptionis instanti, & qua gradiebatur super fluctus maris peccati illos conculcans, conterens illos, Demones Triumphatura, ideo antequam ad animi & corporis laudes accedatur, gressus illius in calcamentis laudantur. Nec mireris si Maternitatis gratiam gratiosum calcamentum dixerim; Magno enim Ambrosio sermone 17. in Psal. 118. Gratia Calcamentum est. Calciet se ergo carnis anima Ecclesiastica gratia, ut uita huius cursum, & transitum cum decore praerereat. Deinde mysterio non vacat, quod gressus laudet, non processus, non processus, in processu enim, aut processu non pompam, non securitatem importat, quas gressus secum uideatur asserre, deducitur enim à uerbo gradior, quod in sacris Pompam, & securitatem in incedendo significat, omnemque timorem expellit. Qui gradi ut super fluctus Maris. Iob. cap. 8. 8. ibi enim in originali subest uerbum (Darac) quod significat incessus aut gressus imperatoris, aut ducis praeriantis, aut secure uirtute magna debellantis, & triumphantis

Euthym.

Gen 3.

Exod. 6.

Guillerm. 612.

Iob.

Gregor.

Genes.

Arias

Cantic.

Cyri.

Neobr.

615. Cant 7.

Ambr.

Iob.

hostes, inde Numer. 24. *Orietur stella ex Iacob* (Christus Dominus) & *consurget virga de Israhel, & percutiet duces Moab, & vastabit filios Seth.* Vbi in originale verbum à Darac, graditur stella ex Iob, quod explicatur statim adiuncta victoria, & triumpho, & describit Apostolus ad Colosenses 2. 15. *Expolians Principatus, & potestates traduxit confidenter triumphans illos in semetipso.* Ergo instat imperatoris fortissimi, Christi Domini beatissima Virgo graditur super fluctus Maris peccati, illosque subiicit sibi, Dæmonemque tumentem superbiam conculcat virtute filij, qui gladius grandis, durus, fortis visitauit sathanam, & occidit illum in Mari, deposuitque potentes de sede, & exaltauit humiles. Adde Mariam sanctissimam esse illam stellam oriundam ex Iacob, vt post Alanum Insulensem notabat Richardus de sancto Laurentio, lib. 1. de laudibus Virginis cap. 3. §. Hæc est stella, vbi proprietates stellæ explicat Mariæ sanctissimæ, quam affirmat fuisse immobilem stantem in loco suo, vt Maris stella, quæ circuit immobile punctum, quod est principium cæli à quo Maris stella nescit separari, quod ostendit quadrare in sanctam Parentem, quæ circumdit Christum, & ab illo nunquam est separata, eam salutat Ecclesia vocans stellam. *Ane Maris stella.* De quo videndus Costerus in explicatione illius Hymni, & Spinellus, & Deipara capite 4. numer. 15. & 16.

Ad Colof. 7.

Richard.

Spinellus.

616.

*Exaltauit humiles.* Principemque in sua conceptione creauit Mariam quæ propter triumphum, & victoriam Princeps est etiam Dæmonum filio asserente, qui apud Brigittam, lib. 1. reuelationum, cap. 16. sic alloquitur Matrem. *Tu es Mater mea, Tu regina cali, Tu es mater misericordie, tu Domina Angelorum, Tu Cum Deo excelssissima; Tu etiam Princeps super Diabolum.* Qui eum conculcat calceamentis margaritis distinctis, & ornatissimis, sed quæ dæmonibus inferat mortem, non imprimat vitam, spemque adimat recuperandi, quæ in conceptione Virginis amittit: si Angelos superexaltetur Maria imprimit illis sua sanctitate amorem non amatorias notas, excitat enim in illis excellentissimam charitatem, sed dum conculcat serpentem mortem, & imperij amissionem denunciatur.

*Prodigium canit, & tristes denunciat iras Obscænamque famem.*

Æneidos lib. 3.

Quæ post triumphum Christi circuit quærens, quem deuoret.

*Verf. 8. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.*

617.

Id experta sacra Deipara multis, & in conceptione primum, quod non negabit Venantius Fortunatus, qui eodem vsus verbo

*O Virgo insignis, Mater pia, nobile semen Quam Deus impleuit totius orbis ope.*

Imo nec Hæreticus Ecolampadius, *In quam congesta, inquit, quæ alicubi disseminata, in qua resurgens, quæ, quæ alicubi nitescunt.* Nitescunt

primi parentes gratia originaria, cur non nitescet Maria, congeritur gratia, & disseminatur in multitudine Angelorum, in illorum creatione, cur non sacra Deipara. Meditor Saluatoris verba; *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam:* & existimo, quod si infanti infecto culpa originali reuelatio fieret, vt potest, qua statum generis humani cognosceret Adami peccatum, & amissione in iustitiæ originalis, illam dubio procul esuriret statim, illam sitiret. Esuriam hanc noluit Deus pati Virginem sanctissimam, sed in primo instanti conceptionis, illam satiavit gratia, & sanctitate, fames enim vesana erigit rabiem, vt ex Virgilio oppiano, Statio monet Cerdensis lib. 9. *Æneidos,* & lib. etiam 10.

*Suadet enim vesana fames,* —

Et me iudice, non solum tormentum, sed famescientium crux, quo nomine peccatum infamat Nazianzenus Tragedia de Christo patiente: *Ne me ergo trade tu sinas tanquam ad crucem ludibrioque illius exponi omnium iuratus hostis, qui sit, & mortalium pestis.* Si igitur peccatum quodcumque crux, potiori iure originale peccatorum radix. Cruxifixane in sua conceptione Maria? Lueque pestifera, & generali? non permisit assertor Iesus, qui pro illa liberanda, & præliberanda primum affixus cruci. Rideret qui misericordia nunquam mouetur Satan, exultaret si videret Deiparam cruci affixam, ac si pomum in Adamo furatam. Sed Virgo, vt ait Hysichius de laudibus Virginis audaciam Dæmonis contriuit, & illam lues, seu pestis, generalis non attigit, quia non attigit pomum Virgo sanctissima. Hysichius citatus: *Quæ audaciam Dæmonis contriuit, quam fumus concupiscentie non attigit, nec vermis voluptatis laesi.* Vermis ille, qui in verito pomo. Adhæreo in hac explicatione S. Thomæ in cap. 7. Apocalypsis, Carthusiano, & Alberto Magno in 1. Luca.

Cerdens.

Nazianz.

D. Thom.  
Carthuf.  
Albert.

618.

Verum adhuc esurio nosse (verbis vtor Buffonis tractat. 9. super Magnificat:) Quid contemplatur anima Mariæ super hac esurie? An augustissimum Eucharistiæ sacramentum? Facile id mihi suadeo, & ex hac persuasione infero Marianam tutelam in suo conceptu; substantia enim aliqua Mariæ sanctissimæ in cibo Eucharistico. Hanc veritatem docuerunt non pauci, & imprimis Franciscus Suarez 2. tomo in 3. part. disputat. 1. sect. 1. in principio, Gueuara obseruat. 15. in Matthæum, sect. 1. §. 6. num. 66. ad finem, Cerdensis Antistes, Academia 29. numer. 22. & 13. in sect. 2. & latè Poza elucidarij lib. 3. titulo 20. & 21. & colligitur ex Patribus. Primum enim Augustinus lib. de Assumptione Virginis, cap. 3. hæc scribit: *Caro Christi caro est Maria.* Et infra: *Caro Christi, quamuis gloria resurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen mansit, quæ suscepta est de Maria.* Cum ergo in Eucharistia sit caro illo quæ resurrexit sine dubio in Eucharistia aliqua est substantia Deiparæ, quod clarius scripsit 22. de ciuitate Dei capite decimoquinto & super Psalmo 98. *De carne Maria carnem accepit*

Damian.

*pit, & ipsam carnem manducandam nobis ad salutem dedit.* Deinde Petrus Damianus sermone de Natiuitate Mariæ illis verbis celebratissimis. *Cum Deus in aliis rebus sit tribus nobis; in Virgine fuit quarto sp. ciali modo scilicet per identitatem; quia est idem quod ipsa.* In quibus verbis aduerto nunc identitatem hanc substantiarum Matris & filij, non solum consistere in vnione carnis, quæ desumpta ex Virgine in generatione Christi, quam diximus esse vnionem duarum personarum, sed in identitate substantiæ Mariæ, quia hæc de Virgine sumpta semper perseverauit in Christi Domini corpore. Tertio Bernardinus sermone 1. de nomine Mariæ. *Virgo fuit vicinissima filio Dei per carnis identitatem, quia eadem caro quæ fuit Virginis Matris, facta est caro filij Dei.* Quarto Blesensis tract. de Eucharistia capite primo. *Et tamen est eadem caro tunc de Virgine nata, & caro nunc de verbo vita, de pane sacra.* Clarissimè Richardus de sancto Laurentio libro 1. de laudibus Mariæ. *Beatificatur Maria ab ea quæ dicebat ad Dominum, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, quod si beatificat eam mulier, quæ adhuc carni eius, & sanguini communicari non meruit, longe magis à nobis beatificanda est, qui de eius carne, & sanguine reficimur in altari; caro enim, quæ ibi sumitur caro Virginis est, de cuius carne sumpta est portiuuncula, de qua artificio spiritus sancti formatum est Christi corpus.*

Bern.

Blesens.

Rich.

619.

Sed vt hæc dignitas Mariæ sanctissimæ explicetur amplius, & illustrentur loquutiones Patrum, qui frequenter asserunt Christum Dominum, aut potius Verbum Diuinum in Incarnatione carnem de Maria sumpsisse, aduertendum necessario est in corpore Christi Domini quantumvis exiguo à prima formatione reperiit carnem, sanguinem, ossa, cartilagine, &c. Quæ omnia in illo instanti formata sunt, tanquam ex proxima materia, & substantia Sacræ Deiparæ; quod non ita intelligendum est, vt sumpta fuerit solida aliqua particula ex vera carne Deiparæ ad formationem corporis Christi, id enim nunquam accidit in formatione aliorum infantum, neque est necessarium, vt verè Maria sit Christi Mater; quando igitur asseritur filium Dei assumpsisse carnem de virgine intelligendum est de ipso sanguine, qui est caro quædam humida, vel quid humidum carnis, vt notauit Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagoga cap. 6. *Quod carnis quidem est humidius est sanguis, vt qui sit veluti quadam caro humida, id autem sanguinis, quod est subtilius est lac:* Fauet Diuus Hieronymus, lib. 2. aduersus Iouinianum referens ex Chæremone, sacerdotes Ægyptios abstinuisse à lacticiis, & ouis, quod sint humidæ carnes, quod de sanguine multo melius sentiant.

Alex.

Hier.

620.

Deinde existimo non solum verissimum sanguinem Virginis materiam fuisse ex qua formata est caro Christi Domini, sed etiam intra venas illius corporis ipsum sanguinem Virgineum constitutum, vt esset sanguis illius. Id non medicus putabam verum, nec Anatomicus, quia mihi persuadebam, quod

cum sanguis Virgineus sola translatione ad venas corporis Christi Domini posset esse sanguis illius, vt de se est manifestum, necessaria non erant aliæ transmutationes, vt sanguis Maternus in sanguinem filij conuerteretur, & incidi in Andream Laurentium, qui lib. 2. cap. 13. quæst. 33. affirmat vniam in fœtu esse coctionem, illumque haurire Matris sanguinem purissimum sine noua Chylosi, aut hæmatefi, seu transformatione, quod à fortiori affirmaret de sanguine corporis Christi in prima sui formatione, & id ita accidisse magna est Virginis purissimæ gloria, cum proprius sanguis cum forma propria inueniatur in venis corporis Christi. Illud autem quod aliqui affirmant scilicet Christum Dominum nullo morbo laborasse, ne effunderet sanguinem Virgineum, non solum liberè, & sine fundamento asseritur, sed etiam contrarium est illis omnibus, quibus illi ipsi asserunt ex perfectissima complexionem, nec Christum, nec Mariam sanctissimam morbum vllum pati potuisse.

Laur.

621.

Arist.

Existimo etiam ossa corporis Christi Domini, & illius cartilagine, quæ in substantia simillima sunt, vt affirmat Aristoteles tertio de Historia animalium capite octauo & alibi formata fuisse ex sanguine sacre Deiparæ, exteriora enim alia non fuere illorum materia, nec dici posset corpus Christi formatum fuisse ex sacra Deipara, si ex exteriori materia cartilagine, & ossa fuissent formata. Ex quibus non difficiliter efficitur aliquam substantiam Mariæ purissimæ in Christi Domini corpore vsque ad passionem perseverasse, & nunc in Eucharistia consistere, præcipue cum id sine miraculo villo accidat in hominibus in quibus carnem per generationem acceptam nulla ratione deperdi, sed ad finem vitæ integrum perseverare docuerunt Magist. 2. ad 3. c. penult. & vltimo, Hugo de sancto Victore, parte 6. de sacramentis cap. vltimo, Magister Historiæ scholasticæ lib. 19. cap. 78. & Alexander Aphrodisius apud Auerroem, 1. de generatione capite quinto comment. 38. quam ego sententiam non vniuersaliter veram existimo, quid enim prohibet primigeniam carnem aliquo modo dilabi, non tamen totam etiam in longissima senectute. De ossibus vero minor est difficultas, durissimi enim sunt, & nullo modo videntur decrefcere, aut consumi, sed crefcere semper, & fortiora fieri, quin eorum aliqua deperdatur substantia, naturalis enim calor, non videtur vim habere ad consumptionem eorum, quod experientia videtur docere, ossa enim cadauerum multo tempore integra, tametsi desiccata perdurant.

Hugo.

Aphrod.

622.

Hæc cum ita esse videantur ( correctioni Ecclesiæ illa subiicio ) clarè videtur deduci carnem Virgineam veneno peccati originalis nullo modo esse infectam, nec a liquid morbidum ex peccato in illam irrepsisse, ne Christi corpus, quod nobis proponitur manducandum, vt habeamus vitam, & vt abundantius habeamus, & sanguis illius venenatum aliquid habeant. Peccatum vero originale esse venenum docuit expressè Sanctus Ambrosius, qui hæc protulit re-

Ambr.

ferente Guevara vbi supra. Vnde Dominus discipulis pedes lauit, vt lanaret venena serpentis. Esurientes ergo Dominus impleuit bonis, & quia Mariæ animum non permisit elutire gratiam in primo conceptu, & quia nos saginavit purissimo sanguine, & carne, sine vilo veneno de Mariæ substantia desumptis.

Pars quinta Commentarij.

Vers.9. Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suae.

623. **T**otius huius Cantici Scopus Incarnatio Verbi Diuini, propterquam Sacra Deipara magnificat Dominum, qui redempturus vniuersum genus humanum, de Israëlitico populo non oblitus misericordiae carnem assumpsit. Ita Albertus, Glossa, Theophylactus, Iansenius, Valentia, Caietanus, & qui non? Floride, & ad rem nostram Gerson. *Suscepit Israël puerum suum. Exhilarascere tu qui perieras in Adam. Totus Israël exulta, in iubilo cordis, & laudibus oris, exulabas expositus perditioni, cecitas ceciderat in Israël, erraueras sicut ovis, qua perit. Et non nullis interpositis. Misit continuo, & ab intimo suo Diuinitatis sua filium suum, qui ad liberandum suscepturus hominem non horruit tui Virgo uterum. Hoc denique est, quod magnificans Dominum cum exultatione spiritus deprompsisti iubilans, & erumpens in Cantico, suscepit Israël puerum suum.*

Albert. &c.

624. Suscepit, adiuuit, defendit, saluauit; protexit, & perfectissimo modo redemit, saltem in Virgine sanctissima, quam non permisit, nec cadere nec esse captiuam, ambibat enim Dominus in Israël redemptione ostendere misericordiam suam, ac proinde asserit Virgo sanctissima Deum saluasse Israël puerum suum. Græcum enim verbum respondens nostro (recordatus) ambire proprie significat, vt ex Homero, & aliis declarat Antistes Lauretanus lib.4. in Magnificat, c.3. ad finem. Deus igitur qui ambibat misericordiam in incarnatione; & redemptione elucere, perfectissimo modo Israël redemit, id est omnibus modis etiam illum præseruando à peccato originali in sacra Deipara. Cum enim primos parentes creauerit misericorditer in gratia, & iustos præseruet misericorditer ne in peccata labantur, aut mortalia, aut etiam venialia, & vniuersos ab originali sufficienter lauerit sanguine suo; vt perfectissimus ostenderetur regempro Israël, debuit etiam à peccato originali saltem in Matre præseruare, in cuius conceptione aliquo modo vt puer astitit Iesus, qui à Maria sanctissima non potest secerni, separari non potest; illam enim custodit, vt pupillam oculi sui, quod attigimus sect.10. ad versum 3. Magnificat, & hic prosequemur breuiter, & succintè.

625. Quod vt efficiam aduoco Isidorum nostrum, qui libr. 11. Ethymologiar. capite 1. hæc de pupilla. *Pupilla est medius punctus*

oculi in quo est vis videndi, vbi quia parua Virgines esse videntur, aut imagines, propterea pupilla appellatur, Nam paruuli pupillæ dicuntur. Et inferius, vocatur autem pupilla, quod pura sit, & impolluta, vt sunt puella. Et rursus, *Circulus verò, quo à pupilla partes oculi separantur discreta nigredine, corona dicitur, quod rotunditate sua ornet ambitum pupillæ.* Nihil aptius in Mariam sanctissimam quæ pura impolluta, & in conceptione inaugurate regina, vt passim appellatur à Patribus. Aduoco solum Euthymium, quem iam dedi, quia hæc nomina vno loco complexus. *Deipara est altior, & superior quauis re creata, tam qua sub aspectum cadit, quam, qua non cadit, est pura, & impolluta, & intacta Patris, quia pupilla, quæ qui habet, nec permittit tangatur, nec ipse leuiter tangit.*

Illud non præmittendum Hebræum correspondet pupillæ; Latine in Deuteromij 32. 10. ibi: *Et custodiuit eum sicut pupillam oculi sui, esse Iphon hatthaarim, significare imaginem viri, quasi dicas imaginem viruli, aut humili, si enim diligenter inspicatur pupilla semper virulum intus videri habere.* Pulchra quidem representatio Mariæ sanctissimæ, quæ si introspicatur etiam in sua conceptione grauida Christo, in illa enim semper Maria Mater, vt iam euicimus, & deinde probabimus, canit, & ipsa. *congratulamini mihi, quia cum essem paruula (pupilla) placui Altissimo & ex meis Visceribus genui Deum, & hominem.* Ad rem Chrylostomus homilia de interdictione arboris, *Seductio Ena attulit mortem, Consensus Maria peperit à sæculo saluatorem, à sæculo peperit; ergo à sæculo est Mater; ergo in conceptione, est enim altior, & superior atque adeo nunquam non altissimum posuit refugium suum.*

Hinc noua allata lux variis locis Cantorum in quibus Virgo sanctissima appellatur columba, & Matthæi cap. 1. *Ioseph virum Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Et verbis Damasceni, qui asserit Beatissimam Virginem in sua conceptione Principatus, & potestates sefellisse. *O beata qua Principatus, & potestates sefellisti immaculata conseruata in Dei sponsam.* Spectabant enim illius ingressum in mundum, vt captiuam ducerent, sed ipsa præterruit, & illudit illorum diligentiam. Columba enim celerrimi volatus. Inde illarum vsus ad perferendas Epistolas obsidione ciuitatibus vallatis. Hoc miro militari astu (inquit Vlysses Aldrobandus lib.15. Ornithologiae c.1. num.50. & 60. pagina 177.2. tomo) vfos Hircium, & Brutum in Mutinensi obsidione narrat Plinius lib.10. cap.37. Columbas etenim antiqui tenebant inclusas, illisque eum vel lent, vel collo, vel pedibus suspendebant Epistolas, quas amicis exposcebant. Vnde etiam si hostes essent vigilantissimi circa hominum ingressum, & egressum ex ciuitate vallata, columba erat nuntius securus, & certus. Vnde Plinius. *Quid itaque vallum, & vigil obsidio,*

626.

627.

Matth. 1.

Vlyf.

Plini

atque etiam retia amne pretensa profuere Antonio per cælum eunte nuntio. Quæ Ioannes Doufa Batauus nobilis ita carmine vertit.

*Quid vigil obsidio, quid arces  
Aut valla profunt, per spatia inuij  
Eunte cæli nuntio.*

Portabant ergo columbæ epistolas, & fame penè consumptæ cibo proposito responsum reddebant; & de futuro auxilio monebant sine vilo periculo. Vallatus erat mundus, & non solum vallatus, sed etiam captius, nullusque ingredi poterat per conceptionis portus, quem Sathanas retibus originalibus non caperet. Certusque, & proximus non aderet nuntius iam aduentantis salutis. Ingressur mundum sacra columba, & celerrimi volatus Maria per inuia cæli; à cælo enim cuius parentes non referuntur in Euangelio, vt quæ à cælo deuenit, collo affert suspensam non salutis epistolam, aut auxiliij, sed ipsam salutem, ipsum auxiliium, id est, Iesum, qui vocatur Christus. Nihilque proficit Sathanæ Vigil obsidio, columba enim sacra alis maternitatis euadit periculum (si illi periculum) sefellitque Principatus, & Potestates, dum singulari, & inuitato modo concipitur, illamque suscipit filius ambrens misericordiam suam, & redemptionem in matris conceptu statim pellucere, nesciuit enim molimina in Virginis principio Spiritus sancti gratia.

628. *Puerum suum*, filium, & reuera, vt Pater Mariam sanctissimam ex naturæ humanæ discrimine, remotè periclitantem, & expositam ruinæ, & casui vt filia Adami, suscepit Deus Pater, quando peculiari modo voluit esse filiam, conferens illi gratiam maternitatis. Verbum enim suscipio videtur significare expositum puerum periculis adiuuare, fouere, accipere, procreare, vt notauit Luifius Cerdensis ad Tertullianum, lib. 1. ad vxorem cap. 8. num. 101. not. 2. vbi Afer more Scripturæ ait pupillos, & viduas tanquam expositas suscipere. Inde Virgo sanctissima à Patris susceptione, sine periculo, seu necessitate proxima incurrendi peccatum.

Cerdensis.

Vers. 10. Sicut locutus est ad Patres nostros Abraham, & semini eius in sæcula.

629. **N**I res futura longissima, & aliquibus forsitan non iocunda, ostendere possem illum esse in sacra Scriptura librum, in quo aliquod non sit testimonium ad Marianam ostendendam puritatem, mater enim Dei secum affert sanctitatem immaculatissimam; & vt dixit sanctus Vincentius Dominicanus sermone 2. de Natiuitate Virginis, explicans illud Eccles. 14. *Memoria mea in generatione sculorum, Virgo Maria in omnibus libris sacra Scriptura, & in omnibus omnibus; imò etiam in singulis versibus, directè, vel indirectè est mysticè contenta.* Inde non solum à creaturis, sed etiam ab ipso Deo desiderata Virgo sanctissima, vt loquitur Athanasius de Psalmo ad Marcellinum: *Desiderauit enim Rex formam tuam.* O vota foelicia si ardentissima primorum parentum, quibus reuelatà Maria ex Vincentio, vbi supra. Hoc ex

Vincen.

beata Brigitta sermone de Virginis excellentia, cap.4. Abrahami, & Isaac ex Hieronymo Epistola ad Fabiolam, & ad Paulum, & Eulochium tom.4. David ex illius Psalms, & Euan-gelio, Prophetis omnibus ex Ildesonso de Virginitate Mariæ cap.3. O desiderata sanctissima, iam iam impleta, Maria concipitur, vt mater Dei sine culpa, Deus fit caro, Incarnatum Verbum, nunquam enim Deus non stabit promissis, illius enim nomen præcipuum Iehue, aut vt alij pronunciant Iehoua, nomen illud significat, quod ita promissiones implet fidemque suam, ac si de illorum adimplentione vita penderet sua. At vita eius humana à Maria sanctissima pendebat, quomodo ergo illam non crearet purissimam ex illa carnem assumpturus? *Sicut locutus est ad Patres nostros Abraham, & semini eius in sæcula.*

Natus ad Dei in negotio incarnationis, firmandam fidem, & ad immaculatum conceptum Virginis à Deo promissum, locus ille insignis, Psalm. 88. (alios omitto, qui possem sexcentos producere) *Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar, semen eius in aeternum manebit, Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfectum in aeternum, & testis in cælo fidelis.* Semel dixi, asserui per me metipsum, & sanctitatem meam; irrita non erunt quæ procedunt de labiis meis: Davidis expectatio certissima, fruitanda nunquam, Filij eius Iesus, & Maria perpetuò regnabunt, non extinguetur eorum lucerna; Thronus enim Saluatoris, id est, Mater illius, non solum fulgentissimus, sed perpetuus vt Sol, quem ab orbe suo violentæ manus nunquam extorquebunt. Lucidissimus, vt Luna, quando plenissima radios argenteos hærit à Sole, testisque erit fidelis fidelitatis mauri, promissionis meæ, quam opere compleo, sicut Sol, sicut Christus Dominus, qui nunquam splendores gratiæ potuit, nec potest amittere, vt contra Scorum, & suos D. Thomas, & sui, humanitas enim illius, etsi per se sumpta non considerata vnione hypostatice possit peccare, peccare tamen non potest, vt est Verbo vnita, ita Maria sanctissima, tametsi considerata vt filia Adami infici potuerit peccato originali, considerata tamen in statu Dei genitricis originali noxa non potuit maculari. Phœbus occiduus videtur lucem, & splendores amittere, sed nunquam illis priuatus noctem, & occasum conculcat, symbolum Solis apud antiquos nauis pulcherrima fulgoribus coruscans eximiis, in cuius puppi throno candidissimo infedebat, pulcherrimus Iuuenis splendida refulgens iuuenta, è cuius facie, imò & capite radij purpurascens prodibant; Nauis verò carina codrillum calcabat, quod animal occasus symbolum, vt significaretur inquit Pierius Valerianus Solem, & si videatur occidere, nunquam tamen lucem amittere, sed tenebras calcare semper, illas in ortu suo fugaturus. Maria sanctissima non solum Nauis de longè portans panem suum. Sed Sol lucidissimus in conceptione, quæ tametsi videatur tenebris offundi peccati vt Adami filia, non tamen obtenebescat, nec sine luce sit vt priami parentis posteris, sed semper pellucida existat Dei sui irradiata

630.

Psalm.

fulgoribus: *Thronus eius sicut sol in conspectu meo*, Aliquorum (tam paucorum iudicio) in conceptione tenebris inuoluta peccati re vero ipsa iudicio diuino, & in illius conspectu sol nunquam occidit. Imo iam posset dicere Augustinus Pater, *in conspectu hominum, in conspectu carnis, in conspectu mortalium*. Clarissime Hysichius. *Aue solis ortus, qui nullum ferre potest occasum*: Ego libenter legerem (potes in secunda persona) sed nihil refert, quia Mariam purissimam orientem vocat, qui nunquam patietur occasum, *Christus enim ut cuius oriens nomen eius*, eo quod nullum possit peccatum admittere. Maria oriens, quia ab orienti filio lucida semper, tenebrosa nunquam. Magnificet ergo Dominum illius anima pulcherrima, & spiritus eius exultet in salutari suo, qui illam à generali macula sua luce praeferuauit gloriosissime quidem. Iam vides in Magnificat Mariam defendentem Deum, & Deum defendentem Mariam in conceptionis mysterio, ex filio etenim Luna perfecta. Inde Canticorum 6. *Pulchra ut Luna*, vbi Theodoretus existimat discriminari Mariam, & creaturas alias, & inquit: *Et discernit inter illam, & stellas indicarent, & ut ipsius Luna perfectionem ostenderent, quasi dicerent, Luna plena nitens non exilia ostentans cornua, non semiplena, non decrescens, sed perfecta & toto orbe splendida, non quidpiam retinens imperfectionis, sed totum globum lucidum praeferens*. Videas an Theodoretus commenteretur illud Angeli ad Virginem: *Aue gratia plena Dominus tecum*; & lege eruditum Lezanam de conceptione cap. 7. à fol. 26. pag. 2. qui locum Psalmi propositum floridè explicat. Huc aduocanda erat celebris Angeli ad Virginem salutatio, vbi plenitudo gratiae lucis plenitudo in Luna respondet, *Aue gratia plena*: sed disput. 21. est tractanda.

Lezah.

631.

Hæc habui, Virgo immaculatissima, quæ ad tuum Canticum pro conceptu purissimo nunc scriberem, scripturus nonnulla postea auxiliante manu tua fortissima.

SECTIO XII.

*Apostolorum, & Ecclesie auctoritate immunitas Virginis à peccato originali monstratur.*

Veritas hæc etiam Apostolorum tempore plausibilis; ita vt nullus dicere possit piam opinionem esse nouam, intellexerunt enim Principes Ecclesiae scripturas sacras aperiente Domino sensum in illorum, & in speculo diuinarum litterarum Matris Dei ingenuitatem legerunt. Primus; Primus Christianus sanctus Andreas illam explicuit (asserente vt refertur Abdia Babylonico lib. 4. Historiae) in hæc verba, *sicut de immaculata terra, & nunquam maledicta factus fuerat primus homo, ita ex semper immaculata virgine formatus fuit secundus Adam*: illamque publicè prædicauit adstante Proconsule Egea, vt narrant Præsbyteri Achaiae in libro de passione sancti Andreae. Vbi aduer-

Abdia.

te primum Christianum de euulganda Mariae immunitate fuisse sollicitum, idque forsàn de Apostolico ritu; vt enim statim dicemus credibile est Apostolos in Concilio Hierosolymitano hanc definiisse veritatem. Andrea vero crucifixi sententia nullam aliam patitur explanationem, cum comparatio fiat inter terram, de qua sumptus est Adamianum corpus, & sanctissimam Virginem. Monstrauimus enim terram illam fuisse perfectissimam, & purissimum, & semper defecatum limum etiam Angelorum manibus imperium, quem nulla conculcasset bestia, nec attigisset alia, quam diuina manus, vnde merito ab Apostolo dicitur terra illa immaculata, & quidem comparatio nulla esset, si virgineam terram peccatoris primi pes conculcasset & bestiis conculcandam tradidisset Deus in sua creatione Mariam sanctissimam, nec semper immaculatam posset appellare Apostolus Virginem, si sentiret illam maculatam fuisse peccato originali.

632. Iacob.

Secundus sit Sanctus Iacobus Apostolus, qui in liturgia, quam ex Proclo Nestorij generoso Antagonista recepit indubitatum sexta Synodus generalis, & Patres Graeci exceperunt, ita Mariam Augustam alloquitur: *Tibi o plena gratia vniuersa creatura gratulatur, Angelorum caetus, & hominum genus, quae est templum sanctificatum, Paradysus spiritualis, Virginitatis gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster, tuum enim veterum Thronum fecit, & tuum ventrem latiorum, & ampliore ipsi caelis reddidit. Tibi o gloria plena vniuersa creatura gratulatur gloria tibi*. Debeo hoc testimonium Ferreolo Loerio in Maria Augusta, & noto in illo non solum ab Apostolo salutari Mariam purissimam gratia plenam, sed etiam gloria, vt significaret in Maria nihil non fuisse gloriosum, nihil non fuisse honorificum, & vellem rogare si qui supersunt contrariae opinionis auctores an fuerit gloriosum, & honorificum Mariae originale habuisse peccatum. Et cum vere non possint respondere fuisse gloriosum, restat ex mente Iacobi Apostoli etiam in conceptione sacram Deiparam fuisse gloriosam. His adde testimonium aliud ex eodem liturgia vulgare, *Dignum est, vt te verè Beatam dicamus Deiparam, semper beatam, & omnibus modis irreprehensam, & Matrem Dei nostri*. Et statim commemorantes sanctissimam, immaculatam, gloriosissimam Dominam nostram Matrem Dei, *In quibus verbis illud est attendendum Mariam sanctissimam etiam à Iacobo sicut ab Andrea dici immaculatam*, quasi Apostolis fuerit in vsu nunquam nominare Dei genitricem, quin illam dicerent immaculatam, & cum superbeata ab Apostolo dicatur, euidentissimum est ex illius sententia nunquam virginem fuisse infelicem; Quod verum non esset, si in sua conceptione contraxisset originale peccatum originem omnium infelicitatum, & miseriarum, quas patitur humana natura.

633.

Hanc vero fuisse Iacobi mentem ostendunt clarissime Plumbei libri, qui paucis ab hinc annis

nis inuenti in monte, quem nunc sacrum dicunt, quorum quanta sit fides, & auctoritas non diffinio, expectans declarationem Apostolicae Sedis. In illis purissima conceptio dilucidè astruitur, in libro enim qui dicitur domus gloriae Sanctorum Caecilij, & Theofontis, qui Iacobi discipuli referuntur hæc verba: *Non diceret Angelus Virgini gratia plena, si peccatum originale contraxisset*. Et hæc etiam habentur: *Mariam non tetigit primum peccatum*. Et præterea ibidem scribitur hanc veritatem decretam in Concilio Apostolorum Hierosolymitano verbis conceptis: *Ille Virgo, illa Maria, illa sancta fuit à peccato originali in primo instanti sua conceptionis praeferuata, & ab omni culpa immunis*. Quibus Luzero addidit illa: *Et qui sic non senserit, non consequetur vitam aeternam*, quem ego sequutus in præfatione ad Lectorem libelli illius de conceptione è nouissimis Episcopi Carictani vulgari. Nam vt mihi retulit illustrissimus Archiepiscopus Hispalensis Petrus de Castro, & Quinones, cuius memoria in benedictione sit, verba illa in plumbeis laminis non habentur, quas à calumniis non paucis defendit E. Lusitanus, lib. de conceptione, sed expectandum est iudicium Apostolicae Sedis ex decreto Urbani VIII. nunc regnantis.

634.

Veniamus ad auctoritatem Romanae Ecclesiae celebrantis iam regulariter festum Conceptionis purissimæ, ex illius enim decreto firmum semper argumentum sumptum, nunc verò firmissimum, & cuius nulla inueniri possit solutio. Illud verò facile ad hanc formam reducitur. Ecclesia celebrat festum Conceptionis sacrae Deiparae, ergo illa fuit sancta, & in ea non contraxit Virgo originale peccatum, non enim celebraret Ecclesia aliquid, & maxime solemnitate tanta, quod sanctum non esset.

635.

Respondet Syluius Ecclesiam Romanam non celebrare festum conceptionis, sed sanctificationis, quia proprius ignoratur dies, & quia talis conceptio fuit exordium nostrae salutis. Quam solutionem ponit Diuus Thomas 3. p. quaest. 27. artic. 2. ad 3. *Nec tamen per hoc quod festum conceptionis celebratur, datur intelligi, quod in sua conceptione fuerit sancta, sed quia quo tempore fuerit sanctificata, ignoratur, celebratur festum sanctificationis eius, potius quam conceptionis eius in die conceptionis eius*. Quam etiam assert sanctus Bonauenura 3. dist. 3. artic. 1. quaest. 1. & illam ebibunt Doctores contrariae sententiae, sed mirum non est D. Thomam hæc scripsisse, quando Romana Ecclesia, non vniuersaliter celebrabat festum immaculatae conceptionis, tolerari tamen nullo modo potest, quod illa vtatur Syluius homo, qui tot videre potuit Pontificum extrauagantes, & præcipue Bullam, & constitutiones Pauli V. quarum vna, quae incipit Regis pacifici, data anno 1616. 6. die Iulij, & altera publicata anno 1617. die 5. Septembris. Quas ipse vidit, & earum facit mentionem ad illum art. 27. Et in quibus innouatur, & confirmatur constitutio Sixti quarti, vt docti notarunt. Tempore hoc felicissimo in

D. Thom.

Syluius.

quo vniuersaliter non Ecclesia Lugdunensis, aut alia particularis, sed Romana, & Catholica Ecclesia festum celebrat Conceptionis purissimæ, & non solum sanctificationis, vt ex constitutionibus Sixti V. euidentè constat, & demonstrationibus ostendit Magister Granado, Pontifex enim clarissime damnat eos, qui affirmant Romanam Ecclesiam solum de spirituali Conceptione festum celebrare, in extrauaganti enim Graue nimis, quam ad verbum assert Emmanuel Rodericus lib. 1. & est 17. inter Bullas Sixti V. hæc illius verba: *Nos igitur temerarijs ausibus, & peruersis à veritate penitus alienis assertionibus, & scandalis, quae exinde in Ecclesia Dei oriri possent, quantum nobis ex alto conceditur obuiare volentes motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione huiusmodi assertiones praeconatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare presumpserint eandem sanctam Romanam Ecclesiam de spirituali dumtaxat conceptione, & sanctificatione Virginis gloriosa festum celebrare, & eos qui crederent, & tenerent eandem Dei genitricem ab originali peccati macula in sua conceptione praeferuatam fuisse, propterea alicuius heresi, labe pollutos fore, vtpote falsas, & erroneas, & à veritate alienas, editosque desuper praedictos libros id continentes auctoritate Apostolica praesentium tenore reprobamus, & damnamus*.

Rodericus.

634.

Ex quibus verbis, (quibus solent Pontifices vt ad declarandam aliquam propositionem esse haereticam, aut erroneam, vt notauit Bellarminus lib. 4. de amissione gratiae, & statu peccati cap. 13. afferens Innocentium Tertium, qui in cap. damnatus, de summa Trinitate illis verbis: *Damnatus, & reprobamus, absque additione vlla haereticam censet cuiusdam Ioachimi doctrinam*) sufficienter inferri posset ab aliquibus Syluium haereticum damnatum à Sixto Quarto, & haereticum quantum ad hanc partem esse illius commentarium, atque adeo expungendum omnino, & obliterandum. Merito ergo Franciscus de Petigianis doctus Scotista 3. distinct. 3. quaest. 1. artic. 5. pag. 140. erroris nota inurendos censet illos, qui affirmant ab Ecclesia celebrari solum festum sanctificationis, & non conceptionis in qua praeferuata fuit à macula; si verò paulò attentius res consideretur, & expendantur Pontificis verba colligetur clariùs, festo conceptionis immaculatae conceptum Virginis celebrari ab Ecclesia Romana, cum inducuntur illa verba: *Et eos qui tenerent eandem Dei genitricem ab omni originali peccati macula in sua conceptione praeferuatam fuisse*. Sentit enim Pontifex Maximus hanc veritatem, quam asserunt vniuersi ab Ecclesia solemniter celebrari.

Bellarm.

635.

Sed quia dubitabant hactenus aliqui, quid nomine conceptionis intelligeret Ecclesia, vltimo tandem rem explicuit Gregorius XV. qui sanctificationis nomen iussit relegandum, & retinendum solum conceptionis nomen in sua constitutione, his verbis: *Insuper eadem Sancti-*

Greg. XV.

tas sua, cum sancta Romana Ecclesia de beatissima Virginis conceptione festum solemniter, & officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam cuiusvis Ordinis, & instituti regularibus, mandat, ac precipit, ut in sacrosancto Missae sacrificio, ac diuino Officio celebrandis tam publice, quam priuatum, non alio quam conceptionis nomine vi debeant, controueniens autem sanctitas sua uoluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & poenis contentis in supradictis constitutionibus, ac prefato decreto suorum praedecessorum ipso facto incurrendis. Vnde iam de intentione Romanae Ecclesiae nulla ratione licet dubitare, cum summus Pontifex Gregorius suorum praedecessorum explicauerit mentem, illam innouauerit, & declarauerit uniuersalem Ecclesiam celebrare, non sanctificationem Virginis incerta die factam; sed illius conceptionem, ut dicit animationem, seu unionem animae ad corpus, quod negarunt semper Doctores contrariae sententiae.

636. Catharin.

Et quidem immerito, nam ut bene considerauit Ambrosius Catharinus, lib. 2. de conceptione, §. quod re vera, pag. 56. si conceptio illa immaculata non fuit, duo sequuntur absurda. Primum est Ecclesiam Deum orantem mentiri. Secundum, dira sibi imprecari in oratione pro immaculata conceptione, quae talis est: *Deus qui per immaculatam Virginis conceptionem dignum filio tuo habitaculum praeparasti. Concede quasumus, ut sicut ex morte filij tui prauis a omni labe praeseruassti, ita nos quoque mundos eius intercessione ad te peruenire concedas.* En affirmat Ecclesia praeseruationem Marianam, & precatur Deum, ut sicut illam praeseruaui immaculatam; ita nos mundos ad se peruenire concedat. Quae imprecatio durissima est, si in suo conceptu mater Dei fuit immunda, petit enim Ecclesia rem blasphemam, scilicet nos immundos peruenire, & intrare in regnum caelorum, ubi nihil intrat coinquinatum, & iuxta sententiam aduersariorum mentitur. Quis uero aequo animo ferat (ut in Concilio Mileuitano dixit Pontifex decernens contra Pelagium) orantem ad Deum mentiri? Quanto autem horribilius orantem dira precari, aut blasphemare? Vide Granado disp. 3. de conceptione cap. 7. qui urget sapienter hoc argumentum desumptum ex auctoritate Ecclesiae celebrantis festum conceptionis, quod ante mille annos celebrat Ecclesia Graeca, ut refert Galatinus lib. 7. de Arcanis cap. 5. & N. Petrus de Oña tract. de conceptione in suis nouissimis, & ante quingentos annos celebrarunt in Latino, aliquae particulares Ecclesiae, nunc uero uniuersalis celebrat Ecclesia Latina ex quo vires resumit noster discursus, quem in principio huius sectionis breuiter proposuimus, & nunc proponemus ex doctrina Angelici Doctoris, qui 3. p. q. 27. art. 1. in argumento, sed contra, haec scribit: *Sed contra. Ecclesia celebrat Natiuitatem beatissimae Virginis, non autem celebratur festum in Ecclesia nisi pro aliquo sancto, ergo beata Virgo in sua natiuitate fuit sancta. Quam etiam doctrinam ex Bonauentura, refert Carthusianus 3. d. 3. q. 1. ita differente: Statuta uniuersalis Ecclesiae de celebrandis Sanctorum*

Granado.

Galatinus Oña.

D. Angelic.

Carthuf.

omnia sunt fundata super sanctitatem, ut nullo die pro aliquo sancto celebrantur, in quo, vel pro quo non fuerit aliqua sancta persona, cui ille honor defertur. Ex quo sic argumentor. Romana, & uniuersalis Ecclesia celebrat solemniter festum conceptionis D. Mariae, ut significat animationem & unionem animae ad corpus illius; ergo sacra Deipara in sua conceptione fuit sancta, atque adeo immunis ab originali peccato. Antecedens est euidens ex constitutionibus summorum Pontificum, & consensus totius populi Christiani. Consequentiam probo, quia ut docet sanctus Thomas, Ecclesia non celebrat festum, nisi pro aliquo sancto. Hoc argumentum adeo efficax est, ut ex illo aliqui intendunt deducere, ut inconueniens certissimam esse sententiam, quae negat Virginem sanctissimam esse conceptam in peccato originali, quam ego consequutionem facile concederem, tamen negarem hanc sententiam esse de fide. Videatur Magister Granado, qui cap. illo 7. sectione quinta, hoc, & aliud argumentum enervat.

Granado.

SECTIO XIII.

Concilij, & Pontificibus probata immunitas sacra Deipara.

Cogimur reprehendere, quae alij de hac re dixerunt, ut uitas constet nostrae assertionis, non enim in quocumque puncto semper occurrit aliquid nouum, nec illa praeteruenda sunt, quae tam pie sententiae auctoritatem conciliant. Et quidem in Concilio Ephesino, quod fuit secundum generale, tomo 6. & 7. Magnus ille Proclus Archiepiscopus Constantinopolitanus: *Sancta (inquit) Deipara Maria impollutus, & purus ille uirginitatis thesaurus.* Vbi cum peccatum originis pollutas, & impuras animas reddat, negari non potest Proclum, & uniuersam Synodum fateri Virginem immunem fuisse ab originali peccato. Adde quod Photius Constantinopolitanus Patriarcha in Epistola de septem Synodis ad Bulgariae Principem Missa, dum Ephesinam decreta, & acta recenset haec tradit: *Declaratum est immaculatam eius, semperque Virginem matrem, Dei genitricem appellandam esse.* Sexta generalis Synodus Constantinopolitana in Epistola Sophronij, quae fuit recitata in actione undecima, & quam nos attulimus dum de sanctitate corporea Virginis asserenda ex Conciliis aliqua retulimus, sic habet: *Maria liberata est ab omni labe corporis, & animae.* Septima etiam Synodus, quae fuit secunda Nicena actione 5. id confirmat: *Veneramus etiam, & adoramus imaginem Deiparae Dominae nostrae irreprensibilis, & immaculatae.* Inter prouincialia uero Concilia Cantuariense, ut refert Carmelita Bachonus, lib. 3. quotlibetorum, quae st. 13. haec decreuit: *Quia inter omnes sanctos memoria beatissima Virginis, & Matris Domini, & frequentius agitur, atque festiuus, quo maiorem gratiam, apud Deum, qui eius conceptionem praedestinatum, ad uirginis sui temporalem originem ueraciter ordinauit. Nihil autem praeci-*

637.

Concil.

Proclus.

Bachonus.

eis loquendo, ut loquitur Concilium praedestinatur nisi sanctum sit. Oxoniense etiam Concilium celebratum anno 1200. Canon. 1. celebrandum decreuit festum Conceptionis immaculae Deiparae; vel retulit inter ea quae iam celebrabantur.

638.

Ex Conciliis autem generalibus posterioribus lux magna immunitati sacrae Deiparae. Basiliense etenim, quod celebratum est ante annos ducentos, anno scilicet 1439. sess. 36. clarissime diffiniuit immaculatum conceptum sacrae Deiparae, & declarauit nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab originali, & actuali culpa sanctamque, & immaculatam. Quae diffinitio, licet confirmata non fuerit, quia sess. 34. uerum Papam Eugenium deposuerat, vel ob motiua alia, quae alij iam retulere, negari nulla ratione potest Concilium Basiliense constasse ex uiris sapientissimis, grauissimis, & electissimis, Episcopis, & Theologis, qui licet non auctoritatem propositionis Catholicae huic nostrae sententiae concilient, maximam tamen illi conciliant auctoritatem, seu probabilitatem, & credibilitatem, ostenditur enim hanc fuisse communem sententiam, & uisum fuisse illis Patribus in eo esse statu, ut possit diffiniri de fide. Neque enim illa ipsa die qua decretum fuit promulgatum, & ut ita dicam res diffinita tractari cepit controuersia, sed multis antea diebus, ut credibile est fuit agitata, & conclusum tandem & posse, & debere diffiniri, quod doctissimi illi homines fieri decreuerunt, quod iudicio monstrarunt re uidequaue discussa, & propositis ut par erat scripturae, & Patrum testimonij, rationibus etiam Theologicis nihil inueniri, quo efficaciter sibi persuaderent beatissimam Virginem fuisse in peccato originali conceptam.

639.

Synodus deinde Tridentina vires maximas praebuit opinioni piissimae luminibusque exornauit conceptionem purissimam; sess. enim 5. cum ex professo egisset de peccato originali & de eius in posteris Adami generali transfusione, haec subdit: *Declarat tamen hac ipsa sancta Synodus, non esse suae intentionis comprehendere in hoc decreto ubi de peccato originali agitur, B. & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, sed obseruandas esse constitutiones felicitis recordationis Sixti Papa IV. Quorum uerborum sententia, mihi adeo efficax, ut ex illorum vi, quibus uideo testimonia sacrae Scripturae illa constare etiam si Virginem asseramus a peccato originali immunem, intrepidè affirmarem sacram Deiparam conceptam esse sine peccato, etiam si alia motiua efficacissima non suppetere. In illis multi ex recentioribus notarunt multa. Primum, quod generale hoc Concilium Spiritus sancti luce perfusum, cum diligenter librasset testimonia sacrae Scripturae, & sanctorum Patrum in quibus asseritur peccatum originale per generationem deriuari, & diffundi in posteris Adami, nihil inuenit quod conuinceret sacram Deiparam continendam in generali decreto de peccato originali. Sensit ergo illa omnia rectè & explicari, & constare posse, etiam si dicamus Virgini concessum fuisse hoc priuile-*

gium, & sine dubio correxit eorum imaginationem, qui asserunt omnes Patris in contrariam abiisse sententiam, si enim hoc uerum foret generalis Synodus Patribus se conformaret. Secundum, Concilium uocasse Mariam sanctissimam immaculatam, ut & alia concilia, & Patres. Quo modo loquendi in materia de conceptione ostendit se uehementer inclinare in eam sententiam, quae eam astruit immaculatam.

640.

Nec ualet illorum euasio, qui affirmant ideo Concilium dixisse, non esse suae intentionis comprehendere beatissimam Virginem sub illo decreto, quia uoluit rem hanc dubiam relinquere & nihil circa illam diffinire, ut unusquisque in suo sensu abundaret, & è duabus quam uellet sequeretur sententiam. Si enim intenderet Synodus Tridentina hanc rem sub dubio relinquere multo melius id consequeretur, si nec Verbum de illa loqueretur, nihilque circa illam decerneret, & assereret solum obseruandas esse constitutiones Sixti IV. Declans uero non esse suae intentionis Virginem diuam in illo decreto comprehendere, etsi rem dubiam reliquerit, negari nulla ratione potest pie sententiae multum fauisse. Explicauit enim, vel insinuauit testimonia scripturae, & Patrum solida consistere, etiam si non intelligantur de sacra Deipara. Vnde ex his uerbis omnes, qui post Concilium Tridentinum scripserunt occasionem sumunt explicandi loca Scripturae sacrae, in quibus asseritur generalis transfusio peccati originalis in omnes filios Adami, ut in illis sacra Deipara non comprehendatur. Falluntur ergo qui affirmant ex hac declaratione Concilij nihil firmitatis additum pie sententiae, nihilque roboris inde hausisse, hausit quidem, & haurit multum per omnem modum, & ut minimum negari non potest ex hac declaratione robustam non esse contrariam sententiam, tamen mens esset Concilij illam nolle diffinire.

641.

Quod ut explicem aduerto nunc, & aduertebam olim cum hac controuersia Hispali tractaretur, & nunc uideo attingisse Magistrum Granado cap. 8. 3. disp. à num. 6. in re hac grauissima duas esse intentiones diuersas ut ego putabam, contrarias ut iudicauit Granado. Primam eorum qui in lege de peccato originali, & in decreto diuino de illius contractione uolunt expressè comprehendere beatissimam Virginem. Secundam Concilij Tridentini, quod declarauit non esse suae intentionis in suo decreto de peccato originali comprehendere beatam Deiparam, quae duae intentiones, cum re ipsa si ut diuersae; Doctores contrariae sententiae nullo modo negare possunt intentionem suam esse omnino diuersam in hac re ab intentione Concilij generalis, nam Concilium non uult comprehendere sanctissimam Virginem in suo decreto, at illi comprehendere uolunt in sua opinione, & comprehendunt de facto in loquutionibus sacrae Scripturae, & Patrum. An uero haec sit oppositio aliqua uiderint alij Doctores, ego enim ut dicebam in principio huius grauissimae disputationis sine bello, & sanguine illam tractandam suscepi.

Granado.

Confirmatur

642.

Confirmatur hic discursus, quia dum Concilium confirmat constitutiones Sixti I V. inuitat sine dubio vt idem inuitauerat Pontifex omnes fideles ad celebrandum festum Conceptionis, quam immaculatam Sixtus appellauit, & immaculatam auspicatur. At Doctores alterius sententiæ non modo non inuitant ad hanc solemnitatem, sed neque Conceptionis, sed sanctificationis utebantur nomine, donec per constitutionem Gregorij X I V. compulsi Conceptionis nomine vtuntur. Constet igitur Patres Tridentini multum fauere Conceptioni immaculatæ Deiparæ, & sciant vniuersi potius adhaerendum intentioni Concilij, cuius mentem peculiari luce etiam in re hac illustrauit Spiritus sanctus, quam intentioni, vel S. Patrum, si qui sunt in sententiâ contraria, quos in hac materia illustratos à Peumate diuino non nouimus. Et constet etiam immunitati Marianæ fauere sacra Concilia.

643.

Nec minus efficax argumentum desumitur ex decretis summorum Pontificum in hac controuersia ad confirmandam ingenuitatem sacræ Deiparæ, fuisse verò multos, qui illam astruxerint, probant rectè & diligenter recentiores, seligam aliquos quorum Coripheus Sixtus I V. qui cum in minoribus constitutus tractatum edidisset pro pura conceptione, vt in illius vita tradit Illefcas, tradunt, & alij, & sequitur Franciscus de Sosa in extrauaganti cum præexcella hortatur fideles, vt festum conceptionis celebrent, & celebrantibus indulgentias concedit, quas lucrantur ex aliorum Pontificum maxime Urbani I V. decreto, qui Missæ, & diuinis officiis in die festo corporis Christi, & in illius octaua assistunt. Nomine autem festi Conceptionis intellexit Pontifex, quod nos intelligimus conceptionem videlicet, non vt significat sanctificationem, seu spirituales Conceptionem, sed vt importat animationem, vt euincebamus sect. 11. & colligitur ex vtraque extrauaganti Graue nimis. Verba Pontificis non affero, quia Vulgaria afferuntur à Granada, Lezana, & alijs.

Granada.  
Lezana.

644.

Oña.

Deinde Iulius Papa II. approbauit ordinem Religiosarum Monialium in honorem immaculatæ Conceptionis, vt ante alios notauit Noster Petrus de Oña; in cap. autem 4. regulæ illius religionis sic habetur. *Pallium sit lacinthini coloris propter mysticam significationem, quia scilicet gloriosa Virginis anima à creatione sua tota sancta fuit celestis & singularis æterni Regis Thalamus.* In Bulla verò confirmationis hæc Pontifex scribit. *Volumus etiam quia ex quo fratres minores tam indefenso studio, & vigilantia puritatis, & innocentia Dei genitricis defensores existant, quo Vicarij Generales in suis Vicarijs, & Prouinciales & custodes in suis Prouincijs, & Custodijs sint visitatores huius sanctæ Religionis, quibus firmiter teneantur obedire.* Quibus Iulius Pontifex Franciscanam laudat familiam propter defensionem purissimæ Conceptionis, quod non præterat, si non sentiret Conceptionem esse purissimam. His adde nostram sacram Religionem, quam tot Summi Pontifices confirmant à sanctissima Virgine fuisse fundatam albique omnino vestibus indutam in signum puritatis vtriusque Virgi-

nis sanctissimæ, nomine autem vtriusque puritatis, & Virgineam, & originariam intellexit semper nostra Religio. Vnde vt arbitror ortum habuit, quod Aragoniæ Prouincia, quæ omnium est prima in proprio sigillo præter ordinis scutum imaginem Conceptionis habeat circumscriptum his litteris. Tota pulchra est amica mea, ex decreto constitutionis nostræ distinctione 2. cap. 13. de statu omnium Prouinciarum.

Tertiò piæ sententiæ maxime fauent Pius V. & Gregorius XIII. qui dum damnant propositiones Michaëlis Baij Doctoris Louanienfis, & illius errores purissimam indicant Conceptionem beatissimæ Virginis, illis enim recensitis proprijs Baij verbis ad finem Bullæ condemnationis hæc scribunt: *Quas quidem sententias stricto coram nobis examine ponderatas, quamquam nonnulla aliquo modo sustineri possint, in rigore, & proprio Verborum sensu ab assertore, intento hereticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, & pias aures offensionem immitcentes respectiue, ac quacunque super his verbo, scriptoque emissa presentium tenore damnamus circumscribimus, & abolemus, &c.* Vna verò harum propositionum est 73. quæ ita habet. *Nemo præter Christum est absque peccato originali. Hinc beatissima Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque eius afflictiones in hac vita, sicut & aliorum instorum fuerunt vltiones peccati actualis, vel originalis.* In hac autem propositione tres partes sunt, in quas omnes cadere videtur respectiue Pontificum censura. Prima, *nemo præter Christum est sine peccato originali.* Secunda, *beata Virgo mortua est propter peccatum Adami contractum.* Tertia: *omnes afflictiones beatissimæ Virginis in hac vita, sicut, & aliorum instorum vltiones fuerunt originalis, vel actualis peccati.*

Et has omnes ( licet aliquo modo sustineri possent ) in sensu tamen proprio ab assertore intento Pontifices damnant, proprius verò sensus, & à Michaële intentus, quis alius potest esse nisi ille, quem verba ipsa primario, & per se videntur asserere, & vnde eas non condemnant Pontifices, vt explicari in aliquem alium sensum possunt, sed vt ab assertore afferuntur; ex illius ergo intentione opponi videntur ( videntur ex professo dixi ) tribus alijs propositionibus, quas assert pia sententia. Prima: aliqua persona propriè propter Christum caret ( licet non natura substantiali sed ex gratia, & fauore diuino ) peccato originali. Secunda: beata Virgo non mortua est propter peccatum Adami in sua persona contractum. Tertia: afflictiones huius vitæ in Maria sanctissima non fuerunt in pœnam, nec in vltionem peccati originalis. Nec valet aliquorum euasio asserentium in hac bulla solum damnari tertiam partem illius propositionis, scilicet afflictiones in Virgine sanctissima dum viueret sicut in alijs iustis esse vltiones peccati actualis vel originalis. Primò quia Pontifices, qui hanc partem condemnant, consequenter affirmant afflictiones has in Virgine non habuisse ortum ex originali peccato, vel ex actuali, ac proinde hæc peccata negare videntur, in Virgine extitisse, nam si semel concederent in illa fuisse originale peccatum

645.  
Pius V.  
Greg. XIII.

tum quid prohiberet, ne assererent afflictiones illas à peccato originali initium habuisse, cum amplius dedecet Virginem originalis peccati vilitas, & infamia, quam morbi lassitudines, & aliæ similes afflictiones. Secundò. Quia si Pontifices non damnant duas priores partes illius assertionis, vt quid referantur in Bulla, & Catholice assertiones nulla ratione hereticæ, temerariæ, scandalosæ, & piarum aurium offensionæ, inter propositiones, quæ nigro notantur lapillo, & serio condemnantur enumerantur, cum ex hac enumeratione colligere possit vllus illas etiam respectiue damnari? Valdè enim diuersa sunt Pontificem, aut Ecclesiam aliquam propositionem damnare, & prohibere, quod aliquis illam proprio iudicio condemnet, & vnum ab alio separari potest. Sed cum audio Paulum V. interdicentem, ne contraria sententia in publicis disputationibus, conclusionibus, concionibus, lectionibus asseratur, donec articulus huiusmodi à sancta sede fuerit diffinitus. Nihil in hac controuersia existimo ab Ecclesia esse diffinitum, & determinatum, & difficultatem, quæ ex Bulla Pij V. & Gregorij X V. exortam in sententiam contrariam doctoribus solum propono, dubius resoluendam, & explicandam relinquo, nec asserere volo illas damnatas à Pontificibus in sensu quo proferuntur, & defenduntur à Doctoribus contrariæ sententiæ, sed in alio sensu, quem intendebat Michaël Buius, & nobis non constat, quia in sensu Catholicorum Doctorum nulla sunt dignæ censura.

646.,  
Paulus Papa.

Quartò nostram assertionem vehementer firmavit Paulus Papa V. qui vt relatum est in congregatione facta coram sanctissimo Domino nostro Gregorio X V. ac Illustrissimis, & Reuerendissimis nunc Eminentissimis Cardinalibus perpetuum silentium imposuit contrariæ opinioni his verbis in Bulla edita anno 1617. die 31. Augusti. *Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneris provide- re decreuit, & præcepit, ac presentis decreti virtute mandat omnibus, & singulis cuiusvis ordinis & instituti regularibus, & alijs quibuscunque, tam Ecclesiasticis, quam regularibus personis cuiusvis conditionis, status, gradus, ordinis, & dignitatis, tam Ecclesiastica, quam secularis, etiam si specialis, specifica, & indiuidua earum esset necessario mentio faciendâ, vt in posterum, donec articulus huiusmodi à sede sancta Apostolica fuerit diffinitus, vel per sanctitatem suam ac sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs quibuscunque actibus publicis asserere quod eadem beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali.* Et concedit, vt contra aliter facientes procedant Episcopi, Ordinarij locorum, Prælati, Superiores & Hereticæ prauitatis Inquisitores, & in illos seuerè animaduertant, &c. Hæc constitutio lecta & approbata fuit Feria 3. die 24. Maij anno Domini 1622. in illa congregatione, qua idem Pontifex maiores vires præbuit Bullæ quam in nostrum fauorem ediderat anno antecedenti 1616. & illa confirmavit, & innouauit constitutiones Sixti I V. & decretum Concilij Tridentini super hac re, & insuper aliam con-

stitutionem Pij V. editam anno 1570. & in Bullario extat num. 110. vbi de neutra parte huius difficultatis vult Pontifex disputetur, vbi promiscua virorum, & mulierum conuenire solet multitudo.

Quintò Gregorius X V. considerans, neque constitutiones Sixti I V. nec Pauli V. debita obedientia seruari, die illa 24. Maij anni Domini 1622. quæ fuit Feria 3. eamdem constitutionem Pauli confirmavit, reualidauit & innouauit eisdem omnino verbis vsus, quibus suus prædecessor, & addit in fauorem contrariæ sententiæ. *Et per hoc tamen sanctitas sua non intendit repobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferri, eam relinquens in eodem statu, & terminis in quibus reperitur.* Quod etiam Paulus V. attingerat, & deinde determinat Gregorius X V. vt omnes tam publicè, quam priuatim vbicumque nomine Conceptionis vti debeant sublato alio quocumque, aut sanctificationis aut Conceptionis vti debeant sublato alio quocunque, aut sanctificationis aut Conceptionis spiritualis. Et tandem idem Gregorius constitutionem Pauli V. ampliavit ad priuata etiam colloquia, & scripta illis verbis. *Ne de cætero donec articulus iste à sede Apostolica diffinitus, vel per sanctitatem suam, & sedem Apostolicam aliter fuerit ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis priuatis audeant asserere, quod beata Virgo fuerit concepta cum peccato originali, neque de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, seu tractare.* Qua constitutione Catholicis omnibus, & vniuersæ Ecclesiæ serenus, & pellucidus illuxit dies, & noua lux, & gaudium, & tripudium orti visa sunt. Hispalisque deuotissima cecinit cum Propheta. *Dixit (Gregorius) & stetit spiritus procellæ, & stuerunt fluctus eius. Et lætati sunt quia siluerunt & quia deduxit eos in portum voluptatis eorum.* Quis enim non speret iam iam purissimum Conceptum immaculatum esse diffiniendum, cum hæc omnia veluti ipsa sint aurora solis iam aduenientis, & diffinitionis futura. Præcipuè cum Pontifices indulgentias concesserint dicentibus vel audientibus Missam Conceptionis, vt Leo X. vel recitantibus Antiphonam: *Hæc est virga in qua, nec nodus originalis, nec cortex actualis culpa fuit, & Orationem, Deus qui per immaculatam.* Vt Paulus V. die 10. Julij anno 1615. cum Hispali, & Cordubæ controuersia exorta ex Ioannetino Nino, Franciscanæ familiæ, Secretario Generali, omnes nominis tunc temporis, & scribit Granada, c. 9. & 7. disp. 3 & Lezana ad finem c. 13. Quorum primus in principio illius cap. 9. ex his omnibus ( & non ex his omnibus, decreta enim Pauli, & Gregor. XV. neuter eorum videre potuit cum secundus ediderit suum Commentarium, anno 1616. & primus anno 1617. ante diem 31. Augusti ) hanc conficit rationem: *Illâ sententia debet censeri vera, cuius veritati multum fauent Summi Pontifices in decretis & priuilegijs, quæ ab illis quatenus sunt Vicarij Christi Domini emanarunt, sed veritati sententiæ affirmantis immaculatam Conceptionem multum fauent Summi Pontifices in decretis, quæ ab illis vt sunt Vicarij Christi emanarunt: ergo ea sententia censeri debet vera*

647.  
Gregor. PapaNino.  
Granada.  
Lezana.

terfa & efficaciam ratiocinatio, cuius maior certissima est, & minor in hac sect. sufficienter probata.

648. Verum torquent in nos aduersarij validum relum suo iudicio ex eo quod Pius V. abstulit Conceptionis officium proprium à Breuiario, & officium commune etiam Natiuitati suppositum, non ergo Pontifices fauent Conceptioni purissimæ. Vrgent hoc, sed ego inde maiorem confirmationem elicio, abstulit enim Pontifex officium quod ab hominibus processit, & suppositum quod originem habuit à cælo, cum enim in miraculo, & reuelatione ex D. Anselmo statim referendis Helmsinus Abbas rogaret D. Nicolaum sibi præcipientem celebraret festum Conceptionis, quoniam officio in illius solemnitate esset vsurus, respondit Pontifex sanctus omne officium, quod dicitur in eius natiuitate, dicitur in eius Conceptione, excepto quod nomen Natiuitatis mutabis in Conceptionis nomen. Pius ergo V. in illa mutatione cælesti se conformauit reuelationi. Delecta verò Pauli, & Gregorij ad litteram hic inferenda etsi eorum copia non peruia. Videantur apud Tannerum & Pozam.

649. Illud in sine illius notauerim nullum Pontificem indulgentias concessisse affirmantibus Virginem sanctissimam conceptam fuisse in peccato originali, nec aliquando etiam ante tempora Scoti iudicio alicuius Academiae reprehensos esse Theologos, aut concionatores, qui immunitatem Virginis publicarunt, & euulgarunt, aut verbo, aut scripto, neque etiam aliquando iustos sententiam reuocare. Vtrumque autem accidisse Doctoribus, aut concionatoribus contrariæ sententiæ constat ex pluribus Historiis.

#### SECTIO XIV.

Diuinis reuelationibus immunitas Mariana fulcita gloriose, & feliciter.

Quibus mirabiliter illustris Redemptorum Religio.

650. Mirabile quidem, & notatu dignissimum celebrationem festi Conceptionis purissimæ semper diuinam aliquam reuelationem antecessisse, qua pij moti fideles deuotè, & diligenter de ea solemnitate curarent. Imprimis enim tempore S. Bernardi aliqua reuelatio circunferrebat, qua forsam moti Canonici Lugdunenses, vt constat ex Epistola celebri Bernardi, quæ est 174. post medium licet eam melius Doctor non approbet: Sed profertur (inquit) scriptum supernæ (vt aiunt) reuelationis quasi, &c. Tempore etiam Bonauenturæ altera nota fuit reuelatio, cuius meminit Doctor Serapicus 3. dist. 3. art. 1. ad 3. his verbis: Sunt quidam qui speciali deuotione celebrant Conceptionem Virginis sanctæ, quos nec omnino laudare, nec simpliciter audeo reprehendere, quia vt aliqui dicunt solemnitas ista non capit inuentione humana, sed reuelatione diuina, quod si verum est, bonum est sine dubio

Seraphicus.

solemnizare in eius conceptione. Modestius loquutus Doctor sanctissimus, quam loquitur Caietanus de reuelationibus sanctæ Brigittæ.

Celebrior est illa inter omnes, & quidem miraculis comprobata, & à qua generale celebrandi festum Conceptionis sumptum exordium, exorta enim horrida tempestate in mari nauis, qua vehebatur Helmsinus Abbas, & sociis omnibus periclitantibus spes adimebatur salutis: inuocantibus verò beatissimam Dei genitricem Mariam quasi inter medias vndas nauis proximum respiciunt quemdam insula Pontificia decoratum, qui ad Abbatem dixit: Si vis sanus ad Patriam redire diem Conceptionis Matris Domini nostri Iesu Christi octauo die Decembris deuotè celebra, & prædica celebrandum, quod cum deuotè promississet Abbas cum sociis concito flatu ad littora Anglicana applicauit: Hæc est D. Anselmo epistola ad Episcopos Angliæ refert Bachonitanus 4. d. 2. q. 4. art. 2. & Baptista Mantuanus tom. 2. de sacris diebus qui ab hac miraculosa reuelatione asserit sumpsisse exordium festum Conceptionis.

Fluxit ab hac Maris irati formidine festum.

652. Inter illas verò reuelationes, quæ sine miraculo factæ sunt (& factæ sunt multæ) celeberrima est quam refert beata Brigitta non à Pontifice Nicolao, non ab Angelis, sed ab ipsa immaculata Dei genitrice lib. 6. cap. 49. his verbis: Veritas est, quod ego concepta fui sine peccato originali, & non in peccato. Et deinde: Scito quod Conceptio mea non omnibus nota fuit, quia voluit Deus, quod ante legem scriptam præcessit lex naturalis, & electio voluntaria boni, & mali & postea veniret lex scripta, quæ cohiberet omnes inordinatos motus. Sic placuit Deo quod amici sui pie dubitarent, de Conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum donec veritas claresceret tempore præordinato. In quibus verbis non solum reuelauit Virgo sanctissima se conceptam fuisse sine peccato, sed etiam futurum tempus in quo vel hæc veritas diffiniatur, & vniuersali Ecclesiæ proponatur credenda fide diuina, vel alio modo declaretur, de quo non disputo nunc. Sciunt omnes qua temeritate, & audacia huic reuelationi respondeat Caietanus opusculo de Conceptione c. 5. §. nouæ autem reuelationes, sed sciunt, quam seuerè (merito) tamen Caietanum castiget Vasquez tom. 2. in 3. part. disput. 117. c. 6. quem moderni scriptores imitantur. Alias reuelationes omitto. Congessit diligenter Lezana c. 14. tract. de Conceptione.

Er venio ad reuelationes quibus nostra sacra Religio illustrissima, & semper immaculata Conceptioni iure, & merito addita. Principio enim in illius fundatione mirabili (quæ fuit planè cælestis, & non ex voto Regis Iacob, vt putarunt falso nonnulli, quod iam diffiniuit, & veluti canonizauit Ecclesia, vt constat ex litteris Clementis octauo in canonizatione S. Raymundi de Peñafort, & ex Bulla Pauli V. qua illam confirmat, ostenduntque omnes nostri ordinis scriptores) B. V. Maria sanctissimo Patriarchæ nostro Petro Nolascus serena fronte se conspiciendam dedit & sibi, & filio suo fore gratissimum dixit si suum in honorem

651.

Bachonit.  
Mantuanus.

652.

Vasq.

653.

norem institueretur ordo Religiosorum, quibus cura incumberet captiuos ex potestate Turcarum liberandi, quique habitum omnino candidum gestarent in signum suæ puritatis sanctissimæ, quod testatus est inclitus, & inuictus Princeps Iacobus Rex Aragonum, & sancto Raimundo, & S. Petro Nolascus his verbis, quæ affert nos Bernardus de Bargas, lib. 1. Historiæ ordinis nostræ cap. 15. pag. 38. ad finem: *Que inter alia mihi dixit, voluntatem sui Sacratissimi filij, & suam esse, vt in hac nostra ciuitate ordo silico fundaretur qui operi Redemptionis (quod optabamus) assidue incumberet, cuius fratres in honorem sua sanctissima puritatis vestes omnino albas cum signo Crucis in pectore semper, & ubique gesserent.* Ex quo colligitur falli vehementer Cassaneum, & Raphaëlem Volatenum, illum tract. 9. hunc lib. 2. 1. Anthropologiæ dum de iudiciis militaribus (qualis noster fuit à principio) tractantes affirmant crucem habitus, & pallij nostri albi esse atram aut nigram ex tristitia captiuitatis Christi fidelium. Eandem reuelationem scribit Philippus Guimera, nostri ordinis Generalis, & Episcopus Xaquensis lib. 1. Historiæ nostri ordinis cap. 8. & alij non pauci, qui omnes possent adducere Naraelem Gaber, nostrum etiam Generalem Magistrum, qui Historiam de Religione scripsit. Nomine autem puritatis semper intellexit nostra Religio puritatem Conceptionis Virgineæ, & non solum illius integritatem Virginealem persuasa, ex eo quod Beata Maria non dicitur in honorem meæ Virginitatis, aut integritatis Virginalis, sed in honorem meæ sanctissimæ puritatis. Vnde audiui aliquos asserentes se legisse in alijs Historiis (in signum vtriusque puritatis meæ) & hoc vltimum à primo Religionis ingressu mihi fuit persuasum. Hinc duo ortum habuere. Primum vt dixi, quod Prouincia Aragoniæ cuius caput, sicut & totius Religionis est Barchinense cænobium, & quæ inter nostras est antiquissima. Præter scutum ordinis in suo sigillo habent imaginem Conceptionis Beatæ Mariæ cum hac inscriptione: *Tota pulchra es amica mea*, vt constat ex distinctione 2. nostrarum constitutionum c. 13. de statu omnium Prouinciarum.

Bargas.

Raphaël.

Guimera.

654.

Secundum in nostra Religione singulis diebus post completorium infallibiliter cantari hanc Antiphonam, non solum intra, sed extra chorum: *Conceptio tua Dei genitrix Virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo; ex te enim ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster, qui soluens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem dedit nobis vitam sempiternam.* Vers. *Conceptio tua Dei genitrix Virgo. Resp. gaudium annunciauit vniuerso mundo.* Et hanc orationem, *Deus qui immaculatam Virginem Mariam, vt digna filij tui Mater existeret ab omni labe peccati Conceptione sua præseruasti tribue quasumus, vt qui eius innocentia puritatem veraciter credimus, ipsam pro nobis apud te intercedere sentiamus, Per eundem, &c.* In qua oratione illud aduertendum est religionem nostram vt termino eodem puritatis scilicet, quo in sua reuelatione vsa est sanctissima Virgo & in sua relatione vsus Rex Iaco-

bus, cum posset vt alijs terminis, quibus Ecclesia vitur in orationibus alijs officiorum quæ confirmant, & auctoritate Apostolica recitanda etiam cum indulgentiis proposuit, quod signum euidentissimum est sanctissimum Petrum Nolascum, & antiquissimos Patres ex reuelatione, & verbis beatissimæ Virginis hunc modum loquendi de putissima Conceptione accepisse.

Hanc reuelationem confirmauit Virgo sanctissima stupendo miraculo post paucos annos à religionis fundatione. Vigilabat sanctissimus Petrus Nolascus, & noctu orationi semper intentus ante diem purificationis beatissimæ Virginis expectabat tempus mediæ noctis in quo matutina semper in religione nostra cantantur modo in nostro Cærimoniali, seu Ordinario præscripto. Dormiebat (diuino mysterio) is cuius cura erat, & cymbalum pulsare, & fratres omnes à somno excitare, vt ad chorum conuenirent. Tempus iam aliquod præterierat, Cellulam egressus Nolascus piissimus chorum diligentissimè adit, quem cum videret insolitum, & illustrissimis fulgoribus conspicuum, admirabundus limem aggreditur, ibique sistens oculos leuat, Angelorum multitudinem nostro habitu fulgentem attendit, qui matutinum (ô res mirabilis) & officium de Conceptione canebant, & sacratissimam Virginem suam occupantem solium luminibus, radiis, & splendoribus valdè rutilantem, quamque sicut dies verni circumdabant flores rosarum innuentem vultu latissimo sibi vt chorum ingressus sine timore vlllo ad se perueniret, peruenit, & iam matutino finito Virgo sanctissima in proprio gremio felicissimum Nolascum, alacris & iocunda fouebat, insigne proculdubio miraculum (imò & reuelatio) & nunquam obliterandum, in quo illud maximè considerandum, quod cum festum Purificationis celebraret Ecclesia, Angeli officium purissimæ Conceptionis canebant, vt clarissimè ostenderent Virginem sanctissimam nullomodo purificatione indiguisse, quæ nec immunditiam peccati originalis contraxerat, nec impuritates aliquas, quæ feminas in partu ex Adami peccato insequantur, quæ omnia melius significare Angeli non possent, quam canentes Conceptionis purissimæ officium.

656. Secundo etiam aduertendum est, primos qui festum Conceptionis proprio officio ornauerunt fuisse sanctissimos, & purissimos illos spiritus, tunc enim Ecclesia nullum officium Conceptionis etiam particulare habebat, nisi quis asserere velit Lugdunensem Ecclesiam à tempore sancti Bernardi, qui floruit sæculo decimo secundo ante fundationem nostri ordinis, officium aliquod Conceptionis habuisse. Hoc miraculum, & reuelationem refert antiqua nostræ Religionis traditio, & scriptores celebrant licet non eodem modo; sed vt à nobis relata inuenitur in libro antiquo, antiquis etiam characteribus Pastranos vocans scripto, & inscribitur Historia Lombardica, vbi id non sine voluptate perlegi, & affert Franciscanus Auctor libri Hispano sermone inscripti, qui vulgariter dicitur, Con-

fuelo de los devotos de la Conception. Et scio quod cum Lombardica Historia ab anno 1615. ad manus Magistri Antillon peruenisset, caputque continens hanc reuelationem legisset, adiit, statim Conciliarios, & proceres ciuitatis Barchinonensis, vt ostenderet traditionem huius miraculi etiam ab exteris scribi, qui testimonio notariorum Historiam inde extrahentes seu exscribentes in Archiuus Barchinonensibus publica auctoritate reposituerunt, vbi nunc custoditur.

657.

Nec sistant beneficia, quibus in hac re Deus nostram Religionem reddit illustrem, progrediuntur vterius. Viuebat Beatus ille Hieronymus Carmelus, quem virum sanctitatis gloria conspicuum, Virginique Mariæ addictissimum affirmant omnes Historiæ nostræ. Canticum Cantorum semper repetebat, & quidem dulcissimè propter amorem in sacram Deiparam edidit in illud Commentarios, & cum perueniret ad illa verba, cap. 4. Cant. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*: subtiliter cogitare cepit, quid potissimum illis de beatissima Virgine intendisset Spiritus sanctus: nescio in corpore, an extra corpus visus est sibi videre fulgentissimum, & caelestem thronum illumque celsissimum, & in eo residentem sacram Deiparam luminibus radiantem diuinis candicantem fulgoribus, assistebant suæ Reginae millia Angelorum, qui in choros diuisi, & sonora pulsantes instrumenta, eadem verba Virgini canebant: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, & datum est Carmelo intelligeret sanctissimam Matrem ab instanti suæ Conceptionis fuisse purissimam, & maculam originalem non contraxisse, & ex illo instanti, vsque ad suam assumptionem variis, & multiplicibus illisque excellentissimis donis, & charismatibus fuisse perfusam, & mirabiliter in eis profecisse, ita vt nullum esset instans in quo posset dici: nunc est Maria, & non posset asseri. Nunc est sancta, nunc est purissima, nunc est immaculatissima. Recessit visus, & ad se reuertit Carmelus Beatus, & genæ, & lamina lacrymis obortis maderant. Magnificabat anima illius Conceptionem candidam, exultabat spiritus in tanta salute, gratæque referebant Altissimo auctori huius beneficii, & Augustissimæ Virgini; & cum calamum non deposuisset ad illa verba: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te* scripsit lætissimus; *ita est, nam & ego vidi*. Et cum ad alia scribenda progredi vellet nocte illa solum potuit scribere: *ita est, nam & ego vidi*. Inde ortum, vt Carmelum in iconibus videamus dextra tenentem calamum, & in conspectu librum oculis leuatis in cælum, vbi inter micantes radios pulcherrima imago Conceptionis conspicitur, cum illa inscriptione, quæ à labiis illius egreditur: *ita est, nam & ego vidi*: referunt hæc scriptores nostri, & ferè his nostris verbis Illesonius Ramon, lib. 7. Historiæ generalis Ordinis c. 18. estque perpetua in nostro ordine, & nunquam interrupta traditio hinc in antiquissimis firmata, & probata hominibus pij, & limati iudicij.

Ramon.

658.

Propterea nostra sacra Religio in hanc purissimam sententiam iurauit, illamque ante om-

nes alias familias à suo, scilicet origine, docuit verbo, & scripto, torque habuit constantissimos assertores illius, quot aluit religiosos à sua institutione. Et quidem, licet semper fuerit Angelico Doctore addictissima, vtque vi constitutionum Lectores nostros voluerit semper sequi illius doctrinam, vt explicatur à Reuerendissimo nostro Magistro Cumel, semper exceptam vult sententiam illius in hac materia, vt constat clarissimè ex actis capituli Generalis celebrati Calata. quod quidem fuit habitum sub Magistro Generali Philippo de Guimera, qui semper nostram assertionem sequutus. Ex Capitulo Generali celebrato Guadal-fajare, cui præfuit Illustriss. & Reuerendissimus Ambros. Machin de Achena Archiepisc. Calaritanus, & Ecclesiastes egregius, qui in Regia curia de hac materia plures dixit orationes egregias. Et ex capituli Generalis decretis Toletani celebrato decreto 35. vbi electus Illustrissimus Ioan. Zebrian, nunc Antistes de Teruel, Conceptionis mysterio deuotissimus; quibus tribus decretis triplicis generalis Congregationis iuxta nostram regulam iam ordinatio hæc vim habet constitutionis. Eam scriptis docuerunt ex nostris Gloriosus Hieron. Michaël Carmelus ad c. 4. Cantic. ad illa verba, *Tota pulchra es amica mea*. Magister Philippus Elauí cõcionator Regis Alphonsi V. Aragoni, & Neapolit. tract. de Conceptione, Melchior Rodriguez de Torres, Rocensis Antistes, l. 2. de gratuitis beneficiis diuinis c. 2. & in lucra spiritali, seu Iacob triumphanti, Ioan. Suar. de Godoi Hispanens. in Psal. 88. v. 2. pag. 461. Antioch. Brondus, in Apoc. c. 3. Ioan. Gonzalez, in Genesim ductu 7. c. 7. Francisc. Andreas Prouincialis Valentinus nõ semel in Scholiis ad ordinis nostri Cerimoniale, Gaspar Nunez Hispanens. in lib. Rosarij Virginei, Petr. Iesus Maria de la Serna lib. de Virginis sanctiss. mancipiis, prolog. 2. in lib. Fontis viuientis aquæ, non semel, & tandem ex professo Cõmentariis in Apocalypsim, c. 12. quibus eadem die, qua religiosissimè mortuus in hoc mense Octobris vltimam manum imposuit duabus, vel tribus horis ante illius, vt creditur, felicissimum transitum in pauperismo lectulo infirmus, quique omnium primus publicè propugnauit verum futurum Martyrem, qui protuenda Conceptione purissima sanguinem funderet, Petrus de Medina, Hispanens. lib. 1. de cruce cap. 32. Ferdinandus de Sanctiago, Hispanens. os aureum, & harmonia Ecclesiæ nuncupatus in quadragesimali, consideratione 3. Concionis de Virginis solitudine, & in Mariali non minus, quam orationibus octo, Illustrissimus Petrus de Oña, Episcopus Caietanus, primam parte de nouissimis discursibus de morte Virginis sanctissimæ, doctè, & copiosè, Luisius de Aparitio, Antecessor Toletanus, libro de cultu debito sanctis primis parentibus Adamo, & Eua, conclusione 4. num. 6. Illesonius Ramon, tractatu de Conceptione; & dum hæc scribimus Reuerendissimus, & Doctissimus Magister Marcus Salmerton, nostri ordinis Generalis, vir & doctissimus & elegantissimus, insignis Theologus, & excellentissimus Ecclesiastes in vtraque littera-

Carmelus.

Rocensis.

Godoi. Brondus. Gonzalez.

Nunez. Serna.

Medina. Ferdinandus de Sancti-ago.

Rojas.

Perez.

659.

Chrysof.

Torres.

tura Eminentissimus, lib. de laudibus Christi, & Mariæ orationibus de Conceptione Virginea duobus tractatibus. Scripsit etiam Ioannes Petreus de Rojas Italiæ Generalis Vicarius, & in Romana curia procurator librum non exiguum in defensionem Conceptionis purissimæ, sicut & multa frater Manuel de Sacra Deipara, cuius opera asseruantur in religiosissimo conuentu D. Ioseph Hispalensis ex nostra Excalceatorum familia, & vt refertur Doctissimum opusculum edidit in defensionem huius mysterij Magister Hieronymus Perez doctissimus, & acutissimus interpres S. Thomæ, qui iussu D. Francisci de Borza, tunc ducis Gandiæ, postea sui Ordinis Generalis in Collegio vrbis illius primus Theologiam docuit Doctissimos & Religiosissimos Patres Societatis Iesv. Scripserunt etiam non pauci sermones, illos non refero. Reuelationes retuli non vt certas, & infallibiles, sed vt peculiare, & nondum approbatas ab Apostolica sede, vt referuntur, & aliæ, ita tamen vt existiment suam habere auctoritatem, & veritatem, quæ ex traditione in Religiosissima familia captiuorum Redemptioni, & non propriæ gloriæ addicta potest oriri, quæ etiam magna mihi videtur, non enim solum generalis Ecclesiæ traditiones sunt veræ, sed particularis etiam Ecclesiæ, aut familiæ suam habent veritatem; in illas enim quadrat illud Chrysofomi homil. 4. ad cap. 2. Epistolæ ad Thessalonicenses: *est traditio? nihil quaras amplius*. Traditionem hanc, reuelationes propositas, & alias etiam refert Franciscus de Torres Franciscanus, Lector Theologus in libro, qui dicitur Consolatio deuotorum Virginis lib. 5. cap. 12.

SECTIO XV.

Auctoritate sanctorum, & veterum Patrum immunitas originalis Sacra Deipara ostenditur.

660.

Inumeri Patres vtriusque Ecclesiæ Latinæ, & Græcæ in asserenda Virginis immunitate à peccato originali conspirant egregiè. Multorum testimonia attuli primis disputationibus huius vestigationis, illaq; quæ expendi pro Deiparæ sanctitate corporea, expendi possunt pro illius immaculato conceptu, ad illas Lectorem remitto, & præcipuè ad recentiores, qui labore non vano referunt plures, seligam aliquos, & si nouiter ego proprio studio alios inueni, quos alij non citarunt, libentissimè proferam, vt nostræ sententiæ veritas euidentius constet. Multiudo enim Doctorem, quos pro contraria sententia referunt Vandelus, Capreolus, Caietanus, euanescit, qui verò piam sententiam sequuntur verè, & sine fictione vlla, falsæ, aut violenta explicatione crescunt in dies.

661. Ambros.

Ambrosium, & Hieronymum, iam alij dederunt, & à calumniis illorum testimonia vindicarunt. Primum asserentem Virginem: esse virgam in qua, nec nodus originalis, nec cortex venialis culpa fuit. Secundum, Mariam esse nu-

bem diei, & quæ nunquam fuit in tenebris, sed semper in luce. His testimonijs addo, illud Ambrosij, lib. de institutione Virginum, cap. 5. *Non de terra, sed de calo vas sibi hoc per quod descenderet Christus elegit*. Et Hieronymi aliud ad Ecclesiast. cap. 10. *Beata terra Ecclesia cuius Rex est Christus filius ingenuorum de Abraham, Isaac, & Iacob Prophetarum, & sanctorum stirpe descendens, quibus peccatum non fuit dominatum, & ob id verè fuerunt liberi ex quibus nata est virgo liberior Sancta Maria nullum habens fructum, nullum germen ex altare, sed totus fructus eius erupit in florem*. Sed mihi inter Latinos Coriphæus S. Augustinus, qui cum lib. de Natura, & gratia cap. 36. reculisset & confutaret sententiam Pelagij asserentis hominem posse viuere, non solum sine peccato, sed etiam iustè & plurimorum exempla peculiariter Virginis sanctissimæ memorasset, statim subiungit: *Excepta itaque sanctissima Virgine Maria, de qua propter honorem Domini, cum de peccatis agitur nullam prorsus volo habere quæstionem. Inde enim scimus, quod ei plus gratia collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, qua concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac igitur Virgine excepta, si omnes illos sanctos, & sancta cum hic viderent congregare possemus, &c. Porro autem hoc loco D. Augustinum, etiam de peccato originali esse loquutum ex eo docti recentiores cum Catharino lib. de immaculata Conceptione c. 5. part. 1. §. non tæc latet Vasquino probante deducunt, quod constans sit Augustini sententia, & in qua consentiat Iuliano Pelagiano, hæc duo intra se connexa, non habere peccatum actionis, & non habere originale peccatum, & ex hoc probantis satis superque colligi Christum Dominum nullum habuisse peccatum ex eo quod Apostolus Petrus Epistola 1. c. 2. dixerit eum non fecisse peccatum, sic enim scribit libro 5. contra eundem Iulianum cap. 15. *Profecit enim peccatum etiam maior fecisset, si paruulus habuisset, nam propterea nullus est hominum præter ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominum præter ipsum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis exortu*. Cum ergo D. Augustinus dum de peccatis agitur, Virginem sanctissimam excipiat, & de illa non velit habere quæstionem, certissimum est sensisse nullum habuisse peccatum, neque maculam originalem contraxisse. Verum in primo testimonio est considerandum codices nonnullos habere, *habet & meus. Vnde enim scimus. Alios inde enim scimus*, ita legunt Granado (& corrigit Vasquez) & alij, & meo iudicio ita est omnino legendum, tum quia nota interrogationis in originalibus Augustini non ponitur cum scribitur (inde) quæ necessario videbatur ponenda tum vel maxime quia si inde non scribatur consona non videtur sententia. interrogasset enim Augustinus vnde sciremus beatam Virginem non habuisse peccatum, qui tamen in ipsa interrogatione radicem impeccabilitatis iam protulisset illis verbis: *Qui concipere meruit, ac parere eum quem constat nullum habuisse peccatum*.*

Catharin.

Petrus.

August.



ibi enim ex Maternitate censet excipiendam esse sanctissimam Virginem propter honorem Domini; sensus igitur Augustini assertivus est, & nullo modo dubius, estque huiusmodi beatam Virginem cum de peccatis agitur necessario esse excipiendam, quia ex eo quod concipere ac parere meruit eum quem constat nullum habuisse peccatum plus gratia illi fuerit collatum, ut vinceret ex omni parte, id est, ut nullum haberet peccatum. His adde D. Thomam; Bonaventuram dum citant Augustini testimonium legere (*inde enim scimus*) illis ergo, & non aliis est credendum.

662.  
Silvius.

Vidit hunc locum Augustini Silvius 3. p. quæst. 27. art. 2. & (ut aliquid suum afferret pro contraria sententia, quam sequitur, quin aliquid afferat novi, contentus motu, & rationibus, quæ iam enumerantur multi, & nullius censetur roboris) asserit Augustinum Patrem non affirmasse Virginem non habuisse originale peccatum, sed reprehendisse Pelagium, eo quod dixerit clarissime. *Ipsam etiam Domini, & Saluatoris matrem sine peccato esse confiteri necesse esse pietati.* Verum hæc fuga imprudentissima est. Primum quia non semel, sed iterum etiam Augustinus excipiendam vult Matrem Domini à peccatis, & licet concedat Pelagio illam fuisse sine peccato, quia Mater Domini est, non tamen vult concedere illi alios iustos, quos ibi enumerat esse, & vixisse sine peccato. Secundò, quia si Augustinus non loquitur de peccato originali, sed de actuali, & reprehendit Pelagium asserentem Virginem non habuisse peccatum, sequitur Augustinum sentire Virginem peccasse actualiter, quod dogma indignum est Augustino, & contra illius mentem expressam ibi, asserit enim bis excipiendam esse beatissimam Virginem. Tertio, quia non levis tanto Patri irrogatur iniuria, cum asseritur reprehendisse Pelagium asserentem beatissimam Virginem adeo sanctam, & iustam esse, ut nullum actuale peccatum commiserit, & castigare voluisse hæreticum eo quod in puritatem Virginis bene fuerit animatus, quod ut opinor nullus Catholicorum fecisset unquam, sed laudaret potius, & gratularetur hæretico, quod ita de impeccabilitate, & innocentia Virginis Mariæ sentiret. Videas in quæ inconuenientia descendat, qui pertinaciter alicui sententiæ addicatur.

663.

Dices pro Sylvio Augustinum non reprehendisse Pelagium, eo quod negauerit peccatum in Virgine, sed quia asseruerit necesse esse hoc credere fide Catholica, id enim videtur importari illis verbis: *necesse est confiteri pietati*, sed hæc etiam est fuga. Et imprimis negari iuxta hanc explicationem non potest, tam altè de Deipara sacra sensisse Pelagium, quod asseruerit illius puritatem necessario credendam esse fide diuina. Deinde illa verba hoc non sonant, sed tantum significant, quod si aliquis piè velit sentire de Virgine Maria, necesse est confiteatur illam non habuisse peccatum, sicut si nunc diceretur si aliquis in controuersia de Conceptione piissimè vellet sentire, necesse esse confiteatur Mariam non fuisse conceptam in peccato originali, nam dato quod altera sententia, si pia negari nullo

modo potest nostram sententiam esse piissimam. Mitto plura Augustini testimonia, quæ afferuntur, & expenduntur ab aliis.

Magnum Gregorium in plures dedere. Affero Patres, qui vel expressè asseruerunt Mariam fuisse sine peccato originali conceptam, vel Conceptionem illius puram fuisse scripserint. Primus ergo in hoc ordine sit Cyprianus Martyr, & Carthaginensis Antistes, qui ante mille, & quadringentos annos, qui lib. de Cardinalibus Christi operibus, serm. de Natiuitate, hæc scripsit: *Nihil in hac re perijt vltio, nec procedens delectatio aliquam penarum expetijs vsuram, Spiritu sancto obumbrante incendium originale extinctum est, ideoque innociam affligi non deuit, nec sustinebat iniurijs, ut illud vas electionis communibus lassaretur iniurijs, quoniam pluribus à cæteris differens, natura communicabat non culpa, eratque ei proprium Priuilegium, quod nulla mulierum, nec ante nec deinceps meruit obtinere, quod erat simul Mater, & Virgo singulis titulis insignita, unde & Matri plenitudo gratiæ debebatur, & Virgini abundantior gloria, qua carnis, & mentis integritate insignis, spirituali, & corporali iustus, & extra Dei (Christi) presentia fruebatur.* Locus etiam insignis, in quo semel, & iterum hanc veritatem docuit Cyprianus, dum affirmat extinctum originale in Maria sanctissima (id est prohibutum, aliàs enim si illud habuisset, etiam si postea sanctificaretur aliquid posset vsuræ petere vltio; asserit etiam & cum cæteris communicasse solum natura, non culpa; integritatem habuisse etiam mentis; & Matri plenitudinem gratiæ deberi, docuit ergo Martyr doctissimus, & Virginem sine doloribus, & immunditijs peperisse, & huius reddit rationem, quia fuit sine peccato originali concepta, & vterius etiam huius priuilegij causam assignat, quia Christi Domini, fuit enim Mater, & Virgo.

Respondent aduersarij hunc sermonem non esse Cypriani. Esto res ita sit, negare tamen non possunt esse viri eruditi, quales ætas Cypriani (vtror verbis Erasmi, tamen si hominis de fide suspecti) complures habebat, & addo ex illo: *habendam esse gratiam ijs, qui in causa fuerunt, ut hic sermo, & totum opus de Cardinalibus Christi operibus nobis supersint, idque nos debere nomini Cypriano, quod huius commendatione seruata sint; fortassis aliqui peritura.* Habent ergo aduersarij contra se auctoritatem viri, qui piissimus, & doctissimus floruit ante mille, & quadringentos annos, ut annosam sciant Conceptionem immaculatam.

Secundus in hoc ordine sit S. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis, qui cum ex decreto Concilij Toletani quarti, (quod Quintum Magnam, & Vniuersalem Synodum appellat) reformasset Breuiarium, & Missale, ut ritus in Hispania essent vniformes, & in quibus officium est Conceptionis cum octaua, non semel asseruit Conceptionem purissimam, aut antiquitus in Hispania asseritam firmavit, & quidem in Missa prima lectio desumitur ex Proverbiorum octauo hoc titulo. Prophetia, Letitio libri Sapientiæ Proverbiorum Salomonis: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Existimauit

664.

Cyprianus

Hojedas.

667.  
Flavius.

Baronius.

665.  
Cyprianus

666.  
Isidorus

668.  
Ildefonsus

Existimauit ergo Isidorus verba illa Prophetiam esse Conceptionis purissimæ. Deinde cum in honorem Conceptionis illud festum in præfatione dicatur celebrari, idque non semel, in vltimis orationibus hæc scribuntur. *Domine Jesu Christe, qui sic Virginem Matrem honorificasti quousque Conceptionis eius gratia illam coram te suffragatricem in comparabilem inuenimus indigni.* Præterea in Missa de Natiuitate Virginis, dum Præbyter populum benedicit, ita loquitur: *Qui matrem seruauit à corruptele contagio sinum vestri cordis emaculet à delicto.* Et tandem in Officio, & Missa Assumptionis hæc scribuntur: *Talem multoque verè creditur mirabilem Matrem procreasse, qualem diuinitus per eam transiens decus Virginitatis non amisit.* Additque argentissimam sententiam: *Dum ab illo creati, ita est ab ipso concipi.* Quasi diceret Isidorus Virgineam conceptionem sanctam non esse nulla ratione potuisse, ea enim ratione creata fuit, ac si à Christo Domino conciperetur, & ut in illa Christus conceptus est immunis ab originali peccato. Debemus hæc Antiquissimam auctoritatem diligentem Petri de Hojeda in illa eruditissima, & laboriosa informatione pro immaculata conceptione Deipara.

Tertius sit Flavius dexter vir nobilissimus Daciani Episcopi Brachinonenis filius, & in Concilio regali Imperatoris Theodosij Præsidis, vir magnæ quidem litteraturæ, & eruditionis testimonio sancti Hieronymi, lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, capite 137. Hic ergo eruditissimus vir in sua omnimoda Historia, non solum testatur festum Conceptionis in Hispania suo tempore celebrari, sed etiam illam vocat immaculatam, his verbis: *A Iacobi predicatione in Hispania celebratum festum immaculata, & illibata Conceptionis Dei genitricis Mariæ.* Desiderauit videre hunc librum Cæsar Baronius, tomo 4. anno 392. & non vidit sicut ne Petrus de Hojeda, sed vidimus nos typis excussum, & nostri amici Roderici Caro Hispalensis visitatoris viri cultissimi, & antiquitatis reformatoris eruditissimis scholis illustratum, in illius igitur folio 113. pag. 2. ad finem exaratum hoc elegantissimum testimonium illustrat illud Rodericus eruditè, quem miror nostræ familiæ non meminisse inter referendos religiones huic mysterio addictas, cum viderit huius nostri Magni conuentus Hispalensis illius solemnitates ita festiuas, & sacro apparatu illustratissimas, ut vrbis nostra, quæ maxima non demiratur illas admirata merito fuerit. Vide sectionem vltimam.

Quartus sit sanctus Ildefonsus Isidori discipulus, & Tolertanus Antistes, qui in libro de perpetua Virginitate sanctæ Mariæ tomo 8. Bibliothecæ Margarini hæc dereliquit scripta: *Beata Virgo Maria nisi in vtero Matris sanctificata esset, minime eius Natiuitas colenda esset, nunc autem quia auctoritate totius Ecclesiæ veneratur, constat eam ab omni originali peccato fuisse immunem.* Et inferius: *Nullis ergo quando nata est delictis subiacti, nec originale peccatum in vtero sanctificata contraxit.* Hoc

illustrissimum testimonium eleuare conatur Gabriel Vasquez, sed frustra tomo 2. in 3. part. quæst. 27. disput. 117. cap. 3. numer. 41. Sentit ergo verbum illud (contraxit) non significare idem, quod incurrere, ut apud Theologos sumitur, sed solum importare idem quod secum trahere, & Ildefonsus solum asseruisse Mariam sanctissimam natam sine peccato originali, non tamen voluisse illud non habuisse in sua Conceptione; futilis, & inutilis profecto est hæc coniectura, si enim quis nostrum qui in piam sententiam iurauimus, illam vellet asserere clariori modo non posset, quam dicendo Mariam Diuam immunem fuisse à peccato originali, & illud in vtero non contraxisse, quibus terminis vsus est Ildefonsus, optimè ex eo quod immunis fuerit à peccato originali; deducens Natiuitatem eius etiam fuisse sanctissimam. Adde apud bonos auctores verbum contrahere non significare trahere secum, aut secum afferre. Merito ergo notant Vasquium Magister Grana, & Magister Lezana, qui cap. 19. ut explicet & firmet (immunis) ibi significare nunquam beatam Virginem peccato fuisse infectam affert illud Virgilij 12. Æneidos.

*Aspicit urbem*

*Immunem tanti belli, atque impune quietam.* Et adducere potuisset illud Georgic. 4.

*Immunisque sedens aliena ad pabula fucus.* Quia fucus immunis, & liber ab omni labore, & nunquam illum expertus aliorum labores absumit, & ideo otiosi dicuntur à Hesiodo fuci.

*Qui, apum laborem absument otiosi vorantes.*

Lege Cerdensem, non solum ad hunc locum, sed etiam ad 11. Æneidos, & videbis quinam in bello dicantur immunes.

Quintus sit Doctissimus, & piissimus Idiotas qui lib. de contemplatione, & laudibus Virginis cap. 2. totus est in ingenuitate, & puritate Virginis celebranda: *Tota pulchra es Virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati, siue venialis, siue originalis non est in te, nec unquam fuit, nec erit: sed adest sibi omnis gratia naturalium bonorum spiritualium charismatum, celestium donorum; id quod repetit cap. 6.*

Sextus sit Iuo Carnotensis Canonicorum regularium decus eximium, qui in sermone de Natiuitate Virginis hæc scripsit: *Quomodo Matrem carnis suæ Dominus sanctificauerit audiamus, ut inde lateatur Catholicus immundus, confutetur Hæreticus, omne quippe nauum, tam originalis culpa, quam actualis in illa deleuit, sicque carnem de carne eius sumens in eandem mundiciam diuinam transformauit.* Vbi non supponit originale culpam illud (deleuit) supponeret enim etiam actuale, & assereret Carnotensis actuali macula esse fecundatam, quod est impossibile.

Septimus sit sanctus Anselmus, qui in cap. Primum secundæ ad Corinthios, ita disertè: omnes itaque mortui sunt in peccato nemine prorsus exempto, dempta Matre Dei, siue originalibus, siue etiam voluntate additis: Quod

G g 3 explicari

Virgil.

Cerdenfis.

669.  
Idiotas.

670.  
Iuo.

671.  
Anselm.

explicari, & confirmari potest, ex illis que lib. de conceptu Virginali cap. 18. *Quamvis ergo de beatissima Virgine filius Dei conceptus sit, non tamen hoc ea necessitate factum est quasi de peccatrice parente iusta proles rationabiliter generari per huiusmodi propaginem nequiret, sed quia decebat, ut illius hominis (Christi scilicet) conceptio de Matre purissima fieret, nempe decens erat, ut ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset vnus, idemque communis Dei Patris, & Virginis filius. Id declaravit amplius libro de excellentia Virginis cap. 11. dum Mariam alloquutus, ita scripsit: Omnia tibi possibilia tecum esse donauit. Negabitne aliquis hanc immunitatem esse impossibilem? Prætermitto plura testimonia, quæ ex Epistola ad Episcopos Angliæ possunt deponi, sicut ex Anselmi sermonibus, quia hæc solum sunt indubitata. Videor mihi actum iam agere, & sexcentos Patres Latinos omitto, animus enim solum est recensere illos, qui clarè hanc veritatem expresserunt commodius, Diuum Dominicum, S. Thomam, & Bonauenturam inferius adduco.*

SECTIO XVI.

*Latinis Patribus in hac sententia Patres Græci, & alij nonnulli nouiter allegantur.*

672.

Origen.

*S*ine violentia vlla in piissimam sententiam Græci Patres cum Latinis conspirant, ex quibus non omnes voco, vel laudo, aliquos seligo. Primus sit Origenes Adamantius antiquissimus Ecclesiæ Magister, quem citant alij, sed forsitan non legerunt. Ille ergo homil. 1. in diuersos quæ habetur tom. 2. inorum operum, pag. 274. ita scribit: *Mater (inquit) eius Mater immaculata Mater incorrupta. Mater intacta, Mater eius, cuius eius? Mater Dei unigeniti Domini, & Regis omnium plasmatoris, & creatoris cunctorum: Et paucis intermediis ad finem column. 1. Huius itaque unigeniti Dei, dicitur hac Mater Virgo Maria digna Dei, immaculata sancti immaculati; vna vnus, vnica vnici.* In quibus verbis eodem omnino modo ac Christum immaculatum, vocat Mariam immaculatam, & pag. 275. columna 1. ad illud Ioseph, fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam Matthæi 1. Addidit: *accipe eam sicut commendatum celestem thesaurum Deitatis diuitias, sicut plenissimam sanctitatem, sicut perfectam iustitiam. Accipe eam sicut unigeniti mansionem, sicut unigeniti honorabile templum, sicut domum Dei, sicut creatoris omnium propriam, sicut Regis celestis domum immaculatam.* Qua igitur ratione Maria esset plenissima sanctitas, & Deitatis diuitiæ, si gratia in illius Conceptionis puncto non esset, &

pauper sine cælesti gratia immaculata Domini Dei inueniretur. Nihil clariùs potuit dicere Adamantius, qui dictis non fatigatus ad initium secundæ columnæ, clarissimè nostram veritatem astruxit: *Audite ergo quod Virgo in utero accipiet, non ex desiderio partum concipiens, quæ neque persuasione serpentis decepta est, neque eius a statibus venenosis infecta.* Quæ verba quis neget relegare à Virgine originale peccatum.

Secundus sit Sophronius, qui serm. de fasciis, & zona Deiparæ, quem refert Laur. Surius 13. die mensis Augusti, ad illud Psal. 86. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, hæc gloriosè scripsit: Quanam ea ciuitas est? Existimo manifestissime, & sine vlla contradictione eam quæ verè est electa, & omnibus superior diuinarum, & sublimium virtutum magnitudine, & puritate omnibus antecellentem Mariam, nulli culpa penitus affinem.* At si à peccato originali esset infecta, plus esset, quam culpæ affinis; illam enim in se ipsam haberet. Quod testimonium adeo mihi efficax, ut ex illo deduci facillè posse existimem Virginem ex sententia Græcorum nec in Adamo peccasse.

Tertius sit Magnus Basilius, qui vt sæpè retulimus homilia de humana generatione Christi scripsit: *Ex sanctitate igitur compacta caro digna erat vt Deitati vnigeniti vniretur.* Quod testimonium, non semel perpendimus, & explicuimus. Vide etiam Gregorium Nyssenum, homil. 13. in Cantica, vide & Athanasium homilia de sancta Deipara asserentem Mariam in Conceptione propria virtutem diuinam ad generationem Dei hominis habuisse.

Quartus sit Ephrenus magnus, Edessenæ Ecclesiæ Diaconus, Basilio magno admirabilis, qui in orationibus de laudibus Deiparæ, ita loquitur, *Intemerata prorsusque pura Virgo Deipara Regina omnium, sublimior caliculis, purior solis radijs, & splendoribus, honoratior Cherubim, sanctior Seraphim, & ceteris omnibus superis exercitiibus gloriosior.* Et in principio orationis ad sanctissimam Dei genitricem, immaculatam, & intemeratam incorruptam, & prorsus pudicam, atque ab omni sordè, & labe peccati alienissimam, estne originale piaculum sordes, & labe: si igitur alienissima à quauis labe peccati, neque in Adamo peccauit. Lege Gerardum Bosium. Vide Chryostomum, homilia in Hypopante Domini, Chrysippum, Hyfichium: *Aue solis ortum, qui nullum ferre potest occasum, homilia de laudibus Mariæ.* Damascenum oratione 2. de Natiuitate Mariæ. Thaumaturgum sermone 1. de Annuntiatione, & alios, vt Theoderetum & Psellum lib. 3. in Cantica.

Sed non prætereundus Leo Imperator, qui homilia 7. de Annuntiatione ex nouem, quas Græcè, & Latine edidit in lucem eruditus Iacobus Gretserus, hæc scripsit in Augustam augustè: *Cum adhuc à Virgo in lumbis Paternis contineretur, progenitor ipus clamabat: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Audisti verè & oblita es populi tui, & sortis, & domus Paternæ, & sortis videlicet illius, quam*

673. Sophron. *Albi Sermonum Constantino polidoro & huc libere lxi*

674. Basil.

675. Ephrenus

676. Leo.

Seleuc.

677. Tertul.

*Eua progenitrix toti generi distribuit immenso illo dolorum cumulo, quasi hereditatis vice dato, & nihil horum in donum tuam intulisti. Propterea dilexit te Rex ob animam tuam pulchritudinem.* Vide Basiliam homilia de Annuntiatione ibi: *Alteris vsus est primitijs, que omnis peccati essent expertes, alios in sequentibus profero Patres.*

Hos ex Græca, & Latina Ecclesia videntur Patres Scholastici, qui hanc tractantur disputationem. Adde his alios, qui in eandem inclinant sententiam. Primus sit Tertullianus, qui lib. de carne Christi, cap. 17. nauum originale propellit à Maria sanctissima: *In virginem adhuc Euam irrepsit verbum edificatorium mortis, in Virginem aequè introducendum erat Dei Verbum extructorium vite, ut quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur ad salutem.* Crediderat Eua serpenti, credidit Maria. Gabrieli, quod illa credendo deliquit, hæc credendo deleuit. Quasi dicat Tertullianus: Maria (quam contraponit Eua,) solum Angelo credit, serpenti nullatenus, quæ ergo serpenti non credidit originali non fuit infecta peccato. Illum ergo explico ex Cypriano in proprio libro de testimonio aduersus Iudæos cap. 19. qui de Matre Domini Deum ita loquentem introducit ad illud: *Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem. Suscitabo mulierem, qua repudiata facilitate credendi, non solum te non audiat, sed ipso etiam Gabriele deserente verbum rationem & promissionis exigat bonitate.* Deinde quomodo erit istud, quoniam virum non cognosco? Vide ad hoc Luissum Cerdensem ad illum tractatum Tertulliani, in notis num. 219. Vide & Thaumaturgum sermone primo de Annuntiatione.

678. Rex Græc.

679. Carneus.

680. Cellensis.

681. Cæsarang

Secundus sit præstantissimus Rex Græcorum Matthæus Cantacurenus, qui ad illud Canticorum 4. *Tota es pulchra amica mea,* ex translatione Vincentij Riccardi Clerici regularis hæc scripsit: *Considerans autem ipsam totius labis prorsus expertem Deiparam totius orbis causam fuisse salutis ad ipsam diuino succensus spiritu exclamauit dicens: En tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

Tertius sit noster Hieronymus Carmelus vir sanctitate conspicuus, qui vt vidimus ad illud cap. 4. scripsit ex diuina reuelatione: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: ita est, nam & ego vidi.*

Quartus sit Petrus Cellensis, qui lib. 9. Epistola 10. ad Nicolaum, hæc religiosissimè iurauit: *Credo, dico, assero, & iuro Beatissimam Virginem nostram in æterna predestinatione singulari priuilegio munitam, nec à sua conceptione in aliquo violatam, sed semper mansisse, & permanisse illibatam, & sicut beata ultra humanam, & ceterorum hominum naturam, sic secretam, & incognita manet ultra omnium notionem.* Habetur 2. part. tom. 2. Bibliothecæ nouæ.

Quintus sit antiquissimus Vates Cæsarangustanus Heleca, qui barbaræ catenæ strido-

rem solatus ex antiqua Hispanorum sententia, ita canebat:

*Conceptionis hunc diem  
Iacobus Hispanos docet  
Et prædicat ceu ceteri  
Quicumque labe liberam  
Hic nos habet principium  
Hunc celebrandi ingiter  
Populis Ibeis diem  
Qui durat vsque hodie.*

Ex Ruderico Caro ad Flauium Dextrum, fol. 114. pag. 2.

Sextus sit Amadeus Episcopus Lauanensis, qui homilia 7. de laudibus Virginis: *Eua infecta est veneno lethali, quod transfundit ad posterios; Maria infusa vitali antidoto, quod fidelis transmisit ad vniuersos. Corruit illa male or edula serpenti, surrexit ista, & inexta verbum, quod dixerat Deus in Genesi, Contruit caput serpentis. Veneno peccati originalis nullatenus infecta in sua conceptione, vt tractantes locum Genesis iam generaliter explicant vniuersi.*

Septimus sit Richardus de Sancto Laurentio, qui licet non semel ex corruptela alicuius indignè ferentis laudes Mariæ in hac materia, gloriosissimam Virginem originali labe extra rem infamet, vt sect. sequenti ostendemus, Virginis puritatem asseruit sæpissimè lib. 1. de laudibus Virginis, ante titulum primum, §. *Aliter tota pulchra es,* hæc scribit: *Tota enim pulchra est anima, cui nihil inest spiritualis turpitudinis, id est vitij, & peccati, & cui nihil deest spiritualis, id est gratiæ, & virtutis, Italis verò fuit gloriosa Virgo, que nec primam scilicet habuit, neque habitura est in viroque. Et ne dicatur esse sermonem de carentia peccati actualis subdit Cisterciensis: Propter primum dicitur de ea Sapientia 7. Sincera est, & ideo nihil coinquinatum in illam incurrit, de secundo dicit ipsa 24. Ecclesiasti, cum me omnis gratia vita, & virtutis, & benedicit omnis gratia; nulla enim defuit ei virtus, nec puritas Angelorum, &c.*

Octauus sit Mariana puritatis acerrimus Propugnator sanctus Nicolaus, Monachus sancti Albani catalogo Sanctorum adscriptus ab Alexandro III. qui inter Epistolas Petri Cellensis, quæ habentur 1. part. 12. tomi Bibliothecæ nouæ, lib. 9. Epistola 9. explicans illud Psalm. 131. *Surge Domine in requiem tuam:* inter alia hæc scribit: *In hanc igitur requiem suam surrexit Verbum incarnatum, & non solum Verbum, sed & arca sanctificationis suæ, videlicet Mater sua, de qua, & in qua est verbum incarnatum, sicut enim in calo qualis Pater talis filius, sic in terra qualis filius, talis Mater, non dico de spiritu concepta, vt filius, sed spiritu sancto repleta, & sanctificata in utero Matris, vt filius. Quæ verba nulla indigent explanatione.*

Nonus sit Hugo, de sancto Victore, qui elucidans illud Canticorum 4. 7. *Tota pulchra es amica mea:* pulchrè, deuotè, doctè, & floridè inter alia multa hæc exarauit. *Mundam voco, sinceram inuito, totam pul-*

*chram desidero, tota pulchra es amica mea: o qualis societas! Totus pulcher, totam pulchram sibi sociat, tota pulchra es amica mea, ego totus pulcher, ego per naturam, & tu per gratiam. Ego totus pulcher, quia totum quod pulchrum est in me est tu tota pulchra, quia nihil quod turpe est, in te est. Et inferius o digna digni, formosa pulchri, munda incorrupti, excelsa Altissimi, Mater Dei, sponsa Regis æterni, quam pulchra, & quam suavis es, quam scrutator rerum probat, quam inspector cordium laudat, quam diligit auctor pulchritudinis, cui testimonium perhibet Magister veritatis.*

686.  
Ioan. Pic.

Hic addo tamen si Pater non sit, Ioannem Picum Monachum Carthusianum, qui cap. 12. in Cantica folio 91. hæc habet: *Et ut semel finiam, tota pulchra es in omni re, tempore, & loco, quia contracti originalis, aut commissi, vel lethalis, vel venialis cogitationis, locutionis, operis, & omissionis macula non est in te*: sic ille doctor antiquus, quem etiam vidit Paulus Sherlogus tom. 2. in Cantica vestigatio. 6. sectione 3. n. 16. ad finem.

687.  
Moran.

Addo etiam benedictum Ariam Montanum Hispalis decus, virum doctissimum, qui Tridentino interfuit Concilio, & ritu Patrum, ad illud Abacuh cap. 1. (vim patiens) hæc grauissimè scripsit. *Talem tamen hominem neminem hæcenus fuisse legimus, sanctissimam Dei genitricem semper excipimus, cuius integritati summa, cuius puritati, cuiusque admiranda sanctitati, tantum tribuimus, ut ipsam extra omnem aleam humana conditionis constituamus, & cum de sanctitate, de integritate, deque omnibus virtutum ornamentis agitur, nihil quod ad hanc Virginem pertineat indubium, aut quæstionem venire patiamur doctè, religiosè, & Augustinianè.*

## SECTIO XVII.

*Sacram Deiparam conceptam fuisse in peccato originali nullus sanctorum Patrum constanter asseruit.*

Ex hoc capite, summa Laus, & gloria D. Angeli.

688.

**N**on nego Patres aliquos asseruisse Beatissimam Virginem contraxisse originale peccatum, sed assero ita in hac affirmatione fuisse inconstantes (quæ illorum gloria illustrissima) ut vel contrariam, & piissimam sententiam alibi scripserint, vel illa dictauerint, quæ cum peccato originali in Virgine constare non possint, vel denique rationes parauerint, quibus efficaciter possit probari immunitas à peccato primæuo.

S. Petrus Chryfologus.

689.

Miror aduersarios Patronum suæ opinionis non attulisse Sanctum Petrum Chryfologum, qui generalibus, sed efficacissimis verbis il-

lam vident tradidisse, sermone 35. qui est de muliere, profluuiio sanguinis obnoxia, ubi eloquæta solita feminæ illius prosequitur immunditiâ, vitiiisque fædatam, & vulneribus fauciam ostendit, cum enim rogaret antea, quænam fuisset hæc mulier, aut cuius Typum gessisset? Respondet: *Ista est fratres, ista est Ecclesia; ista est Ecclesia, qua primi hominis vulnerata peccato, tota fluebat sanguine, tota originaliter decurrebat ad mortem.* Concitata & acris sententia. Sed o res mira! obmutuit hoc loco sanctus Antistes, nec verbum potuit ultra producere, mutusque omnino domum reuertitur, ut in vltimis verbis huius sermonis alij notarunt. Tanti silentij rationem connatur reddere sermone 86. qui est de Annunciatione conceptionis Ioannis Baptistæ, & intendit suum silentium non fuisse sine mysterio: *Audisti* (inquit) *quemadmodum Zacharias ille summi sacerdotij splendor, dum exorat obmutuit, tacuit Pater vocis, & statim: Videtis ergo, quia silentium meum quod antea contristauit vos, venit de Antiquo Pontificali usu, non de nouitatis incurfu: & vltèrius, Denique Zacharias ipse quod tacet non est pena, sed signum, non est terrena debilitas, sed caeleste secretum: Et tandem ad rem nostram alia multa, mysteriumque, & secretum declarans hæc scribit: Ergo tam vobis, quam mihi suspensus est sermo, ut profluuium mulieris, & verecundi vulneris causam, & illius pudorem sic nostra verecundia calaret, ut quod illa tacuit etiam nostro silentio clauderetur. Rectè quidem, sed aliud suspicor esse mysterium. Vehementissimè exaggerabat Chryfologus vniuersalitatem originalis peccati, & illis concitatissimis verbis. *Ista est fratres, ista est Ecclesia, qua primi hominis vulnerata peccato tota fluebat sanguine, tota originaliter decurrebat ad mortem.* Timeri potuit ne concitatissimus eloquentiæ fluuius, ita exundaret, ut ex generalibus loquutionibus scripturæ sacre vulnere peccati originalis laucaret Mariam, aut sanguine illo aureus sermo Deiparam aliquo modo fædaret, ac proinde silentium iussit Verbum diuinum honori consulens Matris, nec voluit, quod opinio de illius originali peccato, aut verbis aureis proferretur, ut aliquid loqueretur Chryfologus, quod aureum non esset. Vnde nec aliquid voluit quod adderetur scriptis, quod est sine dubio mirabile. Qui enim obmutuit, & loqui non potuit; potuit scribere, & tamen nihil scripsit. Attendas diligenter.*

Verum sese ut occasio obtulit prima de Virgine Sanctissima differendi, sermone 140. qui est primus de Annunciatione puritatem sanctissimæ conceptionis proclamant his verbis. *Peruolat ad sponsam festinus interpres, ut à Dei sponsa humana desponsationis arceat, & suspendat affectum, neque auferat à Ioseph Virginem, sed reddat Christo, cui est in utero pignorata dum fieret. Christus ergo suam sponsam, non præripuit alienam, nec seperationem facit, quam suam sibi totam iungit in vno corpore creaturam. Quæ verba satis ostendunt dum fieret Virgo sanctissima, id est dum conciperetur, sigillatam fuisse Maternitatis dono gratuito, & excel-*

690.

excellentiſſimo, ut quæ futura esset Dei genitrix & sponsa. Propterea addidit s. alio illud: *Et quando non Maria Mater, ut significaret Virginem immaculatam Matrem Dei fuisse in sua Conceptione, ac proinde in illa nullum potuisse esse peccatum; & in illo serm. 140. concludit: Quantum sit Deus satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non stupet animum non miratur.* Quid verò causæ esset quod miraretur mentem primo fædatam culpa, deinde sanctificatam iure meliori stupent qui merantur, & adorant Conceptionem sine peccato. Maria enim in sui Conceptione cælum fuit stuporis, etiam Angelicis mentibus, & sermone 143. ad illud: *Aue gratia plena, Quia singulis gratia est largita per partes, Maria verò se totam dedit gratia plenitudo.* Et quia suspicari posset loquutum de Incarnatione Verbi alludens ad illud cui est oppignaturâ cum fieret præmisit: *Videtis quibus est, Virgo oppignorata muneribus.* Mutauit ergo sententiam Chryfologus, & ad astruendam Virginis Conceptionem eloquentia aurea magnam suppedi-tauit materiam.

## S. Fulgentius Ruspenſis.

691.

Attulit Franciscus Syluius, Fulgentium Ruspenſem, qui lib. de Incarnatione cap. 6. scripsit: *Caro Maria quæ in iniquitatibus fuerat humana solemnitate concepta, Caro fuit vti que peccati, quæ filium Dei genuit in similitudinem carnis peccati.* Sed ne Syluius exulteret, Fulgentius meliora de Virgine cogitans mutauit sententiam, sermone de Natiuitate Christi, qui inter eius opera legitur à pag. 123. 124. hæc scribit: *In primi hominis coniuge nequitia Diaboli seductam deprauauit mentem, in secundi autem hominis Matre mentem integram gratia Dei seruaui & carnem, & sermone de laudibus Virginis pag. 25. columna 2. Cum dixit, Aue, Salutationem illi caelestem exhibuit; cum dixit gratia plena, ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Vide sect. 19.*

## D. Thomas Aquinas.

692.  
D. Thom.

Asseruit D. Thomas 3. part. quæst. 27. art. 2. *Beatissimam Virginem conceptam fuisse in originali peccato, non solum propter Ecclesiæ auctoritatem, sed etiam quia credidit, quod si illud in Conceptione non habuisset, nullo modo esset redempta, vnde non acquiesco Caietano asserenti ibi Angelicum Doctorem non disputasse. Vtrum virgo in Conceptione habuerit originale peccatum, id est in ipsa animatione, ut ex titulo articuli colligitur. Credo enim S. Doctorem in corpore hanc determinasse controuersiam, rationes enim illius non solum conuincunt non fuisse sanctificatam ante animationem, sed neque in ipsa animatione, sumunt enim ex Christi Domini redemptione.*

693.  
Angelicus.

Sed his non obstantibus piissimam sententiam docuit Doctor Anglicus in opusculo, de Salutatione Angelica, & illius expositione, ubi hæc dereliquit scripta: *Ipsa (Maria) purissima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec*

*originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.* Quæ verba retulit Canisius 1. de Deipara cap. 6. nec illa potuit negare Cardinalis Turcremata, & ipse Dominicus, ut testatur Salmeron in Epistolam ad Romanos, disput. 51. Qui cum fuerit in contraria sententia illa verba non ausus est, nec negare, neque immutare. Secundò lectione 6. ad cap. 3. Epistolæ ad Galatas, ex impressione Parisiensi ex officina Ouidini Petit anno 1541. Hæc D. Thom. scripsit: *Nam ipse solus (Christus) & singularis est, qui non subiaceat maledictioni culpa, est maledictio pro nobis dignatus sit fieri. Vnde dicitur in Psalmo, singulariter sum ego; item, non est qui faciat bonum, & Ecclesiastes 7. virum de mille vnum reperi, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato, mulierem autem ex omnibus non inueni, quæ à peccato immunis esset, ad minus originali, vel veniali. Excipitur purissima, & omni laude dignissima Virgo Maria. Quæ doctrina in fauorem Conceptionis notatur in margine; sed clarissimè rem tradidit S. Thom. 1. d. 44. art. 3. *Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquod inueniri creatum quo nihil purius esse potest in rebus creatis, sine vlla contagione peccati, & talis fuit puritas beatissima Virginis, quæ à peccato originali, & actuali fuit immunis.**

Salmeroni  
Cin.

694.

Respondent Thomistæ in Indiçe S. Thomæ, ut concordent hæc cum illis, quæ asseruit 3. part. num. 1154. quod in primo sententiarum loquitur, ut Bachalarius secundum opinionem aliorum, sed in tertia parte loquitur secundum sententiam propriam, sed solutio falsa est, & ad libitum, nam Ecclesia in lectione 3. festi S. Thomæ scribit quod: *Viginti quinque annos natus Magister est appellatus, publicèque Philosophos, & Theologos summa cum laude est interpretatus, & sine dubio prius exposuisset Aristotelem, quam Magistrum sententiarum, ut in quacunque Academia fieri solet; iam ergo Magister erat S. Thomas. Deinde rōgo an etiam Bachalarius esset quando exposuit salutationem Angelicam, & explicuit epistolam ad Galatas. Et deinde tertio falsum est loquutum tunc secundum aliorum sententiam; mirum enim est, quod cum quatuor in locis occasio sese obtulerit tractandi hanc difficultatem, in tribus aliorum sententiam tanta claritate asseruerit, propriam verò solum in vnicò loco 3. part. & id ita obscurè ut Cardinalis Caietanus Magnus Thomistæ potuerit asserere D. Thomam non meminisse illius difficultatis an in Conceptione B. V. fuerit sanctificata à peccato originali.*

695.

Aduerte præterea potuisse S. Thomam corrigere sententiam, quam docuit in sententiariis, Commentariis illis, quæ rursus scripsit, & Cardinali Anibaldo dicauit, quam tamen ibi non retractat; tamen aliquo modo sileat quam antea scripsit sententiam, non quia Angelicus Doctor eam non protulit, sed quia meo iudicio Frater Thomas Nerius Ordinis Prædicatorum, qui illa eudenda curauit, abstulit forsitan verba aliqua S. Thomæ, in quibus erat pia sententia, potuit enim fieri, ut illa enumerauerit inter errores, quibus Typographorum cura, aut incuria Commentarij illi erant vitiati,

vitiati, primò enim sententiarum dist. 44. art. 3. ad 3. suppressit ea, quæ superius attulimus de Virginis sanctissimæ puritate, sed noluit Deus, quod ita suppresseretur, vt non facillè colligeretur S. Thomæ doctrina. Ad tertium enim, quod desumebatur ex doctrina Anselmi afferentis Virginem debuissè ea puritate nitere, quæ maior sub Deo non posset intelligi. Vnde inferebat arguens Deum non posse facere aliquid melius, quam Virginem sanctissimam.

696.  
D. Thom.

Respondet D. Thomas ad Anibaldum: *Ad tertium dicendum, quod purius dicitur aliquid per recessum à termino, melius per accessum ad terminum. Illud ergo quod ita recedit ab impuritate culpa est ita purum, quod nihil potest esse eo purius, non tamen sequitur, quod non possit eo aliquid esse melius, nisi acciperemus puritatem ab omni defectu, & in perfectione; sic autem non loquitur Anselmus.* Ecce tacitè suam sententiam profert S. Thomas, etiam si verba illius sint mutilata, sentit enim Anselmum loquutum esse de puritate in Virgine sanctissima, vt dicit recessum à termino, scilicet ab impuritate, & hoc modo Mariam sanctissimam, esse purissimam, quia scilicet recessit ab omni impuritate, & hoc voluissè Anselmum, non tamen voluissè posituè ita esse purissimam, vt sanctior, & melior à Deo creati non posset, potuit enim Deus in primo Conceptionis instanti conferre illi omnem sanctitatem, & gratiam quam nunc habet in cælo, & tunc non esset purior, quia non magis recessit à peccato originali, quam nunc, esset tamen melior, & sanctior, quia haberet maiorem puritatem positiuam, scilicet maiorem, & intensiorem sanctitatem, & gratiam; En Lector, D. Thomas quarto loco immunitatem, & puritatem Virginis seridè affirmat.

697.

Dices, Angelicum Doctorem in 3. d. 3. q. vnica art. 1. in corpore expressè docuisse beatam Virginem conceptam fuisse in peccato originali. Sed occurro, verba illa forsàn addita fuisse à Fratrem Thoma Nerio, qui tunc animaduertit Doctorem Angelicum contrarium docuisse in 1. d. 44. art. 3. ad 3. in testimonio illo, quod ille truncavit. Et videtur verisimile, quia cum locus videatur esse desumptus ex art. 2. quæst. 27. 3. part. & ibi nullum sit Verbum de sanctificatione in Conceptionis instanti art. illo primo distinct. 3. Additur, nec in ipso instanti infusionis animæ, quam clausulam prætermisit Doctor Angelicus 3. part. vt notauit Caietanus; Nec mirum id potuissè scribi diligentia Nerij, sicut diligentia Remigij Florentini Ordinis Prædicatorum in editione Antuerpiensi anno 1592. è Commentariis ad Galatas expuncta fuerit proprio Marte, & iudicio Florentini illa clausula, quam attulimus: *Excipitur purissima, & omni laude dignissima Virgo Maria.* Quæ non solum habetur in illa editione Commentatorum in Paulum, sed etiam in editione anteriori Parisiensi anno 1529. & tandem in editione Veneta anno 1555. & in hac affirmat Remigius non bene illam esse additam, non tamen id probat, sed neque probare potest, cum in aliis duabus anterioribus repetiatur. Et ille non afferat

Angelicus.

Caiet.

aliam in qua clausula illa Commentatorum in Epistola ad Galatas non scribatur.

Quidquid tamen sit de re hac negari non potest S. Thomam, semel & iterum piam docuisse sententiam. Vnde Angelicum Magistrum verum in hac controuersia fuisse, & instantem clamant nonnulli, sed mihi in hac instantia reconditur summa gloria, & laus eximia Doctoris Angelici, quod hoc discursu deduco. Desiderauerat Dauid ædificare Templum, & domum Domino, & vt ipse refert 1. Paralippomenon cap. 22. prohibitus est ne illam ædificaret illis verbis: *Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus, & tandem ipse ædificabit domum nomini meo.* Quid Bella Domini prohibeant Dauid virum iuxta cor Dei à Templi ædificatione, manus enim illius lauata in sanguine peccatorum? Ecce mysterium. Satis gloriosus Dauid tot hostibus debellatis, tot partis victoriis, tot inimicis triumphatis, ædificatio Domus Dei gloriosissima, Salomon futurus pacificus, nec bello gloriosus. Nolit Dauid omnem gloriam ambire, filio non præcipiat, sed concedat templi ædificationem, vt vel in hac re pacificus possit esse gloriosus, & templum ædificet in gloriam Domini Dei, sat illi fuerit si aurum, argentum, vniones, margaritas, lapides pretiosos è gazis suis conferat in Domum Dei fabricandam à filio, & hæc sit illius gloria non exigua. Vos compello Thomistas illustres, & merito Angelico Doctore addictissimos. Plurima bella bellauit in Ecclesia Angelicus doctor, multum inimicorum sanguinem fudit, Hæreticos confutauit, refutauit Schismaticos, cunctas hæreses doctrina sua interemit Ecclesiæ Fulgentissimum Sydus, sedis Romanæ indefessus defensor, & qui omne scibile sciuit. Non ambiat vniuersam gloriam doctrina sua etsi mirabili; aliquid videndum, & declarandum filio relinquat, vt posterior Ecclesia hanc de puritate originaria Mariæ gloriam possit habere. Glorieturque merito Thomas ad domum Dei & fabricandam, & a struendam ab instanti Conceptionis purissimæ pretiosam suppellectilem, aurum, argentum, margaritas, & lapides pretiosos suppeditasse, quid enim illustre ad hanc immunitatem probandam, quod ex D. Thoma non hauriant recentiores doctissimi? Quid pulchrum, quod non debeat thesauro Thomistico. Hæc summa gloria. Hæc laus Augustissima S. Thomæ Aquinatis. Rectè & ad hanc mentem Ambrosius Catharinus, lib. 2. pro immaculata Conceptione, pag. 51. ad finem: *Satis enim superque satis accepit Thomas Aquinas, qui quasi Sapientia celestis abyssus tantis salutaris doctrina aquis exundat, vt quod penè dixerim, cunctam solus ille valeat irrigare Ecclesiam.* Legendus Ambrosius, qui bene explicat, quid sit impugnare, & non defendere doctrinam doctoris Angelici.

Verum hic non possum non notare contradictionem apertam, & dissidium inter Caietanum, & alios Thomistas, quod valebit plurimum ad rem de qua agimus. Principio enim

698.

Catherin.

699.

Cardinalis.

Cardinalis 3. part. quæst. 27. art. 2. §. circa Coroliarium hæc scribit tractans punctum, quem in hac controuersia disputamus, & nostram referens sententiam cuius opinionis (piæ scilicet) Auctor hic non meminit, quia tempore suo non erat iniuncta omnibus communiter tenentibus beatam Virginem Conceptam fuisse in peccato originali. Deinde alij Thomistæ confidenter affirmant, D. Thomam, quando asseruit beatissimam Virginem conceptam sine peccato originali loquutum ex aliorum sententia. Ex his duo inferuntur. Primum Thomam Nerium de suo addidisse 3. d. 3. q. vnica art. 1. corpore, illa verba (Nec in ipso instanti infusionis animæ) credibile enim non est Caietanum insignem Thomistam sententiariorum ad Anibaldum non vidisse. Si enim legisset, non diceret illam opinionem, hoc est nostram sententiam tempore S. Thomæ non esse ad inuentam.

Nerius.

700.

Secundum quod sequitur est nostram sententiam Parisiis tempore S. Thomæ iuuenis etiam esse vulgarem, & probatam magnis Theologis, si enim S. Thomas loquutus est ex aliorum sententiis; ergo tunc sentiebant alij Virginem Conceptam fuisse sine peccato originali, & præterea cum S. Thomas, prudentissimus esset non iret in sententiam, quæ à magnis viris, & sapientissimis Doctoribus videret reprobendam statim, imò existimo Angelicum Doctorem iuxta communem, & magis receptam esse loquutum, & in 3. part. vt multi notarunt non attendisse Virginis priuilegium, sed ex regulis generalibus esse loquutum.

Angelicus.

701.

Illud mirandum quod cum Angelicus Doctor constantior sit in asserenda, quam in neganda Conceptione purissima. Thomistæ ita in contrariam sententiam iurauerint, vt vsque ad focos & aras pro illa decerent, vt nullo modo patientur sententiam piissimam, cum sine stomacho, & bili videant quotidie defendi sententias alias Scoti, Durandi, & aliorum D. Thomæ contrarias, quæ passim à Doctoribus refutantur, & non refutantur solum, sed omnino impossibiles iudicantur. Sed gratias Deo inter prudentissimos viros iam multi sunt, qui iudicant cum magna gloria Redemptoris, & summo honore Angelici Doctoris piam sententiam posse defendi, & illam maxima alacritate defendunt, tametsi iure desiderent contrariam sententiam, quæ verè fuit magnorum virorum, & quam significauit S. Thom. Aquinas in prudentibus conuitiis, & diceris immodestis non lacerari.

702.  
Bonau.

Sentebat, S. Bonauentura 3. dist. 3. quæst. 2. beatissimam Virginem conceptam fuisse in peccato originali. Vnde meritò, & sine mendacio vilo refertur pro contraria sententia, sed reuocauit illam sanctior & senior factus sermone 2. de beata Virgine ad finem tom. 3. vbi hæc scripsit. *Dico primo quod Domina nostra fuit plena gratia praueniens in sua sanctificatione, gratia scilicet præseruatiua contra scditatem originalis culpa, quam contraxisset ex corruptione naturæ nisi speciali gratia prauenta, præ-*

*seruataque fuisset, solus enim filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipsa Mater eius Virgo. Et subdit rationem: Credendum est enim, quod nouo sanctificationis genere in eius Conceptionis primordio Spiritus sanctus eam à peccato originali, non quod infuit, sed quod infuisset redemit, atque singulari gratia præseruauit.*

Et sermone primo hæc habet: *Maria fuit purissima omni carens peccatis macula, tam in corpore, quam in anima, unde ipsi soli conuenit illud, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Notat eam nullam maculam admisisse, vt sic fuerit summè pulcherrima per omnis boni presentiam, & fuerit absque macula per omnis culpa, & mali absentiam, & hoc est quod dixit Anselmus, decebat vt illius hominis conceptus de Matre purissima fieret & ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi; Quid potest de ea dici sublimius, quid gloriosius? Hæc enim in tantum Deo proxima fuit, tantæque sanctitate resplenduit, & sic in summo gradu bonorum omnium culmen obtinuit, vt creatura aliqua non vnita Verbo capax maioris boni non sit.

Hæc quidem testimonia clarissima sunt, & vt videtur summo studio scripta, & excogitata, nec mirum, qui cum Scholasticè scribens Bonauentura macula originali Mariam fœdatam iudicauerit, necessum fuit, quod sententiam reuocans illam, quam postea defendit vberiori stylo explicauerit, & non solum rationes, sed etiam sanctorum auctoritates adduceret, vt doceret piissimam sententiam nec ratione, nec auctoritate destitui. Et quidem stylus ita est accuratè, & diligenter politus, vt venire alicui posset in mentem sermones istos non esse Bonauenturæ, & de secundo id suspicatus est Angelus Rosa Augustinianus Papæ sacrista, & vehementer intendit alterius Doctoris esse, & non Bonauenturæ, sed assequi non potuit, & si assequeretur, quid efficeret, cum non solum in secundo sermone, sed etiam in primo, & in tertio idem scripserit; & præterea 6. tomo in opusculo de contemplatione Flore 5. sic scripserit: *Attende mirabilem Conceptionem absque iniquatione puella mirabilem educationem in templi oblatione.*

## Mellifluus Bernardus.

Angelicum, & Seraphicum Doctorem in hoc puncto prætulit Bernardo, quia vterque Scholasticus, & Ecclesiæ Doctor primis quatuor additus ab Ecclesia Catholica. Venio nunc ad Bernardum, qui Celebris censetur ab aliquibus contra Virginis Conceptionem Antagonista, quod clamat Epistola illa 179. cum stomacho, & bili scripta ad Lugdunenses Canonicos, quam eapropter nonnulli existimant non esse Bernardi, & merito quidem. Primò, quia Bernardus ignorare non potuit in Ecclesia celebrari si non generaliter, partialiter saltem festum Conceptionis. Quod in Martyrologiis Adonis, Vsuuardi, & Bedæ reperitur, qui duo erant Benedictini, nec potuit Doctorem mellifluum latere illud celebrari in Anglia ex reuelatione, quam tradidit Anselmus, & quam ipse introducit, auctor verò illius Epistolæ

703.

704.

705.  
Bernard.

stolæ asserit hoc mysterium, & festum ignorantum esse ab Ecclesia. Secundò quia stylus illius desidet valde à modestia, & gravitate Bernardi, cum viros grauissimos capitulum, & Canonicos Lugdunenses infamet, illòsque vocet simplices, ignorantes, inconsultos, & qui præcipitanter se in festo celebrando gessissent, & præterea asserat celebrare festum Conceptionis esse superstitionem, quæ omnia indigna sunt Sanctissimo, & modestissimo Doctore. Tertio, quia mirabile est cum tempestate illa viuerent viri doctissimi, & disciplinæ, & Ecclesiæ Zelotes, quales fuerunt Algerus, Monachus Cluniacensis. Hildebertus Turonensis Archiepiscopus, Hugo Victorinus, Petrus Cluniacensis, Richardus Victorinus, solum Bernardum in Conceptionis festum impigisse, & illud damnasse seuerissimè.

Algerus.  
Hildebert.  
Victorin.  
Cluniacens.  
Richard.

706.

Quartò, modus loquendi illius epistolæ, & valde Scholasticus est, & rationes quibus de suadere conatur & festum, & puritatem Conceptionis indignæ sunt ingenio, & subtilitate Bernardi, quæ floridissima, & acutissima. Prima Patriæ est non exilij frequentia hæc festorum & numerositas festiuitatum, cuius decet non exules; si hæc aliquid valerent probaret præter festum Natiuitatis, & Assumptionis, quæ celebrabantur tempore Bernardi, nulla alia Virginis festa esse celebranda. Secunda, quid si alius propter eandem causam etiam virique Parenti eius, festos honores assereret deferendos. Quasi discrimen non sit manifestum, cum Parentes Virginis non attigerint Christi Domini generationem, neque Patres Dei fuerint. Tertia, quia etiam Virgo sanctissima posset mandare celebraretur festum Parentum Conceptionisque illorum, cum ipsa vellet Parentes honorandos. Sed Regine cælestis summum iudicium, & honor Ioachimi, & Annæ iudicium diligit, nec Virgo potuit iudicare, celebrari etiam festum Conceptionis Parentum, cum falsissimum sit illos fuisse in gratia conceptos, quia etiam nati sunt infecti peccato originali. Quarta, quia natiuitas sancta non potuit sanctitatem in Cõceptionem transmittere quæ retro præcesserat, & iam euauerat. At qui docent Conceptionem purissimam Virginis, non affirmant Natiuitatis gratiam, & sanctificationem ab illa in Conceptionem ascendisse, sed potius à Conceptione in Natiuitatem descendisse, & hanc fuisse sanctam, & impollutam, quia Conceptio fuit purissima, & sancta, & in ortu talis Virgo prodiuit, qualis fuit in suo sacro conceptu. Quinta, quia sanctificatio non potuit esse sine Spiritu sancto, nec Spiritus sanctus potuit esse cum peccato. Canonici enim Lugdunenses non dicerent Conceptionem fuisse sanctam sine Spiritu sancto, sed assererent gratia diuina Spiritus sancti illam præseruantis Conceptionem fuisse sanctam, & Mariam sanctificatam. Adde in hac ratione esse manifestam petitionem principij, & supponi rem impossibilem, scilicet peccatum esse simul cum Spiritu sancto, quod non concederet illud Lugdunense capitulum. Sexta, quod virgo non potuerit prius sancta esse quam esse, at assertores purissimæ Conceptionis nullatenus affirmant personam beatissimæ

Virginis sanctificatam esse antequam in rerum natura existeret, sed in primo Conceptionis instanti in quo iam existeret, & erat persona, utramque gratiam, & habitualementem accepisse, aut saltem priorem. Hæ sunt rationes illius Epistolæ, in quibus auctor non se ostendit acutum & ingeniosum, imò nec bene Theologum. Propter hæc & alia Epistola illa non videtur Bernardi, ex hoc tamen non sequitur in contraria sententia fuisse Doctorem mellifluum serm. 1. de Assumptione dicentem: *Quod si originalem à parentibus maculam traxit, sed minus à Hieremia sanctificatam in utero credere prohibet pietas Christiana.* At hæc assertio absoluta non est, sed conditionata.

Verumtamen Bernardus in illa constans non fuit; sermone enim 13. in cena Domini ex editione Parisiensi anno 1609. Hæc habentur. *Non est in filiis hominum magnus, vel parum, tanta pradius sanctitate, qui non in peccatis fuerit conceptus præter Matrem immaculati peccatum non facientis.* Deinde sermone, de beata Maria: *De lignis verò sethim condita est Arca in qua manna, & virga sunt recondita, quia licet Maria de patrum progenie natura per peccatum vitata duceret originem, præelecta tamen per Spiritum sanctum, & præseruata est ad purum.* Tertio in eodem sermone comparat Mariam sanctissimam cum Eua, & cum hanc asseruisset fuisse spinam propter peccatum, affirmat Mariam sanctissimam esse rosam, ac si diceret non habuisse primum peccatum. Quartò serm. etiam 4. super Salue Regina hæc scripsit: *Innocens fuisti ab originalibus peccatis, nemo ita præter te, & inducit auctoritatem Augustini cum de peccatis agitur.*

707.

Dices, sermones hos non esse Bernardi, & ideo inter sermones legitimos non contineri, in editione Antuerpiensi Belleri anno 1620. Ocurro sapere phrasim mellifluam, & in aliis editionibus reperiri inter legitimos partus illius, occurro fortius sermone super illud Apocalypsis 12. *signum magnum*, qui nullo dubitante est Bernardi, hæc scribuntur: *Profundissimam diuina sapientia penetravit abyssum, ut quantum sine personali vnione creatura conditio patitur luci illi inaccessiblei videatur immersa.* Et post pauca: *dicit in qua nihil possit esse suspectum.* Quæ duo clarè indicant illum sensisse in beatissima Virgine nullum fuisse originale peccatum. Clarius verò serm. 2. de Assumptione: *Virginalcm etenim domum intelligi volens Spiritus scilicet non incongruè penitentiam, quæ malum vtrique comitatur. Absit enim, ut proprij quidquam inquinamenti domus hæc habuisse aliquando dicatur, ut in ea proinde scopa Lazari quæreretur.* Quæ sequuntur verò non absolute, sed conditionaliter asfert Bernardus. Prioribus verò locis quæ attulimus disertè docet Virginem conceptam sine peccato originali.

708.

Teritur omnium manibus apparitio quædam S. Bernardi facta Monacho Cisterciensi, qua candidissimas vestes sanctus indutus circa mammillam fulueam habeat maculam, reuelauitque (vt dicitur) Monacho se illam maculam portare, quia de Virgine scripsit non scribenda.

709.

scribenda. Dubitant de veritate huius reuelationis multi, & inter illos Robertus delitio sermone de conceptione Beatæ Mariæ, quem sequitur Ojeda fundamento primo de immaculata conceptione, illamque falsitatis redarguit. Alij opinantur hanc narrationem esse fabulam introductam à Nicolao Monacho qui fuit Secretarius sancti Bernardi cuius epistolæ referunt, sed fortassis vehementer falluntur, & cum viderint, vel audierint inter epistolas Petri Cellensis lib. 9. reperiri nonam Nicolai ad Petrum eundem, & nullius alterius notitiam habuerint Secretarium Bernardi Nicolaum eiusdem auctorem pronunciant. Sed sciant necessum est auctorem illius Epistolæ non fuisse illum Nicolaum Cisterciensem monasterij; sed Nicolaum Monachum sancti Albani virum sanctitate conspicuum quem Alexander tertius canonizauit, propugnatores acerrimum conceptionis purissimæ, qui cum Petro Cellensi defendente antea doctrinam Diui Bernardi, aut reprehensionem in Canonicos Lugdunenses duellum habuit non sine sanguine affirmans Bernardum quondam Sanctorum numero adscriptum, quod forsam Cisterciensis Nicolaus non est allequutus, atque adeo exemplum ab humano iudicio ne de gloria eius dubitemus, sed non vt minus de eius dictis disputemus. Is ergo sanctus Nicolaus Epistola illa nona ad Petrum Cellensem Bernardi discipulum, & alumnum hæc scribit: *Et ne putes me magis pertinaci quam bona conscientia dicere quæ dico, audi quid ab ipsis Cisterciensibus vera religione pradius, & Virginem in virtute diligentibus acceperim de Sancto Bernardo, quorum nomina abscondo sub modio ne odiosos faciam fratrum suorum collegio. Quidam conuersus bene religiosus visu noctis vidit, Abbatem Bernardum niveis indutum vestibus quasi ad mammillam pectoris fulueam habere maculam: Quem ex admiratione tristior alloquens, Quid est inquit o Pater, quod nigram in te maculam video? Et ille, quia de Domina nostra conceptione scribenda signum purgationis mea maculam in pectore porto. Frater visa conueniui innotuit, & aliquis fratrum redegit. Relatum est in generali Cisterciensi capitulo, & de communi consilio scriptum perit incendio, maluitque Abbatum vniuersitas virginis periclitari gloriam quam sancti Bernardi opinionem, Et paucis interpositis. Et certe vt credo ea ratione sanctus in propria persona viro simplici, & de talibus nihil sentienti apparuit, & culpam suam innotuit, vt totius Cisterciensis capituli discretio deprehendere eum velle suum errorem damnari, & virginæ conceptionis gloriam prædicari: Igitur si ego publico, quod ipse vt credo prædicare voluit, hoc non est eius famam extenuare, vel eius gloriam euacuare &c. Fateor me omnia hæc non probare maxime illud: & culpam suam, errorem suum, & illud de leui Bernardi per purgatorium transtu; existimo enim in Bernardo, propter hæc scripta nec leuissimam culpam inuentam sed narrationem hanc non facile suspectam dixerim, quam Nicolaus notæ sanctitatis vir in re grauissima non cuiquam religio, sed Petro Cellensi viro grauissimo discipuloque Bernardi ex professo scribe-*

bat, & meo iudicio fulua macula non significabatur aliud, quam intellectum Bernardi non valde lucidum in controuersia de Beata Virgine cum contrarium scripsit, (*scripsit*) legantur Epistola nona, & decima; duellum enim continent, quod attigimus, & in illis multa de Virginis conceptione purissima referantur.

## Rupertus Abbas Tuitiensis.

Vir hic doctissimus, & etiam Virgini purissimæ addictus illam maculat originali peccato, lib. enim 1. in Cantica non longè à principio explicans illa verba Cantic. 1. *Quia meliora sunt vbera tua vino*: ita scribit. *Et tu quidem veraciter dicere potueras. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me Mater mea. Cum enim esses de massa, quæ in Adam corrupta est hæreditaria peccati originalis macula non carebas, sed ante faciem huius amoris peccatum, aut illud nec aliud stare potuit ante faciem huius ignis, stipula omnes interit, vt totum sanctum ferer hæreditaculum.* Est hoc testimonium adeo efficax, vt omnes affirmant illud explicari, aut dilui non posse; & adhuc mihi venit in mentem Rupertum non de actuali contractione peccati, sed de necessitate illud contrahendi posse explicari. Moueor quia affirmat ante faciem diuini amoris, nec peccatum originale, nec aliud subsistere, aut stare potuisse, & stipulam omnem ante faciem huius ignis interitille, vbi sine dubio intelligit, & peccatum originale, & actualia. Cum ergo Beatissima Virgo Maria nullum haberet actuale peccatum, etiam veniale, non affirmat Rupertus non extitisse ante faciem amoris actuale peccatum, quia illud iam commissum remissum est, & extinctum vi ignis diuini; sed quia Virginem tota cura præuenit Deus, vt nec mortale, nec veniale potuerit committere, vnde cum eodem omnino modo loquatur de peccato originali, & dicat neque hoc, neque aliud stare potuisse ante faciem diuini amoris consequens est, vt de præseruatione peccati originalis loquatur, & prioribus illis verbis solum asseueret Virginem quantum est ex vi suæ conceptionis, & quatenus est filia Adami dicere potuisse, quod in iniquitatibus esset concipienda; posterioribus vero asseret quatenus Deipara est præseruatam fuisse ab illis iniquitatibus, quia ante faciem diuini ignis interierunt. Fortè alicui nostra diligentia non displicebit, quod si placuerit nulli.

710.

Sciat Rupertum hanc reuocasse sententiam, vel illa dixisse, quæ nullo pacto stare possunt cum actuali contractione originalis peccati. Ad illud etenim Cantic. 4. 16. *Surge Aquilo veni aufer pe sua hortum meum, & fluent aromata illius*, intelligere videtur illis verbis suggestisse filium sanctissimum Matri, vt in primum hostem de prima femina triumphum agentem insultet, illumque laceat, quia in conceptione sua inermis, & imbellis extiterit. Hæc enim scribit: *Quis ille aquilo; ille nimium, qui dixit: Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ille de quo dictum est per*

711.

prophetam, ab Aquilone pandetur omne malum super omnem terram. Ipse est serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Sathanas. Unde iste talis aquilo surget? Surge de antiquis insidiis, ubi iacebat olim, & serpebat Lubricus anguis quando primam mulierem decepit, quemadmodum illa dixit, serpens decepit me, & comedi. Non ibi surrexit, ut impugnaret, sed serpendo sibillauit ut deciperet, vires quippe non habebat prius quam consensum voluntarium praberet ei mulier, quam Deus innocentem fecerat inter te, & cum soror mea sponsa Deus inimicitias posuit, idcirco de te omni desperauit, imo defraude sua de dolo, & artibus suis aduersus te nihil habuit spei, ut decipere posset. Dic ergo illi surge Aquilo, quid iaces in terra? Quid insidiaris Calcaneo nostro? Nihil proficis insidiando. Dedit tam multa, quia pulchra, & quia in illis puritatem Virginis in conceptione affert Rupertus, cum enim omnia illa de conceptione mulieris primæ, & de peccato intelligantur, deseruiunt conceptioni purissimæ; nec verum esset fatanam aduersum sacram Deiparam nihil habuisse spei, & desperatum omnino esse de fraude sua, & dolo quibus Euam decepit, si Beata Virgo peccatum originale contraheret desperatus non esset, sed exultaret proculdubio, & lætabundus suas laudaret potentiam, & artes. Non ne vides Rupertum tandem asseruisse, quæ cum contractione peccati stare non possunt? Ac proinde primam reuocasse sententiam.

## Magnus Albertus.

712.  
Alb. Magn.

Citatur contra sententiam piissimam Magnus Albertus, & non falso, tertio enim d. 3. contra immaculatum conceptum seuerè loquitur, sed paulo post sententiam mutauit totus addictus Virginis puritati, illaque voluit immaculatam, & in Adam non peccasse; libro enim de laudibus Virginis, hæc scripsit. Hæc enim Virgo sola à communi illa regulâ excipitur, omnes peccarunt in Adam. Sic refert Canisius lib. 5. de Deipara cap. 27. & quod maioris momenti est Vincentius Iustinianus Dominicanus in Historia Beati Ludouici Bertran. cap. ultimo, §. 18. & liber ille asseruatur Murcia in Magna Bibliotheca Franciscana, illumque à se visum, & relectum testatur Salazar de Conceptione cap. 42. Sæculo decimo tertio.

## Alexander Alenfis.

713.  
Alexand.

Et doctor hic sapientissimus à discipulo Scoto diffidet 3. p. q. 9. membro 1. art. 5. & in 3. d. 3. q. 9. negat puritatem conceptionis, sed miraculosè retractat. Dictare præsumit rursus conceptum maculatum, subito morbo corripitur, animum inducit defendendi sententiam piissimam, illicito recreatur; libellum edit de pura conceptione, ad illa verba Canticorum 4. Tota pulchra es amica mea, & passim discursu vitæ proclamat Mariæ conceptionem immaculatam, & tandem in his verbis animam exhalat. Maria Domina mea tota pulchra es, & formosa, & macula originalis, aut actualis in te nunquam fuit. Ita referunt Antonius Cucarus 2. p. Elucidarij, Mauritius de Villa probata de

corona sermone 5. Bernardinus de Busto sermone 4. de conceptione, Pelbartus lib. 4. stellularij: Celaia 3. d. 3. & Guillelmus Borrillonus 3. d. 3. qui ita scribit: Tractatus iste irrefragabilis doctoris à Toletano Magistro loc de Garriim huius ordinis Doctore contra nonnullos Virgini de nouo garrientes in vniuersitate Tolosana citra octo annos productus est. Consentient Salazar vbi supra; Hofeda pagina 2. ex folio 60. & alij.

## Richardus, de S. Laurentio.

Teritur plausibiliter manibus omnium, & non sine fructu liber de laudibus Virginis, cuius auctor nomen suum prodere noluit, sed iam cognitum est illum fuisse Richardum de sancto Laurentio Monachum Cisterciensem Virgini sanctissimæ deuotissimum, & qui in illo libro duodecim aliis distincto mira de sacra Deipara scribat, & solidas illius laudes ex re quapiam etiam minima mirabili dexteritate, & felicitate decerpat. Hic tamen summus amator Mariæ non semel, aut iterum, sed multoties, & quidem sapissime extra rem, extra chorum Mariæ sanctissimam turpat originali peccato quasi illius conatus hoc solum intenderet æstusque arderet euulgandi hanc maculam Virginis. Imprimis enim vt de multis pauca producam lib. 5. de laudibus Virginis tit. 7. cum littera E. dixisset: De candore Maria dicitur, Sapientia 7. Candor est lucis aterna. Sine necessitate vlla, aut verborum contextu adiectis ad thesimum candoris illud Cantico. 2. sicut lilium inter spinas. Et illo etiam Isaiæ, gloria libani data est ei libanus candor, adiungit: Cuius candoris gloria data est ei in sanctificatione, cum prius esset denigrata per originale. Deinde lib. 7. tit. 13. in principio cum de Maria, & ad illius laudes explicandum assumat illud Isai. 19. Ascendet Dominus super nubem leuem. Quod de puritate Virginis explicant alij, quasi magna laus foret sacræ Deiparæ ad instar Hieremiæ, & Baptistæ mundari post conceptum à peccato originali scribit: Maria nubes leuis, quam Spiritus sanctus in sanctificatione mundauit, & à peccato originali, quasi à quodam pondere liberauit. Tertio lib. 12. particula 6. cap. 5. littera B. cum Matrem asseruisset palmam, & huius arboris proprietates ad laudes Virginis conuerteret, omnino extra rem hæc addit; Palma amarissima est, & horrida in radice, & ideo dulcissima in fructu, dicitur enim quod natura arborum est, quod quanto radix amarior, tanto dulcior est fructus; Maria siquidem amaritudinem originalem habuit in conceptione, egressa est etiam de radice Iudaorum, qua Deo suo gens amarissima, sicut dicitur Hieremia 2. Scito, & vide quia malum est, & amarum reliquisse te Dominum Deum tuum, & paulo post secundum aliam translationem; Quomodo conuersa est mihi in amaritudinem vitis aliena. O Mariæ laudem eximiam quia in conceptione amarissima fuerit, & horrida, vt anima Lutheri, vel Machumeti, non solum secundum se, sed etiam in ordine ad Deum? Hæc, & alia in Richardo.

Verum cum animum viri doctissimi video affectare

Basto.

714.

Ricard.

716.

affectare laudes Mariæ, & illas ex lapillis, floribus, foliis, stillis, & aliis rebus minimis aspiciari, in eam venio sententiam, vt existimem, quæcunque huius generis verba inueniuntur in Richardo à nescio quo homine illius operibus esse affuta, qui puritatem Conceptionis Deiparæ iniquo ferebat animo, non enim videtur credibile Virginis amatorem veluti infinitas iniquitates inculcare Deiparæ. Moueorum propter dicta, tum vel maximè, quia ipse facultatem concessit addendi, deponendi, vel aliter ordinandi per alios opera sua, licet veluti spiritu prælagiens prophético, has clausulas affutas, vel assuendas, vel à Cisterciensi propter putatam sententiam Bernardi, vel à quopiam alio religioso opinionis eiusdem addiderit in prologo secundo timorè, quem timebat, ait enim: Hoc solum vereor, ne confectus omnimoda cum diligentiâ libellus scriptorum vitio deprauetur. At dubio procul, deprauatus est; multa enim, quæ inferuntur non possunt cum aliis quæ serio, & sedulo asseruit bene componi.

Primò enim lib. 4. titulo 14. littera K. hæc scribit: Quare ergo in hac vita sine corruptione non viuunt, nisi quia natura humana, sine corruptione non seminatur, radix enim nostra corruptibilitatis germinare incipit ab ipsa hora Conceptionis, sed ecce in beata Maria ibi præcidiunt, ubi germinasse videbatur. Hæc enim cum feminatione Virginis, seu illius Conceptione peccato corrupta stare non possunt, & ibidem titulo 27. Hæc est Hierusalem ciuitas sancta, qua prerogativa meritorum orationem transcendit creaturam ad euacuandam omnem potestatem inimici, qua sola in vniuersa humana generationis linea dicere potest post filium: Princeps huius mundi in me non habuit quidquam. Præterea lib. 7. particula 6. Maria lux propter suam incorruptibilitatem, & puritatem, quia inquinari non potest; unde Sapientia 7. Nihil inquinatum incurrit eam, sicut apparet in radio solis, quem nec ignis comburit, nec aqua emollit, nec fœtor corrumpit, nec gladius scindit, nec vitrum obsistit, & ita incorruptibilis. Deinde lib. 8. titulo 1. §. de hac terra: Dicitur ergo, benedixisti Domine terram tuam, quia tota fuit tua, & hanc terram solus Deus inhabitauit, solus excoluit & ipsum solum hac terra fructificauit. Nonne ergo in illa Dæmon inhabitauit? Vterius lib. 10. tit. 42. littera Y. Maria siquidem vas nouum, sine vlla vetustate peccati. Quibus similia multa habet è quibus in præcedentibus attuli nonnulla, cum illis verò omnibus stare non potest contractio originalis peccati, vt penitus consideranti fiet manifestum; existimo igitur non sine fundamento vitiatum fuisse Richardum.

## S. Antoninus.

717.  
Antonius.

Archiepiscopus Florentinus planè docuit sententiam contrariam 4. tom. tit. 15. cap. 3. in principio, & cap. 5. verbis discretis. Sed in eisdem, & etiam in 4. plura scribit ex quibus iuari potest nostra sententia. Principio enim c. 3. §. 2. explicans illud, Dominus possedit me, vel ad id alludens: Dicitur secundo beata Maria ciuitas Dei, quia possedit eam Deus, & continue possidet. Et explicans quid sit continuo

possidere addit: Et per hunc modum beata Maria dicitur ciuitas Dei, quia semper possedit eam quiete, & sub perfecta obedientia. Ergo Adami inobedientia in Maria non fuit, & paucis interpositis: Perfectissime autem possedit ciuitatem suam, vt dicatur per excellentiam Dei ciuitas. Et statim: ita enim ciuitatem istam (beata Maria) possedit vt sit ipsa initium creaturarum, id est dignissima super omnes creaturas puras gratia, & gloria. Atqui non esset dignior Angelis gratia si in peccato originali esset concepta, cap. autem 4. §. 2. cum rerum creationem applicet Virgini, & dicat primum opus in Virgine esse Cōceptionem, asserit illam significari illis verbis. Fiat lux scribit: facta est lux ista Virgo gloriosa à Deo principaliter, & quantum ad corpus, quia de sterili optimè complexionata, & organizata: Quantum ad animam quia ipse Deus de nouo eam creauit post corpus perfectè organizatum, & creando animam in corpus suum infudit. Ad hoc vltimum si non attulit secum præseruationem à peccato non fuit beneficium collatum Mariæ SS. id enim commune est omnibus filiis Adami; & deinde cum adduxisset illud, fiat lux: ante hæc quæ protulimus statim addidit: In hoc præfigurans, & præordinans conceptum Virginis cuius vita gloriosa lucem dedit sæculo. Sed quis non videat lucem creatam sine tenebris vllis inter medias tenebras, & ipsa creatione natura sua ab illis diuisa? Non igitur componi possunt hæc cum Antonini sententia asserentis lucem hanc Mariam scilicet sanctissimam fuisse tenebrosam. Mirabile enim omnino est lucem, quæ in sui creatione nullas admittit tenebras, quamque dixit Deus de tenebris splendescere figuram fuisse ex Dei etiam instituto Conceptionis, quæ fuit tenebrosa, & quidem Antoninus non affirmat esse figuram sanctificationis, sed Conceptionis, vt dicit informationem, seu animationem, & vnionem corporis ad animam, vt ex illius explicatione manifestè colligitur. Cap. etiam 5. §. 1. Hortus fuit in quo fuerunt flores sanctorum desideriorum & omnium odoramenta virtutum; conclusus dicitur, quia nullo doli aditu à Diabolo ingredi potuit. Infero contra Antoninum, si à nullo dolo, ergo dolo originalis peccati Diabolus non est ingressus Mariam, & tandem vrgo intentum ex vltimis verbis §. 1. vbi affirmans beatissimam Virginem fuisse Margaritam illam, quam venditis omnibus comparauit Saluator, sic scribit: Hæc ergo ad modum margarita genita est intra concham, id est uterum Annæ Mariæ humilis, ex caelesti rore, id est diuina gratia & virtute, quia Anna sterilis erat dealbata, & sanctificata talis margarita pretiosa reputatur scilicet pulchra, candida, & clara. Pulchra mente per puritatem, candida in corpore per castitatem, clara in opere per charitatem. Quæ si componantur cum margaritarum productione, quam explicuimus superius, & attrédatur illa puritas mentis, à rore, & gratiæ nullo compatiuntur originale peccatum.

Ex dictis in hac sect. colligitur nullum SS. PP. constanter docuisse Virginem purissimam cōceptam fuisse in originali, sed vel pugnantiā dixisse, vel piissimam sententiam clarè asseruisse, vel attulisse materiam, qua puritas Conceptionis queat ostendi, quæ omnia in doctrina

H h 2 D. Thomæ

718.

715.

Cucar.

D.Thomæ inueniuntur, & fieri non potuerunt sine peculiari prouidentia Dei. At doctores quos pro nostra sententia afferimus, non inconstanter, sed constantissimè conceptionem purissimam defendunt, & nullas in contrarium patiuntur explicationes. Videat nunc lector, quàm vere dixerit Caietanus, nullum sanctorum, aut illustrium virorum asseruisse conceptionem Deiparæ immaculatam, & an veritatem habeat, quod nos diximus in principio illius libelli, quem de conceptione purissima edidimus, scilicet intra tempus breuissimum nullū inueniendum Doctorem sanctum, qui simpliciter, & constanter assereret conceptionem Virginis maculatam. Diligentia enim recentiorum inuenit testimonia, quæ ad hanc rem attulimus, & quidem sine violentia.

719. His omnibus merito adduntur consensus totius populi Christiani in hanc puritatem florentissimarum Academiaram sententia, & decretum de illa defendenda, omnium Præsulum, & Ecclesiarum solidum iudicium Regum, & Principum mens, & deuotio, illorumque sanctiones pragmaticæ, & naturalis veluti inclinatio in hanc assertionem. Vrgent hæc Magistri Salazar, Granado, Lezana, Hojeda, alios non repetam.

SECTIO XVIII.

Ostenditur ratione Virginis immaculata Conceptio.

720. Tantam nubem testium, qui amicè conspirarunt in defensionem immaculatæ conceptionis motiua sequuntur, quæ illam efficacissime ostendunt, illorum omnium radix argumentatio illa, qua primo loco vtitur Catherinus, lib. 3. pag. 69. & amplificat noster Episcopus Oña, Deus potuit efficere, vt Virginis sacre Deiparæ esset conceptio immaculata, purissima, & immunis ab originali peccato, ergo de facto Matri hoc contulit priuilegium, & virginem præseruauit à macula originaria. Discursu est Augustini Patris, qui lib. de assumptione cap. 5. tom. 9. pag. 907. supposita Dei potentia efficaciter probat Mariæ sanctissimæ carnem opprobrium corruptionis non sustinuisse his verbis: Si ergo voluit integram Matrem Virginitatis seruare pudore, cur non velit incorruptam à putredinis seruare fetore? Dicit ergo qui cognouit sensum Domini, & qui consiliarius eius fuit, nunquid non pertinet ad benignitatem Domini Matris seruare honorem, qui legem non venerat soluere sed adimplere? Lex enim sicut honorem Matris præcipit, ita in honorem damnat; Qui enim in vita ceteris illam gratia honorasse; Potuit enim eam, à putredine, & puluere alienam facere, qui ex ea nascens potuit virginem relinquere. Putredo namque, & vermis humana est opprobrium conditionis, à quo opprobrio, cum Iesus sit alienus, natura Maria excipitur, quam Iesus de ea suscepisse probatur; Caro enim Iesu est caro Maria. Et c. vltimo ita concludit: si quis autem refragari elegerit, cum

dicere non velit hoc non posse Christum proferat quare non conueniat velle, ac per hoc non esse. Efficax quidem discursus, & propter quem sine vilo testimonio scripturæ, quo excipiatur Virginis caro ab illa regula generali: Puluis es, & in puluerem reuertaris: Ecclesia Catholica diuino afflante spiritu celebrat festum resurrectionis, & assumptionis Mariæ sanctissimæ in cælos, quod iam sine errore non potest negari, qui potest conceptioni Deiparæ faciliter applicari, & illam concludere purissimam, si ille rectè expendatur & termini solum mutantur, corruptioque carnis, animæ ponatur corruptio. Nec negari potentia potest, nec peccatum originale esse oprobrium humanæ naturæ, nec Virginem inhonorandam, si illo inficeretur, nec pertinere ad filium, & benignitatem illius eam præseruationem, nec affirmari illum præseruandi modum vllam habere indecentiam, nec vllam afferri rationem, qua efficaciter probetur indecens fuisse, quod Deus Matrem à macula præseruaret originali. Præseruauit igitur. Scio quid ad hoc respondeat Vandelus 2. p. sui tractatus contra purissimam conceptionem solutione ad decimam tertiam rationem, sed in sequentibus confutandus.

Ex hoc principio multæ deducuntur rationes, quas afferunt ex scholasticis Catherinus, Suar. Valq. Granad. Lezana, seligam aliquas, & etiam afferam proprias, si tamen prius vtar diuitiis, quas diuus Thomas parauit ad hanc veritatem probandam, & quidem 3. p. q. 27. a. 4. ad probandum Beatissimam Virginem, nec leuissimum commississe peccatum argumento angelico vtitur, quod si efficax ad ablegandum à conceptione non est, ad relegandum actualia peccata vires habebit nullas, sic igitur procedit sanctus Thomas: quia illos, quos Deus ad aliquod munus elegit, ita præparat, & disponit, vt ad id ad quod eliguntur inueniantur idonei, Beata autem Virgo fuit electa diuinitus, vt esset Mater Dei, & ideo non est dubitandum, quod Deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddit. Non autem fuisset idonea Mater Dei si peccasset aliquando. Primo quia honor Parentum redundat in prolem. Vnde & per oppositum ignominia Matris ad filium redundasset. Secundò quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit; Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Tertio, quia singulari modo Dei filius, qui est Dei sapientia in ipsa habitauit, non solum in anima, sed etiam in corpore. Dicitur autem sapientiæ 1. In malenolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, & ideo simpliciter fatendum est, quod Beata Virgo nullum peccatum commisit, nec mortale, nec veniale. Angelicè quidem; meritò ergo sancti Thomæ discursum ad hanc materiam exagerrat Magister Granado, disputat. tertia capite 19. à numero quarto, qui omnino adeundus, & nos vrgebimus, & explicabimus ad probandum etiam absoluta potentia Virginem Diuam non potuisse maculari peccato, quod turpius est quam veniale quodcumque, si igitur veniale solum commissio Maria non esset Mater Dei idonea, minus idonea inueniretur, si infecta peccato originali, & totaliter

totaliter subiecta Belial. Vide quæ loco citato dicemus dante Deo: illa enim dispositio complementum erit, & confirmatio omnium, quæ diximus, & dicemus.

722. Secundò probatur immunitas originalis Mariæ sanctissimæ. Conceptio Christi Domini fuit purissima, & immunis à macula originalis peccati; quia fuit à Maria sanctissima, non tanquam à causa vnica. Ergo conceptus Marianus immunis fuit ab originali peccato, antecedens est expressa sententia sancti Thomæ 3. part. quæst. 32. art. 4. ad 3. sic scribentis. Ad primum ergo dicendum, quod illa conceptio (Christi Domini scilicet) tria priuilegia habuit, scilicet quod esset sine peccato originali: quod esset non puri hominis, sed Dei, & hominis; item quod esset conceptio sanctissima Virginis, & hæc tria habuit à Spiritu sancto, & ideo dicit sanctus Damascenus quantum ad primum, quod Spiritus sanctus superuenit sanctissima Virgini purgans ipsam, id est præseruans, ne cum peccato originali conciperet, est Magistri sententiarum qui in 3. disput. hæc docuit: Illa Virgo singulari gratia præuenta est, atque repleta, vt ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex initio habuit vniuersitas Dominum, vt illud quod nascebatur ex propagine filij hominis tantummodo generis non criminis haberet. Vide Salazarium cap. 41. Canon. 2. num. 19. & ex professo docuimus vestigatione 1. disput. 13. sect. 3. ex Anselmo. Hildegardi, Odone Cameracensi, & aliis, quibus nunc addo Richardum de sancto Laurentio, qui lib. 4. de laudibus Virginis explicans sententiam illam Bernardi ad hoc quod de Maria Deus carnem assumeret necessariò fuit præparata hæc scribit: Oportebat enim, vt Redemptor noster iustus esset cum Deo, mortalis cum hominibus, propter hoc decebat eum habere matrem Virginem, vt in Matre mortali conciperetur mortalis, & in Virgine conciperetur iustus, &c. Ratioque euidentissimè suadet, quia peccatum originale traducitur per generationem ex viro, itavt quicumque homo ex Virgine conciperetur, immunis esset à peccato originali, quia conceptus ex Virgine: ergo Christus Dominus non habuit peccatum originale, quia conceptus fuit ex Virgine sanctissima ad hoc ab Spiritu sancto præparata, & consequentia probatur, quia Christi Domini infinita est gratitudo, maximè erga matrem purissimam partemque semper illi refert, vt constat ex lib. Canticorum præcipuè cap. 4. & 6. vt optimè notauit Catharinus de conceptione Diuæ Virginis lib. 3. pagina 95. Si autem Christus matrem à peccato originali præseruantem ingratus fuit, posset censeri. Confirmatur, & probatur simul hæc minor. Quia carnis quam Verbum assumpsit ex Virgine potissimum fructus fuit redemptionis, & salus humana, & non quæcumque, sed maxima, & præseruatiua redemptio, quis verò credat Mariam sanctissimam cui illa caro debetur, & quam Deus voluit esse eandem cum carne sua, caruisse illa perfectissima redemptione, & tanta, & tam gloriosa salute fuisse priuatam? His adde quæ Catharin. citatus pag. 73. qui ita scribit: Si hunc fructum, qui certe dare potuit non retulit, caro illa Beatissima

Virginis, aut eius non fuit, nec ab ea accepta (quod est Hæreticissimum dicere) aut illi fuit ingrata, quod est nefandissimum.

Tertiò probatur. Conceptio Beatiss. Virginis fuit processus primus legis gratiæ, quo Deus redempturus hominem à culpa originali, & suam incarnationem, & generis humani redemptionem iam parabat: ergo nullo modo potuit esse infecta originali peccato. Antecedens est Ambros. lib. 2. in Luc. Dominus redempturus mundum operationem suam inchoauit à matre, vt per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore. Consequentia probatur, quia Maria sanctissima Deipara fuit prima persona legis gratiæ redemptionis, & salutis, ac proinde non potuit maculari peccato. Angelorum ordinem à gratia inchoauit Deus hominum ordinem à gratia voluit sumere initium. Angelos enim, & homines in gratia creauit, ita vt peccatum in instanti suæ creationis non potuerint habere. Cur ergo fœlicissimum ordinem gratiæ à peccato in intima, & proxima sua in qua sibi bene complacuit, & non à noua salute inchoaret? Indigniorne mater, quam Angeli, quam Adamus, quam imprudentissima, & ingratiissima mater primæua? Confirmatur à simili. Pulcherimus fuit Adamus, id negari iure non potest: rationem reddit Philo Iudæus lib. de Oppificio hominis: Quia domus quadam, aut templum purissimum probatur, & sacrarium fabricabatur anime rationali, quam illa diuina imago circumferre debebat. Sed secundum reddit motiuum (efficax quidem) & ad rem nostram aptissimum, quod consulto in hanc sect. reiecimur: Vt quam maximè fieri posset pulcherrimus, idemque primus homo aspiceretur. Homo enim deformis, fœdus, monstruosus dedecbat sapientiam, & potentiam illum primum architectantis Dei. Maria sanctissima prima creatura legis gratiæ, primum, & solum incarnationis opus, vt loquitur Ildefonsus, Prima, & magna matrum, Prima Virginum, prima Reginarum, prima filia mortis Christi, & Redemptoris primogenita. Prima, & vnica Mater illius, & communis maculanda luto ad nostrasque sordes deprimentanda? Absit præcipuè cum fuerit principium roboris Christi. Itaque par est illum recens creatum hominem robur fecisse vniuersi nostri generis, posteros, verò eius non ita viguisse, inquit Philo. Neque enim oriente natura par erat primos parentes debiles fœdos existere, posteros verò hos defectus habere non mirū iam senescentis natura. Maria sanctissima à recentissima, vel potius proxima redemptione morte vigorosa sanguine pretiosissimo filij cum peccato, & sine gratia nõ viuua, sed mortua, nõ libera, sed captiua, non lata, sed tristis, non dulcis, sed horrida; non pura, sed maculata? Credam nunquam. Rex enim hominum nihil extra rem facit, & maculata conceptio omnino extra rem redemptionis, ineptaque, & non pulchra ad finem redemptionis, illud enim est pulchrum tandem inquit Magnus Basil. quod ad artis rationem, regulamve confectum rectà contendit ad vtilitatem præstingenti finis. Vnde apud Augustinum lib. de apto, & pulchro, pulchrum, & aptum reciprocantur, & Maria Dei genitrix, sapè pulchra appellatur.

Caiet.

723.

Ambros.

Vandel.

Magister.

721.

Salazar.

Anselm. Hildegard. Odo Camer. Richard.

Bernard.

Philo.

S. Thom.

Cather.

Oña.

Aug.

Ildefonsus.

Catharin.

Granad.

Basil. us.

August.

à sapientissimo Architecto, & ad rationem, & regulam redemptoriam necessario fuit concipienda, & ad finem præstitutum aptanda, ergo concepta sine peccato. Probo hanc consequentiam, quia ut mater Dei esset, nihil conferebat peccatum, imò si illud habuisset in conceptione, statim, continuo, subito, citissime, ut loquitur Antoninus tom. 4. tit. 15. cap. 2. 3. & 5. fuit mundanda, quia peccatum dedecet, & filium, & matrem, ad quid ergo per unicum intans inficitur maculatur foedatur, conculcatur à dæmone, & illi subiicitur?

Antoninus.

724.

Quartò probatur piissima sententia ratione ex rerum natura, quæ potest ad hanc formam reduci: si in Beatissima Virgine in suæ conceptionis instanti fuisset aliqua sanctitas ex rei natura impossibilis cum peccato originali, sine dubio conciperetur sine peccato originali, sed reuera in conceptione habuit sanctitatem impossibilem cum peccato originali, ergo fuit sine illo concepta. Discursus est evidens, & maior certissima, quia quæ opponuntur ex natura rei simul & semel non possunt esse in eodem subiecto, in eodem instanti reali. Maior igitur constat, & minor in qua est difficultas probatur, quia monstrauimus à primo conceptionis instanti fuisse infusam Beatissimæ Virgini virtutem supernaturalem ad generandum Deum hominem vestigatione 1. & deinde ostendimus hanc virtutem esse formalem participationem naturæ diuinæ, prout reperitur in Patre disput. 7. sect. 2. & tandem hanc eandem virtutem esse eminentissimam qualitatem completentem plura munera, & esse sanctitatem corpoream, quam probauimus esse possibilem, & prædicatam illius reperiri essentialiter in sacra maternitate. Vnde deduximus hanc virtutem, & sanctitatem esse omninò impossibilem cum peccato quocumque, maximè cum originali, ut latè tractauimus in hac vestigatione quatuor primis disputationibus, quæ omninò legendæ.

725.

Et confirmatur hæc ratio, ex eo quod secundum communissimam sententiam dignitati matris Dei debentur gratia, charitas, & supernaturales virtutes ex naturæ rei aut physice, aut moraliter, & cum existente re quapiam non possint non existere passiones, quæ illi debentur, si in primo conceptionis instanti Maria sanctissima habuit, ut probatum est, physicam dignitatem matris ad quam dona supernaturalia consequuntur, non potuit non habere in illo instanti gratiam sanctificantem, cum qua non potest stare originale peccatum. Confirmatur secundo, Virginitas, & integritas fuerunt, & sunt essentielles Beatissimæ Virgini, ergo non potuit sine illis concipi, ergo neque concipi sine gratia sanctificante, quæ est radix harum virtutum, vtrique consequentia est clara, & antecedens desumitur ex doctrina Anastasi Synaitæ, qui lib. 4. Hexameron, ita scribit: Luna quadam Maria nunquam minuta fuit, aut defecit, aut priuata fuit essentiali lumine, nempe sua virginitate, quando et acclamauit Angelus: Ave gratia plena. Vbi virginitatem appellat lumen essentialè Virgini, non quia essentialis hæc virtus virginitatis Mariæ, ut est filia Adami, sed quia ut est mater Dei

Anast. Sina.

reduplicatiuè, & secundum hanc rationem Virgo non potuit non esse. Ostendimus enim iam Deum solum ex Virgine concipi, & nasci potuisse iuxta doctrinam Sanctorum, disp. 25. prima vestigatione.

726.

Quintò probatur congruentia firmissima desumpta ex dignitate matris (quæ primum principium est, vnde oriuntur rationes concludentes illius conceptionem esse purissimam) qua vtitur sanctus Anselmus relatus à Salazar illustrissimo de conceptione cap. 42. in Anselmo pag. 425. ad finem colum. 1. Si Beatissima Virgo Maria concepta non fuisset in sanctitate, & sine peccato originali, non esset Dei mater; ergo concepta fuit sine originali peccato. Consequentia est legitima, & antecedens est D. Anselmi clarissime illud afferentis, his verbis: Ad tuam excellentiam (Dei Genitricis) quis aspiciet? quis attinget? Et certè ut ad hanc excellentiam peruenires in humillimo loco, id est in utero Matris tue purissima oriebaris, quia si tali modo concepta & ordinata non fuisses, in tantam celsitudinem non succreuisset. Ecce Anselmus ex negatione puritatis in conceptione infert confidenter negationem maternitatis, & quidem non immerito; quia non solum carnis corruptio dedecet Deum in genitrice, sed etiam corruptio mentis & animæ, ac proinde peccatum, ex negatione autem virginitatis corporalis in Virgine inferunt Patres Christum Dominum purum hominem, & non Deum futurum, sed quod constanter asseruit Proclus Constantinopolitanus, homilia de Christi natiuitate; sed verbis breuissimis: Quod si ea, qua genuit Virgo non permansit, neque is qui natus est, aliud, quam purus homo exiit. Hinc natus discursus ille Ildesonsi lib. de Virginitate, & Parturitione sanctæ Mariæ, tomo 9. Bibliothecæ Margarini, principio columnæ 690. Alioqui si ipse ex matre coinquinatus esset, aut materna viscera quasi pro peccato corrumperet, & sordibus ex vitio prima damnationis coinquinaret, non esset Dei filius, sed adoptiuus ut ceteri, imò nec adoptiuus, &c. Ad do Virginis fuisse discursum, quæ ex sua maternitate intulit præseruationem à peccato originali, ut sectione 10. differuimus, quasi hæc ex natura puritatis diuinæ sint connexa Matrem Dei esse, & non habere peccatum originale; habere, & non esse Matrem Dei. Vide ibi r. p. Commentarij ad Magnificat, vers. 2. ex Euthymio Zigabonensi.

Anselmus Salazar.

Proclus.

Ildesonsus.

727.

Sextò probatur immunitas Virginis sacre consideratione piissima; negare enim non potuit prudentissima Dei prouidentia in sui conceptione Mariæ sanctissimæ, quod ipsa summa ratione, & votis desideraret ardentissimis, si illi reuelaretur antecederet ad incarnationem se Matrem Dei futuram, imò in ipsa Angeli annunciatione: at mundissima Virgo desideraret procul dubio inesse sibi mundiciam, & puritatem, pulchritudinem spirituales, & sanctitatem intra lineas creatas possibilem, ita ut peccati Adami (si fieri posset) sordes in illa extitissent nullæ: ergo prudentissima Dei prouidentia puritatem summam in instanti conceptionis intulit, & infudit Matri. Quinimo pie crediderim ad filij generationem auctam Virgini

gini sanctissimæ puritatem, & sanctitatem eximia, non solum quia præbuit ad Conceptum filij Dei propriū consensum, quod vulgare est apud sanctos Patres, sed etiam quia summam ex se & in se desiderabat puritatem, & sanctitatem omnimodum, ut vas esset aptissimum, & sine nauo & macula ad filium Dei concipiendum. Quid si hæc vota, hæc desideria ardentissima iam esse impleta, & puritatem summam illi collatam nunciaret filia David Pater Psalm. 44. Obliviscere populum tuum, & domum Patris tui, quia concipuit Rex speciem tuam? Quasi diceret Propheta: de puritate, de immaculato conceptu ne dubites, nec timeas maculas populi tui, neque ignobilitatem, neque impuritatem Domus Patris tui, Adami scilicet, concipuit Rex speciem tuam, & ideo speciosissimam pulcherrimam in sanctitate, & puritate in tua formatione, & Conceptione creauit. Hæc desideria promouent vota Dauidis, cui cum reuelata fuisset filij Dei Incarnatio ex sua carne futura, tamen si sciret peccatum suum à Deo remissum adhuc clamabat Psalm. 50. Amplius laua me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me. Futurus enim Pater Christi Domini post multas generationes, in Virgine diua summam, & non vulgarem puritatem merito desiderabat. Quod ad explicationem illius loci suspicabatur Magnus Gregorius.

Psalm. 44.

Magn. Greg. 728.

Probatum septimo, sacra Deipara ad nullum finem potuit permitti à Deo turpari originali peccato, ergo verè concepta fuit purissima, & sine macula originali. Hæc mihi magni ponderis ratio, & quæ si aliæ non essent, animum etiam reluctanter traheret in sententiam piissimam. Illam ut amplificem fruor verbis Simonis de Cassia, qui lib. 2. de beata Maria cap. 1. hæc exarauit: Diuina Virgo filia Patris aeterni, plus habet in oculis suis, quam capiat hominum mens, quam possit sermo proficere, quam scribi membranis: quam sibi totam coaptauit ille qui condidit ad nihil aliud, quam ad diuina perstruens, ut Dei Mater esset, & filia, tota in se formosa erat, & tota in virtutibus, & actionibus forma exemplar aeterni exemplaris. Ex quibus (cum possim deducere sine vlla difficultate Conceptionem purissimam, quomodo enim exemplar aeterni exemplaris, quæ cum peccato concepta?) solum elicio Mariam ad hoc solum conditam fuisse, ut esset Mater Dei, sicut Christus Dominus ad hoc solum constitutus à Deo, ut summus hominum esset redemptor. Rogo ergo, an ad munus Maternitatis tantæ necessarium fuerit Virginem habere originale peccatum. Respondebit nullus, (ut suspicor, & attingi ratione tertia ad finem) hanc maculam ad altissimum munus esse necessariam. Ad quid ergo peccatum in B. Virgine: ad iustitiam Dei ostendendam? Nunquid non alia ratione potuit & suauiori suam iustitiam, ostendere: ad illius misericordiam: nunquid non maior misericordia Matrem à culpa præseruare? Ad illius omnipotentiam? Nunquid non mirabiliter ostensa in Angelis quos præseruauit à macula, & in hominibus, quos asseruit à captiuitate Tyranni? Ad pietatem illius? Nunquid non pietas tenerior, & magis viscerosa nulla ratione permittere, ut Mater neque per vnum

Simon de Cassia.

instans sub iugo dæmonis detineretur capriua? Ad illius sapientiam? Nunquid non illa elucet quando sic altissimus Paterfamilias nunquam sinere voluit perfodi domum suam? Ad redemptionem amplissimam, & vniuersalem? nunquid non Virgo in Conceptione redemptionem vniuersalem experta, & quidem per omnem modum? Ad bonitatem diuinam? Nunquid non hæc pellucet eximius, & clarificat nitidius sicut, & amor, si cum puritate sanctissima nullas vnquam habuerit inimicitias? Ad humilitatem Matris: nunquid non humilis Virgo, quæ iam Dei Mater se appellat Ancillam, & humilitate, non Virginitate cor patris arripuit, & ad sua viscera traxit? Id confidenter pronuncio, sacram Deiparam peccato maculari ad nullum alium finem posse ordinari, quam ut regnum Diaboli extendatur, & illius Tyrannis quodam modo carnem Dei attingat, quia caro Christi caro est Mariæ, ut piè D. Augustinus citatus in principio huius sectionis affirmat, ex quo alij Patres sumpserunt. Hunc verò finem sibi Deum proponere posse intrepidè nego.

August.

Plures rationes alias adducere possem, nonnullas in discursu huius disputationis attingi, aliquas in discursu huius operis, veluti sese dantes in serui; fortiores adducam, cum si Deus dederit monstrauero macula originali, de Dei absoluta potentia non potuisse turpari. Id efficio disput. 21.

729.

SECTIO XIX.

Motiuæ sententiæ contrariæ ex parte dilata.

NON erit difficile enervare motiuæ quibus sententia Bandeli, & aliorum fulcitur, quod ut plenius fiat, videndi sunt Canones sex, quos Doctissimus, & eruditissimus Salazar constituit; lib. de Conceptione, cap. 4. quorum aliquos in hac sectione necessariò attingam. Et primò ad testimonia sacre Scripturæ, quæ adduximus sect. 1. in principio, & generaliter loquuntur, de vniuersali contractione, aut necessitate contrahendi peccati originalis. Respondeo in illis non inclusam neque comprehensam fuisse Virginem sanctissimam, ac proinde integra esse, etiam si ab illis regulis & loquutionibus generalibus excipiantur Virgo Maria. Quod affirmauit Concilium Tridentinum, cum in decreto de peccato originali, quod repetunt omnes, & expendimus, sect. 13. serio monet non esse suæ intentionis in illo decreto comprehendere beatissimam Virginem. Vnde omnes, qui interfuere Tridentino, & de hac materia scripserunt, docent sacram Deiparam non habuisse originale peccatum & existimauerunt mente Concilij, & Ecclesiæ considerata non habere vim contra sententiam piissimam. At illi fuere non pauci, Benedictus Arias Montanus, in cap. 1. Abachuc, Catherinus Salmeronius, Franciscus Turrianus, Cornelius, Mussus, Episcopus Bifontinus, & Dominicus Sotus. Adde etiam Iacobum Lainez Præpositum generalem, Societatis

730.

Arias Montanus. Catherin. Salmeron. Turrianus. Cornel. Mussus. Dominicus Soto.



tatis Iesu, & considera nullam esse tam generalem regulam, quæ exceptionem aliquam non patitur, etiam in sacra Scriptura, quod vel locus ille Genesis ostendit: *Omnis caro corrumpat viam suam.* Vbi Noëmus non comprehenditur, cuius iustitiam, & sanctitatem Spiritus sanctus commendat, ostendit etiam David Psalm. *Omnes declinaverunt, non est qui faciat bonum non est usque ad unum.* Cum tamen certissimum tempore Davidis fuisse aliquos iustos, qui nunquam in Ecclesia defuerunt, cum igitur fides de generali contractione peccati originalis in omnibus posteris Adami colligatur ex Generalibus locis Sacræ scripturæ, & ex decretis Conciliorum, & Ecclesiæ, si quando Concilia affirmant testimonia scripturæ salva consistere, etiam si aliqua particularis persona ex singulari privilegio excipitur, illa vim non habebunt in Conceptionem illius, neque in illis includatur singularis illa Conceptio, quam Ecclesia declaraverit non esse suæ intentionis in decreto de peccato originali comprehendit. Id verò Tridentinum Concilium declaravit circa personam & Conceptionem beatissimæ Mariæ, cum dixit non esse suæ intentionis illam comprehendere, quia singulari Dei privilegio, & gratia potuit non contrahere originale peccatum, licet non definierit illud non contraxisse, & quidem vniuersales propositiones in Sacra scriptura aliquas pati exceptiones fateri debent etiam auctores contrariæ sententiæ, quatenus docent nostram non esse contra fidem, quod affirmant nominatim Durandus, Caietanus, Canus, Bartholomæus, Medina, & recentiores, qui nostram sententiam vocant piam, vt Franciscus de Araujo, & S. Thoma, quod non assererent, si existimarent illam esse contra fidem ducti generalibus loquutionibus sacra Scripturæ.

Genes.

Psaltn.

Trident.

Durand. Caiet. Medina.

Araujo.

731.

Testimonia verò Patrum non sunt vrgentia. Primò, quia monstrauimus omnes contrariam sententiam ( si quando significauerunt ) reuocasse, & feliciter, & pie transfugas in nostra castra venisse, vt constat ex tota sect. 17. Secundò, quia verbis illis in quibus dicunt illi, quos adduximus solum Christum non habuisse peccatum, implicite asserunt Conceptionem Virginis esse purissimam propter idemtatem carnis Christi Domini & Matris sanctissimæ quam omnes sancti proclamant, præcipue Arnoldus Carnotensis tom. 1. Bibliotheca nouæ tract. de laudibus Mariæ: *Vna est Maria, & Christi caro, vnus spiritus, & vna charitas, & filij gloriam cum Matre, non tam communem iudico, quam eandem,* in quo testimonio Abbas non solum asserit carnem, sed etiam spiritum eundem esse in Christo Domino, & Maria sanctissima ad significandum strictissimam vniõnem inter Matrem, & filium nec defunt qui affirmant Christum Dominum esse animam Mariæ genitricis, non quia illius corpus informet, id enim ridiculum in Philosophia, & in fide Hæresis manifesta, sed quia animam Virginis, & illius carnem respexit, ac suam animam, & carnem respexit, quæ nunquam fuerunt mortuæ peccato. Inde Cardinalis Viguerius ad Magnificat versu primo: *Anima mea meus filius, qui me corpore, & anima simul*

Arnoldus.

Viguerius.

*viuam fecit.* Hac solutione vtitur Salmeron, in cap. 3. Epistolæ ad Romanos pag. 635. & approbat Granado, tract. de Conceptione, fol. 99. pag. 1. Et confirmari potest solutio ex Augustino si illius est liber Hypognosticon, tom. 7. qui explicans illud Romanorum 5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intravit.* Ad difficultatem, quæ oritur statim, scilicet peccatum intrasse per duos homines Adamum, & Euam, quia sine fœmina de solo masculino homo nasci non potest respondet. *Si cordis oculos non amisistis, attendite dictum est iam non sunt duo, sed vna caro, & iterum erunt duo in carne vna,* nam ideo per vnum hominem dixit Apostolus, quia cum in viro suo mulier vna sit caro in semine progenies imputatur. At beatissima Virgo sponsa Dei, & Mater, & filia, quæ tria arguunt carnis identitatem cum filio sponso, & Patre, diuinè, & sanctè illam generant. Tertio tandem, quia sanctorum testimonia solum significant natura sua Christi Domini Conceptionem fuisse sanctam, quia fuit Conceptio Dei, qui substantialiter & essentialiter solus est sanctus, non autem volunt ex privilegio & gratia Dei Virginis conceptum non esse sanctum; quamuis id non habuerit à natura substantiali, quia Virgo creatura, & non Deus est. Adde his sanctorum sententias non posse intelligi cum restrictione summa, quia aliqui docent solum Christum Dominum natum fuisse sine peccato; vt S. Augustinus, qui lib. de peccatorum meritis primo, & refertur à Salmerone disp. 5. 1. in c. 5. ad Romanos ait: *Solus vnus est, qui sine peccato natus est, in similitudine carnis peccati sine peccato vixit inter aliena peccata.* Quo etiam modo, id est de natiuitate & partu loquutus Ambrosius, lib. 2. in Lucam cap. 20. & tamen certissimum est, non solum Christum Dominum natum fuisse sine peccato, sed etiam Virginem diuam vt ostendimus supra disp. 15.

Salmeron.

Granado.

August.

Ambros.

732.

Bernard. Rupert. Fulgent. Ambros. August. Gregor. Leo Papa.

733.

Ex dictis facile explicantur Bernardus, Rupertus, Fulgentius, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & Leo Pontifex Maximus, qui nomine reatus non intellexerunt originale peccatum, sed necessitatem proximam illud contrahendi, à qua liberauit Christus Dominus etiam Mariam sanctissimam ex vi, & natura Maternitatis, quia si Mater Dei non esset futura, proculdubio contraheret peccatum originale, quod verò non contraxerit, id habet à gratia, & singulari privilegio non à substantiali natura. Hæc igitur est differentia maximè consideranda inter Christi Domini, & Matris Conceptionem, quod Conceptio Christi singularissima & sola fuit immunis à peccato ex natura substantiali diuina, quæ incapax omnino peccati. At Conceptio Virginis solum beneficio, privilegio, & gratia Dei habuit hanc immunitatem, quam tamen non haberet, si Mater Dei non existeret.

Ad Patres, qui asserunt carnem Mariæ sanctissimæ esse carnem peccati, quos iam explicatos enumerauimus, vt respondeatur aduertendum est, carnem sumi posse dupliciter, primo secundum rationem communem, & vniuersalem, secundum quam præscindit à singularitate,

laritate. Secundo vt significat singularem carnem, & indiuiduam, vt in hac propositione Maria habet carnem humanam, nomen caro potest sumi, vt significat singularem carnem Virginis secundum indiuidualem rationem, aut vt significat rationem communem, & vniuersalem carnis humanæ, & quidem si accipiat hoc vltimo modo prædicari possunt de carne Virginis quæcunque de carne humana annunciantur, si vero primo modo accipiat, solum de illa carne sanctissima annunciari possunt, quæ illi conueniunt prout singularis est, & dicit carnem indiuiduatam. Vt si dicatur: Caro Virginis est sancta, solum est vera propositio vt illa caro est singularis, & indiuidua, non tamen est vera, sed falsa si fumatur secundum rationem communem, quia caro Virginis sancta non est à ratione carnis in genere, sed à ratione singulari, & indiuidua, quia scilicet est caro sacra Deiparæ. Quam doctrinam ego sumo ex Tertulliano, qui lib. de carne Christi cap. 16. *Nam neque ad propositum Christi faceret euacuans peccatum Carnis non in carne euacuare illud in qua erat natura peccati, neque ad gloriam; quid enim magnum si in carne meliore, id est non peccatricis natura nanum peccati redemit? ergo inquit si nostram induit, peccatrix fuit caro Christi. Noli constringere explicabilem sensum, nostrum enim induens suam fecit, suam faciens non peccatricem eam fecit.* Hac enim sententia clarè distinxit. Afferit inter carnem humanam sumptam generaliter, & singulariter sumptam, cum asserit Christum assumpsisse carnem quæ peccatricis erat naturæ, eam tamen non peccatricem fuisse in Christo quia suam, id est singularem, & indiuiduam fecit. Hoc attuli vt doctrina hæc, quæ est Salazarij Canone 3. non solum fundamentum habeat in Philosophia, sed etiam in Patribus, & Tertulliano acutissimo.

Tertull.

Salaz.

734.

Ad rem igitur illa propositio, *Maria caro est caro peccati,* dupliciter potest intelligi, primo vt significet ratio communis carnis humanæ, & sic vera est propositio, secundo vt intelligatur ratio particularis, & sic falsa est enuntiatio. His positis, testimonia Patrum in quibus caro Virginis dicitur caro peccati intelligenda sunt de carne secundum rationem generalem illius, & prout propagatur ab Adamo secundum quam peccatrix est, si aliunde sanctitate non præueniatur, non vero intelligenda sunt de carne singulari, & indiuidua Virginis sanctissimæ, quæ præueniri potuit, & præuenta sanctitate ne peccatrix conciperetur. Quam doctrinam esse verissimam colligitur ex Ambrosio qui ex Psalmo 118. ita scribit: *Nemo hominum sine peccato nisi solus Dominus Iesus venit enim, & in carne qua peccato fuerat obnoxia.* Quod necessarid intelligendum de ratione communi carnis, non de singulari, quia caro Christi Domini singulariter id est ex indiuidua ratione carnis peccato nunquam fuit obnoxia; In quo testimonio illud etiam aduerte in Ambrosio non haberi in carne, quæ peccato in Matre fuerat obnoxia, sed absolute: *(in carne qua peccato fuerat obnoxia.)* Vitiauit enim hunc locum Vandelus, vt facilius in oppositam sententiam traheretur Ambrosius.

Ex hac notatione illustrantur Patres, qui significant, aut asserunt carnem Mariæ purissimæ esse carnem peccati, & explicantur aptissimè, vt Augustinus, qui lib. 5. contra Iulianum cap. 15. & verius cap. 9. *Quod si dementis est dicere, & sine dubio caro Christi non est caro peccati, sed similis carni peccati; quid restat nisi vt intelligamus, nisi ea excepta omnem reliquam humanam carnem esse peccati. Et hinc apparet illam concupiscentiam, per quam Christus concipi noluit, fuisse in genere humano propaginem mali, quia Maria corpus quamuis inde venerit, tamen eam non traiecit in corpus, quod non inde concepit.* Solum enim asserit: Augustinus carnem dici peccati secundum rationem communem, non tamen secundum rationem singularem, & indiuiduam, & hoc modo explicandi sunt Patres, ne intelligamus eos asserere carnem Christi Domini esse peccatricem, aut carnem peccati, vt significant Tertullianus lib. de carne Christi cap. 16. & Ambrosius in Psalm. 118. ex aliorum intelligentia; in Tertulliano enim non video aliquid, quod sententiam illam insinuet, cum ex professo illo cap. 16. totus sit in refutando Hæretico Alexandro, qui assererat carnem Christi esse peccatricem, aut nullam esse quæ sit, aut fuerit peccatrix. Vide ad Patrum omnium explicationem singulariter Suarium; Vasquium, Granado Lezannam.

735.

August.

Tertull.

736.

Restat eneruemus motiua, quæ ex ratione assumuntur. Ad primam, & quartam dicemus ex professo disput. 18. vbi ostendemus Virginem purissimam nec peccasse in Adamo, nec proximam necessitatem habuisse incurrendi originale peccatum. Ad secundam, & octauam dicam sectione sequenti, fuit enim conceptio Christi Domini singularissima, excellentiorque quam conceptio Virginis, quia vt supra terigimus fuit sancta, & pura à natura, & præterea in capax omnino peccati, quia originale non potuit contrahere, neque necessitatem habere etiam remotam, non solum quia Dei, & de Spiritu sancto, sed etiam quia conceptio Christi non fuit à viro, sed solum à Maria sanctissima. At conceptio Virginis, fuit à femina, & viro per naturalem propagationem, & neque fuit Dei, nec ab Spiritu sancto. Ad quintam habuit virgo sanctissima passiones, quæ sunt effectus originalis peccati, non tamen, vt sunt effectus, & panæ irrogatæ hominibus propter Adæ peccatum, qui effectus aliqui saltem fuerunt in Christo Domino, qui tamen non habuit originale peccatum. Maria enim sanctissima mortua non est, quia habuit noxam originalem, sed quia habuit, & habet naturam humanam, quæ ex se, & ex propria natura interitui est obnoxia; & præterea, quia non decebat Mariam non mori, Christo Deo moriente. Maria ergo neque mortua est propter proprium peccatum, neque ex peccato primi Parentis, sed mortua est propter mortem Christi, id est quia mortuus est Christus. Vnde tam cito surrexit, quo beneficio singularissimo propter hanc causam filium Matrem condecorauit. Dixi neque ex peccato primi Parentis, quatenus scilicet in illo peccavit,

nam

nam aliàs habuit Virgo sanctissima humanam naturam à qua abstulit Deus immortalitatem, quæ erat propria status Innocentiæ, in quo integre, & totaliter non fuit Virgo sanctissima, vnde solum propter hanc rationem dixit Diuus Augustinus concione 2. ad Psalmum 34. *Maria ex Adam mortua est propter peccatum Ada. Adam mortuus est propter peccatum, & caro Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata.* Cui testimonio restituo illud: *propter Ada peccatum, quod siluit Caietanus opusculo de conceptione.*

August.

737.

Sextam rationem semper iudicavi indignam vero Theologo, & mirabat à tempore controverti, illa veluti triumphare nonnullos, cum nullius sit roboris, nulliusque momenti, si enim aliquid valeret, probaret etiam Mariam sanctissimam natam cum originali peccato. Baptismam Ioannem non esse sanctificatum in vtero, & Apostolos vsque ad Christi Baptismum perseuerasse cum peccato originali, illisque non fuisse ablatum per circumcisionem, quæ omnia sunt absurda, & manifestum continent errorem. Baptismi effectus non solum est remissio originalis peccati, sed etiam infusio habitualis gratiæ, impressio characteris, constitutio hominis visibiliter intra Ecclesiam, & dispositio ad receptionem aliorum sacramentorum. Vnde qui iam peccatum originale ex vi circumcisionis exuerant, & in principio nascens Ecclesiæ Baptismum recipiebant, non accipiebant remissionem peccati originalis, quod iam erat remissum, sed omnes alios effectus iam enumeratos.

738. Trid.

Sed obiciens Tridentinam Synodum sessione 5. damnantem eos qui negant infantes ex Adam trahere originale peccatum, quod per baptismum necesse sit remittatur ad consequendam vitam æternam, quia inde fieret consequens, vt in eis forma Baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur. Sentit ergo Concilium non posse suscipi, qui non maculatus sit originali peccato. Confirmatur ex Diuo Augustino asserente lib. de peccatorum meritis cap. 18. in tomo 7. *Infantes si innocentes essent, & peccatum originale non haberent, arcendos fore à fonte Baptismatis, quod Ecclesia non est in vsu.*

Aug.

739.

Respondeo institutum fuisse Baptismum in remissionem peccati originalis, cum optimè ster quod aliquid aliud non remittat, quia non inuenit illud in subiecto, adhuc tamen vera est forma baptismi. Assero ergo sensum verborum, Ego te baptizo, nullum alium esse, quam hunc, impendo tibi sacramentum ablutionis, id est gratiam sanctificantem, quæ quantum est ex se habet virtutem ad remissionem peccati originalis, quem sensum habent etiam verba absolutionis sacramentalis, *Ego te absoluo,* ex sententia enim sancti Thomæ 3. p. q. 84. ar. 3. ad 6. id est, confero tibi sacramentum absolutionis, id est, gratiam, quæ quantum est ex se habet virtutem remittendi peccata si adsint. Supponit enim Doctor Angelicus in aliquo casu hominem non habere peccata, sed vt materiam iterum confiteri crimina quæ iam erant remissa, & Franciscus Suarez tomo 4. in 3. p. disput. 9. sect. 2. ait sensum esse: confero tibi

gratiam habitualement, quantum est ex se soluti- uam reatus tam culpæ quam pœnæ. Sensus igitur formæ Baptismi est, confero tibi sacramentum ablutionis, & lauacri, id est gratiam habitualement quæ quantum est ex se virtutem habet emundandi animam à peccato originali; quæ verba falsa non sunt, sicut falsum non est hominem qui actualiter nullum habet peccatum, & absolutum per verba sacramenti pœnitentiæ absolutum esse à peccatis, quod etiam in sacramento extremæ vñtionis verum est, si homo, qui illud accipit nulla habeat venialia peccata, ergo Beatissima virgo, Apostoli, & alij, qui ex Iudaismo sunt Baptizati receperunt per baptismum quantum est ex se gratiam sanctificantem, quæ essentialiter est forma emundans à peccato originali si in anima illud existat, quod etiam verissimum est in lege gratiæ, & in hominibus adultis, qui iam elicitæ contritione omnium peccatorum, & illis remissis accedunt ad sacramentum Baptismi, confertur enim illis gratia sacramentalis, quæ tamen actualiter non remittit originale peccatum.

740.

Ad septimam rogarem aduersarios quid de Beata virgine, si moreretur ante Christi Domini mortem, cum iam esset sine peccato originali, nata est enim sanctissima, supposita ergo illa conditione ex præsentis decreto impossibili, scit Deus quid statueret de anima Mariæ sanctissimæ, & adhuc paradus perseuerat, sed mortua non est ante quam Christus aperiret cælestes ianuas, & cessat argumenti difficultas. Ad nonam respondeo inter illa duo, quæ recensentur in argumento, esse medium scilicet actualem animationem, & conceptionem instantaneam Deiparæ. Concedimus ergo necessario esse Virginis supernaturale posterius esse quam naturale posterioritate naturæ, non temporis: verum ex hoc non sequitur debere intercedere aliquod tempus: sanctificata est ergo sacra Deipara subito, & in eodem conceptionis instanti.

741. Bonau.

Ad rationem tandem qua vtitur sanctus Bonauentura respondeo negando antecedens, quod nunc negaret D. Seraphicus, & ad probationem dico nostram sententiam esse communior, rationabiliorem, & securiorem, quam sententia contraria. Comuniorem, quia iam illam vniuersi amplectuntur, & festum illius celebrat vniuersalis Ecclesia; rationabiliorem, quia maiora habet motiua scripturæ testimonia, Concilia, Ecclesiæ auctoritatem. Patrum commune iudicium, validissimas rationes, consensum etiam inimicorum, quales sunt Hæretici, & Machumetani, applausum Regum, Principum, Antistitum, & omnium populorum, ad quorum conspectum contraria sententia ad summum asseritur suo tempore habuisse probabilitatem, quæ nunc tanta non est, licet nulla ratione possit dici improbabilis. Securiore, non quia altera non sit secuta, per se enim loquendo nec veniale est illam asserere, sed quia magis vt loquitur Bonauentura consonat pietati, vnde nullo modo reclamante contraria sententia, non solum pia, sed etiam piissima dicitur, quod gratissimum fore iudicamus Matri sanctissimæ, quæ cum filium suum plusquam se diligit ex singularissima redemptione,

& præseruatione sua auet & gaudet celebrari gloriosum, insunt ergo in nostra sententia excellentius illa tria, quæ in sententia contraria inueniebat sanctus Bonauentura.

uertere (ne erronea dicant, quæ erronea non sunt.) Sed Medina in 3. p. q. 27. art. 1. pag. 592. & 599. noluit illam admittere, sicut nec Capreolus in 3. d. 3. q. 1. art. 3. ad 1. & ad 9: sed illas amplectuntur Angelici. Doctor 3. p. q. 52. art. 2. ad 1. qui explicans illud Actor. 2. *Quem Deus suscitauit à mortuis.* Hæc scribit: *Dicendum est, quod duplex est dolor, vnus est dolor pœnæ, quem patiuntur homines pro peccato actuali, secundum illud Psalmi, dolores inferni circumdederunt me. Alius autem dolor est de dilatione futuræ gloriæ, quem quidem dolorem patiebantur sancti Patres apud inferos. Viroque autem dolores soluit Christus ad inferos descendens, aliter tamen, & aliter, nam dolores pœnarum soluit præseruando ab eis, sicut Medicus dicitur soluere morbum, à quo præseruat per medicinam, dolores autem causatos ex dilatione gloriæ actualiter soluit præbendo eis gloriæ. Et 22. quæst. 83. art. 9. ad 4. hæc scribit: *Quod Mauritius ultimo posuit libera nos à malo, Lucas non posuit, vt sciat vnusquisque ex eo se liberari à malo; quod non inferatur in tentationem.* Vnde in sententia Angelici Doctoris liberari à malo, & tentatione est præseruari à malo, & tentatione: Scotus 3. distinct. 3. quæst. 1. §. contra primam rationem, & §. si autem teneatur, Catharinus, Canisius, Turrianus in Epistola de peccato originali, Papius, Suarez, Valentia, Bellarminus, Ouandus, Vasquez, Granada, & quicumque affirmant sacram Deiparam præseruatam fuisse à peccato originali, & verè redemptam, quos adduximus, & adducemus in sequentibus. Adde ex aduersariis Durandum 3. dist. 3. quæst. 1. num. 14. ad finem, Caietanum relatum 3. p. quæst. 27. art. 2. & clarius tractat. de conceptione Virginis cap. 3. in 2. parte capituli, vide Ægidium Lusitanum de conceptione lib. 3. quæst. vltima, art. 2. & sequentibus.*

Medina. Capreolus. D. Angel.

Scotus.

744.

Contra quem aduerto nullo modo esse necessarium redemptioni libertatiæ, & præseruationi, quæ omnem redemptionem exhauriunt addere tertiam, quæ partim sit libertatiua, & partim præseruatiua, qualis esset, qua quis liberatur à culpa, quam commisit in alio, eam tamen in seipso non recepit, reciperet autem, si non præseruaretur. Hæc enim redemptio, quasi media inuenta est ad asserendum Beatissimam Virginem peccauisse in Adamo, in se tamen non habuisse originale peccatum, quia præseruata est ab illo in propria persona, non tamen præseruatam fuisse, sed rigorosissime liberatam, & redemptam à macula quam contraxit in Adam, quia in illo verè peccauit, ostendimus enim Deo duce disput. 18. Beatissimam Virginem etiam præseruatam à debito proximo, seu necessitate contrahendi peccatum originis contra Lusitanum, & alios, ac proinde mediam redemptionem non esse necessariam, sed primam, & secundam sufficere, quas meo iudicio prudenter neget nemo, si alte primum imbibat Christum Dominum, non solum nos asseruisse à peccatis quæ commisimus, sed etiam ab illis, quæ sine dubio committeremus, si sua gratia, & auxilio non præseruaremur. Vnde tanto redemptori, non solum propter primam, sed etiam

SECTIO XX.

*Spectaculum Christo assertore dignissimum Maria, conterens originale peccatum, inglorium & indignum demon conculcans Sacram Deiparam.*

742.

Hæc est solutio secundæ, & octauæ rationis, quas proposuimus sect. 2. huius disput. & quæ nonnullam videntur præ se ferre difficultatem, sed euauit iam ex communi, & indubitata doctrina quæ duplicem distinguit redemptionem vtramque verissimam; primam, qua quis actualiter captiuus ope alicuius à captiuitate, quam actu patitur, eripitur, & in libertatem asseritur, vt est illa, qua sacra nostra Religio Mariana apud Turcas captiuos, & in cauernis tenebrosis ferreis catenis, & fame siti que, & nuditate miseranda pene enectos in Christianam æmula Magni Redemptoris Christi Domini asserit libertatem. Secundam qua illi, qui iam captiuandi veniunt, & iam iam imminet, & vicinissimam captiuitatem timentes liberantur de inimicorum manibus, & ni assererentur superuenientium amicorum manibus sine dubio vllo libertatem amisissent, præseruantur enim à captiuitate amicorum ope, & verè dicuntur redempti, vt in bello, & Marino, & Terrestri solet euenire.

743.

Ad vtramque redemptionem asserendam multi concesserunt; aliqua adiicio quæ alij prætermiserunt, Iudic. 2. 30. & 31. hæc Spiritus sanctus: *Post hunc fuit Sangar filius Anath, qui percussit de Philistim sexcentos viros vomere; & ipse quidem defendit Israël.* Vbi Abulensis discrimen constituit inter defendere, & liberare: *Quia defendere (inquit) est resistere alicui inuadenti, liberare, vel saluare est tollere aliquem, qui premebatur de potestate opprimentis.* Ita ille, sed S. August. q. 25. in lib. Iudic. melius: *Quomodo pugnaverit post Aod Sangar pro Israël, & illum saluasse dicitur sit.* Legit sine dubio saluauit pro defendit Vulgat. *Non enim erat captiuus, vel inigo seruitutis innexus.* Et respondet: *Sed ita saluauit non quia hostis nocuerit, sed ne permitteretur nocere.* Machar, etiam Ægid. homil. 26. Redemptionem vocat auxilium, quod Deus confert animæ tentatæ, ne ruat in dæmonis captiuitatem, his verbis: *Rursum in re quapiam hominis cogitatio vincit, auxilium, & redemptionem accipiens à Deo, & contradicit vitio.* Et quod non sine sale notauit Catharinus in Litanis, petimus Deum, vt liberet nos à subitanea, & improuisa morte, & à pœnis inferni. Nullus tamen, vt opinor Deum exorat, vt iam subito mortuum, & in tartareis existentem flammis à morte præterita, & ab Auerni ignibus liberet, sed ne vlla permittat ratione subito moriatur, aut ad cruciatum reuegetur perpetuos. Et quidem Caietan. admonuit Thomistas has duas redemptiones, addens se id animad-

Abulens.

August.

Caietan.

propter secundum immortales gratias referunt sancti, sanguinem, & vitam fudit Christus Dominus, ut verus redemptor, quis vero catholicus dubitet sanguine morte, & meritis suis nobis hanc praeferuantem gratiam, & liberationem meruisse.

745.

Dion.

Hauerunt utramque redemptionem Doctores scholastici à sanctis Patribus, & ab Angelico Magistro. Dionysius enim lib. de diuinis nominibus; cap. 8. praeferuatiam redemptionem, aut liberationem, quam ipse saluationem vocat clarissime astruit, & affirmat omnibus rebus esse communem his verbis: *Quoniam, & ita saluationem aliquis laudabit, non longe ab intentione sancta Theologiae, sicut omnia existentia saluatoria omnium bonitate à casu propriorum bonorum liberantur, secundum quod uniuscuiusque eorum, quae saluantur suscipit natura, propter quod, & liberationem ipsam nominant Theologi, in quantum non sinit verè existentia ad nihil esse cadere.* Vbi aduerte Theologos quos citat Dionysius nullos esse alios, quam Apostolos, & discipulos Christi; illius enim tempore nulli alij exitere Theologi. Aduerte etiam liberationem, & saluationem primo, & principaliter consistere in praeferuatione à casu, non verò in liberatione à iam contracta captiuitate, quod me docuit diuus Thomas, qui lectione 5. ad Dionysium, ita scribit: *Sic igitur, quia ratio saluationis in hoc consistit primo, & principaliter, ut aliquid in bono conseruetur, non erit longe ab intentione sacrae scripturae, si quis saluationem Dei velit laudare in quantum ipse Deus saluat omnia per propriam bonitatem liberando à malo, quod est casus à propriis bonis, & post pauca rem amplius explicans addit: Determinat (Dionysius) in illis verbis propter quod, & cetera effectum liberationis, & dicit quod sacri Doctores nominant diuinam iustitiam liberationem, & liberationis causam in quantum saluat à malo, & hoc multipliciter. Primo, & principaliter in quantum non permittit, ea quae sunt verè entia à substantiis cadere, ad hoc quod nihil sint.* Et statim Doctor Angelicus explicat liberationem, seu saluationem à malo iam incurso. Augustinum Patrem iam attuli allaturus rursus nisi illius verba ad illud Psalmi 85. pag. 338. colum. 1. Eruisti animam meam ab inferno inferiori, iam libressent Didacus Paiua, lib. 5. defensionis Tridentinae fidei, folio 354. pag. 1. & Aegidius supra citatus, affero solum diuum Bernardum, qui cum sermone 22. in Cantica docuerit Christum Dominum esse redemptorem Angelorum qui non ceciderunt, & sibi obiceret illos nunquam peccasse, ac proinde nunquam fuisse redemptos, huic difficultati ita satisfacit: *Audi breuiter, qui crexit hominem lapsum dedit stanti Angelo ne laberetur, sic illum de captiuitate eruens, sic hunc à captiuitate defendens, & hac ratione fuit utrisque aequè redemptor soluens illum, & seruans istum.*

D. Thom.

August.

736.

Ex hac doctrina solutae sunt rationes secundae, & octaua, quam impiissimam sententiam attulimus sect. 1. non solum enim monstrauimus Virginem sanctissimam verè esse redemptam sanguine Christi, sed & nullam redemptori iniuriam ex hoc irrogari perfectissimo assertori, sed illius gloriam excellentiori modo

declarari. Nunc addemus contrariam sententiam limitare, & extenuare vniuersaliter redemptionis, & nisi Virginis asseratur praeferuatia redemptio, & salus praeiberatiua, Christi domini redemptionem non esse excellentissimam; quia cum praecipue venit Christus Dominus ad redimendum homines à peccato originali, & redemptio primo, & principaliter consistat ex sententia diui Thomae, & Dionysij in hoc, quod quis in bono conseruetur, & in malum actualiter non labatur, si aliquid indiuiduum humanae naturae non reperiat, in quo exercuerit Redemptor primum, & principale redimendi genus, sine dubio vilo non erit perfectissimo principali, & primo modo Redemptor, quod derogat dignitati redemptoris eximij, & diuini, tantum abest ut redemptio praeferuatia virginis aliquo modo prauidicium inferat Redemptori, defendi publice nostras duodecim assertiones de sacra Deipara inflorentissimo Theologorum Lyceo redemptorio de licentia, & mandato sanctae inquisitionis coram grauissimis Theosophis Hispanensibus, & Magna illustrium virorum Ecclesiastica, & seculari multitudine, qui nouantique doctrinae specie, & pietate allecti Teatrum nobilitarunt, & post longam, & subtilem disputationem, & ingeniosam controuersiam acclamantibus omnibus conclusum est, nos felicissime decertasse pro gloria redemptoris, & gratia Deiparae, contrariam verò sententiam non ita feliciter pugnare pro Virginis diuina originali peccato; constitutus autem dies ad hanc piissimam arenam fuit vigesimus secundus octobris in quo ad maiorem gloriam, & Triumphum filij, & Matris haec scribimus.

747.

Dixi in maiorem gloriam, & triumphum Matris, & filij, quia meo iudicio spectaculum Deo gloriosum, & Christo assertore dignissimum Maria sanctissima conterens serpentem vectem, & originale peccatum inglorium, & indignum serpens conculcans, & funibus peccati originalis vinciens sacram Deiparam. Horret animus vel fingere Draconem, qui cauda traxit è caelo tantam stellatam partem triumphantem, & gloriabundum de partu contra Adamum, & Euam victoria Virginem Diuam sacram Deiparam non manibus solum, sed pedibus fedissimis conterentem, conculcantem, contaminantem, deturpantem, animam illius maculantem, spiris cingentem, vincientem ut captiuam venenosus serpentibus, qui sine dubio exsibilarent filium diuinum, illiusque irrideret potentiam, & sapientiam traducerent, ut qui Matrem in manibus illorum in defensam relinqueret cum vultu solum quò caelum tempestatesque serenat Mariam parantes inuadere in illius conceptione fugare, & in inferno fugientes trudere potuisset, & in poenam tanti flagitij reducere illi permittere filio, nec admouente manum ad Matris libertatem antiquam offer captiuam, & captiuam iam tanta Regina, & Matre Saluatoris.

*Corripere Sacra effigiem, manibusque crucis Virgineas ausi Diua contingere vitas.*

*Aeneidos 2.*

Nec vitas solum, licet hoc esset scelus gētibus etiam

etiam horrendum, sed animam, sed corpusculum illud in quo constituendum diuinitatis cellissimum sacrarium, in quo vniendus Deus humanae naturae, lugerent proculdubio angeli captiuam saue illorum Reginam, lugerent caeli eorum obscuratam purissimam lucem, lugerent terra prostritam excellentissimam terram, & si possent conspirarent ardētibus oculis armata manu vomentes ignem in phalanges Satanicas, ut Dominam & Reginam fortiter eriperent, & non eriperent solum iam captiuam, iam ancillam, sed ut ante casum, & captiuitatem è satanicis exercitibus liberarent, eosque profligarent velociter. Et quid mirum lugerent? si cadente primo parente, ut tenerè considerat Macharius Aegyptius, non solum Angeli, caeli, terra, sed ipse Deus luxit casum, & mortem illius. Torquetur manibus tenera puella, sacra virguncula non hominum, sed Dæmonum, & Dæmonum quia seiebant se illius, & filij causa è caelo decidisse, & in tartaricas sedes esse relegatos sine vlla spe, sine villo remedio. Da, qui in felicem vides, & non horres casum Virgineum, Mariam sanctissimam libero tunc arbitrio, & haec omnia cognoscerè, quae tunc illius lacrymae, gemitus, suspiria, clamores ad Deum, quem sciret suum futurum filium, quique facillimo negotio posset si voluisset praeferuare illam à diaboli Tyrannide à tanta infelicitate, à tanta miseria querula ne interpellaret filium, tunc non illi suauem? dubitaret de illius potentia? in illius infinita sapientia nutaret? ut Adamus fugeret nuda cōspectum Angelorum, & Dei facies ne virginea rubesceret cum se ignescentibus vinculis catenatam conspiceret, cruentam videret? o indignum Deo saluatore spectaculū? o casus redemptori gloriosus nulla ratione? o infelix captiuitas, nec Angelorum discursibus honestanda vnquam? O templum ad nullum finem violatum, conspurcatū dirutum, ac si Lutheri, aut Machumeti esset anima? Patieris sine Christo assertor? Patieris diuina mundities? Patieris Princeps fortissime à Sathana perfodi domū tuam? Minimè gentium. Conculcet serpentem, dracones peccatum, tartarū sacra Deipara; haec enim victoria Mariana contra serpentem amabilis, suavis, dulcis, pulchra, gloriosa. casus illius victoria Dæmonis de Matre purissima tibi ingloria, tibi inhonora. Te ipsum appello, qui veritas dixisti verè: *Decus filij Patris sine honore.* Rectè Richard. Victorinus serm. 46. *Quacunque in scripturis, quacunque in creaturis sunt amabilia, quacunque suauia, quacunque dulcia, quacunque pulchra, quacunque redolentia, quacunque iucunda, quacunque pretiosa, quacunque sunt laudabilia, Maria laudibus sunt conuenientia.* Pulchrè Bernard. serm. in signum magnum column. 203. *Imò verò & vnicus ille stultus, & totius stultitiae Princeps, qui verè mutatus ut luna sapientiam perdidit in decore suo Maria pedibus conculcatus & contritus miseram patitur seruitutem.*

Bernard.

748.

Huius quod adumbrat solum Bernard. spectaculum delineat sacro redemptore gloriosum magnificentum, umbras impleo, et si non viuidis & vernantibus coloribus audaci penicillo depingo. Cellissimum, & acutissimum esset illius ingenium qui in Hispanensium Franciscano Amphiteatro genio mirabili, & inaudito igneum

draconem induceret ignitis stipatum serpenti-bus, qui virum, & foeminā pulcherrimos delicatos, lucentes, & thronum aureum occupātes gloriosè foelicissimos inuaderet homines miserè, & furenter deturbaret è throno firmante puluere inuolueret, conculcasset superbè, hostiliter percuteret, itaut vltimum exhalarent spiritum purpureamque infelicitate vomerēt animam, & statim inter flammātes ignes mugientia tonitrua, turbātia fulgura, horrida fulmina, splendores illustres, lucem clarissimam, corruscantia sydera Seraphinos ardētes, Angelos lucidos, thronum Fulgentissimum pellucere iuberet, in cuius altissima, & aurea sede apparatus mirabili nubis rutilantis, & descēdentis à caelo, (Panderetur inter ea Domus omnipotentis Olympi) sol ipse fulgeret syderga vibrasset fulmina serpentes fugaret, draconem contereret, & hominibus iam mortalibus, aut mortuis vitam nouā dedisset illustriores animas mirabiliorem pulchritudinem, & ostenderet in momento thronum illum Virginem esse pulcherrimā suscitatorum parētum filiam, quam draco, & serpentes interficientes & occidentes parentes, nec halitu venenoso violarunt vnquā. Peregriinū laudaretur Architecti, & inuentoris ingenij. Praecipue si thronus ille iam virguncula formosissima, iam praestantissima foemina radiis solaribus conspicua ouans, & triumphans draconem victrix conculcasset, & vniuersos colubros praemeret Augustissimo cothurno. Gloria id esset magna tam mirabilem, & nouā Architectantis Machinam, quae & potentia, & ingenium monstraret artificis. Hac eadem ratione Mariam sanctissimam imaginor in Conceptione purissima, quam Satanas gloriosus, serpens antiquus in mūdi huius amphiteatro Angelis infelicibus comitatus; qui candidam naturā in colubrorum speciem mutarūt? quā superbus, quā arrogans eo quod primos parentes non solum deiecit à sedibus aureis, quas miro artificio depingit Moyses Barcepha Episcopus Syriae, sed etiam à caelis deturbasset, & macula vniuersalis piaculi genus humanū deturpasset hostis acerrimus, & ut loquitur Ephrem Syrus, simul cum homine dominium Dei fecisset ambigū primis deuictis, & contritis parentibus, & etiam è mortuis. Princeps huius mūdi, & videbatur, & erat tyrannicè tamen, & Dominus atrium custodiebat suum ad interneionem persequens homines. Sed o caeleste ingenium; o diuinum prodigium! Repentem sese conspiciendū praebet ferculum Salomonicū, lucidissimus thronus, sedes cellissima, vbi diuinus sol micatissimus anti quas tenebras noua luce propellēs, mugiant latissima aethera fulmina mittuntur sonāt tonitrua, fulgura lucent reboant vniuersa in signum laetitiae, fugatur draco, fugiunt anhelii serpentes, & mundus vniuersus liber, iocundus, & hilaris euadit gloriosè? o homo è natura audaci productum artificium, seu machinamentū? Clamabat Zoroastes hominis panigirista. Melius aptius id de Maria sanctissima, quae supremi auctoris machinamentū sublimè contemplantatur doctor Theodidactus Bernard. Apocalypsi. thronum, & dixit de throno, scilicet de Maria procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. *Leuauit oculus in caelum Cy-rillus, Alexandrinus, & dum conspicit in infernum*

Syrus.

Bernard.

Cytil.

num descendente Diabolum, Mariam sanctissimam conterentem felici planta, caput illius originale piaculum, ululantes demones, tripudiantes Angelos, primos parentes latissimos a seruitute miserima in libertatem Christianam assertos, & ipse tripudians clamat ad thronum, ad Virginem iam non filiam, sed mysticam Matrem Adami: *Aue Virgo per quam demones fugantur, per quam tator Diabolus de calo decidit, per quam prolapsam plasma in calum denuo subuehitur.* Nonne hoc spectaculum Deo gloriosius, quam fathanas conculcans Mariam Deiparam ducens captiuam? Quis neget ille solus qui imperium, & tyrannidem demonis vsque ad Deum ipsum contendat extendere; irrogaturne tanto iniuria assertori. Nonne in mirabili Mariæ, conceptione purissima lucent clarissime sapientia, bonitas & omnipotentia diuina attributa, quæ in impuro conceptu nullo modo conspiciuntur lucere, sed obtenebrata conticescunt, ac si in filio sapientissimo, optimo, & potentissimo nulla inuenirentur ratione Notabat Richard de S. Laurent. lib. 1. de laudibus Virginis c. 3. fol. 8. ad illud: *Aue Maria gratia plena, stellam ducentem Magos ad praesepe non in firmamento, sed sub firmamento apparuisse (quasi inclinata stellarum natura in inferiori spatio aeris decurrebat) annuncians sicut in celo Matrem, sic in terra esse Matrem, qua Deum hominem substantialiter generaret, & hac scribit: B. Virgo, qua verum peperit solem lucet cum filio, & quanto maiori dignitate rutilat filius, tanto maiori dignitate splendet, & Mater, qua licet longe sit minor filio, sicut stella minor sole, hoc tamen gaudet privilegio, quod omnis anima comparata Deo suam reprimat claritatem, sed quia honor filij honor est Matris, id est excellentia filij, lucet excellentia Matris qua tantum filium meruit generare, quod significatur, quod stella illa Magorum lucebat de die. Bellè & dilucidè ad gloriam redemptoris in conceptione Mariana asserenda. Consonat Amedeus, qui hom. 1. de laudibus Virginis. Ecce dum benedictam inter mulieres prædicare cupimus fructum benedictum attollimus, & dum quærimus laudare speciem arboris, fructus nimia dulcedine detinemur, &c.*

SECTIO XXI.

Testimonium Flauij Dextri in puncto Conceptionis vindicatur ab ingrata recentiorum calumnia.

749.

Magna nostræ Hispaniæ Gloria, quod à prædicatione Iacobi Apostoli solènter celebratur in ea festum Immaculati conceptus sacra Deiparæ, sed sunt homines Hispani, qui inani ostentatæ eruditionis studio hanc gloriam obscurant, & sacros Doctores, qui purissimam Conceptionem defendunt violentis, & extortis explicationibus nobis velint præripere, & in hanc rem illa scribant, quæ non solum Hispanis, sed etiam exteris sint futura ingratiissima, iam hæc scripseram, & dum ad ea quæ sequuntur auctores lustro, & Marianam Conceptionem inquiri, incido in commentarium ad Flauium Dextrum quem operabatur frater Franciscus Viuarius Mantuæ, Carpentanus

Richard.

Viuarius.

Monachus Cisterciensis, & in Romana curia sui ordinis procurator generalis, qui cum pagin. 3. 59. peruenisset ad illud Flauij Lucij Dextri fragmentum: A Iacobi prædicatione celebratur in Hispania festum Immaculatae, & illibatae Virginis Dei genitricis Mariæ num. 9. affirmat hoc testimonium tam ingens scandalum quibusdam generasse vt non solum falsum, & commentitium adstruxerint, verum etiam toti Dextri omnimodæ Historiæ eandem notam adscripserint, quasi ob hoc solum suppositum sit vt immaculatae Conceptionis mysterium commendaretur Dextri grauissimi auctoris testimonio. Et addit, quod huius auctores censuræ dicerent, & suaderent facilius hanc clausulam additam, & assumptam ab aliquo immaculatae Conceptionis defensore libro, qui per mille, & ducentos annos facile potuit vitari, quam totum librum fictum esse, & ob id præcipuè inuentum. Benè, sed immaculata Conceptio non indiget nostro mendacio, quæ tantam habet pro se interpositam nubem testium, & ego scandalum, & notam nihili penderem, cum sciam Vandelum, Caietanum, & alios auctores contrariæ sententiæ molestè ferre, quod in antiquorum libris scribatur immaculata Conceptio, quid si in Flauio Dextro viro nobilissimo, & antiquissimo, & S. Hieronymo amico legerent à prædicatione Iacobi Apostoli in Hispania festum Conceptionis celebrari?

Verum Cisterciensis Viuarius conatur testimonium Dextri eleuare, & illud è manibus nostris præripere, affirmans non de Conceptione passiuâ intelligendum ipsius Virginis sanctissimæ, qua concepta fuit in visceribus Annæ, sed de actiua Conceptione, qua Christum Dominum de Spiritu sancto concepit, atque adeo festum hoc celebrari in Hispania ad honorem incarnationis Dominicæ, vel annunciationis Angelicæ ad sacram Deiparam; ex quo deducit testimonium Flauij neutri parti fauere, neutri inferre præiudicium motiua robusta. Primum, quis nesciat Dominicam Natiuitatem, Passionem, Resurrectionem, & Incarnationem pariter à sanctis Apostolis celebrari edoctas, & celebratas in toto orbe. Ergo & Iacobus in Hispania cum diuinæ prædicationi insistebat id fecisse credendus. Secundum, quod nomen Conceptionis sapius significet actiuum conceptum, & non solum passiuum; sic Genesis 3. *Multiplicabo conceptus tuos.* Vel vt habet alia translatio, *Conceptiones tuas:* & addit veteres ad significandam Virginis Conceptionem, & illius festum non vsos verbo Conceptionis Mariæ, sed Conceptionis Annæ, vt constat ex Menologio Græcorum die 9. Decembris: Conceptio munda beatæ Annæ Dei, & Domini nostri Auiæ, pro eo quod nos dicimus Conceptio Dei genitricis, qua etiam phrasi vtuntur Syri, qui in Calendario habent, Conceptio Annæ iustæ in Domina nostra genitrice die 9. Decembris. Tertium motiuum, quia sancti tres Conceptionem Virginis appellant eam, qua Maria sanctissima Deum ipsum concepit. Bernardus sermone 4. in Vigilia Natiuitatis Domini: *Attende, & conceptum inuenies sine semine, quid gloriosus, quam sancta,*

Flauius Hieron.

750.

Genes.

Græci.

Bernard.

Cyprian.

*Ha, & sincera conceptio, in qua nihil pudoris est, nihil sordis, nihil corruptionis.* Cyprianus de Cardinalibus Christi operibus, sermone de Natiuitate: *o Virgo iusta, & omni iustitia plenissima, cuius Conceptio singularis. Nimirum quia sine viri semine perfecta fuit.* Vnde subdit: *Spiritu sancto obumbrante incendium originale extinctum est (id est libidinosus pruritus) ideoque innoxiam affigi non decuit, &c.* Addit rursus Viuarius Bernardum, & affirmat hunc solum sensum efficere verba quæ in sancti Isidori Breuiario reperiuntur: *Domine Iesu Christe, qui sic Virginem Matrem honorificasti quousque Conceptionis eius gratia, eam coram te suffragatricem, incomparabilem inuenimus.* Quartum. Quod Apostolus Iacobus addiditissimus fuerit Incarnationis mysterio, vt qui in Symbolum fidei illa verba contulerit: *Et conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine.* Vnde primum Cæsar-Augustanum templum illi consecrauit, vt egregie cecinit Marcus Maximus in hymno quem de ipsius templi erectione edidit, vbi inquit.

Viuarius.

Marcus.

*Ostendit illi se hilarem (Deipara Iacobo) Suoque natalitio Conceptionis aurea Templo manent encenia Conceptionis hinc diem Iacobus Hispanos docet Et prædicat, seu ceteri Ab omni labe liberam.*

Quod verò de Conceptione actiua maximus loquatur (inquit Viuarius) satis conuincitur ex eo, quod asserit eam Conceptionem à Iacobo immunem à peccatis prædicari, quam ceteri Apostoli liberam ab omni peccato prædicarunt, & hanc nullus videt esse actiuam Virginis Conceptionem. Addunt alij, qui Dextrum nunquam viderunt se credere nolle versus hos inelegantes, & impolitos esse Maximi, quem elegantem fuisse illis temporibus poetam docet Ierid Isidorus cum duabus columnis antea dixissent afferentes carmina Maximi illa esse luculentum, & elegantem hymnum, quem egregium etiam Viuarius appellat. Addunt Hispanos Incarnationis mysterio deuotissimos duplici festo ex Concilio X. Toletano celebrare non vno contentos propter imbibitam deuotionem à Iacobo. Neque volunt illa verba Pauli Orosij: quæ asserunt Mauricius de Villa probata in corona Mariana serm. 16. & Bernardinus Basti, serm. 8. de Conceptione part. 3. *Coram Deo noui, & in veritate comperi, quod nulla mulier in partu periclitatur, super quam deuotè Maria gratia imploratur, & dies Conceptionis eius celebratur.* Quando nimirum sine dolore peperit; quia sine pudore concepit. Hæc enim erat Mariæ gratia puerperis periclitantibus congrua ab ea querere auxilium, quæ accepit in Conceptione filij gratiam, vt esset sine grauamine grauida, & sine dolore puerpera, vt alicubi dixit Bernardus. Hæc sunt motiua Cisterciensis, qui vidit Flauium Dextrum, quæ etiam proponit non nemo, qui illum non legit, sed relatione aliorum accepit, vt si fortè lucem Dexter acciperet Orièti, tam manifesto testimonio in Virginis obsequium pateret intentum, aut illius

Mauricius Bernardinus.

751.

752.

Hieron.

753.

obscuraret vicem, sed obscurabunt nunquam. Primum debile est, concedimus enim Viuario docuisse Apostolos dum Euangelium prædicarent celebrandas esse Domini Incarnationem, Natiuitatem, Passionem, Resurrectionem, & hoc etiam Hispanos à Iacobo edoctos, negamus tamen illud festum de quo Dexter non esse Conceptionis passiuæ Virginis illibatae, & immaculatae. Quæ enim hæc consequutio? Apostoli, & Iacobus docuerunt Ecclesiam celebrare festum Incarnationis, Natiuitatis Domini, & cetera: ergo festum illud de quo Flauius non est festum Immaculatae Conceptionis passiuæ sacra Deiparæ. Potius enim contrarium videtur mihi inferendum; Apostoli enim, qui tanta adhibita cura, tot Christi mysteriis festa instituerunt, aliquod Virgini Matri instituere etiam debuerit, & Iacobus præcipuè, qui à Virgine purissima ingens beneficium accepit. Vnde illius monitu templum columnæ illi dedicauit, seu Deo optimo Maximo, quod scio consecratum Virginis memoriam, non autem Incarnationi Dominicæ; quamuis credam hæc duo separari non posse, ac cum essem Cæsar-Augustæ integra quadragesima, nunquam audiui templum columnæ, seu Piliarij, vt vocant Incarnationi Verbi esse dicarum, sed solum beatissimæ Virginis.

Secundum probat Verbum Conceptio aliquando significare conceptu actiuum, sed vnde probatur efficacia vlla apud Flauium Dextrum, Marcum Maximum, & Halecam significare Christi Domini Incarnationem, & non passiuam Virginis Conceptionem. Certè si quis prudentissimus recensere vellet, vt recensebunt multi ab anno millesimo sexcentesimo decimo quinto Conceptionis festum celebrari in Hispania plausu, & deuotione incredibili, & piissimam opinionem vires accepisse nunquam fatigandas ita scriberet. Ab anno 1615. magno plausu, & deuotione ardentissima celebratur in Hispania festum immaculatae, & illibatae Conceptionis Dei genitricis Mariæ, & verbis clarioribus explicari non posset, nisi fortè timens intelligeret nonnullus festum Incarnationis Dominicæ adderet Conceptionis passiuæ. His adde; quod dignum attentione, nunquam temporibus Apostolorum controuersum fuisse cum hæreticis Conceptionem Christi Domini fuisse immaculatam, negarunt aliqui hæretici Christum esse Deum, alij esse hominem, nonnulli asseruisse dicuntur illum animam non habuisse, alij non habuisse veram carnem, sed diuinam, aut caelestem, aut sydeream, vt constat ex vestigationis primæ disp. 1. Nullus verò Hæreticorum asseruit illius Conceptionem fuisse maculatam temporibus Apostolorum, & qui negarunt beatissimam Virginem perpetuò illibaram mansisse, non sunt loquuti de illius puritate, dum Christum concepit, sed de illius Virginitate post partum, vt videre est apud D. Hieronymum contra Iouinianum, neque vnquam legi apud Augustinum, Epiphanium, Irenæum, Philastrium, aut recentes Hæreseologos, hæresim illis temporibus fuisse, quæ Christi Domini Conceptionem negarent fuisse immaculatam, & illibatam.

Præterea vt quid Apostoli Iacobus, & alij inculcarent

inculcarent Conceptionem Domini esse immaculatam, cum ex articulo illo de Incarnatione opera Spiritus sancti ex Maria Virgine dupliciter immaculatus Dei conceptus supposita fide euidentissimè inferatur. Rursus Iacobus Apostolus, & Flavius clarius explicare debuissent quàm Conceptionem celebraret Hispaniæ Ecclesia, & celebrandam vellet Apostolus, & clarissimum erat nomen Incarnationis, & Annunciationis Dominicæ, nullamque parti ebat æquiuocationem. Quod verò additur de Calendario Syrorum, & Menologio Græcorum, non viget. Primum, quia nullus Catholicus existimare potuit Conceptionem, passiuam Annæ celebrari, quam ex fide sciebat non esse sanctam. Secundò, quia Syrorum Calendarium æquiuocationem abstulit, & addit Conceptio Annæ iustæ in Domina nostra Dei genitrice, vt ostenderet non celebrari Conceptionem passiuam, sed actiuam Annæ, & passiuam immaculatissimæ Virginis eius filix sanctissimæ. His adde Templum maximum Cæsaraugustanum Conceptioni passiuæ Virginis esse sacratum ab antiquissimis temporibus vt testatur Franciscus de Torres, orat. Hisp. ad Virginem sanctissimam in lib. consolationis deuotorum Conceptionis, & alibi.

754. Tertium nihilo est robustius, loquutiones sanctorum admittimus, tum illas, tum alias quas auctor alius adducit, & concedimus Christi Domini Conceptionem illorum verbis significari, sed restat probandum testimonio Dextri, & Maximi, aut Helece vocem Conceptionis sumi actiuè non passiuè; verba enim Dextri per se sumpta Conceptionem sonant passiuam, & ita intellexerunt omnes, qui illa viderunt, significare verò actiuam nullus vidit ante Mantuani, & illius qui ei præluxit sine necessitate vlla explanationem. Ex quibus constat ad quartum motiuum, quod minoris est momenti. Non enim sequitur: Iacobus Apostolus fuit Incarnationi addictissimus, ergo non iussit celebrare festum Conceptionis beatæ Mariæ; clarior esset, & efficacior consequutio, ergo celebravit festum Incarnationis, ex hoc verò non sequitur negatio festi immaculatæ Conceptionis Sacra Deiparæ. Et mirabile est Marcum Maximum eisdem terminis vsu, quibus vtitur Lucius Dexter, & æquiuocationem non sustulisse, aut posuisse festum Incarnationis, aut Annuntiationis diem pro die Conceptionis non formationis, seu Conceptionis Virginis purissimæ. Antistitem verò de actiuâ loquutum Conceptione ego non video.

755. Nec me vocet explicatio Pauli Orosij loco proposita nec motiuum, quo fundantur contrarij, si enim vera esset eorum imaginatio, mulieres grauidæ implorare deberent Mariam sanctissimam, sine doloribus parientem Christum Dominum non illum concipientem, & vt se doloribus, & angustiis partus eriperet festum Natiuitatis deberent celebrare. Quis enim non videat maiorem connexionem habere cum earum periculis partum Virginis diuæ, quæ fuit sine doloribus, & ærumnis foemineis, quàm Christi Domini Conceptionem etiam purissimam, precantur; ergo foemina, vt à periculis partus maneat, & sint immunes

D. Mariam, quam sciunt in partu nullum periculum, nullum dolorem subisse, nec missæ quas faciunt celebrare de incarnatione sunt, sed de expectatione partus. Quod festum Hispaniæ propriissimum.

756. Explicatio etiam testimonij Cypriani violenta est. Non negamus sacrum Antistitem voluisse Virgineum partum fuisse sine doloribus, & Christi Conceptionem fuisse sine libidinoso pruritu. Sed concedet cordatus, & prudens nunquam nomine incendij originali extincti in partu Virginis intelligi libidinosum pruritu; quis enim in vilium etiam mulierum partu libidinosus pruritus, vbi omnia anxietates, labor, dolor, ærumna, & vbi etiam perditissimæ foeminae pruritu Conceptionis, aut actiuæ generationis detestantur? Adde infirmari discursum Cypriani, imò & reddi ex hac explicatione ridiculum, & indignum viro grauissimo, tametsi Cyprianus non esset; si enim nomine originalis incendij intelligatur quod aduersarij intendunt, & in hac consideratione dicatur Virgo sanctissima innoxia ab afflictionibus, & doloribus, sensus esset in partu nullas afflictiones, nullos dolores Virginem fuisse perpessam, quia nullas afflictiones, nullos passa est dolores, quod vt clarius fiat, integrum, & non mancum testimonium Martyris propono: *Nihil in hac re perijt vltio, nec præcedens delictatio aliquam poenarum expetijt vsuram Spiritu sancto obumbrante ( in generatione etiam Christi ) originale incendium extinctum est. Ideoque innoxiam affligi non decuit, nec sustinebat iniuria, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniurijs, quoniam pluribus à ceteris differens, natura communicabat non culpa. Quæ vltima verba prætermisit Cisterciensis; quia vidit suam destruere explicationem, ac si diceret Cyprianus Mariam non afflictam partus ærumnis; quia tamen esset mulier non contraxit originale peccatum quod esset radix, & principium illarum afflictionum, & dolorum; si enim nomine culpæ non originale peccatum formaliter, & radicaliter intellexisset, sed solum effectus, & poenas, hic esset illius discursus. Communibus non est lassata iniurijs, & doloribus partus non est afflicta; quia licet communicaret natura cum foeminis non communicabat communibus iniurijs, & doloribus, qui discursus ridiculus est, efficax verò; & fidelis hic. Maria sine communibus peperit iniurijs; quia non habuit originale peccatum, quod est principium, & radix afflictionum, iniuriarum, & dolorum in partu. Conster ergo Cyprianum, non solum dolores partus, sed etiam Mariæ sanctissimæ negare originale peccatum, & ex huius negatione negare partus dolores.*

757. Dicitis accedat ad veram, & legitimam Dextri intelligentiam, discipulos beati Iacobi Apostoli summa diligentia curasse Conceptionem beatissimæ Virginis purissimam promulgare, illamque prædicare, & scribere plumbeis laminis imitatos dubio procul suum Magistrum, vt constat ex locis, quæ libris Granatensibus attulimus. Quorum dubia fides vsque ad declarationem, & iudicium sedis Apostolicæ; in illis enim non semel asseritur Conceptionem

nem passiuam fuisse Virginis purissimam, vt in superioribus è multorum sententia monstrauimus. Sed Viuarius etiam testimonium intendit eripere, & splendorem hunc Hispaniæ obnubilare affirmans Ethesiphonem, nihil minus in libris illis quam conceptionem Deiparæ cogitasse, solumque voluisse asserere Mariam sanctissimam perpetuo Virginem fuisse, & quia testimonium illud libri qui appellatur fundamentum Ecclesiæ irrefragabile est, scilicet: *illa Virgo, illa Maria, illa sancta præseruata fuit à peccato originali in primo instanti sua conceptionis, & libera ab omni culpa. Et qui ita non senserit, non consequetur salutem æternam: Afferit se non credere ad verbum translata esse: sed felicitus adhuc, & facilius transferri posse, nam verba illa ( præseruata à peccato originali in primo instanti sua conceptionis ) sunt recentissimi styli Theologorum huius aui, & potius reddendum esset. Liberatam fuisse à malo prima originis in momento conceptionis, vel quid simile. Et statim ait: Sensum esse facilem, & necessarium sub interminatione vita, aut mortis æternæ amplectendum esse, & profutendum ab omnibus Virginem Mariam in primo ipso sua conceptionis momento, quando nimirum Dei Verbum Virgo manens concepit præseruatam fuisse ab originali peccato, hoc est, à poenis prime mulieris, & ceteris in ea propter culpam originalem inflictis sub illis verbis. Multiplicabo ærumnas tuas in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, Gen. 3. Nemo enim, inquit, potest negare poenam in sacra Scriptura sæpè sumi pro ipso peccato, & addit hunc esse legitimum sensum verborum illorum ostendi satis, imò & necessarium ex anathemate subiuncto, quis enim dicat homines sentientes contra id quod Apostoli docuerunt saluari? Aut ipsos in Canonibus edendis errare potuisse? Et tamen multi hætenus salui facti sunt sine fide mysterij conceptionis passiuæ. Insuper vt quid Apostoli Canonem ederent, de re neque necessaria, neque inter hæreticos sui temporis controversa, quam vt non necessariam prætermisit Paulus. Diffinierunt ergo Apostoli aliquid ad salutem necessarium, scilicet conceptionem Christi fuisse illibatam, & non aliud; contrarium enim asserere est iniuriam libris sanctis inferre, & illos Apocryphos, & nullius reddere pretij; cum tamen in id vires omnes intendere oporteret ( vt doctrinam dumtaxat Apostolis dignam in eis inuenire liceret ) qualis est illa conceptus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine natus.*

758. Addit verò vterius Ethesiphonem non aliud voluisse, cum alibi asseruit: *Maria non tetigit primum peccatum: quam Virginem sanctissimam non subiacuisse ærumnis conceptus, & doloribus partus, aliisque poenis inflictis ceteris mulieribus propter originale peccatum, ad quod probandum supponit ab Ethesiphone, id solum assumptum ad probandum, scilicet perpetuam virginitatem Mariæ, non verò illius præseruationem à peccato originali.* Prosequutus enim in libro fundamentum Ecclesiæ mysteria fidei, cum iam de creatione, & casu Angelorum, ac de formatione primorum generis humani parentum, deque peccato eorundem, quod in vniuersos homines propagatum est; exactissimè egisset,

tandem ad redemptionem humanam accessit, & in vers. 24. inquit: *Missus fuit Iesus in Mariam de domo David sine viro, & fuit Virgo post partum, & ante ipsum. Quod vt explicaret subdit v. 26. Ad perfectionem creatura ( alias Creatoris ) creatus est Iesus in Matre sine Patre, quapropter prima culpa non apprehendit Mariam. Vbi ad propositum non erat, quod præseruata fuisset, siue non à peccato originali, neque immediate inferebatur; sed remotissimè, & quod maioris ponderis est non de fide, cum tamen illi propositum de solis fidei articulis agere: Et cum Viuarius sibi obieciisset clarè loquutum fundamentum Ecclesiæ de primo peccato, & culpa originali; respondet sermonem esse de poenis inflictis, & asserit non semel in illo libro Ethesiphonem de illis esse loquutum, ac prout cum asseruit Mariam non tetigisse primum peccatum, non de culpa, sed de doloribus, & ærumnis esse intelligendum.*

759. Multa sunt quæ in decursu Viuarij prudentes viros offendere possunt, sed illud mihi molestissimum, quod liberè asserat in lib. Granatensibus non contineri Virginis conceptionem purissimam, sed solum illam doctrinam, quæ Apostolis digna sit, quasi indignum esset Apostolorum auctoritate, & grauitate conceptionem Virgineam adstruere, & illam affirmare, & docere immunem fuisse à peccato originali, quæ consequutio, & assertio blasphemica est, & contra antiqua, & noua Pontificum decreta, & contra Tridentini Concilij declarationem in fauorem Virginis purissimæ, si enim indignum fuit Apostolis doctrinam affirmantem conceptionem purissimam, tradere indignum est auctoritate Ecclesiæ illius festum celebrare. Indignum etiam Tridentino Concilio, tam seriò illam declarationem proposuisse, quæ omnia ex iudicio Viuarij inferuntur clarè, & magnam redolent meretricem, illumque sine dubio Censuris Pontificalibus includunt, & ideo tract. ille omninò iussu sanctæ Inquisitionis necessario esset expugnandus, vt qui post Bullas Pauli V. & Gregorij XV. fuerit scriptus. Mirabile enim est, quod auctor hic ausus sit affirmare quod ex conceptionis purissimæ doctrina, & assertionem lib. Granat. Apocryphos, & nullius pretij reicere cogamur, ac si veritas falsitate contineret ingentè, & quæ cum doctrina Apostolorum stare non posset. Vidi hisce diebus in quæ miserè deducantur absurda, qui aliquo modo non elucidant sacram Deiparam.

760. Secundò, displicet vehementer quod vulgatum translationem Ethesiphonis reiciat, & asserat ad verbum illud testimonium non esse traductum, & faciliori, & faciliori modo transferendum, vt ipse transfert, qui vt opinor nec sciebat Arabicè, nec scientes consuluit, cum tamen consulissent illos magnis stipendijs conductos illustrissimos Archiepiscopus Hispanensis, & illius Ecclesiæ. Motiuum illius, quia sunt recentissimi styli Theologorum illa verba, quasi integrum non sit transferentibus libros in eorum translatione seruata veritate sententiæ, verbis, & terminis vti, qui in proprio, aut magis vtitato Idiomate communiter circumferuntur, vt facilius, & dilucidius intelligi possit veritas illius rei, quæ tractatur ad communiore, & significantiores

terminos reducta. Deinde si sensus illorum verborum esset Virginem in conceptione filij liberatam fuisse à pœnis peccati originalis, necessario Ethesiphon explicare debuisset, quæ & quales essent illæ pœnæ, & afflictiones ortæ ex primo peccato, & cum vellet probare, (vt auctor hic affirmat) Virginem sanctissimam more aliorum fœminatam, nec concepisse, nec peperisse, fœlicius, & clarius hanc traderet veritatem si dixisset, nec ærumnas, neque molestias, nec dolores passam fuisse, quæ aliæ mulieres ante partum, in partu, & post partum patiuntur semper; hoc enim modo excellentissimum Virginis priuilegium intelligeretur clarius; aliàs enim statim rogarent noui Christiani quid esset illud primum peccatum, & quos habuisset effectus, vt intelligerent in quo consisteret Mariana excellentia, quæ illis admiranda proponebatur. Sumi verò aliquando pœnam pro culpa verissimum est, sed non ad rem, proponbat Ethesiphon mysteria fidei, & Catholica dogmata, quæ tamen æquiocis verbis non sunt proponenda, nec à Conciliis proponuntur vnquam, sed terminis vniocis, & propriissimis, & qui in alium sensum facile possint explicari; hoc enim modo nihil certo diffineretur, nec constaret euidenter quæ esset mens, & sententia Concilij primi, præcipuè in quo Congregati Patres, fuerunt Apostoli Domini, qui etiam in modo diffiniendi, & loquendi Ecclesiæ, & Conciliis futuris debuerunt formam præbere, ne res ad salutem necessaria, qualis est immunitas partus Virginei subobscurè proponeretur fidelibus. Obscurè enim, & ænigmaticè proposita occasione præberet controuertendi, an omnes effectus peccati originalis, an aliqui solum, & quinam ex illis fugerent & conceptionem, & partum, & post partum sacræ Deiparæ, & vnusquisque in suo sensu abundaret donec explicite proponeretur Mariana in conceptione & partu excellentia.

761.

Deinde Apostolos non proposuisse mysterium Conceptionis credendum sub interminatione mortis, aut vitæ æternæ, quia plures salui facti sunt, qui illius puritatem non crediderunt, nullam vim habet, quia vt superseadam nunc ab auctoritate Granatensium librorum, & à disputatione illa an hoc diffinierint Apostoli (quod diffiniendum, & declarandum relinquo Apostolicæ sedi iuxta decretum Domini Nostri Urbani VIII. nunc regnantis) contingere potest mysterium aliquod fidei, aliquando esse sufficienter propositum, ita vt sub mortali obliget fides illius, aliquando verò labentibus sæculis non ita sufficienter proponi, & tunc obligare. Certitudo enim fidei oritur ex diuina auctoritate proposita in sacra Scriptura, vel per traditionem deriuata, vt latè tractauimus in materia de fide ad 22. S. Thomæ, & aliquando constare potest de propositione Ecclesiæ, aliquando verò non constare sufficienter, vt nunc non constat, nec Pontificibus Sixto IV. & Pio V. constitit de declaratione Apostolorum circa hoc mysterium, & ideo mirum non est saluos multos fuisse, qui puritatem in conceptione Mariæ sanctissimæ non solum non crediderunt, sed negauerunt etiam. Tunc enim, & nunc non habuit hæc

veritas sufficientem propositionem, quæ sufficiat vt obliget ad credendum illam, vt rem fidei. Et quidem vt optimè Granado disp. 3. de conceptione cap. 9. n. 9. dum similem solueret obiectionem, nemo dubitare potest Apostolos diuina fide credidisse paruulis in baptismo infundi gratiam, & virtutes, idque in exordia nascentis Ecclesiæ primos discipulos docuisse, & nihilominus de hac veritate decertatum est in Ecclesia, ita vt Innocentius Papa in cap. Maiores de Baptismo, & Clem. V. in Concilio Viennensi, solum eam statuerint tanquam probabiliorem, quæ tamen iam vt certa secundum fidem à Tridentino diffinita, & proposita fuerit, vt credatur fide diuina. Similiter etiam certissimum est Apostolos diuina fide credidisse in Christo Domino duas esse voluntates, vnam diuinam, alteram humanam, & operationes diuinam, & humanam ab illis procedentes, & hoc etiam prædicasse, & docuisse fideles sub interminatione anathematis, & tamen hæc res controuersa fuit in Ecclesia, & contra Monothelitas id negantes diffinita in 6. Synodo generali coacta Constantinopoli ad hunc finem auctoritate Agathonis Papæ, cuius Epistola legitur in actione 4. illius Concilij, & diffinita etiam fuit in Concilio Lateranensi sub Martino I. consultatione 5. per sex Canones, atque adeo rursus ad credendam fide diuinam sufficienter proposita, quod in aliis etiam dogmatibus fidei posset explicari. Quis igitur negare poterit immunitatem conceptionis potuisse esse creditam à primis fidelibus diuina fide, & decursu temporis non fuisse sufficienter propositam, nec Ecclesiam obligare fideles, vt eadem fide illam crederent, vt nunc non obligat, licet merito speremus in Domino citissimè obligatam.

Granado.

Innocent.

Synodus.

Lateran.

Vt etiam fallitur vehementer Viuarium dum existimat solum sibi proposuisse Ethesiphonem probandum Virginem sanctissimam non subiacuisse ærumnis, & doloribus partus: Primum, quia ad hoc probandum (vt tetigimus) terminis ambiguus non vteretur. Secundò, quia ipse dogmata fidei proponebat, non probabat, vt in Symbolo proponuntur, non tamen probantur. Tertiò, quia cum iam proposuisset Ethesiphon peccatum Adami, & illius vniuersalem deriuationem in posteros omnes, extra rem non erat declarare illud peccatum Virginem Diuam nullo modo tetigisse. Præterquam quod si semel, & iterum explicuit, & proposuit Virginem non passam cæteratum mulierum ærumnas in conceptione, & partu Saluatoris: quæ inconsequentia aut Parergon esset explicare, neque habuisse propriè originale peccatum, quod fuit radix afflictionum & dolorum: vt quid enim toties proponeret hanc conceptionis, & partus excellentiam, & negationis radicis, & causæ non meminisset, cum Catholicam veritatem hac ratione persuadere potuisset, si semel assereret Virginem illæsam concepisse, & peperisse sine doloribus, quia præseruata fuit à peccato originali, quod semen fuit dolorum, & infirmitatum omnium.

762.

Tertiò offendit in Circelsiensis quod Ethesiphontem inducat (si illius intentum solum probare virginitatem Marianam) sine efficacia

763.

vlla

vlla hanc veritatem probantem, & hoc Catholicum dogma, argumento quod solum apud Catholicos vim haberet, nullam verò apud Gentiles; sic enim argumentaretur, Creatus est Iesus in Matre sine Patre, ergo prima culpa, & dolores illius non comprehenderunt Mariam. Facile enim Gentilis negaret antecedens; de hoc enim maior est difficultas, quam de veritate consequentis; quod tamen intendebat Ethesiphon probare. Iniuria ergo irrogatur Apostolico viro dum asseritur illum deducere ex vno articulo fidei, alterum fidei articulum, quod facillimo negotio negaret Gentilis, & conuinci de illo non posset nisi auctoritate diuina, quam ille non recipiebat, aut posset non recipere, prius ergo credere debuisset primam veritatem de conceptione sine Patre, vt crederet secundam. Adde etiam prima credita posse negare secundam. Non enim rectè inferitur, hæc conceptio fuit sine Patre. Ergo concepti filij partus fuit Virginitate illæsa, & sine doloribus Matris; si enim quæ Dei est absoluta potentia Virgo infecta peccato originali miraculosè conciperet sine viro, non inferendum statim Virginem peperisse illæsa virginitate, & sine doloribus. Primum enim miraculum non inferbat secundum. Partus enim ex natura rei petit ruptionem viscerum, & claustri Virginalis, & in hac ruptione dolores sunt naturales, & non solum procedunt ex prima maledictione, in pura enim natura fœminæ parent cum dolore, & afflictionibus maximis; de quo videndus Franciscus Suarez lib. 5. de opere sex dierum.

Suarez.

764.

Deinde ex eo quod Virgo beatissima filium generaret sine Patre ad summum colligi potuisset concipere Virginem, sed non efficaciter colligeretur in partu, & post partum Virginem permanisse, quod iuxta auctorem hunc erat Ethesiphonis assumptum. Melius id probaretur si proponeretur semel, & crederetur generationem, & partum illum esse Iesu, id est, Dei & hominis Saluatoris; si semel enim credatur genitus Deus, & non purus homo, idque factum virtute Spiritus sancti non est creditu difficile Matrem, & Virginem fuisse in conceptu, & in partu, & perpetuò Virginem permanisse: non permittente Deo, vt viscera, quæ illum genuerunt labes, & sordes ex humano paterentur congressu.

765.

Fallitur etiam auctor prædictus, dum asserit immunitatem Mariæ sanctissimæ remotissimè contineri in illo antecedenti (vt ipse suspicatur) argumentationis Ethesiphonis. Ad perfectionem creationis Creatus est Iesus in Matre sine Patre, quapropter prima culpa non apprehendit Mariam. Si enim antecedens explicetur, & intelligatur est immediata consequutio, sic enim procedit Apostolorum discipulus, præcipuè si Arabicum (Hinda delinque) sit illatiua particula, vt noster explicator affirmat. Iesus, id est, Deus homo Creatus est sine Patre in Maria, ergo prima culpa originalis sumpta, vt peccatum propriè significat non apprehendit, nec tetigit Mariam, quæ consequutio est immediatissima, & eadem omninò cum illa qua Patres, & Doctores omnes vtuntur ad probandam Virginis immaculatam

conceptionem, Maria sanctissima fuit vera Dei Mater: ergo non habuit peccatum, quam vt existimo non assereret Viuarium esse consequutionem remotissimam contra immunitatem, & Patrum, & Scholasticorum, imò ferè totius Ecclesiæ iudicium, quod in illo antecedenti fundatur existimantibus iam omnibus in cellissima dignitate Deiparæ sacræ contineri illius immunitatem ab omni peccato.

766.

Vidimus iam ingrati, & sine fructu laborasse Viuarium, & illum etiam, qui contra suam familiam illi præluxit. Videamus nunc Dextrum nomine conceptionis immaculatæ Virginis conceptum spassuum intellexisse, ad cuius intelligentiam præmittendum est Dextrum, & Marcum Maximum Episcopum Cæsaraugustanum de eadem conceptione indiuidua esse loquutos in testimoniis quæ adduximus, & de eadem esse intelligendos. Deinde serio est aduertendum Marcum Maximum floruisse ad imperium Heraclij Imperatoris ad annum sexcentessimum decimum tertium, vt clarè asserit Trithemius de Viris illustribus, & alij non pauci, Historiamque suam, & Chronicon composuisse Flauium Dextrum sequutum ab anno Christi Domini quadragésimo trigésimo primo, vsque ad sexcentessimum decimum secundum, paulò post mortem Flauij Gundemarij Regis Hispaniæ: Marcum Maximum continuauit Heleca Episcopus, etiam Cæsaraugustanus, & Dextri. & Maximi Chronicon produxit, cuius etiam dicuntur esse carmina illa quæ Marco Maximo tribuuntur, & festum purissimæ Conceptionis à prædicatione Iacobi in Hispania exprimentur celebrari.

767.

Tertiò, notandum est sæculo septingentesimo in quo floruerunt Maximus, & Heleca in Hispania notissimum esse festum Incarnationis Dominicæ, seu Annuntiationis Deiparæ Virginis, quod clarissimè colligitur ex Concilio decimo Toletano, quod habetur tomo 3. Conciliorum folio 204. & celebratum fuit in illo sæculo anno Domini sexcentesimo quinquagesimo octauo, capite enim primo, cuius titulus de celebritate Annuntiationis Dominicæ, hoc festum quod Patres appellant festum & festiuitatem Dominicæ Matris, asseritur non vno die in Hispania celebrari, & ordinari, decerniturque vno, & eodem die in Prouincia celebrandum, idque non semel, sed iterum etiam his verbis: *Si ergo natiuitatis, & mortis huius incarnati Verbi dies absque immutatione, ita certus habetur, vt absque diuersitate in tota Ecclesia celebretur, cur non festiuitas gloriosa matris eius eadem obseruantiã vno simul ubique die similique habeatur honore? Inuenitur enim in multis Hispania partibus huius sanctæ Virginis festum, non vno die per omnes annorum circulos agi, quo enim transiit huiusmodi diuersitas temporum, dum varietatem celebrantis habere probantur. Qua de re quoniam die qua inuenitur Angelus Virgini Verbi conceptum, & annunciasse verbis, & indidisse miraculis eadem festiuitas non potest celebrari condignè, quod interdum quadragesima, vel Paschale tempus videatur incumbere, in quibus de Sanctorum solemnitatibus, sicut ex*

antiquitate regulari cautum est, conuenit celebrari, cum etiam ipsam incarnationem Verbi non conueniat tunc celebritatibus prædicari, quando constat idipsam Verbum post mortem carnis gloria resurrectionis attolli, ideo speciali constitutione sancitur, vt ante octauum diem, quo natus est Dominus, genitricis quoque eius dies habeatur celeberrimus, & præclarus. Ex pari enim honore constat, vt sicut natiuitatem filij sequentium dierum insequitur dignitas, ita festiuitatem Matris tot dierum sequatur sacra solemnitas. Nam quid festum est Matris nisi incarnatio Verbi. Hactenus decimum Toletanum Concilium, quod affirmat festum Incarnationis in remotis Ecclesiis celebrari.

768. In qua Constitutione, & Decreto multa veniunt notatione ad rem nostram dignissima. Primum festum Incarnationis Dominicæ proprium sibi nomen vendicasse, & appellari generaliter in Hispania triplici nomine. Primum festiuitas Virginis. Secundum festum Annunciationis. Tertium festum Incarnationis Verbi Diuini. Nunquam verò Concilium illud appellare festum immaculatæ Conceptionis sacrae Deiparæ; si enim in Hispania festum Incarnationis in aliqua Diocesi, vel Regno tali insigniretur titulo, id expressisset Concilium, vt clarè intelligeretur, quam vellet vno, & eodem die, idque non semel, sed etiam iterum in Hispania celebrari. Secundum antiquissimum fuisse in Hispania, & remotissimis Ecclesiis celebrari festum Dei genitricis, sub nomine Incarnationis, aut Annunciationis Virginæ, quod exprimitur illis verbis: *Quo enim traduxit homines varietas temporum, quod significat non vno solum, sed pluribus sæculis Incarnationis diem hoc nomine fuisse celebratum.* Tertium præcipuum festum Mariæ apud Antiquos Hispanos fuisse festum Incarnationis Dominicæ, illudque apud Nostrates ferè celebrari non solum propter Incarnationis substantiam, sed etiam, & præcipuè in honorem sacrae Deiparæ, quia in illius visceribus facta est incarnatio, & quia illa die cœpit esse Mater Dei in exercitio, vt sic dicam quod primus & excellentissimus honor illius. Vnde alij fluxerunt. Ex quibus omnibus euidenter concluditur temporibus Marci Maximi, & Helece, & Decimi Toletani Concilij, imò & sæculis antecedentibus nomine festi immaculati, & illibati conceptus Dei genitricis Festum Incarnationis non intelligi, neque fuisse in Hispania intellectum, alias Concilium etiam assereret non solum in remotis Ecclesiis Festum Annunciationis, & Incarnationis celebrari; sed proferret etiam in medium maiorem obligationem celebrandi in Hispania hoc festum, quia non recenter, sed à prædicatione Iacobi fuisset celebratum, & hanc fuisse Hispaniarum Prouinciis deuotionem à principio nascentis Ecclesiæ.

769. His ergo necessario, & vtiliter prælibatis sic argumentor. In Hispaniarum Ecclesiis nunquam nomine festi Conceptionis immaculatæ, & illibatæ sacrae Virginis Mariæ intellectum fuit Festum Incarnationis Dominicæ, aut Annunciationis Angelicæ: ergo testimonia

Dextri Flauij, Marci Maximi, & Helece de illo non intelliguntur: ergo intelligenda sunt de passiuâ, & immaculatâ Conceptione Deiparæ sacrae. Hæc vltima consequentia est euidentis, nulla enim alia Conceptio pura fuit præter has duas; & prima est clarissima, à negatione enim nominis rectè infertur Festum illud de quo tractant vetustissimi auctores, non esse Festum Annunciationis, & rectè colligitur non esse illud, quod celebrandum proponit Synodus decima Toletana, cum enim Festum sub titulo Conceptionis esset ambiguum, vt volunt qui de Incarnatione illud explicare contendunt, & in vtramque partem possit explicari, vt illi volunt, non est credibile Marcum Maximum, & Helecam æquiuocè fuisse loquutos, præcipuè cum illorum sæculo Festum Incarnationis tribus nominibus apud Hispanos significaretur. Vt quid enim in re grauissima nomine Conceptionis illibatæ, & immaculatæ vterentur ad significandum Festum Incarnationis, quod Hispanis id nomen non significabat, cum clariùs dicere potuissent, & sine vlla æquiuocatione Festum Incarnationis, aut Festum Annunciationis, aut festiuitas sacrae Deiparæ, quibus terminis vsus est Concilium Toletanum in eorum sæculo celebratum, qui quidem erant vulgarissimi, non solum apud Hispaniam, sed etiam apud exterarum nationes, vt clarè docent Patres illius Concilij. Cum igitur constet Dextrum Maximum, & Helecam de eodem festo loquutos; & hi duo (si duo sunt) Incarnationis Festum non potuerint intelligere, nec Festum Incarnationis voluit significare Dexter Paciani filius. Adde mirum omnino esse, quod solius Festi Incarnationis imeminerit Dexter, & non Natiuitatis, Passionis, & Resurrectionis Domini, quæ Apostolus Iacobus, sicut, & alij celebranda instituerunt solemniter. Signum igitur est de Conceptione passiuâ fuisse loquutos. Antecedens verò huius argumentationis est clarissimum, quia in nullo auctorum legitur Festum Conceptionis immaculatæ ad significandum festum Incarnationis. Si autem illo nomine significaretur, & non passiuâ Conceptio: forsitan saltem aliquando in aliquo saltem Calendario, Menologio, aut Martyrologio, vel semel fuisset in vsu. Velle autem illa verba Maximi, ab omni labore liberam significare Conceptionem sine semine, qualis fuit Christi Domini Conceptio. Quis non videat esse rem longissimè petitam, & quæ forsitan tunc in Maximi non cadebat intellectum. Relinquitur ergo factus, testisque honor Hispaniæ, & non solum Dexter, sed Orsius, Cyprianus, & libri Granatenfes vindicati sunt à falsa, & violenta explicatione, & calumnia. Atque hæc de sacra hac Thesi dixisse sufficiat.

Vide vestigationem tertiam.



DISPUTATIO XVII.

Quæ ratione immaculata Deipara præseruata fuerit ab originali peccato.

770. **P**robauimus pro modulo ingenioli nostri Beatissimam Virginem immunem ab originali peccato, restat videamus, quanam via, modo, & ratione ab illius contractione fuerit præseruata, quod breuiter in hac disputatione præstandum.

771. Dico primo, etiamsi corpus Beatissimæ Virginis vnico contextu subito, & in physico instanti, fuisset organizatum, non ideo virgo præseruaretur à peccato originali, & multò minus à proximo debito illam contrahendi maculam. Hæc assertio est catholica, & producitur contra Baptistam Pozam, lib. 3. Elucidarij tract. 5. cap. 3. & 4. qui ausus est affirmare ex subita organizatione corporis Deiparæ ortum habuisse immunitatem illius ab originali, & debito illius quam imaginationem ab illius libris expungendam decreuit supremum Inquisitionis Tribunal in nouo expurgatorio. Et merito quidem, dupliciter enim errauit Baptista; Primo quia existimauit corpus Virginis in instanti fuisse formatum, & subito organizatum, hæc enim excellentia ita est propria Christi Domini, vt instantanea corpulculi Christi organizatio existimetur, in mysterio Incarnationis miraculorum maximum, & quod maximis difficultatibus sit expositum, vt tanta, quod nonnulli catholici asseruerint formationem illam diuinam, & supernaturalem factam fuisse in instanti non physico, sed morali, vt suo loco ex Vuadingo retulimus. Illud vero quod excellentissimam, & singularissimam reddit apud Sanctos Patres generationem Verbi diuini, & peculiarissimum opus Spiritus sancti sine fundamento vilo, & sine vlla necessitate Virgini sanctissimæ non est concedendum, alias etiam posset Poza asseuerare corpus Virginis vnictum esse hypostaticè verbo aut Spiritui sancto, hoc enim in Virginis cederet gloriam, & nullum maius fundamentum est ad affirmandam formationem corporis illius in instanti, quam vnionem ad Verbum, aut ad Spiritum sanctum.

772. **P**oza. Secundo errauit Ioannes Baptista Poza affirmans ex subita organizatione oriri immunitatem à peccato originali, & debito illius, quæ enim connexio inter formationem continuam, & successiuam, & contractionem peccati originalis, aut quis nexus inter negationem huius successione, & carentiam peccati originalis, & necessitatis illius? Explicabit nullus. Contractio enim originalis peccati in hominibus iuxta sacram scripturam, Concilia Patres, & scholasticos omnes non à continua, & successiuâ formatione factus nascitur, sed à propagatione, & substantia Adami per generationem viri, & mulieris. Et si miraculosa, & supernaturalis conceptio ad negationem, & im-

muniam peccati originalis sufficeret, & inconfectus modus generationis, (vt Poza significare videtur) generatio Ioannis præcursoris fuisset sine peccato, quia generatio ex parentibus sterilibus non est consuetas, sed miraculosa. Et præterea quod vrgentissimum est, si aliquod corpus organizaretur sensim, & ante instans generationis, seu infusionis animæ rationalis subito completeretur, & in instanti morali illius organizatio, conceptio subsequuta esset sine peccato originali, quod iuxta principia Poza euidentissimum est; illa enim generatio, & formatio non esset naturalis, & consuetas, sed extraordinaria, & miraculosa; Quis autem non videat generationem illam nullo modo potuisse esse sine originali peccato, nisi aliud extaret singulare priuilegium præseruationis, quale fuit in Beatissima Virgine. Præterea oppositio propter quam instantanea corporis formatio non permitteret originale peccatum, aut esset ex natura rei, aut ex diuina institutione, non ex natura rei, quia formatio instantanea nec gratia, nec sanctitas est. Neque ex institutione diuina, alias hæc duo possent esse simul de potentia absoluta, vt gratia, & peccatum possunt esse simul, in sententia, quæ docet oppositionem illorum esse solum moralem, quam multi sequuntur. At Poza statuit non fuisse in Dei potestate Mariam sanctissimam grauari etiam necessitate contrahendi peccatum originale, si illam carnem, aut corpus illius in momento formauit. Confirmantur hæc omnia; & declarantur simul, quia iuxta hanc sententiam si Deus comprehendit in pacto cum Adam inito Petrum, ita vt ille in Adam peccaret non posset Deus etiam absoluto posse corpus illius formare in instanti, sed necessario formandum in tempore; sequerentur enim duo contradictoria, Primum Petrum peccasse in Adam, & habuisse necessitatem incurrendi peccatum. Secundum non peccasse, nec debitum habuisse. Illud supponitur, & hoc sequitur ex sententia quam impugnamus, persona enim illa cuius corpus instantaneè organizatur, etiam absoluta potentia non potest maculari, vel necessitate proxima incurrendi peccatum.

773. Falso etiam addit Poza neminem posse videre, quare formatio supernaturalis quoad modum puri hominis ex virgine excludere ipsam debeat à peccato, & illius necessitate, non vero formatio instantanea ex viro, & femina eodem priuilegio fruatur. Fallitur enim Poza, cæcus enim est, qui non videat manifestum discrimen, vel ex ipsa fide petitur, & etiam ex ratione naturali supposita fide. Conceptio enim Virginis illo modo non esset ex viro, & femina, atque adeo conceptus filius esset sine originali peccato. At secunda conceptio ex viro, & femina esset, ac proinde non fuisset à peccato originali immunis, nisi ex vi singularis priuilegij.

774. Dico secundo: Beatissima Virgo præseruata fuit à peccato originali vi dignitatis Maternalis, seu physicæ illius qualitatis, qua constituta est in actu primo potens producere Deum, & hominem, quæ & sanctitas est, & infusa fuit Virginis sanctissimæ carni, vt minimum in primo

primo conceptionis instanti. Hæc assertio colligitur euidenter ex nostris principiis, & ad illius intelligentiam necessario videnda sunt, & recolenda, quæ diximus in principio huius investigationis præcipue disput. 6. ubi probauimus hanc virtutem collatam fuisse Virginis sanctissimæ corpori, vt minimum in primo suæ conceptionis instanti. Iudicauimus enim probabilius carnem illa gratia corporea sanctificatam fuisse ante animationem, vt ex illius, & animæ coniunctione peccatum originale resultare non posset. Probatur efficaciter conclusio, sanctitas corporea ex natura rei ita opponitur peccato originali, vt nullo modo illud secum permittat; sed Beatissima Virgo habuit in momento suæ conceptionis sanctitatem corpoream, ergo virtute illius præseruata fuit à peccato originali. Discursus est legitimus, & maior efficaciter, & late probata est, disputatione secunda præcedenti, sectione quarta, & minor ostensa disputatione sexta.

775. Occurres, sanctitatem corpoream non vniri animæ rationali, nec illam informare, ac proinde ex eo quod caro Virginis fuerit sanctificata non sequi animam esse sanctificatam, atque adeo nec Virginem præseruatam à peccato originali, quod mediatur, vel immediate residet in anima, non vero in carne. Videri posset hæc solutio alicui ingeniosa, & plausibilis, sed serio est aduertendum, vt Mariæ purissimæ persona dicatur simpliciter sancta necessarium non esse, vt in illius carne sit gratia habitualis spiritalis, & intrinsecè inhæreat carni, seu corpori, sed sufficere animæ inhæreat, ex vnione enim ad animam quæ corpori vnitur persona cuiuscunque iusti dicitur iusta, & sancta, & iustus formaliter, & intrinsecè, absolute, & simpliciter dicitur filius Dei, ex quo etiam sequitur vi gratiæ, & sanctitatis maternalis etiam si solum residet in carne absolute personam Virginis esse sanctam, & Dei filiam, at cum hac filiatione adoptiua singularissima, & propria Dei genitricis peccatum originale non posse consistere, sicut nec cum gratia habituali, quia implicat aliquem esse Dei filium, & habere simul originale peccatum, vt verior, & communior docet Theologorum sententia. Inde fit ex hac filiatione oriri impossibilitatem peccati originalis in Virgine, sanctissima, atque adeo præseruatam à peccato originali, etiam antequam in illa intelligatur gratia habitualis sanctificans, quam tamen ab hac non excludimus sanctificatione, vt conclusione tertia dicemus.


776. His addo animam Virginis sanctissimæ intrinsecè etiam esse sanctam ex vi sanctitatis corporeæ, etiam si ipsi immediate non hæreat, nec illi immediate vnatur, ad intrinsecam enim sancti denominationem inhærentia non requiritur, & instantia est manifesta in verbo Diuino, quod realiter, & intrinsecè dicitur, & est vnitum humanitati, cum tamen vnio hypostatica non afficiat verbum diuinum, de quo videri possunt Suarez 1. tomo in 3. p. disp. 8. sect. 3. & Lugo de incarnat. pag. 197. columna prima. Suarius enim affirmat denominationem vniti in verbo esse partim intrinsecam, & partim extrinsecam. Intrinsecam quia realiter, &

Suar.  
Lugo.

vere vi illius dicitur verbum vnitum humanitati: extrinsecam, quia vnio verbum non afficit; eadem ergo ratione denominatio sanctæ in anima sacra Deiparæ ex vi maternalis sanctitatis partim est extrinsecam, & partim intrinsecam. Extrinsecam quia illa sanctitas intrinsecè, & immediatè animam non afficit; intrinsecam quia anima intrinsecè, & realiter vnitur carni, cui immediatè inhæret sanctitas corporea Mariana. Est ergo denominatio sanctæ in anima Virginis media inter denominationem intrinsecam, & extrinsecam, vt denominatio vniti in verbo, nec intrinsecam est solum, nec solum extrinsecam sed media inter vtamque denominationem. Voluit enim Deus Matrem hanc habere excellentiam in sanctitate corporis propriissima sacra Deiparæ.

777. Verum ex illis, quæ diximus illa disputatione 2. & in hac nunc repetimus destrui videtur hæc gratia sanctificans, aut non potuisse esse in virgine sanctissima ante animationem, neque perseverare potuisse in triduo mortis Virginis Diuæ. Probatur, & explicatur simul primum, quia implicat virtutem generatiuam reperiri in subiecto, quod non potest esse generationis principium, sed caro Virginis ante animationem, nec erat persona nec generationis poterat esse principium, ergo non potuit esse capax virtutis generatiuæ, qualis supponitur esse sanctitas illa. Secundum, quia in triduo mortis in carne Virginis non erat potentia vegetatiua, quæ vt asseruimus subiectum fuit huius virtutis, ac proinde ad definitionem subiecti necessum fuit definire etiam formam quæ immediatè hærebat, & in illo sustentabatur.

778. Respondeo ad primum. Sanctitatem corpoream optimè posse reperiri in carne Virginis, & illi conferre sanctificationem, tamen non conferat denominationem generantis, quia tunc temporis non est integrum generandi principium, quia non est suppositum humanum, aut persona, & illa virtus expedita non est, neque reperitur in adæquato subiecto, tamen si reperitur in inadæquato: ratio vero principij generationis requirit necessario corpus, & animam, vnde caro ratione illius virtutis, veluti remotè, & radicaliter est principium generationis hominis Dei, & si vnatur animæ, & resultet rationalis persona erit principium proximum, & expeditum generationis humanæ. Et est instantia manifesta in casu, in quo vt existimant aliqui Deus constitueret visionem in lapide, quæ proculdubio illi inhæreret, & tamen non illum denominaret videntem, quia incapax est visionis, & denominationis ab illa prouenientis, vnde esset impedita ex incapacitate subiecti extranei, cum tamen esset verissimum illam esse formalem rationem videndi in subiecto capaci, & daturam denominationem videntis si expeditur, & constitueretur in subiecto capaci videndi. Eadem enim ratione sanctitas Maternalis existens in carne Virginis ante animationem verè fuit virtus generatiua Dei, & hominis, sed non expedita, quia inhærebat solum carni, quæ sine forma rationali non erat principium capax actiua generationis: at subsequuta vnioni ad animam



## DISPUTATIO XVIII.

*Utrum Virgo sanctissima præseruata fuerit à peccato originali ex intuitiua visione essentia diuinæ? ubi an habuerit in illo instanti dotes corporis gloriosi?*



714. ICENDVM breuiter est. Pium est credere beatissimam Virginem præseruatam fuisse à contractione peccati originalis ex vi visionis claræ essentia diuinæ, quam clare vidit in primo suæ conceptionis instanti. Ita Hieronymus de Florentia quem Florentia, Salaz. laudat, & sequitur Salazarius Antistes de conceptione cap. 32. à num. 48. & multorum recentiorum sententia; eam sequitur Christophorus de Auendaño concione de conceptione Deiparæ inter illas, quas de aduentu Domini euulgauit Hieronymus de Gueuara 2. tomo in Mattheum obseruatione 15. sect. 11. §. 7. num. 50. & visa est erudita, pia, & probabilis Francisco Suario, & Augustino Antolinez Primario Theologæ in Salmanticensi Lyceæ Antecessori vt refert Salazarius vbi supra, num 57. & quidem Beatissimam Virginem in hac vita non semel vidisse diuinam essentiam docent multi sanctorum, & scholastici etiam, quos efferunt Suarius tomo 2. in 3. p. disput. 19. sect. 4. & Salazarius de conceptione cap. 32. à num. 9. qui etiam eandem sententiam sequuntur; quibus adde Hieronymum de Gueuara infra referendum, & Rutilium Benzoniū l. 2. in Magnificat c. 10. dub. 13. qui assertit Albertum Magnum. In super missus est, c. 96. vbi si attentè legatur videtur docere Virginem sanctissimam in conceptione Christi vidisse diuinam essentiam, & exultasse, & hanc exultationem non habuisse per modum transeuntis, & per modum actus tantum, sed per modum actus, & possessionis, quem continue habuit ab eo tempore, quo Mater Dei effecta est, quousque ille habitus in gloriosam fruitionem secundum statum Patriæ perfectus est, quod etiā affirmat Nicolaus de Lira ad cap. 17. Matthei, ex qua sententia videtur deduci posse Virginem in conceptione vidisse diuinam essentiam. Id quod affirmant Gerson Cancellarius Parisiensis Alphabeto 88. litt. 2. vbi cum Magister dixisset pleraque Virgini tribuenda, quæ à Deo fieri non repugnet, si id sine iniuria fidei fieri possit, sic instat discipulus: *Non placet hac rationem patriam in instanti conceptionis suæ cum aliis multis, quam certum est non dedisse: Occurrit autem Magister. Quid si addatur ad posse Des, quod hoc ipsum deuenit dare Matri suæ.* Quibus verbis hanc sententiam docet, & breuiter rationem illius proponit, quam illius tempore alij sunt sequuti. Addit enim Alphabeto 89. littera A. *Addunt isti, quod neque in*

Florentia,  
Salaz.

Auendaño.

Gueuar.  
Benzon.  
Alb. Mag.

Lyrano.

Gers.

779.

animam expedita fuit, tamen si impedita etiam vsque ad tempus aptum generationi, ex quo colligitur discrimen inter lapidem, & carnem Virginis, vt fiat facilius habere generandi virtutem, quod lapis nunquam esset expeditus ad videndum etiam absoluta potentia; at caro Virginea proxime fuit expedita ad generandum Deum ex vnione ad animam rationalem.

Ad secundum iam dixi disput. illa 6. in simili difficultate, & nunc dico sanctitatem, & virtutem illam nunquam fuisse destructam, quia licet potentia generatiua Virginis in triduo mortis illius desierit, non desit Virginis substantia corporea, in qua Deus potuit conseruare illam virtutem, & sanctitatem, & in resurrectione Virginis illam rursus constituere in proprio subiecto, quia licet repugnet naturaliter accidens migrare de subiecto in subiectum, id non repugnat absoluta potentia, nec hic multiplicatur miracula sine necessitate, sed rerum naturæ, quæ in se nouæ sunt, congruum est, vt multiplicentur. Posset aliquis dicere post resurrectionem sanctitatem Virginis; & illam virtutem immediate permansisse in substantia corporis, & non in generatiua potentia cuius nulla esset generatio futura, ac proinde non esse necessarium nouum miraculum; sed veror ne in æternum violenta sit illa virtus, si reperitur in subiecto veluti extraneo, cum immediatè ex natura sua respiciat vt proprium subiectum potentiam Virginis generatiuam.

780.

Dico tertio. Beatissima Virgo Maria præseruata fuit à peccato originali in proprio suæ conceptionis instanti vi gratiæ habitualis spiritalis, quam in illo momento illi infudit Spiritus sanctus. Hæc est communis sententia affirmantium Virginis conceptionem à peccato originali fuisse immunem, & vt notauit Magister Granado, disput. 3. de conceptione cap. 13. est facillimus modus defendendi præseruationem sacra Deiparæ. Cum enim originale peccatum habeat rationem maculæ habitualis consistere non potest cum gratia sanctificante, atque adeo efficax, & facilis modus impediendi illam maculam habitualem fuit introductio, & infusio gratiæ habitualis virginem sanctificantis in sua conceptione. Nec valet solutio existimantium gratiam, & peccatum habituale posse esse simul de potentia absoluta, tum quia falsa est hæc doctrina, tum quia improbable omnino est Deum in sacra Dei genitricis conceptione conseruasse simul peccatum, & gratiam, & id, vt opinor supra reiectum est. Alia in sequenti Disputatione.

Gran.



in somno cessabat operatio talis, iunguntque quod omnia sciunt tunc, (id est in utero Matris,) quae Beati sciunt in Patria, licet non cum claritate pari. Quae verba significant saltem aliquem inferiorem gradum beatitudinis illi fuisse collatum. Et Bernardinus Senensis tomo. 2. sermone 51. art. 1. cap. 2. qui haec scribit: *In prima sanctificatione, quantum ad rationem, & intellectum, tanta illi claritas superinfusa est, quod haec septem intelligebat secundum quosdam. Primo naturam creatam irrationalem. Secundo naturam creatam rationalem. Tertio naturam creatam spirituales. Quarto naturam increatam diuinalem.* Et concludit, à quarta quippe, quae erat cognitio creatoris tres sequentes, & tres praecedentes cogniciones habebant originem, sicut propheta testatur dicens, in lumine tuo videbimus lumen. Significat eadem Virgo sanctissima, quae ut refert Salazarius in quadam reuelatione sic Brigittam alloquitur cum anima mea sanctificabatur, & corpori suo coniugabatur, tanta dulcedine repleta sum ut impossibile sit effatu. Quae verba alludunt ad Psalmum primum Corinth. 2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se.*

Bern.

782.

Gers.

Nec desunt rationes ad hanc veritatem confirmandam, quorum nonnullas attingit Gerson tract. 4. super Magnificat, qui cum explicuisset beatitudinem viae per spem, & gratiam, & beatitudinem patriae per visionem beatificam haec protulit. *Recogitata vero duplex haec beatitudo viam aperit, ut tertia quasi media citius agnoscat, quia minor est quam gloria consummata, & maior, quam solius spei, & communis gratiae.* Et inferius: *Hec beatitudo, quae purgati animi dicitur, vel heroicalis excellentiae dici potest, fuit in beata nostra dum viueret super omnem purum hominem, sicut Beata residet in Patria super omnem Angelicam potestatem. Hec est quae à nullo vincitur illustrium secundum Damascenum, & iuxta Hierarchicam Dionysij legem continet eminenter omnem perfectionem creaturarum, tanquam inferiorum, ut iure dicatur Regina mundi, & Domina, & addit piissime, & verissime: Vis igitur breui compendio Maria Beatitudinem tibi notam fieri. Da sibi per eminentiam quidquid in creaturis videris melius ipsam, quam non ipsum; & si non formaliter tamen eminenter, quam etiam distanter à Deo. Et quia particeps fuit in via utriusque Beatitudinis, via scilicet, & patriae, ponemus aliquas de conditionibus beatitudinis aeternae per quas gradatim veniamus ad petita, vel ad petenda. Hactenus deuotissimus, & doctissimus Cancellarius.*

783.

Ex quibus haec ratio concluditur in conceptione purissima Beatissimae Virginis: melior est visio beatifica in illius instanti, quam illius negatio: ergo Virgo immaculata Deum vidit in primo suae conceptionis instanti. Antecedens est manifestum, & consequentia probatur, quia iuxta Hierarchicam Dionysij legem Virgo continet eminenter perfectionem omnium creaturarum, & quam potest formaliter, excellentiori modo, quam sint in aliis creaturis. Vnde consequentiam confir-

mo, & quartam conclusionem probo secundo, Angeli beati in secundo instanti consequuti sunt beatitudinem, & clarissime, & intuitiue viderunt diuinam essentiam: ergo Beatissima Virgo in primo suae conceptionis instanti vidit diuinam essentiam. Consequutio probatur, quia Domina, & Angelorum Regina illis non est aequanda, cum superior illis omnibus sit, natura, si non humana, ut certum est, gratia Maternali, sublimiori igitur modo, & excellentiori debuit in tempore etiam videre diuinam essentiam, si enim in secundo instanti concedatur post conceptionem, Deum intuitiue vidisse, consequitur necessario, secundum pietatem illum in instanti conceptionis vidisse, tum ne in hoc priuilegio subditos Reginae faciamus aequales, tum, vel maxime quia nulla est ratio, quae vel apparenter persuadeat in secundo instanti, & non in primo diuinam essentiam vidisse. Adde hoc modo gratiam illam videndi Deum in utero Matris plenam futuram, non tamen si in primo instanti non vidisset, vnaquaeque autem gratiarum plena fuit (imo, & debuit esse) in sanctissima Virgine, ut pie meditatur Richardus, de sancto Laurentio lib. 1. de laudibus Virginis: *Et nota quod dicitur gratia plena, non gratiarum, aut gratis sicut Elther decimoquinto dixisse legitur Assuerus, (facies tua plena est gratiarum,) non enim mirabile videretur, si multis gratiis plena diceretur, neque tam vna, quam plena ostenderetur omnibus fortassis simul sumptis, sed ita gratiarum plena est, ut vnaquaque gratiarum plena sit.*

Richard. de S. Laur.

784.

Tertio probatur assertio, quia decentissimum fuit dari aliquam personam purè humanam, cui statim, ut elicuit actum supernaturalem, quo beatitudinem meruit daretur praemium supernaturalis beatitudinis, saltem transeunter, ut Christus Dominus, hoc etiam modo fuisset glorificator; ergo pium, & probabile est Beatissimam Virginem in primo suae conceptionis instanti vidisse diuinam essentiam. Consequentia probatur, quia si alicui personae creatae conferenda esset Beatitudo; & gloria hoc modo, nulla aptior, nulla capaxior excellentior nulla quam Beatissima Virgo, quae creditur per propriam operationem ad recipiendam gratiam sese disposuisse libera actione, & quae Mater Christi dedit ei carnem, & sanguinem, ut per passionem, & mortem mereri posset, & de facto mereretur hominibus gratiam, & gloriam. Et antecedens ostenditur, quia in collatione huius gloriae in primo conceptionis instanti, nulla est repugnantia, aut impossibilitas, vel indecentia, sed potius decetia glorificatoris eximij, qui ut se ostenderet Dominum gratiae, & gloriae in primo conceptionis instanti Virgini Matri dedit simul gratiam, & gloriam.

Quarto probatur argumento à maiori ad minus. Deus in primo conceptionis instanti dedit immaculae Mariae gratiam Maternitatis; ergo, & visionem beatificam, & gloriam. Antecedens constat ex dictis in hac vestigatione disput. 17. & alibi, & consequentia probatur, quia excellentius donum est gratia Maternalis, & virtus ad generandum Deum,

785.

Deum, & hominem, quam lumen gloriae, & visio beatifica, ut late probauimus, vestigatione 1. disput. 24. praecipue sect. 3. quod praeter ibi citatos docuit Tannerus, tomo 4. disputatione 2. de Mysteriis vitae Christi quaest. 1. dub. 2. numero 26. & praeterea Maternitas infert visionem beatificam, & non è contra, ut superius etiam ostendimus, monstrantes vi Maternalis dignitatis deberi Virgini sanctissimae aliquos gradus gloriae, quos ipsa non meruit, ut nec merentur infantes baptizati, si igitur excellentius donum collatum est Virgini sanctissimae in sua conceptione; cur non visio beatifica, cum hoc nec scripturae, neque Ecclesiae contradicat auctoritati.

786.

Quinto probatur ex nostris principiis. Virgo sanctissima, tamen si non fuerit substantia supernaturalis habet tamen excellentissima dona, quae proprietates essent supernaturalis substantia si esset possibilis; ergo Beatissima Virgo in primo conceptionis suae instanti clare, & intuitiue vidit diuinam essentiam. Antecedens ostendimus vestigatione 1. disput. 6. sectio 4. conclusione 5. & consequentia probatur, quia vna ex illis proprietatibus esset quod naturaliter Deum intuitiue videret, ut docet Diuus Thomas prima parte, quaestione duodecima, & nos ex illo in illa sectione ostendebamus, & quidem proprietatem sanctitatis perpetuae substantiae debitam supernaturali à primo suae creationis instanti Virginis purissimae monstrauimus, & ostendimus iam tota disputatione praecedenti, & in sequentibus persuadebimus, sicut & impeccabilitatem inesse Virgini sanctissimae. Vnde fit consequenter, & etiam visionem diuinæ essentiae à primo momento habuisse, quia proprietates consequuntur rerum naturas à primo illarum exordio, cum ergo visio beatifica in Virgine imiteretur modum proprietatis naturalis illius substantiae non possibilis, consequens fit, ut in primo momento conceptionis illam habuerit praecipue cum ab illo instanti Deum efficaciter dilexerit secundum Gersonem, & alios, & nulla sit ratio efficax ad probandum ceteras proprietates substantiae supernaturalis inesse perpetuo Mariae sanctissimae in, & à primo conceptionis instanti, non vero beatitudinem, & gloriam, saltem reprim, & transeunter, ut nostra ostendit assertio. Nec enim volumus habuisse statum viae, & beatitudinis in hac vita, quod fuit propriissimum Christo Domino.

Gers.

787.

Duo vero in hanc sententiam sunt difficilia. Primum sequi ex illa necessario Virginem sanctissimam ab instanti conceptionis habuisse claram notitiam suae dignitatis Maternalis, sanctitatis, & praedestinationis, ac proinde confirmationis in gratia, & finalis perseverantiae, quod falsum omnino est, & nunquam ab aliquo assertum sequela probatur, quia beati clare intuentur suum statum, & omnia quae pertinent ad ipsos, ut disputatur in materia de visione, & beatitudine supernaturali, nihil autem tam proprium Virgini Beatissimae, quam illius dignitas, quae

infert beatitudinem. Secundum ex hac sententia destrui tertiam probationem illius; imo & ipsam quartam conclusionem; si enim in illo instanti Beatissima Virgo vidit diuinam essentiam, non potuit elicere libere actum amoris, quo illam mereretur, quia dilectio in videntibus Deum est necessaria, & non libera, ac proinde meritoria esse non potest, Vna enim ex conditionibus ad meritum quaesita est libertas, ut disputant Theologi, cum sancto Thoma 1. 2. quaestione 114. articulo primo, & ibi Reuerendissimus Noster Cummel.

D. Thom.

Cummel. 788.

Ad primum nego sequelam, ut negavi vestigatione 1. disput. 23. In qua probavi Virginem sanctissimam ante annuntiationem Angeli non cognouisse se futuram Dei genitricem, & ad 3. argumentum ibi propositum, dixi excellentiam illam esse propriam beatitudinis perpetuae non transeuntis. Nunc addo Deum esse speculum voluntatum, & beatum ex vi visionis videre quae Deus voluit, potuit ergo Deus efficere quod Virgo sanctissima suam dignitatem in primo illo instanti non videret, quia hoc non erat necessarium ad virginis perfectionem, vide quae in illa solutione, de Pauli visione diximus. Ex qua solutione manifestum est nullam vim habere rationem qua ad nostram sententiam probandam vitur Salazarius numero 63. desumptum ex eo quod debuit Virgo cognoscere, & mente capessere amplitudinem sui regni, & imperij in omnes creaturas, ostendimus enim loco citato Virginem in illa visione transeunti non cognouisse se futuram creaturarum Regnam, vnde necessarium non fuit cognosceret imperij sui amplitudinem.

Salaz.

789.

Ad secundum Respondeo eandem esse hanc difficultatem, cum illa quam cum Diuo Thoma tractant Doctores 3. part. q. 19. art. 2. & 3. Vtrum Christus Dominus meruerit per Dei amorem qui visionem beatificam consequitur, & est necessarius; in qua mihi placet sententia asserentium in Christo Domino duplicem esse amorem. Primum, qui consequatur visionem beatificam. Secundum qui sequatur scientiam supernaturalem per se infusam, & priorem esse necessarium, nec meritorium; posteriorem liberum, & meritorium, quam significat Diuus Thomas art. 3. ad 1. dicens: *Nec tamen per charitatem meruit (Christus) in quantum erat charitas comprehensoris, sed in quantum erat viatoris, nam ipse fuit simul viator, & comprehensor.* Quod testimonium perperam refertur apud Magistrum Granado, controuersia 1. de incarnatione tract. 14. disput. 1. numero 18. qui sequitur sanctum Thomam, ut Ferrara 3. contra Gentes capite 62. §. ad id quod ultimo cum Capreolo Suarez 1. tomo in 3. partem disput. 39. sect. 2. Valentia quaest. 19. puncto 1. & alij: Ad argumentum ergo secundum nego sequelam, & ad illius probationem dico in Virgine Beatissima duplicem in primo instanti conceptionis fuisse amorem diuinum, primum regulatum per scientiam visionis, qui necessarius, & non meritorius. Secundum per scientiam

D. Thom.

Granado.

infusam regulatum liberum omnino, & meritum, sacram vero Deiparam habuisse scientiam per se infusam à primo conceptionis instanti verisimilius iudicat Suarez 2. tomo in 3. p. q. 37. art. 4. disput. 19. qui omnino videndus sect. 3. & colligitur ex Bernardino Senensi sermone 4. de Beata Virgine art. 1. cap. 4. Dionysio Richelio Cantic. 5. idque alij Doctores sequuntur, sed quia in Virgine sanctissima fuit fides, & hæc forsam stare non potest cum scientia clara, & euidenti per se infusa, posset dici illum actum amoris regulatum per scientiam beatam esse liberum, & necessarium, necessarium quatenus terminabatur ad Deum, liberum quatenus terminabatur ad creaturas, & hominum salutem, quam à primo conceptionis instanti efficaciter desideravit Virgo sanctissima, & per hanc meruisse Virginem Deiparam, non vero per priorem, quod sufficit ad nostram sententiam defendendam. In Virgine autem repertum esse actum liberum amoris circa creaturas docuit expressè Alexander Alensis 3. part. quart. 17. membro primo in solutionibus argumentorum, & significat Scotus 3. distinctione 18. quaestione vnica, licet mens illius non satis constet propter ea quæ affert §. in ista quaestione.

Suar.

Alexa d.

Scotus.

790.

Vidit hanc resolutionem Ludovicus Turrianus 3. p. selectarum disput. 14. dubio 10. & affirmat non defuisse viros doctos, qui eam iudicauerint dignam graui censura; præcipue cum multi existiment sacram Deiparam conceptam fuisse sine peccati originalis præseruatione, additque se non audere illam opinionem amplecti, quam nonnulli insimulant temeritatis, & caret fundamento, & ratione; tamen sint, qui illam iudicent nulla dignam censura. At 2. p. centuria prima censuræ Theologiæ dubio 45. mitior factus affirmat nostræ sententiæ fauere magnam auctoritatem Theologorum, qui illam sequuntur, pietatem, dignitatem Matris Dei, fundamenta quibus fulcitur, & multos, qui illam probabilem iudicauerunt. Verum ego non video cur temeritatis damnanda, cum non sit contra Theologorum sententiam, licet sit præter illam, neque de eius veritate sit disputatum, fundamentumque habeat in Doctoribus, & Patribus, quos citauimus, & in rationibus efficacibus, quas attulimus, & forte non vidit Turrianus; quæ omnia sufficiunt vt nostra sententia sit probabilis. Quod autem aliquibus vehemèter displiceat non me terret; mihi etiam vehementer displicent illorum opinioniones, & spero hanc sententiam multis placituram, vt quæ cedat in magnam Virginis gloriam, & nulla afferat secum inconuenientia. Sic fert nostrum iudicium.

791.

Verum ex hac assertionem statim oritur difficultas, an Beatissima Maria in primo conceptionis instanti habuerit dotes corporis gloriosi. Ratio dubitandi est, quia visio beatifica est illorum physica radix, cum igitur sacra Maria beata fuerit in anima, in corpore etiam gloriam debuit habere, idque permittit dignitas Matris, & videntur affirmare Gerson, & sanctus Bernardinus Senensis vt refert Turrianus censuræ Theologiæ centu-

Gerson. Bern.

ria tertia dubio 54. Ego vero licet semper promouere desiderem Beatissimæ Virginis gloriam.

792.

Dico secundo Beatissima Maria in primo sui conceptus instanti, non habuit dotes corporis gloriosi, ita expressè Turrianus citatus, & videtur esse communis Theologorum sententia, tamen in nullo viderim tractatam, nec audiuerim hæcenus ab aliquo disputatam. Probatur primo, quia corpus Beatissimæ Virginis in conceptione fuisse gloriosum alienum est à doctrina sanctorum Patrum, cum de priuilegiis Virginis loquuntur, nec significant aliquid quod confirmare possit sententiam contrariam, tamen enim ex illius facie aliqui asserant splendores, aut fulgores iaculati, hoc non arguit aliquam dotem claritatis cum possent ex alio prouenire principio, de quo videndus Dionysius Cartusianus lib. 1. de præconio Mariæ. Secundò, quia à nullo scholasticorum, aut scriptorum, vel leuiter insinuat ista gloria corporis sanctissimæ Virginis. Tertio quia corpori Christi Domini in sui Conceptione non fuit communicata, non ergo concedendum est Virgini sanctissimæ priuilegium quod non fuit concessum Christo Domino. Quarto, quia nulla est ratio efficax persuadens hanc Virginis gloriam, & sine motiuo sufficienti non est asserenda, & quæ proposita sunt nullius sunt roboris. Visio enim beatifica consummata, & perpetua radix est dotum supernaturalium, non vero quæ conceditur per modum transeuntis; & dignitas Matris non petit perfectionem, quam scimus in corpore Christi Domini non fuisse repletam, & aliàs Virgini sanctissima non fuit necessaria.



DISPUTATIO XIX.

*Vtrum Beatissima Virgo in Adamo peccauerit, & necessitatem habuerit contrahendi originale peccatum.*



Elebris hæc controuersia, celebrior facta est postquam in animis ferè omnium recedit purissimus Matris sanctissimæ illius conceptus à noxa originali, imo, & concertatione recentiorum reddita difficilior, ideo accuratè erit disputanda.

793.

SECTIO I.

*Ægidij Lusitani noua sententia.*

**F**visse hanc disputationem tractat Lusitanus libro 2. de debito Virginis ad contrahendum originale peccatum, quaestio 3. & 4. per varios articulos, & cum multa asseruerit, tandem affirmat Virginem Deiparam in Adamo peccasse

794. Ægid. Lusit.

peccasse. Primum præceptum fuisse, sicut & omnes alios posteros Adami transgressam, & in illo mortuam peccato, tamen in propria persona, nec peccatum habuerit, nec mortua fuerit, nec intrinsecam necessitatem contrahendi peccatum originale habuerit. Primum docet q. 3. art. 4. & sequentibus; secundum q. 4. art. 5. §. 2. & sequentibus, vbi docet in Virgine sanctissima nullam esse necessitatem intrinsecam contrahendi peccatum originale in propria existentem persona, sed solum extrinsecam necessitatem; docuit vero art. 4. antecedenti §. 3. à num. 10. in Virgine non solum vniam, sed triplicem necessitatem originalis contrahendi. Primam illam quæ ex conditione naturæ habet ortum, quia enim virtualiter eramus in Adamo physice, & ante pactum, potuimus ex peccato, & lege obligari. Secundam resultantem ex Adami peccato quam vocat remotam, secundum quod cum in illo peccauimus non potuimus non esse obnoxij peccato, & necessitari ex suppositione ad illud contrahendum, tum vt existebamus in lumbis parentis primi, & cæterorum parentum, & hanc secundam necessitatem etiam vocat remotam. Tertiam distinguit necessitatem contrahendi peccatum, quæ datur in ipsa commixtione seminum quæ in ventre Matris confunduntur, aut miscentur ad generationem, & hanc vltimam vocat proximam necessitatem, aut debitum, & quidem has tres necessitates concedit in Virgine sanctissima. Addit vero art. 5. §. 2. in Virgine non fuisse debitum, aut necessitatem intrinsecam originalis peccati contrahendi, & hoc vltimum putat verissimum, & ad defendendam puritatem Virginis dignissimum, cum non semel asseruerit implicare contradictione aliquem in posteris Adæ habere in propria persona debitum intrinsecum, sed solum extrinsecum, & per primum non esse debiti, ex eo quod debitum, & illius solutio non possunt esse simul, & cum in primo instanti generationis debitum soluat, homo & peccatum contrahat, non potest habere intrinsecum debitum, quam sententiam refutabamus disp. 14. Hæc reuli, vt videant docti quid ad Virginis gloriam referat non habere debitum intrinsecum, quod in nullo posterorum Adæ potest reperiri in illius sententiâ. Ad Virginis igitur puritatem commendandam valet multum conceptionem illius fuisse sanctissimam ex vi donorum, quæ explicuimus disput. præcedenti, nihil vero negatio debiti intrinseci, quod neque in Luthero de potentia Dei absoluta potest reperiri in sententiâ illius: est ergo in summa sententiâ Lusitani, & Virginem in Adamo peccasse, & tres habuisse vt minimum necessitates contrahendi originale peccatum.

795.

Et quidem Beatissimam Virginem peccasse verè, & proprie in Adamo docuerunt antiquiores Theologi, qui asserunt conceptam fuisse in originali peccato, & ex illis qui hoc negant Iacobus de Valentia, Canisius, Bellarminus, Suarez, Vasquez, Henriquez, Petrus Morales, Cornelius à lapide, insinuat Corduba, & probabiliores reputat Salas, quos refert Ægid. q. 3. a. 2. à num. 2. sequutus est etiam Reuerendissimus Magister Cumel tom. in 1. 2. q. 81. a. 3.

Valentia.

disp. vnica, & alij nonnulli; cui sententiæ ita adhæsit Ægid. vt existimet illam ita esse certam, vt contraria impietatem includat, variisque refert in eam censuras ex Bellomontano Cordubensi, Magistro Cumelio, & rigidus censor asserit sæpe, vel esse erroneam, vel hæreticam.

796.

Ad suam ergo sententiam explicandam, & probandam nonnulla præmittit. Primum duplex à Theologis admitti genus gratiæ. Alterum gratiæ simpliciter sanctificantis, Alterum vero iustificantis, inter quæ illud est discrimen, quod sanctificatio simpliciter fit à non sancto ad sanctum. Iustificatio vero fit à peccatore, & impio ad iustum, & sanctum, ita vt hæc versetur inter terminos contrarios, illa vero inter terminos contradictorios. Et addit gratiam per Christum pertinere ad vltimum genus iustificationis, ita vt ex peccatore, inimico impio, & inuiso faciat iustum, & sanctum; quod probat ex variis scripturæ locis vbi gratia per Christum dicitur reconciliationis 2. Corinth. 5. Roman. 5. Colossensium 1. Dicitur etiam gratia pacificans, Colossens. 1. Ephes. 2. & appellatur propitiata Romanorum 5. & 1. Corinth. 2. vocatur etiam gratia iustificatiua Romanorum 5. 1. Corinth. 1. & 6. Ad Titum tercio. Quæ loquutiones supponunt iniustitiam, & iniquitatem; vt patet ex Tridentino sectio 6. de iustificatione. cap. 4. vocatur etiam gratia viuificans iuxta illud Christi Domini Ioannis 10. *Ego veni, vt vitam habeant, & vt abundantius habeant.* Et inferius: *Ego vitam æternam do eis.*

797.

Præmittit secundo ex his necessario colligi gratiam per Christum necessario, & ex propria natura incipere à suo contrario, nempe à peccato iniustitia, & inimicitia cum Deo; & hanc doctrinam ita esse vniuersalem, vt in solo Christo Domino fallat; quam expressis verbis asseruit August. lib. 2. de peccatorum merit. c. 20. vbi disputans an possit esse aliquis ex hominibus, qui non ex peccato perueniat ad iustitiam; negatiuè respondet, & solum excepit Christum. In qua sententiâ persistit in principio libri de natura, & gratia vbi ait: *eos nullo modo indigere gratiâ Christiana, qui nullo modo pertinent ad eos qui peccauerunt.* Quod etiam defumi potest ex variis locis scripturæ in quibus gratia Christi opponitur Adæ peccato Heb. 9. Romanorum 5. & alibi. Adde misericordiam supponere iniustitiam per se, vnde est illa Augustini sententiâ de Natura, & gratia capite 4. *Quos gratia Christi liberat vasa misericordiæ numerari.*

August.

798.

Præmittit tertio. Primum debitum remotum, quod antecedit peccatum actuale Adami; & nascitur ex conditione naturæ, quæ relicta sibi, & gratia destitutum, sine dubio peccaret, non esse sufficiens, vt posterius Adami sint formaliter peccatores, & Deo inimici; quod probat, quia Angeli antequam peccarent actualiter Deo inimici non erant, vt fert communis sententia, tamen si possent peccare, & de facto peccarunt, quod idem cernitur in primis parentibus; qui ex eo quod possent Deum offendere per legis præuaticatione, Deo inuisi non erant, & etiam post lapsum in hominibus iustificato;

qui tamen possit peccare ex conditione naturæ, & propter rebellionem fomitis nullo modo est Deo inimicus, quod etiam confirmari potest, quia natura secundum se sumpta non affert secum culpam, offensam, aut Dei inimicitiam.

799. Ex his, & aliis quæ præmittit Egidius, & forsitan ad rem non sunt necessaria, probat primo Virginem peccasse in Adamo, quia alias sequeretur non fuisse redemptam vere, & proprie per sanguinem Christi. Consequens est falsum; ergo & antecedens: falsitas consequentis constat ex communi omnium sententia; sequela vero probatur, quia virgo sanctissima, ut supponitur ad peccatum Adami nullum habuit debitum sufficiens ad hanc redemptionem, remotum enim debitum ortum ex conditione naturæ, non constituit Virginem purissimam inimicam, & inuisam Deo, ut constat ex præmissis, & vterius ostenditur, quia explicari non potest qua ratione Virgo fuerit filia iræ. Confirmatur, quia cum Christus dominus fuerit præuisus post peccatum Adami, & merita illius originem habeant ex illius morte, intelligi nulla ratione potest, quomodo ex meritis Christi, quæ nondum decreuerat, aut præuidebat Deus eximere potuerit sacram parentem à generali illo pacto inito cum Adamo ante mortem, imo existentiam Redemptoris præuisam.

800. Secundò probatur, quia illa sententia supposita Virgo Beatissima non incurrisset necessitatem incurrendi peccatum originale, quod est contra fidem, ut constabit (inquit Lusitanus) ex his quæ sunt dicenda. Id vero sequi ex contraria sententia ostenditur facile, quia Adamus solum habet vim transfundendi peccatum in posteros propter immunditiam primi peccati, ex qua sequitur necessitas in illis contrahendi peccatum, si autem ut supponitur Virgo Mater excepta est à lege pacti, immunditiam illam non posset vlllo modo participare, atque adeo nec necessitatem vllam contrahendi maculam.

801. Tertio probatur, quia si vera esset illa sententia sequeretur Virginem non turpandam macula originalis peccati, etiam si gratia non præueniretur ex meritis Christi, quod tamen falsum est, necessario enim concedendum est legi fuisse subiectam de facto, & in Adamo peccasse, sicut cæteri peccauerunt, & consequenter indignis gratia præuenienti si maculam originalem non contraheret, quod fuisse contendit Egidius, sed motiuis, quæ necessarium non erit referre; ruunt enim facile ex his quæ contra illius sententiam à nobis erunt dicenda.

802. Secundam vero partem suæ sententiæ, scilicet in Virgine fuisse absolutam necessitatem contrahendi originale peccatum, imò & tres illas, quas ex illius mente explicuimus probat ex Gilberto Porretano commentario ad librum de duabus naturis Seyerini Boëtij, ubi ita inquit: *Maria sicut cæteri omnes ex primorum præuicatione peccato, & morti subiacebat.* Quam doctrinam vniuersaliter significant Patres Augustinus libro 2. contra Iulianum capite 10. ubi hæc protu-

lit. *Propter quam catholicam veritatem, beati, & in diuinorum eloquium clarissimi sacerdotes pertractationem aduersum vos proferunt de omnium hominum peccato originali obnoxia successione sententiam: unde nemo eruit nisi quem sine lege peccati Virgo concepit.* Quæ etiam phrasi Augustinus vtitur in eodem libro secundo sicut Gregorius, Ambrosius, Eusebius Emiffenus, & alij, quos adducit eorum referens verba. Quibus addit Patres asserentes carnem Virginis Beatissimæ fuisse carnem peccati, quos attulimus in principio disputationis 16. & vim facit in verbis Augustini ad Psalmum 44. concione 2. ad illa verba: *Ego autem cum mihi molesti essent, ubi ita diffinit hanc sententiam: Maria ex Adam mortua est propter peccatum, caro autem Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata.* Probat etiam ratione deducta ex eo quod Beatissima Virgo peccauit in Adam, ex cuius præuicatione resularunt duæ necessitates, quas in Virgine, & in cæteris astruit, quam prosequitur quæst. 4. art. 3. §. 4. à numero 43. & deinde, quia alias non esset redempta per Christum Dominum ibidem à numero 46. satis prolixè repetens, & scribens, quæ in quæstione 3. & art. 1. & 2. 4. quæst. dixerat; & tertio quia Virgo non contraheret peccatum originale, etiam si gratia non præueniretur à numer. 64. vsque ad 69. ubi rursus impugnat solutionem illam, quæ fundamentum habet in debito primo, & remoto orto ex conditione naturæ.

803. Tertiam tandem partem suæ sententiæ, quæ noua, & inaudita scilicet Virginem sanctissimam solum habuisse necessitatem intrinsicam contrahendi maculam in carne, non tamen in propria persona probat ex illis quæ afferebamus, disputatione 12. & 13. dum tractarem nouam sententiam illius asserentis nullum posterorum Adami posse habere in propria persona intrinsicam necessitatem contrahendi peccatum originale, quam probat ex eo quod debitum, & illius solutio non possunt esse in eodem instanti intrinseco, desinit enim debitum in primo instanti intrinseco solutionis illius.

SECTIO II.

Præmissa, ad veram sententiam.

804. Doctores opinionis relatæ sect. 1. in id conspirant, quod si Beatissima Virgo Maria neque habuit debitum proximum, contrahendi peccatum originale, nec in Adamo peccauit non potuit esse redempta per Christum, & hæc illorum prima, & sæpe repetita difficultas; paranda est igitur via ad declarandam, & defendendam excellentissimam Virginis Diuæ Redemptionem per sanguinem Christi Domini, quod ut facilius assequamur.

805. Præmitto primo rem certissimam, omnem scilicet sanctitatem creatam necessario dicere ordinem ad peccatum, cum quo ex natura rei

Greg. Ambros. Emiffen.

August.

Trident.

S. Thom.

806.

rei habet oppositionem; est enim sanctitas, & munditia rei, quæ ex propria natura, & ex propriis principiis potest deuiare à prima regula, & lege diuina, ac proinde peccare; cum igitur peccatum, & possit considerari, ut possibile, aut ut reipsa existens: sanctitas, & gratia creata, aut dicit ordinem ad peccatum iam existens, aut ad peccatum possibile, ea ratione, ut in prima consideratione respiciat peccatum iam existens, ut illud deleat, & per illius infusionem homo ab actuali captiuitate liberetur. In secunda autem respiciat possibile, aut futurum necessariò peccatum, ut homo, aut Angelus à ruina, & casu peccati præseruetur. Vnde fit distinctio illa sanctificationis à contrario in contrarium, & à contradictorio in contradictorium. In prima enim est mutatio à peccato actu existenti, quod consideratur ad modum entis positui ad sanctitatem, & gratiam; de quo Tridentinum sessione 6. de iustificatione cap. 4. & Theologi cum sancto Thoma 1. 2. quæst. 113. In secunda verò terminus à quo non est posituum quid, sed solum negatio peccati actualiter existentis, non verò negatio peccati possibilis, aut futuri, quæ in via reperiri non potest, eo quod, ut diximus gratiæ subiectum quodcumque illud sit potest deuiare à lege diuina, ac proinde peccare. Hoc præmissum, ita est clarum & certum, ut neque egeat explicatione, neque probatione aliqua.

806. Præmitto secundò, non omnem gratiam supponere necessariò peccatum existens, sed posse infundi in hoc statu homini, qui nullum habeat peccatum, quod euidenter ostendit augmentum gratiæ habitualis, supponitur enim homo iustus, & sine peccato, & infunditur illi gratia habitualis de nouo, quæ tamen nullum supponit peccatum existens. Ostendit etiam gratia actualis efficax, qua vel homo physicè præmouetur ad actum amoris Dei elicendum cum iustus est, vel liberatur à peccato, quod committeret sine dubio, si gratia illa efficaci ex natura sua non præueniretur; & hæc gratia est absolutè præseruatiua, & non solum darur hominibus peccatoribus in quibus actualiter existit macula peccati habitualis, sed etiam iustis in quibus nulla est macula peccati, ut præueniantur, & eripiantur à peccato, quod iam imminerebat, & existeret nisi vi præuenientis auxiliij, & gratia impediretur. Ex qua doctrina, quæ sine præiudicio fidei, quantum ad substantiam (omitto enim modum, & naturam auxiliis efficacis) negari non potest. Infertur clarissimè gratiam, siue habitualis sit, siue actualis non necessariò supponere peccatum in subiecto, qui confertur, tamen si necessariò supponat peccatum possibile, aut ex circumstantiis futurum, quod & certissimum, & maximè considerandum ad probandam omnimodam Virginis puritatem, Doctores non assero, quia in re clarissima non sunt necessarij.

807.

Præmitto tertio, hanc gratiam, & auxilia conferri hominibus ex meritis Christi Domini Redemptoris, ita ut per se pertineant ad redemptionem, nulla enim gratia hominibus confertur, quæ non habeat ortum ex morte

Christi Domini; ut fuscè disputant Theologi in 3. part. quæst. 19. & est vniuersalis doctrina sanctorum Patrum, & Scholasticorum, illaque orthodoxa. Ephesiorum etiam 1. cap. 7. de Christo Domino dicitur: *In quibus habemus redemptionem per sanguinem crucis eius, remissionem peccatorum, secundum diuinitas gratia eius: & Ioan. 1. 16. De plenitudine eius omnes accepimus.* Et Ioan. 1. cap. 2. 1. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.* Ex qua doctrina deducitur verè homines dici redemptos, quando illis conferuntur gratiæ, & auxiliis præueniuntur ne ruant, factus est enim nobis Christus Dominus iustitia, sanctificatio, & redemptio. Quod satis expressit D. Bernardus serm. 22. in Cantica, his verbis: *Quomodo ergo in principio erat Verbum? Sed Verbum erat apud Deum, factum est autem quatenus esse inciperet, & apud homines. Sic nihilominus in principio sapientia erat, erat iustitia, erat sanctificatio, & redemptio, sed Angelis, &c.* In quibus expressè tradit Bernardus, Verbum diuinum antequam vniretur humanæ naturæ fuisse Angelis non peccantibus sanctificationem, & redemptionem, quod etiam post incarnationem fuit hominibus, iuxta Pauli doctrinam, quam nuper attulimus. Ex quo constat, ut verè homines dicantur, & sint redempti, non esse necessarium, quod sint in peccato actualiter constituti, sed quod possint labi in peccatum, cum Angeli dicuntur redempti, qui tamen nunquam peccauerunt. Quod confirmari potest ex doctrina Dionysij, & S. Thomæ, quam explicuimus disp. 16. sect. ...

Ioan.

Bernard.

Dionys. D. Thom. 808.

Bernal.

809.

Paulus.

Præmitto quarto, viuificationem spiritualement per Christum, & ex meritis illius non necessariò supponere mortem spiritualem reipsa existentem, sed possibilem, aut futuram, quæ doctrina generalis est. Naturalis enim viuificatio non necessariò mortem supponit, etiam possibilem; anima enim rationalis viuificat corpus, cum sit actus vitæ, & tamen corpus antea mortuum non fuit, sed non viuum, in multorum sententia Christus Dominus ex meritis suis viuificauit primos parentes; imò, & Angelos, qui tamen non fuerunt mortui spiritualiter, ut supponunt Doctores, qui ita opinantur, & nouissimè Augustinus Bernal de Incarnatione disput. 55. sect. 4. §. 1. num 80. & sequentibus; & tandem argumento gratiæ viuificantur homines per Christum, & tamen ibi nulla supponitur mors, ut constat ex principiis fidei, venit enim Christus, ut vitam habeant, & ut abundantius habeant. Quis verò dicat augmentum gratiæ animam non viuificare, cum gratia ex propria natura sit vita veluti substantialis, & radicalis animæ, ut expressè tradunt Concilia, Patres, Scholastici, & Catholici Scriptores, qui de illius natura scripserunt, quod etiam negari non potest, de actibus supernaturalibus virtutum infusarum per se qui sunt vita actualis iustorum.

Præmitto quinto, Christum Dominum simul fuisse, & redemptorem, & mediatorem inter Deum, & homines, ut asserit sæpius D. Paulus solus 1. ad Timotheum 2. 5. *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei, & hominum*

*homo Christus Iesus. Hebræor. 86. Melioris testamenti mediator est. Christus scilicet, & cap. 12. à num. 18. ad 24. Ad spiritus iustorum perfectionem, & Testamenti noui mediatorem Iesum. Quæ duo munera existimant aliqui, & merito non distingui, quia cum dixisset Paulus loco citato ex Timotheo: Vnus enim Deus, vnus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus: dedit statim hæc: Qui dedit redemptionem semetipsum. Quod insinuat clarè Chrysolomus, qui cum asseruisset se medium intrè Deum, & hominem ingessisse Christum, homilia de Ascensione Domini, hæc scribit: Vides quemadmodum seruauit iurgium? Multa fecit, multa sustinuit, vt inimicum reconciliaret, & hostem Deo sociaret, & amicam faceret, qui multo tempore fuerat inimicus. Quibus verbis satis ostendit Mediatoris munus exercuisse per ea, quæ in morte, & passione ad hominum redemptionem sustinuit. Vbi est aduertendum Mediatorem non solum dici, qui inimicos reconciliat, sed etiam ille qui aliquem ad alterius societatem, familiaritatem, & amicitiam introducit, etiam si amicitia nunquam fuerit intrè vtumque recissa. Potest enim, & solet quis introducere aliquem ad amicitiam illius, cum quo nullam antea habuit inimicitiam, & sic in sententia aliquorum Christus Dominus fuit mediator primorum parentum in illorum creatione, & Angelorum etiam, quia illos ad Dei non solum societatem, sed etiam filiatiorem introduxit; cum tamen in illo instanti peccatores non essent, quam doctrinam necessario defendere debent, qui non improbabili- ter existimant primos parentes in statu innocentiæ, & Angelos habuisse sanctitatem, & gratiam ex meritis Christi Domini. Et hunc modum mediandi etiam inimicitia nondum contracta, ex professo docuit Cardinalis Aureolus 3. d. 3. art. 4. illumque applicuit Christo Domino respectu præseruationis Virginis, vt illa nunquam esset odita, ita loquitur vir ingeniosissimus, & summus Theologus. Nec huic doctrinæ officit Augustinus Pater in Enchiridio cap. 108. scribens: Sed cum factus est Adam, homo scilicet rectus mediatore non opus erat; cum verò genus humanam peccata longe superauerunt à Deo per mediatorem, qui solus sine peccato natus est, vixit, & occisus est, reconciliari nos oportebat. Loquitur enim Augustinus de Christo Domino, vt mediator, & reconciliator est, non tamen de illo, vt mediator conciliator est; non enim semper mediator reconciliator est, & pacificat illos qui sunt inimici, aliquando etenim amicitiam, & societatem solum conciliat, vt explicuimus, & constat ex vtitato modo loquendi. Christus igitur Dominus reconciliator, & conciliator est. Conciliator si peccatum non adsit inter Deum, & homines, reconciliator si adsit peccatum.*

Chrysol.

Aureolus.

August.

810.

Præmitto sextò, Christum Dominum verè esse redemptorem hominum, sed non ita propriè, & rigorosè, vt in humanis exercetur redemptio. Hæc enim sumpta propriè illud affert secum, quod Redemptor pretium redemptionis offerat, & reipsa exhibeat tyranno, aut pyræ, qui aliquem hominem

detinet captiuum, vt videre est in redemptionibus, quas Christi Domini æmula nostra exercet Redemptrix captiuorum Religio, quod in Christi Domini redemptione non potuit inueniri, pretium enim redemptiois, neque obtulit, nec reipsa exhibuit Principi huius mundi diabolo, qui nos retinebat captiuos, & sub cuius potestate detinebamur. Quod tractat subtiliter Nazianzenus, oratione 42. quæ est 2. in Pascha, asserens rem esse in multis neglectam, sed suo iudicio studiosè perquirendam. Audiamus tantum Doctorem suis verbis loquentem, pagina 261. columna 1. num. 48. Enimueò alienum non fuerit rem, & doctrinam inquirere, à multis quidem neglectam, meo autem iudicio studiosè perquirendam. Ecce enim ille pro nobis sanguis, & quam ob causam effusus est ille inquam magnus, & nobilis Christi, tum Pontificis, tum sacrificij sanguis? Nos enim à diabolo detinebamur, vt qui venundati essemus sub peccato, ac vitium cum voluptate commutassemus, quod si Redemptionis pretium, non alij vlli, quam ei, qui captiuos tenet persoluitur, quaro cui tandem oblatum est, & per quam causam? Si prauo illi, & grauem contumeliam, si non à Deo solum, sed Deum quoque ipsum pro redemptionis pretio lauro accepit, adoque insigne, & excellens tyrannidis suæ præmium, cuius causa nobis quoque parci æquum erat; si autem Patri, primum quomodo id factum est? Nec enim ab ipso tenebamur. Deinde que ratio afferri potest, vt vnigeniti sanguine Pater oblectetur, qui neque Isaac quidem à Patre oblatum accepit, sed ariete in rationalis victima locum substituto sacrificium permutauit. Et statim ad propositam difficultatem respondit: Perspicuum vtrique est, Patrem quidem accepisse, non tamen quod petierit, aut eos opus habuerit, verum propter consilium, & administrationem, & quia per humanitatem à Deo assumptam, homini sanctitatem afferri oportebat, vt tyranno per vim superato nos liberaret, ad seque per interiectum filium reduceret; hoc ad Patris honorem, cui in omnibus rebus cedere perspicitur dispensantem. Hactenus Nazianzenus, & quidem Theologicè, & diuinè, in quibus affirmat illam redemptionis proprietatem soluendi pretium illi, sub cuius potestate captiuus aliquis detinetur, non fuisse inuentum in Christi Domini redemptione, quam doctrinam sequutus est Nicetas ad illam orationem 42. Nazianzeni num. 48. vbi expressè affirmat illam proprietatem redemptionis Christi defuisse. Vide illum inter explicationes Eliæ Cretensis.

Nazianz.

Nicetas.

Verum ex illius resolutione grauißimum nascitur dubium, in quonam consistat, & Diaboli tyrannis, & potestas, & nostra captiuitas sub illo, à qua Christus nos liberauit, satis enim ex dictis non explicatur. Hoc vt declarem suppono inuidia excitatum Diabolum intendisse hominem à gratia, & amicitia Dei deturbare; & consequenter à supernaturali beatitudine, quam ille infelix, & superbus amiserat, quod si effecisset consortem haberet hominem inferni, & ignis parati, sibi, & Angelis suis, quem in tarrato perpetuò

811.

SECTIO III.

Sacra Deipara non peccauit in Adamo.

perpetuò detineret captiuum: ad hunc autem finem nihil videbatur conducibilis, quam hominem ab amicitia, & filiatione Dei deturbare, & reddere indignum gratiis, & auxiliis, quibus resurgere posset à peccato, quod commisit, vt ipse Angelus se reddidit indignum proprio peccato, quo posito sine dubio homo sub illius potestate perpetuo, & maneret captiuus, & perpetuo torquendus, ita tamen, vt ab hoc mundo veluti captiuitas, & illius mors inciperet; complenda verò cum in ignibus torqueretur æternis. Ex hoc difficultas declaratur, ratione enim peccati à primo parente commissi, & in nos generatione transfusi indigni habiti sumus, qui gratiam, & auxilia diuina reciperemus, & necessitate quadam additi, peccatis actualibus ex quorum commissione pœnis æternis eramus plectendi sub dominio, & potestate, & completa captiuitate demonis nunquam finienda, quæ hic incipiebat per peccata, quibus homines inseruiunt diabolo, & promouent illius intentionem, dum plura comittentes peccata infallibiliorem reddunt captiuitatem completam, & pœnas quibus in inferno torquendi.

812.

Ex hac igitur doctrina colligitur, in quo consistat Redemptoris munus, & officium; Christus enim Dominus, vt ab vtraque nos liberaret captiuitate, & inchoata, & absoluta sanguinem suum fudit, & mortem subiit, vt placatus Deus filiis iræ, naturalis filij meritis gratiam sanctificantem, auxilia supernaturalia, supernaturales actiones vita æterna dignas illis infunderet, & liberaliter daret, quibus si per ipsos non staret, infallibiliter consequerentur salutem, & gloriam, & ab inferi carceribus tormentis æternis, & perpetua hostis humani generis captiuitate, & dura seruitute liberarentur, & propter hæc omnia Christus dicitur, & est Redemptor, & assertor. Vnde fit quod si creaturæ alicui, quæ ex natura sua flexibilis est, & deuiare potest à lege diuina; tamen nullum haberet peccatum, Deus ex meritis Christi conferret gratiam habitualem, auxilia supernaturalia, actiones meritorias. Et tandem vitam æternam, proculdubio illam redimeret, saluaret, liberaret, si non à captiuitate, in qua actualiter erat, à miseria saltem, & captiuitate, in qua infallibiliter erat futura, si gratia, & auxilia illi non conferrentur, quæ principia sunt actionum supernaturalium, quibus creatura rationales meretur vitam æternam, & libertatem à demonis captiuitate.

\*.\*

813.

Dico primò: Beatissima Virgo Maria non peccauit in Adamo, vnde peccatum originale non tetigit sacram Deiparam, etiam extrinsecè, & in sua causa primæua. Hæc est contra Egidium Lusitanum, & Doctores alios suæ sententiæ, sed amplectuntur eam Cardinalis Aureolus 3. dist. 3. art. 4. quatenus asserit debuisse Christum Dominum conferre Matri omnem honorem possibilem in ratione sanctitatis, at in Adamo non peccasse, nec necessitatem contraxisse peccandi, honor maximus, & honor impossibilis; & inferius addit ex meritis, & redemptione habuisse Virginem, quod nunquam fuisset odita, ex sententia igitur Cardinalis, neque in Adamo Virgo sanctissima fuit Deo inimica, nec filia iræ, Catharinus tract. de conceptione Virginis in prima editione, 1. p. cap. 1. pag. 10. §. Quartò igitur, in 2. editione lib. 2. cap. 1. lib. de casu primi hominis, & peccato originali, cap. 5. ad Róm. ad illa verba, in quo omnes peccauerunt, §. nunquid autem, pag. 53. Galat. lib. 6. cap. 2. & 6. sed expressius cap. 10. Viguierius ad citata verba Pauli, pagina 45. idque insinuat in suis institutionibus Theologicis, cap. 18. §. 5. & 2. vbi ait Virginem mortuam non in pœnam, sed ex conditione naturæ. Mairon 3. d. 3. q. 2. art. 10. Martinus Martinez lib. 6. Hypotheposion cap. 3. pagina 460. Estella in cap. 3. Luca, pag. 184. qui omnes expressè excipiunt beatam Virginem à regula generali Pauli: Omnes in Adam peccauerunt. Turrianus in Epistola de peccato originali pagina 1. ex folio 43. & folio 45. pag. 2. Magister Grano de conceptione Virginis disputatione 3. cap. 22. sect. 2. num. 6. Lezana de conceptione Virginis cap. 32. folio 145. pagina 2. & sequentibus. Mendez Dominicanus in Mariali lib. 3. cap. 34. §. 2. & 4. Ioannes Suarius Franciscanus concione 23. in Apocalypsim. Gundifaluus sanctus Lucero in discursibus Hispanis, de Virginis debito ad peccatum originale, in quibus lucem dedit non paruam, sed ingentem huic veritati. Salmeyron in cap. 5. ad Romanos, disputatione 49. pag. 617. & pag. 619. columna 2. Angles in floribus 2. sententiarum, dist. 31. quæst. 1. de contractione peccati originalis appendice 6. Albertus Magnus, quem refert, & sequitur Canisius, lib. 5. de Deipara cap. 27. §. Ad Thomam, Salazarius de Conceptione Virginis fuisse præcipuè cap. 24. Sherlogus 2. tomo in Cantica cap. 1. num. 8. ad illud: æquitani meo, sect. 1. pagina 350. Perlinus Apologia pro Conceptione Virginis, disput. ... Poza Elucidarij, lib. ... Cornelius Mussus Antistes Bisontinus in Epistolam ad Romanos. ad illa verba, in quo omnes peccauerunt, Ludonicus de Carual in declamatione facta in Concilio Tridentino, vbi cap. 23. hunc titulum præfixit: Quod lex vniuersalis peccati originalis non sit in beatissimam Virginem lata.

Aureolus.

Catharin.

Viguierus.

Mairon.

Noſter Episcopuſ Oña libello de peccato originali, & præſeruatione Virginis, quam ego olim typis mandavi, vbi hanc ſententiam ſum ſequutus, quæ gratiſſima viro Principi D.D. Petro de Caſtro, & Quinones Archiepiſcopo Hiſpalenſi digniſſimo. Reputant probabilem Iuſtinianuſ 1. ad Timoth. cap. 2. num. 6. Magalianuſ ad eandem Epistolam cap. 2. ſect. 3. §. Addo mihi, Gregoriuſ de Valentia, tom. 4. diſput. 2. quæſt. 1. puncto 2. Baſiliuſ Pontiuſ Legionenſiſ 1. p. Variarum Relectione 3. Significat Auguſtinuſ Bernal. diſputatione 10. de Incarnatione ſect. 3. & tandem Franciſcuſ del Caſtillo Velasco, tomo 1. de Incarnatione, & præſeruatione Virginis à peccato, diſput. 3. quæſt. 1. num. 3. pag. 530. Qui addit probabiliorem eſſe contrariam ſententiam, & conformiorem menti Scoti 3. diſt. 3. quæſt. 1. §. ſi autem, vbi ait: *Et ſicut alij indignuerunt Chriſto, ut per eius meritum remitteretur eiſ peccatum iam contractum, ita illa magis indigni mediator præueniente peccatum, ne eſſet ab ipſa atiquando contrahendum, & ne ipſa contraheret.* Sed fallitur Caſtillo qui verè Scorifiſta, in hiſ enim verbis nihil determinat Doctor ſubtiliſ, & potiuſ valde fauet noſtræ ſententiæ, ſi enim beata Virgo peccaret in Adamo, aliquando eſſet illud ab ea contrahendum, & ideo indigni mediator præueniente, qui enim volumus illam in Adamo non peccaſſe, affirmamus ab hac noxa, & inchoata ſeruitute, & opprobrio liberatam præſeruante Chriſti Domini gratia; vnde pro noſtra ſententia, libenter aduoco Scorotum non renuentem, præcipuè cum legam apud ipſum, quæ auctoritati ſacræ Scripturæ, & Eccleſiæ non contradicunt, concedenda eſſe Virgini ſanctiſſimæ, quam ſententiam floridiſſimam, & piſſimam, recentiſſimuſ Scotiſta non attendere videtur. Nec ſibi ipſi eſſe contrarium, cum aſſeruerit q. illa 1. n. 25. Beatiffimam Virginem non habuiſſe debitum proximum peccati originalis contrahendi, quod conſtare non poteſt cum ſententia aſſerente peccaſſe in Adamo. Nam quamuis hæc duo inter ſe diſtinguantur, quia debitum non contrahatur niſi in propria perſona; tamen peccaſſe in Adamo infert neceſſariò debitum proximum, ſeu neceſſitatem peccandi, neceſſitas infert peccauiſſe in Adam; hæc enim neceſſitas, ſeu obligatio non extinguitur per inſuſionem gratiæ, vt contra Ferrarientiſem, & Luſitanum oftendiſſimus ſuprà diſp. 13.

Ante huius conſuſionis probationem præmitto homines in Adamo peccaſſe, & debitum ad originale contrahendum ex primo peccato habuiſſe neceſſariò ſecum afferre inchoatam captiuitatem, & ſeruitutem; ac proinde inchoatam Dei inimicitiam, & odium neceſſitate tanta, vt hac captiuitate inchoata, & ſeruitute nulluſ liberari poſſit etiam Dei potentia abſoluta, ſi ſemel in Adamo peccauiſſet, quæ proculdubio ingens eſt inſelicitas, & in hoc puncto maxime conſideranda. Poſteſt enim Deus eximere aliquem à lege, & pacto cum Adamo inito, poteſt à peccato quocumque ſua gratia liberare, & eripere; poteſt etiam à proxima neceſſitate contrahendi peccatum originale in aliquorum ſententia; ſi in primo

inſtanti conceptionis gratiam inſundat, poteſt etiam à debito remoto, ſeu neceſſitate illa hominem liberare, quam contrahit dum foetus incipit formari, ſi aliquam corpoream ſanctitatem inſundat, qua purificet carnem, at non poteſt vlla ratione à neceſſitate prima liberare; itavt vt illa nunquam fuerit, tameſi poſſet remittere etiam inſuſa præſtantiffima gratia, nam etiam ſi vt poteſt remittat peccatum noſtrum, vt fuimus in primo parente nullo modo poteſt efficere, quod illo peccante non fuerimus miſeri, captiui inimici, rebelles, vt de ſe eſt manifeſtum, quia in Adamo peccaſſe, nihil eſt aliud quam in illo noſtras ſimul fuiſſe colligatas voluntates, cum ille peccauiſſet. Deus autem efficere non poteſt ſemel peccante Adamo vt capite morali, quod nos in illo non peccauiſſemus.

Inde infertur ex illo peccato ſeruitus, & captiuitas illa inchoata rebellio ad Deum inimicitia aduerſum Numen ſupremum, & Dei odium aduerſum homines propter violatam legem, & tranſgreſſionem præcepti, quam exaggerat multiſ Aegidiuſ, quæ omnia neceſſaria iudicat tanto conatu, vt exiſtmet ſacram Deiparam non poſſe pertinere ad Chriſti Domini redemptionem, niſi inſelicitates iſtæ inueniantur in illa. Voco autem neceſſitatem illam inchoatam captiuitatem, quia etiamſi ex illa in propria perſona peccante Adamo nulluſ fuerit captiuuſ, neceſſitas illa in captiuitatem actualem, & perfectam ita propendet, vt ſola Dei gratia ab hac poſſit homo liberari, cum non ſolum in ſeruitutem diabolicam inclinet, ſed etiam cogat, & ad illam neceſſitet. Inde eſt, quod abſolute neceſſitas illa poſſit peccatum abſolute appellari, eo modo, quo ſomes appellatur peccatum, vnde mali rationem non poteſt fugere. Imò potiori iure, quam ſomes, hic enim, eſt ad peccatum inuitet, non tamen obligat, cogit, & neceſſitat, quod reperitur in neceſſitate illa orta ex Adamo peccato. Adde fomitem, & poſſe ligari, & extingui, quod ſelicitatis genus inueniendum nunquam in illa neceſſitate; quia illa neceſſitas perpetua neceſſario eſt, & interibit nunquam; quæ doctrina explicari poteſt ex illiſ, quæ diximus diſputatione 13.

Infertur etiam ſecundò, Deum maximum collaturum beneficiuſ in illum filium Adami, quem à prima natiuitate contrahendi peccatum originale liberaret, & præueniret ne in tantam, (etiam in cauſa) prolaberetur miſeriam, eximeret enim eum à neceſſaria demoniſ ſeruitute, à morte ſpirituali, ab odio diuino actiuo, & paſſiuo, & non permetteret, quod peccatum etiam in fieri illi dominaretur, neque illum denominaret peccantem, quæ omnia ſine dubio ſunt beneficia magna, vt conſideranti conſtabit, & quæ ſuppoſita cauſalitate phyſica Adami ex qua homo ſic præſeruat naturalis filiuſ prodiret petunt ſummam liberalitatem, & miſericordiam, & ex illa naſcuntur, expoſtulantque in rerum præſentium ſerie ſanguinem Chriſti.

Ratio autem beneficij, eſt ſtatim non reſluceat clariffimè, prodit tamen ſe manifeſtè ſi conſideremus inſelicitates, captiuitatem, ſeruitutem,

815

Aegidius

816

817

ſeruitutem, & diuinum odium, iam exiſtentia, & afficientia hominem immediatè poſt peccatum Adami, & ſtatim oculos conuertamus mentis ad illum eundem meritum Chriſti, vel ſolum diuina liberalitate à neceſſitate, & captiuitate liberatum gratia præſeruante. Meliuſ enim, & clariuſ harum inſelicitas in contractione actuali, & perſonali originalis peccati conſpicitur, quam conſpiciatur in Adamo peccato, & conſequenter clariuſ, & meliuſ in prima neceſſitate, quam in ſtatu præſeruationis in quo illorum malorum nulla eſt experientia. At illa ipſa docet manifeſtè dum homines premit, & fatigat, quantum, & quam ingens foret Dei beneficiuſ, ſi filium Adamo naturalem à filiatione morali, & pacto cum illo inito præſeruaret. Vnde euidenter deducitur beneficij, & fauoris magnitudo. An vero ad hoc poſſit extendi ſanguis redemptoris conſtat ex dictiſ ſectioſe prima & applicabitur inferiuſ, dum argumenta contrariorum ſoluentur. Hiſ poſitiſ.

818

Probari poſſet primo noſtra conſuſio teſtimoniis ſacræ ſcripturæ, quibuſ ſolet probari Virginem puriſſimam non infectam fuiſſe originali peccato, quæ diligenter, & eruditè vrget ad hoc inſtitutum Magiſter Lezana Apologia de conceptione Virginis cap. 33. à folio 150. ad quem merito remitto lectorem, & fruatur Genetiſ loco cap. 3. 15. quem de inſtrua ad propulſandam à Virgine quamcunque neceſſitatem moralem contrahendi peccatum originale ſeruaui: *Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo illius.* Qui locus generaliter aſſumitur ad probandam Virginis immunitatem, & ad rem noſtram efficaciffimuſ eſt ex notatione Caietani, qui aduertit ad rationem perfectæ iuſtitie, & ſanctitatis non ſufficere inimicitiam inire cum diabolo in hoc vel illo genere virtutis, ſed neceſſarium omnino eſſe, vt inimicitia cum illo intercedat in omni genere, & materia virtutis, qui enim caſtuſ non eſt, tameſi ſit miſericors vere ſanctuſ non eſt; quam explicationem ad rem noſtram promouet Rupertuſ Abbas, lib. 3. commentariorū in Genetiſ cap. 19. hæc fundens: *Quis namque omnium noſtrum, quicumque viri, pariter & femina commixtum genuſ ſummuſ inimicitias cum iſto dracone integras ſe habere gloriatur? Nonne omneſ Dei potiuſ inimici fuimus? ergo ſecundum illiuſ quidem gratiam, nunc filij Dei, vel amici ſummuſ, & cum illo dracone inimicitias habemus, ſecundum noſ ipſoſ, autem, vel ſecundum primoſ parenteſ ſocij, & conſentanej rebellionis fuimus.* Quibuſ in verbis duo diſtinguit Abbaſ Tuicienſiſ in originali peccato, & inimicitiaſ cum Damone. Primum neceſſitatem illam primam contrahendi peccatum originale, quia fuimus in illo, dum Adamuſ peccauiſſet, ſecundum ipſam contractionem originalis peccati, & ſecundum, utrumque affirmat noſ inimicoſ eſſe Deo; & ſocioſ rebellionis; & proditiſ illiſ, & neceſſario duaſ etiam amicitiaſ in reipatiſ aſtruit. Primam quæ liberatur à peccato originali. Secundam quæ cum Deo eſt genè-

Caiet.

Rup.

Tuicienſ.

raliſ, & extenditur ad omneſ materiaſ virtutum. Ex quibuſ hæc ratio efficax poteſt formari: ſi in primo peccato Maria fuiſſet ſocia, & conſentanea rebellionis, & proditiſ primi parentis non haberet inimicitiaſ cum antiquo ſerpente: at inimicitiaſ habuit: ergo non fuit ſocia, & conſentanea rebellionis primi parentis: ergo in Adamo non peccauiſſet Virgo puriſſima, vtraque conſequentia eſt euidentis, & maior ſupponitur ex doctrina contraria, quæ pro viribuſ contendit omneſ poſteroſ Adami in illo peccaſſe, Dei eſſe inimicoſ, & perduellioneſ, quod conſtare non poteſt cum inimicitia diaboli. Minor vero probatur ex ipſa veritate conſentante, & caſtigante ſerpentem in Mariæ ſanctiſſimæ productione, quæ cum illo eandem inimicitiaſ haberet, quaſ habuit, & Chriſtuſ Dominuſ, qui neque in Adamo peccauiſſet, quod etiam ſignificat illud (ipſa conteret caput tuum) verbum enim quod in primitiuſ correſpondet ly conteret, ſignificat exfluſare, cum impetu flare, longiuſ ponere, vt notauit Haye 1. tomo arboriſ vitæ Genetiſ 3. v. 15. num. 441. & conſonat illud ex libriſ Granatenſibuſ, quod vindicabamus diſput. 16. ſect. vltima. *Maria non attingit primum peccatum:* quod ſignificat à Maria longiſſime fuiſſe peccatum originale: atque non abſuiſſet longiſſimè ſi in primo parente peccaſſet.

Haye

819

Iſai.

Damian.

Secundum teſtimonium deſumitur ex Iſaiæ cap. 42. à num. 8. *Ego Dominuſ, hoc eſt nomen meum, gloriam meam alteri nondabo, & laudem meam ſculptilibuſ, qua prima fuerunt ecce uenerunt, noua quoque ego annuncio antequam orientur audita vobis faciam. Cantate Domino Canticum nouum, laus eiſ ab extremis terra, &c.* in quibuſ verbis, & ſequentibuſ Chriſti incarnationem, & ſalutem nouam, quam attulit prædicit propheta, eamque annunciat futuram generalem, & publicam, in qua non ſolum reperiantur quæ in prima hominum conditione, ſed noua, & nunquam viſa proponantur, eaque in Maria ſanctiſſima quam vocat gloriam ſuam, & hoc nomine illuſtrat Cardinaliſ Damianuſ.

Et aſſerit ſe alteri non daturum illam, ſed ſemper apud ſe habiturum, alieno non daturum vnquam, To enim (alteri) alienum, & extraneum ſignificat, qualis eſt hoſtiſ communis reſpectu Dei optimi Maximi; qui ſe à Dei gratia per ſuperbiam alienum, & extorrenſ fecit, & Deus qua ſi inſallibile ſignum incarnationiſ Mariam ſanctiſſimam conſtituit, hæc enim regina vltimuſ, & validiſſimuſ fuit ſignum incarnationiſ, & nouæ ſalutiſ de qua hic Iſaias vt explicat noſter Arias Montanuſ. In ſtatu ergo Innocentiæ fuerunt gratia, & originaliſ iuſtitia, & hæc perfectioneſ in ſtatu gratiæ per Chriſtuſ adueniſſe clamat propheta ſiue Dominuſ ipſe, & præterea noua, & inaudita, gloria ſcilicet ſua id eſt Matrem, quæ ira fuerit gratia, & ſanctitate ſublimiſ vt neque in Adamo fuerit vitata, aut maculata illiſ peccato; ſi enim reſ aliter ſe haberet iam alieno, extraneo, Diabolo ſuaſ gloriā ſalutem in primo parente dediſſet, & Dei Matrem ancillaſ Dæmoniſ eſſet, Deuſque Dominuſ illiſ

illius non esset, ac si clarius sacrum diceret nomen: Ego Dominus, ego legislator nomen meum misericors, Matrem in lege generali non includam, ne vnquam extraneus illi dominetur, vt dominabitur posteris Adæ. Ego solum vt Deus Dominus illius nunquam tyrannum patietur, neque peccato erit subdita, alia testimonia adducemus disputantes de absoluta impossibilitate peccati in Virgine sanctissima. Nunc sufficienter hæc duo; semper tamen præ oculis habenda plenitudo gratiæ in sacra Deipara, quæ ad hoc beneficium extenditur; illam enim in lege, & pacto communi non includere Dei salutaris sui fuit maxima, & singularis gratia.

820. Hefychius. Nec defunt Patres qui hanc veritatem clare insinuauerint. Hefychius etenim Prasbyter Hierosolymitanus oratione 1. de beatæ Virginis laudibus hæc facit (Præclarum Virgo) nostra natura ornamentum, gloria luti nostri, quæ eam pudore, Adamum comminatione liberauit, audaciam Dæmonis contriuit, quam concupiscentia fumus non attingit nec vermis voluptatis læsit. In quo testimonio victoria Virginis contra Dæmonem & originale peccatum describitur omnibus luminibus, & ornamentis, & in pacto, & lege Maria ostenditur non inclusa, si enim inclusa esset, & in Adamo peccasset, non solum fumus concupiscentiæ pomi illam attingeret, sed etiam in capite ignis generalis absumpsisset & primæ voluptatis pomum edendi vermis læsisset, quæ explicatio clarissimis verbis Hefychij non erat necessaria, adeo aperte nostram conclusionem, & puritatem Virginis pronunciant quibus affinia sunt, quæ ex Origène afferuntur in officio Nogaroli, & Breuiario Romano excuso Lugduni. ait enim: Virginem neque serpentis persuasioni deceptam fuisse, nec eius venenosus afflatibus infectam.

821. Germanus. Secundus sit Germanus Patriarcha, hic enim apud Suarium sermone de fasciis & Zona Beate Mariæ relato 31. die mensis Augusti ad illud Psalm. 86. Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei, hæc scribit: Quanam hæc civitas est? existimo manifestissime, & siue vlla contradictione eam, quæ verè est electa, & omnibus superior diuinarum, & sublimium virtutum magnitudine, & puritate omnibus antecellentem Mariam nulli penitus culpa affinem. Atqui si beata Virgo impura fuisset in Adam, & culpam illius impiberet non solum non Angelis in puritate antecelleret; sed etiam plusquam affinis culpæ esset, cum illam in capite haberet.

822. Anselm. Tertius, sit S. Anselmus, qui in illud 2. ad Corinthios 4. Si vnus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt, inquit, omnes mortui sunt in peccatis nemine profus exempto dempta Matre Dei, siue originalibus, siue voluntate additis; quæ exceptio explicatio est alterius sententiæ Pauli Rom. 9. In quo omnes peccauerunt. Et quidem in his locis præcipuè fundantur Doctores contrariæ sententiæ. Sed quia Bellaminus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis existimat illos commentarios non esse Anselmi, sed Magistri Generalis Dominicani Hermi, indubitatum est Cantuariensis præsulis testimonium lib. de conceptu Virginali cap. 18. Quamuis de mundissima Virgine filius Dei ve-

rissime conceptus sit, non tamen hoc ex necessitate factum est, quasi de peccatrice parente iuste proles rationabiliter generari nequiret, sed quia decebat illius hominis conceptio de Matre purissima fieret, nempe decens erat, vt ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi virgo illa niteret. Quid clarius? si enim Mariam sanctissima impura fuisset in Adamo, & in illo peccasset, imò & re ipsa existeret, sancti enim Angeli nullomodo fuerunt impuri maculati aut Deo inimici.

823. Bruno. Quartus, sit S. Bruno, qui explicans illud Psalm. 101. Dominus de celo in terram aspexit. Hæc de beata Maria: Hæc est incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus, ab omni propterea contagione peccati libera. At si in Adamo peccasset Virgo immaculata ab omni contagione peccati libera non fuisset. Brunonem imitatus est S. Dominicus, qui in lib. de Eucharistia relato à Breuiario Romano edito Lugduni, & approbato à Sixto IV. quod affert Coccius lib. 3. thesauri Catholici art. 1. scripsit, sicut primus Adam fuit ex terra Virgine, & nunquam maledicta, ita decuit in secundo Adam fieri, si autem Virgo in Adamo peccasset Adamus secundus ex terra esset in primo maledicta, librum autem sancti Dominici à calumniis aliquorum suæ familiæ præcipuè Maluendæ in libro de paradiso vindicauimus disput. 16.

824. Sextus, sit Magnus Albertus, in Mariali quem refert & expendit Salazar de Conceptione cap. 15. num. 11. qui cum asseruisset nobilitatem attendi in conditionis libertate, in officij dignitate, & vitæ sanctitate, & addidisset libertatem conditionis consistere in causa, hæc asserit: Secundum libertatem in causa, id est in origine beatissima Virgo fuit nobilissima, utpote Principis filia. Ad quod probandum adducit illud Canticorum: Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis, seu vt habent Hebræa, filia liberi, aut liberalis, & concludit: Et sic fuit liberrima in causa. Sentit ergo Albertus Virginem sanctissimam nobilissimam extitisse in sua causa, scilicet in Adamo, qui Princeps liber non fuit, nec liberalis, sed primus seruus peccati, qui patrimonium sanctitatis, & gratiæ, ne contristaret delicias, suas temere prodigit; & tandem Albertus, Hoc dicimus, quia beata Virgo secundum omnem dignitatem, & nobilitatis modum fuit nobilissima, & dignissima in summo. Quomodo verò in summo nobilissima esset, si in Adamo peccati, & Dæmonis esset ancilla? Plures Patres non afferam, multos allaturus inferius, vt attuli superius disp. illa 16.

SECTIO IV

Sacram Deiparam in Adamo non peccasse efficaciter ostenditur.

825. Multa sunt motiua, quæ hanc immunitatem Dei genitricis ostendunt, & illam in Adamo non peccasse demonstrant. Primum ab inconuenienti deducitur; si Sacra parens in Adamo peccasset sequeretur in illam infelicitatem,

tatem, & miseriam adductam, ex qua neque Dei absoluta potentia posset educi. Consequens est falsum; ergo & antecedens. Falsitas consequentis constat, quia nulla est infelicitas à qua felicissimus Deus infelicem personam liberare non possit: sequela verò probatur, & explicatur simul, quia sicut infelicitas est fuisse aliquando felicem, vt vulgaris affert paremia: ita est etiam infelicitatis gradus, aliquando fuisse infelicem, præcipuè si infelicitas oriatur ex infelicitate quæ secum affert ignobilitatem, honoris deiectionem, seruitutem, & captiuitatem; quod exemplis fiet illustre. Si enim aliquando fuit homo mancipium, & postea in libertatem asseratur, & manumittatur, noxa captiuitatis nunquam deletur, sed afficit illum semper, ita vt perueniat etiam ad filios, & nepotes illius, eis enim omnibus in felicitate libertatis infelicissimum est Patrem aliquando fuisse infelicem, vnde apud Romanos libertis, & libertinis, id est seruo manumisso, & filiis illius perseverans infelicitas ex prima infelicitate, vt tradit Petrus Gregorius lib. 11. Syntagmar. iuris vniuersi, cap. 1. ex Martiano Imperatore, leg. & seruorum, de statu hominum, lib. 1. tit. 5. Libertis nota, & macula quadam manet inter ingenuos, utpote ob receptum beneficium illis à quibus acceperint, nempe patronis, & eorum successoribus valde deuinctis. In quibus Imperator satis insinuat notam, maculam & infelicitatem esse, aliquando fuisse in seruitute, etiam si Patroni libertos iam manumiserint. Præterea labitur aliquis in hæresim, comprehenditur à Tribunali sanctæ Inquisitionis ministris, & confessus, & poenitens in supplicio sacco induitur benedicto, qui nota est suæ hæresis, & illum infamat, elabitur tempus infamiæ supplicij & notæ, & illum habitum infamæ supplicij, & infelicitatem, quam publicè declarabat, sed iam liber omnino ab hac infelicitate, infelix adhuc est, quia totam maculauit posteritatem, ita vt infelicitas hæc duret perpetuo, nec illi vllum adsit remedium, & in posteros traducitur, qui infelicitate Parentis infelices sunt, ea ratione, vt ab actuali supplicio & sententia liberi, & asserti, nulla vi, etiam pecuniarum fisco additarum à secunda nota, & noxa possint liberari. Deus enim efficere non potest, vt qui seruus fuit peccati, illius seruus non extiterit. Colligitur ex D. Thoma 1. part. quæst. 25. art. 3. & 4. quod tradunt præter Theolog. in leg. vltim. prope finem, versic. Amplius Considera, C. de legibus, Bernardus Laurentius de potestat Reg. cap. 10. num. 33. vers. Et certissimum est. Nec Deum posse facere, vt qui semel contraxit maculam retro & continuo immaculatus extiterit. fol. 54. col. 2. Albericus leg. in Bello, §. facto, ff. de captiuis, Florentinus in cap. 1. oppositione 4. de summa Trinitate, Ias. in leg. si insulam, 1. notab. ff. de verborum obligat. Gaspar Guillelmus in Apologia cap. 12. num. 20. Ludouicus Desard in tit. de legitim. §. Septimo videndum, Corneus consil. 147. Quia causa, num. 3. Quod res iudicata, volum. 2. Et Claudius Cæsar rogatus vt cuiuspiam absolueret ab infamia quam propter delictum contraxerat perpetratum. Respondit se vt Principem illum infamia liberate, benefi-

cium tamen illud nihil prodesse, vt infamis nunquam fuisset; nulla enim potestate fieri poterat, vt infamiam non contraxisset, vt narrat Suetonius in illius vita. Vnde rectè Baldus in cap. contingit, num. 3. de restitutione spoliar. subdit. C. Quæ fictio non operatur contra factum quoad veritatem inducendam, l. 1. §. Scæuola, ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. Nam auctoritas legis non potest veritatem tollere, deque essentia realitatis suæ eradicare, quia veritas est firma & incommutabilis propositio de re in qua est, vel prædicatur, l. 2. ff. de usufructu earum rerum quæ vsu consummantur. Sicut etiam si per consequens matrimonium filij naturales legitimentur illegitimitatis antecedentis, macula ab illis non potest auferri. Baldus in cap. Innotuit, num. 20. de elect. ibi C. quia legitimatio est ordo præposterus, & macula fuit impressa origini. Stephanus Gratianus tom. 3. discept. forens. cap. 55. num. 53. & 54. fol. 506. concludens quod licet illegitimè natus legitimetur ex matrimonio subsequenti, adhuc tamen remanet macula originalis. Rolandus consil. 100. à num. 19. vsque ad 30. volum. 2. Cephalus consil. 82. num. 29. volum. 1. Rosel. in rubrica de finali causa legitimatio nis, tom. 8. part. 2. fol. 39. pag. & column. 2. Ex quibus omnibus, quæ apud Romanos, & apud Catholicos sunt indubitata sic argumentor, tamen si Virgo sanctissima gratia redemptionis posset liberari à nota seruitutis, & infelicitatis in Adamo, nunquam posset etiam absoluta potentia filij liberari ab infelicitate, & nota, quæ perpetuo sequitur infelicitatem, & noxam actualis seruitutis, & peccati quam habuit in Adamo, quando in illo peccauit; ergo in infelicitatem incidit, à qua nulla potentia valuit educi. Inde Græcorum proloquium: Ancilla nunquam hera, quod refertur lib. 1. Epigrammatum Græcorum titulo Palade Inde etiam affectus, & studium Pauli, qui ad Galatas 4. Non sumus Ancilla filij, sed libera, vt qui putaret, & merito ignobilitatem, & infamiam esse quod quis ex Ancilla nascatur, etiam si iam sit libera à seruitute. Hanc enim infelicitatem Paulus detrectabat. Dedecus enim semper Filio Pater, qui aliquando sine honore, & illud Horatij:

Quem omnes rodunt liberino Patres natum. Horatius.

Etsi hoc infelicitas non est, vt quid luger prudentissimus Iobus diem, seu noctem Conceptionis suæ. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Cum iam infelicitas, & seruitus originalis esset extincta? Atqui extinctum non erat, neque potuit extingui illam seruitutem subiisse aliquando, quod infelicissimum est Vnicus solum est modus, quo Deus Matrem suam ab hac liberare infelicitate possit, & hic est præseruatiuus. Dicemus ergo Deum ab illa Virginem liberasse, quia non permisit, vt in Adamo peccaret.

826. Secundò ostenditur nostra conclusio à priori. Christus Dominus est perfectissimus, & excellentissimus redemptor. Ergo sacra Deipara in Adamo nunquam peccauit. Consequentia probatur, quia si in aliqua persona potuit, & debuit ostendere excellentiam, & dignitatem suæ

suæ redemptionis, illa fuit sacra Deipara, & non alia: si ergo excellentia, & præstantia muneris talis ad illam etiam præseruationem potuit extendi; nulla est efficax ratio propter quam negemus Virginem non peccasse in Adamo, aut vi cuius asseramus in illo pacto, & lege communi fuisse inclusam. Extendi verò posse redemptionem Christi Domini ad illum præseruandi modum, & ad meritum non inclusionis in lege communi: probatur efficaciter, quia excellentissima redemptio non potest non habere propriissimam rationem redemptionis; sed propriissima ratio redemptionis, aut includit necessarium, aut generaliter sumpta permittit præseruationem à seruitute, & captiuitate: ergo perfectissima, & excellentissima redemptio affert secum libertatem à seruitute, & captiuitate: & vterius ergo illam affert secum redemptio Christi Domini, quæ est excellentissima: & tandem ergo excellentissima hæc redemptio excitata est in beatissima Virgine Maria. Discursus quoad omnes consequentias est euidentis, & nihilominus prima consequentia probatur, & explicatur; quia excellentissimum in aliquo genere non potest, non participare propriissimam rationem generis illius. Cum ergo redemptio generaliter sumpta dicat ordinem ad captiuitatem, illam etiam dicit excellentissimam redemptio, hæc autem est præseruatiua; vt latè deduximus disput. 16. sect. 20. vbi §. Hauserunt autem; monstrauius clarè, & dilucidè redemptionem præseruatiuam dari, & illam inter redemptiones omnes esse excellentissimam; quod docuit Angelicus Doctor ad cap. 8. Dionysij de diuinis nominibus, illis verbis: *Sic igitur, quia ratio saluationis in hoc consistit primo, & principaliter, vt aliquis in bono conseruetur, non erit longe ab intentione sacra Scriptura; si quis saluationem Dei velit laudare, in quantum ipse Deus saluat omnia per propriam bonitatem liberando à malo, quod est casus à proprijs bonis.* Quod amplius explicat, & exemplificat in sequentibus. Hinc fit redemptionem propriè, & rigosè sumptam diuidi in præparatiuam à malo, quod imminet, aut potest accidere, & liberatiuam à malo, & casu, quæ iam acciderunt, quibus meo iudicio addenda est redemptio, quæ eminentissimo modo claudat vtramque, non in sensum, quem voluit Agidius, quæra retulimus, & impugnauius loco allegato, §. contra quem, sed quæ talis sit naturæ, vt vi illius excellentissimus Redemptor exercere possit, vtramque rationem redemptionis, & liberatiuæ, & præseruatiuæ, & huius ordinis existimo esse redemptionem Christi Domini, imò assero necessario id esse asserendum: liberat enim Saluator excellentissimus non solum illos, qui iam ceciderunt, & peccarunt; illos à captiuitate iam exercita extrahens, sed eos etiam, qui non ceciderunt, sed cadere possunt, quæ res est de fide, cum præseruet à peccatis actualibus, idque per sanguinem crucis eius; in Christo enim Domino, nulla alia est redemptio. Vide necessario, quæ diximus illa disput. 16.

D. Thom.

Ex dictis in hac ratione deducitur non rectè Augustinum Bernal de Incarnatione, disp. 10.

827.  
Aeroal.

sect. 3. à n. 32. asseruisse Christum Dominum non propriè redemisse beatissimam Virginem Mariam; rationem reddit, quia propriè redimere est ab incuria realiter captiuitate liberare. Iam enim monstrauius ex sententia Dionysij, qui eam didicit, ab Apostolis, & discipulis Christi Domini redemptionem à casu imminenti esse redemptionem, non solum propriam, sed excellentissimam. Male etiam citat Salazarium, quasi asserentem cap. 24. §. 9. de conceptione Virginis, nec præseruatiuè quidem redemptam ab originali, sed solum ab actualibus. Ipse enim Antistes non solum illo, §. 9. sed etiam 10. & 11. totus est in explicanda, & probanda hac Thesi: Virgo Maria propriè redempta est à peccato originali, & §. 11. n. 146. & 147. probat ad redemptionem propriè dictam, nec peccatum, nec necessitatem peccati necessario supponi; nec video qua ratione asseri possit sacra Deipara redempta præseruatiuè à peccatis actualibus, non tamen ab originali, vel à necessitate illud contrahendi; nec existimo consequenter loqui, si qui sunt Doctores, qui negent præseruationem Virginis à peccato originali, & illam concedant in peccatis actualibus, nec hæcenus aliquem vidi, qui in hac sententia procedat.

828.

Tertiò probatur assertio, Pretiosior, & liberior esset beata Dei genitrix si non peccasset in Adamo: ergo de facto non peccauit in Adamo, nec inclusa fuit in lege illa communi. Consequentia videtur manifesta, quia iuxta doctrinam Hieronymi ex parentibus suis progressa est Virgo liberior sancta Maria; & vt attulimus ex Alberto Magno fuit liberrima, & nobilissima, etiam in causa, & origine sacra Deipara. Adde, quamcumque seruitutem dissentaneam, & dissonam tanta dignitati. Antecedens verò probatur, supponendo Matrem Dei terram esse, aut fundum, à quo benedictus fructus illius, scilicet Redemptor omnium Dominus Iesus. Monstrauius autem in illa disput. 16. tractantes illud Apocalypsis 12. *Signum magnum apparuit in celo.* Magnum importare libertatem, & ex vtraque litteratura deduximus fundum, qui nullam seruitutem seruiret; vocari à iuristis, & antiquioribus optimum maximum, huncque esse pretiosorem, & excellentioris æstimabilitatis, quam illum, qui quampiam seruitutem seruisset. Quam doctrinam tradit expresse ex iure Petrus Gregorius lib. 4. Syntagmatis iuris vniuersi, cap. 1. vbi tria hæc scribit: *Quidquid eiusmodi iuris (libertatis) diminutionem habet, neque optimum dici potest, neque maximum. Nilius est quidquid seruit, atque prædium pretiosius habetur à seruitute liberum; quidquid seruitutem aliquam patitur non potest esse nobile, nobilitas enim in libertate, aut consistit, aut fundatur.* Ecce Mariam si in Adamo peccauit vilem, ignobilem, seruam, ancillam, non optimam, non maximam, non pretiosam, si non peccauit pretiosam, maximam, optimam, Dominam, nobilem æstimandam terram, & fundum nullum appendentem tributum.

Hieron.

Alb. Magu.

829.

Quartò probatur assertio, præcipuè aduersus illos, qui optimo iure existimant Mariam sanctissimam fuisse præseruatam à peccato originali,

originali, ex eo quod si illud non potuit contrahere, & hoc dedecet dignitatem illius; imò & Christi Redemptoris, ad quidnam est necessarium Dominam Mariam ad nostras detruere sordes communi infestare labe, & ignobilium hominum sexiorumque Diaboli Regnam vincere catena. Respondent facile, quia aliàs non posset per Christum propriè redimi, & ideo vel solum in capite captiuitate ferenda, vt illam redemptio Christiana contingeret, sed monstrauius iam redemptam fuisse excellentissimè à Christo Domino. Nunc addeamus Iesum Saluatorem non futurum redemptorem excellentissimum, nec eius Redemptionem vniuersalissimam si Virgo includeretur in pacto inito cum Adamo, & lege illa communi, quod est manifestum, & explicatur, quia excellentissima Redemptio natura sua extenditur præseruatiuè ad quodcumque peccatum, veniale, mortale, originale in propria persona, & potest extendi ad peccatum originale in capite, præcipuè si ex conditione propriæ naturæ personæ, quæ præseruatur, aut imminet, aut possit esse peccatum: ergo si Christi Domini redemptio etiam ad hanc præseruationem re ipsa non extenditur, non esset eminentissima redemptio: attingat igitur Virginem, & virtute illius, Maria non includatur in pacto, vt etiam re ipsa, & in exercitio Christus Dominus sit eminentissimus, & excellentissimus asseritor.

830.

Quintò sua datur assertio, quia si consultatio illa de colliganda voluntate omnium postetorum in voluntate primi parentis ad conseruationem, & transfusionem iustitiæ originalis, & traductionem peccati, quas explicauimus ex Basilio Legionensi, disp. 12. fieri potuisset adstante beatissima Virgine, & sciente se Matrem Dei futuram, & ab illa sciscitaretur Deus, vtrum vellet è duobus gratiam, & sanctitatem suam ponere conseruandam in Dei voluntate, aut qui immediatus & substantialis eius filius erat futurus, aut in voluntate primi parentis hominis ad peccandum flexibilis, & iuxta propriam naturam labilis in peccatum, quique non immediatus, sed remotus futurus pater illius, proculdubio suam sanctitatem, & gratiam, iustitiam originalem, & eius custodiam potius constituere vellet in filij voluntate, quam in voluntate primi parentis, quæ electio prudentissima esset, & à quocumque bene cordato laudanda. Ex quo clarissimè inferitur Virginis voluntatem non colligatam fuisse in pacto illo communi cum voluntate primi parentis. Consequitio probatur, quia vt explicauimus loco citato, ideo colligauit Deus voluntates omnium filiorum Adæ in negotio iustitiæ originalis, & tantarum diuitiarum custodia cum illius voluntate, quia vidit electionem posteriorum si prudenter agerent eam esse futuram, quæ hanc colligantiam in capite expeteret, ergo si prudenter Virgo sanctissima si illi optio daretur, potius esset electura gratiam, & sanctitatem suam esse in voluntate Dei, vbi esset securior, quia filius eam dulcius, & ardentius amabat, quam primus parens, sine dubio Deus in exercitio id ita contingere disposuit, & fieri decreuit, sicut eligeret prudentissima Virgo, ser-

go sacra Deipara in Adamo nulla ratione peccauit. Relege quæ diximus disp. 12.

## S E C T I O V.

*Sacra Deipara nullam habuit necessitatem incurrendi peccatum originale.*

**N**egari non potest Mariam purissimam suæ naturæ relictam infici potuisse originali peccato, atque adeo etiam in Adamo peccare potuisse, ad quod nulla necessitas in illa labendi in peccatum, sufficit, si ponatur conditio propriæ naturæ creatæ defectibilis, quæ capax est cuiuscunque culpæ ex vi potentæ peccandi non impedita. Hæc autem potentia cum sit ipsa voluntas, necessitas non debet appellari etiam remota, & quidem si daretur proxima esset dicenda, quia voluntas indifferens, & non impedita est ita causa peccandi, vt nullum dicat ordinem ad aliam potentiam proximiorum respectu cuius dicatur remota. Appellatur verò remota, à recentioribus, quia supponitur ad necessitates alias contrahendi peccatum, quas explicauimus, quæ ad illam comparatæ minus, aut magis proximæ dicuntur, vt etiam comparatæ ad ipsum originale peccatum. Necessitas enim illud contrahendi in Conceptione Materiali proximior est Adami peccato, quam necessitas contrahendi illud in animatione, quia illud supponit & necessitatem aliam illud incurrendi, quam necessitas labendi in illud in Conceptione formali, aut animatione, ad quam peccatum subsequitur cui proximior est in hac consideratione, quam illa prima, & eadem ratione aut minus, aut magis remota. Placeat hæc consideratio doctis iunioribus, & Salazar illam insinuat de Conceptione c. 37.

831.

Verum quia in re non multum obscura variant recentiores, & non eisdem terminis vtuntur ad significandas necessitates remotam, & proximam contrahendi peccatum in hac controuersia vt vera, & piissima sententiæ proponatur, & probetur dilucidius attingam diuersas necessitates, quas distinguunt Theologi, & terminis congruentissimis declarabo. Relicta igitur naturæ flexibilitate, quam diximus necessitatem non rectè appellari. Prima necessitas est quasi conditionalis, & oritur tum ex flexibilitate naturæ, tum etiam (non tanquam ex causa, sed tanquam ex occasione) ex pacto, & lege cum Adamo non quæ posset poni, sed quæ iam re ipsa posita consideratur ex suppositione physice causalitatis Adami, quæ ipse caput physicum nostrum. Ex eo enim quod hæc causalitas supponitur, & præterea inducitur pactum necessitati remansimus ad amissionem iustitiæ, & ad peccandum in Adamo, si ipse peccaret, & hanc necessitatem Deus à nobis nullomodo relegare posset, si semel legem illam, & pactum fuisset ingressi. Hanc necessitatem vocant aliqui conditionem, vt Agidius lib. 2. q. 4. art. 2. §. 2. num. 11. Ego verò illam appellandam censo necessitatem antecedentem, quia absolute, & simpliciter in omni

Salazar.

832.

Egyd.  
Lufitan.

conditione antecedit originale, seu primum peccatum.

833. Secunda necessitas est illa quæ sumitur ex ipsius peccati primi existentia, cum enim peccatum Adami in fieri nobis fuerit imputatum, & à nobis non personaliter, sed in capite cuius membra moralia, & physica sumus fuerit commissum, necessario illo peccante peccauimus, atque proinde ab illius peccato denominamur, transgressionem enim illius nostra comitatur transgressio, neque aliter potuit euenire lege, & pacto suppositis. Hanc necessitatem aliqui vocant necessitatem in fieri peccati, at ego appellandam censeo necessitatem comitantem Adæ peccatum, quia nulla via fieri potuit, vt ipso peccante vniuersa non peccaret posteritas.

834. Tertia necessitas has duas consequitur, tamen si maneat in ipso Adamo, & est illa qua ex peccato Adami necessitati sumus ad contrahendum maculam peccati in lumbis eius, ita vt quocumque consideremur modo illo supposito, & esse incipiamus, obnoxietatem habeamus incurrendi Adamianam culpam, & peccatum, quæ necessitas consequens proprie dicitur, & posteros non intrinsecè, sed extrinsecè denominat, quia solum reperitur in nobis vt peccauimus in Adamo, non vero in Conceptione nostra, & hanc vocant aliqui debitum, seu necessitatem necessitatis, qua loquutione vtuntur Castillo, & alij apud ipsum disp. 3. de præseruatione Virginis à debito q. 1. n. 30. Et propriissime potest appellari necessitas consequens remota, consequens propter rationem explicatam, consequitur etenim duas priores antecedentem, & comitantem, remota quia restant adhuc duæ proximiores.

Castillo.

835. Quarta ergo necessitas contrahendi peccatum originale, & quæ ortum habet ex comitante, & consequenti & comitante, est illa quæ inuenitur in Cõceptione materiali Petri exempli causa, & commixtione seminis virilis, & fœminei ad humanam generationem necessaria. Cum enim originale peccatum traducatur per propagationem, aut generationem, vbi prima faciuntur fundamenta, & materia generationis deciditur à parentibus, incipit imminere contractio actualis primi peccati, & hanc necessitatem aliqui appellant remotam, & meo iudicio dicenda est consequens proxima, tamen si non immediata, quia est alia proximior, & magis immediatè coniuncta cum peccato originali, & perseverat vsque ad Conceptionem formalem.

836. Quinta, & vltima necessitas ex comitanti, & aliis relicta, est quam habent posteri Adami intrinsecè, & in seipsis contrahendi peccatum originale in ipso animationis momento; immediatè enim præcedens tamen si sit intrinseca carni, extrinseca personæ est. Hæc vltima est personæ intrinseca, & talis naturæ, vt neque actuali contractione peccati, neque infusione gratiæ, qua originale expellitur possit cessare, sed semper perseveret, quia vt ostendimus illa disp. 12. contra Lusitanum hæc necessitas non assimilatur debito pecuniæ, & illius solutioni, vt putarunt Ferraricus, & Ægydius, sed necessitati quam habet ignis retinendi calorem, & quælibet essen-

Ferrara. Ægydius.

tia habendi suas naturales proprietates, quæ perseverat, etiam si ignis habeat calorem; aut homo suas proprietates naturales. Has omnes necessitates. subsequitur contractio originalis peccati, & vltima illarum consequens proximior, & immediatior rectè dicitur. Vnde fit, necessitatem proximam consequentem diuidi posse in mediatam, & immediatam, tamen si generaliter loquendo dum de necessitate contrahendi peccatum originale nomine proximæ necessitatis aut debiti, vt alij communiter loquuntur hæc vltima necessitas intelligatur. Videas in quas necessitates, miserias, & angustias trahat etiam ante contractionem illius Adami posteros illius primum peccatum.

Dico secundo in hac disputatione. Purissima Virgo Maria nullam habuit necessitatem contrahendi peccatum originale, atque adeo neque extrinsecam, neque intrinsecam, neque antecedentem, neque comitantem, neque consequentem, siue illa sit mediata, siue immediata. Hanc conclusionem necessario sequuntur omnes, qui existimant sacram Deiparam non peccasse in Adamo, quos retulimus sectione 3. conclus. 1. Et præter illos Loaisa de Conceptione tract. 1. de Conceptione, punct. 2. Valdiuia tract. etiam de Conceptione ac 8. Aluarus Picannus de Palacios Hispalensis tract. de Conceptione punct. 3. Ludouic. de la puente in Cantica lib. 7. exhortatione 2. §. 3. n. 5. Perlinus Apologia pro Conceptione, Castillo vbi supra pag. 529. n. 25. Gueuara 2. tom. in Matthæum, annot. sect. 12. §. 2. & sect. 16. §. 6. num. 135. Inclinat Ioannes de Lugo, de Incarnatione disp. 7. sect. 3. quæ modum hanc sententiam defendendi præscribit, afferendum disp. sequenti, & docet expressè Augustinus Bernal de Incarnatione disp. 10. sect. 3. n. 30. est communis sententia recentiorum Complutensium, & illam necessario sequuntur qui existimant Virginem neque de potentia absoluta potuisse contrahere peccatum originale, quos commodius afferemus tractantes hanc difficultatem, vulgarisque est iam sententia in nostra familia. Adduxi aliquos affirmantes solum Deiparam non habuisse debitum proximum, quia hi solum concedunt in Virgine inclinationem, seu flexibilitatem uaturæ, & nullam necessitatem in Virgine cognoscunt, quæ includat primum Adami peccatum. Vnde consequenter omnem necessitatem excludunt, videndus Gundifaluis Luzero posteriori lib. de Conceptione præcipuè discursu 1.

837.

Loaisa.

Perlinus. Picario. Ludouic. à pont. Gueuara. Lugo.

Bernal.

Luzero.

838.

Neque hanc conclusionem negauit Scotus, sed illam non solum insinuat, sed tenet 3. d. 3. q. 1. §. si autem teneatur, vbi versiculo Per illud patet, hæc scribit. *Per illud patet ad rationes factas pro prima opinione, quia Maria maxime indignisset Christo, at redemptore; ipsa enim contraxisset peccatum originale ex ratione propagationis communis nisi fuisset præuenta per gratiam mediatoris, & sicut alij indignarentur Christo, vt per eius meritum remitteretur eis peccatum iam contractum, ita illa magis indignuit mediatore præueniente peccatum ne esset ab ipsa aliquando contrahendum, & ne ipsa contraheret.* Ecce Scotus necessitatem contrahendi

contrahendi peccatum, & contractionem peccati actualem distinguit, & docet præuentam esse Virginem tum à peccato tum à debito, seu necessitate, secundum quam esset ab illa aliquando contrahendum, id est posset contrahere.

839.

Ostendi potest hæc veritas ex scriptura, & Patribus, & quidem testimonia quæ adduximus sect. 3. eam manifestè probant, & clarè deducitur ex illis quæ attulimus disp. 16. Addeamus autem nonnulla disp. 21. & illam confirmant testimonia Patrum, iam adducta, & adducenda inferius, vnum, aut alterum ex Patribus conferam, vnus sit Sanctus Pater Augustinus, qui hoc modo refertur à Cancellario Parisiensi sermone de Conceptione part. 2. *Tertio insurgit tertia Virgo sapiens, id est patens auctoritas, dicens ad hoc esse auctoritates patentes sanctorum, nam Augustinus contra quinque hæreses cap. 4. de persona Regis sic ait. Si Maria potuit inquinari cum ipsum facerem, potui ego inquinari cum ex ea nascerer, sed secundum hoc non est possibile: ergo nec primum.* At secundum ea quæ diximus posse inquinari nihil est aliud, quam habere omnes necessitates recentitas, aut illarum aliquam, quæ igitur inquinari non potuit, nullam necessitatem, neque antecedentem habeat est omnino necesse, aliàs enim ex vi cuiuscumque posset inquinari. Ex sententia igitur Augustini, vt verè, & aptè explicatur à Gerson tam repugnat Mariam sanctissimam posse inquinari ex Adamo, quam repugnat inquinari in sua Conceptione Dominum Iesum Christum. Alter sit Alanus, Insulensis, qui referentem Del Rio, Cant. 6. 12. pendens illud: *Reuertere Sunnamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te: hæc scripsit: Reuertere Maria à captiuitate mundi cui non debes subyici, per quam captiui à captiuitate sunt soluti. Reuertere ab onere sine corruptione carnis, quia sicut immunis es à corruptione peccati, sic ad immortalitatem transire debes, &c.* Quæ infra daturi sumus. In primis enim verbis, terminis Scholasticis absolute affirmat Virginem sanctissimam non debere subyici captiuitati mundi, quia est mundi redemptrix, quod in vltima ratione assertionis ad rem nostram probandum ex Patribus.

August.

Gerson.

Alanus. Del Rio.

840. Damascen.

Carthus.

Nefas sit præterire locum Damasceni, quem ad rem hanc vidit nemo, qui sermone 1. de Natiuitate hæc scribit de Maria sanctissima: *Ars Sina sanctior quam non fumus, non caligo, non procella, non terrorem incutiens ignis contegit, verum illuminandi vim habens. Spiritus sancti splendor.* Vbi proculdubio de peccato originali tractat qui ignis dicitur, & procella terrorem hominibus incutiens, cuius fumus fuit Adami peccatum in necessitatibus posteriorum illud contrahendi, & affirmat, neque fumum hunc contegisse Mariam liberam non solum à peccato, sed etiam ab illis necessitatibus, à fumo, & ab igne. Quod aliis terminis scripsit Dionysius Carthusianus, libro 1. de præconio Mariæ alibi datus. *At verò tam excellenti puritate vniuersanda erat puellaris caro, vt illam supersplendens diuinitati vniri dignum esset, idcirco ab*

omni prorsus macula præseruanda fuerat, quo tanto ministerio congrueret. At illas necessitates maculam esse non negauit Ægydius.

Ægyd. 841.

Præterea probatur assertio ratione. Prima est meo iudicio (supposita non inclusione in lege communi) non solum efficax, sed euidentissima. Beatissima Virgo Maria non fuit inclusa in lege communi originalis peccati, neque comprehensa in pacto inito tum primo parente, ita vt nunquam in illo sibillo serpentis crediderit; ergo absolute loquendo nulla fuit in Virgine necessitas contrahendi peccatum; non antecedens, non comitans, non consequens, non remota, non proxima, non immediata. Antedens constat ex dictis sect. 3. & 4. & consequentia est euidens, quia vbi non fuit radix illius necessitatis, nulla potest inueniri necessitas, sed radix necessitatum contrahendi peccatum originale est peccatum primi parentis, ergo vbi non fuerit hæc radix, nec potest esse necessitas contrahendi peccatum originale, monstrauimus autem Mariam sanctissimam nullomodo peccasse in Adamo, neque inclusam in pacto, & consequenter in illa non fuisse radicem illarum necessitatum.

842.

Secundò, probatur. Si beatissima Virgo aliquam haberet necessitatem contrahendi originale peccatum, sequeretur aliquando fuisse destinatum ad seruitutem Satanæ, & ad infelicitatem ancillæ, idque prius quam intrinsecè destinaretur ad Maternitatem diuinam, deputaretur; in tempore ad hoc quod in ipsum Deum hominem haberet patriam potestatem; at vtrumque est absurdum, & Deo filio, & Diuæ Matri indecentissimum: ergo beata Deipara reipsa nullam habuit necessitatem cadendi in originale peccatum. Discursus est euidens, & sequela conceditur ab aduersariis, præcipuè ab Ægydio, qui summo conatu contendit necessitatem contrahendi peccatum esse seruitutem, captiuitatem, miseriam inimicitiam, in felicitatem & secum afferre maximos spirituales defectus. Absurditas autem consequentis constat ex dictis in præcedentibus sect. Et vltèrius ostenditur, quia deputatio intrinseca præsertim ad seruitutem Dæmoniacam, est character bestiarum, & Satanæ, & veluti proprietates afferens secum necessario, (si producatur persona) possessionem Dæmonis in illa, deputatio autem extrinseca affert etiam necessario hæc proprietatem inclinantem ad possessionem Diabolicam infallibiliter, si alias captiuus à necessitate illa non liberetur gratia diuina, quis verò non videat rem esse Deo indignissimam, quod Mater Dei prius deputetur per formam moralem in illa existentem ad contrahendum originale peccatum, & ad ingentem illam, & miserandam calamitatem, quam per gratiam deputetur intrinsecè, ad Matris ipsius Dei felicitatem; ego quidem nunquam mihi persuadeam Deum quam primum destinauit creaturam, vt esset illius Mater, forsitan non producendam nisi ad hoc munus, antecedenter ad illius exercitium voluisse etiam permissiuè Diaboli futuram ancillam, quam non passus est ancillari Christo, vt homo est, quia vt talis in illum habuit patriam potestatem, de quo, vide Salazarium Prou. 8. & in lib. de Conceptione non semel.



843.

Confirmatur hæc ratio, quia duæ formæ contrariæ neque possunt esse simul in eodem subiecto, nec in eodem simul instanti illud denominare. Vnde fit consequenter Virginem sanctissimam nullam habuisse necessitatem incurrendi peccatum originale. Quod ut intelligatur suppono necessitatem consequentem, necessitatem proximam, quam declarauimus esse formam intrinsecam, quæ cum extrinseca deputatione ad Maternitatem non videtur hæc contrarietatem, antecedentem verò, & concomitantem esse formam extrinsecam, sicut extrinsecum fuit Virgini sanctissimæ à principio mundi, imò ab æternitate esse prædestinatam ad Dei hominis Maternitatem. Vnde sic argumentor. Deputatio extrinseca ad munus primum, & principale sacræ Deiparæ & ad illius imperium etiam in Satanam extrinsecè consideratur in illa, etiam in constitutione legis cum Adamo, & in actuali existentia illius peccati, quod fuit fieri necessitatis originalis peccati, ergo non potuit illam denominare deputatio ad peccatum originale etiam extrinsecè. Probo consequentiam, quia deputatio extrinseca ad Principatum, & ad seruitutem respectu eiusdem subiecti, & in ordine ad idem extremum sunt simul impossibiles, sicut omnino impossibile est, quod Petrus, & Ioannes re ipsa inter se comparentur, ita ut de facto Petrus sit mancipium, & Dominus Ioannis, & Ioannes in eodem instanti Dominus, & mancipium Petri sub vna, & eadem consideratione, ratio enim dominij, & seruitutis, ut minimum opponuntur contrariè, & quidem non video quid vel apparenter posset ad hanc rationem respondere Lusitanus, qui ut Christum Dominum Matrem redemisse inueniat tot genera seruitutum in Maria constituat, idque tanta asseueratione, ut contrarium iam erroneum, iam hæreticum affirmare sit ausus, ô Virga fetrea in Virgam Iesse semper virentem! Annqñ animam ipsius pertransiuit gladius Lusitanus, ut prædixit Simeon, & explicat de negantibus Conceptionem purissimam S. Nicolai Monachus Montis Albani Epist. 9. ad Petrum Cellensem, quem disp. 16. citauimus?

S. Nicolaus.

844.

Tertio, probatur, quia si propter aliquam rationem Virgo sanctissima habuisset necessitatem aliquam contrahendi peccatum originale, vel ideo esset, quia aliàs nullo modo esset à Christo redempta, sed nulla stante necessitate etiam remota excellentissimo modo est à Christo redempta, ergo nullam habuit necessitatem cadendi in originale piaculum. Discursus est legitimus, & maior est fundamentum aduersariorum quod putant efficacissimum, & minor sufficienter constar, ex multis quæ præmisimus, & diximus sectionibus præcedentibus, præcipue secunda; ubi ostendimus omnem gratiam per Christum esse gratiam redemptionis, dicere ordinem ad peccatum vel existens, vel futurum, vel possibile, esse gratiam viuificantem ex propria sua natura, & hac ratione Dominum Christum esse modo propriissimo, & excellentissimo redemptionem etiam à captiuitate, quæ imminet solum, & non exercetur actualiter, quin hæc

ultima sit necessarium præsupponatur ad rationem primæ, & præstantissimæ redemptionis secundum expressam Dionysij Areopagite, & Diui Thomæ sententiam, quam explicuimus, & quam aliquo modo illustrat Origenis ingeniosa, & subtilis consideratio, qui cum inter se conferret Baptismum aquæ, & Martyrium, quod etiam vocat Baptismum, sic scribit homil. 7. ad caput 6. Iudicum. *Vereor ne illud Baptisma (Martyrium) eminentius sit illo Baptismate, quod per aquam creditur, illo enim accepto valde pauci sunt ita beati, qui id immaculatum usque ad exitum vita seruare potuerint: hoc verò Baptismo, qui baptizatus fuerit, peccare iam ultra non potest, etsi temerarium non est in rebus talibus audere aliquid possumus dicere quod per illud Baptisma præterita peccata purgantur, per istud etiam futura perimuntur.* In quibus Adamantius Martyrium appellat præseruationem à peccatis illis quæ solum sunt possibilis, & possent esse futura moraliter, sed addit per illud esse peccata quæ nondum extiteret perempta, singula ergo præmissa sectione secunda veluti dignitates sunt ex quibus concluditur Christum Dominum Beatissimam Virginem excellentissimo modo redemisse, etiam si nullam habuerit peccandi necessitatem, de quo sermo futurus in solutionibus argumentorum.

Areopagita  
D. Thom.

845.

Quarto probatur, ubi est impossibilis quacumque spectata virtute contractio originalis peccati; impossibilis etiam est ad originale peccatum quæcumque necessitas, sed in Beata Virgine est impossibile originale peccatum, ergo, & impossibilis est quæcumque ad illud necessitas. Consequentio est euidentis, & maior ostenditur, quia inclinatio, aut obligatio non datur ad rem simpliciter impossibilem, nec causa ad effectum, qui implicat contradictionem, minor verò probanda in sequentibus fusissimè & efficacissimè, & res tota ostenditur ex omnibus, quibus sect. 3. & 4. sacram Deiparam non peccasse in Adamo.

846.

Ex his omnibus concluditur temerè, & sine vlllo fundamento efficaci sæpius docuisse Ægydium Lusitanum, sententiam nostram esse hæreticam, & erroneam, ut quæ destruat redemptionem Christi Domini in Virgine immaculata, & excessiuè etiam Cordubam & Vasquium, qui Catherini sententiam censabant errorem. Primò enim erronea non potest esse illa sententia, quæ non deuiat à principiis fidei, sed in re hac illis consonat, & Christo Domino tribuit perfectissimum modum redimendi non solum ab actualibus, sed etiam ab originali peccato. Idque confirmat: ex ipsa Apostolorum doctrina, qui sunt illi doctores, quos nomine superpresso refert, & sequitur Diuus Dionysius, & illum imitatus Thomas Aquinas. Secundò, quia Catherini sententia, quam ille etiam expressit libello de peccato originali. S. Vide, & octauo affirmans Virginem Beatissimam non fuisse inclusam in pacto originali cum Adamo inito; nunquam per sacrum Inquisitionis Tribunal iussa est expungi, ut alia expunguntur

Lusitan.

Corduba.  
Vasq.

Dionys.  
D. Thom.  
Catherin.

Cumel.

expunguntur quæ in illo habeantur tractatu, quod sine dubio decerneretur si illa sententia, aut erronea aut hæretica esset. Adde quod insignes Theologi nunquam cum hanc sententiam tractarent illam insimularunt erroris, aut alterius notæ, aut censuræ, ut ex Reuerendissimo Magistro Cumel, & aliis rectè notauit Magister Lezana. Tertio, quia cum Toleti proponeretur nostra sententia propugnanda in publicis assertionibus à Patribus Seraphicæ familiæ, & nonnulli rem ad sacræ, & supremum Inquisitionis tribunal nimium rigidi detulissent, re grauissimè considerata, & discussa, consultisque Hispaniæ Theologis, qui eam liberam ab omni censura declararunt, quibus ego, etsi indoctus spontè subscripsi, dum Hispanenses Theologi de hac re consulerentur. Inquisitionis Senatus facultatem, & licentiam concessit publicè defendendi, & tutandi immunitatem Virginis à necessitate contrahendi peccatum originale, & à peccato in Adamo esse liberam, & immunem, ut à viris grauissimis Franciscanis, Iesuitis, & aliis non religiosis Toleti, & Complut. fuit propugnatum plaudentibus Doctissimis hominibus, ut referunt Salazarus; Granada, Lezana, & alij. Et his diebus præmissis grauissimo examine, & scelicissima censura Academiæ Salmanticensis, Complutensis, Hispanensis, & Granatensis publicè defendi, die vigesima secunda Octobris huius anni 1642. de licentia tribunalis sanctæ Inquisitionis Hispanensis beatissimam Virginem etiam absoluta potentia non potuisse maculari originali peccato, qui est harum vestigationum scopus, & absolute à necessitate antecedenti, concomitanti, & consequenti liberat pie sacram Deiparam, quæ doctrina supra omnem Hyperbolem cunctis facta plausibilis, verissima, & Catholica limatis indicis est visa.

Salazar.  
Granada.  
Lezana.

847.  
Triid.

Quarto, id efficitur ex auctoritate Concilij Tridentini, quod ut iam omnes notarunt in decreto de peccato originali sæpius relato declarauit expressè non esse suæ intentionis comprehendere beatissimam Virginem in illo decreto, & consequenter docuit illas loquutiones Pauli (In quo omnes peccauerunt: Ergo & omnes mortui sunt) & similes constare posse optimè, etiam si purissima Maria non includatur in illis, quod non declarasset Concilium si existimasset ita regulas illas vniuersales esse de fide, ut de fide etiam esset ex peculiari priuilegio, quale Virgini candidissimæ fuit concessum, nullam pati exceptionem. Quod debent probare Vasquius, Lusitanus, & alij, ut sustineri possit regidissima illorum censura.

Vasq.  
Ægyd.

SECTIO VI.

Purissima Virgo Adami Mater  
moralis.

848.

Proponam in hac sectione, vti nam scilicet, rationem non peruiam, ut ex illa deducatur non improbabiler sacram Deiparam simpliciter, & absolute à quacumque peccati originalis necessitate, aut debito esse im-

munem, & illustretur non paucum dignitas Maternalis tantæ Reginæ. Ad cuius intelligendam efficacitatem suppono Mariam sanctissimam secundum corpulentam substantiam esse naturalem filiam Adami physicè loquendo, aliàs enim Christus Dominus non haberet ex Adamo humanam naturam, nec illam indutum esset Verbum diuinum, quod est in iurium Catholica fidei, & addo rationem capitis moralis propriè loquendo desumi ex influxu morali in gratiam, auxilia, & remissionem peccati membrorum, item ex influxu in auxilia, & actiones illas, quæ necessariæ sunt, ut humana natura dicatur, & sit à peccatis redempta. Inde Dominus Iesus Christus caput Ecclesiæ, & illius Pater moralis, ut docet catholica fides, & tradunt Theologi cum S. Thomas, 3. part. quæst. 8. art. 1. præcipue ex illo Ephesiorum 1. *Ipsam dedit caput super omnem Ecclesiam.* Quæ appellatio metaphorica est, & ex illa deducitur caput quodcumque illud sit esse corporis caput, & principium, & debere necessario partes habere, si enim naturale, & physicum sit, habebit partes, & membra physica, & naturalia; si vero sit mysticum, & morale, membra illius, & partes erunt moralia mystica, & spiritualia, ergo Christus Dominus dicitur caput Ecclesiæ per Analogiam ad caput physicum, & naturale, ut constat ex Paulo Romanorum 12. & 1. Corinth. cap. etiam 12. quam veritatem luculenter explicuit S. Thomas in corpore illius articuli his verbis. *In quo (capite scilicet humano) iria possumus considerare, scilicet ordinem, perfectionem, & virtutem: ordinem quidem, quia caput est prima pars hominis incipiendo à superiori. Et inde est quod omne principium consuevit vocari caput secundum illud Ezechiel. 16. Ad omne caput, via edificasti signum prostitutionis tue: Perfectionem autem, quia in capite vigent omnes sensus & interiores, & exteriores, cum in ceteris membris solum sit tactus: & inde est, quod dicitur Iaiæ 9. Senex, & longæuus ipse est caput. Virtutem vero, quia virtus, & motus ceterorum membrorum, & gubernatio eorum in suis actibus est à capite propter vim sensitiuam, & motiuam ibi dominantem, unde & rector dicitur caput populi secundum illud 1. Regum 15. Nonne cum paruulus esses caput in tribus Israel factus es? Hac autem iria competunt Christo spiritualiter. Primo enim secundum propinquitatem ad Deum gratia eius altior est, & prior, etsi non tempore, quia omnes alij receperunt gratiam per respectum ad gratiam ipsius, secundum illud Romanorum 8. Quos præscinit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Secundo vero perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gratiarum secundum illud Ioannis 1. Vidimus eum plenum gratia, & veritatis, ut etiam supra ostensum est. Tertio, virtutem habet influendi gratiam in omnia membra Ecclesiæ, secundum illud Ioannis 1. (de plenitudine eius nos omnes accepimus,) & sic patet quod Christus conuenienter dicitur caput Ecclesiæ. Hactenus Doctor Angelicus. Ex cuius doctrina infertur, quod si in beatissima Virgine*

S. Thom.

Rom.

istæ proprietates reperiantur, licet non possit appellari, nec sit caput Ecclesiæ, possit tamen appellari Mater membrorum illius mystica, & moralis, vt quæ verè & naturaliter sit physica Mater Saluatoris, & capitis moralis Christi scilicet Domini, vt hac ratione fideles non solum habeant Patrem, sed etiam Matrem spirituales, sicut etiam habent in Adamo & Eua Patrem, & Matrem corporeos & materiales. Cùm vero idem respectu eiusdem non possit esse filius, & Mater secundum eandem considerationem, tamen possit secundum diuersam, vt constat in Christo Domino, & Maria sanctissima, inde est quod si semel persuasum fuerit Mariam sanctissimam esse Matrem morale, & mysticam primi parentis Adami, necessario consequatur Adamum esse illius spiritualem, & mysticum filium, ac proinde non posse esse caput morale illius. Vnde vltimo concludendum erit, neque in Adamo peccasse, neque illam habuisse necessitatem incurrendi originale peccatum.

849. Vnde argumentor in fauorem primæ, & secundæ assertionis disputationis huius. Maria sanctissima est Mater moralis mystica, & spiritualis Adami, & posteriorum illius, ergo neque peccauit in Adamo, neque vllam habuit necessitatem contrahendi originale peccatum. Consequentia est clara, aliàs e nim eadem omnino persona respectu eiusdem esset Mater, & filia, quod fieri non potest cum Mater & filia opponantur relatiuè, & idem respectu eiusdem in eodem genere causæ, non possit esse causa, & effectus, vt constat ex metaphysica. Antecedens, vt probetur aduertendum est ad rationem principij moralis requiri, & sufficere, quod sit persona, quæ in membra possit influere, in ordine ad illorum supernaturale bonum. Vnde etiam sit morale principium esse personam, quæ in membra sibi coniuncta Theologicè præstare possit influxum in ordine ad illud bonum, & sequitur membrum necessario esse personam, Theologicè coniunctam principio, & quæ ab illo possit recipere influxum in ordine ad proprium bonum supernaturale: dixi Theologicè, vt includam membra etiam triumphantis Ecclesiæ, quæ licet principio non coniungantur per fidem, sunt tamen illi coniuncta per habitum luminis gloriæ, & visionem beatificam. Vnde colligi potest qualis qualis definitio gratiæ capitis, & principij moralis, scilicet sanctitas influens in personas sibi Theologicè vnitas per influxum tendentem ad supernaturale earum bonum. Vtrum autem possit, qui hanc sanctitatem habeat influere etiam in ordine ad naturalia bona tractaui in materia de prædestinatione, dum disputarem de illius effectibus. Videatur Augustinus Bernal de Incarnatione disp. 32. sect. 7.

Bernal. 850.

Iam ergo probò illud antecedens; si beatissima Virgo Maria dignitate, & ordine, tamen non tempore excelleret in gratia, & sanctitate Adamum, & posteros eius, & ita haberet plenitudinem, & perfectionem omnium gratiarum, vt virtutem haberet influendi in Adamum, & posteros influxu pertinente ad illorum supernaturale bonum, proculdubio esset principium mysticum, & moralis Mater eo-

rum, sed talis est gratia, & sanctitas sacræ Deiparæ: ergo post Christum Dominum principium est mysticum, & Mater moralis omnium illorum. Consequentia est euidentis, & maior sumitur ex doctrina D. Thomæ, quam vniuersi sequuntur, & probant, & ex diffinitione gratiæ principij moralis. Minor vero in qua est difficultas, quoad primam, & secundam partem probanda est in sequentibus, & quoad tertiam, quæ primo aspectu difficillima videtur è sanctorum Patrum penu est eruenda, & illustranda, qui diuersis terminis hunc influxum significant; non solum erga primos parentes, sed etiam erga omnes posteros illorum. Primus sit S. Ephrem Syrus, qui de laudibus Virginis ita Mariam sanctissimam alloquitur: *Aue primogenitoris Adam resurrectio. Aue mundi mediatrix gloriosissima; Aue pax, & salus mundi. Aue vniuersi terrarum orbis conciliatrix.*

Ephrem. Syrus.

Secundus Hefychius Præbyter Hierosolymitanus, quem iam dedimus concione 2. de beata Virgine: *Præclarum nostra natura ornamentum, gloria luti nostri, quæ Euam pudore, Adamum comminatione liberauit.* Tertius Irenæus, lib. 5. cap. 19. Adhuc protoplasti per correctionem primogenitæ commendationem accipiens: Et luculentius ibidem: *Sicut Eua seducta est per Angelicum sermonem Diaboli, vt effugeret Deum, sic Maria per Angelicum sermonem Euangelizata est, vt portaret Deum, & sua se obediens Deo, vti Virginis Eua, Maria Virgo fieret aduocata, & quemadmodum astrictum est morte genus humanum, per Virginem saluetur aqua lance disposita Virginalis inobedientia per Virginalis obedientiam.* Lege etiam lib. 3. cap. 33.

851. Hefychius.

Irenæus.

Quartus sit S. Gregorius Thaumaturgus, qui oratione 1. de Annunciatione comparans leuitatem Eua in credendo cum prudentia immaculatæ parentis, & illius ponderans culpam ait: *Verum in sancta Virgine eius lapsus reparatus est, neque enim sanctissima Virgo donum admisit, antequam qui illud mitteret, & quodnam donum esset, & quis ferret addidisset.* Tertullianus lib. de carne Christi cap. 17. in Virginem adhuc Euam irreperat verbum edificatorum mortis, in Virgine æquè introducendum erat Dei Verbum extructorium vitæ, vt quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sensum redigeretur in salutem: *Crediderat Eua serpenti, credidit Maria Gabrieli.* Videas Cerdam ibi, n. 298. qui Sophronium & alios Patres affert.

Thaumat.

Tertull.

Cerda.

Sextus D. Augustinus lib. de quinque hæresibus, cap. 6. & serm. 7. in Natali Domini nostri. *Eua Mater generis nostri pœnam intulit mundo, genitrix Domini nostri salutem & femina suggestit, & viro, autrix peccati maledicta, autrix meriti benedicta, illa occidendo obfuit ista viuificando profuit, percussit illa, at ista sanauit, pro inobedientia enim obedientia commutatur, & fides pro perfidia compensatur.*

852. August.

Septimus sit sanctus Bonauentura in speculo Virginis cap. 8. *Coruus infidelis, quoniam emissus non rediit, columba vero fidelis, sic & Eua infidelissima mediatrix perditionis, Maria fidelissima mediatrix salutis fuit.* Basilius Seleucensis sermone; seu oratione, de incarnatione.

853. Bonau.

Basil.

*æ. Aue qua inter Deum, & homines mediatrix intercedens efficit, vt interiectus inimicitia patries tandem aliquando euertatur, terrenaque calescibus coniungantur.*

854. Chryf.

Nonus sit sanctus Chrysostomus, qui homilia de interdictione arboris ad Adamum hæc aureo protulit calamo: *Mors per Adam, vita per Christum, Euam serpens seduxit; Maria Gabrieli consensit, sed seductio Eua attulit mortem, consensus Maria peperit saculo saluatorem, restauratur per Mariam, quod per Euam perierat, per Christum redimitur, quod per Euam fuerat Captiuatum, per Gabrielem promittitur, quod per Diabolum fuerat desperatum; Denique peccatum deletur per Christum quod per Adam fuerat ante contractum. Redditur per Mariam vita, qua per Euam fuerat interempta:* Sanctus Damascenus oratione 1. de Natiuitate Virginis: *Vitam habebis natura præstantiorem, non tibi ipsi, nec enim tui causa progenita est; Quocirca a Deo habebis per quem in vita prodisti, vt orbis vniuersi administram te praberet, atque antequam Dei consilium, hoc est Incarnationis Verbi, ac nostra Deificationis per te impleretur.*

Damasc.

855. Vndecimus hunc chororum Castrorum amænat Sedulius sæpe citatus Poëta floridissimus.

Sedul.

*Ac velut è spinis mollis Rosa surgit acutis Nil, quod ladat habens, matremque obscurat honore: Sic Eua de stirpe sacra veniente Maria, Virginis antiquæ facinus noua Virgo piaret.*

856. Bern.

Duodecimus sit sanctus Bernardus, qui sermone, de Verbis Apocalypsis: *Sic nimirum prudentissimus artifex, quod quassatum fuerat non contregit, sed vitium omnino refecit, vt videret nobis nouum formaret Adam ex veteri, Euam transferret in Mariam, & quidem sufficere poterat Christus; si quidem, & nunc nostra sufficiencia ex Deo est, sed nobis bonum non erat esse hominem solum, congruum magis, vt adesset nostra reparationi sexus vterque, cuius corruptioni neuter defuisset.* Et inferius alia non inutilia; vide etiam sermonem de à quæ ductu Sanctus Germanus in natiuitate Beatæ Mariæ id ipsum fatetur, & Mariam vocat mediatricem, sed floridissime in Encomio sanctæ Mariæ: *Ingrede huc plenitudo mea propheta (alloquitur Mariam Zacharias propheta) huc ades perfectio diuinarum ordinationum, huc ades signaculum testamenti ipsius, huc ades finis ipsius consiliorum, huc ades declaratio ipsius sacramentorum; huc ades spectaculum omnium prophetarum, huc ades collectrix male consonantium; huc ades coniunx iam olim disjunctorum, huc ades firmamentum in terra demissorum; huc ades renouatio rerum antiquarum: Quid ad hunc Virgineum influxum confirmandum fortius, suauius, floridius? nihil: nisi velis hæc ex Cirillo esse fortiora in homilia habita in Concilio Ephesino, seu Ephesi ad Nestorium, Salue Virgo per quam sancta Trinitas in vniuerso orbe glorificatur, & adoratur, per quam Demones fugantur, per quam tentator Diabolus de calo decedit, per quam prolapsam plasma in calum denno subuehitur, per quam sanctum Baptisma obdignit credentibus; Quibus omnibus clarè, &*

German.

Cirill.

pie suffragatur Idiota Beatus, qui lib. de Virgine Maria cap. 4. *Inter omnia opera æterni operis post operationem illam, qua natura nostra vnitus est filius tuus, speciale opus fusti o Beatissima Virgo Maria, qui ad hoc te fecit, vt quod de primo officio fuerat de formatu, per te reformaretur: & statim: Adificauit ergo te angelis Reginam, hominibus medicinam, creatura inferiori libertatem, &c.* Vide integrum caput.

Idiota.

Verùm in re vulgari, & apud sanctos Patres frequentissima plures non afferam, si semel produxero Richardum de sancto Victore, qui in Cantica cap. 23. post nonnulla sic scribit: *Ex eo miserorum Mater facta es, & miserum alere misericordia lacte capisti, & cum misericordia Dei sit ab æterno, amplior esse cepit ex tempore, & cum ex te caput instium, eius quoque lac diuina misericordia, & ex te nobis profuxit, ipsa prius repleta es, & ex te nobis descendit hæc abundantia. Et interius: Ita lux æterna ex temporali noua surrexit, & radios suos amplius dilatavit, nec solum per eam lux gratiæ in terris, sed etiam visio Dei animibus est data in celis.* Vt videas Dominum Iesum nobis dare gratiam, & gloriam, sed eius beneficio à neutrius influxu separati Virginem Matrem viuentium, quæ vt ex Epiphania attulimus per ænigma, ita est appellata, non quia Christus Dominus non sufficeret nobis, vt Matre administra indigeret, cum valor operum eius, & meritum esset infinitus, sed quia propter Mariæ gloriam, & hominum solatium hoc voluit numen supremum, vt enim verè dixit Damianus, sicut sine verbo factum est nihil: ita sine Maria sanctissima nihil est effectum. Videantur recentiores qui de sacra scribunt Deipara, & plura ex Patribus afferunt ad hoc institutum, qua plenissimam reddent nostram Panegyrim, & ostendent Mariam sanctissimam Redemptionis humanæ fuisse administram, & priorum Parentum Matrem, & morale principium lege disput. 14. vestigationis primæ, vbi plurima attulimus testimonia, & rem declarauimus.

857.

Ric. Vict.

Epiphania.

Damianus.

Ex his probata manet tertia pars minoris illius quam ad ostendendum antecedens principalis rationis subsimplisimus, sed non facile explicatu, quismam sit influxus, quem in ordinem ad salutem æternam Adami, & posteriorum habuit, aut habet Virgo sanctissima, & quidem sanctus Thomas 3. p. q. 27. art. 5. ad primum diserte affirmat Beatissimam Virginem in omnes fideles gratiam quodam modo deriuare; & quidem hunc influxum non esse immediate efficientem principalem, neque per modum meriti, vt nobis obiciunt hæretici nouiores, & putarunt antiqui referent Epiphania hæresi 78. & 79. ostendimus vestigatione 1. disput. 14. conclusione 1. & res est de fide, de quo videri potest Suar. tomo 2. in 3. disput. 23. sect. 2.

858.

S. Thom.

Suar.

Vnde dicendum, esse influxum efficientem mediatum, & moraliter administratorium in quantum sacratissima Virgo genuit nobis Christum Dominum, qui est causa nostræ salutis moralis, & physica, vt explicuimus loco citato conclusione 2. & nunc amplius explicabimus.

859.

bimus, cum enim iuxta communem sententiam, quod est causa causae, est causa causati, & Beatissima Virgo fuerit mater naturalis Christi, & proprium sanguinem dederit ad redemptionem primi parentis Euae, & posterorum, unde à Patribus appellatur captiuorum redemptio, & iuxta crucem extiterit nostrae salutis anxia, & filium afferens conformis Patri, & Deo ad mundi communem salutem, iure optimo dici potest causa efficiens mediata, & administra nostrae salutis. Inde Bernardus asseruit ibi non fuisse ociosam, sed quodammodo operatam hominum salutem, his verbis: Iam vtiq; neque ipsa benedicta inter mulieres videbitur otiosa, inuenietur equidem locus eius in hac reconciliatione, opus enim est mediatore ad mediatorem istum, nec alter nobis vtilior, quam Maria. Adde meruisse Incarnationem de congruo, quae necessaria fuit ad humani generis curandam libertatem, & gloriam. Deriuatio vero illa, quam asseruit Diuus Thomas ita est intelligenda, non tamen significat veram efficientiam, & meritum, sed impetrationem supernaturalium donorum, quae nobis conferuntur ex meritis Christi Domini, & per Mariam purissimam, voluit enim Deus hoc modo conferri per Mariam quod sufficit vt sit salutis nostrae administra, & Mater Moralis Adami, & Euae eorumque filiorum, in quo sensu intelligendi sunt Patres, & scriptores, qui hoc modo loquuntur, nec enim aliud intendunt, & praeferunt falso nouatores.

Bern.

D. Thom.

860.

Arnold.

Inter omnes verò qui hunc in nostram sententiam Marianum declarant influxum, nullus clarius, efficacius, suauius, & ad Christi Domini tutandam redemptionem nullo altero indigentem administro aptius, quam Arnoldus Abbas Carnotensis quem iam alij dederunt, tr. de septem Verbis Domini in cruce ad illud: *Mulier ecce filius tuus*; ita enim ardentem, & elegantissime scribit: *Et quod difficillimum erat moriebatur Virgo, & mori non poterat, nec poterat ex facie colligi crux illa anima, & patibulum Spiritus, in quo erat hostia viua, & bene placens Deo, & medullatum holocaustum, quod cum ipsa intonderet tantum conscientia ministerio utebatur, ipsaque sine strepitu se ipsam mactans in altario interiori, & ligna, & flammam, & laices conferebat, nimirum in tabernaculo illo duo erat videre altaria, aliud in petore Mariae, aliud in corpore Christi, Christus carnem, Maria immolabat animam.* Deinde subjungit alias rationes, & causas ex quibus colligitur ad nostram cooperatam fuisse redemptionem, & salutem: *Operabat verò ipsa ad sanguinem anima, & carnis suae addere sanguinem, & eleuatis in cruce manibus celebrare cum filio sacrificium vespertinum, & cum Domino Iesu corporali morte redemptionis nostrae consummare mysterium, sed hoc solius erat (occurrit Arnoldus Haereticorum mendacio) summi sacerdotis priuilegium, vt de sanguine munus intra sancta inferret, nec poterat ei esse conforis hac cum aliquo dignitas. Nam in reparatione hominis, nulli Angelo, nulli homini cum eo fuit, aut esse potuit communis auctoritas; (bene quia haec solum ab homine Deo) cooperabatur autem plurimum secundum*

modum suum ad propitiandum Deum, cum tam propria quam Matris vita charitas Christi perferret ad Patrem, cum quod Mater filius approbaret, Pater donaret, diligebat Pater filium, & filius Patrem; Mater vero post vtrumque ardebat (ad mundi redemptionem); & primorum Parentum libertatem, & gloriam) vnus erat, quod diuersa exhibebant officia, quod Pater bonus, quod filius pius, quod Mater sancta intendebat, quod in communi elaborabat dilectio, simulque se complectebantur pietas, & charitas, & bonitas, Mater supplicante, filio interpellante, Patre propitiante, filius ad pectus Matris, & vbera, Pater ad filij crucem, & vulnera respiciebat. Et quid inter haec tanta pignora (filius & filia) non mouerent? Haec tenus deuote, & dulciter, & catholice Abbas Arnoldus.

861.

In quibus verbis multa digna, quae notentur, illud mihi ad rem nostram illustrissimum: *Cum tam propria, quam Matris vota charitas Christi perferret ad Patrem.* Quasi velit Arnoldus desiderasse redemptorem mundi vora & desideria Matris apud Patrem etiam valere pro mundi salute, illaque ad hunc finem acceptari, ac si illius merita infinitam non haberent efficacitatem, vt vel hoc modo Adamus, & Eua, & omnes posteri eius non solum summo Sacerdoti Christo, sed etiam ad ministræ Matri acceptam referrent salutem, qui Abbas est meo iudicio cogitatus sublimis, & dignissimus ad ostendendam in humani generis Virginis gloriam.

862.

Ex quibus iam inferas, sacram Deiparam aliquo modo influere in vniuersalem redemptionem, filij fuisse administram, principium mysticum, & Matrem omnium viuentium per Christi fidem. Quod explicari amplius potest, Eua etenim solum serpenti credidit, & viro suo dedit pomum, & ipse comedit, & hoc solum fuit sufficiens, vt Eua diceretur, & esset in exercitio principium morale, seu Mater Moralis hominum omnium, qui ex illius peccato morti remanserunt obnoxij. At Virgo beata carnem & sanguinem dedit filio diuino, in cruce animam suam, & filij vitam obtulit Patri pro generis humani salute, cooperabatur suo modo, ad propitiandum Deum, & in salutem ardebat humanam. Cur ergo ex illa actione Eua Mater Moralis hominum, & causa meritoria mortis illorum, Maria vero sanctissima, si non meritorium principium (hoc etenim Christi Domini proprium) saltem Mater Moralis, & mysticum principium non fuerit Adamo.

863.

Sed inferat nullus ex hac morali maternitate Mariam sanctissimam esse caput Ecclesiae, solum enim Mater purissima filij capitis fuit administra, ad veram enim rationem capitis Ecclesiae requiritur quod persona quae est caput ex se, & à se, & sine alterius ope, aut adiutorio influat gratiam, & dona supernaturalia in homines, quod nec habuit, nec potuit habere Virgo sanctissima, quae est creatura, & non vnita vnione hypostatice personae Diuinae.

SECTIO

SECTIO VII.

Contrariorum argumenta soluta.

864.

864. DVm in principio huius disputationis sententiam contrariam proponeremus, consulto omisimus sacrae Scripturae testimonia, & sanctorum Patrum, quibus illam firmat Lusitanus, quia eandem habent difficultatem in peccato Adami, & in debito illud contrahendi, ac habent in ipsa contractione actuali illius piaculi; & omnia fracte declarantur. Existimat tamen Aegidius vim contra nos habere, & quae extenuari non possit illud Pauli: *Omnes in Adam peccauerunt.* Quam propositionem vniuersaliter sumptam esse de fide, in quam suam opinionem adducit plures Doctores, qui affirmant vniuersaliter esse intelligendam, sed hoc nullius est roboris; nos enim nunquam negamus illam propositionem vniuersaliter sumptam esse de fide, sed solum asserimus non esse de fide quod illa generalitas nullam patiatur exceptionem, si haec constet auctoritate, & ratione, Beatissimam vero Mariam ex vtroque capite ostendimus in lege illa generali non fuisse inclusam; & quidem Aegidius sua proterua iniuriam facit Concilio Tridentino, quod summa prudentia asseruit non esse suae intentionis includere in hoc decreto de peccato originali Virginem purissimam, quod nulla ratione assereret, si existimarent Patres de fide esse illam regulam nullam habere exceptionem, ergo dum declarant suae intentionis non esse sacram Deiparam includere in generali decreto, satis clare iudicant illam catholicam Pauli doctrinam vniuersaliter constare, etiamsi excipiat, vt iure optimo excipitur sacra Virgo Maria. Probandum ergo erat Aegidio de fide esse illam regulam nullam habere exceptionem.

Aegid.

865.

865. Patres verò nihil aliud affirmant, quam quod intendit Ecclesia quae suum sensum iam explicauit, & ideo facili negotio deducitur illos non esse contra nostram sententiam, sicut illi non aduersantur dum asserunt, omnes contraxisse peccatum originale, de quo, & non solum de debito, aut necessitate intelligitur Paulus. Et quidem post censuram generalis Tribunalis sanctae Inquisitionis, & Hispalensis nostri, quam retulimus, hoc modo catholice explicatur locus Apostoli, & testimonia sanctorum. Inconsiderate ergo Aegidius in hac disputatione est loquutus, & quidem non recte ad illius sententiae defensionem, lib. 2. q. 4. art. 6. in Anacephalesi illius libri aduertit num. 7. Vnicum debitum proximum solum esse admittendum in posteris Adae ad contrahendum peccatum originale, illudque reperiri in prima hominis conceptione, & commixtione seminum, cum verissima sit sententia quae asserit necessitatem contrahendi originale peccatum proximam, & immediatam reperiri in omnibus hominibus, & quidem intrinsece in ipso conceptionis momento, & praeterea sui ipsius videtur oblitus; quia docuit in omnibus hominibus reperiri debitum proximum non

Aegid.

intrinsecum, sed extrinsecum, nisi velit hoc esse illud quod in commixtione seminum reperitur, sed aduertere debuisset ante conceptionis formalis instans proximius imminere peccatum originale, & necessario distinguendam necessitatem immediatam, vt iuxta suam sententiam persona concipienda in se ipsa debitum posset habere, sed illius sententiam refellebamus disput. 13. huius investigationis.

866.

Ad primam vero rationem, quam ex suis praemissis colligit Aegidius, & quam ex Gabriele Valquez desumpsit, non desunt qui asserunt Beatissimam Virginem proprie, & vere non fuisse redemptam per Christum, idque expresse docet Augustinus Bernal quem confutauimus supra, & quidem deficit Christi Domini redemptioni, vt extenditur ad homines alios illa proprietas redemptionis, quod pretium illius conferatur personae sub cuius potestate iacet captiuus, vt monstrauimus sectione 2. notatione 6. sed absolute neganda est sequela, & ad illius probationem dico, ad redemptionem propriam, & eminentissimam sufficere, quod persona, quae dicitur redimi, ex conditione propriae naturae possit labi in peccatum, vt ex Diuo Dionysio, & sancto Thoma iam explicauimus, neque ad hoc necessario requiri, quod persona redempta sit inimica positiue per peccatum quo de facto inficiatur, sufficit enim non esse positiue amicam, & in se non habere vitam supernaturalem; mediator enim est ille etiam, qui hominem non alteri positiue inimicum ad illius amicitiam introducit, vt in illa sect. 2. ostendimus, neque est necessarium explicare qua ratione Maria sanctissima fuerit filia irae, cum reuera talis non fuerit, sed fuerit potuisse esse filiam irae, si relinqueretur suae naturae, & inclusa fuisset in pacto inito cum Adamo.

Bernal.

Dionys. D. Thom.

867.

Ad confirmationem explicet Lusitanus qua ratione ex meritis Christi Domini, & illius mortis Beatissima Virgo Maria praeseruata fuerit à peccato originali, cum merita nec habuerit, nec mortuus fuerit praesens nisi iam existens in rerum natura, & à Virgine sanctissima genitus, quae tamen iam erat praeseruata à peccato originali merito, & morte filij, & illius explicationem applicabimus suo argumento, quod commune est, & vtget etiam illos, qui existimant re ipsa contraxisse peccatum originale, & meritis filij ab ipso sanctificatam in vtero. Sed respondeo explicandum disput. 2 r. sequenti quibus meritis fuerit à debito, & necessitate quacunque praeseruata Virgo sanctissima.

868.

Ad secundam concedo sequelam, idem enim est Beatissimam Virginem non peccasse in Adamo, & nullam necessitatem incurrisse contrahendi peccatum originale; negamus tamen minorem, scilicet hoc esse contra fidem, ostendemus enim nostram sententiam non esse contra fidem, vt mordicus Lusitanus intendit, sed nulla probat ratione, vt conitat ex facili solutione illarum, quae tantum verborum ponderem, & odiosa repetitione ab illo proferuntur, ostendimus enim gratiam Virgini collatam esse redemptionis, & viuificantem, habuisseque omnes conditiones, quas Aegidius expostulat, &

*Subscrisit*

& ex Apostolo Paulo, & sacra scriptura referuntur, etiam si in Adamo non peccauerit: legantur notationes omnes, quas præmisimus sect. 2. eo mortuo, vt facile ruerent rationes contrariæ sententiæ.

869. Ad tertiam rationem concedo sequelam, verissimum enim est, imo, & necessarium Virginem non contracturam peccatum originale, etiam si illi non fuisset infusa gratia præseruans ab illius contractione si semel asseratur in Adam non peccasse, neque est cur extollant huius argumenti vires Vasquez, & Lusitanus, cum id etiam accidere oportuisset in quocunque homine, qui à pacto illo exciperetur diuino beneficio, vt excipi potuit. Absurdum esset sine noua gratia habituali, aut Maternitatis Dei Virginem posituue sanctam asserere, ad hoc enim noua gratia fuisset necessaria, & in virgine reperta etiam ex meritis Christi, indiguit ergo Maria sanctissima gratia præueniente, vt præseruaretur à peccato originali, qua ratione præseruatio hæc includit sanctitatem, vt vero illud non contraheret, beneficium non inclusionis in lege vniuersali sufficientissimum erat.

870. Ad illa veto, quæ affert Ægidius ad confirmandam secundam partem suæ sententiæ constat ex dictis ad auctoritates Gilbertum Porretanum non curo, Patres alios explicui late disput. 16. & ostendi quomodo caro Beatissimæ Virginis dicatur caro peccati. Phrasîs vero Augustini solum significat neminem asseruisse aliquem præter Christum Dominum naturæ suæ exclusum à lege communi, non vero negare gratia, & peculiari priuilegio id concessum Virgini sanctissimæ de qua cum de peccatis agitur nullam pater sanctissimus vult habere quæstionem.

871. At quia Doctores contrariæ sententiæ vim faciunt in verbis Augustini Patris in Psalm. 44. Concione 1. ad illa verba: *Ego autem cum mihi molesti essent induēbar cilicio: vbi ita scribit: Maria ex Adamo mortua est propter peccatum; caro autem Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata.* Quibus addunt illa ex 2. de peccatorum meritis, & remissione: *Teneamus ergo indeclinabilem fidei confessionem; solus vnus est qui sine peccato mortuus est propter delendum peccatum.* Aduertendum est nihil contra nos ex his sententiis concludi. Concedimus enim Virginem ex Adam processisse per naturalem propagationem, & mortuam fuisse propter peccatum Adami, non quia in ipso peccauit, sed quia cum saluator Dominus Iesus mortuus fuerit propter delendum peccatum, Beatissima Virgo mortua est etiam, ne priuilegium immortalitatis, quo filius vsus non est cū sibi ex animæ gloria impassibilitas deberetur, in matre sanctissima reperiretur, indecens enim erat moriente filio, qui Deus erat, Matrem non mori, quæ solum habebat naturam humanam, quæ suæ relicta conditioni, & ex contrariis composita morti, & interitui est obnoxia. Ad alterum testimonium dico, vel illam generalitatem suam habere exceptionem, ita vt particula (solus) includat etiam Virginem sanctissimam, quæ in hoc à filio non videtur esse diuersa propter identitatem, vel so-

lum Christum Dominum sine peccato mortuum esse propter delendum peccatum, qui in hunc finem solus sine peccato, morte sua peccatum deleuit, quod etiam de Virgine sanctissima pronuciari non potest.

Ad rationes in particulari respondeo negando Virginem sanctissimam peccasse in Adamo, ex quo manifestè colligitur nullam fuisse in illa etiam remotam, & antecedentem necessitatem contrahendi peccatum, nego etiam non fuisse proprie redemptam per Christum, imo asserui non futurum Christum Dominum excellentissimum Redemptorem nisi Matrem sanctissimam ab omni necessitate peccandi præseruaret. Quam verò vim habeat illa consequentia Vasquez 2. tomo in 3. p. disput. 116. capite 11. numro 25. quam vsque ad nauseam reperit Lusitanus, ergo Virgo non contraheret peccatum originale, etiam si non haberet gratiam habitualem, vt iam superius expendimus.

In sine huius grauissimæ disputationis aduerte Gabrielem Vasquez vidisse testimonia sacre scripturæ, & sanctorum Patrum, quæ adducit Lusitanus disput. illa nostram sententiam esse hæreticam, aut erroneam, potius in principio capitis tertij asseruisse serio his testimoniis nulla ratione ita refelli posse, vt conuincatur erroris. An vero contra Catharinum ostendat efficaciter illam esse erroris damnandam tracto in sequenti controuersia.



### DISPUTATIO XX.

*Qua ratione Beatissima Virgo præseruata fuerit à necessitate contrahendi peccatum originale, idque ex meritis Christi Domini.*



Bscurior est hæc difficultas, quam primo limine appareat, & quidem Magister Granado, & Lezana, qui fuisse docuerunt Virginem in Adamo non peccasse, illam ferre non attigerunt, leuiter, & ex occasione tractarunt nonnulli, sed fuscè Salazarius, qui diuersos modos huius præseruationis refert, & examinat, tum in via Scoti, tum in via sancti Thomæ, habet enim hæc disputatio connectionem cum celebri illa controuersia: An si Adamus non peccaret, Verbum diuinum assumeret carnem humanam, quæ tractatur tertia parte quæstione prima, nos in hac, & sequenti disputatione tenebras hæc ope Virginis sanctissimæ, cuius agitur causa, & intenditur gloria, illuminare conabimur.

### SECTIO

### SECTIO I.

*Non nullas sententias in via sancti Thomæ refero, & refello.*

875. Vidimus Virginem sanctissimam præseruatam à necessitate quacunque contrahendi peccatum originale, nunc disputamus, qua ratione hæc præseruatio fuerit facta, an ex mera Dei liberalitate, & ante Christi merita præuisa, & quia hæc difficultas tractanda est in via Doctoris Angelici, quemadmodum & in via Doctoris subtilis, quorum quidem sententiæ opponuntur ex diametro in difficultate illa de incarnatione Verbi, an scilicet illa esset futura non stante Adami peccato: aduertendum est Diuum Thomam sensisse adæquatam motiuum Incarnationis Dei fuisse Adami lapsum, ea ratione quod si Adamus non peccaret, Verbum Diuinum nullo modo assumeret naturam humanam. Ita opinatur Diuus Thomas 3. p. q. 1. ar. 3. quem sequuntur omnes Thomistæ, & maior, & melior Theologorum pars, estque communior sententia, quam nouiter propugnat Vvadingus de incarnatione disp. 3. dubio 2. num. 9. & Augustinus Bernal disp. 16. sect. 2. num. 2. ne ergo hac posita sententia, quæ verissima est, via præcludatur nobis defendendi Virginem præseruatam fuisse meritis Christi Domini, videndum est qua ratione in via sancti Thomæ præseruatio Virginis sanctissimæ possit propugnari, in qua controuersia multiplex sententia inuenitur.

876. Prima opinio affirmat post præuisum Adami peccatum ex quo infecti illius posterit de cretum fuisse Christum D. Redempt. nõ vtunque, sed tam grauibus subiectum doloribus, quot eos nisi diuinitus sustinere non posset, seu cum quibus nisi miraculose vitam agere nequiret, Decernitur itaque Primum Christus Redemptor miraculose viuens proinde à solo Deo, tamquam à causa particularissima dependens. Deinde præsinitur infans, & ex Virgine nasciturus, ex cuius meritis decernitur, vt Maria dignitate Maternitatis accipiat, & consequenter omnia, quæ ad hanc dignitatem exercendam sunt necessaria, & cum inter hæc præcipue sanctitas nominetur, ex meritis Christi Domini decernitur illi præseruatio, & immunitas à quacunque macula, ac proinde non solum ab originali peccato, sed etiam, à quacunque necessitate illud contrahendi, ita sentit nouissime Augustinus Bernal, de Incarnatione disput. 19. sect. 2. & 3. aduocat pro se Ioannem de Lugo de Incarnatione disput. 8. sect. 7. num. 85. sed ille solum affirmat Christum Dominum tempore passionis non conseruari dependenter à Virginis influxu, & verisimile esse hanc conseruationem fuisse ultra naturæ leges, & miraculosam, quod & verissimum est, & omnes asserimus, sed nihil ad Augustini Bernal considerationem.

877. Motiua huius sententiæ inaudita, & quæ efficax in Patribus nullum habeat fundamentum locus Nazianzeni, qui oratione 1. colum-

na 10. Adamum nouum Christum Dominum Adamo veteri opponit, & illius actiones actionibus huius, ex quo videtur se qui quod post præuisum peccatum ex gula, & delitiis, quod traxit originem præsinatur Christus cum summis doloribus, & afflictionibus crudeliter patiens vt pro illo peccato satisfaceret. Rationes profert. Prima, & potissima est, quia ad prouidentiam perfectissimam attinebat veneno per Adamum propinato statim antidotum, & remedium præscribere. Secunda, quæ sibi videtur euidentia sect. 2. num. 45. quia Christus non erat venturus nisi stante Adami peccato, & cum primum decretum fuerit de Christo redemptore, & satisfactore, necessum fuit præsineretur primum cum illis acerbissimis doloribus, & cruciatibus. Tertia, illud decretum plurimas habet opportunitates, tum circa ea, quæ pertinent ad Virginem sanctissimam, tum circa illa, quæ ad veteres Patres.

Antequam hanc imaginationem refellam, aduerto Christum Dominum re ipsa nunquam habuisse carnem, & sanguinem, & consequenter humanam naturam, quam ex Virgine non acceperit, & aliunde habuerit, neque in aliquo instanti temporis exiisse sine hac humana ex Maria sanctissima de sumpta, & hoc quidem independenter à quacunque sententia est veritas fidei, ex scriptura enim, Patribus, & Conciliis clarissimè constat solum ex virgine, & in Virgine verbum carnem assumpsisse, & illius visceribus Incarnationem diuinam, & vniorem personalem verbi ad humanitatem esse productam, quod in symbolo fidei clare describitur: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de calis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine.* Vnde inferitur quod si aliunde Verbum diuinum asseratur humanam carnem assumpsisse, & in aliqua consideratione habuisse, id non solum sit fictitium, & omnino Chimericum, sed plane hæreticum deliramentum.

Hoc supposito primo hanc sententiam refello: si illa esset vera sequeretur hunc numero Christum Dominum non solum posse considerari, sed etiam posse sic præuideri à Deo existentem in humana natura, quam ex Virgine non acceperit, ac proinde in carne, & sanguine, quam non haberet ex Maria sanctissima. Consequens est falsum, ergo & illud ex quo inferitur; discursus est legitimus, & minor declarata est paulo superius. Sequela probatur euidenter, quia in illo priori præuideretur Christus redemptor summis afflictus doloribus, summis affectus angustiis, & per illa proprie mærens, ergo præuideretur in humana natura, & cum carne, & sanguine, quæ essent sufficientes ad illas actiones, seu passiones; sed hoc non accepit ex Virgine, ergo præuideretur à Deo existens cum humana natura, quam non sumpsit ex Virgine. Probo hanc consequentiam, quia Virgini sanctissimæ nondum intelligitur collata dignitas Matris, ergo non intelligitur generans Deum hominem, atqui Beatissima Virgo solum per generationem communicauit Verbo humanam naturam, ergo non potest intelligi Mater Christi Domini secundum illum primum statum in quo à Deo decretus Christus

stus redemptor miraculosè solum dependens à Deo. Confirmatur, quia vt dicemus, Christus Dominus solum est homo ex vi Incarnationis, quæ facta fuit in Virgine sanctissima, ergo aut necessario duplex distinguenda est incarnatio Verbi, quod est absurdum, aut præuideri non potuit Deus homo antequam Virgo sanctissima illum generaret, & consequenter neque à peccato originali, neque à debito, aut necessitate illius potest præseruari Virgo sanctissima ex meritis illis impossibilibus.

880. Secundo non explicatur in hac sententia existentia Virginis sit ex meritis Christi, an vero fluxerit non ex meritis Christi D. sed ex diuina solum liberalitate, quod necessarium est ad declarandum quid habuerit Virgo sanctissima ex Christi morte præuisa.

881. Tertio efficacius refello, quia intelligi non potest, quæ ratione ex meritis Christi, imo neque absolutè loquendo potuerit decerni, vt Christus iam iuuenis, & pendens in cruce summisque doloribus afflictus infans generaretur ex Virgine, & in illius aluo infantulus, & pulso conciperetur, supponitur enim ætatis adultæ triginta scilicet, & trium annorum, & statim ex vi decreti conferendi Mariæ sanctissimæ Maternitatem, & generationis passiuæ illius, infantulus, quod concipi non potest nisi intelligatur, aut Christus retrocessisse adulta ætate ad infantiam, aut Verbum non semel, sed iterum assumpsisse carnem quorum vtrumque est falsum, & incredibile, & derogat dignitati Matris Virginis sanctissimæ, quæ enim ratione Christus qui ex vi primi decreti intelligitur existens, & miraculosè viuens in adulta ætate, potest intelligi ex vi sequentis decreti infans in manibus Virginis, aut passio in illius candidis visceribus.

882. Quarto falsissimum est semper Christum Dominum vixisse miraculosè, & dependentem à Deo tanquam à causa particularissima, licet enim non negemus hoc aliquando contigisse, vt in ieiunio 40. dierum, & noctium quadraginta, tamen nullus vnquam asseruit nunquam Christum Dominum vixisse nocturnaliter, quod Bernalius affirmat num. 39. Aliàs enim sequeretur etiam in primo momento conceptionis Christum Dominum naturaliter non vixisse. Id efficitur planè, quia etiam in illo instanti doluit de peccato iniuriis, & offensis pro quibus veniebat satisfactorius, & secundum hanc doctrinam dolores illi semper naturaliter mortem inferrent, ac proinde neque in conceptionis instanti naturaliter viueret, sed solum supernaturaliter, & quod mirabilius est nunquam Virgo sanctissima communicasset Christo Domino vitam naturalem, quod est contra rationem generationis, quæ est origo viuens à principio viuenti, & hoc vita actuali consequutio autem videtur manifesta, quia etiam in illo instanti viueret Christus D. miraculosè & dependens à Deo, tanquam à particularissima causa, ex quo etiam sequitur rursus Mariam sanctissimam non esse Dei genitricem, neque etiam hominis Dei, quod est hæreticum, ratio est, quia de ratione intrinseca Matris est quod filio communicet

vitam naturalem, quam in se habet, sed Beatissima Virgo nunquam intelligitur hanc vitam Christo communicasse, ergo neque Maria intelligitur Mater, nec Christus Dominus intelligitur eius filius, cum in suo esse vita, & existentia, non intelligatur dependere à Virgine sanctissima.

883. Quinto non video qua ratione possit hic auctor fugere duas adæquatas actiones terminatas ad Christum, quas ipse ex professo impugnat, vt peregrinas, & auctoritatis expertes disput. 17. sect. 4. num. 74. contra Valentinum Erice, ponit enim vnã actionem procedentem à primo decreto, & terminatam ad Christum Dominum iuuenem, quæ nullo modo sit à Maria sanctissima, & statim docet Christum infantem productum à Maria sanctissima, quod non potest non fieri per actionem generatiuam, & nullo modo communicantem cum actione diuina, & miraculosa, quæ secundum hunc auctorem præstitisse intelligitur. An vero hæc opinatio digna sit censura non diffinio, solum assero Ecclesiam vnica solum Verbi diuini incarnationem cognoscere, & secundum hanc doctrinam duplicem videri introduci.

884. Infirmi vero iudicij firma esse motiua non possunt Nazianzeni locus nihil ad hanc sententiam, omnes enim fatemur illas oppositiones inter primum, & secundum Adamum interponi esum, & Christi Domini mortem inter manus extensas ad pomum, & manus extensas in cruce, & tamen nullus vsque ad hunc auctorem explicuit hunc modum prædestinandi Christum, vt redemptorem nam si semel decernatur redemptor per crucis, & flagellationis acerbissimum supplicium, oppositiones illæ possunt non solum considerari, sed etiam stare. Euthymius vero, & Bernardus, qui asseruntur num. 38. solum affirmant Christum Dominum aliquando, non tamen semper vixisse miraculosè. Ad primam rationem dico veneno statim antidotum præparatum, & peccato saluatorem iuxta rerum naturas, ac proinde saluatorem Deum, & hominem, qui & infans primum esset, & conceptus à Virgine ante aliam existentiam Dei hominis qui deinde iam vir esset dolorum, & infirmitatum, & doctrinam redemptionis nostræ sic semper intellexit Ecclesia. Ad secundam non sequitur præfinitum esse illo modo Christum Redemptorem ante generationem Virginem, nec præuisum existentem, & morientem passibiliter antequam esset genitus. Ad 3. quas asserat singularis illa sententia commoditates, ostendunt clarè inenitabilia incommoda, quæ atulimus contra illam. Quam (vt hoc etiam dicamus) nullo modo sequitur Ioannes de Lugo disput. 8. de Incarnatione sectio 7. numero 85. solum enim affirmat Christum Dominum tempore passionis non conseruari dependentem à Virginis influxu, & verissimile esse hanc conseruationem fuisse extra naturæ leges, & miraculosam, quod & verissimum est, & omnes asserimus saltem ex parte, sed nihil inde ad Augustini considerationem, vt iam diximus.

885. Secunda in hac difficultate sententia affirmat præuisis

præuisis iam posteris Adami in determinato, & præfixo numero futuris, & innumeris possibilibus Deum statuisse non plures condere, nisi forsam filius fieret homo, & Matrem voluisset habere, quam Deus præfixo numero adderet filij exoratus precibus, & hoc decreto præmissio pactum contituisset cum Adamo, quo nomen pacisceretur cum illo se gratiam, & iustorum statum accepturum, quem si conseruasset, & præceptum impositum non transgredereetur transfunderet in posteros, si vero peccaret, & iustitiam originale amitteret illius priuationem, & peccatum in posteros transfunderet, quorum omnium caput morale Adamum esse volebat illa semper femina excepta, quam forsam ipse adderet numero præfinito, & determinato, si forsam filius fieret homo, & suis precibus exposulasset nouam illam creaturam addi, vt ex illa, tamquam ex Matre factus homo procederet, cuius etiam Adami caput esse volebat morale quantum ad pactum de transfundenda gratia, non vero quantum ad rationem peccati, & illius transfusionem, secundum quam numen noluit nouæ creaturæ caput, & principium futurum Adamum; ergo præuisis meritis, & postulatione Christi Deus addidit decreto suo illam nouam creaturam, eamque voluit esse Mariam, quæ cum decreta fuerit post illud pactum ex vi illius infici non potuit peccato originali, neque vllam habere necessitatem illud contrahendi. Hanc sententiam ita explicatam, & verbis fermè sui auctoris scripsit vir doctus Sertlogus tomo secundo, in Cantica capite 1. versu 8. vestigatione decima, sectione 2. à numero trigesimoquarto, quam rursus præstringit breuiter numero 39. Cogitarum suum, vt ab aliis distinguitur qui iuxta mentem Scoti liberant Virginem à peccato, & illius necessitatibus, solum probat ex dignitate Virginis Deipara, quam illustrat sanctorum testimoniis, & addit numero trigesimo septimo, Virginem hæc modo diffinitam necessario singulari modo fuisse conceptam, ac proinde liberatam etiam à necessitatibus contrahendi peccatum originale.

886. Sed hæc sententia nihil habet solidi ingenij, etsi acutè videatur excogitata, nam præter eam, quæ asseram contra explicaciones huius difficultatis in via Scoti. Contra illam sic peculiariter procedo. Primo: quia etsi intendat Virginem præseruatam à necessitate, & peccato ex meritis Christi Domini, ad quem finem inuenta est, illam non allequitur; simpliciter enim, & à toto genere absolute loquendo, noua illa creatura scilicet Virgo mera Dei liberalitate non creatur intra numerum illum præfixum, & determinatum; ex quo euidenter deducitur, quod ex eadem liberalitate, & ante merita Christi Domini non includatur in pacto, creatura enim illa quæ tunc non præuidebatur futura, in pacto comprehendendi non poterat; & quidem dilatio illa decreti futuritionis Virginis à qua ortum etiam habuit, quod in pacto non includeretur oriri non potuit ex meritis Christi, nondum enim præuiderat Deus an filius fieret homo, neque an forte ex Ma-

tre nasci voluisset, & nouam creaturam illi numero diffinito superaddi. Vnde non ex meritis Christi, sed solum ex diuina liberalitate præseruaretur. Probat hęc consequutio, quia si Christus vt dicitur, existentiam Matris postularer etiam illi non applicaret merita sua Maria sanctissima, nec peccatum nec necessitatem potuit contrahere, quia peccatum intelligitur fluere ex peccato primi parentis supposita illa alligatione voluntatis posteriorum cum voluntate Adami. Transacta autem actione capitis, & non supposita alligatione, voluntas capitis non intelligitur voluntas illius nouæ creaturæ, Virginis scilicet Beatissimæ, aliàs voluntates omnium hominum possibilium iam peccato Adami existente potuisset Deus alligare illius voluntati, quod est impossibile; cum enim hæc alligatio facta fuerit secundum prudentem æstimationem, quam explicuimus disputatio decimatertia, ex rerum naturis, & discursu Pontij Legionensis, & Catharini intelligi non potest quod si consulerentur homines possibiles de negotio sanctitatis, & iustitiæ originalis, & illius conseruatione, & amissione nullo modo alligarent suas voluntates voluntati Adami, quem iam constabat in præuisione diuina peccasse, & amisisse gratiam, & originale iustitiam. Ex his videtur concludi rem impossibilem non potuisse Virgini prouenire ex meritis Christi, & colligat solum Virginem Morti Christi debere suam existentiam, quod autem à peccato sit præseruata, ortum habuisse ex diuina liberalitate, à qua habuit quod numerum illum taxatum non ingrederetur, & exinde neque peccatum.

## SECTIO VCL

In qua superior discursus clariùs solidiusque explicatur & roboratur.

887. Confirmatur, explicaturque simul iam propositus discursus fingamus præfinito, & determinato numero posteriorum Adami pro quibus celebratum est pactum, Deum non attentis meritis Christi sua tantum ductum voluntate decernere numero illo præfixo, per possibile, vel impossibile nouam velle creaturam, aut ex meritis Christi nouam aliam velle, quæ non futura illius Mater. Tunc sic disuto, aut noua illa creatura peccaret in Adamo, & contraheret necessitatem habendi peccatum, aut non. Non dicent in Adamo peccaturam, quia supponitur voluntatem Adami non esse colligatam cum voluntate illius creaturæ, neque hanc voluntate primi parentis in occasione illa qua fuit transgressus non comedendi præceptum. Non ergo peccauit in Adamo, neque in illo amisit iustitiam, & hoc non ex meritis Christi, quia supponimus tantum exposulasse existentiam illius creaturæ, & ad hanc solum sua merita applicasse, & non ad gratiam

gratiam, & perferuationem à peccato, ergo Beatissima Virgo Maria in hac consideratione præseruata fuit à peccato sola liberalitate diuina, non vero ex meritis Christi Domini vide sect. 4. in expugnatione sententiæ Catharini.

888. Secundò eam impugno. Rursum enim inquiri videntur de sumpta illa caro, qua Deus homo factus postulauit, & impetrauit à Patre quod Maria sanctissima eligeretur in Matrem illius, cum enim Mater præfinita non esset, nec Christus elegisset se nasciturum ex Matre, illam non potuit sumpsisse ex Virgine sanctissima ac proinde necessario illam habuit aliunde, quod est contra fidem. Adde Christum Dominum non fuisse prædestinatum in confuso, nec Deum decreuisse Verbum carnem sumere indeterminatè, sed præfiniendo etiam in particulari hanc carnem non ex nihilo, sed ex femina, & ex tali femina, quod solide vidit Noster Ambrosius de Aquena 1. tom. in 1. p. q. 23. art. 8. disput. 46. sect. 6. §. ratione fulcitur conclusio, tum quia hoc spectat ad perfectam Dei prouidentiam, tum quia id exoptulat præstantia mysterij Incarnationis in quo non debuit Deus expectare voluntatem humanam, & illius determinationem, sed independenter ab illa circumstantias vniuersas præfinire.

Aqueña.

889. Tertiò ille modus prouidentie indignus est Deo, & qui vix cadat in hominem, & dedecet Deum talis pacificandi ratio cum Adamo, qui Deum contemplantur infinite sapientem, quem lateret nihil, & de nulla veritate esset dubius, sed sciret res omnes creaturas à se producendas cum omnibus circumstantiis, & miraretur quidem iure, & merito, si numen audiret secum tractans Incarnationis mysterium, & conditiones pacti sub illis conditionalibus dubiis, si filius meus fiat homo, si velit forsam fieri ex Matre, & non aliunde carnem assumeret, si enim ita loqueretur videretur non absque vlla hæsitacione in tanto negotio procedere, sed dubium esse de filij hominis voluntate, quod tanto numine est indignissimum. Adde Deum nulla ratione potuisse cum Adamo ita pacisci, si enim in illa occasione iam diffinita esset incarnatio completissimè vt reuera fuit, Mariaque Mater determinata, & decreta, & in mente diuina non inclusa in pacto quantum attinet ad peccati in commoda, quæ est illa loquutio? excipio nouam creaturam, si forsam filius meus fiat homo, si forsam velit numero præfinito suorum posterorum addi nouam creaturam, si forsam hanc velit, & eligat esse Matrem suam? Nemo hæc videat, qui non clamer statim hanc prouidentiam, & modum constituendi pacti Deo repugnare, licet enim vt Deum intelligamus, instar rerum humanarum res cogitemus diuinas: imperfectum, & indignum procedendi modum sapientissimo Domino non debemus tribuere præcipue cum alia via illius prouidentia optime possit explicari, & defendi immunitas Virginea à peccato originali, & necessitate illud contrahendi fuisse ortam, ex meritis Christi Domini.

## SECTIO II.

*Due alia sententia in eadem via proponuntur, & refutantur.*

900. Tertia sententia supponens adæquatam motiuum Incarnationis Verbi diuini fuisse peccatum Adami iuxta viam Diui Thomæ includit in pacto omnes Adami posteros, illa solum femina excepta, quam vellet Christus D. Matrem habere, si ipse Deus decerneret illum processurum ex Matre, in qua sententia supponitur illam Matrem non futuram esse nouam creaturam additam numero præfixo, & determinato, vt iudicabat prima sententia, sed eligendam esse ex omnibus fœminis, quas iam Deus præuidit futuras Adami filias. Vnde ante determinatam electionem Mariæ sanctissimæ omnes essent indifferentes ad hanc electionem, & dignitatem Matris æquè possent habere, vt habuit de facto Maria Deipara. Hanc sententiam ita explicaram tradidit Ioannes de Lugo de Incarnatione disputatione 5. sectio 3. à numero 37. illamque laudat Sherlogus supra citatus, & ex illa rectè infertur Mariam sanctissimam ex meritis Christi non esse inclusam in pacto, neque in Adamo peccasse, quia cum ex illius meritis electa fuerit Mater Dei, & illa à pacto fuerit excepta, quæ in Matrem eligeretur à quo habuit eligi in Matrem, & à suis meritis habuit, quod in primo parente nullo modo peccaret, & quidem Lugo hanc proponit, & exemplis illustrat numero trigesimo octauo, sed nulla probat ratione, propugnat vero à difficultatibus, quæ contra illam facile exoriuntur.

900.

Lugo. Serilog.

Sed illam impugno primo, argumento quo refutaui duas sententias propositas, cum enim hic doctor constituat Mariam sanctissimam electam fuisse in Matrem, idque ex meritis Christi, necessario ante illam electionem præuidetur Christus existens, & merens, imo & natus, quia præuidetur decretus ex Adami carne oriundus, & tamen non intelligitur natus ex Maria sanctissima, ex quo sequitur aut carnem aliunde habuisse, aut illam ex Adamo sumpsisse per humanam generationem ex femina sine viri concursu, & tamen Deum in illo signo non cognoscere ex qua Matre determinata natus fuisset Deus homo, quod proculdubio est inconueniens notissimum, supponitur enim Christus Dominus Matrem habere, cum ex illa supponatur oriundus, & aliàs iuxta suppositionem huius sententiæ Deus Marrem Christi non cognoscit, quia non decreuit quæ illius Mater futura. Dicere vero, (quod colligitur ex Lugo numero 39.) Deum disiunctim cognoscere hanc vel illam Matrem, & nullam determinatè, difficile est; nam impossibile videtur Deum videre Christum determinatè, & in re natum per determinatam actionem (quia per disiunctam ab hac vel illa femina non potuit nasci) & non cognoscere determinatè fœminam quæ fuit principium illius natiuitatis, & actionis.

Secun

901.

Secundò refellitur, quia ex hac sententia sequitur necessario nullam fœminarum, quæ ex Adamo erant futura in illo signo ante decretam incarnationem, & electionem Mariæ sanctissimæ peccasse in Adamo, neque necessitatem habuisse peccatum contrahendi, quod sine dubio difficile est, & generaliter contra Diuum Thomam, & sectatores illius, imo contra veritatem ipsam. Explico, & probo, fœmina indifferens ad dignitatem Matris, quæ nec debitum habitura est peccandi originaliter non potest in illo signo videri infecta peccato primi parentis, sed omnes fœminæ indifferentes sunt ad electionem in dignitatem Dei genitricis; ergo nulla illarum ante incarnationem decretam, & electionem factam ad Maternitatem Christi præuidetur infecta peccato. Consequutio est euidens, & minor probatur quia si omnes non essent indifferentes ad illam dignitatem, sed infectæ peccato necessarium esset aliam fœminam de nouo creare; quæ non esset infecta, quia supponitur Christi Matrem nullam labem habituram, maior vero est ipsa aduersariorum doctrina.

903.

Confirmatur Primò, vel voluntates fœminarum erant alligatæ in occasione peccati primi parentis illius voluntati ex pacto diuino, vel alligatæ non erant, si alligatæ erant, proculdubio peccarunt in Adam, & contraxerunt omnes necessitates peccandi, non enim viri solum ex hac ratione supposita propagatione per virum, & fœminam peccato Adami inficiuntur, nec assignari potest ratio, propter quam viri in Adamo peccauerint pro illo signo, non vero fœminæ. Si autem dicatur voluntates fœminarum pro illo priori non fuisse alligatas, primo sine fundamento id dicitur, secundo asseritur contra communem conceptionem Patrum, & Theologorum omnium nemine dempto, quem sciam, & tertiò impugnat virginitatem, quia iam transacto actu peccati Adami fœminis non inclusis in illo pacto, quidnam efficeret Deus vt fœminæ omnes in illo pacto includerentur, & in Adamo peccarent? Constat autem de fide omnes fœminas Maria sanctissima excepta in Adamo peccasse, & contraxisse necessitatem habendi peccatum originale.

904.

Dices ex Ioanne de Lugo, numero 41. ad peccandum in Adam necessarium omnino fuisse voluntates posterorum morales alligari voluntati Adami, sed non fuisse necessarium alligari determinatè has voluntates, sed indifferenter omnes voluntates, posito autem peccato iam censentur voluntates posterorum qui producendi sunt colligatæ cum voluntate Adami, sicut ex eo quod Rex decernat omnes inhabitantes aliquam ciuitatem perdere nobilitatem, si Rector quem illi ciuitati præficit contra maiestatem delinquat, nobiles vero futuros si non delinquat, non est necessarium alligentur determinatè omnes ciuium voluntates voluntati rectoris, sed si aliquis nouiter etiam per multum temporis prodicione iam perpetrata,

ta, nec ignorata illam ciuitatem inhabitaret, proculdubio amitteret nobilitatem, siue aliquo nouo decreto ex illo morali influxu præcisè.

Sed contra primò, quia aut voluntates illarum fœminarum, quæ de facto sunt producendæ alligatæ sunt determinatè voluntati Adami, aut non sunt alligatæ determinatè, si alligatæ sunt determinatè, peccarunt in primo parente vt in prima ratione argumentabamur, sicut, & omnes viri peccarunt, nulla enim est discriminis ratio, aut non sunt determinatæ in illa alligatione, & tunc argumentor secundo: ergo necessum est determinatè alligentur, vt peccent de facto, vt cuius ille denuo veniens ad illam ciuitatem alligatur determinatè voluntati prætoris, qui Regiam maiestatem offendit, atqui hæc colligatio non potest fieri per propriam voluntatem fœminarum, quia imprudentissima esset vt ex dictis disputatione 13. colligitur, & superius tetigimus, & Deus solum illud disposuit quod posteri Adami prudenter essent electuri. Tertiò sequeretur vterius nullum ex possibilibus posteris Adami posse à Deo excipi ab illo pacto, quod verum esse non potest, cum ex illo pacto Dei omnipotentia vincat, & liminata non maneat; sequela probatur, quia omnium posterorum voluntates indifferenter sunt alligatæ voluntati Adami, & ita si Deus ex possibilibus, aliquem voluisset futurum, necessario hic peccaret in Adamo, nec vllum esset remedium, vt ab illo præseruaretur peccato supposita humana propagatione; Ne igitur in has redigamur angustias constituamus pactum ininitum cum Adamo pro eo, & pro posteris determinatè futuris, & non pro possibilibus etiam, & tunc voluntates fœminarum futurarum, quas Deus nouit, erunt determinatè alligatæ voluntati Adami, & nulla manebit quæ indifferens sit ad Maternitatem cum omnes intelligantur obnoxie peccato.

Illud autem, quod asserit Lugo numero 48. Deum pro illo signo non decreuisse creare hos homines, aut posteros determinatè, sed voluisse creare hos, vel illos, voluntariè dicitur, & sine fundamento, quia Deus illo modo non determinat, & possit rogari an Deus post illud decretum disiunctum aliquem hominem videat, qui sit terminus illius decreti, si videt homo, erit non disiunctim, sed determinatè existens, si non videt: ergo datur in Deo decretum, cuius in re nullus terminus datur.

Tertiò impugnat hæc tertia sententia, ex ea sequitur Incarnationem Christi Domini, & electionem Virginis in dignitatem Dei genitricis, esse causam, aut occasionem actualis transfusionis peccati originalis in fœminas omnes; consequens autem ingentem continet absurditatem, nam illud quod ordinatur primo, & per se ad delendum peccatum, non potest esse occasio etiam remota inducendi peccatū. Sequelam probo, quia iuxta hanc sententiam nulla fœminarum, quæ futura ex Adam infecta

M m 2 secta

fecta erat peccato originali, neque in Adam peccauit ante decretum de Incarnatione, & de Maternitate diuina, aliàs non essent indifferentes ad hanc dignitatem conferendam foeminae, quæ in Adam non peccasset. Vterius posito Incarnationis decreto, & facta sanctissimæ Mariæ electione denominatae sunt peccatrices, & subierunt necessitate peccati originalis in propriis personis, quam ante illa decreta non habebant, vt supponimus ex tertia sententia: ergo decretum Incarnationis, & electionis Mariæ sanctissimæ causa fuit vel occasio transfusionis illius peccati.

908.

Dices solum peccatum Adami fuisse causam illius transfusionis, non vero decretum de Incarnatione, sed hæc responsio argumentum non soluit, nec vim eneruat illius, quia ante decretum peccatum originale imminabat solum illis foeminis, posito autem decreto illas infecit, vnde deducitur ex illius positione etiam ortum habuisse quod peccatum actualiter contraherent, quod tamen asseri non potest.

909.

Dices eodem argumento posse probari humanam propagationem esse causam, & occasionem peccati originalis, imo & Deum optimum, maximum, quia si generatio non esset, neque rimula inueniretur per quam peccatum originale in hominem ingrederetur. Et si Deus nec hominem condidisset, nec illam legem statuisset, peccatum originale non fuisset. Sed contra, quia verè propagatio per generationem humanam est proxima, & necessaria conditio ad contractionem peccati actualis, & ideo generatio illa foedissima est, & execrationibus, & maledictis obnoxia. Deus vero auctor naturæ, & legislator non est causa peccati, nec illius occasio ex eo quod hominem producat, & suo arbitrio relinquat, maximè cum illum ad peccandum non determinat, etiam quoad materiale illius, vt ostendit optime Reuerendissimus Cumel. 1. tom. in 1.2. quæstione 79. articulo 2. disputatione tertia, Deus creauit hominem in propria natura, quæ labilis est, & ad peccatum procliuus, & inde est sequutum peccatum. Hac igitur reiecta sententia.

Cumel.

910.

Est quarta, quæ supponens Incarnationis motiuum solum fuisse originale peccatum ita rem omnem disponit. Decreuit Deus producere determinatè, & non in confuso quinquaginta millia hominum exempli gratia, quorum caput physicum, & morale constituit Adamum, cum quo pactum sæpius repetitum constituit sine exceptione vlla. Peccauit Adam, & vidit Deus omnes posteros illius siue viros, siue feminas originali peccato iam infectos, in eorum remedium decreuit Christum Dominum redemptorem futurum, & illius præuisa existentia, cum aliter posset produci statuit, vt materno accipiatur vtero, cum vero Deum hominem dedecoret ex fæmina ortus, & conceptio, quæ infecta labe peccati, suis Christus impetrat meritibus, vt ex foeminis possibilibus Deus aliam fæminam destinet ad sui generationem, quæ antea non præuidebatur futura: produxit ergo in decreto suo

Deus Mariam, quæ in Adamo non peccauit, & illam voluit esse Matrem Christi Domini nostri, & hac ratione à peccato originali, & illius necessitate præseruata est Virgo sanctissima. Hanc, reiectis aliorum quas vidit sententias proposuit post fulissimam disputationem Ferdinandus de Salazar de conceptione capite 24. §. 2. à numero sexto, meliori iudicio, & faciliori quam ceteri, quos retulimus, & quidem omnes homines creatos ante Christi merita in præsentia diuina probat ex Augustino Patre, qui Epistola 115. contra Pelagium sic scribit: *Abiiciatur à Christianorum cordibus ista fallacia, nam omnino non istam gratiam commendat Apostolus, qua creati sumus, vt homines essemus, sed qua iustificati sumus, vt homines iusti essemus, ista enim est gratia per Iesum Christum Dominum nostrum, etenim Christus non pro nullis, vt homines conderentur, sed pro impiis mortuus est, vt iustificarentur.* Quam doctrinam habet etiam sermone vndecimo, de verbis Apostoli à capite quarto vsque ad duodecesimum, Mariam vero sanctissimam hoc modo ex meritis Christi perfectissimo modo fuisse redemptam per varios numeros dilucidè colligit, tamen in longissima disputatione multa interserat ad rem non necessaria.

Salaz.

August.

911.

Hanc sententiam multis impugnant Lugó; & Sherlogus locis citatis, ergo in illa multa inuenio difficilia. Primum rursus video Christum Dominum non solum existentem, sed in patibulo crucis pendentem, quum videam vndenam carnem illam habuerit, cum in Salazarij sententia in illo signo liberum adhuc esset Deo, vel creare immediatè Christum, vel illum velle generandum ex Virgine, & quidem assequi non possum productionem rei existentis identificari cum illa secundum communem sententiam, & Deum videre existentem Christum, & adhuc non videre productionem illius, si vero productionem singularem contemplatur, contemplari etiam debet causam singularem, & determinatam illius.

912.

Secundum: hæc sententia destruit seipsam, infertur enim ex illa contradictorium illius, quod intendit scilicet Virginem non fuisse præseruatam ex meritis Christi Domini. Probatur, quia illius præseruatio ortum habuit ex eo quod antea quam Adamus peccaret non erat futura, neque inclusa fuit in Adami pacto, sed ad hoc nihil contulerunt merita Christi, ergo non fuit præseruata meritis Christi Domini. Consequentia videtur clara, & illa, & minor probantur simul, quia ante pactum non præuidebantur merita Christi; non ergo potuerunt moraliter mouere Deum, vt Virginem à peccato præseruaret. Confirmatur, si Christus Dominus nouam foeminam, quam in Matrem non seligeret peteret produci (hoc enim non est impossibile, cum liberum esset Deo alias foeminas producere) peto an illa contraheret peccatum originale, nec ne: Primum dici non potest, quia principium subsequens actionem, nõ potest esse causa actionis antecedentis, ac proinde fæmina suble

subsequens peccatum Adami in illo peccare non potuit, nec peccatum originale contrahere; dicendum ergo est secundum, fæminam videlicet illam in Adamo non peccasse, ergo in Virgine præseruatio à peccato non esset à dignitate Matris, neque esset ex meritis Christi, mereretur illi quidem Deus homo existentiam, dignitatem Dei genitricis, & cætera dona, præseruationem quidem non meruisset, quia quæcunque fæmina ex Adamo produceretur, siue ex meritis Saluatoris, siue ex mera Dei liberalitate pactum illud non posset intrare, atque adeoneque peccare originaliter.

913.

Tertium, suspensus in hac prouidentia intelligitur Deus, & dependens in sui determinatione à determinatione voluntatis Christi Domini, ostenditur; quia antequam præuideat Christum volentem ex fæmina tali nasci, non potest decernere illius generationem ex fæmina hac singulari, & determinata, alias si Christus Dominus non eligeret Mariam, sed Annam, Maria à Deo singulariter determinata ad hanc generationem, de facto non esset Mater illius, & frustraretur electio diuina, quod est impossibile, vt igitur illa non frustretur necessario debet Deus suum decretum de producenda Christi Matre suspendere, & spectare determinationem voluntatis creatæ. Confirmatur vrgenter, quia ex hac sententia sequitur Mariam sanctissimam Christo Domino non debere quod fuerit Mater illius determinatè, quia Christus Dominus Deo non potuit hanc numero Matrem proponere, aut illam suis meritis impetrare; ad hoc enim necessarium esset illam ante cognoscere, aut futuram, aut possibilem, neutro autem modo illam valuit præuidere non futuram, quia nondum existerat decretum de illius futuritione, sed expectabatur eius voluntas. Non possibilem, quia anima Christi non cognoscebat omnes foeminas posibles, tamen enim cognoscat omnia præterita, præsentia, & futura per totam æternitatem, non tamen omnia possiblem cognoscat, vt colligitur ex doctrina Diui Thomæ 3. part. quæst. 10. art. 2. ad 2. & 3. & ibi tradunt scholastici.

S. Thom.

## SECTIO III.

In via Scoti, sententias propono, & impugno.

914.

SVpposita opinione Doctoris subtilis de Incarnatione Christi Domini etiam si non extaret primum Adami peccatum, variis etiam modis plures defendunt Barissimam Virginem præseruatam fuisse etiam à debito, seu necessitate contrahendi originale peccatum, quorum sententias in hac sectione refutandas referemus, principio igitur ad earum declarationem supponendum est in Christo Domino duo genera posse distingui meritorum. Primum est quod fundatur in actionibus Christi Domini, quæ præscindunt à passibilitate, & impassibilitate, vt sunt illæ quæ procedunt à Charitate, & virtutibus aliis intellectualibus, quæ exerce-

ri possunt sine corpore mortali, & passibili. Secundum genus illorum meritorum quæ fundantur in actionibus, quæ necessario indigent corpore passibili, vt sudor sanguinis in hortu, ieiunia, macerationes, & tandem ipsa mors in cruce pendens Christi Domini. Hoc posito.

915.

Prima sententia affirmat Virginem sanctissimam ante præuisionem peccati originalis electam fuisse ad originalem iustitiam, & gratiam, ac proinde ad impeccabilitatem in sua conceptione ex præuisis illis meritis Christi, quæ abstrahunt à passibilitate, & impassibilitate, ea ratione, vt si Verbum veniret non stante Adami peccato illa necessario conciperetur in impeccabilitate, atque adeo immaculata, & sancta formaliter. Deinde veto illam Deus includit in pacto inito cum Adamo, vt & alios posteros primi parentis, decreuitque Mariam Virginem ab illo si perseveraret sanctitatem habere, si vero peccaret præseruandam à peccato originali gratia habituali ex meritis Christi Domini passibilis, & in cruce morientis, vnde hæc sententia affirmat vtramque voluntatem fuisse adæquatam rationem præseruandi à peccato originali, & debito illius Virginem sanctissimam, quia ex quacunque voluntate harum sumpta præcisè, & vt distinguitur ab alia haberet in sua conceptione originalem iustitiam, sentit enim gratiam præseruantem posse Virgini præferri ex duobus adæquatis motiuis. Ita sentit Raimundus Lullus in speciali opusculo de Virginis conceptione, quem sequuti sunt aliqui complutenses Doctores, vt refert Salaz. lib. de conceptione, c. 10. n. 7. & aduocat in hanc sententiam Lezanam, qui tamen eam non docuit, cum sentiat Virginem sanctissimam, non peccasse in Adamo, illamque in pacto non includat, vt Raimundus includit, quamuis illos duos fines, aut motiua videatur admittere pag. 166. in fine illius libri in quo non loquitur consequenter, nisi sentiat quoad odiosa Virginem in illo pacto non fuisse inclusam, quod tamen Lullus affirmat.

Raimund.

916.

Sed hæc sententia (vt omittam doctrinam illam de duobus finibus adæquatis respectu eiusdem effectus, quam multi impugnant, & ego non improbabilem iudico) etsi liberet Virginem sanctissimam ab actuali contractione peccati originalis, illam liberare non potest à necessitate antecedenti, & concomitanti contrahendi peccatum, imo neque à necessitate consequenti proxima, & immediata. Probatur, quia in illa Virgo sanctissima inclusa fuit in pacto illo primo, & illius voluntas colligata fuit cum voluntate Adami in tempore quo ille peccauit, vnde in Adam peccauit vt enim sæpius explicuimus nihil est aliud in Adamo peccare, quam voluntatem posteri esse alligatam Adami voluntati in occasione, qua ille peccauit; supponitur vero Virginem inclusam in illo pacto. Vnde fit consequenter, quod in Adamo peccauerit, etiam si de facto non habuerit originale peccatum, quia iustitia, & sanctitas in conceptione Virgini infusa, non est incompossibilis cum necessitate contrahendi peccatum originale, multi enim Doctores nostræ sententiæ existimant Virginem peccasse in Adamo, qui tamen iure affirmant in conceptione fuisse

fuisse sanctam, & immaculatam. Inde hæc sententia finem, quem intendit, vt & aliæ superius relatæ non assequitur.

917. Deinde illam impugno, quia Virginem constituit sub infelicitate illa à qua filius etiam per sanguinem, & merita mortis liberare non potest; vt disputatione præcedenti argumentabamur, quamuis enim ex vi gratiæ secundo diffinitæ à peccato originali liberaretur, tamen ab illa infelicitate liberari non potuit, quia cum illa sit indelebilis, vt explicuimus, tamen applicarentur à Deo merita Christi Domini, & suprema puritas positua infunderetur, macula illa, & infelicitas non posset interire. De quo videnda quæ diximus disputatione antecedenti.

918. Tertio sic argumentor, etiamsi purissimæ Mariæ, non præfinitur gratia illa ex meritis Christi pendens in cruce, adhuc non contraheret originale peccatum; ergo superfluit secunda illa præfinitio gratiæ sanctificantis; antecedens est sententia contraria, quæ affirmat ex quocumque illorum decretorum Mariam concipiendam eum gratia sanctificante, atque adeo sine peccato originali, & consequentia probatur, quia ad nullum finem illud decretum potest ordinari, atque adeo nullum est necessarium motuum illius.

919. Dices necessarium fuisse, vt Virgo præseruaretur à debito seu necessitate contrahendi originale peccatum, & deinde vt haberet gratiam ex meritis Christi pendens in cruce, atque adeo esset, & diceretur redempta per Christi sanguinem, & merita in carne possibili. Sed contra primo, quia vt monstrauius ex vi illius secundi decreti non potuit præseruari à peccato originali absolute loquendo, & secundum ea omnia, quæ in posteris Adami supponit, quia mundari non potuit à tribus necessitatibus contractionis illius. Contra secundò, quia non repugnat secundum hanc sententiam quod Deus intuitu meritorum Christi crucifixi infundat gratiam sanctificantem Mariæ in sua conceptione, etiamsi in pacto illo non fuerit inclusa potuit enim morte Christi præuisa, quod propter mortem humanam illam etiam gratiam haberet, ita vt non solum priora merita, sed etiam posteriora illi conceptioni prodesse. Adde quod nobis non solum profuerunt merita secunda, sed etiam prima, exercita tamen in carne passibili, liber enim amor quo in vita Christus Dominus, Deum dilexit, & aliæ actiones intellectuales, quatenus morte consummata sunt fuerunt opera redemptoris, & per illa etiam Christus nos liberauit; ergo propter eadem, vt recapitulata, & consummata in morte potuit Deus liberare Beatissimam Virginem à peccato originali, & consequenter habuisset redemptionem perfectam prouenientem à passione filij sanctissimi, & non solum ex meritis generis prioris, & necessarium non fuisset illam claudere in pacto cum Adamo, nec Matrem iam futuram purissimam, in prima præuisione ad nostras derradere sordes; Et quidem si ego in hanc sententiam Raimundi propenderem, hoc modo illam defenderem, quia nullum in ea esset inconueniens, & mirabiliter cedit in glo-

riam, & felicitatem absolutam Virginis, quæ hoc modo non fuisset inclusa in pacto illo incommodis pleno, & quod nulla ratione potuit Virgini esse proficuum.

920. Vterius ex hac sententia necessario sequi videtur quod si Mariam sanctissimam non tetigit peccatum originale, saltem necessario tetigit illam defectus gratiæ, & illius effectus scilicet priuatio virtutum supernaturalium, quantum ex vi pacti cum Adamo. Explico, & in nostra sententia, quæ affirmat peccatum originale non esse formaliter priuationem iustitiæ originalis, verum illam necessario se cum asserre, & in aliorum opposita sententia, quæ docet consistere formaliter in priuatione gratiæ, & originalis iustitiæ, quantum est ex vi inclusionis in pacto illo generali in quo concipimus inclusam Virginem sanctissimam, in illa fuit priuatio gratiæ habitualis in sua conceptione; ergo in illa necessario inuentus est defectus sequutus ex originali peccato quantum ex vi conditionis inita cum Adamo.

921. Dices non inueniri, quia cum fuerit infusa gratia ex vi vtriusque decreti nulla potuit reperiri illius priuatio. Sed contra, quia licet absolute nulla reperitur priuatio, inuenitur tamen secundum quid, id est ex conditione inita cum Adamo de amissione iustitiæ, Christi Domini corpus productum fuit actione Beatissimæ Virginis, & iuxta communem sancti Doctoris, & Thomistarum sententiam producit denuo in Eucharistia; & postea ad desitionem specierum sacramentalium desinit corpus Christi ex vi negationis conseruationis correspondentis productionis, ita vt si altera prior conseruatio non esset absolute desineret, quia nulla alia actio reperiretur illius conseruatiua, eadem igitur ratione, quantum est ex vi illius decreti, & conditionis in pacto, Maria sanctissima haberet priuationem gratiæ habitualis, quod vero non illam actualiter habeat, ab aliis prouenit decretis.

922. Dices, si hoc argumentum efficax esset probaret Mariam sanctissimam in sua conceptione habuisse necessitatem huius priuationis, etiamsi haberet gratiam sanctificantem, quia si non præuenta fuisset benedictionibus dulcedinis amaritudinem habuisset huius priuationis, præcipue in sententia, quæ illam asserit in Adamo peccasse. Verum ego contra Raimundi sententiam non restringo hanc ratiocinationem, si quid valet, sed extendendam volo contra doctores, qui Mariam sanctissimam à peccato Adami non excludunt, & eius efficacitate premo illos, & Lulium, vt quid enim in pacto includitur Maria sanctissima quam ex dignitate Matris sciebat Deus non posse infici peccato primi parentis?

923. Præuidit aliqua ex his Salaz. & dum c. 24. §. 17. inter omnes sententias Raimundi opinionem se malle, quam alias quas recensuit, & refutauit eligere, si propria esset deserenda, affirmat ex vi illius decreti non vnicam tantum, sed duplicem gratiam realiter distinctam Virgini fuisse præparatam. Primam quam ratione Maternitatis illi Deus contulit. Secundam (& vtramque ad conceptionem) quam habitura esset si Adamus non peccaret, & addit n. 90. illos gradus gratiæ, & iustitiæ

iustitiæ originalis, quos habitura esset Adamo non peccate, in Cœptione profusa amississe ex Adami peccato, sed non contraxisse originale, quia collata est illi gratia originalis ex vi prioris decreti, quæ excederet omnes alios gradus, quos perdidit in Adamo, sed neque habuisse debitum contrahendi illud, quia non incurrit necessitatem carenti omni iustitia, necessitas autem contrahendi peccatum ex Adamo ad omnem iustitiam, & gratiam extenditur.

924. Sed hæc solutio multa continet difficultia, & non difficile refellitur, & primo discedit à sententia Lullij, qui vnicam gratiam ex duobus motiuis in Virgine constituit, non duplicem ex diuersis motiuis. Secundo inquiri an gratia, quæ præparata fuit Virgini motiuo Maternitatis in eadem intensione fuerit, præparata, qua illi fuit infusa reipsa in primo Conceptionis instanti, si enim præparata non fuit, necessario post amissos illos gradus, quos debebat habere ex Adamo in præsentia alij essent præparandi de nouo, vt suppleretur illius defectus, aut determinandum esset vt haberet illos eosdem ex vi alterius motiui, vtrumque autem infert euidenter Virginem perdidisse illos gradus gratiæ propter Adami peccatum, atque adeo reipsa illis priuandam, nisi alias ex alio motiuo illi tribuerentur, quod infert vt minimum necessitatem carenti illi gratia, quæ præparata fuit in Adamo, hæc autem necessitas ex vi illorum graduum, qui de nouo prædefiniuntur, quid est aliud, quam necessitas contrahendi peccatum, per infusionem enim illorum carentia tollitur gratiæ, non necessitas illud habendi, vt sæpius prænotauimus.

925. Si autem integra quæ infusa est ante peccatum fuit præparata, euidentius colligitur quantum est ex vi pacti illos gradus gratiæ, qui virtute illius præparati sunt Virginem Mariam amississe, supponimus enim solum fuisse infusam illi gratiam ex motiuo Maternitatis, vtrouis ergo modo ad difficultatem respondeatur, præiudicium intulit Virgini Adæ peccatum, & clarius in secundo modo respondendi ad difficultatem, amissit enim illos gradus gratiæ, qui illi definiti si non peccaret Adamus; sententia autem Raimundi est peccatum Adami nullum Virgini præiudicium intulisse, præcipue cum Salazarius paulo ante finem illius num. 90. assermet verè Virginem incurrisse debitum carenti illis gradibus, non tamen carenti omni gratia, & iustitia in quo consistit ratio necessitatis ad peccatum originale contrahendum. Quod tertio est difficile in hac sententia, quia necessitas illa in Virgine sanctissima eiusdem omnino rationis fuit ac in aliis posteris Adami, qui ex vi pacti, & transgressionis, non solum incapaces facti sunt illorum graduum gratiæ, qui illi præparati essent, sed etiam omnium possibilem, qui enim peccat mortaliter, non solum se reddit indignum illa gratia quam ante peccatum habebat, sed etiam omnis gratiæ possibilem, quamuis decreuerit Deus alios gradus gratiæ ex alio motiuo. Vnde deducitur, aliud esse Virgini præparatam gratiam ex motiuo Maternitatis, aliud Adamum fuisse dignum, vt propter illius peccatum Maria san-

ctissima omni gratia careret, atque adeo vtrumque potest optimè stare, & consequenter habebit Virgo Maria integram necessitatem carenti omni gratia ex Adami peccato, quamuis illa labe reipsa non inficiatur.

926. Quarto, ex hoc modo tutandi sententiam Raimundi colligi videtur, quod si Adamus non peccaret, Virgo ex illius propagatione nullam esset habitura gratiam sanctificantem. Inquiri enim an ante pactum præfinitur Deus Virgini non solum gratiam debitam titulo Maternitatis, sed etiam illam, quæ æquiualeat gradibus amittendis per peccatum si includeretur in pacto, & Adamus peccaret, an vero solum illam, quæ titulo Maternitatis Mariæ sanctissimæ debebatur, non vero æquiualem, si dicatur primum, duo sequuntur, vt minimum falsa, primum Deum prouidisse remedium peccati originalis antequam sciret illud futurum, imo antequam pactum iniret, & consequenter Christum venturum in carne passibili, quia illi gradus æquiuales disponebantur, vt Virgo non haberet peccatum originale, at hoc non habuit ex meritis Christi redemptoris per crucem; ergo necessario est dicendum in hac sententia Christum venturum in carne passibili, etiam ante visionem absolutam peccati primi parentis, quod est contra sententiam Scoti. Vel dicendum est Virginem non præseruatam ex maritis Christi Domini. Quod est alterum consequens falsum; quod vero inferatur clarissimum est, quia antequam Christus præuisus sit redemptor in carne passibili prouidit Deus Matri gratiam, qua præseruaretur à peccato originali, ergo illam præfinitur, & non ex meritis Christi Domini. Si vero dicatur secundum, scilicet non in illo priori decreto prouidit Virgini gratiam æquiualem, sed in sequenti post præuisum originale peccatum, sequitur nullam habituram gratiam ex Adamo, quia si aliquam haberet ordinaretur ad hoc quod neque contraheret debitum neque haberet peccatum originale, sed ex vi prioris sanctitatis, & gratiæ debita Maternitati vtrumque euanesceret, ergo Beata Virgo ex Adamo nullam reciperet gratiam.

927. Dices illam recepisse, vt esset sancta, etiam illis gradibus sanctitatis: at hoc non est necessarium, quia ex vi Maternitatis præfinita est Mariæ sanctissimæ gratia excedens omnem sanctitatem, quam acciperet ab Adamo. Ratio est, quia ratione Maternitatis habet Maria sanctissima gratiam excedentem sanctitatem, & gratiam omnium Angelorum, & hominum, vt probat Suarius, & nos forsan dicemus, ergo habuit gratiam ex hoc munere excedentem omnem gratiam, quam posset habere ex Adamo, atque adeo vt esset sanctissima non indigebat gratia per Adamum transfusa.

928. Dices eam gratiam necessariam fuisse vt præseruaretur à peccato originali, & vt gratiam haberet ex meritis Christi. Sed contra, quia illam eandem posset habere ex meritis Christi, vt putat Raimundus, si Deus id determinasset alio decreto; non igitur simpliciter est necessaria alia gratia, & alias probatum est gratiam Maternitatis excedere omnem gratiam per Adamum. Hac igitur solutione quam



impugnamus minus probabilis facta est Lulij sententia.

929.

Secunda sententia affirmat Virginem sanctissimam ideo necessitate nullam habuisse contrahendi peccatum originale, neque in Adamo peccasse, qualicet Adamus accepit iustitiam transfundendam in sacram Deiparam ex vi pacti, ut dicit ordinem ad habenda & conseruanda bona supernaturalia, adhuc non accepit eam, ut erat amissibilis per peccatum futurum, quia in pacto quoad amissibilitatem noluit Deus comprehendere beatissimam Virginem, ex hoc enim necessario sequitur beatissimam Virginem, nec peccasse in Adamo, nec necessitate ullam habuisse contrahendi originale peccatum; existimat enim hæc sententia dignissimum esse maiestate Virginis illam comprehendere in lege de habenda gratia, indignum vero ab illa non arceri peccatum omnibus modis quibus potuit arceri. Ita ( ut explicat Vasquez 2. tomo in 3. part. disp. 15. c. 1. n. 6. ) sentit Catharinus lib. de peccato originali, & casu primi hominis, cap. ultimo, §. Vide, & octauo, & in libris de Conceptione Virginis non semel, & pro illa afferuntur, Galat. lib. 7. de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 10. & Viguierius, de institutionibus Catholicis cap. 18. §. 5. existimat enim Gabriel hoc modo esse intelligendam sententiam Catharini, & non eo modo, quo proponitur ab aliquibus, ita ut afferuerit Virginem non inclusam in pacto de transfundenda iustitia, sed ab illo exclusam, tum quia Catherinus solum vult beatissimam Virginem exceptam à lege mortis, de lege autem gratiæ transfundendæ in posteros, nec Verbum habeat, quod attinet ad beatam Virginem, tum quia iuxta hanc explicationem sententiæ Catharini, sequitur Mariam sanctissimam non habuisse gratiam, aut non habituram gratiam ex Adamo, si ille non peccaret, quod de viro non vulgariter docto non est affirmandum. Hæc Vasquez citatus vbi supra num. 4. & 5. Salazarius vero existimat Vasquium non assequutum mentem Catharini lib. de Conceptione cap. 7. num. 2. Et quidem fallitur Vasquez, dum putat Catharinum loqui de lege mortis solum; nec verbum fecisse de donis gratiæ in ordine ad Virginem beatissimam, loco enim citato ex lib. de peccato originali hæc scribit: Vide & octauo, quod & beata Virgo secundum quod verè fuit filia Adæ debuit hoc peccatum contrahere simul cum aliis, sed quod de facto contraxerit non est opinandum quouis modo, quoniam ad incurtionem huius peccati non satis fuisset esse filios Adæ nisi pacto coniuncta fuisset causa filiorum cum causa Patris. Alioquin sicut illud peccatum, ita & cætera incurrissemus. Non enim est inuenire rationem differentiam aliam, sed non incurrimus cætera; ergo propter pactum illud fuit, ut singulariter illud incurrerimus, quia dona omnia nostra (attende) sub ea conditione pendebant, si ipse non comedisset ex arbore illa, quod ergo beatissima illa Virgo id non incurrerit ob eam gratiam fuit quia excepta fuit in pacto illo. Hæc ad verbum Catharinus, in quibus nec verbum de lege mortis, multa de lege peccati, & de pacto

Vasq.  
Catharinus.  
Galatinus.  
Viguierius.

Vasq.  
Salazar.

Catharinus.

quantum attinet ad dona supernaturalia, quæ vocat bona nostra, in quo inclusam beatissimam Virginem expressè negat, & affirmat id prouenisse ex singulari Dei gratia, ut constat clarissimè ex eius ultimis verbis; non ergo hæc fuit Catharini sententia, ut Vasquez contendit, sed opposita videlicet in illo pacto generali Virginem sanctissimam, neque quoad bona supernaturalia fuisse inclusam, quod verissimum est, & sine temeritate vlla potuit à Catherino pronunciarum quidquid affirmet Vasquez cap. 3. n. 23. §. Agamus igitur.

Sed cuiuscumque sit hæc sententia rectè illam impugnat Vasquez, quamquam illam erroris non possit conuincere, ut intendit, nam ex ea sequitur Virginem sanctissimam habuisse necessitatem peccandi originaliter, etiam si in pacto illo quoad amissibilitatem gratiæ non fuerit inclusa, consequens est contra hanc sententiam, quæ affirmat beatissimam Virginem necessitate nullam peccandi habuisse, & contra ipsam veritatem à nobis disputatione præcedenti satis probatam, ergo: sequelam declaro, & simul intendo supposita lege de transfundenda iustitia non potuisse Deum excipere beatissimam Virginem à lege peccati quod est absurdum. Si Adamus peccaret non transfunderet originale iustitiam in beatissimam Virginem, ergo ex vi illius transgressionis esset in Virgine carentia originalis iustitiæ, & cum Adamus illam accepisset pro Maria sanctissima cum debito, & obligatione eam conseruandi, carentia illa necessario esset priuatio, ac proinde aut peccatum originale, aut præcipuus, & primus effectus illius, haberet ergo Virgo sanctissima ex inclusione in pacto de transfundenda iustitia necessitatem contrahendi peccatum originale, à qua neque ex meritis Christi posset ab illa liberari; ex quo etiam sequitur non potuisse Deum Virginem liberare ab illa necessitate priori pacto supposito.

Præterea sequitur, sacram Deiparam non fuisse præseruatam à labe originali ex meritis passione, & morte filij, sed solum ex diuina liberalitate; præseruatio enim Virginis antecessit decretum de Incarnatione Verbi in carne passibili, atque adeo ante absolutam præuisionem meritorum Christi Domini per mortem, & sanguinem Crucis; unde consequutio fit manifesta, & clarissimè cernitur non esse à filio redemptam, etiam si in illo priori intelligatur Christus Dominus præuisionem, ut præcindens à passibilitate, & impassibilitate, ut volunt sectatores Scoti. Vide Vasquium latius hanc differentem rationem, & Salazarium, cap. 11. num. 10. qui etiam illa vtitur efficaciter.

Tertia sententia affirmat Virginem sanctissimam præuisionem Matrem Dei, & ab omni necessitate peccandi immunem in eodem instanti in quo decreta fuit caro Christi Domini passibilis, ac proinde ex meritis illius, quæ illi fuerunt applicata, ne illam necessitatem contraheret. Hæc putatur ipsissima Scoti sententia, & eam ex variis illius testimoniis conatus est educere Salazarius de Conceptione cap. 12. à num. 1. supponendo illum asseruisse animam Christi Domini fuisse prædestinatam antequam

930.

931.

932.

Scotus.

quam de illius carne aliquid Deus decerneret, quorum primum docuit 3. d. 7. q. 17. & secundum colligitur ex decursu suæ doctrinæ; nunquam enim loquitur de carne Christi Domini quoad vsque sit præuisionem Adami peccatum, & prouisionem de illius remedio, & curatione. Ex quo fit consequenter præuisionem Matris eius necessario supponere scientiam absolutam futuritionis peccati, qua supposita prædefinitus fuit in carne passibili, & ei designata Mater, quam nec debitum contrahendi peccatum originale habuisse docuit Scotus 3. d. 3. q. 1. §. si autem, ut contra Scotistas monstrauimus disput. præcedenti, sect. 3. §. primo. Sed addere oportet ad illustrationem huius sententiæ Scotum sensisse post prædestinationem animæ Christi statim sequutum fuisse prædestinationem omnium animarum ad gloriam illam determinatam, quam habent in cælis, quin in illo signo aliquid de illarum corporibus decerneretur. Ex quo inferunt aliqui iuxta sententiam Scoti necessario dicendum esse carnem Virginis non fuisse præuisionem quoad vsque peccatum præuideretur, & Christus Dominus cognosceretur, non solum in carne passibili, sed etiam illius passio, & mors, virtute cuius anima Virginis associata est carni illi prædefinitæ, & quia in vniuersam massam imminere peccatum, præparata est illi gratia, ne peccatum illam inficeret; hac vero præuisionem relictam esse culpam originale, ut in vniuersam eaderet maculam, quæ Virginem non inficeret, quia meritis Christi, & illius gratia est præuisionem, & addunt ideo Scotum asseruisse post peccatum præuisionem Deum homines casuros, non tamen prostratos, ut locus daretur Virginis præseruacioni.

933.

Scotus.

In hanc vero sententiam ita explicatam argumentor, primo, quia ex illa manifestè sequitur non solum Virginem sanctissimam, sed etiam alios prædestinatos non habere gratiam, & gloriam ex meritis Christi Domini, sed solum primam gratiam, & reparationem post lapsus Adami. Consequens est falsum, ergo & illud ex quo sequitur. Sequela præterquam quod est manifesta, est expressa Scoti sententia, qui 3. dist. 19. quæst. vnica affirmat tantum meruisse illis primam gratiam ordinatam ad gloriam consummatam, hoc est quantum ad efficaciam meriti, Quod de reprobis intelligi non potest; multis enim eorum non est collata efficaciter, & in re gratia ordinans illos ad gloriam, ut patet non solum in pueris qui decedunt cum peccato originali, sed etiam in adultis, qui cum illo moriuntur; & præterea sequela probatur, quia electi prædestinati sunt efficaciter ad gratiam, & gloriam ante prædestinationem Christi venturi passibilis, ergo etiam si Christus non veniret moriturus gratiam consequerentur, & gloriam, quia illa electio fuit absoluta, & independens à peccato Adami, & Christi Domini passione, falsitas autem consequentis ostenditur, quia secundum communem sententiam sanctorum Patrum, & Scholasticorum, nullum gradum gratiæ, & gloriæ, qui non esset ex meritis Christi habuit Virgo sanctissima, neque habuerunt, aut habent electi.

Secundò sequitur etiam gratiam Maternitatis, & gloriam illi correspondentem non fuisse in Virgine sanctissima ex meritis Christi Domini: Probatum ex Scoti sententia, qui 3. d. 7. q. 3. §. Sed hic sunt duo, ad finem ita scribit. Potest igitur dici, quod prius natura, quam aliquid præuideretur circa peccatorem, siue de peccato, siue de pœna Deus prælegit ad illam curiam cælestem omnes quos voluit habere Angelos, & homines in certis, & determinatis gradibus, &c. Ergo ex Scoti sententia neque Maternitatis gratia, neque correspondens illi gloria fuit ex meritis Christi; antecedenter enim ad illa præuisionem, imò, & præordinata electa fuit ad determinatum gradum gratiæ, & gloriæ, quam nunc habet.

934.

935.

Tertiò, etiam sequi videtur in prædestinatione Virginis ante peccatum inuolui necessario electionem illius ad Maternitatem Dei; præuisionem enim gloria omnis, quam nunc habet, atqui nunc habet gloriam titulo, & ratione Maternitatis, ut constat, ergo electio ad Maternitatem ibi necessario inuoluitur, neque enim videtur fieri posse, quod illi decerneretur, & præfigatur gloria Matris, quin virtualiter saltem in illa intentione dandi illi gloriam determinatam intelligatur inclusa voluntas Maternitatis, ut in absoluta intentione dandi gloriam, intelligitur virtualiter electio mediorum. Explicatur amplius. Animæ omnium hominum ante præuisionem originale peccatum, & post decretum quod habuit Deus communicandi se ad extra erant omnino aequales inter se, ita ut nulla distaret ab altera. Unde in illis non apparebat ratio, quare huic potius, quam illi maior præuisionem gloria; statim vero occurrit difficultas, cur animæ Virginis sanctissimæ illa præuisionem sit gloria, quæ secundum suam entitatem habet connexionem cum Maternitate. Dixi habet connexionem, quia de facto, & in executione coniuncta est cum illa, & datur propter Maternitatem & opera antecedentia, & subsequencia generationem Christi Domini, ex quo efficaciter infertur inuolui virtualiter saltem electionem ad Maternitatem, alias casu Deus illam gloriam animæ Mariæ sanctissimæ in præsentia contulisset.

936.

Præterea quarto Scoti sententia nullo modo liberat Virginem à necessitate antecedenti & concomitanti originale peccatum, supponitur enim inclusa in peccati, & gratiæ originali pacto & non electa ad Maternitatem do, nec præuisionem Christum in carne passibili, ergo supponitur cum necessitate antecedenti, & concomitanti, imò & cum necessitate consequenti proxima, & immediata, quia inclusa in Adamo ab illis iam non poterit liberari ex meritis Christi, tum quia in illo signo non extant. Secundò, quia etiam si extarent cum intrinsicæ sint saltem duæ consequentes deleri non possunt per aliquid extrinsecum, qualia sunt merita Christi Domini, sicut & in veriori sententia habituale peccatum non potest remitti, sine infusione gratiæ etiam absoluta potentia.

Vltèrius vellem explicarent nobis Doctores qui ita Scotum interpretantur, quidnam sit Deum vidisse post peccatum homines casuros in peccatum, non vero prostratos, & peccatum

937.

Adamianæ

Adamianæ massæ imminere non tamen in illo signo esse de facto infectam, ut sic detur locus præliberationi Virginis sanctissimæ. Imprius enim Scotus non cognoscit illas differentias in posteris Adæ, sed pro eodem sumit vidisse illos casuros, & prostratos; illa enim dist. 19. quæst. vnica §. in ista quæstione ubi distinguit signa, seu instantia ad declarandam incarnationem, postquam dixit in tertio signo homines prædestinatos ad gloriam hæc scribit: In quarto (signo scilicet) præuidit illos casuros in Adam, in quinto præordinauit, siue præuidit de remedio. Vnde non distinguit differentias, quas volunt distinguat explicatores illius. Adde quid est imminere peccatum originale in massam Adami; imminet enim illa ante peccatum est quod commisit Adamus, post illius verò transgressionem imminet peccatum originale reipsa contrahendum, sed necessitates non imminet, sed iam sunt contractæ suo ordine, ut enim latius explicuitus ex Adami peccato inferuntur necessitas concomitans, & subsequens, nec potest intelligi, qua ratione illæ necessitates detineantur ne cadant in Virginem beatissimam, nec post præseruatam Virginem ab illis, quomodo de nouo cadant super omnem massam, & posteros Adami, aut quomodo illa præparatio nondum prouisa detineat ruentem culpam originariam, ne inficiat primi parentis posteros purificata iam peccati conditione, & illo iam perpetrato. Confirmatur, quia in illo signo post peccatum Adami intelliguntur posteri cum iure ad iustitiam originale aut sine illo, non cum iure ad illam habendam; perdidit enim in Adamo & gratiam, & ius ad illam retinendam, si vero sine illa considerentur, ut reuera considerandi sunt, intelliguntur cum necessitate contrahendi peccatum, quod etiam in beatissima Virgine accidit supposito quod in pacto fuerit inclusa, ut latius disputabamus controuersia præcedenti.

938.

Ruit etiam hæc explicatio, quia Scotus sentit, ut ex mente illius docuimus Virginem in Adamo non peccasse, nec ullam necessitatem peccandi originaliter habuisse, vnde in illius sententia locum non habet illa imminetia peccati in Virginem diuam, quidquid contra videatur asseruisse dist. 3. quæst. 1. §. si autem teneatur; ibi enim solum conditionaliter loquitur, ut ex verbis illius patet clarissimè, vnde fit hanc sententiam, ut explicata est non posse defendi à Doctore subtili. Et tamen semper desiderari potest in illius doctrina modus præseruandi Virginem à peccati necessitate ex meritis Christi. Scio Salazarium pollicitum se cum maiori probabilitate propositurum sententiam Scoti, quod conatus est c. 24. §. 15. Sed ibi solum intendit trahere Scotum ad suam sententiam asserentem integram prouidentiam Virginis nasci ex meritis Christi Domini, quia illius intuitu noua fœmina non cum aliis futura paratur Verbo homini, hoc autem non est Scoti sententiam probabiliorum proponere, sed simpliciter discedere ab Scoto, qui prouidentiam Virginis circa existentiam, & gloriam constituit ante Adami peccatum, & quidem ita hæc proponuntur obscure, ut ipsa

Scoti subtilitas obscurius non potuerit suam mentem proponere. Quod si in sententiam Salazarij eant Scotistæ, ut illorum deuotioni suadent, eisdem motiuis erunt reuincendi, quæ contra illius opinionem attulimus sect. 2.

## SECTIO IV.

*Optimus modus præseruandi Virginem sanctissimam ex meritis Christi Domini.*

**R**efutauimus fusè omnes sententias, quæ in hac, obscurissima controuersia sunt excoGITATÆ, ut intelligatur præseruationem Virginis sanctissimæ, à peccato originali, & illius necessitate fuisse ex meritis Christi, & ostendimus nullam id consequi potuisse. Quærendus igitur est modus quo vtrè intelligatur præseruata ex meritis Christi Domini.

939.

Quod ut commodius fiat aduertendum primo est, quod ut rectè notauit Magister Granada, tom. 1. in 3. part. controuersia 1. de Incarnatione tract. 3. disp. 1. sect. 4. num. 22. eam esse eminentiam liberæ voluntatis, ut possit mutuo connectere ea, quæ inter se connexionem non habent, aut dependentiam ullam, itavt possit intendere aliquem finem propter medium, quod cum illo non habet connexionem, potest enim agrotus velle sanitatem, & eligere ad illam consequendam scissionem venæ, non vero amarissimam potionem, itavt salutem, & scissionem connectat illius voluntas, quæ tamen inter se nullam habent connexionem. Inde fit diuinam voluntatem à fortiori posse duo quæ inter se connexa non sunt liberè connectere. Incarnatio enim Verbi Diuini nullam habet connexionem cum mundi perditione, quantum ad illius perfectionem, neque cum peccati remedio. Vnde posset Deus sine his motiuis decernere Incarnationem, de facto tamen liberè peccati remedium, & incarnationem coniunxit, & illa connexit, quæ ex sua natura connexa non erant.

940.  
Granada.

Aduerto secundò Deum, antequam decreuisset hunc mundum futurum iuxta seriem rerum omnium naturalium, supernaturalium, & quæ spectant ad ordinem hypostaticum scientia simplicis intelligentiæ cognouisse se posse hanc seriem cum omnibus circumstantiis quas habet producere, ac proinde hunc mundum Angelos, & homines quibus gratiam, & sanctitatem conferret ea ratione, ut hominibus constitueret Adamum, ut cæterorum caput, cum quo posset pascisci, ut sanctitatem in qua crearetur transfunderet in posteros, ea ratione ut pactum cum illo constitueret, de non transgrediendo præcepto, quod poterat illi imponere de non comedendo de quodam ligno determinato, quo violato gratia non transfunderetur, sed peccatum, & pacti violatio, ea enim possibilis pacti conditio respectu omnium posterorum illius intellexit etiam Deus possibilem esse casum Adami, & filiorum eius, & præterea se posse velle Verbum assumere carnem humanam ex corpulenta substantia filiorum Adami,

941.

Adami, ut in cruce pendens sanguinem funderet, & moreretur ad delendum illud peccatum, & quia hoc non poterat fieri nisi filius homo ex fœmina nasceretur, posse optimè velle illi Matrem eligere Mariam, quæ propter suam dignitatem peteret esse purissimam, & immaculatam, & nulli peccato subiectam, & licet esset Adami filia posse se illam in pacto non includere, idque ex meritis Verbi hominis, qui filius illius, actiones enim infiniti valoris illud præmium poterant pertingere, & Deus illud conferre, itavt vi sanguinis filij, neque necessitatem contraheret illius peccati, nec pacto fuisset inclusa, quia posset filius id petere, si carnem assumeret, sicut intelligebatur petere posse per scientiam simplicis intelligentiæ, & antequam decerneretur aliquid neque absolute, neque sub conditione respectu futuritionis harum rerum cognouit etiam Deus se omnia hæc posse disponere, ut mors Christi non solum ordinaretur ad redemptionem generis humani, sed etiam ad gloriam Verbi hominis facti, qui constitueretur, & esset caput omnium hominum, & Angelorum, Rexque, & Dominus omnium creaturarum, & tandem posse hæc omnia cedere in gloriam suam, itavt illa propter semetipsum operaretur tanquam propter finem vltimum, tametsi darentur alij fines proximi & immediati, & non adæquati, ut reipsa in hac serie rerum contingit, itavt non solum cognosceret Deus se posse eligere aliquos quibus præpararet merita ad gloriam, sed posse aliquos per demerita reprobare, & damnare.

942.

Intellexit etiam Deus determinatè, clarè, & non confusè circumstantias omnes possibiles, quæ in hac rerum serie productæ sunt, non tamen actibus diuersis, etiam secundum rationem nostram, quia in scientia simplicis intelligentiæ nullum est motiuum ad distinguendos actus priores, & posteriores, ac proinde simul vnico intuitu Deus complexus est sua scientia necessaria, & non libera, & etiam in eodem instanti æternitatis cognouit hæc omnia ita inter se comparari posse, ut reipsa in executione vnium fieret propter aliud, & prius posse esse peccatum in re; quam fieret incarnatio Verbi diuini, quæ tamen ita posset esse in rebus (si producerentur) quod peccati remedium esset Incarnatio in carne passibili ea ratione, ut incarnatio, quæ connexionem cum peccato non dicebat posset esse independentem ab altero fine, & connexionem haberet ex sua libera voluntate cum remedio peccati, tanquam cum proximo fine, hæc omnia certissima sunt, & indubitata apud omnes Theologos cuiusque familiæ; aliàs Deus non posset decernere hæc ita produci, si non haberet notitiam possibilitatis substantiæ rerum omnium, & circumstantiarum, quibus illæ fuerunt reipsa productæ. Et hoc eodem modo simplici intelligentiæ intellexit mundos alios, & seriem earum rerum, quas in illis posset producere simul, & semel, ita ut inter mûdos possibiles nullus alter prior intelligatur obijci menti diuinæ, sed omnes in eodem instanti indiuisibili, etiam per nostram considerationem illi supremæ intelligentiæ obijcerentur cognoscendi, & cum æquali indifferencia ad producibilitatem, itavt produ-

cibilitas illorum, imò, & actualis futuritio solum penderet ex determinatione voluntatis diuinæ, quæ pro sua libertate poterat determinare huius vel alterius mundi existentiam cognita illorum possibilitate.

His igitur visis solum scientia simplicis intelligentiæ vnico intuitu in quo nulla fuit prioritas, & posterioritas, vnico etiam, & indiuisibili decreto decreuit Deus omnia illa producere in rerum natura, & eodem modo, & ratione qua de facto produxit, producit, & producet in æternitate, itavt etiam si diuersa sint, & fuerint obiecta ex parte rerum, in Deo solum vnicum fuerit decretum, quo statuerit omnia futura eo modo, quo petant produci, siue cum connexionem aliqua necessaria omnino aut voluntaria ex Deo connectente illa liberè; siue vnium propter aliud, ita opinatur Gabriel 1. dist. 9. quæst. 3. art. 3. dub. 2. 3. quæst. vnica, art. 3. & dist. 19. quæst. vnica art. 2. conclus. 4. ubi hæc scribit. *Vnus est enim actus in diuinis indiuisibilis, quo vnica cognitione præuidit Christi Incarnationem omnium electorum futuram beatitudinem, casum & reprobationem, neque vnium prius, & aliud posterius.* Et dist. 2. *In nullo signo prædestinavit quemquam ad beatitudinem quin in eodem prædestinavit omnes beatificandos & præuidit omnes damnandos, & præuidit omnia futura, nec est talis ordo in diuinis, sed simul vidit Deus merita, & demerita, pœnas, & futura premia.* Sequitur expressè Granada

943.

Gabriel.

Granada.

1. tomo in 3. part. controuersia 1. de Incarnatione, disp. 1. sect. 4. num. 23. & sequentibus, & controuersia 2. de gestis mirabilibus Christi Domini, tract. 1. disp. 3. sect. 25. num. 36. ad finem hæc scribens, sua vsus scientia conditionata. *Qua cogitatione posita Deus vnico indiuisibili decreto statuit creare mundum, inire pactum cum Adamo, permittere violationem eius, mittere filium suum, ut per mortem suam mereretur generi humano, ad eumque finem conciperetur ex Virgine purissima, quam propterea ab ea lege existebat intuitu mortis filij quem erat conceptura.* Et eodem modo procedit Valentinus Erice 1. part. tract. 3. disp. 29. sect. 2. cap. 2. num. 9. Vbi latè probat omnia quæ declarauimus & ipse etiam à principio declarat in negotio prædestinationis prouenire ab eodem indiuisibili decreto, omnino liberali, & gratuito, & quod nulla merita antecesserunt. Indiuisibile verò decretum in alia signa, & decreta secundum rationem nullo modo diuidit, sed nec vnus diuidere potest, si verè intelligat, qua ratione se Deus habuerit in huius mundi constitutione. Sequuntur etiam Ochamus, & Gregorius Ariminenfis quos primo loco producit Gabriel, qui cum illis signa, & instantia ex Scoto accuratè refellit.

Ratione vero efficaci. Tertio loco probat indiuisibilitatem decreti Gabriel, quæ potest ad hanc formam reduci. Si illud decretum diuinum in varias partes diuideretur, quarum vna intelligeretur post aliam, intelligeretur Deus operari eo modo quo non operatur, atque proinde falsa esset illa cognitio, & representatio nostri intellectus, consequens non est admittendum, ergo neque illud ex quo sequitur. Consequentia est clara, & minor probatur, qui

944.

quia omnes id vnum intendunt, vt explicent, qua ratione se habuerit Deus in determinatione creandi omnia, quæ continentur in hoc mundo, & in hac rerum serie, itavt eorum intellectio ipsi decreto, & dispositioni diuinæ sit conformis, & nullo modo illi dissimilis & conuenienter non falsa, sed vera, sequela vero probatur, quia reipsa non intendit Deus hunc mundum creare actibus diuersis, quorum vnum aliud sequatur, sed vnico solum, illoque indiuisibili, ergo qui intelligit in creaturarum determinatione diuina vnum post aliud decerni, intelligit quod in diuina determinatione non reperitur, atque adeo illa intellectione pronunciat, quod in Deo non reperitur si autem hoc ita contingit, vt necessario contingit, quidnam est aliud falsum esse, & intellectiōnem, & loquutionem, falluntur ergo qui prioritatem, & posterioritatem distinguunt in actu diuino, & vt se illi conformiter asserere debent omnia correspondere illi indiuisibili actui, & decreto. Secundum quas habebunt existentias, non vero Deum ordine quodam prioritatis, & posterioritatis in illa ferri, hoc enim est falsum & reuera non ita euenit; primum enim est verissimum, voluit enim Deus, vnum futurum post aliud, & incarnationem præsupponere peccatum, sed non ita processit, vt vnum voluerit aut decreuerit post aliud, sicut in multorum sententia, eodem indiuisibili actu vult finem & media, & tamen vult finem esse post media.

945. Confirmatur: Si aliquis intelligeret omnipotentiam in Deo iam intellectis personis, & productionibus ad intra, falso procederet, & non rectè intelligeret ordinem quo inueniuntur in Deo personæ, & attributa; ergo qui in Deo intelligeret vnum decretum post aliud in rerum creatione falso procederet, & non rectè intelligeret, qua ratione se determinasset Deus ad productionem creaturarum. Consequens est euident, & antecedens probatur, quia in Deo absoluta sunt priora notionalibus, & omnipotentia est quid absolutum, atque adeo petit cognosci ante notionalia, non ergo rectè cognosceret, qui illam cognosceret post notionalia affirmans ita in Deo rem se habere, & consequenter, qui affirmaret Deum post decretam Adami restaurationem in alio signo decreuisse Incarnationem Christi, & in alio elegisse Mariam sanctissimam, vt esset Mater Verbi incarnati non rectè procederet, & intelligeret ordinem decretorum, qui reuera non reperitur in Deo; atque adeo suum explicaret modum intelligendi illam prouidentiam, & dispositionem, non verò id quod de facto reperitur in Deo. Confirmatur, & explicatur, Deus non cognoscit se decreuisse vnum post aliud, & illius cognitio verissima est, & terminatur ad rem vt est in se ipsa; ergo qui cognoscit Deum vnum velle post prioris volitionem alterius non elicit cognitionem veram, nec terminatam ad rem vt est in se ipsa. Probo consequentiam, quia cognitio illius circa decreta opponitur cognitioni diuinæ verissimæ, & consequenter creata cognitio falsa est; Deus enim vnum solum vidit decretum; intellectus autem creatus intelligit ibi multa decreta, itavt vnum sit prius, & aliud posterius.

946. Mea igitur sententia est, Virginem sanctissimam, & præseruatam fuisse à peccato originali, & à necessitatibus illud contrahendi ex meritis Christi Domini, quia eodem indiuisibili decreto, quo Deus decreuit Verbum incarnari, & mori, & eodem quo statuit pactum cum Adamo constituere, decreuit ex meritis Christi, & dependenter ab illis Mariam sanctissimam, quam decernebat Matrem illius futuram illam non includere in pacto illo generali inito cum primo parente. Hanc rationem præseruationis Virgineæ à labe originalis peccati videbam in sententia sancti Thomæ, de non futura incarnatione non stante peccato, & illa vsus sum ab anno sexcentesimo decimo septimo, quæ placuit doctis recentioribus, & illam amplectitur sapientissimus meus Magister Didacus Granado, sect. illa 25. de Conceptione numero 306. in illis verbis quæ paulo superius retulimus: *Qua cogitatione posita*, &c. Et sequitur ex parte noster Hispalensis Luzero, lib. illo de præseruatione Virginis à peccato Adami, in quo hanc thesism late, & eruditè persequitur, quamuis, & ille, & Magister Granado vtantur scientia conditionata ad hanc rem explicandam.

947. Huius explicatio assertionis colligitur clarè ex illis quæ in hac sectione notauimus, sed vt illa amplius declareretur, & intelligatur aduerto præseruationem Virginis à peccato, & illius necessitate, ita connexam cum Christi Domini passione ex libera Dei voluntate, vt necessario dicat ordinem ad illam, & ad merita Christi Domini, itavt ex alio motiuo non potuerit præseruari ex vi præsentis decreti, & aliunde passionem Christi Domini connexionem dicere ex libera Dei voluntate cum præseruatione Virgineæ, itavt Christus non posset venire, & illam non præseruare meritis suis, quia ex vi huius decreti mors, & merita illius ordinata sunt ad hanc præseruationem ex diuino illo decreto indiuisibili. Præseruata igitur fuit Christi Incarnatio passibilis cum dependentia à peccato, & à præseruatione Virginis, & peccati permissio, & Virginis præseruatio decreta sunt dependentia ab Incarnatione Verbi Diuini, itavt neutrum sine alio possit ex vi huius decreti executioni mandari, ex vi enim illius decretus est Christus Dominus saluator, & redemptor per sanguinem & mortem in remedium originalis peccati, & ad præseruandam Matrem ab inclusione illius pacti generalis inchoati cum Adamo.

948. Sic ergo explicata nostra sententia probatur primo ex refutatione aliarum sententiarum; illis enim eueris nulla alia restat via præseruandi Virginem sanctissimam ex meritis Christi, nec vitandi illa inconuenientia, quæ ex aliis sententiis sequuntur, labuntur enim in hæc vel illa earum sectatores, vt manifestè probauimus. Secundo probatur, quia hic est aptissimus modus præseruandi Virginem sanctissimam intuitu meritorum filij crucifixi, & in quem nulla cadat inseparabilis difficultas clarè enim cernitur in executione præseruata propter merita Christi Domini, & dependenter ab illa; ex vi enim illius decreti in eodem omnino signo, quo decernitur pactum Adami, & permissio

missio lapsus illius intelligitur Maria sanctissima præseruanda à generali noxa propter merita Christi Domini in illo etiam indiuisibili decreto voluta, sicut & mors illius est etiam decreta, ea enim ratione, qua simul vnico intuitu omnia Numè diuinum contemplantur, decreuit etiam omnia illa futura cum dependentia, & connexionem, quam liberè voluit ea omnia haberent quantumuis ex natura rei non essent inter se connexa.

949. Deinde in hanc sententiam nulla cadit difficultas ex illis quæ attingimus in præcedentibus, non enim intelligitur Virgo præseruata, antequam decerneretur Christus Redemptor, & patiens, nec esse in carne passibili, quæ aliunde, videatur desumpta, quam ex purissimis visceribus, & sanguinibus Virginis, cum in eodem indiuisibili instanti decreta fuerit incarnatio Verbi passibilis, in hac, & ex hac determinata femina Maria scilicet purissima, & vterius non decernitur Maria ante decretum de productione Adami, aut post præseruatum, & taxatum numerum feminarum, quæ erant futuræ, nec intelligitur peccatum originale imminens posteritati, & impeditum ne tueret donec ab illius oppressione Maria sanctissima præseruaretur, sed intelligitur existens cum gratia & sanctitate, & immunis à peccato, non solum quia futura Mater, sed quia futura Mater ex meritis Christi, itavt suam redemptionem perfectissimam, & excellentissimam debeat redemptori, & hoc in momento suæ Conceptionis, quia nullum est signum in quo videatur Christus Redemptor, & Matris purissimæ saluator non præuideatur, nec est signum aliquod in quo præseruata est Maria sanctissima, & præseruationem non habeat à meritis & passione piissimi Redemptoris.

950. Dices sequi ex hac sententia Christum venturum in carne passibili etiam si non esset peccatum, ac proinde subiturum mortem etiam si Adamus non peccaret, quod est contra nostram sententiam, & sancti Thomæ, in cuius via modum inquirimus præseruandi Virginem à peccato originali. Sequela probatur, quia Christus prædestinatus est redemptor per sanguinem ante præuisionem originalis peccati, ex quo sequitur mors illius ex illo decreto de carne passibili ante quod non intelligitur esse peccatum. Respondeo negando sequelam, quia Christus Dominus decernitur venturus redemptor, non tamen independenter à peccato, quod non est necessarium præuideatur scientia visionis, sed sufficit præuideatur illius permissio & existentia possibilis scientia simplicis intelligentiæ, supposita connexionem, quam inter peccatum, & morbus est, & medicinam voluit Deus esse, inter Adami peccatum, & Christi mortem, supposito enim illo decreto producendi mundum in hac serie rerum impossibilis fuit negatio peccati, ac proinde non moreretur Christus, quin in executione supponeretur peccatum.

951. Dices secundò, falsum esse, & præterea contra communem sententiam fundamentum huius sententiæ, videlicet decretum de constitutione huius vniuersi esse vnicum, & indiuisibile, & nullo modo posse partiri in plu-

ra decreta, falsum; quia etiam si ex parte Dei, & absolute impartibile sit, quia est ipsa diuina essentia simplicissima, & reipsa indiuisibilis, adhuc vt referatur ad obiecta voluta eandem habet prioritates, & posterioritates, quas in re habent obiecta futura ex vi illius decreti, vnde sicut illa sunt diuersa: ita decretum cum connotatione ad illa potest partiri. Contra communem sententiam. Omnes enim Scholastici præter eos quos in fauorem nostri placiti citauimus distinguunt signa decretorum Dei, licet differant in modo, & numero signorum.

952. Respondeo negando vtrumque, & ad probationem primi dico illud quod in illa asseritur non esse decreta esse diuersa, sed vnicum decretum ad diuersa referri, nec ibi esse decreta distincta, sed concipi terminationem ad res diuersas, vnde differentia, & multiplicitas est in rebus, non vero in illo indiuisibili decreto, de cuius natura (quia diuinum) est quod simul, & semel terminetur ad omnia futura, ita vt ordo prioris, & posterioris in rebus sit, non autem in ipso decreto, cuius simplicitati repugnat ordo ille. Adde quod, qui illa distinguunt decreta intelligunt in Deo, quod nullo modo reperitur in illo, & ita falluntur, nec assimilant in veritate suum conceptum ad conceptum, & scientiam diuinam, quæ in sua voluntate vnicum solum intuetur decretum terminatum sine vilo ordine ad plura. Ad secundi probationem nego nostram sententiam esse communem Theologorum, nos enim non absolute asserimus illud decretum esse indiuisibile, & solere partiri in plura decreta, quod hoc illud supponat; sed affirmamus hanc partitionem qua vtuntur Scholastici non esse conformem rei existenti, ac proinde eos qui ita procedunt intelligere in decreto Dei quæ in illo non sunt ex quo sequitur falsum esse illud iudicium, Deus primo decreuit permissionem peccati, & illo viso scientia visionis decreuit Christum venturum, re enim ipsa non ita processit diuina prouidentia, sed vnico, & indiuisibili decreto statuit permissionem peccati, & Verbi Incarnationem. Aliud est enim in Deo esse diuersa decreta, aliud aliquos non posse intelligere prouidentiam Incarnationis, & generationis humanæ, quin infinita ferè signa distinguant quæ rei per se obscuræ, & difficillimæ densiores offundunt tenebras.

953. Ex his infero primo verissimam esse sententiam S. Thomæ asserentis verbum non assumpturum carnem humanam, nisi extaret Adami peccatum, ratio ex nostris principiis, quia incarnatio præseruata fuit dependenter à peccato, connexionem voluntaria Dei, ita vt eodem decreto indiuisibili peccatum fuerit permissum, & incarnatio decreta, ad quod necessaria non fuit scientia absoluta visionis peccati, nec generalis præuaricationis filiorum in primo parente.

954. Infero secundò, Christo Domino non datam fuisse optionem de passibilitate, aut impassibilitate; de morte, aut de immortalitate. primo quia præseruatus est passibilis illo

decreto indiuisibili. Secundò, quia vt ille eligeret necessario visus est existens; quia non existens eligere non poterat, at re ipsa existens non potuit esse cum carne indifferenti. 3. Factus est homo in vtero Matris, & hæc ex illius meritis, & morte præseruata à peccato originali, ergo iam præfinitus erat passibilis. Quarto quia eligere non potuit sine intellectione, & actu voluntatis, quæ terminarentur ad carnem passibilem volendam, sed ad vtrumque; actum necessaria fuit physica præmotio inclinans infallibiliter ad illam electionem: ergo electio illa non potuit, à Christo Domino oriri, nisi prius illa esset à Deo decreta iuxta ea quæ inferius sunt dicenda; eadem enim ratione, qua homo non cõteretur nisi prius velit Deus contritionem, eodem omnino modo non eligeret Christus Dominus mortem, nisi prius illa à Domino fuisset præfinita. Natus est ergo Christus Dominus passibilis in sua Cõceptione, non quia mortalitatem eligit voluntas humana, sed quia in remedium peccati id præfinitus voluntas diuina, & eodẽ omnino modo voluit Mariam sanctissimam eligere in Matrem, & his præ aliis meruit non solum dilectionem, sed etiam electionem ad gloriam facta comparatione Petri ad Iudam in particulari, quia Deus præfinitus voluntati Christi antecederet ad eius consensum ex qua præfinitione ortum habuit electio Virginis in Matrem, & Petri ad gloriam.

955. Infero tertio, Incarnationem non solùm volitam propter hominum redemptionem, sed etiam propter excellentiam, & gloriam Christi Domini, vt constitueretur caput omnium hominum, & Angelorum, hieretique, & esset Princeps omnium creaturarum, imò, & propter Virginis gloriam quæ ex Maternitate Dei hominis regina, & Princeps omnium creaturarum ad cuius excellentiam voluit etiam Dominus Christum Dominum redimere genus humanum, & ex amore filij & Matris condere hoc vniuersum, & prædestinatis beatitudinem conferre, & hoc solum volunt Patres asserentes mundum hunc creatum propter Christum, & Matrem sanctissimam, & amore vtriusque, quod etiam docent Rabbini, quos refert Galat. lib. ... non enim docent primo Christum Dominum prædestinatũ, & deinde amore illius & Matris esse mundum decretum, sed solum eodem omnino decreto præfinitum esse Christum Dominum, & molitionem mundi sine vlla prioritate in ipsa intetione diuina, permissio igitur peccati, & illius redemptio ordinata est ad Christi Domini gloriam, & vltimo tandem ad Dei gloriam, qui in redemptione hominum perfectissimo modo sua voluit splendere, & fulgere attributa.

Rabbini.  
Galat.

956. Infero quartò falsam esse illam sententiam, quæ affirmat contra D. Thomam, & cõmunem consensum ordinẽ rerum supernaturalium prius à Deo volitum, & decretum quam ordinem rerum naturalium, vt hac ratione constituat Christum principem omnium creaturarum, & causam illarum, & consequenter mundum factum esse propter Christum, & propter electos, quod fuscè docuit Mendoza in quodlibetis q. 1. Scholastica, nam præter difficultates, quæ in hac sententia exoriuntur, iam monstratum est nullam in decretis esse antecessorem, sed etiam

Mendoza.

vt rumque ordinem, & hypostaticum eodẽ modo vnico indiuisibili actu esse decretos, & futuros in executione ordine suo & ex parte obiecti, cum illa dependetia, & connexionem, quam de facto habent, & præterea eodem omnino decreto constitutum quod Christus esset caput Angelorum, & hominem & Dominum omnium creaturarum.

Infero quintò ad illud decretum indiuisibile, atque adeo ad rerum productionem, & electorum prædestinationem non necessariam fuisse scientiam mediam, aut scientiam futurorum sub conditione, in quo quantum attinet ad præsentem controuersiam, & illius resolutionem discedo à modo defendendi illam, vt asseritur à Granado, & Luzero, & absolute ab omnibus, qui scientiam mediam profitentur, & affirmant illam ita esse necessariam ad prædestinationem, vt sine illa non possit conciliari libertas hominum cum prædestinatione, quod negant, & merito Magister Cumel variis in locis in vtroque tom. ad 1. p. 1. & tertio, & in 3. tom. ad primam secundam non semel, & illum sequuti omnes Thomistæ huius temporis, Media enim scientia impossibilis est, vt explicatur ab illis, qui illam introduxerunt, cum impossibile sit effectum liberum futurum conditionatè, sine ordine ad liberam causalitatem Dei, à qua effectus creatus suam habeat futuritionem, cum eadem sit ratio effectus conditionati, & absoluti, & eodẽ modo videantur res absolute accidere. Quo secundum hanc sententiam præuidetur conditionatè futuræ. Vnde eodem modo præuidetur Deus ad effectus conditionatos, quo re ipsa præuidetur concurrere ad absolutos. Vnde si ad absolutos concurrat præmouendo causam secundam, eodem modo præuidetur concurrere ad effectus conditionatos, vnde nunquam præuidetur conditionati effectus, quin præuideat Deus suam determinationem, aut futuram, aut iam existentem, de quo modo non disputo. Et quidem licet facile defendant aliqui Deum concurrere simul cum libero arbitrio ad eliciendum actum amoris diuini, suumque applicet cõcursum, vt cum illo in eodem instanti sit causa illius, quia præuidet scientia media illum actum futurum in his circumstantiis, ex quo sequitur, non à casu, sed cõsilio summo causam primam, & secundam simul influere in eundem effectum, id non potest declarari in concursu conditionato.

957.

Cumel.

958.

Ratio est manifesta, quia in concursu conditionato etiam coniunguntur concursus causæ primæ, & secundæ, & cum non sit altera scientia præcedens mediam, qua infallibiliter, & certo coniungatur illæ duæ causæ, vt est manifestum, necessarium omnino est coniungantur à casu, vel summo cõsilio, à casu coniungi non possunt, quia alias esset dicendum omnes conditionatus effectus esse fortuitos, & à casu, quod indignum est sapientia Dei infinita, dicendum ergo est, Deum, & liberum arbitrium à cõsilio coniungi ad illum effectum conditionatum, & tunc vrgeat argumentum, in illa causalitate conditionata non potest esse prius liberum arbitrium, quam voluntas diuina, quia intelligitur operans, at operari non potest independentem à causa prima; ergo intelligitur prima causa præbens conditionatè suum concursum ad illam operationem,

operationem, & determinans futuritionem illius effectus, dependenter tamen à libero arbitrio, prius quam intelligatur liberum arbitrium se ad illam determinare. Consequentia est legitima, quia cum non coniungantur à casu, sed à cõsilio, necessarium est incipiat aliqua illarum, & cum vt euidens est non possit incipere creatum arbitrium, necessum omnino est incipiat diuina voluntas & vltius, ergo in absolutis etiam causa prima præuenit voluntatem citatam. Eodem enim modo res eueniunt in absolutis etiam causa prima præuenit voluntatem citatam. Eodem enim modo res eueniunt in absolutis posito absoluto decreto, aut permissione, quo præuidetur futura conditionatæ, sed ita præuidetur futura, vt Deus sit prima causa prius mouens arbitrium ad actum quam ipse se determinat ad illum, ergo à toto genere, & absolute loquendo concursus Dei est prior quam determinatio creata, vnde euidenter inferitur nullum esse effectum absolutum ad quem ante illius futuritionem Deus non præuideat suum liberum decretum de illius futuritione, non ergo scientia media inter naturalem, & liberam assequitur, quod intendit, & eadem manet difficultas, in concilianda libertate, cum prædestinatione diuina, ortæ ex eo quod Deum asseramus præmouere voluntatem creatam, in ordine ad consensum, quia semper manet Dei cõcursum præuius necessarius ad hunc consensum liberi arbitrij. Hac ratione primus vsus in Salmanticensi Theologorum gymnasio in publica concertatione, & plausibilis fuit omnibus Magistris, eamque proposui non semel, & adhuc eius solutionem non vidi; negari enim non potest in ordine conditionato liberum arbitrium non posse incipere, & hoc concessio vrgentissima est consequutio.

959.

Deinde non esse necessariam scientiam futurorum sub conditione etiam dependentem à libero Dei decreto, suadetur aperte, quia ex vi scientiæ simplicis intelligentiæ cognoscit Deus illa omnia, quæ in hac rerum serie continentur, itavt prudentissimo modo, & suauissimo procedat in rerum omnium decreto, & illarum productione absoluta, cum cognoscat tantam esse vim suæ voluntatis, vt possit attingere non modo substantiam effectus, sed etiam modum producendi, quem petit ex propria natura, atque adeo se posse promouere causam liberam ad effectum liberum liberè eliciendum, & causam necessariam ad effectum necessarium iuxta diuersam vtriusque naturam, in quo nulla est contradictio, nec inferitur læsio libertatis creatæ, vt optimè, qua solet subtilitate explicat Reverendissimus Magister Cumel. Cum ergo Deus cognoscat per scientiam simplicis intelligentiæ, se habere efficaciam, vt voluntatem creatam promoueat physicè, & infallibiliter ad quemcunque effectum possibilem, itavt illa liberè, & infallibiliter respondeat in ordine ad quemcunque finem intentum, aut possibilem intendi necessaria non est scientia conditionata, quæ aliquo modo libera sit, sed sufficit scientia simplicis intelligentiæ, qua Deus vnico intuitu cõtemplatur omnia in esse possibili.

Cumel.

960.

Dixi quæ aliquo modo libera sit, quia cum futura conditionata alia sint, quorum antece-

dens habet necessariam connexionem cum consequenti, vt hoc, si excitauero Petrum auxilio efficaci ex natura sua conuerteretur. Et alia quorũ antecedens non est conexum cum consequenti, vt si Petrus scriberet, Ioannes conteretur; meum iudicium est priora cognosce per scientiam necessariam omnino, posteriora vero per liberam, tametsi visionis non sit. Vnde consequitur Deum per scientiam simplicis intelligentiæ, illa priora cognoscere, quia licet conditionata videantur reuera sunt absoluta possibilia, & ante decretum efficax nullo modo futura, circa quod est necessario aduertendum; quod est necessario aduertendum, quod licet in nostra sententia decretum efficax antecedit consensum futurum liberi arbitrij, adhuc nec decretum, neque gratia efficax ad actum contritionis datur independentem à libero arbitrio, sine cuius influxu nunquam habebit effectum, de quo plura in materia de scientia Dei, & de diuina prædestinatione.

Dices ex hac doctrina sequi liberum arbitrium au actualem conuersionem requirere necessario præmotionem diuinam antecedentem, sicut & ad hoc quod tentationi resistat, itavt si illi non detur infallibiliter ruat in peccatum, si ergo Deus non decreuit illud præmouere auxilio illo physicè, & ex natura sua efficaci, & necessario ad actualem resistantiam, vel ad eliciendum actum contritionis, quidnam efficiet homo, extenderetne in celum manus, & nolente Deo auxilium efficax violentus arripit, peccabit ergo necessario, & non liberè, quia non habet auxiliantem gratiam, cum qua actualiter conuertatur, etsi sufficientem habeat, vt possit conuerti.

961.

Hæc est robustissima ratio aduersariorum, sed difficile non esset, si res alia nos non vocaret, hæc & aliis difficultatibus, quibus nos premunt, illos in sua sententia fortiter, & vehementer vrgere, itavt necessario recurrent ad occultissima arcana diuinæ sapientiæ. Sed id in hac sola difficultate non obscure monstrabo. Ponamus Petrum instante iam morte esse in peccato mortali, & Deum scientia conditionata præsciuisse, quod si Petrus excitaret auxilio sufficienti in circumstantiis, quæ ibi occurrunt, Petrus consensurus, & eliciturus esset contritionis actum, itavt paulo post moriens infallibiliter saluaretur, Deum tamen propter occultissimas causas noluisse illi dare auxilium sufficientem in illa circumstantia, & occasione, sine quo re ipsa nunquam saluabitur, quia persistit in peccato mortali, & gratiam auxiliantem non habet, vnde infallibilis est mors in peccato. Rogo quidnam efficiet infelix ille homuncio, vt gratiam sufficientem habeat in illa occasione vt de facto eliciat actum contritionis? Nunquid extendet manus, & in illa occasione à Deo nolente, hic, & nunc gratia auxiliantem daret illam violentè arripit, vt contritionem eliciat, in qua forte futura complacuit, inefficaciterque illam desiderauit? Nonne vides euidenter hanc difficultatem, vtroque eodem omnino pondere vrgere & premere omnium ingenia, veluti montem plumbeum, quem nullus possit excutere? Quod ergo Doctores negantes auxilium efficax præmouens

962.



nequitia maligni deficere nequirit. Non dixit non fuit, sed nequirit, id est non potuit deficere, & maculari peccato. Hortensius fœlix Parauicinus Salmanticensis scholæ Magister orationibus de Conceptione Virginis. Scotum imitatur Cancellarius Parisiensis Gerson, tr. 4. super Magnificat ad illa verba: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; Qui ita post multa scribit: Vis igitur breui compendio Maria beatitudinem notam tibi fieri, da sibi per eminentiam quiddam in creaturis videris melius ipsum quam non ipsum, etsi non formaliter sed eminenter à Deo quamquam distanter à Deo, at melius est non posse maculari piaculo originali, quam illo posse turpari; ergo hoc Virgini est concedendum, idque eminentissimo modo intra lineam creaturarum.* Ioseph de la Cerda Episcopus Pacensis lib. de Verbo incarnato Academia 27. sect. 5. num. 43. vbi ait: *Gignitur Maria, quid in generationis momento originarium piaculum abstinerit ne factum recentem pollueret? Maternitas filij Dei.* Et clarius Academia 7. sect. 1. num. 5. Vbi vsurpans terminos Cardinalis Cusani, & præmissis testimonio Fulberti Carnotensis infert: *Ergo in existentia limine colubri veneno infici non potuit, quippe qua hausit superni genitoris characterem ea calatura methodo, quod tota destinaretur in prolem Dei, ergo ab ipsomet Patre desciscere nequirit, qui sic ei agglutinata eius imaginem hauriebat.* Iacobus Granado 1. tom. in 3. part. controuersia 7. disp. 3. sect. 19. dum ait opponi dignitati Matris peccatum originale. Hurtado de Incarnatione disp. 2. 1. sect. 5. n. 130. asseuerans dignitatem Maternalem ingentem habere oppositionem cum peccato absolute loquendo, & quidem hanc assertionem necessario tumentur quicumque affirmant dignitati Matris debitam esse iustitiam originalem, & omnem plenitudinem gratiarum quos sequitur illustrissimus Salazarus, lib. de Conceptione cap. 10. num. 12. & alibi non semel, plures adduximus in hac disputationum serie tractantes de immunitate Virginis à peccato originali, & à debito illius.

971. Dices, loquutiones has intelligendas esse de potentia ordinaria, non vero de absoluta potentia, quod enim contingit ordinaria dispositione potest non contingere absoluta ordinatione; ergo auctores citati loquuntur ex vi presentis decreti, non tamen ex vi alterius, quo permitti peccatum potuit. Sed qui ita respondent non aduertunt ex hac explicatione supposita dignitate Matris sequi necessario Deum peculiari decreto, imò, & influxu detinere peccatum originale simul cum Matris dignitate, ac proinde illud miraculose conseruare, quod est absurdum, sed sequitur necessario, quia cum opponatur ex natura rei frigus, & calor, non potest vnum illorum alterum non expellere, si Deus peculiari & miraculoso influxu alterum oppositorum non conseruet. Cum igitur dignitas Matris Dei naturalem habet oppositionem cum peccato originali non stabunt simul si Deus miraculose non conseruet vtrumque, atqui Deus miracula patrat ut destruat peccatum, non tamen ut conseruetur.

Ad nostræ sententiæ explicationem illud necessario est aduertendum Deum quacunque spectata potentia electurum sibi Matrem idoneam ad tantum, & tam sublimè exercitium, quale est Deum hominem generare, collaturumque illi quæ necessaria sunt omnia, vt decentissime illud munus exerceat eaque nitentur puritate, quæ secundum rectam rationem requiratur ad infinitam, & immensam puritatem & sanctitatem & in aliena natura generandam, absoluta enim potentia, etsi aliquando inuertat rerum naturas, nihil efficit quod Deo qualem qualem indecentiam inferat, hoc enim vt non semel diximus ex Anselmo Simone de Cassia, & aliis est omnino impossibile, sicut impossibile est Deum non esse prudentissimum, vel non disponere omnia summa ratione, & consilio.

973. Dico primò si Mariæ sanctissimæ infunderetur gratia Maternalis etiam sine gratia habituali in primo suæ Conceptionis instanti, impossibile esset absolute loquendo, quod contraheret peccatum originale, ac proinde ex vi alterius decreti non posset maculari primo Adami peccato. Hæc assertio nullam habet difficultatem suppositis nostris principiis, cum enim Maternalis dignitas, & virtus supernaturalis infusa ad Deum, & hominem generandum perfecta sit sanctitas sine vlla extrinseca Dei, aut ordinatione, aut acceptatione, & de ratione cuiuscumque sanctitatis sit purissimum reddere subiectum in quo reperitur, & ab illo expellere immunditiam, itavit illam secum simul, & semel non compatiatur, impossibile est ex vi cuiuscumque decreti gratiam Maternalem esse simul cum originali peccato.

974. Dico secundo, si supponatur Virginem beatissimam non peccasse in Adamo, neque inclusam in pacto generali inito cum illo de transferenda iustitia originali, aut peccato, beatissima Virgo ex vi alterius decreti non potuit etiam extraordinariè maculari peccato primi parentis. Hæc assertio est ad mentem Doctorum nostræ sententiæ, & amplectitur illam Ludouicus Montefino, qui docuit hanc esse euidenter consequentiam, Maria non peccauit in Adamo, ergo de potentia absoluta non potuit habere peccatum originale, & ratio id euidenter suadet, quia radix peccati originalis est peccatum primi parentis supposito pacto, vnde si radix deficiat, germen nullatenus erit, quia vt persona ex substantia, Adami per propagationem naturalem genita peccatum contrahat originale, necessarium simpliciter est, vt explicuimus latè, quod illius voluntas fuerit colligata cum voluntate Adami in occasione, qua ille peccauit; principium enim sequutum ad existentiam alicuius actionis non potest in illam influere. Actio autem Adami peccaminosa iam intelligitur transiisse, ac proinde Maria sanctissima, nec moraliter posset in illam influere, atque adeo si in pacto antecedenter non esset inclusa, peccatum originale de potentia etiam absoluta non posset contrahere.

975. Dico tertio: absolute etiam Dei ordinatione extraordinaria, & potentia latissima sacra Deipara

Deipata non potuit turpari peccato originali; vnde posito absoluto, & efficaci decreto de illius dignitate non fuit liberum Deo eam peccato permittere, & consequenter necessitate orta ex libera Dei dispositione concepta fuit ab illa macula immunis. Hæc assertio est integra explicato nostræ sententiæ, quæ probanda est auctoritate, & ratione, si aduertamus beneficium impeccabilitatis etiam vt extenditur ad peccatum originale esse gratiam, & donum præstantissimum, & præterea excellentissimum omnium, quæ Deus in hac vita potest puræ creaturæ concedere, neque id probandum cum sit euidenter, si enim remissio peccati est gratia, & donum diuinum, & præseruatio à quocunque peccato excellentior gratia, dubitari nulla ratione potest esse donum excellentissimum, quod creatura, quæ facta ex nihilo est, & ex natura sua potest deflectere à regula ita summæ, & diuinæ regulæ sit colligata, & coniuncta Dei beneficio, vt nulla ratione possit ab ea deficere, & illam excellentissimam coniunctionem amittere. Deinde cum creaturam hoc modo reddi impeccabilem nullam afferat contradictionem, negandum non est Deum sua potentia valere excellentiam hanc, & impeccabilitatem puræ creaturæ concedere, quæ illius non destruat naturam, sed illam potius exaltet, & remoueat ab illa potentiam peccandi, quod fieri posse per donum intrinsecum ostendit visio beatifica, vi cuius beati redduntur impeccabiles ab intrinseco, vt cum Diuo Thoma docent communiter omnes Theologi.

916. Hanc vero excellentissimam gratiam habuisse Virginem Diuam ostendunt verba, quibus eam Angelus salutatur, Luc. 1. *Aue gratia plena.* Plenitudo enim hæc, & amplitudo gratiæ nullam excludit, quæ creaturæ potest inesse, & Matris excellentia quæ infinita est necessario illam includit, imò tanta gratia suo pre veluti pondere in Mariam inclinat, & fuit in tantam Matrem cum imperu de Libano, id est de perfectissima, & infinitate, & sanctitate, qualis est sanctitas Christi. Illustrarunt multi hanc Virginis plenitudinem, inter alios excellentissimus Diuus Bonauentura, qui in speculo Virginis cap. 7. 2. tomo opusculorum ex scriptura, & Patribus hæc scribit: *Tanta nempe inuidatio gratiæ, tanta profunditas, & magnitudo in Maria fuit, vt ipsa bene mare plenum dici possit iuxta illud: tenet mare, & plenitudo eius, sicut in mari aquarum, sic in Maria sunt congregationes gratiarum.* Vnde scriptum est *congregationes aquarum appellauit Maria dicitur quoque in Ecclesiaste, omnia flumina inrunt in mare, omnia flumina sunt omnium gratiarum dona, qua intrarunt in Mariam, iuxta illud sapientis, in me omnis gratia via, & veritatis, &c.* quam plenum sit hoc mare, quam plena gratia sit Maria Beatus Hieronymus aperit dicens: *bene plena, quia ceteris per partes præstatur, Maria vero tota se infudit plenitudo gratiæ.* Quibus in verbis ostendit nullam Mariæ sanctissimæ defuisse gratiam, ac proinde in illa excellentissimam omnem impeccabilitatis gratiam reperiri, idque ex scriptura, & Hieronymo.

917. Inferior sanctitate, & tempore, licet non affectu in Virginem Beatissimam Richardus de sancto Laurentio verbis amplissimis hanc impeccabilitatem aluit lib. 1. de laudibus Virginis c. 2. quæ intermissis nonnullis refero: *Et nota quod dicitur gratia plena non gratiarum aut gratiis, sicut Esther 15. dicitur dixisse Assuerus, facies tua plena est gratiarum, non enim mirabile videretur, si multis gratiis plena diceretur, neque tam una quam plena ostenderetur una fortassis simul sumptis, sed ita gratiarum plena est, vt vnaquæque sit plena.* Et non post multa: *Et hæc est prima plenitudo, quæ secundum ordinem historie in nouo legimus testamento, vbi enim plenitudo temporis ad Galatas 4. venit pariter, & tempus plenitudinis, & duplicem plenitudinem adduxit, quarum prima est propria Beatissima Virginis, de qua hic dicitur Gratia plena. Secunda est propria Christi Domini, de qua Ioannes 1. dicitur plenum gratia, & veritatis.* Vbi aduerte hanc gratiæ plenitudinem, quæ affert secum donum impeccabilitatis esse propriam Beatissimæ Virginis in quantum est Deipara, sed pendenda verba sequentia, quæ plenissima Emphasi: *Plenitudo gratiæ Virginis priuat vacuitatem, quando enim vas aliquod plus aliquid potest capere, tandiu habet aliquid vacuitatis, vnde omnis alia creatura aliquid habuit vacuitatis, quia maiorem gratiam recipere potest, aut potuit.* Ipsa autem sic vsquequaque plena fuit quia maiorem gratiam habere non potuit, nisi ipsa diuinitati vniretur, hoc est nisi ipsa esset Deus, hæc est plenitudo, de qua specialiter dicit Angelus, *Aue gratia plena, hæc itaque propria Beatissima Virginis, quod etiam Angelus proprium eius nomen tacuit, & hoc quasi pronomine eius posuit, vt plena gratia deinceps vocaretur.* Nihil illustrius, sed considerandum non asseruisse Richardum sanctissimam Virginem in gratia habituali non profecisse, id enim falsum omnino est, sed voluisse solum omnia genera gratiarum habuisse Virginem sanctissimam, ita vt nulla illi defuerit. Eandem amplitudinem gratiarum considerauit Simon de Cassia Augustinianus, qui prædictum explicans Angeli testimonium lib. 2. qui est de Beata Virgine cap. 1. *Domus Regem peregrinantem hospitium expectans annona Regi avia debet omnino compleri, alioquin rex a pendocbio declinat. Rex atervis Deus futurus peregrinus in terra, prius decreuerat intrare hospitium originale, & ne præteriret doctetum delictantium reginam maiestatem, omnibus Regi placitis Virgo perfusa est, propter quod Angelus ad eam Aue gratia plena.* Et cum dubitari non possit incapacitatem ad contrahendum peccatum originale esse excellentissimum donum, negari non potest in Simonis Cassiani explicatu atque adeo in Maria sanctissima hoc placitum fuisse repertum.

918. Dices hos Patres tenuisse Beatissimam Virginem infectam fuisse originali peccato, atque adeo non potuisse propugnare Beatam Mariam absoluta potentia non potuisse noxa illa maculari. Sed iam ostendi Seraphicum Doctorem mutasse sententiam, & Richardum vindicavi à minus pia opinione. Ad assianum dico, quod

iam supra monuimus eam fuisse Dei prouidentiam in negotio conceptionis purissimæ, vt qui illam aliquando negarunt dum id minus intendunt, sententias proferant quibus conceptioni purissimæ vehementer faueant, quia Deus hoc modo etiam intendit Virginis gloriam declarare, excellentissima enim dignitas Matris Dei ad summas laudes; rapit mentem attentam adeo huic instituto, vt humanam Adaminaturam in Virgine sanctissima non attendat, sed consideret solum Deiparam esse pelagum, & sanctitatis omnis abyssum. Inde Hieronymus eam vocat; *Horum deliciarum in quo condita sunt omnia florum genera, & odoramenta virtutum.* Et Petrus Damianus appellat, *locum voluptatis, quem Deus omnibus gratis cumulat.* Et hac excellentia gratiarum eminentissima pleni sunt omnes libri, pleni sapientium voces.

979. Ostendunt secundo verba Dei ipsius apud Isaiam cap. 27. cum enim dixisset propheta visitaturum Dominum super Leuiatham serpentem vectem gladio suo grandi, & forti, qui est Christus Dominus in illius persona hæc scribit. *In die illa vinea meri cantabit ei. Ego Dominus qui seruo eam repente propinabo ei, ne forte visitetur contra eam, nocte, & die seruo eam.* Vbi tamen propheta sit de catholica Ecclesia, debet etiam intelligi de Maria sanctissima quæ est illius excellentissimum membrum, in cuius conceptione purissima contritus est Leuiatham gladio diuini verbi hominis facti, qui Dominus gratiæ genuit summa diligentia, summo studio seruauit, ne vlla ei gratia deficeret. Vnde tantum carmen illud triumphale, quo Virgo salutare suum exaltat, Magnificat anima mea Dominum, ibi enim exultat sacra Deipara in salutari suo, imo inde orta carmina, laudes, in comia quibus Doctores sacri Virginem conceptam sine peccato originali pronunciant, vt secundum translationem Ariæ Montani Isaias, *vnusquisque cantabit illius vinea causa;* Hæbraicè cantabunt impersonale, Cantabunt Cantores, & qui carmina condent; vbi emphasim habet, *ego Dominus seruo eam;* Hæbraicè, *Ego Dominus seruans eam,* quasi hoc esset solum munus diuinum, custodiæque Matris tantum esset Deus attentus, vel quasi post incarnationem Verbi Diuini hæc prima, & sola cura fuerit numinis tanti, quod vel hac solum de causa seruatur, aut salutare sit appellatum, vinea enim floridissime repente propinavit, seu irrigauit, ne vnquam posset marcescere, ex Hæbræo, *Ad momenta irrigare faciam eam,* Ad momenta, hoc est opportunis horis quando opus fuerit irrigatione repente propinabo ei, sed rationem tantæ curæ, prouidentie tantæ reddit Dominus ipse seruatur ad hanc opportunitatem, *ne forte visitetur contra eam,* Hæbraicè ex Montano, *ne forte desideretur erga eam aliquid,* ac si apertius diceret, volo vineam meri id est præstantissimam, volo omnibus beneficium spiritualibus cumulatam, nollem desideretur in ea aliquid, quod ad eius pulchritudinem pertineat, vel illam possit reddere excellentiorem; & ex hoc desiderio efficacissimo, tanta custodia, diligentia tanta circumspectat qui vineas tractat, vineam meam inspi-

ciat, & introspectat nihil circa illam merito desiderauit. Ego Dominus semper die ac nocte, & ad momenta singula seruans eam oculo vigilantissimo, & prouido. Nihil potest ad hanc impossibilitatem, & incapacitatem peccatum originale in Virgine adstruendam efficacius desiderari, & videtur mens fuisse Thaumaturgi, qui & plenitudinem gratiæ, & vitis nomen inuenit in sacra Deipara oratione prima de Annunciatione his verbis: *Aue gratia plena vitis semper vicens, qua animas glorificantium te laificas;* quasi diceret, ita plenam esse gratia, & supernaturalibus donis Mariam sanctissimam floridissimam vineam, vt semper fuerit vicens, viuida semper ea ratione vt nihil excellentiæ, nihil venustatis in ea possit desiderari. Vitem vero esse sacram Deiparam est Patrum consensus, Chrysippus oratione de illius laudibus; *Aue vitis pulchra, vnas producens.* Illesonius sermone 1. de assumptione: *Idcirco filij perpendite Matrem Domini, qua quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, & protulit cunctis gentibus fructum honoris, & gratiæ.* Hugo Victorinus, sermone 34. suauitate liliū vitis fructificatione. Deinde in Virgine nihil potuisse merito desiderari ostendunt verba Hieronymi, qui sermone de assumptione Beatæ Mariæ hæc protulit: *In Mariam totius gratiæ plenitudo, qua in Christo est venit, quamquam aliter, & quia si in sanctis Paribus, & prophetis fuisse crediunt, non tamen eatenus plena.* Obserua igitur Christum Dominum ita incapacem fuisse peccati cuiuscunque, vt id habuerit à propria diuinitatis natura, & cum omnis plenitudo gratiæ fuerit in Maria, impeccabilitas etiam fuit in Maria in sententia Hieronymi sicut in Christo Domino, quamuis aliter, quia in Christo per propriam substantiam, in Maria vero sanctissima per filij redemptoris gratiam, nihil ergo in Maria Diua desiderandum, quæ à filio participauit impeccabilitatem, & omnimodam in capacitatem originalis peccati.

### SECTIO III.

*Aliis scripturæ testimoniis vera sententia rursus ostenditur.*

980. Tertio gloriosè nostram sententiam euincunt illa verba Numinis sacri Isai. 42. *Ego Dominus, hoc est nomen meum; gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculpribus; qua prima fuerunt ecce venerunt, noua quoque ego annuncio antequam orientur audita vobis faciam.* Quæ de purissima conceptione iam explicuimus. Promittit Deus sui incarnationem, & tempore illius ventura, quæ primum fuerunt, sed & noua annuntiat ventura ab ipso incarnatione, morte & passione, & primum in Matre sanctissima, in qua vt in noua femina, & noui hominis Matre excellentia noua futura, quæ visa nunquam in rebus, scilicet quod quia Dei Mater nulla potentia, vel aliena voluntate à prima regula, qua est illius filius Diuinus, seu melius Deus nunquam possit deuiare

Tertull.

deuiare. Rectè Tertullianus de carne Christi cap. 17. in principio: *Ante omnia commendanda erit ratio, qua præfuit, vt Dei filius de Virgine nasceretur. Noue nasci debebat noua natiuitatis dedicator.* Quibus verbis ex eo quod nouè nasciturus Christum, Virginitatem etiam absoluta potentia inuolabilem deducit, ex qua etiam ratione Africanus colligeret hanc excellentissimam in Virgine perfectionem, omnia enim noua in sacra Deipara. Noster Illesonius libro de Virginitate sanctæ Mariæ c. 1. *Nouo opere, noua efficacia, noua operatione nouo patrati cum concepta Virgo.* Anonymus quidam hymno alphabetico hæc de sacra Maria.

Anonym.

*Nouum calum, nouum mundum, templi adificatricem, Nouam creaturam.*

*Nouo partu editam, noui nutricem, nouum partum edentem, Admirandam mulierem.*

Bern.

Laurentius Iustinianus: *Merito Angelus ad Virginem mittitur, vt nouam gratiam noui parvus, noua salutatione differeret.* Bernardus homilia 2. super missus est: *Iniungitur noua legatio Angelo Gabrieli, & nouam Virgo professa virtutem noue salutationis honoratur obsequio, antiqua excluditur maledictio mulierum, nouam noua Mater accipit benedictionem.* En noua quæ antequam veniret annunciauit Isaias vere Euangelicus, non igitur mirum si noua famina nouam habuerit gratiam, sanctitatem nouam, infinitam, veluti impeccabilitatem debitam infinitæ dignitatis Maternalis, ratione cuius etiam absoluta potentia temerari nunquam potuerit originali peccato, vt enim Virginitatis flos debitus Maternitati, quia nouè nasciturus Deus, eadem omnino ratione debita etiam radicalis immunitas à peccato, & à radice etiam illud habendi. Res quidem inopinata, sed inopinatum Mulierem Dei Matrem futuram, & inopinatum Incarnationis sacramentum, Theodoto Ancyrano tomo 6. Appendice 2. Concilij Ephesini, Innopinatus partus Verbi diuini Irineo lib. 3. cap. 27. & quidem inopinabilior est, & excellentior virtus ad generandum Deum, quam impeccabilitas creata per gratiam, & illam contulit Deus Matri sanctissimæ.

Anziran.

Itineus.

981.

Cantic.

Quarto illam demonstrant, tamen arcanis inuolucris illa verba sponsi ad sponsam Mariam sanctissimam Cant. 6. *Pulchra es amica mea, suavis, & decora, sicut Hierusalem, vel sicut Thorsa;* Græcè suavis, vt beneplacens, vt complacencia, sicut beneplacitum, ex Septuaginta, Symmacho, Aquila, Nyssen ad Christum Dominum refert, de quo Pater æternus Matthæi 17. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Quæ explicant de Virgine Sanctissima; Rupertus 6. in Cantica, & ibidem Honorius, sed magis ad rem Epiphanius in Anchorato colum. 42 ad finem. *Quoniam multa millia in terra erant, & Maria sola gratiam inuenit, & in ipsa elegit carnem sanctam, & propterea est illa in qua ipsi bene complacitum est;* ex quibus deducitur pulchritudinem, & decorem Virginis in gratia talia esse, qualia fuerant in Christo Domino. quamuis aliter, vt obseruauit Hieronymus, atqui Christus Dominus impeccabilis etiam absoluta potentia, ita vt si per impossibile generaretur ex foemi-

Matth.

na, & viro nullo modo posset infici peccato originali, talis est igitur pulchritudo Matris à filio, & non à substantiali natura, & decor filij in sanctitate, & immunitate à peccato, exemplar est pulchritudinis decoris, & suauitatis Virginis, in sacra enim Deipara neque odor infensus originalis piaculi.

982. Quinto hanc pugnantiam in dignitate Matris cum peccato originali tamen non explicatè tradidit in suo Cantico Virgo Deipara illis verbis præcipue: *Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.* Magna enim illa fuere in genere sanctitatis, ideo enim addit, & sanctum nomen eius, Magnum non peccasse in Adamo, Magnum sanctitas infusa in conceptione, Magnum non potuisse habere originale peccatum, cur sanctum nomen Domini qui duo magna priora fecit in Virgine, tertium non fecit cum ad tantam promerendam excellentiam sanguis eius, & mors extendantur, & conferri puræ creaturæ non implicet contradictionem. Belle suo more Beatus Thomas Villanouanus sermone 3. de Natiuitate Virginis. *Antequam conciperet filium Dei, iam idonea erat, vt esset Mater Dei, sed qualis est hæc dignitas? Vique habet quamdam infinitatem esse Matrem infiniti, & omnipotentis, Quæ autem excellentia, quæ perfectio, quæ magnitudo decuit eam, vt esset idonea Mater Dei? Hinc iam si liceat lingua carnis, excedit enim intellectum, & loquelam Virginis magnitudo non modo nostram, imo, & suam; sed quam magna? Nescio an ipsa ualeat comprehendere suam magnitudinem, unde melius eam silentio veneramur.* Felicitissimus Valentini Præsulis ausus, nec ipsa Virgo in via suam assequuta est magnitudinem, Magna pronunciat, sed quæ, aut qualia non declarat Virgo sanctissima. Pium non erit dum fides Catholica nos aliud non vocat tantæ magnitudini columnas præfigere, & Mari gratiarum dicere: hic configes tumentes flueus tuos, & aquis uehementibus sanctitatis terminum ponere, quæ non transgrediantur, cum si multæ filiaæ cōgregauerint diuitias, Virgo sanctissima supergressa sit vniuersas. Floride Anselmus de excellentia Virginis. *Et tu o beatissima feminarum in quam fluxit tam copiosa, & supereminens gratia omnium gratiarum, quid animi queso ad eum gerebas, qui tibi hæc magna fecit.* Si igitur habuit gratiam omnium gratiarum, & hanc eminentem, hæc gratia impeccabilitatis illi deesse non potuit. Mihi semper arrisit spiritus Petri Cellensis, qui ita deuotissimè scripsit lib. 6. Epistolarum: *Cataractas celi, & fontes abyssi libentius in obsequium Virginis aperirem, quum clauderem, & si filius eius Iesus aliquid omisset in prerogativa sua Matris, ego seruus, ego mancipium non quidem de effectu sed saltem de affectu supplere gestirem. Mallem autem non habere linguam, quam aliquid dicere contra Dominam nostram, eligere non habere animam, quam vellem eius extenuare gloriam.* Rectè imitemur vniuersi Cellensem.

982.

Villanouan.

Anselm.

983.

Zachar.

Claudo scripturæ testimonia, & pondere Zachariam qui cap. 12. num. 8. litteraliter loquens de temporibus Christi Domini, & de virtutibus præstantissimis sanctitate, qui in Ecclesia futuri

futuri, ita scribit: *In illa die proteget Dominus habitatores Hierusalem, & erit, qui offenderit ex eis in illa die; quasi David, & Domus David quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspectu eorum.* Et num. 10. *Effundam super domum David, & super habitatores Hierusalem Spiritum gratia, & precum, &c.* In quibus verbis vaticinatur Zacharias statum Ecclesiae Christi Domini, & felicitatem eorum qui peccauerint; exurgunt enim à peccato sanctiores quam David, vt in negante Petro feliciter accidit, eruntque praestantiores, & sanctiores animae, quam David licet fuerit sanctissimus; quis enim neget non modo diuam Virginem Matrem, sed etiam Apostolos sanctiores fuisse David, qui fuerunt Domus Dei praestantissima, & in sanctitate sine exemplo conspicui: quod notauit Diuus Gregorius, & ex illo Ribera ibidem, *Quasi Domus Dei erit, quia efficietur habitatio creatoris sui, vt sit sicut Angelus in conspectu eius, ita enim legit Gregorius: quia misericordia viscera, quae in se expertus est annuntiando, & alius propinat.* Nec mirum; ibi enim Domus David quasi Dei, & quasi Angelus Domini, fiet ergo familia David pulchra, sancta, gloriosa, vt Angeli pulchri sancti, & gloriosi in conspectu Dei. Non explicauit hunc tractatum Montanus, quin non semel, & bis exemplum sanctitatis Mariam adduceret, & quidem sine transitu ad mythicum sensum, quae enim de tota Ecclesia dicuntur in hoc loco, intelligi optimè possunt de Principe membro huius corporis quod est sacra Deipara, quam Domum David secundi Patres pronunciant, sicut etiam Christi Domini humanitatem Domum Verbi diuini, in qua voluit in aeternum habitare, & quam sapientia sibi aedificauit. Angelum vero ego intelligerem Magni consilij Angelum Christum Dominum. Hæc ergo ad litteram Zacharias In die Ecclesiae super omnem gloriam protectio habitatorum illius erunt sanctitate praestantes. David, & ceteros Patriarchas Apostoli excedent, & Domus David Mater Messiae, & Iesu erit sicut Domus Dei, erit in sanctitate sicut Magni consilij Angelus, quia filius exemplar sanctitatis Matris, & sicut filius ita sanctus est, vt nulla ratione polui possit peccato, quia Deus ita Domus illius peccato maculari non poterit, quia Domus, & Mater illius. Hæc littera Zachariae meo iudicio, quae textui nullam infert violentiam, & excellentiam Virginis declarat, illiusque nunquam amissibilem sanctitatem ad Christum vt ad illius refert auctorem, iuuat hunc cogitatum Nyssenus, qui homilia 3. in Cantica ad illud 1. num. 11. *Muranulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento; Hæc scripsit: Tibi faciemus quadam veritatis simulacra, & quadam similitudines, quae non possunt accuratè, & exactè ostendere mentis conceptionem; tu autem his acceptis fies habitaculum eius, qui in te est habitaturus per eam, quae in te est habitationem; eius enim eris, & sedes, & Domus.* Intendit enim Spiritus sanctus sponsa Virgini ostendere paraturam illius (vt loquitur Tertullianus) vt digna sit sedes, Domus, habitatio, & Mater Verbi futuri hominis, & primùm proponit Virgini faciendâ à Trinitate sanctissima similitudi-

nes auri, Dei scilicet, qui aurum optimum, & simulacra veritatis, & sanctitatis Christi Domini, qui est veritas, & vita, cum ergo peccatum sit mendacium, & Dei dissimilitudo, nihil intendit Spiritus sponsus, quam significare infundendam Virgini similitudinem veritatis, & sanctitatis talis naturae, & rationis vt nullum peccatum secum admittat, sicut prototypus Christus cuius est simulacrum, & similitudo, nullum potest peccatum admittere etiam absoluta potentia. Legenda quae ex scriptura attulimus disputatione 16. ad probandum in Virgine non fuisse originale peccatum, ibi enim multa huic etiam deseruentia instituto.

## SECTIO IV.

*Ex Patrum decretis Maria sanctissima sacra Deipara non potuit temerari originali peccato etiam absoluta potentia.*

**H**anc nostram sententiam piissimam quidem insinuarunt vehementer Patres Ecclesiae loquentes de omnimoda sanctitate sacrae Deiparae, ex quibus proferam, qui clarius loquuntur. Primus sit sanctus Basilius Seleucensis, qui oratione de Annuntiatione, quae habetur 2. tomo Bibliothecae Margarini, ex interpretatione Theodori Peltani Societatis Iesu hæc protulit: *Nam cum generis nostri primitia propter peccatum obnoxia tenerentur; alteris est usus pramiiis, talibus nimirum, quae & peccati omnino expertes essent, & omnem iniustitia rationem possent explere.* Vbi sine dubio per primitias humani generis intellexit Adamum, & Euam, & per alteras primitias Christum Dominum, & Mariam sanctissimam, asseritque esse totius peccati expertes, id est impeccabiles. Sic enim transtulit Claudius Diasqueius in eadem oratione, quae postea excusa est inter homilias, seu orationes Basilij, licet translatione sua sententiam complectentem Matrem, & filium, ad solum filium coarctauerit hoc modo. *Altero opus fuit auctore impeccabili.* Cum ergo eisdem omnino terminis Basilius loquatur de impeccabilitate Christi Domini, & Mariae Beatissimae, sentit illam esse impeccabilem etiam respectu originalis peccati. Quam veritatem secundus docuit Sophronius homilia 2. de dormitione Deiparae scribens; *Ipsa est primitia communionis, omnium genitoris Dei cum suo segmento.* Et statim, *Potentia quae nequit labefactari quatenus nequaquam vincebatur ab animi perturbationibus, vt quae puritate omnibus superior.* Sentit igitur in communionem gratiae genitoris primam fuisse Mariam sanctissimam de qua loquitur, & potentiam illius ad sanctitatem nunquam labefactandam, quia illius puritas omnibus superior, hæc autem puritas, quae labefactari non potest, solum est impeccabilitas, & immunitas à quocumque reatu.

Tertius sit sanctus Anselmus iam Vulgaris, qui

984.

Seleucensis.

Claud.

Greg.

Nyssen.

qui in libro de conceptu Virginali illud sculptit. *Decebat vt illius hominis (Iesu) conceptio de Matre purissima fieret, nempe decens erat, vt ea puritate niteret, quae maior sub Deo nequit intelligi Virgo illa niteret.* Nullus dubitare potest constare nullatenus posse sententiam Anselmi, nisi intelligatur de puritate, quae absoluta potentia sit inuiolabilis. hæc enim est quae maior sub Deo nequit intelligi, alia enim puritates minores sunt, quia de facto violantur; sed efficacius est testimonium illius quod refertur in breuiario Nogaroli, & probauit Apostolica sedes, ibi enim lect. 5. quartæ die infra octauam festi Conceptionis hæc habet: *Vt ad hanc Matris Dei excellentiam peruenires, in utero Matris tuae purissime originaberis, quod si tali modo concepta, & ordinata non fuisses, in tantam celsitudinem non decreuisses.* Quibus in verbis obseruandum Anselmum ex peccato originali inferre negationem Maternitatis, & virtualiter ita colligit, Maria est infecta peccato originali, ergo non est Mater Dei, quae consequutio nulla esset si peccatum originale absoluta potentia cum Dei Maternitate possit reperiri; aut ita infert, Maria sanctissima est Mater Dei, ergo non fuit infecta originali peccato, quam consequentiam posset negare aduersarius, vt plurimi negant, si Maternitas ex proprio conceptu, & natura omnimodam oppositionem non haberet cum originali peccato, & talem, quae nulla potentia superari posset, vt superari non valet absolute oppositio, quae est inter peccatum, & gratiam habitualementem.

986. Tuitiens.

Quartus sit Abbas Tuitiensis Rupertus, qui lib. 4. in Cantica ita alloquitur Virginem Diuam. *Et hoc est geminum nostra custodia monumentum, geminum nostrorum amicorum gaudium, quia & uerus tuus nulli viro, nulli carnali commercio accessibilis, & mens tua nulli vitio nulli spirituali nequitia penetrabilis.* Vbi hoc vltimum Verbum nostram denotat impossibilitatem ad contrahendum originale peccatum, quod nullus negabit esse vitium, & spiritualementem nequitiam, nec hoc significari verbis Abbatis, præcipue si animaduertat ratione Maternitatis Dei Virginitatem in sacra Deipara esse inuiolabilem, etiam potentia absoluta, vt in prima disputatione monstraui, si ergo ex sententia Ruperti, sicut vterus Virginis est viro imperuius, ita mens peccato originali non fuit penetrabilis, etiam absoluta potentia peccato originali temerari non potuit. Adde eiusdem Patris sententiam, lib. 3. in Cantica: *Nunquam aduentus tibi esse improuisus, aut te consequi, imo nec tibi appropinquare potuit.* Ecce nec potuit, quod significat impossibilitatem peccati originalis; in conceptione enim humana improuisus est Dæmonis aduentus.

987. Idiota.

Quintus sit Idiota Doctissimus, qui lib. de contemplatione Virginis Mariae cap. 4. explicans de purissima genitrice, illud: *Sapientia adificauit sibi domum hæc habet: Sapientia igitur adificauit in domum, siquidem amissa erant anima quae ob nihil aliud facta erant, nisi esset in eis habitatio sapientia, & hoc si permansissent sancta, sed quia corrupta erant omnes (scilicet peccato originali, id enim denotat illud, si per-*

*mansissent sancta, est enim ad pactum cum Adamo allusa,) & peccato vacillauerant, ideo te gloriosissimam Virginem Mariam adificauit in domum solidam, & fortem, & quae nullo modo vacillare posset, ideo excidit columnas septem ad te fortiter, & sublimiter sustentandam.* Nihil firmitus hoc testimonio, & explicatione verborum sapientis, quod merito numerum auget illorum quae allata in hanc rem sect. 2.

Sextus sit Richardus Victorinus, qui cap. 26. in Cantica, ita fatur: *Ita confirmata est ex virtute altissimi, obumbrata, & roborata vt peccatum omnino committere non potuerit, & statim ex quo templum Dei facta est, ita privilegiata est, vt nullatenus aliqua macula deturpari potuerit.* Vbi non solum loquitur de actualibus peccatis, sed etiam de originali, & clare sentit cum dignitate Matris ad quam fuit Virgo sanctissima prædestinata impossibile omnino esse quocumque peccatum.

988. Victor.

Septimus sit Sanctus Petrus Damianus, qui sermone 3. de Natiuitate Virginis ita loquitur. *Quid enim sanctitatis, quid iustitiae, quid religionis, & perfectionis, singulari huic Virgini deesse potuit, quae totius diuinae gloriae Charismate plena fuit, quid ergo vitij in eius mente, ac corpore vindicare sibi potuit locum.* Quibus verbis ex dignitate Matris, & Charismatum omnium plenitudine infert Cardinalis nulli vitio etiam originali potuisse locum in sacra Deipara, sentit igitur potentia Dei absoluta implicare contradictionem, quod habuerit originale peccatum.

989. Damian.

Octauus sit Fulbertus Carnotensis, qui sermone 3. de Natiuitate Mariae symbolicè hanc veritatem, & acutè quidem tractat, cum enim asseruisset Ioachimum significare præparationem Domini, & Annam gratiam interpretari hæc attexit: *In horum duorum nominum interpretatione, quid inuenitur nisi gratia quam simul adepti sunt, ubi namque poterit esse gratia, nisi ubi famulatur preparatio conscientiae, & ubi habet locum preparatio obligationis, nisi ubi ante præcesserit Dei largita gratia? Sic ergo in unum compacta gratia disponente Dei nutu proferunt ex se gratiam non paruam profuturam valde cunctis hominibus.* In quo testimonio clarissime Fulbertus Mariam sanctissimam vocat gratiam, non paruam, ac si diceret Maximam ortamque ex Patribus, qui dicerentur gratiae, quid enim gratiae nisi gratiam generarent. Sentit igitur Carnotensis Mariam etiam absoluta potentia infici non potuisse originali peccato, quod si id fieret interitum dignitatem Matris, ea est enim gratiae natura, & essentia, vt amet interitum ne permaneat cum quocumque peccato, & ideo culpa mortifera intrante desinit gratia, quasi peccatum non solum sit lethale: quia occidit animam, sed quia causa est, vt gratia intereat, desinat, & moriatur; si igitur Maria sanctissima, quia Deipara à gratiis est gratia, & gratia interitum amat ne cum peccato originali persistat, euidentis est interitum in Virgine dignitatem Maternalem stante turpitudine originali: At vero in controuersia vocamus, an in sacra Deipara permanere possint simul, & semel Maternitas Dei, & peccatum, quin intereat Maternitas sacra.

990. Carnotens.

Sed



991.

Sed quia Carnotensem loquentem symbolicè audiuius do lectoris patientiæ integrum testimonium illius, ubi viuendum ingenium in gloriam Virginis Matris spatari possit non sine fructu; sermone igitur eodem, qui est tertius de Natiuitate Virginis postquam felicitatem gloriosæ Annæ fusiùs illustrat, cui Deus tantam gratiam dare dignatus est, ut suæ genitricis Mater, & Christi Domini existeret auia, Ioachimque Patrem laudasset hæc protulit ingenio grandi: *Felix, & ceteris Parentibus felicio, qui tanta Proles meruit vocari Patror, felix etiam, qua non plures, sed unam promeruit suscipere natam, qua unicum conciperet, & proferret Dei filium. Neque enim decebat ut huius singularis Virginis sanctissimi progenitores fœdarentur plurimorum propagine filiorum, qui erant futuri unica Matris Domini progenitores, & educatores egregij. Videas prouidentiam diuinam; sterilitatem præparat parentibus Virginis, ut filiorum turba Virginis curam; & delicias non præpediat, ut patres in tantam filiam oculatissimi, & teneritudine delitiosa attenti sint in sanctissimam filiam, quæ Dei genitrix erat futura, & permetteret Deus crudelissime tractandam ab originali peccato. Hoc indicio solum amano diligentius illud. Progenitores fœdarentur plurimorum propagine filiorum, fœditas fertilitas? filiorum abundantia impuritas. Ecce felicitas uxor tua sicut uitis abundans in lateribus Domus tuæ, filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicitur homo, qui timet Dominum Psalm. 7. Et tamen Ioachim, & Anna filios non habent ne maculentur, & sobole diuersa non niteant, imo creatur sterilis ne non solum filios non habeant, sed ne etiam possint Virgo illos gignere sine nouo miraculo. Certe alij filij fœditas obscuritas, ubi filia liberior sancta Dei genitrix cum infinita dignitate Maternitatis, non dixi dicturus si valeo ut non fœdarentur filiis natura steriles sunt felicitissimi sacræ Parentes Mariæ, & ita steriles, ut sine miraculo non possint generare, sit à natura Maternitatis singulari Dei gratia sterilis Beatissima Virgo Maria ad peccati originalis generationem in culpa primi parentis, nec possit ex hac dignitate peccatum concipere etiam aliena voluntate secundum Deiparæ naturam, & excellentiam, Atqui miraculosè non posset, ergo ex mente Carnotensis sacra Deipara absoluta potentia non potuit maculari originali peccato.*

992. Richard.

Nonus sit Richardus de sancto Laurentio, qui lib. 4. de laudibus Virginis titulo 5. ex omnimoda impeccabilitate filij impeccabilitatem colligit sacræ Deiparæ, licet non clarè. *Talem fecit Verbum Matrem suam, qualis fieri voluit ex ea; secundum quod homo:* Ex quibus sic licet inferre, sed ita voluit homo fieri ex ea; ut neque originali peccato deturpari potuerit, etiam absoluta potentia, ideo enim ad generationem Dei factam virtute Spiritus sancti voluit conceptionem fuisse ex Virgine purissima, ergo qualis filius, talis & Mater, ex sententia igitur Richardi absoluta potentia violari non potuit sacra Deipara. Vide Richardum lib. 5. ante titulum primum §. Aliter, & lib. 7. particula 6. cap. 4. ubi affirmat Mariam sanctissi-

mam dici lucem, quia incorruptibilis, & purissima, ut candor lucis æternæ inquinari nullo modo potuit.

993. Bonau.

Decimus sit Sanctus Bonauentura, qui in 3. d. 3. p. 1. art. 2. q. 3. illam difficultatem proposuisset, An Beata Virgo post Christi conceptionem posset peccare. Sententiam eligens negatiuam sibi hanc argumentationem obiecit. Beata Virgo ex eo quod Dei filium genuit non est facta, & posita extra statum viatoris, ergo videretur quod ei non sit ablata potentia peccandi, & statim respondet. *Ad illud quod opponitur de impossibilitate peccandi, dicendum quod verum est, quantum est de lege communi, sed nihil impedit quod de gratia speciali possit alicui concedi in via, quod alius communiter conceditur in Patria, & illi persona præcipue, qua in terris degens regina erat eorum, qui exultant in calis.* Vbi etiam loquatur Doctor Seraphicus de peccatis actualibus, ratio illius extenditur ad peccatum originale, & merito quidem, quia Beatissima Virgo Maria est Angelorum regina, si enim illi in primo instanti creationis non potuerunt peccare ex natura rei, & in gloria peccare non possunt ex vi visionis diuinæ, necessarium fuit quod illorum Regina ex peculiari priuilegio, & natura Maternitatis, neque in primo Conceptionis instanti posset deturpari peccato originali, neque in tota vitæ periodo aliquod potuerit committere etiam veniale peccatum. Quod testimonium in propria de hac re disputatione amplius vrgebimus.

994. Chryf.

Vndecimus sit Sanctus Chryostomus, qui oratione, quæ habetur apud Metaphrastem, & refertur ab Ecclesia quinta die infra octauam natiuitatis Beatæ Mariæ hæc scripsit. *Magnam reuera miraculum fratres dilectissimi fuit semper Beata Virgo Maria; quid namque illa maius, aut illustrius vlllo unquam tempore inuentum est, seu aliquando inueniri poterit? Hæc sola celum, & terram amplitudine superauit. Quid nam illa sanctius? non propheta, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim, non denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles, maius, aut excellentius inueniri potest.* Quibus verbis non solum tractat dignitatem Matris, sed illius etiam sanctitatem, & affirmat nihil illa excellentius inueniri posse, at si intentionem gratiæ habitualis secluderemus, & solum sermo institueretur de excellentia gratiæ, si Beatissima Virgo Maria peccato originali posset temerari in aliqua circumstantia, & ex vi alterius decreti, Angelorum, sanctorum, gratia fuisset illustrior, & quantum ad sanctitatem, vel immunitatem à peccato essent perfectiores, & excellentiores Beatissimæ Virginis, illi enim, & in gratia permanferunt, & in primo instanti suæ creationis non potuerunt peccare, sacra vero Deipara peccare originaliter potuit, neque obstat hoc illis prouenisse à natura, quia Deus potuit, & debuit, quia filius conferre Matri per gratiam, quæ illi à natura habuerunt, tamen si id humanam naturam excedat, & leges supergrediatur illius, ut enim rectè dixit Thaumaturgus citatus Oratione prima, de Annuntiatione. *Ne diiudices gratiam secundum naturam,*

*naturam, legibus enim nature subiici se gratia non patitur.*

995. Iustinian.]

Duodecimus sit sanctus Laurentius Iustinianus, qui si hæc non expresserit semina spargit, vnde diligenti cultu hæc statim erumpat gratia Deiparæ, ergo sermone de Annuntiatione hæc iacit: *Profecto fuit Maria gratia exuberans atque completa, que cælis dedit gloriam, terris præbuit Deum, gaudium præstitit Angelis seculoque pacem refudit, fide docuit gentes, virtusque finem vitii imposuit, humana vite instituit ordinem, atque spiritualibus edidit moribus disciplinam. Quomodo non est Maria iuxta Gabrielis oraculum, plena gratia, que effecta est Mater Dei, paradisi scala, Cæli ianua, interuentrix mundi, demonum fuga, peccatorum spes, Dei, & hominum verissima mediatrix.* Hæc enim Iustinianus, qui geminis turgentibus grauius; gratia enim exuberans non esset gratia Mariæ, si hæc non extenderetur ad auferendam illi omnem potentiam peccandi etiam in primo parente. Completa non esset si illi hæc gratia defuisset, quæ merito in tanta dignitate posset desiderari, neque iuxta Gabrielis oraculum plena, cui addi potuisset hæc excellentissima gratia, nec Dæmonum esset fuga, si in Dæmonis potestatem venire potuisset, nec verissima mediatrix, si labi in peccatum potuisset, ego quidem attenda infinitudine dignitatis Maternalis existimo non solum in generatione Christi Domini sacra Deiparæ attigisse fines diuinitatis, sed etiam in sanctitate, & immunitate etiam à potentia peccandi, & supremam creaturarum in ordine gratiæ attigisse naturam numinis supremi, qui secundum sua essentialia, & perfectiones secundum quæ omnia venit in Virginem omnino est impeccabilis, hunc affectum in Mariam sanctissimam, & purissimam desiderio ab Angelo Gabriele imbibant vniuersi, & quidem sine vlllo veneno, pietate non excedere illiminatam Virginis puritatem pellucidas, & Crystall. limphas propino.

996. Richelius.

Decimus tertius sit Diuus Dionysius Richelius, qui lib. 1. de laudibus Virginis hæc inter alia multa scripsit: *Decentissimum fuit, ut illa natura, quam creator voluit sua persona vnire omni charismate gratia, ac gloria, omni virtute perfecta, ac dono Spiritus sancti summe, & incomparabiliter decoraret, ita omnino concedens fuit, ut Virginem illam, quam sibi Matrem elegit post humanitatem assumptam vniuersis gratia, & gloria charismatibus inenarrabiliter excellentius manifestentis, & ornaret quantum sine dubio decuit præ ministris ornari, & exaltari, etenim sicut non decuit naturam humanam nisi pulcherrimè, & incomparabiliter decoratam assumi à verbo: ita nullatenus decens fuit personam humanam effici Dei Matrem nisi speciosissimè, & gloriosissimè ornatam.* Videas in toto hoc tractatu Dion. Beatissimam Virginem Mariam comparasse cum Christi Domini humanitate, quæ ratione Deitatis in genere gratiæ perfectissima fuit ex quo consequenter vult proximam illi fuisse, & esse in impeccabilitate, quam per essentiam habuit Christus Dominus, ex qua peccati originali fuit essentialiter expertus; hanc igitur gratiam ex illius mente habuit sacra Deipara per participationem.

Decimus quartus sit sanctus Ignatius, qui Epistola ad Ioannem Euangelistam sic scribit: *Sicut nobis à fide dignis narratur humana natura natura sanctitatis Angelica copulatur, & hæc iacta exciuaerunt viscera nostra, & cogunt desiderare aspectum huius si fas est. fari celestis prodigij, & sacratissimi spectaculi.* At quis non sciat Angelos bonos nunquam peccasse, neque in primo instanti suæ creationis peccare potuisse?

997. Ignat.

## SECTIO V.

Vera sententia ratione ostenditur efficaciter.

998.

Mariam sacram Deiparam non potuisse infici originali peccato, rationes monstrant efficacissimæ. Prima; hæc excellentissima gratia neque excedit dignitatem Matris Dei, neque superat infinitum meritum Christi, neque euacuat perfectissimam redemptionem vniuersalis sanctificatoris, & redemptoris, ergo sacra Deipara absoluta potentia non potuit maculari culpa primæua. Consequentia est euidens, quia solum ex his capitibus repugnare posse videretur hæc excellentia si res attentè consideretur. Antecedens quoad primam partem probatur, quia ut fert communis sententia, Dignitas Matris Dei est quasi infinita, & cuius excellentia nullis claudatur limitibus, nullo intellectu Angelico etiam comprehendi possit, ut optimè Bonauentura in speculo cap. 5. *Quis huius cali altitudinem, quis huius terra latitudinem, quis huius Abyssus profunditatem, quis (inquam) Maria immensitatem dimensus est? nisi ille solus, qui ipsam non solum in gratia, & in gloria, sed etiam in misericordia, tam altissimam, tam latissimam, tam profundam operatus est. Ecce immensitas gratiæ Marianæ nullis terminis, circumscriptam. Vnde paulo superius, Seraphicus Doctor. Tu ergo immensissima Maria capacior es calo, quia quem cali capere non poterant tuo gremio contulisti. Tu capacior es mundo, quia quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Si ergo Maria tam capacissima fuit in venire, quanto magis in mente? Esti capacitas tam immensa fuit gratia plena, oportuit utique quod gratia illa qua tantam implere potuit capacitatem esset immensa. Capacitatem ergo dignitatis Dei genitricis hæc gratia nulla ratione excedere potuit. Vas enim immensum immensam potest recipere gratiam, & quidem nulla ratione probari potest hoc donum impeccabilitatis excedere infinitam dignitatem Dei genitricis, cui veluti ex natura rei debetur gratia infinita, & quia huc repugnat simpliciter, dona sunt conferenda, quæ aliquomodo adæquent hanc infinitatem, ex quibus eo modo, quo potest veluti compleatur, & perficietur. Quis vero dubiter hoc donum impeccabilitatis per gratiam rectè numerari posse inter præstantissima dona, quæ huic dignitati debentur, quasi ex natura rei?*

Bonau.

999.

Quoad secundam vero partem res est multo facilior, merita enim Christi Domini, ut quæ sint valoris reuera infiniti, etiam infinito præmio non exhauriuntur, ac proinde præmium quodcumque in mortem, & passionem illius cadere potest, ut constat in Maternitate Dei genitricis, quæ ex meritis Christi illi fuit collata, & tamen excellentior est hoc dono de quo disputamus, & in multorum sententia, saltem potentia absoluta, potuit Christus mereri unionem hypostaticam, quæ excellentior est omni dono creato; potuit ergo cadere in Christi Domini merita hæc gratia, quæ absolutè, & simpliciter auferat à Virgine potentiam peccandi.

1000.

Tertia vero pars difficilius primo aspectu apparet, sed attenda amplitudine, & maiestate Redemptoris Christi Domini, non solum redemptio non euacuatur, sed excellentiori modo lucet, imo necessarium omnino est, & ad vniuersalissimam rationem sanctificatoris eximij: requiritur, quod Beatissimam Virginem, aut aliam saltem Personam humanam ita sanctificet Christus Dominus, sicut enim ad redemptionem vniuersalissimam pertinet perfectissimo modo redimere, ita etiam ad exercendum munus sanctificatoris eximij pertinet perfectissimo modo sanctificare, hic vero consistere videtur in remouendo discrimine amittendæ sanctitatis, aut contrahendæ impuritatis, & peccati; quod fieri non potest nisi à persona, quæ sanctificatur, auferatur potentia peccandi, vel ita impediatur, ut in actum peccati (quodcumque illud sit) non valeat exire. Hæc enim est perfectissima immunitas in linea creaturæ. Hinc est quod si Christus Dominus nullum hac ratione à peccato redimeret, nullumque hac ratione sanctificaret, hanc excellentiam habuisset eius redemptio, & sanctificatio solum in actu primo, non tamen in actu secundo, quod est maximum inconueniens, cum igitur nulla sit persona proximior Christo sanctificatori infinito, quam Beatissima Virgo Maria, illi necessario concedendum fuit hoc donum, & excellentissima gratia secundum quam, absoluta potentia macula originaria non posset cœdari: Ne meritum Christi saltem quoad hanc partem fuerit otiosum, & vterius, ut in re ex illius passione daretur immunitas quæ nullo peccato temerari, aut violari posset ut de gratia Virginis ad venialia etiam vitanda docuit Diuus Thomas 3. part. quæst. 27. art. 4. Ex quibus hanc formo rationem. Si in Beatissima Deipara non esset immunitas à peccato, quæ excluderet omnem potentiam peccandi etiam in Adamo, fieret Christum Dominum non esse perfectissimum sanctificatorem, nec actu exercuisse hanc potestatem, atqui illam exercuit, & non in alia persona, quam in Beatissima Virgine Maria; ergo sacra Deipara etiam absoluta potentia, deicere nequiuisset sub peccato originali.

1001.  
Bonau.

Confirmatur hæc ratio ex Doctrina Bonauenturæ in speculo, qui cap. 8. explicans illud: *Dominus tecum* (ita scribit.) *Ipse in Maria sanctissima est Dominus potentissimus, Dominus sapientissimus, Dominus locupletissimus, Dominus*

*indeficientissimus*: Quæ verba efficaciter monstrant Deum sua opulencia contulisse. Virgini totius orbis opes, & eam creasse indeficientem non indeficientia, ut sonat æternitatem; quid enim ad laudem Virginis, quod Deus esset æternus; sed ut dicit omnimodam immunitatem à quacunque culpa, ad quod referunt multum potentia sapientia, & omnium gratiarum diuitiæ locupletissima.

1002.

Secunda ratio sumitur ex discursu, quo sanctus Illesonius lib. de parturitione sanctæ Mariæ probat illius virginitatem, quæ huic instituto potest applicari, & ad hanc formam reduci. Si Beatissima Virgo Maria saltem absoluta potentia posset maculari originali peccato, sequeretur Christum Dominum non fore filium Dei naturalem. Consequens est falsum, ergo & illud ex quo sequitur, falsitatem consequentis ostendit catholica fides. Sequela vero est Illesonij, qui ita discurret in Virginitate Mariæ: *Alioqui si Materna viscera, quasi pro peccato corrumpere, & sordibus ex vitio prima damnationis coinquinaret, non esset filius Dei naturalis, sed adoptiuus, ut ceteri, imo neque adoptiuus, quia non esset per quem adoptaretur ipse, si non esset proprius, sed seruus.* Quæ consequutio in eo fundatur, quod partus sequitur ventrem, si ergo Christus Dominus, ut serui ceteri, matrem corrumpere, & maculasset nascendo, non solum Deus non esset, sed neque liber à peccato, cum sordes ex peccato Dei genitricem tangere nullo modo possent. Inde ortum, ut filius diuinus non quamcunque sceminam in Matrem eligeret, sed Virginem ita purissimam, ut eius integritas, etiam absoluta potentia violari nequirit, & ad hunc finem tota Trinitas contulit Mariæ integerrimæ virtutem Maternalem, qua probauimus non semel sacre Deiparæ Virginitatem absolutè esse inuiolabilem, ut partus ostenderet filium generatum esse Deum. Vnde communissime Patrum, & sanctorum conceptus negationem Virginitatis in Matre asserre secum necessario negationem diuinitatis in filio, quos adduximus vestigatione 1. disputatione 5. sectione quinta, & sexta, quibus nunc addo Guillelmum Neobrigensem ad primum Cantorum 16. ita differentem: *Sicut enim purus homo Virginem Matrem habere non potest, ita Deus homo Matrem nisi Virginem habere non potest.* Et Lactantium Firmianum libro 4. capite 25. vbi hæc scripsit: *Vt certum esset à Deo missum non ita illius nasci oportuit sicut homo nascitur ex mortali utroque concretus, sed ut appareret etiam in homine illum esse calestem creatum est sine opere genitoris.* Et quidem quantum assequi possum plus à dignitate Dei genitricis distat, violabilitas mentis, quam violabilitas integritatis virginalis, si ergo hæc in filio inferret negationem Deitatis, saltem in hominum iudicio, ut indicant Patres, imo, & absolute loquendo ut ex omnibus retulimus, violabilitas mentis Virginis eandem negationem inducet.

Legit Proclum Sicilenum, Theodorum Anaclytanum in Concilio Ephes. Eleuther. Martyr Episcopus

1003.  
Proclus.

Episcopum Tornacensem, quos dedi disput. illa 5. sect. 5. Deum vero: vbi etiam attuli Patrem Augustinum, sermone 20. de Natali Domini hæc quæ lubens repeto asserentem, *Et sicut in Cælo filius habet Patrem immortalem, & æternum, sic & in terra haberet Matrem omni corruptione carentem.* Atqui æternus Pater interire non potest, & ita eadem ratione Virgo est inuiolabilis, & incorruptibilis, non solum corpore, sed etiam, & mente. Lege etiam Bonauenturam, qui loco citato ex 3. dist. 3. part. 1. art. 2. quæst. 3. vtramque comparat inuiolabilitatem hac serie. *Sed cum Sanctum Sanctorum gestauit in utero, tunc sanctificata fuit conformiter filio suo, non tantum quantum ad impotentiam ad peccatum, sed etiam quantum ad impossibilitatem labendi in aliquo peccato. Vnde sicut impossibile fuit propter honorem filij sui, ut alium haberet filium, sic impossibile fuit, ut vnquam vterius haberet peccatum, sicut enim impossibile fuit, ut carnis Virginis violaretur in qua filius Dei habitauerat, sic impossibile fuit ut mentis sanctitas aliqua culpa macularetur.* Quæ verba efficacissima sunt, sed in illis aduerto nullam esse rationem propter quam non possint conuenire in sacra Deiparam, non solum ante filij conceptionem actiuam; sed etiam in conceptione passiuam ipsius Virginis sanctissimæ, cum puritas plus necessaria videatur ante filij generationem, quam post illius conceptum. Idoneitas enim non requiritur ad generationem postquam in illa præcessit, sed ante actiuam generationem, & in instanti illius, sicut semper est necessaria integritas in Beatissima Virgine, sed præcipue in generatione Christi Domini, & illius naturitate, ergo Bonauenturæ discursus non est astringendus ad tempus subsequens Christi Domini generationem, sed potiori iure ad tempora omnia præcedentia illum, atque adeo ad conceptionem passiuam Virginis sanctissimæ.

1004.

Tertia ratio eaque meo iudicio efficacissima, si sacra Deipara posset absoluta potentia maculari culpa originali sequeretur Deum esse causam peccati illius, & directè, & per se intendere eius contradictionem in Virgine. Consequens est falsum, ergo & antecedens. Consequentia est euidens, & falsitas consequentis constat ex fidei doctrina, quæ contra hæreticos docet, neque Deum esse causam peccati, neque illud per se, & directè posse intendere, de quo multa diximus disput. de peccato originali, ut autem ostendatur sequela suppono dignitatem Matris Dei esse veluti primam formam, & radicem cui debeantur, gratia habitualis, immunitas à peccato, & cætera dona supernaturalia ex natura ipsius Maternalis dignitatis, ita ut sint proprietates consequentes illam, in quo concors fere omnium sententia, licet dissentiant Doctores in difficultate illa an sint physica proprietates, quæ ab illa realiter dimanant, an vero solum proprietates morales. Vterius aduerto quod si Deus impediret risibilitatem homini sumptam in actu primo accidentali, & nollet eam dimanare ab essentia hominis cuius est propria passio, necessario operaretur Deus mira-

culosè, & contra ipsius hominis naturam, quæ ex propria sua quidditate, & essentia petit illam proprietatem à se dimanare. Nunc ergo probo sequelam, Immunitas à peccato originali est proprietas consequens dignitatem Dei genitricis, ergo si Dei absoluta potentia in peccatum originale laberetur sacra Deipara, Deus esset particularis causa peccati originalis, & illud per se, & directè determinate intenderet voluntate. Probo consequentiam, quia effectus ille, quem contra rerum naturas Deus causat, producit, ut agens particulare, & illum directè, & efficaciter vult, cum ergo actualis contractio peccati originalis, est contra substantiam Maternitatis Dei, Deus illam inducens miraculosè causa est, & per se, & directè intendit, quod inficiatur Virgo Maria macula illa. Vnde argumentor. Deus neque miracula patrat, neque vritur absoluta potentia ad futuritionem peccati, sed potius intendit destructionem illius, ergo de primo ad vltimum absoluta potentia non potuit sacra Deipara maculari Adami peccato.

## SECTIO VI.

Ex doctrina Sanctorum Anselmi, & Thoma probatur vera sententia.

AD astruendam purissimam Conceptionem Mariæ sanctissimæ locupletissimas diuitias parauit Angelicus Doctor, quis dubitet illas sufficientes esse ad nostram confirmandam sententiam? Multa etiam dedit Anselmus, ex vtriusque ergo doctrina hanc veritatem elicio.

1005.

Quarta ratio desumitur ex Doctrina Anselmi, qui teste Bachone 4. d. 2. q. 3. art. 3. redarguens falsitatem sententiæ asserentis conceptionem Virginis fuisse maculatam; c. 4. illius libri de conceptione, quem refert Carmelita Doctissimus hæc protulit: *Potuit Virgo fieri sancta ordinabiliter, & acceptabiliter, aut ergo speciali privilegio voluit eam tunc (in conceptione) sanctam esse, aut noluit, sed hoc esset irrationabile, quia ordinare ad concipiendum Sanctum Sanctorum, & non esse sanctam ordinabiliter, & acceptabiliter includeret contradictionem*: Ex qua doctrina sic argumentor. Implicat contradictionem Virginem sanctissimam ordinari ad generandum Sanctum Sanctorum, & non esse sanctam ordinabiliter, & acceptabiliter, id est non solum secundum prædestinationem, sed etiam in propria persona: ergo implicat contradictionem quod Maria inficeretur peccato originali, ac proinde ne id potuit accidere Dei potentia absoluta. Consequentia est euidens, & implicatio quæ sumitur in antecedenti probatur, quia esse Matrem Dei idoneam, & non idoneam sunt contradictoria, & primū probatur ex suppositione, & veritate ipsa, res enim certissima est Deum nunquā non sibi præparaturum Matrem idoneam, contrarium enim indigna res esset prouidentia, potentia, & sapientia diuina, & secundum ostenditur, quia Mater infecta peccato

1006.  
Anselm.

peccato non potest esse Mater Dei idonea, ac prinde sequuntur duo contradictoria simul vera, scilicet esse, & non esse Dei genitricem idoneam.

1007. Confirmat rem Anselmus ibidem, tum ex principatu, & imperio Dei genitricis, super omnes creaturas adiuncta Maternitate Dei ipsius, & infert idem inconueniens, & secundo his verbis cap. 6. libri de conceptione per comparationem ad naturam diuinam sic: *Deus est artifex sapiens, & prepotens, & sanctus sanctorum, ergo primordialia fundamenta Incarnationis sue voluit habere sancta ordinabiliter, sed conceptio Mariae carnalis, ut predestinata ad conceptionem filij Dei fuit unum fundamentum, & Spiritus sanctus aliud, de quibus*

Psal.

*Psalam. 86. fundamenta eius in montibus sanctis, & hoc totum fuit privilegium, ex privilegio enim eius conceptionis fuit sancta ordinabiliter.* In quo discursu illud est aduertendum ex ratione fundamenti ad filij generationem implicationem deducere Anselmum, & velle Spiritum sanctum esse alterum fundamentum conceptionis, & generationis filij Dei, ex quo hæc ratio potest formari. Spiritus sanctus fuit fundamentum Conceptionis sancti sanctorum, quia est artifex sapiens, & prepotens, & ita sanctus sanctorum ut totius labis sit expertus, & in illo nulla reperitur de fecunditate insanctitate, ergo fundamentum conceptionis filij necessario debet esse sanctum, ea ratione, ut non sanctum esse non possit. Tunc vltimo, sed conceptio Virginis Mariæ fuit alterum fundamentum conceptionis Christi Domini, quæ purissima fuit, ergo non potuit non esse sancta, & purissima, ergo non potuit absoluta potentia maculari peccato originali, vtraque hæc consequentia est euidens, & prima probatur, quia Spiritus sanctus, quia Sanctus Sanctorum est idoneum fundamentum Incarnationis filij Dei, oportet igitur, quod fundamentum creatum suo modo, & quantum patitur creatura sit Sanctum Sanctorum, ac proinde necessarium omnino est ut sanctitatem habeat, quæ nullo modo possit deficere, sicut deficere non potest sanctitas ipsius Spiritus sancti, quo discursu non solum probatur Virginem in conceptione passiuam non potuisse infici peccato, sed ex suppositione electionis in Matrem illius conceptionem fuisse sanctissimam, & positivè immaculatissimam.

1008. Venio ad Angelicum Doctorem, cuius luminibus illustranda hæc impossibilitas peccati Originalis in Virgine sanctissima; Ego 3. p. quæst. 27. art. 4. insolubili ratione probat in sacra Deipara non fuisse actuale peccatum, neque leuissimum, refero ad verbum. *Quia eos (inquit) quos Deus ad aliquod munus elegit ita preparat, & disponit ut ad id ad quod eliguntur inueniantur idonei, Beata autem Virgo fuit electa diuinitus ut esset Mater Dei, & ideo non est dubitandum, quod Deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit, non autem fuisse idonea Mater Dei si peccasset aliquando, Primo quia honor parentum redundat in prolem, unde per oppositum ignominia Matris ad filium redundasset, secundo quia singu-*

*larem affinitatem habuit ad Christum, quia ab ea carnem accepit, quæ autem conventio Christi ad Belial? Tertio quia singulari modo filius qui est Dei sapientia in ipsa habitauit, non solum in corpore, sed etiam in anima, dicitur autem Sapientia in maleuolam animam non introibit Sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis.* Et ideo simpliciter est fatendum, quod Beata Virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale. Hactenus, & Angelicè quidem Doctorem Angelicus, ex cuius doctrina elicitor.

Quinta ratio ad probandam hanc impossibilitatem contrahendi peccatum originale in sacra Deipara anima, si Beatissima Virgo absoluta potentia contraheret originale peccatum, non esset idonea Mater Dei, sed non posset non esse idonea Mater Dei si contraheret originale peccatum, ergo absoluta potentia illud non posset contrahere, Consequentia est euidens, & minor à nullo impunè negabitur, fatemur enim omnes Mariam Virginem esse aptissimam, & idoneam Matrem Dei. Maiorem probo, primo quia si actualiter inficeretur peccato originali esset captiua, & sub Dæmonis potestate, quod est ignominiosum etiam in nobis, ad hanc enim ignominiam exterminandam missus est ab arce Patris, & natus orbis conditor, homo enim cum in honore esset non intellexit, neque considerauit iustitiæ originalis statum, & comparatus est iumentis insipientibus per peccatum, & similis factus est illis, quæ proculdubio summa ignominia; cum ergo deditur sit filio Pater sine honore, hæc ignominia necessario redundaret in filium, quod est absurdum in sententia sancti Thomæ, & quidem dubitari non potest maiorem esse ignominiam peccatum originis, quam veniale peccatum, hoc enim non infert, quæ ex illo mortifero peccato deducuntur, scilicet esse Deo inimicum, filium iræ, subiectum Dæmoni, extorrem à Cælestibus, addictum inferorum pœnis, atque adeo infœlicissimum, quæ omnia inuenirentur in Beatissima Virgine, quæ dum sub illo peccato esset, non posset non esse infœlicissima, aliàs non esset seruitus, captiuitas, & infœlicitas, à qua nos liberasset agnus Dei, qui abstulit peccatum mundi.

Secundò probatur idem antecedens, non esset Mater Dei idonea, quæ conuentionem haberet cum Belial, sed si Mater sanctissima potuisset contrahere peccatum originale de facto haberet conuentionem cum Belial, ergo non esset idonea Mater Dei; consequentia est clara, & minor certissima, supposita fidei doctrina, eosdem enim effectus culpa originalis causaret in Virgine, quos causat in nobis, in nobis vero causat conuentionem, & conjunctionem cum Belial Dæmone scilicet, quæ quidè indecentior in sacra Deipara quæ singularissimam habuit & habet affinitatem cum Deo, & cui fuit vnica realiter humanitas Christi Domini, qui lux perfectissima est, & in eo tenebræ non sunt vllæ.

Tertiò probatur idè antecedens, quia maleuola anima, & corpus subditum peccatis non sunt idoneum habitaculum diuinæ Sapientiae, sed si Beatissima

tissima Virgo ex vi alterius decreti peccatum originale habuisset anima illius esset maleuola, & corpus subditum peccatis, ergo non esset idonea Mater Dei, hæc consequentia est euidens, & maior est expressa Sap. 1. & inducitur à Diuo Thoma, minor probatur, quia ex vi peccati originalis anima Virginis esset in Deum maleuola, & in corpore illius resideret concupiscentia non impedita, & fomes non extinctus, & consequenter corpus illud, ex quo summa sapientia corpus assumpsit, esset subditum peccatis, & totum habitaculum Dei non solidum, sed infirmum, quod Anselmus merito iudicauit absurdissimum, ut euincit illius discursus desumptus ex cap. 5. lib. illius de conceptione ut refertur in Breuiario Romano antiquo excuso Venetiæ anno 1550. & testantur Dominicus Bolanus tract. de conceptione, Bernardinus de Busto in suo Mariali sermone 4. & librum illius de conceptione affirmat se vidisse multis in locis vir grauissimus Bachonius, & poni in libro, qui est de vita Mariæ, & appellatur magnum Mariale: hæc igitur ad rem præsentem habet Anselmus. *Ad hoc propono tibi Palatium, quod specialiter suis visibus aptum existat construere voluntatem in quo ipse frequentiori, & festiuiori concursu conuerteretur, & omnibus ope eius, & auxilio indigentibus mitti, & leniori vultu respondeat. Patereturne in principio Palatii fundamentum inualidum, & stractura, quæ foret edificanda incongruum, & non coherens? Non puto si saperet, & propositum suum ad effectum perducere vellet; ergo sapientia ante omnia secula proposuisse sibi habitaculum, quod specialiter inhabitaret construere indubitata fide tenemus. Quod autem habitaculum illud fuerit iam dubium innotuit, hoc enim habitaculum illud sacrarium Spiritus sancti esse fatemur, in quo, & per quod eadem sapientia humana natura coniungi voluit, & incorporari, & omnibus se pura mente contentibus parcere, & misereri; Quodnam sacrarium anlame vniversalis propitiationis spiritu sancto cooperante construeret si fundamentum illius, scilicet initium, siue primordium conceptionis Beatae Mariæ corruptum fuit, ipsi certe structura non congruebat, neque coharebat: Ut igitur congrueret, & cohereret Sapientia, (quæ sibi domum illam edificauit) excidit columnas septem quas voluit huius habitaculi esse fundamentum fortissimum, & gratiam contulit ne posset labi in originale peccatum.*

Anselm.

Bolans.

1009.

1010.

1011.

## SECTIO VII.

*Sacra Deipara vnica, ideo non potuit absolute deturpari originali peccato.*

1012. Sexta ratio ad probandam hanc impossibilitatem contrahendi originale peccatum in Virgine sanctissima potest desumi ex eo quod vnica fuerit Mater Dei, & non plures ex hoc enim principio colligunt Theologi filium diuinum habere infinitam perfectionem, quam habet Pater æternus, quia est vnicus, & sin-

gularis, & expressissima imago bonitatis illius. Et eadem vtitur Dionysius Carthusianus libro 3. de dignitate Mariæ, ut probet decentissimum fuisse, imo & necessarium, quod Virgo diua vnicum haberet filium Iesum Dominum nostrum, ne illius amor extenderetur ad alios filios, integerque non quiesceret in filio Diuino, sic enim discursit. *Insuper ne pluribus existentibus filiis mentis sua amor ad vniversos spargeretur, & minueretur vnicum duntaxat filium habuisti, & in eo omnis sancta syn-cera delectationis materiam inuenisti. Amplius quo tibi plura contulit intimius erat amandus, dona autem quæ tibi à excellentissima Virgo præstitit magna sunt nimis, ineffabilia, & supernaturalia.* Quibus in verbis Dionysius, & rationem dedit propter quam voluit Deus Mariam vnicum habuisse filium, & præterea innuere videtur numen sacratissimum Virgini contulisse ineffabilia dona, ut ad sui amorem illam efficacissimè pelliceret, ex quibus sic argumentor; sacra Deipara est vnica Mater Christi Domini, ergo illi contulit Deus, quæ possunt cadere in dignitatem illius perfectiones omnes, & vniversa Dona, quæ capacitate creaturæ non excedunt, ergo, & excellentissimam gratiam, qua nulla potentia posset labi in originale peccatum. Hæc vltima consequentia est euidens, & prima probatur, quia si illas omnes Deus non contulisset, cuinam alteri Matri, quæ nunquam futura hanc referuasset excellentissimam gratiam, & donum impeccabilitatis etiam in aliena voluntate. Confutatur, & declaratur hæc ratio, quia si per impossibile Pater æternus libere generaret filium, ita tamen, ut vnicum solum esset generaturus, quæ est infinita illius prudentia, & infinitus amor ad verbum, ut modo confert, omnia, quæ in se habet filio, tunc etiam dedisset, non solum quia filius, sed quia vnicus, & quia nullum alium esset generaturus, cui perfectiones illas conferret, quas denegaret vnico filio; ergo eadem omnino ratione hanc impeccabilitatem Verbum Caro contulit Matri, quia prudentissimus Deus, quia illam elegit libere suo iudicio nasciturus ex ea ut loquitur Zeno Martyr Veronensis Antistes, & quia vnica solum, neque enim auget infinitum amorem, ut ita dicam, si quæ commoda posset Matri non dedisset, & illi illa negasset, præcipue cum pellicere intenderet eius erga se summum amorem; ex hoc enim motiuo Deus factus est homo, post innumera beneficia humanæ naturæ collata, quæ aureo flumine tradit Chrysologus sermone, ut vel hæc ratione, & summo beneficio vnionis hypostaticæ hominem ad suum compelleret amorem, & nunquam extinguendam gratitudinem. Declaratur amplius, quia Pater æternus, etiam liberè generans filium, quia vnicus nullum pateretur habere defectum, præcipue si causa illius filius aliquo tempore etiam breuissimo non futurus filius, atqui si posset sacra Deipara infici peccato originali, aliquando non esset filia, imo nec Mater, non igitur credendus est Deus creaturus in eo statu Mariam sanctitate conspicuam, in quo necessario non esset filia, & conse-

Carthuf.

Zeno. Veron.

Chrysol.

consequentem non censeretur idonea Mater illius, poneretur autem in hoc statu si in peccato originali conciperetur, huncque haberet defectum, Regina illa suprema, cuius sub pedibus Luna, Apocalip. 12. posse enim peccare defectus, & infelicitas est. Inde Bernardus super signum Magnum. *Sed & defectus omnis sub ea, & quidquid fragilitatis seu corruptionis est; excellentissima quadam sublimitate præ ceteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis, ut merito sub pedibus eius Luna esse dicatur.* Sed præmittenda non sunt, quæ ibidem scripsit Bernardus: *Iure (inquit) sole perhibetur amitta, qua profundissimum diuina sapientia, ultraquam credi valeat penetravit Abyssum, ut quantum sine personali unione creatura conditio patitur luci illi inaccessiblei videatur immersa.* Quibus verbis maiestate Maternitatis plenis mellifluus Doctor omnia dona supernaturalia præter unione hypostaticam sacræ concedit Deiparæ, non solum quæ credibilia, sed quæ incredibilia videntur, si enim possibilia sunt, si contradictionem euidenter non implicant tantæ Dominae sunt concedenda, dum contrarium efficacissima non ostenditur ratione, ut enim dixit Magnus Albertus, de laudibus Virginis capite 61. ex illis Angeli verbis: *Auc gratia plena, hæc consequentia est euidens: ergo illa est plena omni gratia, cuius particeps potest esse creatura.* Et iquidem docuit Virgini ratione doni supernaturalis, cuius non decuit esse participem, ut sacerdotalis dignitatis, datam fuisse gratiam excellentiorem, non alia ratione, nisi quia Dei sola, & vnica Mater. De capacitate autem veluti infinita huius dignitatis legendus Nouarinus vmbra Virginæ, pag. 306. & 396. & vulgariter, qui scriperunt, de sacra Deipara.

Septima ratio desumitur ex Virginis productione, quæ à sanctis Patribus, & Ecclesia dicitur creatio, ut recte notauit Salazar, de conceptione capite 20. numero 2. Proclus enim in homilia de Natiuitate in Concilio Ephesino ita habet, & docet: *Ita ex utero Virginæ, prodidisse purissimum illud numen, nihil quidpiam polluit, quam enim citra illam sui labem creauerat, ex hac etiam nulla macula contracta processit.* Et Ecclesia in hymno. *Qui te creauit prouide lactasti sacro ubere.* Eodem modo loquuntur Isidorus Hispalensis, Bernardus, & alij apud eundem auctorem. Cur autem dicatur creatio Virginis productio, & conceptio varie explicari potest, ego sic intelligerem, creationem dici non quia ex nihilo fuit, sed ut ostendatur creationi Angelorum æquiparari conceptionem Mariæ, & primorum Parentum, atque adeo ita puram, & immaculatam processisse, & genitam fuisse ac si crearetur Angelus, vel producerentur primi parentes, qui in primo suæ productionis instanti non potuerunt inisci peccato etiam absoluta potentia iuxta doctrinam Angelici Doctoris, & Reuer. Cumel, 1. part. quæst. 63. art. 4. Vnde hanc formo rationem, si Beatissima Virgo immediatè crearetur à Deo non contraheret peccatum originale etiam absoluta potentia, sed Beatissima Virgo ita fuit genita, ac si summa prouidentia crearetur à Deo; ergo non potuit

contrahere originale peccatum, & forsam vt iam notarunt omnes, ad hanc impossibilitatem peccandi ostendam inducitur Matth. 1. in sui conceptione sine Patribus gignentibus, illa enim persona, quæ Patres non habet etiam absoluta ordinatione non potest maculari in origine.

Octaua ratio desumitur ex omnibus quibus probauimus Diuam Virginem neque habuisse originale peccatum, neque vllam necessitatem illud contrahendi, quæ hanc etiam veritatem ostendunt, sed illa præcipue quæ infert infelicitatem in Virgine: imo, & in Christo Domino à qua sua infinita potentia Deus Matrem liberare non posset. Monstrauimus enim non solum esse infelicitatem actu esse infelicem, sed etiam aliquando fuisse infelicem, præcipue in materia seruitutis, & captiuitatis; & exinde esse apud omnes prudentes infelices illos, qui mancipiorum sunt proles, etiam si Patres, qui antea serui, manumissi sint, & liberi, roduntur enim, ut alter dixit libertino Patre natus, & nepotes, & quidem si Maria peccatum originale contraxisset nunquam hæra esset Virgo Beatissima, & licet Christus Dominus nullum haberet discrimen peccandi originaliter, vt aliqui falsa exaggeratione dixerunt, cum sit Deus Optimus Maximus, dubitari non potest filium Dei naturalem posse appellari, imo & esse filium sceminæ, quæ in sua conceptione Dæmonis fuit ancilla, quod Diuinum lædit honorem. Huic instituto natum illud Salomonis, quod tractauimus dedecus filij Pater sine honore.

Nona ratio desumitur ex Doctrina Diui Thomæ 3. p. q. 27. art. 3. c. quia illud quod aliquomodo derogat dignitati Christi, non potest vlla ratione fieri, sed si Maria sanctissima concipi potuisset cum peccato originali derogaretur dignitati Christi Domini; ergo sacra Deipara etiam absoluta potentia concipi non potuit cum peccato originali. Consequentia est euidens, & minor constat ex omnibus motiuis, quibus probatur de facto Virginem non habuisse originale peccatum; & maior probatur, quia Diuus Thomas ibi probat fomitem in Virgine non fuisse extinctum in prima sanctificatione, quia aliquomodo derogaret dignitati Christi, quod immunitas ab originali fomite prius reluceret in alio, quam in Christo.

Decima ratio: illud est absoluta etiam virtute impossibile, quod dedecet Deum, illiusque bonitatem, sapientiam, & potentiam, at Deum, & hæc illius attributa dedecet Mater, quæ esset Ancilla Dæmonis, & constituta esset in statu peccati originalis, ergo absoluta potentia nequiuir Virgo Deipara in peccato concipi originali. Consequentia est legitima, & maior non semel probata est ex verissima Doctrina Dionysij: Anselmi; Richardi, & Simonis de Cassia; minor viro probanda est omnibus locis sacræ scripturæ, testimoniis sanctorum Patrum, & rationibus, quibus generaliter probatur, indecentissimum omnino esse quod sacra Deipara inficeretur labe originalis piaculi, omnia enim eò vnanimiter tendunt ad hoc, vt hanc indecentiam à Matrè, & filio

filio in quantum possunt & moueant, vt quid enim prophanaretur sanctuarium Dei, cum in hac prophanatione nulli fini dicanda, nulli apta vsui, nulla ingenio etiam maleuolo, designari possit utilitas, & quidem, vt semel animum prodam meum, qui in hac tenacissimus veritate, vel omnia quibus intenditur Mariam sanctissimam non fuisse maculatam Adamiano peccato hanc probant impossibilitatem in illud labendi, vel nihil omnino probant: ad illorum quodlibet etiam fortissimum respondebit quod decentissimum fuisse, quod Maria in Adamo non peccaret, nec peccatum originale habere, sed suam esse decentiam in hoc quod sicut alij posteriores Adamo peccatum imberet, forsamque esse finem aliquem excellentissimum in quem Deus ad gloriam suam illud peccatum originale permitteret, quam ingenium humanum vestigare non possit; & congruentiæ, & momenta allata ostendere quid congruè, & sapienter fieri potuisset, non tamen ostendere quidnam factum sit, sapientia enim, & potentia diuina maxime relucet in dignitate Matris Virginis purissimæ collata, non tamen esse necessarium simpliciter, quod filia Adami à peccato præseruaretur Parentis. Tenemus ergo vniuersi fideles firmam hanc de sacra Deipara confessionem, & asseueremus constanter peccatum originale absolute impossibile esse cum dignitate Sacrae Deiparæ; atque adeo sacram Deiparam absoluta potentia non potuisse fœdari culpa communi.

Vndecima ratio depromitur ex doctrina D. Thomæ, qua probat in rerum natura Angelos, & creaturas esse productos, qui 1. p. q. 50. art. 1. quæst. 2. Reuerendissimus Cumel, ad hanc formam reducit, & sumit eam ex 2. contra Gentes, vt vniuersum creaturarum suam consequatur perfectionem, oportet creaturas ad suum redire principium, sed redeunt singulæ ad suum principium, quatenus gerunt similitudinem illius secundum suum esse, & secundum suam naturam; igitur cum intellectus Dei sit principium creaturarum necessum fuit ad creaturarum perfectionem, vt aliqua illarum essent intelligentes. Quam rationem ab aduersariorum calumniis optimè liberat Decanus Salmanticensis, illa quæst. 2. Illam ergo ad rem nostram applico. Vt Christi Domini redemptio sit perfectissima oportet redemptos ad suum redire principium; sed principium Redemptionis Christi fuit sanctitas, & gratia, quæ nulla potentia permisit peccatum; ergo oportuit vt ex hac redemptione, saltem aliqua persona esset, quæ imitaretur illam gratiam, & impeccabilitatem eo modo, quo potest communicari creatura; ergo absoluta potentia saltem Virgo Maria non potuit temerari peccato quocunque, si enim hæc impeccabilitas alicui conferenda, maxime sacræ Deiparæ.

Duodecima ratio, & quidem acris desumi potest ex Tertulliano, qui lib. de carne Christi cap. 8. confutat Appelliacos asserentes carnem Christi Domini non esse humanam, isti enim affirmabant fuisse Angelum quemdam igneum Dei mali, id est creatoris Præsidem, qui

animas sollicitauit, vt secum carnem producerent, qua iam producta & videns incommoda ex illa productione sequuta, pœnitentiam egerit, & de illo Angelo ita pœnitente, explicabant parabolam perditæ ouis; igitur ad probandam carnem Christi ignominiosam futuram, etiam si esset cælestis, & non humana. Sic Africanus procedit: *Angelum quemdam inclitum nominant, qui mundum hunc instituerit, & instituto eo pœnitentiam admisit; teste igitur pœnitentia institutoris sui delictum erit mundus, siquidem omnis pœnitentia confessio est delicti, quia locum non habet nisi in delicto.* Ex his confutat vrgenter Appelliacos, *Si mundus delictum est quia corpus & membra delictum erit, proinde & calum & caelestia cum calo, si caelestia, & quidquid conceptum est prolacumque (delictum erit) mala arbor malos fructus edat necesse est. Caro igitur Christi de caelestibus facta de peccati constitit elementis, peccatrix de peccatorio censu.* Et cum non omne, quod artifex condidit delictum sit, & si artifex, qui illud operatur delinquat, neque semper pœnitentia peccatum supponat, vt constat Genesis 6. vbi Deus dicitur de hominis opificio pœnituisse oportet. Quod Tertullianus affirmet tantam fuisse sanctitatem carnis Christi, vt neque vox pœnitentiæ etiam latissime sumpta in illo possit reperiri, qui carnem illam produxit, ac proinde neque carnem cælestem illi futuram proportionatam propter delictum illius ignei, & incliti Angeli, qui illam creauit, quod delictum illius arguit pœnitentia, sentit ergo Septimius florens in auctorem carnis Christi nullum futurum delictum, nullam pœnitentiam apparentem etiam, inde igitur argumentor, si beatissima Virgo Maria absoluta potentia contraheret originale peccatum sequeretur autricem carnis Christi Domini, & verum contraxisset delictum, & veram de illo posse pœnitentiam habere, ac proinde Christi Domini carnem non esse purissimam, sed hoc absurdum iudicat Tertull. & reuera absurdissimum est; ergo beatissima Virgo etiam absoluta potentia in Adamo delinquere non potuit, ac proinde neque habere originale peccatum. Debeo hanc explicationem Luitio, & Iosepho Cerdensibus, illi ad locum Tertulliani nota 1. huic lib. de Verbo Incarnato Academia 7. sect. 5. n. 45. Vide vtrumque.

Decimatertia ratio: si Beatissima Virgo posset contrahere peccatum originale absoluta potentia, sequeretur Christum Dominum non fore nobilissimum. Consequens est falsum, ergo & antecedens, minor & consequentia sunt euidentes, sequela probatur, quia nobilitas sumitur ex Parentibus. Si ergo Mater sanctissima esset spiritualiter ignobilis, & captiua, mancipiumque Dæmonis, Christus Dominus haberet Matrem ignobilem, antecedens est commune iudicium omnium Politicorum, vnde Arist. 3. Ethic. cap. 8. asseruit partem felicitatis esse nobilitatem, & non esse idoneum ad felicitatem, qui sit ignobilis, & Valer. Maximus lib. 7. cap. 1. de felicitate, inter felicitates filiorum eam posuit; quod Parentes nobilissimos haberent, inde Euripides, in Hecuba ex translatione Dorothei Cameli.

Bem.

Albert. M.

Nouar.

1013.

Salaz.

50

D. Thom.  
Cumel.

1014.

1015.  
D. Thom.

Cumel.

Dic. Salmant.

1016.

Dion.

1018.  
Tertull.Ioseph Cerd.  
Luit. Cerd.

1019.

Arist.

Valer.

Euripides.  
Dorothei Cameli.

*Vehemens nota, & insignis inter mortales  
A bonis natum esse, & magisque illustratur  
Nobilitatis nomen, fortibus, & dignis.*

Stobæus.

Et idem apud Stobæum, serm. 86.

*Papa! nobili Patre nasci.**Quantam vim habet, & auctoritatem.*

Et alibi in Heraclidis.

*Non est hoc liberis pulchrior honor**Quam Patre bono, & strenuo natis.*

Idque docent communiter Iurisperiti asserentes natum ex matre ignobili, nobilem non esse, & traditur in Iure Hispanico leg. 3. tit. 2. 1. ubi Gregorius Lupus, Generalem constituit regulam. Nota quod non dicitur nobilis nisi qui ex utroque parente nobilis est.

Si ergo Virgo sanctissima, captiua foret ignobilisque ex infelicitate peccati originalis, neque strenua esset, neque bona, ac proinde Christus Dominus ignobilis esset & infelix quod dici nullo modo potest, & tamen sequitur euidenter ex contractione peccati in sacra Deipara.

## SECTIO VIII.

*Confectaria nonnulla, & argumenta  
soluta.*

1020.

EX dictis infero primo impossibilitatem cadendi in peccatum originale fuisse donum merè gratuitum, & liberaliter concessum ex diuina prouidentia peculiari Mariæ sanctissimæ, ut est filia Adami, & secundum humanam naturam potuit peccare in Adamo & vulnerari plaga insanabili, non tamen ita fuisse gratuitum donum respectu eiusdem Virginis sanctissimæ, quatenus est sacra Deipara, sed fuisse illi debitam hanc impeccabilitatem, eo modo quo proprietates rerum sunt debitæ substantiis, & principiis earum, & consequenter in collatione huius doni supernaturalis, aut illorum, quæ ad illud sunt necessaria Deum optimum Maximum illam seruasse rationem iustitiæ, quam secundum sententiam S. Thomæ, 1. p. q. ... seruat Deus in omnium rerum productione. Ratio est in promptu, quia dignitas Maternalis ex sua natura petit hanc impeccabilitatem, & indefectibilitatem à prima regula, ac proinde et si radix sit donum omnino gratuitum, forma quæ ad illam consequitur non est omnino gratuita, sed debita tantæ dignitati, estque exemplum clarissimum in impeccabilitate Beatorum; tamen enim visio beatifica sit omnino gratuita, id est nullo modo petita ex rerum natura (modo enim non disputo, de iustitia ex parte meritorum) adhuc impeccabilitas non est hoc modo gratuita, sed debita ex natura ipsius visionis, unde amor, & inflexibilitas à regula in beatitudine debentur naturæ visionis, quod etiam re ipsa contingit in Maternitate, & impeccabilitate sacrae Deiparæ.

S. Thom.

1021.

Dices, doctrinam hanc non posse constare, quia impeccabilitas hæc nihil aliud esse videtur, quam dignitas Maternalis sacrae Deiparæ, quæ Virgini Mariæ nullo modo fuit debita, & consequenter non potuit illi conferri ex iustitia etiam ratione explicata, quia non est

hoc donum distinctum à primo, & ita non potest intelligi ut proprietates ad illud consequuta. Respondeo primum Maternitatem non esse idem, quod immunitas à peccato originali, hæc necessario intelligi ut quid consequutum ad illam dignitatem, non enim valet: Maria est immunis à peccato originali, ergo est Mater Dei, & tamen valet est Mater Dei; ergo est immunis à peccato originali; potest ergo concipi immunitas, & impeccabilitas, ut proprietates consequens Maternitatem. Dico secundo immunitatem à peccato, & procedere posse ab ipsa physica Maternitate, quatenus reddidit carnem Mariæ beatæ sanctam, & participem diuinæ naturæ, ut reperitur in Patre, & procedere à gratia habituali cum qua concepta fuit B. Virgo Maria, & cum qua habet oppositionem peccatum originale, inde fit quod licet impeccabilitas in Virgine non sit illi debita, quia Maternitas est donum simpliciter gratuitum, adhuc impeccabilitas ut prouenit à gratia possit dici debita Virgini.

Dices, supponamus gratiam habitualement non fuisse Virgini infusam in primo Conceptionis instanti, ex quo statim inferitur nullam impeccabilitatem sacrae Deiparæ esse debitam, & doctrinam traditam stare non posse. Verum respondeo casum esse impossibilem, quia si Maria sanctissima concepta esset sine gratia habituali non esset idonea Mater Dei. Respondeo secundo adhuc stare impeccabilitatem etiam si non afferat positium quid; sed solum fundetur in dignitate Matris, & dicat pro formali negationem capacitatis ad peccandum originaliter. Tertio Respondeo dignitatem Matris Dei sumptam secundum sua prædicata essentialia, & ut præscindit ab existentia petere impeccabilitatem ut natura humana secundum sua prædicata essentialia petit esse principium risibilitatis, ac proinde impeccabilitas non est beneficium quod dignitati Matris non debeat; posita vero in rerum natura, & concessa omnino gratuito, & liberaliter Mariæ Virgini hac dignitate illi debetur status impeccabilitatis, & necessario sunt illi concedenda quæ ad hanc absolutam necessitatem impeccabilitatis possunt conducere.

Infero secundo, supposita electione Mariæ sanctitatis præclarissimæ in Matrem Dei absoluta potentia non potuisse peccare in Adamo, neque includi in pacto inito cum primo parente. Unde idem est, eligere Mariam sanctissimam in Matrem Dei, & decernere illam non includendam in pacto illo generali. Probat primum, quia illi solum includi potuerunt in pacto, quibus potuit præiudicium inferre peccatum primi Parentis. Beatissimæ vero Virgini nullum præiudicium potuit inferre culpa primi parentis, quia supponimus absoluta potentia non esse capacem peccati originalis. Secundo quia si includeretur in pacto peccante Adamo, ipsa peccaret, & haberet necessitates illas contrahendi peccatum à quibus Deus ipsam præseruare non possit, etiam si à peccato ipso præseruaret; ut disput. præcedenti monstrabimus, & tertio constat ex omnibus quibus probauimus Virginem nullam habuisse necessitatem peccandi originaliter, nec inclusam fuisse

1022.

1023.

etiam quoad transfusionem gratiæ in lege illa vniuersali imposita primis Parentibus.

1024.

Restat respondeamus ad argumenta primæ sententiæ; ad primum nego antecedens. Ad secundum nego sequelam, & ad illius probationem distingo maiorem, non potest redimi si à propria natura sit impeccabilis illa persona, & nulla ratione possit esse captiua concedo maiorem, si sit impeccabilis ex gratuito Dei beneficio per sanguinem, Christi nego maiorem. Priori modo fuit impeccabilis Christus Dominus, & ideo si alius esset Christus vniuersalisimus Redemptor Christum redimere non posset, quia natura sua impeccabilis erat; & non poterat subditiōni inimici: posteriori fuit impeccabilis Maria sanctissima, quia licet iuxta humanam naturam posset peccare, ratione Maternitatis, & illius accidentalitatis naturæ, quæ fuit illi collata ex meritis Christi redempti fuit à captiuitate, quæ illi inesset relictae suæ primæ naturæ, ergo illi decernere Maternitatem fuit eminentissimo modo illam redimere.

1025.

Ad tertium optime ibi responsum est, & ad illius impugnationem, quæ est quartum argumentum pro affirmatiua sententiæ, nego antecedens, & ad illius probationem concedo flexibilitatem à regula esse veluti essentialem, & naturalem creaturæ. Sed nego diuina creatoris potentia non posse fieri impeccabilem tum quia peccabilitas perfectio non est, tum quia creaturam reddere impeccabilem non est destruere, sed prius eleuare illam, & eam perficere secundum obedientialem capacitatem, quam habet ad perfectionem maiorem. Unde licet Deus nulla ratione possit efficere quod creatura, quatenus est ex nihilo non possit non esse capax peccati, potest tamen efficere, quod illa potentia, & capacitas non sit expedita, sed quod impediatur de facto, ita ut proxime, & immediate non possit in peccatum ruere, sicut Deus non potest facere, quod Beatus radicaliter non sit peccabilis, quia hoc est contra naturam creaturæ, quæ non est sua regula, cum tamen possit efficere, quod ab intrinseco, & ex vi visionis beatificæ non habeat expeditam potentiam peccandi. Ad confirmationem distingo antecedens. Beata Maria habet ex se posse in fieri peccato originali ita ut excludat necessario superiorem virtutem, quæ hanc naturam possit perficere nego antecedens, ita ut illam non excludat, sed permittat ratione obedientialis potentia concedo antecedens, & ad impugnationem respondeo Deum habere suam impeccabilitatem à se, & per imparticipationem, ita ut nullam habeat causam superiorem, quasi pos-

set peccare per impossibile suam naturam, & flexibilitatem posset corrigere. At Diua Virgo licet à se, & per imparticipationem habeat posse peccare in hoc sensu, quod defectibilitatem illam non habet à Deo, adhuc potest fieri impeccabilis, quia respicit Deum ut causam superiorem valentem illam flexibilitatem à prima regula corrigere, & forma supernaturali illam inflexibilem reddere.

1026.

Ad quartum nego Maiorem, & ad illius probationem dico, quod si per impossibile Deus in Conceptione sacrae Deiparæ gratiam nullam infunderet, adhuc non contraheret originale peccatum solum ex vi electionis diuinæ in Dei genitricem, quia dignitas hæc, non solum physice, sed etiam moraliter sumpta dicit intrinsecam & essentialem oppositionem cum peccato, ita ut eo præcisè, quod Maria esset ad illam electa, peccatum in illa inueniri non posset. Unde vtraque gratia Maternalis, & habitualis non requirebatur ad non contrahendum peccatum, sed ad hoc quod in Maria Deipara esset perfectissima sanctitas; negatio enim peccati originalis non affert secum necessario aliquid positium, ut facile cernitur in hominibus, qui creantur, & generantur in statu puræ naturæ, qui sine addito alicuius positium entitatis carerent originali peccato, sed quia hæc præseruatio de facto non fit nisi per gratiam, sicut neque illius remissio, inde est quod in Beatissima Virgine ad hanc præseruationem ponatur vtraque gratia, aut saltem aliqua illarum, alias conciperetur sacra Deipara in pura natura, quod esset non solum incongruum sed etiam indecentissimum, at in quocunque euentu, & ex vi cuiuscumque decreti semper Deus pararet sibi Matrem idoneam, quis vero assereret idoneam Matrem futuram, quæ sine gratia conciperetur. Atque hæc de Matris dignitate physica, ut est ratio formalis sanctificandi hic dixisse sufficiat.

1027.

Illud addiderim hanc nostram sententiam probatam summis Hispaniæ Academiis, & præstantissimis Theologis post longam, & prolixam discussionem ad nostram solum, & nullius denunciantis instantiam, Catholicam, fidelem, & securam iudicatam in Tribunali Hispanensi sanctæ Inquisitionis, permissumque fuisse nobis ut illam publicè propugnaremus, ut & propugnauimus cum aliis nostris propositionibus, Vigesima secunda die Octobris fauentibus filio, & Matre sanctissimis; & ingenti gaudio plaudentibus vniuersis qui hunc nostrum laborem probarunt, & lucem iam aspicere desiderant.



# SACRÆ DEIPARÆ,

S E V

## DE EMINENTISSIMA DIGNITATE Dei Genitricis Immaculatissimæ

### VESTIGATIO TERTIA:

QVÆ EST,

*De illius effectibus, & certitudine opinionis Piiſſima.*



RO PVGNAVIMVS, & promouimus forſan immunitatem Sacræ Deiparæ à peccato originali, audebamus enim bonam voluntatem habentes ſequuti Apoſtolum 1. Corinthiorum 5. at rudi calamo: Sed

*In magnis voluiſſe ſat eſt:*

Et vt minimum dedimus ſapientibus occaſionem, vt noſtram de impoſſibilitate Virginis abſoluta potentia ad contrahendum originale peccatum floridiori penicillo depingant, vernantibusque ex Patrum, & ſacræ Scripturæ penu coloribus illuminent, qua difficultate iam ſuperata vltima manus huic videbatur imponenda inſtituto, portum enim optatum videbatur appuliſſe, & non oſtendiſſe ſolum, vt ille alter Æneidos 3.

*Italiam primus conclamat Achates.*

Vnde & nobis nobile auſpiciū hanc noſtram ſententiā in honorem Virginis ſanctiſſimæ multis placituram, quod iam experientia monſtravit, &

*Italiam lato ſocij clamore ſalutant.*

vt qui ſperent deducturum Deum Immunitatis aſſertores, idque citiſſimè in portum voluntatis eorum; nam

*Crebreſcunt optata aura, portuſque pateſcit*

*Iam propior.*

Sed quia Mariana ſanctitas Maternalis inexhauſtum ſupernaturalium donorum Oceanum mare quæ ex tanta dignitate fluant breuiter erit explicandum, & qui ſint effectus illius declarandum. Et quia libellus hic Conceptionem puriſſimam aſpirat, tractandum etiam, quanta ſit hodierna die certitudo opinionis piiſſimæ, vt nihil eorum, quæ iam diſputantur in noſtris poſſit deſiderate veſtigatiōibus Lector.



### DISPUTATIO I.

*Virum ex vi Maternalis gratiæ Sacra Deipara in ſui Conceptione habuerit originale iuſtitiam.*

1. **F**FIRMABIT nullus in Beatiſſima Virgine Maria fuiſſe iuſtitiam originale, ſi ſtatus hic non intelligatur diſtinctus ab ſtatu innocentie, in illa enim hac generalitate conſiderata inueniuntur plu-

ra quæ in ſacra Deipara, imo in Chriſto Domino non reperiuntur. Status enim Innocentie, & ſecum aſſerebat impaſſibilitatem, immortalitatem, indefatigationem, & perpetuam ſiue vlla triſtitia lætitiā, quæ tamen in Deo homine, qui per mortem Redemptor, ex vi huius decreti non poterant reperi. Conſtat enim hæc impoſſibilia eſſe cum Redemptoris per mortem ſtatu. Vnde legitimus in Euangelio Chriſtum Dominum fatigatum ex itinere; lacrymantem, triſtiſſimum; flagellatum, crucifixum, & tandem mortuum, quæ in ſtatu Innocentie, (ſi duraret) nunquam eſſent. Et conſequenter dicendum eſt in Virgine Beatiſſima, non fuiſſe iuſtitiam originale,

lem, vt claudit omnia, quæ innocentie ſtatus. Vnde ſit difficultatem hanc, ſolum procedere de originali iuſtitia, ſecundum præſtantes, & excellentiores effectus, & perfectiones illius, de quibus nobis fuſior diſputatio in octaua diſp. veſtigatiōis ſecundæ per varias ſectiones, in quibus oſtendebamus iuſtitiam originale non ſolum dicere gratiam habitualem à qua diſtinguitur, tanquam includens ab in- cluſo, ſed aſſerre neceſſario ſecum duos habitus realiter inter ſe diſtinctos (quia vnica ſimplex virtus eſſe non poteſt) ordinatos ad hoc, quod in illo ſœliciffimo ſtatu inferiora eſſent ſubiecta ſuperioribus, & ſuperiora Deo optimo Maximo, ita vt appetitus ſubderetur rationi, & ratio ſubderetur regulæ primæ, ita vt ſine difficultate & triſtitia, & voluntas regeret appetitum, & appetitus regeretur à viribus ſuperioribus ea ratione vt ſine difficultate vlla abſtraheretur à bonis ſenſibilibus, quæ eſſent contra regulam, & inclinaret ad ſenſibile bonum conforme regulæ morum. Et eodem omnino modo voluntas abſtraheretur facillimè à bono ſenſibili, ad quod etiam inclinaret propter coniuñtionem ad corpus, & à quo nunc cum difficultate abſtrahitur, & auellit.

2. Vnde ſect. 2. probabamus in voluntate, & appetitu ſenſitiuo duos habitus, vt minimum eſſe conſtituendos, quorum munus eſſet mouere illas potentias ad effectum explicatum, ita vt neque reſiſtentiam haberent vllam ad bonum rationis, nec paterentur aut difficultatem, aut triſtitiam in ſequendo bonum rationis, ex quo ſequeretur neceſſario carnem non poſſe rebellare contra ſpiritum, neque ſpiritum contra carnem, dedecere enim illum ſtatum rebellio & pugna inter eiudem hominis potentias, & neceſſaria erat ſumma pax, & tranquillitas, ne ſtatus ille, qui omnem arcebat triſtitiam, & dolorem, his fatigaretur affectibus propter imminens bellum inter potentias humanas, quod quam ſit continuum, & terribile, vti nam non triſtiſſima experientia doceret. Ergo in illo ſtatu delectatio maxima fuiſſet in eliciendis actibus circa materiam omnium virtutum, quæ prouenire non poterat neque à gratia habituali neque ab illa, & omnibus virtutibus ſimul ſumptis, niſi illis adderetur aliqua alia virtus ſupernaturalis ab illis diſtincta, cuius munus eſſet illam delectationem conferre in actibus, ſublatis difficultate, & triſtitia: Dubitari enim non poteſt in viris ſanctitate eximia præſtantibus, vt Baptiſta Ioanne, Iosepho Virginis ſponſo, & Apoſtoliſ fuiſſe gratiam habitualem in gradu heroico cunctis virtutibus, & tamen ſentiebant aliam legem in membris repugnantem legi mentis, vt fatebatur Paulus ſanctiſſimus. Difficultas igitur eſt, an hæc originalis iuſtitia ſumpta vt præſcindit ab aliis donis ſtatus innocentie in Virgine Dei genitricis ex vi dignitatis Maternalis reperiatur.

3. Aſſerendum eſt primo ſacram Deiparam ex vi ſuæ dignitatis habuiſſe originale iuſtitiam, vt complectatur gratiam habitualem, & habitus illos exiſtentes in voluntate & appetitu ſenſitiuo, quos aſſerimus eſſe potiores partes originalis iuſtitie. Aſſertio hæc quantum

attinet ad originale iuſtitiam communis eſt inter Doctores huius temporis, & illam amplectuntur Suarez, 2. tom. in 3. part. diſp. 3. ſectione 6. qui aſſert Cordubam, Cartuſianum, Cardinalem Cuſſanum, & alios. Sequuntur Granado, de Conceptione Virginis diſp. 3. cap. 26. Illuſtriſſ. Salazarius, lib. de Conceptione variis in locis, vt cap. 9. n. 5. & cap. 39. num. 23. cap. 19. & cap. 40. & ſæpè alibi in illo tractatu. Et quantum attinet ad habitum exiſtentem in appetitu ſenſitiuo tuetur Granado, qui diſp. 1. de Conceptione, & alibi docet habitum illum repperit fuiſſe in primis Parentibus, vt appetitus non rebelleret contra rationem, eſſeque ſupernaturalem virtutem, quod neceſſario debet Scotus fateri, qui vt retulimus illa diſp. 8. & ex illius doctrina explicuimus hanc ſupernaturalem virtutem in appetitu ſenſitiuo conſtituit, illumque ſequuntur omnes Scotiſtæ, & inter illos Caſtillo in 3. ſententiarum Scoti tract. de concept. diſp. 2. quæſt. 2. nec diſſentiet Pytigianis in 3. diſt. 3. q. 2. art. 12. licet contendat in Virgine non fuiſſe originale iuſtitiam quoad omnes effectus, & generaliter hanc conſuſionem profiteri debent, quicumque aſſerunt, vel in Virgine ſanctiſſima à primo ſuæ conceptionis inſtanti fuiſſe ſanctitatem corpoream, quos attulimus veſtigatiōe 2. diſp. 8. 3. per multas ſectiones, vbi innumeri Patres, & ſcholæ illam defendunt, & qui exiſtimant fomitem extinctum in Virgine à primo Conceptionis inſtanti, quos infra laudabimus. Et quod caput eſt docuit S. Thomas, qui 3. p. q. 27. art. 3. corp. ait: *Ita quod quantum ad hoc id eſt ad rationem fomitis gratia ſanctificationis in Virgine habuit vim originalis iuſtitie.*

Hanc conſuſionem variè probant Theologi, qui illam defendunt, & quidem probari poſſunt omnibus testimoniis ſacræ Scripturæ, & Patrum auctoritatibus, in quibus vt præſe aſſeritur, vel inſinuatur plenitudo gratiæ in Maria ſanctiſſima, quæ omnia adduximus veſtigatiōe 2. præcipuè diſp. vltima, imo & eiſdem rationibus, quibus oſtendebamus ſacram Deiparam non potuiſſe maculari peccato originali etiam abſoluta potentia. Verum illis huic inſtituto ſine repetitione applicatis. Probatur conſuſio vnica ratione deducta ex noſtris principiis. Beatiſſima Virgo Maria non ſolum ſine reſiſtentia vlla ex parte appetitus aut triſtitia vlla ex eo quod auelleretur à bono ſenſibili non licito, ſed etiam cum alacritate ſumma, delectatione, & gaudio operabatur in omni materia virtutis, ergo Beatiſſima Virgo habuit originale iuſtitiam. Conſequentia eſt euidentis, quia effectus, qui in antecedenti enumerantur erant proprii iuſtitie originalis, vt explicuimus, & oſtendimus, illa diſp. 8. veſtigatiōis ſecundæ, quæ neceſſario videnda: & antecedens probatur primo, quia illa ratione operari eſt excellentia non vulgaris. Secundo quia non eſt credendum Virginem ſanctiſſimam cum reſiſtentia, aut triſtitia, aut difficultate vlla, quæ illam aliquo modo retardaret ab actionum ſupernaturalium executione, aut ſine ſumma delectatione, & lætitiā operatam fuiſſe in omni materia virtutum, præcipuè cum

Snar. Corduba. Cuſſan.

Granado. Salazar.

Scotus.

Caſtillo.

Pytigianis.

S. Thom.

4.

cum à primo Conceptionis instanti non intermiserit actum amoris, vt tradunt, & explicant Patres, quod tamen accidere non potuisset, si in actione illa, aut esset difficultas nata ex resistèntia appetitus sensitui, aut ex inclinatione illius in bonum sensibile, quod illi esset delectabilius, quam ipse amor diuini obiecti, aut si in illius elicientia summa non esset delectatio & gaudium plenissimum. Tertio, quia primi Parentes habuerunt originalem iustitiam, & Virgini iuxta vulgaram SS. PP. sententiam nulla est neganda gratia, aut perfectio, quæ aliis creaturis etiam celsissimis gratuito fuit communicata. Quarto probatur illud antecedens, quia impeccabilitas venialis comitari inseparabiliter iustitiam originalem; itavt in illius statu veniale peccatum reperiri non posset, vt tradunt D. Thom. & illius expositorum

D. Thom.

M. Cumel.

Tridentin.

Andreas Hierosol.

Cardinalis Cusanus.

Idiota.

Mairon.

12. quæst. 89. art. 3. præcipue Reuerendissimus Noster Magister Cumel copiosè vt solet disp. ar probandum est inferius Virginem Beatissimam non solum peccasse venialiter vt docet Tridentinum sess. 6. de iustificatione can. 23. sed neque peccare potuisse. Sextò, quia cum Christus Dominus fuerit summus reparator, & redemptor humani generis, ad illius excellentiam pertinet reparare hanc perfectionem, quam amiserunt primi Parentes saltem in aliqua persona, ac proinde in sacra Deipara, quæ opposita Euz. Vnde Andreas Hierosolymitanus ad illa verba: *Inuenisti gratiam apud Deum. Hæc exarauit: Ne timeas Maria, nata es gratia apud Deum, quam Eua perdidit.* Et Cardinalis Cusanus, lib. 8. exercitationum, cap. 8. & sermone *sicut lilium inter spinas*: ita loquutus: *Ipsa sola post Adalaplum non indigna sed plena originali iustitia, multo magis, quam Eua.* Et doctus Idiota lib. de Virgine Maria cap. 4. *Sed per te benedicta vita Angelica reducitur, innocentia reparatur (Ecce originalem iustitiam reparatam) Diabolus vincitur, & conuertitur, quia de te scribitur, ipsa conteret caput tuum.* Huc reuocant Patres omnes, quos attuli vestigatione 2. disp. 3. sect. 2. 3. 4. latissimè.

5. Afferendum secundo iustitiam originalem in sacra Deipara quantum attinet ad rectitudinem appetitus sensitui esse Maternalem illam virtutem quam habuit ad generandum Deum, & hominem, & quam diximus vestigatione 2. disp. 2. esse virtutem supernaturalem eminentissimam. Hanc assertionem necessario sequuntur Doctores illi qui affirmant virtutem illam supernaturalem formaliter esse sanctitatem, & munditiam corpoream, quos attuli vestigatione 2. disp. 4. sect. 1. sed nullus expressius Francisco Maironio, qui 3. dist. 3. q. 7. art. 5. ait. Secundo fuit sanctificata in anima vegetatiua, quia in prima sanctificatione Spiritus sanctus Virgini contulit virtutem generatiuam Christi, quibus verbis clarissimè affirmat virtutem illam supernaturalem generatiuam esse formam sanctificantem potentiam vegetatiuam, atque adeo appetitum sensituum, & carnem Mariæ sanctissimæ. Probatur efficaciter ex nostris principiis, virtus illa Maternalis ita est eminentissima, vt sit sanctitas, & gratia corporea sanctificans, vt formaliter

ter reddat sanctam carnem, & corpus Beatissimæ Virginis, & subdat appetitum sensituum ne rebellet, aut rebellare possit contra rationem, ergo verè est originalis iustitia. Consequenter est clara, quia hoc petitur ad rationem illius habitus supernaturalis corporei, qui in statu Innocentiæ rectificabat appetitum sensituum, vt loco citato explicuimus, itavt ex illius suppositione in portione inferiori alius necessarius non esset. Et antecedens constat ex disp. 2. & 3. vestigationis secundæ. Vbi probauimus reperiri puram munditiam, oppositam munditiæ ex peccato originali, relictam; & ex disp. 4. vbi ostendimus dignitatem Maternalem esse formam à sua natura sanctificantem, & abstergentem quamcunque immunditiam. Negari autem non potest rebellionem & pugnam inter carnem, & spiritum esse immunditiam, & potissimum inclinationem appetitus sensitui ad bonum sensibile contrarium rectæ rationi. Ad hanc vero immunditiam remouendam constituimus virtutem illam, & sanctitatem corpoream, vt constat ex illis quæ diximus vestigatione 2. per quatuor primas disputationes, quæ necessario legendæ; ex illis enim hæc secunda conclusio deducitur efficacissimè.

6. Afferendum tertio iustitiam originalem in Beatissima Virgine quantum attinet ad rectitudinem voluntatis præter gratiam, & cætera dona supernaturalia fuisse habitum supernaturalem spiritualem inclinantem ad operandum cum sua delectatione, & facilitate, & sine vlla tristitia, renitentia, aut difficultate in omni materia virtutis. Hanc assertionem tradidimus vestigatione 2. disp. 8. sect. 1. §. Quoad secundam vero partem, & illam amplectitur Scotus 2. dist. 29. quæst. vnica §. Potest dici sequuntur illius discipuli Herrera ibi disp. 21. quæst. 3. Castillo disput. 1. de iustitia originali quæst. 1. & ex parte Henricus, quotlibeto 6. quæst. 11. quamuis in modo explicandi dissentiat ab Scoto, qui illum impugnat, vt loco citato vidimus; Vasquez, 2. tom. in 3. part. disput. 119. capite 2. num. 16. Suarez 2. tomo in tertiam partem disput. 4. sectione 6. & reputat probabilem Reuerendissimus Cumel, 1. tom. in 1. 2. quæst. 82. art. 3. disp. 2. §. Verum quia paulo ante finem, vbi explicans reuerentias, quas afferebat iustitia originalis hæc scribit. Prima reuerentia posita erat in parte rationali hominis, quæ ex parte intellectus consistebat in plena scientia agibilibus, & in cognitione Dei prout finis naturæ, & ex parte voluntatis consistebat in facilitate inclinationis ad obediendum, & conformandum se voluntati Dei seruata eius libertate. Probatur assertio ex illis quæ ad confirmandum hunc habitum, & ad ponendam gratiam, & dona supernaturalia non posse conferre hanc inclinationem, facilitatem, & delectationem operandi in omni materia virtutis attulimus disp. illa 4. sect. 1. & 3. quæ hic sunt applicanda, & non repetenda.

7. Afferendum quarto iustitiam originalem collatam fuisse sacre Deiparæ in primo suæ Conceptionis instanti. Hanc conclusionem tenent omnes qui existimant sanctitatem corpoream,

6.

Scotus. Herrera. Castillo. Henricus.

Vasq. Suar. M. Cumel.

7.

porteam, vt minimum collatam Virgini in primo Conceptionis momento, & à fortiori qui docent carnem Virgineam sanctificatam fuisse ante animationem, quam sententiam defendimus, & probauimus latè vestigatione 2. disput. 6. quæ necessario est videnda, non enim est animus paginas implere sine nouo opere prerio, & verè nihil ibi dictis addendum occurrit, cum enim iustitia originalis habitus existens in appetitu sensitui Virgini sit illa sanctitas corporea realiter, quæ probant illius infusionem ante animationem, vel in ipsa Conceptione iustitiam originalem probant infusam fuisse in instanti Conceptionis, eo modo, quo ibi rem hanc explicuimus, solum restat probandum habitum spiritualem iustitiæ originalis rectificantem voluntatem infusam fuisse Virgini Beatissimæ in eodem instanti, & id facile suadetur quia gratia, & alia dona supernaturalia infusa fuerunt Virgini Deiparæ in instanti Conceptionis, & consequenter & habitus ille, nulla est enim ratio propter quam sit asserendum in illo instanti non fuisse illi infusum, vt facile constabit; oportuit enim omnem virtutem supernaturalem in eodem momento illi conferri, si capax esset recipiendi dona illa supernaturalia, & in hoc habitu est maior, & vrgentior ratio, quia ad Matris dignitatem necessarium erat, & quod illius anima semper subiecta esset Deo perfectissimo modo, & quod cum magna operaretur alacritate. Cum ergo etiam in visceribus Annæ gloriosæ elicuerit actus amoris, & aliarum virtutum, necessarius fuit ad vtrumque munus habitus iustitiæ originalis existens in voluntate sacre Deiparæ. Dixi si capax esset recipiendi, vt aduerterem illos, qui existimant Virginem habuisse originalem iustitiam corpoream, aut pressius loquendo carnem illius esse sanctificatam ante animationem, nullo modo posse defendere habitum iustitiæ originalis infusam voluntati ante instans Conceptionis, quia antequam vniuret anima carni, nec fuit Virgo sanctissima, nec habuit voluntatem in qua ille habitus reciperetur, ac proinde fuit necessarium infunderetur in ipso Conceptionis instanti. Si quæ verò contra hanc assertionem sunt difficultates, illas, & proposuimus, & refutauius loco citato. Consule quæ ibi dicebamus.

8. Illud notandum hanc iustitiam quam habuit Virgo sanctissima, non dici originalem, quia illi fuit communicata per originem, aut generationem, vt communicanda foret si Adamus non peccaret aliis posteris illius, sed quia habet similitudinem cum iustitia illa transfundenda; vbi nota aduertenter me dixisse similitudinem, quia quantum attinet ad habitum iustitiæ corporeæ non esset identitas, & conuenientia specifica iustitiæ corporeæ Virginis, cum iustitia infusa appetitui primorum Parentum, quia illa non esset sanctitas Maternalis, vt constat, & vt fuit iustitia hæc in Virgine Beatissima.

Ad extremum aduerto hanc vltimam conclusionem, imo & duas priores esse ad mentem sancti Anselmi, qui in lib. de conceptu

9. Anselm.

Virginali cap. 12. illam protulit sententiam dignam attentione: *Etiamsi purum hominem sic faceret Deus scilicet sine semine viri, necesse esset eum non minori prædium iustitia, & beatitudine quam fuit Adam, in primo, seu cum primum factus est.* Quod idem asseueraret de Maria sanctissima, quia etsi concepta fuerit ex commixtione seminum maris, & femina, quantum attinet ad præsens institutum, & ad materiam & negotium iustitiæ originalis, & peccati, ita se habuit Deus erga sacram Deiparam, atque si ex semine Adami non esset primogenita.

Occasione immunitatis Christi Domini, à peccato originali, tractat Granado, disp. 2. de Conceptione capite 4. an Christus Dominus habuerit iustitiam originalem, quia Anselmus citatus affirmat ex doctrina etiã quam tradidit, Christum scilicet à sua origine dicendum esse habere iustitiam originalem, vt constat cap. 20. Ad quam difficultatem, eo modo respondendum, quo responsum est ad hanc quam de Virgine sanctissima tractamus; iustitia enim originalis vt comprehendit perfectiones, & bona status Innocentiæ in Christo Domino esse non potuit, vt fides Catholica docet. Redemptor etenim noster fuit passibilis, & mortalis labori busque subiectus, vt nos à morte redimeret. Ex quo sine constat, neque Christum Dominum, neque Beatissimam Virginem ærumnas ex peccato Adami fuisse perpeffas, vt sunt formaliter pœnæ inflictæ per illud peccatum, sed ex aliis motiuis.



DISPUTATIO II.

*Vtrum, ratione Maternitatis, vel ligatus, vel extinctus fuerit fomes peccati in sanctiss. Deipara Maria.*

Ad art. 3. q. 27. 3. p. D. Thomæ.



VI asserimus in Beatissima Virgine, & fuisse, & esse originalem iustitiam, eamque à primo suæ Conceptionis instanti, consequenter debemus asserere, vel ligatum vel extinctum in illa fuisse fomitem peccati; extincto enim hæc, vel ligamen effectus est iustitiæ originalis, vt quæ infusa fuerit primis Parentibus, ad hoc quod nulla esset pugna inter spiritum, & carnem, semperque anima Deo subiceretur, sed quia D. Thom. fufius quam soleat hanc controuersiam disputauit, & in illa occurrunt plura scitu dignissima, accuratius à nobis erit explicanda, de qua videri possunt Gabriel Vasquez 1. tomo in 3. part. disput. 61. quæst. 20. & tomo de Conceptione Virginis sanctissimæ Salazarius, & Lusitanus, tom. 3. de Beatitudine lib. 4. quæst. 20. ex lib. etiam de Conceptione, & vt clarius procedamus, declarandum primo erit quid sit formaliter loquendo fomes peccati.

10.

11.

Vasq. Salazar.

SECTIO I.

Fomitem non esse quid habituale per modum actus primi; sed solum appetitus sensitivi motum docuit Gabriel Vasquez.

12. Valq.

Explicaturus Vasquez hanc difficultatem contra omnium Doctorum sententiam affirmat locis citatis fomitem peccati ( qui ita appellatur, quia est fomentum, & incentiuum peccati, & à peccato in nobis est, & ad peccatum inclinatur ) non posse esse quid permanens, & quod per modum actus primi inclinatur in malum, sed solum motionem actualem appetitus, qua vel contra rationem actualiter rebelat, vel mouet, & retardat à bono, in causaque est ut voluntas in malum feratur, hoc enim modo caro concupiscit aduersum spiritum, & spiritus aduersum carnem ad Galat. 5. Vnde existinat disp. illa 118. c. 4. n. 45 Fomitem nihil esse aliud, quam motum inordinatum appetitus inclinantem, & allicientem voluntatem ad aliquid contra rationem, quam doctrinam tradiderat etiam disp. 61. tractans an in Christo Domino fuerit motus inordinatus, aut fomes peccati, vnde necessario infert non esse aliquid permanens, & per modum habitus existens in nobis, & hoc modo facile defendit in Christo Domino, & sacra Deipara non fuisse vnquam fomitem peccati, neque extinctum neque ligatum, sed absolute nunquam fuisse, quia nunquam senserunt motum inordinatum in appetitu contra, vel præter rationem; fundamenta eius, tum refutatio aliarum sententiarum quas fuit, & accurate explicat, & refellit, tum etiam quia ut asserit illo c. 4. n. 45. cum fomes peccati sit illud quod mouet ad peccatum, & illud fouet & accendit, ut ignem sicca materia, & appetitus sensitivus, neque moueat ad peccatum secundum suam naturam, neque illud accendat, aut foueat, solus inordinatus motus illius potest habere rationem fomitis. Sequitur Castillo de Incarnatione, disput. 18. quæst. 4. num. 3.

Castillo.

13.

Egyd.

Rom. 7. v. 15.

Verum hæc sententia recentissima est, & nullo fundamento contra omnium Theologorum Conceptionem asseritur, vnde illam non esse tutam contendit Ægydus Lusitan. tom 3. de Beatitudine lib. 4. quæst. 20. art. 2. §. 3. n. 17. & addit merito esse parum Philosophicam, constituit enim actum secundum inclinantem in malum, sine actu primo, aut potentia elicente illam inclinationem, & quidem Vasquez sententia aduersatur, Paulo, qui Rom. 7. vers. 15. hæc profert: Quod ego operor non intelligo ( id est non approbo ) non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio, si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Et inferius vers. 20. Si autem quod nolo illud facio, cum non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Quibus verbis & peccati fomitem declarat, ut ibi explicat sanctus Thomas, lectione 3. & satis de-

S. Thom.

monstrat Apostolus esse aliquid permanens, & per modum actus primi semper perseuerantis in homine, hocque esse appetitum sensitivum, ut explicat Doctor Angelicus dicens: Carnem enim hic accipit cum membris sensitivis, sic enim caro distinguitur contra spiritum, & ei repugnat, in quantum appetitus sensitivus tendit in contrarium eius quod appetit ratio, secundum illud Galatarum 5. Caro concupiscit aduersum spiritum. Vbi ad mentem Pauli Angelicus doctor tria distinguit; carnem, sensitivum appetitum, & illius repugnantiam, quorum duo priora se habent per modum actus primi remoti, & proximi, & tertium tanquam actus, seu motus, quo appetitus rationi resistit, nec enim appetitus immotus resisteret, ille autem terminus repetitus: Sed quod inhabitat in me peccatum, permanentiam significat ut clare constat, motus enim transiens, & præuertens rationem, non dicitur inhabitare in carne: Propter quod dixit Diuus Thomas: Dicitur peccatum habitare in homine, non quasi peccatum sit res aliqua, cum sit priuatio boni, sed designatur permanentia huius defectus in homine. Quid clarius? Et huic insistens explicationi 3. part. quæst. 27. articulo 3. corpore dixit: Ad horum autem intellectum oportet considerare, quod fomes nihil est aliud, quam inordinata concupiscentia sensibilis appetitus, habitualis tamen, quia actualis concupiscentia est motus peccati. Ecce Diuus Thomas expressè asserit fomitem peccati esse aliquid habituale & per modum actus primi, cuius actus secundus sit actualis concupiscentia, quæ ut quo inclinatur ad peccatum.

Galat. 5.

D. Thom.

14. Romanor. 7. v. 22. 23.

Lorca.

Ambrosius. D. Thom. Iustinian.

Repugnat etiam sententia Bellomontani Apostolo eodem capite 7. ad Romanos 7. versu 22. & 23. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Quibus verbis permanentiam fomitis explicat nomine legis membrorum, aut legis peccati, ut tradunt omnes interpretes; lex autem habet subsistentiam moralem, est enim in republica ipsa habituali conuersatione, partim quidem quatenus libris vel memoria hominum conseruatur, partim in subiectione habituali, qua populus ea ut regula vititur, partim in habituali Principis apprehensione, & affectu, quo quandiu non reuocat legem eadem semper præcipere censetur, ut Lorca, etiam Bellomontanus tradidit tom. 2. in 1. 2. sectione de legibus disput. 3. ad finem; quibus adde legem rationis esse quid permanens, & lumen intellectus ipsius, quod semper conseruatur in homine interiori; at Diuus Paulus duplicem hominem distinguit interiorem, & exteriorem, & consequenter duplicem legem permanentem. Alteram, quæ à natura est insita rationi, atque adeo permanens ut explicant Ambrosius, & Hieronymus, ille in Lucam cap. 17. hic ad Algasiam quæst. 8. Alteram, quæ ortum habuit à primi parentis peccato: videas Diuum Thomam ibi, & benedictum Iustinianum.

Repugnat

15. August. S. Thom.

Repugnat ulterius D. Augustino, qui lib. de Baptismo puerorum, & habetur sermone 45. de tempore tom. 10. & in lib. 6. contra Iulianum cap. 7. tom. 7. & refert S. Thom. 1. 2. quæst. 82. art. 1. in argumento sed contra ait: Quod secundum peccatum originale paruuli sunt concupiscibiles, & si non sint actu concupiscibiles, ergo secundum Augustini Patris sententiam fomes distinguendus est in fomitem per modum actus primi; & per modum actus secundi. Ex quo deinde impugnat hæc sententia, quia in pueris ratione non ventibus secundum catholicam fidem reperitur fomes peccati, & tamen in illis nullus inuenitur motus inordinatus, ut constat euidenter, non ergo fomes peccati est motus ille inordinatus, & inclinans in bonum sensibile contra, aut præter rationem. Ita contra Vasquium procedit Lusitanus, ex communi Theologorum sententia quæst. illa 20. art. 2. numero 17. Sed ipse hanc difficultatem præuenit; & affirmat idem omnino esse motum illum inordinatum dari in re ipsa, & posse dari. Sed præterquam quod hæc duo sunt inter se distincta, quia motus existentia infert potentiam, potentia vero non infert actualitatem existentiamque motus inordinati, ut de se constat, hæc Vasquij cautela destruit illius sententiam, implicat enim dari motum aliquem, seu actionem in actu secundo, quin supponatur actus primus ad efficientiam illius.

16.

Vnde argumentor Tertio, contra illius sententiam: motus iste inordinatus est in appetitu sensitivo, ergo fomes peccati, aut concupiscentia non potest esse solum motus ille inordinatus in actu secundo, antecedens non potest negari, quia ille motus necessario procedit ab aliquo principio, quod non potest esse aliud, quam appetitus sensitivus, qui secundum suam naturam inclinatur in bonum sensibile sibi conueniens; & consequentia probatur; quia ubi est actus primus dicens illam inclinationem non est solum actus secundus; ex quo fit manifestum fomitem non posse esse actum secundum, & actualem illum motum inordinatum. Confirmatur, quia secundum verissimam, & receptam Philosophiam omnis motus procedit à mouente, vnde ille motus à mouente necessario debet procedere, & cum effectus sit, respicere debet causam efficientem, quæ nulla alia potest esse nisi appetitus sensitivus, & cum ab illo procedat, procedit proculdubio secundum suam inclinationem ad bonum sensibile, etiam si sit præter, aut contra rationem.

17.

Quarto, refutatur Gabrielis Vasquez sententia, quia communis Theologorum opinio tenet fomitem peccati concupiscentiam, legem membrorum ( his enim & aliis nominibus fomes significatur ) esse aliquid habituale in nobis existens, ut constat ex variis sententiis, quæ ad illius essentiam explicandam sunt excogitata, quas ipse, & Lusitanus referunt, & refellunt. Prima enim sentit fomitem esse vitium quoddam existens in anima quod facit nos concupiscere, quæ sunt præter aut contra rationem, ita Magister 2. di-

Magister.

stinct. 30. §. 6. & 7. & distinct. 31. §. 1. & 2. Secunda esse morbidam qualitatem existentem in anima. Ita Gregorius 2. distinct. 30. artic. 2. Tertia esse morbidam qualitatem in corpore existentem, seu discratiam, & dis-temperamentum; ita Henricus quodlibeto 2. quæst. 11. & quodlibeto 5. quæst. 23. Quarta fomitem esse complexionem ipsius hominis, qualis qualis illa sit, quatenus hominem destitutum iustitia originali reddit proum ad malum. Ita Augustus in suis moralibus capite 15. notabili 2. num. 3. pag. 190. Quinta esse illam qualitatem morbidam existentem in appetitu sensitivo, non vero in anima aut in carne, ita Ochamus quodlibeto 3. quæst. 10. & in 3. quæst. 2. in principio Gabriel. 2. distinct. 30. quæst. vnica & in 3. dist. 3. quæst. 2. art. 1. Sexta, esse ipsum appetitum sensitivum cum connotatione tamen quod tendat ad illicitum præter rationem, ita maior 3. distinct. 3. quæst. 1. §. dubitatur. Septima, esse eundem appetitum, sed præternaturaliter vehementius, & effrenatius intensiusue ad bonum sensibile, quod est illius obiectum inclinantem, quam ordo rationis requirit: ita Corduba, in suo questionario quæst. 45. in prima parte illius, & Iacobus Naclarus ad illud Romanorum 5. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore: qui addit nunc appetitum agere secundum vltimum potentiam, quod non contingeret in pura natura. Octaua, esse non solum appetitum sensitivum, sed deordinationem omnium potentialium hominis relictam ex peccato Adami videtur sancti Thomæ, sententia 12. quæst. 82. artic. 1. & alibi, & sequuntur mei Magistri Reuerendissimus Cumel, disput. vnica, & doctissimus Alphonfus Curiel, ibidem dubio vnico §. 5.

Gregor.

Henricus.

Augustus.

Ochamus.

Gabriel.

Maior.

Corduba. Naclarus.

S. Thom.

Cumel. Curiel.

SECTIO II.

Quid sit fomes peccati, & ipsum ligari, & extinguere?

18.

Dico primo, affirmari vlla ratione firma non potest fomitem peccati, aut concupiscentiam siue membrorum legem consistere in aliqua determinata, & vnica veluti forma, sed necessario secum asserre omnes hominis potentias, prout deordinata, & veluti corruptæ manserunt ob ablationem iustitiæ originalis propter primi Parentis peccatum, ita tamen, ut illis nulla qualitas ad hanc deordinationem, aut prauam dispositionem fuerit super addita. Hæc assertio est Diui Thomæ, 1. 2. quæst. 82. artic. 1. corpore. Vbi applicans doctrinam, quam in principio dederat, ait: est enim quædam inordinata dispositio proueniens ex dissolutione illius harmoniæ in qua consistebat ratio originalis iustitiæ, sicut enim ægritudo corporalis est quædam inordinata dispositio corporis secundum quam soluitur æqualitas in qua consistat ratio sanitatis, vnde peccatum originale dicitur languor naturæ. Diuum Thomam sequuntur illius discipuli

D. Thom.



M. Cumel. Caictanus. Lorca. Sotus. Richard. Tiletanus. Galat. 5. August. 19. 20. Vafq. Suar. Egyd.

discipuli Magister Cumel, disput. illa vnica. Caietanus 1. 2. q. 109. art. 1. Lorca, ad illam quæst. 82. disput. 46. §. sed dicendum est, Sotus 1. de Natura, & gratia, capite 13. & alij non pauci Iuniores. Ex antiquioribus illam docuerunt Richardus Tapper art. 2. in propositionibus de concupiscentia prope finem articuli, Tiletanus Apologia pro Concilio Tridentino in diffinitione sectionis quintæ, vbi illam rectè probat ex illo ad Galatas 5. *Caro concupiscit aduersum spiritum. Vbi per carnem, seu carnalem concupiscentiam fomitem, legem peccati; & langorem naturæ (Hæc enim idem significant apud Patres) intelligitur illa habitualis inclinatio inordinata, & tamen inter opera huius carnis statim referuntur non solum vitia delectabilia carnis, sed etiam mentis, & spiritus. Ad dicit enim Apostolus vers. 18. & 19. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, & immundicia, impudicitia, luxuria idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, rixa, discordia, ira, emulationes dissensiones sancta, inuidia, &c.* Apostolum sequitur Augustinus Pater, qui lib. 22. de Ciuitate capite 21. referens mala, quæ ex hac inordinata dispositione proueniunt affirmat ex radice erroris, & peruersi amoris venire, vt nemo nesciat amorem peruersum à voluntate prouenire.

Ratione probatur conclusio, desumpta ex Diuo Thoma, quæst. illa 82. art. 1. corpore: Harmonia illa, & conformitas, quæ reperiatur in statu innocentie inter vires inferiores, & superiores, inter Deum, & animam hominis non consistebat in vnica indiuisibili forma, quæ esset illius adæquata ratio, sed includebat gratiam sanctificantem, & habitus illos existentes in voluntate, & appetitu sensitiuo, & illa rectificantes, ergo fomes peccati, & concupiscentia non dicunt vnica solam formam, aut potentiam, sed omnes hominis potentias, quatenus veluti languida vitata, & vulnerata manserunt ex peccato primi parentis. Antecedens latè ostendimus vestigatione 2. disput. 8. de originali iustitia, & consequentia probatur, quia oppositorum eadem est ratio, cum ergo ex vi originalis iustitiæ illa esset harmonia, & concordia in hominis potentiarum omnium multitudine, necessario indispositio illarum, & discordia fuit effectus amissionis iustitiæ originalis, & consequenter originalis peccati, quod causa fuit amittendi originalem iustitiam, & ex his manet probata prima pars huius assertionis.

Secundam autem assertionis partem contra primam, secundam, & tertiam sententiam relatas præcedenti sectione tuentur auctores citati, & præter illos Gabriel Vafquez, 3. partem tomo 1. disput. 62. & tom. 2. disp. 118. Franciscus Suarez, tomo 1. in 3. partem disput. 34. sectione 2. Lusitanus tom. 3. de Beatitudine libro 4. quæst. 20. artic. 2. §. 3. & sequentibus. Et quidem illæ sententiæ antiquatæ iam sunt, & merito. Probatur ergo secunda conclusionis pars communi argumen-

ro, sed efficacissimo. Fomes peccati, & concupiscentia relicta sunt nobis ex Adæ peccato, vt asseritur in Concilio Tridentino Tridentin. sessione 5. Canone vltimo de peccato originali, sed ex originali peccato non potuit in nobis causari aliqua morbida qualitas, quacumque ratione illa explicetur; ergo fomes peccati non est aliqua qualitas nobis ex peccato originali superaddita. Consequentia est euidens, & minor probatur, quia fingi non potest à quonam efficienti ista qualitas proueniat, quæ cum realis, & physica sit, non potest non habere causam efficientem, imprimis enim per emanationem non posset produci, si enim hoc modo produceretur, extitisset etiam impuris naturalibus, si in illo statu homo produceretur; peccatum enim originale licet naturam vitiauerit, non tamen illius causalitatem immutauit; vnde si nunc hanc qualitatem morbidam produceret etiam posset producere in pura natura, nec enim potest dici ex peccato originali communicatam humanæ naturæ vim vllam ad hanc emanationem, & alias non videtur qua ratione hæc morbida qualitas communicari per generationem humanam possit, nisi dicamus in semine illam qualitatem præextitisse; quod quam sit falsum nemo non videat; & præterea à Deo non posset infundi, quia à Deo non potest creari qualitas ex propria natura semper incitans, & inclinans ad malum, quod argumentum etiam destruit sententiam asserentem hanc qualitatem non solum esse in anima tanquam in subiecto, sed etiam in corpore, & vnã ex altera oriri. Explicari enim non potest, quo genere causalitatis fiat ista productio, anima enim carni non potest communicare hanc qualitatem, quam in creatione non accepit à Deo, nec caro ipsi animæ, solum enim respectu illius exercet causalitatem materialem, & alias non est medium, seu ratio formalis illam causandi, si enim aliqua assignari posset, esset qualitas morbida existens in appetitu sensitiuo, aut carne humana, quod falsissimum est, qualitas enim corporea non potest esse ratio formalis principalis producendi in anima illum spirituale effectum. Alia motiua vide in nostris doctoribus, illud enim quod asserit Gregorius hanc qualitatem morbidam productam esse ex afflatu venenoso serpentis fictitium omnino est, sicut & illud alterum illam qualitatem causatam fuisse ex fructu arboris vetitæ, ille enim non fuit per se & ex natura sua malus, venenosus, aut primo homini exitialis, vt clarè docet Augustinus 13. de Ciuitate Dei cap. 20. consulendi Scholastici in materia de peccato originali.

Dico secundò fomes peccati formaliter non est inclinatio naturalis, & habitualis appetitus sensitiuus, provt absolute tendit ad bonum sensibile, ita sapientissimi Magistri Cumel, & Curiel, vbi supra, & Aegydius Lusitanus, dicta quæst. 20. art. 2. conclusione 4. Probatur primo, quia fomes peccati semper est ad malum incitans, & inclinans, at appetitus sensitiuus secundum se sumptus non semper inclin-

Tridentin. August. 21. M. Cumel. Curiel. Lusitan.

S. Thom. 22. S. Thom. Araujo. Nazarius. Lusitan. Cumel. Curiel. Caiet. Medina. Herueus. Paludanus. Durand. Scotus.

clinar ad malum, sed indifferens est ad sequendum bonum rationis secundum præscriptum illius, aut illud fugiendum, habet enim ex se hanc indifferenciam, licet illam non habeat ab bonum sensibile, quia determinatus est ad illud, vt ad proprium obiectum, qua ratione voluntas non est determinata ad malum, seu bonum rationis, sed est indifferens ad vtrumque. Secundò, quia si fomes peccati esset appetitus sensitiuus, provt tendit in bonum sensibile, non solum primi Parentes, sed etiam Christus Dominus, & Beatissima Virgo Maria habuissent fomitem peccati, quod tamen est falsum omnino. De primo parente constat ex materia de iustitia originali, de Christo Domino docet sanctus Thomas, 3. parte quæst. 15. art. 2. & de Beata Virgine quæst. 27. art. 3. Ratio est in promptu, quia in primis Parentibus, in Christo Domino, & sacra Deipara fuit appetitus sensitiuus, qui est potentia naturalis humanæ naturæ.

Dico tertio; fomes peccati in nobis est appetitus sensitiuus, vt dicit inclinationem habitualement ad bonum sensibile præter, aut contra rectam rationem existentem in nobis ex expoliatione iustitiæ originalis, & peccato primi parentis, hæc est expressa sancti Thomæ, 3. parte quæst. 15. artic. 1. in capite enim hæc scribit: *Ad rationem autem fomitis pertinet inclinatio sensualis appetitus in id quod est contra rationem: & ad 1. excludit (virtus) fomitem peccati, cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem: & ad secundum: Ex hoc autem non sequitur, quod in Christo fuerit fomes peccati, qui importat concupiscentiam delectabilium præter ordinem rationis.* Vnde illam necessario sequuntur discipuli Diui Thomæ, vt Araujo 3. parte quæst. 11. artic. 10. dub. 2. Nazarius 3. parte quæst. 27. artic. 3. controuersia vnica §. resolutio in tomo 2. & illam latè defendit Lusitanus, quæst. illa 20. artic. 2. §. 3. variis conclusionibus. Nec dissentiunt Magistri Cumel, disput. illa 1. & Curiel dubio 1. Affirmant enim rationem fomitis tribui appetitui sensitiuo, quia in prosecutione obtinet principem locum, quia obnubilat, & rapit ad sua obiecta rationem, propter quod communiter dici solet, quod ista inordinatio est appetitus sensitiuus priuatus iustitia originali, & quod est vis mouens, & inclinans ad sensibilia bona, quæ duo propriè videntur conuenire appetitui sensitiuo; tenent Thomistæ, Caietanus 3. parte q. 27. artic. 3. Vbi Medina, qui etiam quæst. 15. artic. 2. Herueus, 3. distinct. 3. quæst. 1. post quartam opinionem §. Ad euidenciam. Paludanus ibidem quæst. 2. in secunda conclusione, & ex aliis expressè Durandus, 3. distinct. 3. quæst. 3. num. 16. vbi scripsit; Fomes nihil aliud est, quam inclinatio habitualis appetitus sensitiuus in aliquod delectabile secundum sensum præter imperium rationis, & clarissimè Scotus 2. distinct. 32. quæst. vnica §. contra istam viam versiculo secundum dubium, vbi hæc inueniuntur: *Non enim caro per se rebellat voluntati, vt appetitus sen-*

sitiuum, quia secundum Philosophum 1. Politicorum, voluntas dominatur corpori principali Arist. d. spiritico, sed appetitui sensitiuo Politico: ergo fomes dei eret principaliter ponit in appetitu sensitiuo, vel si in corpore, non nisi in illo quod est organum appetitus sensitiuus.

Ex cuius doctrina quæ generaliter ab omnibus accipitur aduertendum est appetitum sensitiuum, vt in nobis reperitur propter coniunctionem cum anima rationali, & voluntate participare quamdam rationem voluntarij, & liberi, secundum quam sicut potest ferri in bonum sensibile iuxta imperium rationis, potest etiam à ratione recedere, & si non frænetur rapi in proprium obiectum naturale scilicet bonum sensibile impetu vehementissimo, vt ferocissimus equus si fræno non cohibeatur. Vnde fit in puris naturalibus etiam futuram pugnam, & rebellionem inter carnem, & spiritum, quia hæc naturalis est; licet provt nunc reperitur in nobis relicta sit tanquam pœna primi parentis peccati, destituti enim sumus iustitia originali, quæ ferociam appetitus frænebat. Vbi etiam aduerte rationem, & voluntatem humanam propter coniunctionem cum appetitu sensitiuo aliqualem inclinationem habere in bonum sensibile, quod est obiectum appetitus sensitiuus, hic enim trahit partem rationalem ad sensibilia eam auertendo à bono rationis, & virtutis in quod pars ipsa rationalis inclinatur, & propendit vt rationalis est, propter quam rationem dicunt Patres, & Concilia per peccatum totum hominem fuisse in deterius commutatam. Legendus Magister Cumel, illa disput. vnica §. verum pro explicatione pag. 565. columna 2. & quidem secundum hanc doctrinam, & illam quam attulimus numero præcedenti rectè dici posset adæquatam rationem fomitis esse appetitum sensitiuum, vt dicit inclinationem ad malum contra rationem, quia licet hæc aliquo modo reperiatur in potentiis rationalibus, vt bonum sensibile est bonum totius hominis hoc prouenit ex vi ipsius appetitus sensualis obnubilantis rationem, & inclinantis voluntatem ad suum obiectum, & ex coniunctione naturali partis superioris ad inferiorem. De quo lege Magistrum nostrum vbi supra §. Ad confirmationem pag. 364. & §. ex dictis colligitur pag. 565. columna 1. Dixi esse aliqualem inclinationem in parte rationali ad bonum sensibile quia reuera præcisè loquendo, nulla est inclinatio etiam secundaria, tota enim inclinatio partis rationalis est ad bonum rationis, sed dicitur veluti inclinari propensione sumpta latissimè, quia ad hoc sufficit quod voluntas possit ferri in bonum sensibile aut præter, aut contra rationem, quia ferri potest in quocumque bonum etiam sensibile, quod illi proponatur ab intellectu tanquam bonum totius hominis, & hoc bonum non est extra latitudinem sui obiecti specificantis.

Nunc probatur conclusio ratione, qua vtitur Lusitanus, quæst. illa 20. art. 2. §. 3. num. 36. Fomes peccati formaliter sumptus est quoddam vitium naturæ in nostro appetitu sensitiuo

23. Cumel. Camel. 24. Lusitan.

uo relictum ex peccato Adami quo habitualiter hic appetitus pronus est, & inclinatus ad bonum sensibile contra rationem, & vnico solum termino mutato efficacius ad hanc formam reducitur, fomes peccati formaliter sumptus est quoddam vitium naturæ in nostra carne relictum, quo caro prona est ad bonum sensibile præter, aut contra rationem, & rationi superiori aduersatur, & contra illam rebelat, sed appetitus sensituius humanus ex eo præcisè quod per Adami peccatum fuerit spoliatus iustitia originali mansit cum habituali pronitate, & inclinatione ad bonum præter & contra rationem; ergo pronitas, & inclinatio habitualis ad bonum sensibile præter aut contra imperium rationis formalissimè loquendo est fomes peccati. Consequutio est certa; & maior præterquam quod est Apostoli statim citandi, asseritur Rom. 7. *Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago*: ab omnibus admittitur tanquam indubitata; omnes enim fatentur hanc inordinationem potentiarum in nobis, & promptitudinem ad bonum sensibile contra, aut præter rationem reperiri præcipuè in nostra carne, & solum dissentiant in explicanda ratione propter quam caro ita prona, & veluti effrenata tendat ad bonum sensibile, hoc modo sumptum. Minor probatur ipsa experientia, tum suppositis regulis fidei, tum lumine ipso naturalis rationis dictante, quo medio illam cognouit Aristoteles 1. Politicorum c. 3. & alij Philosophi licet propter ignorantiam fidei radicem illius inclinationis non cognouerint, & traditur expressè ab Apostolo Romanorum 7. *Video aliam legem in membris meis repugnantem lege mentis meæ*: & ad Galatas 5. *Caro concupiscit aduersum spiritum, & spiritus aduersum carnem*. Quæ testimonia iam explicuimus.

25. Ex his infero inclinationem hanc ad bonum sensibile contra rationem, aut præter illam conuenire appetitui & carni si relinquuntur suæ naturæ, ac proinde esse defectum, & imperfectionem maximam, ea ratione qua licet liberum arbitrium in homine sit quid excellentissimum & humana perfectio participans diuinam libertatem, secundum quam discernitur à brutis, adhuc tamen dicit imperfectionem, & defectum, scilicet posse peccare, quod Deo nulla ratione conuenit; qui tamen defectus potest auferri manente intrinseca perfectione liberi arbitrii: Vnde defectus; & imperfectio appetitus auferri potest, aut legari saltem diuina virtute, quin destruat eius naturam. Quæ breuis doctrina maxima in hac difficultate est aduertenda & clarè cernitur in Beatorum statu in quo etiam

secundum Durandum fomes peccati extinguitur.

\* \*

### SECTIO III.

*Fomitem peccati etiam in via posse ligari & extinguere totaliter.*

26. **S**uppono ex fide Concilij Tridentini sess. 5. de peccato originali, & in illius decreto can. 5. in nobis dari fomitem peccati, ibi enim dicitur: *Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem hac sancta Synodus fatetur, & sensit*. Sed ea ratione, vt propter coniunctionem ad rationem habeat aliquam rationem voluntarij, & liberi, vt superiori & proxima sectione tetigimus, & ab illa ducatur sitque illi subiicibilis in actu primo non subiicibilitate, & seruitute despotica quali mancipia Dominis seruiunt, sed politica & ciuili qualis reperitur in ciuibus. Vnde fit appetitum, etsi naturaliter operetur cum agit obediendo rationi, posse optimè rebellare rationi, & illi actualiter non subiici, sed in suum ferri obiectum spreto imperio rationis. Ex quo facile soluitur difficultas sumpta ex D. Thoma, 1. 2. quæst. 82. art. 3. ad 1. & 3. partem quæst. 15. art. 2. ad 1. asserentis appetitum sensituium naturaliter esse subiectum rationi; & ab illa naturaliter agi, si enim hæc doctrina est vera, & quæ ab omnibus accipitur, manifestè sequitur non posse appetitum rebellare rationi, nec ab illa demoueri, vnde prorsus ligatus est, imò extinctus ex coniunctione ad rationem. Dicendum enim est non sine causa nos dixisse humanum appetitum esse subiectibilem rationi in actu primo, ex quo non statim sequitur actualiter in omnibus esse subiectum, & semper duci à ratione, sed solum propter coniunctionem ad partem rationalem posse illi subiici, & illi obedire, taliter tamen, vt relictus suæ naturæ ducatur illius possit repellere, & rationem deserere propter speciem illam libertatis, quam à ratione participat. Vnde nulla est illa difficultas ex communij doctrina, quæ intelligenda est de subiicibilitate in actu primo, non tamen in actu secundo.

27. Hinc ergo deducitur dubium an hæc inclinatio appetitus possit legari aut extinguere, ita vt vel motus deordinati ab illa prouenientes nunquam erumpant & oriantur, vel ita vt etiam cesset, & veluti desinat esse illa inclinatio ad bonum contrarium rationi, ita vt non solum non exeat in actum, sed neque possit exire. Quibus verbis breuissimè explicuimus quid sit fomitem ligari, quidue tolli, auferri, & extinguere, sed addendum est contra Paludanum 3. distinct. 3. quæst. 2. art. 3. conclusione 1. & 2. fomitem ligari etiam posse, ita vt non solum de facto non prorumpat in motum qui sit peccatum mortale, sed neque in motum qui sit veniale peccatum, licet enim primo illo modo posset legari; dubium esse non debet ligari etiam posse secundo modo; ita scilicet vt etiam non erumpat in veniale peccatum; vnde ad vtriusque motus potest etiam in via esse ligamen; extinguere

tingui autem, aut auferri dicitur fomes peccati, quando virtute causæ, aut extrinsecè, aut intrinsecè tollitur illud in quo formalissimè consistit ratio fomitis, non quia appetitus sensituius desinat esse, sed quia inclinatio illa in bonum contra rationem absolute non maneat, quoad formale, licet maneat quoad materiale, quod nihil est aliud quam perseverare sensituium appetitum præcisè secundum quod inclinatur ad bonum sensibile sumptum etiam præcisè. Exemplum commune est in equo ferocissimo, qui dum in sua perseverat ferocia indiget freno, ne se, & equitem præcipitem det, eum vero iam assuetudine proluxa fræno coercitus deposuit ferociam, & totaliter illam amisit; in principio enim ferociam habet, sed impeditam, & ligatam, ne in suas actiones, veluti rebellis equitanti prorumpat. Deinde vero extincta, nullo modo manet feritas illius etiam in actu primo, quod etiam quoniam ad ligamen, & in homine in neruo constituto, & in carne catenis ligato facile cernitur, vterque enim habet potentiam motiuam, sed impeditam.

28.

Et quidem fomitem posse ligari, ita vt in nullos actus inordinatos de facto prorumpat negauit nullus, præter vnum Paludanum, qui videtur significare non ligari quoad venialia peccata: extinguere vero non posse fomitem, ita vt secundum formalem rationem illius penitus destruat, affirmat Durandus, ita vt neque in Patria asserat posse deleri. Ita tener 3. dist. 3. quæst. 3. num. 6. 7. & 8. quin obstat quæ asserit num. 9. illamque sequuntur Henricus, Gregorius, & Gabriel, quos refert Lusitanus q. illa 20. art. 4. §. 2.

Durand.

29.

Dico tamen quarto in hac disputatione non repugnat fomitem peccati ita tolli, auferri, & extinguere, vt nullo modo permaneat, aut sit secundum rationem formalissimam fomitis, non solum in Patria, sed etiam in via. Hæc est contra Durandum, & alios, sed amplectuntur eam Diuus Thomas 3. p. q. 16. art. 2. c. vbi affirmat in Christo Domino non fuisse fomitem, & q. 27. art. 3. vbi docet in Virgine Beatissima sublatum fuisse post Christi Domini incarnationem. Sequuntur Caietanus, & ceteri Thomistæ, & ex alijs Suarius tomo. 1. ad 3. p. commentario ad articulum 2. q. 15. & 2. tomo ad articulum 3. §. 5. & 6. quæst. 27. disput. 4. sect. 5. Gabriel Vaquez supra citatus, Lorca 3. p. disp. Lusitanus illa q. 20. art. §. 3. à num. 12. Granaudo tomo 1. in tertiam p. controuersia 2. de incarnatione tract. 10. disput. 4. num. 5. Castillo ad 3. Scori disp. 18. quæst. 4. part. 1. à n. 4. Et communiter omnes doctores, qui docent fomitem extinctum in Beatissima Virgine, quos infra commodius afferemus, vt vero hanc asseritionem ostendamus aduertendum est primo ligamen, aut extinctionem fomitis tripliciter excogitari fieri posse, aut quia infunditur appetitui sensituius qualitas supernaturalis qualis infusa fuit appetitui primi partem in homine, vt sunt gratia habitualis, & virtutes in gradu Heroico, quomodo sentit Sanctus Thomas, non fuisse in Christo Domino fomitem, q. illa 15. art. 2. aut secundo per solam Dei prouidentiam extrinsecam, vel impediens occasiones,

D. Thom.

Paludan.

& obiecti præsentiam ad quam possit moueri appetitus sensituius, vel suspendentis influxum generalem necessarium, vt appetitus moueat, & inclinet rationem ad obiectum sensibile, & bonum rectæ rationi contrarium, aut tertio modo per causas, & intrinsecas, & extrinsecas, vt sunt gratia, & virtutes in gradu excellentissimo peculiaris Dei prouidentia, qui modus asseritur communiter à Theologis.

30. Quo supposito probatur conclusio auctoritate sanctorum Patrum qui affirmant in Christo Domino non fuisse peccatum naturæ, aut fomitem, quos asserit Suarez, & etiam Vaquez, & qui asserunt saltem post incarnationem illud vitium naturæ in Virgine fuisse extinctum, quos sect. sequenti referemus, & quidem posse illud auferri significat Paulus ad Romanos 7. c. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum, & clarius 1. Corinth. c. 12. Datus est mihi stimulus Satanæ qui me colaphizat, propter quod ter Dominum rogavi, vt discederet à me, & c. quod de fomite explicant Patres, & certe Paulus non peteret stimulum carnis ab eo tolli, & discedere si non intelligeret diuinus Theologus in via, sicut in Patria fomitem posse auferri, vt bene notauit Lusitanus, qui hanc asseritionem probat, ex eo quod fomes peccati fuit effectus originalis peccati, vt constat ex Tridentino sess. 5. in decreto originali Canone 5. asserente concupiscentiam ab Apostolo dici peccatum, quia ex peccato est, & ad peccatum inclinatur, igitur ex sua natura est separabilis ab appetitu sensituius: sed hæc ratio Durandum non conuinceret, facile enim responderet secundum suam sententiam in Adamo non fuisse fomitem extinctum, sed ligatum solum, & illum non esse essentialiter pendente ab originali peccato, & pœnam illius, cum enim homo in natura lapsa scilicet distinctuatur ab homine in puris naturalibus, vt homo nudus, & nudatus, vt dixit Caiet. & admittit etiam Agidius, homo in puris naturalibus pugnat pateretur inter carnem, & spiritum, quæ tamen pœna non esset ex originali peccato, sed defectus naturæ, propter coniunctionem corporis, & animæ, sed neque valet contra Durandum ratio desumpta ex statu Beatitudinis, vbi nullus est fomes neque in actu secundo, neque in actu primo, hoc enim vltimum negat Durandus.

Suar.

Romanor. 7.

31.

Secundò probat Lusitanus hanc conclusionem, quia fomes peccati nihil aliud est, quam appetitus inclinatus ad bonum sensibile contra rectam rationem sed potest appetitus ita disponi, habitualiter, & habituari, vt in nullo tendat obiectum sensibile nisi regulatus à recta ratione; ergo illa habitualis inclinatio ad delectabile præter rectam rationem separabilis est ab appetitu sensituius; Minorem probat quoniam appetitus sensituius potest ita disponi, vt in agendis omnibus, & per omnia, ita subalternetur parti rationali, vt non agat nisi motus, & directus ab ea, quod non difficile videtur, quia vt iam diximus appetitus habet coniunctionem cum ratione secundum quam in omnibus, & per omnia potest ab illa duci. Sed quid hæc ratio, quam demonstrationem

vocat *Ægidius num. 17.* non vrgeret nobile ingenium Durandi, & responderet negando minorem, & ad illius probationem diceret eandem esse difficultatem de illa, & de minori, quæ assumitur probanda, illa enim non est minoris ostensio, sed illius explicatio, & expositio, vt constat manifeste, id enim disputatur, an vlllo modo possit disponi appetitus, vs illa desinat esse formalissima inclinatio, & tandem diceret illa argumentatione solum probari actualiter ita subiecti appetitum ratione ex vi intrinsecæ, aut extrinsecæ causæ, vt nullum motum habeat inordinatum, non tamen probari ita posse disponi vt inclinatio, & defectus ad mouendum voluntatem penitus auferatur, ille enim contendit motum actualem recte posse auferri, hoc vel illo modo auferatur; negat vero etiam in Patria illam inclinationem posse tolli, aut extinguere, quia inclinatio naturalis est.

32. Aliter ergo probanda est nostra conclusio. Non implicat imperfectionem, & defectum existentem in aliqua potentia auferri Dei absolute potentia, sed fomes peccati est imperfectio, & defectus sequutus in humana natura ex coniunctio carnis cum anima, ergo non implicat, quod fomes peccati auferatur etiam in via. Consequentia est legitima, & minor constat ex sectione 1. paulo ante finem, vbi illam ostendimus ex communi scholasticorum stylo, Maiorem vero probo primo, quia potentia peccandi, vt talis est, dicit imperfectionem, & tamen Beati sunt impeccabiles ab intrinseco, ita vt stante visione nullum in illis possit esse peccatum. Secundò quia ostendimus inferius Beatissimam Virginem etiam in via non habuisse potentiam peccandi. Tertio quia corpora beatorum sunt ab intrinseco incorruptibilia, & immortalia propter donum impassibilitatis; cum tamen ex natura sua, & propter essentialium compositionem ex contrariis qualitatibus sint corruptioni obnoxia. Quarto quia nulla est efficax ratio quæ illam ostendat implicationem, non enim Deo deficere potest modus, quo fomitem extinguat, eum variis modis possit reddere creaturam impeccabilem à principio intrinseco, & quidem fomes non habet maiorem connexionem cum appetitu sensitivo, quam potentia peccandi cum creatura, quia hæc conuenit illi, quia ex nihilo facta est, quod nulla potentia ab illa potest auferri, aliàs esset, & non esset creatura. His adde vi vnionis hypostaticæ Christum Dominum esse impeccabilem, quod quamquam negent Durandus, Scotus, & alij paucissimi, catholici, & pie docent sanctus Thomas, & melioris notæ Doctores. Consule interpretes Angelici Doctoris 3. p. q. 15. art. 3. & scholasticos ad Magistrum 3. d. 12. Vbi videndi Bonaventura; Richardus Capreolus, Paludanus, & præterea Alensis 3. part. quæst. 12. membro 1. art. 1. Henricus quolibeto 6. q. 6. & alij quos refert cum Patribus multis Vasquez 1. tomo in 3. p. disput. illa 61. qui hanc controuersiam erudite tractat.

33. Sed contra communem scholasticorum sententiam obiicit Castillo disput. 18. de Incarnatione q. 1. nm. 17. & suo iudicio vrgen-

tissime; Quia si in Christo Domino ex vi vnionis hypostaticæ simpliciter esset impeccabilitas, sequeretur quod tolleretur eius libertas ad peccandum, & sequenter, ad meritum; probat sequelam præcipue contra Vasquium quia illius sententia, nihil referent scientia conditionata, prædeterminatio physica tollit libertatem, quia antecedit consensum liberi arbitrij, sed non minus antecedit quemcunque consensum Christi Domini vnio hypostatica, ergo etiam vnio hypostatica non potest non tollere libertatem: Sed argumentum nullius est momenti iam enim ostenderunt Theologi Christi Domini constare libertatem ad meritum, etiamsi physica prædeterminatio ponatur, & scientia media de medio tollatur, secundo non aduertit hic auctor, hoc telum contra se fortiter, & ad hominem posse torqueri; ille enim negare non potest Christum Dominum de facto esse impeccabilem ratione beatitudinis, quod ipso teste docuit Scotus 3. dist. 12. quæst. 1. ex quo sic argumentor: Christus ex vi visionis beatificæ est impeccabilis, ergo non est liber ad peccandum, & consequenter non habet libertatem ad meritum requisitam.

#### SECTIO IV.

*Ex vi dignitatis Maternalis nulla ratione in sacra Deipara fuit fomes peccati.*

34. **H**is ita breuiter præmissis controuersia est, an in sacra Deipara fuerit fomes peccati non solum quoad actum secundum, sed etiam quantum ad actum primum, & quando fuit ligatus vel extinctus, constat enim ex dictis fomitem, & ligari posse, & totaliter extinguere, in qua difficultate variæ sunt Doctorum sententiæ, quas refert *Ægidius*, lib. 4. de conceptione q. 2. art. 6. à num. 10. quæ apud illum videri possunt, sicut & alia dubia quæ occurrere possunt in hac difficultate.

35. Dico quintò in Beatissima Deipara vi physica dignitatis Maternalis, & supernaturalis virtutis, qua genuit Christum assertorem nostrum, quamque habuit à primo suæ conceptionis instanti, vel ante fuit in carne eius mundissima; nulla ratione fuit fomes peccati qui posset ligari aut extinguere Hanc assertionem quoad primam partem necessario probabunt, qui existimant in Virgine fuisse sanctitatem corpoream, & hanc esse supernaturalem illam virtutem, quos retulimus vestigatione 2. disput. 3. & 4. & quoad secundam est contra illos, qui asserunt, vel aliquando fomitem solum in Virgine ante vel post contractum originale peccatum, vel semper fuisse sopitum, non vero extinctum totaliter, nisi in Incarnatione filij, quos asserit Lusitanus illa q. 2. art. 8. §. 1. sed amplectuntur eam Alexander Alensis, Argentina, Maior, Franciscus de Christo, Marsilius, Catharinus, Canisius, Corduba, Morales, Ouandus, Pirigianis, quos refert, & sequitur Lusitanus art. 8. §. 2. & 3. & præter illos Suarez tomo 2. in 3. disput. 4. sect. 5. Vasquez 2. tomo

tomo in 3. part. disput. 118. cap. 4. & est iam communis inter recentiores sententia. Dixi autem in assertionem nullum esse fomitem, qui ligari, aut extinguere posset, quia illud quod non est, nec ligari potest, neque extinguere, illud enim quod ardebat extinguitur, quod vero non arsit extingui non potest, vnde qui existimant fomitem extinctum in Virgine in Incarnatione filij, rectè vtuntur extinctionis nomine, & qui existimant aliquando fomitem esse solutum, non extra rem vsurpant vocem ligaminis, at qui affirmant in Virgine semper fomitem extinctum aptius loquerentur si dicerent nulla ratione fomitem fuisse in Virgine qui ligari potuerit, aut extinguere. Nam vt bene notauit Nazarius tomo 1. de Incarnatione q. 15. art. 2. in expositione textus: illud quod extinguitur saltem prius natura videtur existere, quam extinguatur.

Nazarius.

36. Hanc quidem vltimam partem (de prima enim statim dicemus) docent necessario omnes Patres, qui affirmant Beatissimam Virginem in corpore, & carne fuisse immaculatam, mundissimam, & sanctissimam, quos longo agmine duxit Iacobus Apostolus per omnia sæcula Ecclesiæ à primo sæculo vsque ad hoc decimum septimum, pro vt accuratè tradidimus vestigatione 2. disp. 3. sect. 3. & 4. & latissimè 5. Ex quibus qua Græci, qua Latini plures se ligi possunt ad hanc virtutem confirmandam, cum enim fomes peccati, vt dicit personale vitium immunditia sit, quia ad peccatum, & immunditiam inclinatur, & mouet non potuit esse in carne immaculata, & mundissima. Sed recentiores singulariter referunt Bernardinum Senensem 3. part. sermonis de Beata Maria asserentem: *Sanctificationem in vtero, remanisse à Virgine culpam originalem, & pronitatem ad peccandum*, quæ nihil est aliud, quam fomes peccati, & Bernardum Epistola 174. qui ait: *In Beatam Virginem descendisse benedictionem ita copiosam, vt non solum sanctificaret ortum, sed etiam vitam ab omni peccato, deinceps custodierit immunem*. Et merito addunt hoc non repugnare auctoritati sacre Scripturæ, & Ecclesiæ, & addere potuissent vt aliqui insinuarunt hoc priuilegium, quod diuersis motiuis in Christo Domino reperitur, hancque gratiam excellentissimam conformem esse scripturæ auctoritati, & Ecclesiæ; Scripturæ, quia in ea dicitur Luca 1. ab Angelo Maria sanctissima gratia plena; plenitudo autem hæc perit nullum esse in Virgine fomitem; & præterea Cantico 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*. Quo testimonio vtitur D. Thomas, ad probandum fomitem extinctum in Virgine 3. part. quæst. 27. art. 3. in argumento sed contra, Ecclesiæ, quia in oratione quam sapius allegauimus dicitur: *Onnipotens sempiternus Deus, qui gloriosa Virginis Maria corpus, & animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur spiritu sancto cooperante præparasti*: non autem corpus esset sufficienter præparatum si maculam fomitis, etiamsi solum esset in actu primo haberet.

Senensis.

Bern.

Luc. 1.

Cant. 4.

D. Thom.

37.

Vnde argumentor primo ratione ad hanc partem probandam, Omnia, quæ pertinent ad dignitatem sacre Deiparæ, & illi non repu-

gnant, neque Ecclesiæ scripturæ, vel SS. PP. auctoritati contradicunt concedenda sunt Dei genitrici, sed nulli ratione habere fomitem peccati pertinet ad dignitatem Deiparæ, & illi non repugnat, & nullo modo contradicit auctoritati Scripturæ, Ecclesiæ, aut SS. PP. ergo in sacra Deipara nulla ratione fuit fomes peccati. Maior est communis omnium sententia, & minor satis patet, nihil enim assertur à doctoribus contrariæ sententiæ, ex Scriptura, Patribus, aut Ecclesiæ auctoritate, quod aliquo modo nostram lædat resolutionem, & consequentia probatur, tum ex illa regula Augustini lib. 3. de libero arbitrio cap. 3. *Quidquid tibi vera ratione occurrerit melius, id scias fecisse Deum*. Tum ex ratione qua vtitur lib. de Assumptione, & nos non semel vsurpauimus ad probandum Deum Virginem sanctissimam à corruptione corporis præseruasse. *Quia si illud potuit Deus à tali corruptione præseruari, & deuit vt illud præseruaret, ergo illud præseruauit, aut ostendatur ratio, quare non deuit*. Quæ ratio huic instituto applicata necessario concludit. Nullam vero esse rationem propter quam hæc perfectio deneganda sit Virgini constabit ex solutionibus argumentorum.

August.

38.

Secundò probatur, si vlla ratione in sacra Deipara esset fomes peccati, sequeretur illam aliquando non fuisse dignam, quæ Christum Dominum conciperet, consequens est falsum, ergo & illud ex quo sequitur, falsitas consequentis constat ex sensu communi sanctorum Patrum, qui propter dignitatem Matris à sanctissima Maria repellunt & originale peccatum, & necessitatem illud contrahendi, quia vtrumque suo modo est immunditia, vnde illud vulgare Chrysologi: *Quando non Maria Mater. Sequela autem probatur; quia quæcunque immunditia, vel inclinatio naturalis ad illam dedecet dignitatem Matris, quæ mundissima, & piissima debet esse, quantum patitur humana natura, & quidem ratio illa, qua vtitur D. Thomas, 3. part. quæst. 27. art. 3. cap. ad finem non videtur concludere contra nostram assertionem, sed illam proculdubio confirmat, ait enim postmodum in ipsa Conceptione Christi, in qua primum debuit refulgere peccati immunitas credendum esse quod ex prole redundauerat in Matrem totaliter fomite subtracto; & hoc figuratum fuisse Ezech. 14. vbi dicitur: *Ecce gloria Dei Israël ingreditur per viam Orientalem, id est, per Beatam Virginem, & terra, id est, caro ipsius splendebat à maiestate eius (scilicet Christi) optimè enim saluari potest auctoritas Ezechielis, si nullus à conceptione sit fomes in sacra Deipara, semper enim Orientalis porta splendebat à maiestate Christi, & à sanguine eius, & gloria Israël, scilicet verbum ingreditur in mundum per Mariam sanctissimam, quia à Conceptione data est illi summa munditia, quia Christum erat generatura. Neque inconueniens est, quod immunitas à peccato ante Christi Conceptionem refulgeret in Virgine, quia verè illa immunitas refulgebat in carne Christi, id est in illa carne, quam Christus sumpsit, & secundum quam in Christo fuit vnita humana natura diuinitati, quod prima vestigatione amplius**

D. Thom.

Ezech. 14.

plius explicuimus, & si res rectè consideretur nullum præiudicium infertur soli; si ante illius ortum luce ab ipso deo ascendens, & confurgens illustretur, & purpurea aurora, potius enim deducitur præstantia lucis solaris, quæ tanta est, vt antequam radios in ortu remittat rutilantem reddit auroram, & certè si ratio illa efficaciter rem concluderet, ostenderet etiam apparenter, neque Virginem sanctificandam in vtero, neque homines habuisse gratiam nisi post Christi Conceptionem, aut mortem, quia decebat sanctificationem, & gratiam non resplendere prius in alijs quam in Christo Domino, & natura à Verbo diuino assumpta, quod affirmabit nullus, vnde si qua ratio ostendit fomitem ab Incarnatione extinctam in Virgine Beatissima, eadem probat docuisse, vt nullum fomitem pateretur, quod iam alij merito notarunt.

39. Et meo iudicio si fomes extinguendus esset in sacra Deipara in Incarnatione, rationabilius assereretur id contigisse immediatè ante Conceptionem Christi Domini, non verò post Incarnationem, perfectiones enim similes, quæ puritatem inducunt non videntur necessariæ (si alias data non sint) post Incarnationem Verbi, sed ad generationem illius non solum quia indignum esset Christum sumere carnem re ipsa peccato, aut illius immunditia infectam, sed quia decebat ad ipsam generationem Christi Domini, atque adeo ante illam Matrem Domini esse purissimum, alias eadem ratione dici potuisset Mariam sanctissimam, neque sanctam natam esse, neque à peccato mundatam ante Incarnationem, sed post ipsam fuisse mundatam, quia ex sanctitate prolis sanctitas redundaret in Matrem, quæ illam mundificaret, & tamen nullus id asseruit, cuius ratio nulla alia esse potest, quam munditiam perfectissimam procedere debere in Matre, non autem solum subsequi Christi Domini generationem, & vt moneamus Thomistas, dubitari non potest fomitem in actu primo esse conuentionem lucis ad tenebras, & conuentionem Dei ad Belial, vnde fieret aliquid non lucidum inuentum in Maria sanctissima in ipsa Incarnatione, quod merito negauit Bernardus, qui sermone super signum magnum ait: *Nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum, sed neque tepidum quidem aliquid, aut non feruentissimum liceat suspicari.* Quis vero negat fomitem peccati esse quid tenebrosum, esse quid minus lucidum, & quod bello suo, intemperiem, imo ardentissimam pugnam causet in anima, ex quo proveniret, quod occasio bellorum & pugna in sacra Deipara relinqueretur contra illud Psalm. 45. *Auferens bella usque ad finem terra.* Quod Richard. de S. Victore, lib. 2. de Emmanuel c. 28. accommodat Virgini sanctissimæ.

40. Dices hanc pugnam necessariam fuisse V. S. ad crescendo in gratia, & ideo quando alia causæ deficerent, propter hanc solum fomitem constituendum in Virgine. Sed contra est quia si hæc ratio aliquid valeret probaret etiam fomitem in Virgine fuisse solum quia pugna actualis non est, nisi motus exurgant inordinati, quod nullus asseret impunè. Virgo igitur san-

ctissima hoc immundo, & maculato principio non indiguit, vt in gratia magnos progressus faceret, quæ ex multis alijs motiuis potuit in gratia proficere, & de facto profecit ipsa enim calor Regina, neque in sua Conceptione fuit incipiens, sed semper fuit in perfectissimo statu.

Tertiò, probatur eadem vltima pars conclusionis, quia fomes in actu primo nunquam reducendus erat ad actum, & alias imperfectionem dicit propter inclinationem ad malum; ergo nulla ratione fuit fomes in Beatissima Virgine. Consequentia est clara, frustra enim est potentia, quæ ad actum nunquam est reducenda, & si essentialis non sit sine dubio est superflua & superuacanea, & antecedens constat, quia de facto Beatissima Virgo nullum habuit motum inordinatum, Deus enim id decreuerat, ne bellum esset inter portionem superiorem, & inferiorem; si igitur Deus potuit Virginem præseruare à fomite, vt à peccato originali præseruauit, de facto videtur statuisse, ne vlla ratione fomes inexistere sacra Deiparæ. Placuit hæc ratio Suario, Pitigianis, & Lusitano, art. 8. §. 2. n. 20.

Respondet autem Ægydius §. 5. num. 34. Negandam esse consequentiam, quia Deo non defuerunt rationes propter quas cum ligatus fuerit fomes in iustis ne exeat in actum secundum, remaneat tamen quoad actum primum, & in Beata Virgine sufficere illam, quam protulit Doctor Angelicus, scilicet quod sicut non decuit donum immortalitatis, & glorificationis esse prius in aliquo hominum, quam esset in Christo, sic etiam non decuit immunitatem hanc prius resplendere in sacra Deipara, quam resplenderet in Christo. Sed contra quia etsi in alijs iustis non desint Deo rationes propter quas in illis remaneat fomes in actu primo, in illis enim non requiritur ex dignitate summa immunditia; at in Beatissima Virgine summa mundities requiritur, nec vlla efficax potest ratio adduci propter quam profanaretur praua illa inclinatio, & pronitate sanctuarium Dei: ratio enim illa desumpta ex immortalitate firma non est, sed est quedam congruentia; quæ facillè soluitur si dicamus immortalitatem, & glorificationem esse præmium mortis Christi Domini, non solum respectu nostri, sed etiam respectu ipsius Dei hominis, qui sibi, & nobis meruit immortalitatem, & gloriam corporis, & nulla ratione decebat hominem aliquem prius quam Christum illud assequi præmium, cum Christus deberet clausas antea portas cæli referare, vt cælum ingrederentur electi, quod in immunitate à peccato non reperitur, Beatissima enim Virgo ante Christi Conceptionem perfectissimam habuit immunitatem ab omni peccato, vt de originali iam vidimus, & de actualibus dicemus.

41. Quartò, vt alias omitam rationes probatur conclusio à Francisco de Pitigianis 3. dist. 3. art. 12. quoniam Beatissima Virgo fuit præseruata à peccato originali, & non ab illo mundata, ergo etiam præseruata est à fomite peccati. Consequentiam probat, quoniam vt constat ex Concilio Tridentino sess. 5. in decreto de peccato originali Canone 5. Fomes fuit in nobis

41.

Suar.  
Pitigian.  
Lusitan.

42.

nobis relictus ex peccato primi parentis, & fuit poena illius; cum igitur in Beatissima Virgine non fuerit peccatum originale, nec aliquis actus inordinatus, neque fomes qui est illius causa potuit reperiri. Sed Lusitanus, respondet hanc rationem esse futilem satis, quia causa fomitis non fuit ipsum peccatum originale contractum, sed peccatum Adami, & licet Virgo sanctissima præseruata fuerit ab originali peccato, peccauit in Adam, atque adeo esse causam fomitis. Verum hæc responsio nulla est, confutari enim facile potest, ex eo quod Virgo Beatissima non peccauit in Adam ac proinde neque illam causam extrinsecam fomitis habuit; sed etsi hoc modo non diluatur discursus factus facillimo negotio euanescent, & consequentia est neganda, quia mors & passibilitas, lassitudo, & labor sunt re ipsa effectus originalis peccati, & tamen ab illis non fuit præseruata Virgo purissima, propter motiua, quæ aliquando tetiginus & tradunt Patres, & Doctores. Adde has incommoditates, quæ modo infliguntur vt poenæ nasci non solum à peccato originali, sed etiam ab ipsa hominis complexione suæ naturæ relicta, vnde essent in puris naturalibus, potuit igitur Deus, etsi nulla alia essent motiua præseruare Virginem à peccato originali, & illas relinquere in Virgine fortissima, etsi delicatissima.

Lusitan.

## SECTIO V.

*Alter pars nostra sententia probatur.*

44. Veniamus ad primam assertionis partem, in qua asserimus ratione Maternalis dignitatis, & supernaturalis illius virtutis, quæ in sacra Deipara fuit ratio formalis generationis Christi Domini; ex illa enim valide probanda est secunda pars assertionis, tanquam ex dignitate, & principio vniuersalissimo in rebus, quæ spectant ad sacram Deiparam. Pro cuius explicatione necessarium est aduertendum, qualitatem illam supernaturalem non sumi hic nudè & præcisè secundum se cum de fomite auellendo à sacra Deipara disputatur; sed sumendam, vt dicit etiam alteram qualitatem pertinentem ad iustitiam originalem residentem in voluntate, secundum quam ratio superior in Adamo coercerat vires inferiores, & illa Deo subiiciebatur, quæ tam necessaria est ad excludendum fomitem, vt etiam inuenta fuerit in Christo Domino, sicut & necessaria fuit qualitas supernaturalis existens in appetitu sensitivo Christi Domini, à qua proveniebat, vt appetitus nihil posset amare, aut odisse ante consensum rationis, vt doctè obseruauit Magister Granado, controuersia 1. de Incarnatione tract. 10. disput. 4. numero 5. ad finem. Præterea asserit Maternitas iuxta suam naturam habitualement gratiam, charitatem, & cæteras supernaturales virtutes in gradu heroico, imo & virtutes morales residentes in appetitu sensitivo per accidens infusas, & singularem Dei prouidentiam, & assistentiam, qua tollerentur occasiones, & conferrentur auxilia necessaria ad omnes actus eli-

Granado.

ciendos in quacumque virtutis materia, rectè enim asserunt Suarez, Vasquez, Lorca, & Ægydius, intrinsecas solas virtutes etiam in gradu hæroico sufficientes non esse ad remouendum fomitem.

45. Ex his igitur sic argumentor. Virtus illa supernaturalis qua in actu primo constituta est Mater Dei Virgo purissima, & in illius residet corpore vbi est appetitus sensitivus præsertim vt asserit alteram qualitatem residentem in voluntate est perfectior sanctitas quam gratia habitualis, & perfectissima, etiam pars originalis iustitiæ, ergo ex vi illius in Virgine sanctissima nulla ratione est fomes peccati secundum illius formalissimam rationem. Antecedens quoad primam partem ostensum est latè vestigatione 2. disputatione 3. & 4. & quoad secundam monstratum disputatione 8. sectione 2. illius vestigationis, & in præcedenti disputatione vbi ostendimus in Maria sanctissima fuisse originalem iustitiam quoad præstantissimos habitus illius, & consequentia probatur, quia cum perfectissima sanctitate non est compossibilis immunditia, ipsa enim est mundities purissima ab omni integra, & libera labe, fomes vero peccati immunditia, & impuritas est, vt qui à peccato & immunditia procedat, & ad peccatum, & immunditiam inclinatur, propter quod rectè ab Apostolo appellatur peccatum. Cum igitur munditia, & immunditia sint impossibilia entia inter se, vbi perfectissima munditia est, immunditia esse non potest, ac proinde in appetitu sensitivo Virginis non potest dari fomes peccati. Propter quod dixit Patriarcha Sophronius in Epistola quæ legitur in Concilio 6. Ephesino act. 11. Mariam liberatam fuisse ab omni contagio, seu (vt alij legunt) ab omni labe corporis, lege Granadum, controuersia 2. de gestis mirabilibus Christi Domini, qui est tractatus de Conceptione tract. 1. disputatione 3. sectione 1. à numero 41. & quæ diximus disputantes de sanctitate corpora vestigatione 2.

46. Confirmatur, quia vi sanctitatis Maternalis plenissimè appetitus sensitivus erat subiectus rationi, ita vt neque illam præuerrere, neque ab illa possit discedere: ergo vi illius non fuit in Virgine fomes peccati quoad suam formalem rationem. Consequentia est clara, quia ratio formalis fomitis consistit in inclinatione illa secundum quam appetitus, & rationem potest præuerrere, & ferri quasi liberè in obiectum sensibile contrarium rationi, antecedens vero probatur, quia Maternitas suo iure petit gratiam, & virtutes in gradu excellentissimo, & heroico, diuinam assistentiam peculiarem, & prouidam quæ omnia absorbere possunt, & de facto absorbent inclinationem illam appetitus inordinatam; est enim illa qualitas, vt explicuimus virtus eminentissima, & eminentissima sanctitas inter illas, quæ conuenire possunt puræ creaturæ, & ideo hunc effectum possibilem potest causare, quem cum hac perfectione causare non potuit iustitia originalis in Adamo existens, licet enim ex vi illius subiectus esset appetitus rationi, adhuc non erat sanctitas

S phron.

Granado.

46.

sanctitas nec participatio naturæ diuinæ, vt est virtus supernaturalis quæ residet in sacra Deipara; vnde nec petebat singularem prouidentiam in ratione puritatis quam petit dignitas sacra Deipara.

47.

Paludanus.  
Palacios.

Ex his infero primo fomitem in Beatissima Virgine post primam sanctificationem non esse solutum, quod affirmarunt Paludanus 3. d. 3. quæst. 2. art. 3. conclusionem 1. & 2. Palacios disp... Et tenuere nonnulli antiquiores vt refert Magister 3. distinct. 3. quibus ipse videtur annuere. Ratio est in promptu quia vt constat in Beatissima Virgine nulla ratio fuit fomis peccati, non ergo aliqua ratione mansit solutus. Et præterea sententia ista est expressè contra communem sanctorum Patrum sententiam; sanctus enim Cyprian. sermone de Christi Natiuitate scribit: *Legem carnis Virginem non infestasse, nullamque rebellionem affixisse spiritus quietem.* Damascenus referente Canisio, libro 4. de Deipara cap. 15. docet: *Beatam Virginem in nullis versatam fuisse perturbationibus.* Epiphanius (eodem asserente) Virginem fœdis affectibus nunquam fuisse obnoxiam, quæ verba etiam ostendunt in sacra Deipara nullo modo fuisse peccati fomitem, nam si fuisset etiam ligatus adhuc posset rebellare etiam si de facto non rebellaret. Adde Hesychiuum, & Simonem Metaphrastem, quos laudat Lusitanus, quibus merito annumeratur Bernardus cuius verba attulimus supra. Nullus vero ita clarè loquutus & quidem non semel, vt Richardus Victorinus, qui lib. 2. de Emmanuele cap. 29. docet: *Omniem pugnam à Beata Virgine fuisse sublatam, & cap. 31. ceteros omnes iustos à vitis quidem impugnari, non autem expugnari, Virginem autem, neque in modico impugnari potuisse, & in Cantic. part. 2. c. 26. affirmat: Beatam Virginem Principibus tenerarum adeo fuisse terribilem, vt ad eam accedere, tentareque, non presumpserint.* Ex quibus verbis facile colligitur nullo modo Virginem sanctissimam fuisse tentatam.

Cyprian.

Damascen.  
Canis.

Epiphanius.

Hesychius.  
Metaphrast.

Bernardus.

Rich. Vict.

48.

His adde ex hac sententia sequi euidenter in Beatissima Virgine fuisse hanc immunditiam & impuritatem vsque ad filij Conceptionem, nam vt aliqui ex relatis auctoribus docent vsque ad illud tempus fuit fomis solutus, cum quo difficillimo negotio componi potest doctrina Ecclesiæ, qui liberat Virginem à peccato veniali, cum difficillimum sit fomitem solutum non aliquando in tam longo tempore ad malum inclinasse voluntatem Virginis sanctissimæ, quanto dignius, & gloriosius de sacra Deipara Philosophantur, qui etsi concedant fomitem in illa, illum ligant, & frangant, ne in motum inordinatum infallibiliter vnamquam prorumperet.

49.

Infero secundo, neque in Virgine fuisse fomitem, quantum attinet ad difficultatem ad bonum, quod dixerim contra aliquos, qui asseruerunt fomitem in Virgine ligatum esse quantum attinet ad inclinationem ad bonum sensibile contra rationem, solutum autem vt spectat ad difficultatem in bono, vtrumque enim reperitur in appetitu, & hoc vltimum in quantum propter difficultatem & laborem qui reperitur in boni honesti prosecutione. Ratio

est duplex, prima de ductæ nostris principiis, originalis enim iustitia vt est in Virgine sanctissima dicit illam qualitatem existentem in voluntate, ratione cuius subiicit, & ducit appetitum, vt sine difficultate subdatur rationi; & gaudio, & alacritate feratur in bonum rationis, & in appetitu alteram qualitatem, quæ tanta afficiat inclinationem ad bonum rationis quanta inclinaretur in bonum sensibile, vt dicitur, 8. vestigationis 2. latè deduximus ex Scoti doctrina, quia status iustitiæ originalis est tranquillitatis, & non pugnae, non igitur in Virgine sanctissima fuit renitentia appetitus ad bonum rationis; hæc enim renitentia, & retardatio de facto impuritas est, & effectus peccati originalis. Secunda quia vt ex Caietano id accurè obseruante 3. part. quæst. 27. art. 3. Nonnulli aduertunt difficultatem, quam patitur appetitus sensitiuus in ordine ad bonum rationis nascitur ex innata inclinatione ad bonum sensibile, cum enim ad illud sit pronus, & in illius possessione tantam habeat delectationem; fieri non potest, quod difficultatem in prosecutione boni honesti non sentiat, vnde fuga difficultatis in bono honesto ab inclinatione in malum contra rationem oritur, & ex difficultate circa bonum honestum deducitur protinus in malum, vnde altera illarum necessario alteram infert, & consequenter vna sine alia esse non potest, quod nullus præter Caietanum notauit, vbi supra §. ad secundum dubium in Virgine etiam sanctissima nullam esse difficultatem ex vi appetitus sensitiui ostendunt perpetuus amor, quo indefinenter ferebatur in Deum semper sibi præsentem per fidem, & aliquando (raptim licet) per visionem beatificam vigiliam rationis continuam, heroicas virtutes, & exercitium earum. Mater enim sanctissima, quæ tam ardentè, & tam continuè Deum amabat, & semper à Conceptione, vt dicebat Laurentius Iustinianus, in benedictionibus præueniebatur dulcedinis, quam amaritudinem, quamue resistantiam, aut difficultatem pati potuisset in exercitio, & Materia virtutum; cum videamus viros perfectos etiam in gratia non sint confirmati, dulciter, alacriter, & sine vlla difficultate licet non per multum temporis materias exercuisse virtutum. O felix Mater, quæ in somno etiam continuabat actus ardentissimos charitatis, & amoris diuini.

## SECTIO VI.

*Difficultates in nostram sententiam solute.*

IN hanc tamen sententiam, sunt difficultates, quarum aliquas inter illam proponendam tetigimus, & enerauimus, illa inter omnes obscurior, qua Durandus vtitur, & conuincitur ad defendendum fomitem non posse non inesse humanæ naturæ, & nulla virtute posse extinguere, enim distinct. 3. quæst. 3. num. 6. §. Qualiter autem fomes sic argumentatur. Inclinatione rei in aliquod obiectum, etsi impediri possit, ne exeat in prosecutionem illius obiecti, non tamè potest absolutè auferri, sed appetitui sensitiuo

sensitiuo est naturalis inclinatio ad bonum sensibile præter aut contra rationem, ergo ratiocinari possit impediri, & ligari, non tamen non potest non inesse appetitui, ac proinde in Virgine sanctissima saltem hoc modo fuit fomis peccati. Consequenter quoad vtramque partem videtur necessaria. Et minor probatur, quia illa inclinatio veluti fluit à principiis naturæ, vnde etiam conueniret appetitui in statu puræ naturæ: Maior autem quoad secundam partem ostenditur, quia inclinatio potentia ad suum obiectum est ipsa entitas potentia, & realiter identificatur cum illa; ita vt inclinatio non possit extinguere perseverante potentia, ex quo fit fomitem non posse separari ab appetitu sensitiuo, ipso permanente.

51.  
Lusitanus.

Ad hanc difficultatem nullus copiosius respondet quam Lusitanus, qui art. 4. §. 4. n. 20. duplicem distinguit in appetitu inclinationem. Primam ad bonum sensibile præcisè vt abstrahit à bono contra rationem, & à bono quod est rationi consonum, & hanc affirmat esse radicalem, & indifferentiam. Secundam, iuxta quam propendit determinatè in bonum sensibile præter, aut contra rationem determinatè, & in particulari, & hanc asserit esse proximam, & immediatam & inter vtramque illud affirmat esse discrimen, quod prima nullo potest extinguere, aut separari ab appetitu, quia est ipsa eius essentia, & ad illam non consequitur. Secunda vero optime potest separari, quia consequitur ad suam essentiam, & conuenit illi non per se, sed vt suæ naturæ relinquitur. Exemplum est in quantitate, quæ habet capacitatem, & aptitudinem ad existendum in loco, & habet etiam existentiam localem, & hæc consequitur illam relictam suæ naturæ & veluti secundum quid; Prima vero simpliciter conuenit illi, & secundum se, vnde infertur hanc nullo modo separari posse à quantitate, bene autem secundam, quo posito responderet ad argumentum Durandi distinguendo minorem, est naturalis inclinatio in appetitu sensitiuo indifferens, & radicalis concedit minorem, proxima, & immediata determinatur ad bonum sensibile contra rationem negat minorem, quia hæc inclinatio consequitur ad ipsam essentiam appetitus, & ideo potest tolli.

52.

Verum hæc solutio non videtur sufficiens, arguet enim Durandus, hanc inclinationem naturalem esse, sicut & radicalem, nihil enim naturalius est rei quam illud quod conuenit illi si suæ relinquitur naturæ, maximè si non sit effectus ab ea sequutus, sed inclinatio ad suum effectum, vel actum, at inclinatio illa determinata non se habet per modum actus, sed per modum potentia, vnde consequitur posse separari, sicut separatum extensio actualis à quantitate, quia hæc non habet in quantitate rationem potentia indifferentis, sed habet rationem effectus, & ideo separabilis est, quia effectus secundarius illius, quod si inclinatio, & potentia esset, separari à quantitate non posset, vnde exemplum tantum abest vt adiuuet solutionem, quod potius illam infirmat, & facile possit retorqueri contra respondentem, & vltimus sequitur ex ea posse etiam separari ab appetitu inclinationem ad bonum sensibile quod

est conforme rationi, quia hæc etiam est determinatio secunda sicut inclinatio illa proxima, & immediata, & quidem licet posset tolli inclinatio actualis, id est motus in bonum secundum rationem, hoc est impediri, & ligari, non videretur explicari posse, quomodo illa inclinatio in actu primo possit extinguere.

Hac ergo solutione omissa ad argumentum Durandi distinguo maiorem quoad secundam partem: non potest impediri, & extinguere si in se dicat perfectionem essentialem potentia in qua reperitur, concedo maiorem, si sit imperfectio illius potentia, & defectus illius negotio maiorem, & ad probationem dico, inclinationem quæ ad bonum contra rationem reperitur in appetitu sensitiuo esse imperfectionem, & esse defectum, ac proinde optime posse extinguere appetitu perseverante, & est manifesta instantia in potentia peccandi, quæ non distinguitur à libero arbitrio creato, sed est ipsa voluntas, & tamen non repugnat auferri à voluntate ipsa perseverante vt manifestum est in beatis, & in Christo Domino, in quibus etiam liberum arbitrium reperitur, & tamen non inuenitur potentia peccandi, quod etiam de Beatissima Virgine est asserendum, cuius ratio nulla alia assignatur à Doctoribus, nisi quod peccandi potentia non est essentialis perfectio liberi arbitrij, & voluntatis creatæ, sed imperfectio, & defectus, & flexibilitas à regula rationis, quæ quia imperfectio est bene potest separari ab ipsa voluntate, vt priuatio, quæ consequitur ad aliquam naturam potest per formam oppositam illi de sinere esse, etiam si perseveret res in qua est illa priuatio.

Secundò, illud occurrit difficile in hanc sententiam, quia ex illa sequi videtur inclinationem ad bonum rationis, quæ in nostra voluntate reperitur posse totaliter ab ipsa separari, quod merito negat Diuus Thomas, 1. 2. q. 85. artic. 2. edoctus ab Augustino in Enchiridio cap. 12. & in libro de spiritu, & littera ad Marcellinum cap. 18. quem omnes recipiunt. Vnde neque in damnatis hæc inclinatio est sublata, vt docet idem Doctor Angelicus artic. illo 2. ad 3. Vbi ait: *Quod etiam in damnatis manet inclinatio ad virtutem, alioqui non esset in eis remorsus conscientia non autem reduci ad actum, quia deest gratia secundum diuinam iustitiam.* Sequela vero probatur, quia ratio differentia nulla potest assignari; possunt enim peccata ita multiplicari, vt destruant, & extinguant illam voluntatis inclinationem, sicut multiplicantur habitus, & virtutes, quibus fomes extinguitur.

Ad hoc argumentum relictæ solutione quam tradidit Lusitanus nego sequelam, & ad illius probationem respondeo ex Diuo Thoma, art. illo secundo corpore; diminutionem, aut extinctionem inclinationis voluntatis ad bonum, vel posse sumi ex parte radicis illius inclinationis, vel ex parte termini ad quem tendit scilicet ex parte finis, si ergo sumatur ex parte radicis, nunquam inclinatio illa potest extinguere, quia ab homine separari non potest, quod sit rationalis; in qua perfectione fundatur illa inclinatio, secundum enim quod rationalis, capax est bonitatis, & virtutis.

53.

*per difficultatem  
in appetitu  
sensitiuo ex parte*

54.

D. Thom.  
August.

55.

si vero sumatur illa inclinatio ex parte termini diminui quidem potest, & impediti, quia illa inclinatio respicit impedimenta, quae possunt in infinitum multiplicari, & ita illis perseverantibus non pertingeret ad terminum, perseverabit tamen semper inclinatio ad bonum, quia semper perseverat rationalitas, quae est principium, & radix illius, & est instantia in corpore diaphano, quod propter diaphaneitatem, habet inclinationem ad lucem recipiendam, quae licet impediatur a nebula, nunquam extinguitur, quia semper manet in sua radice.

56. Tertio, in nostram sententiam, ut affirmat fomitem non fuisse in sacra Deipara potest obijci argumentum, quod 3. p. q. 15. art. 2. constituit primo loco Divus Thomas, ad probandum in Christo Domino fuisse fomitem peccati, & ad rem nostram ita potest applicari ab eodem principio derivatur passibilitas, siue mortalitas & fomes peccati, scilicet a peccato originali, sed in Beatissima Virgine fuit passibilitas, ergo & fuit fomes peccati. Respondet Divus Thomas, ad primum vires corporales, vel humorum corporalium, vel etiam ipsius animae vegetativae non esse subiectas imperio rationis, nec etiam subiectibiles illi, & ideo passibilitatem in Christo Domino, & Beatissima Virgine reperiit ex conditione naturae, appetitum vero sensitivum esse subiectum rationi, ac proinde in Christo & Beata Virgine nullum fomitem inveniri, perfectio enim virtutis, quae est secundum rationem non excludit passibilitatem, excludit autem fomitem peccati, cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem, sed ut amplius explicetur argumentum, addendum passibilitatem etiam usque ad mortem non includere aliquam immunditiam & propensionem ad peccatum, quam tamen includit fomes peccati, propter quam causam bene potuit a Domino assumi caro passibilis, & mortalis, non tamen cum fomite peccati, hic enim nihil conferebat ad redemptionem, & propter eandem rationem Virgo sanctissima potuit esse passibilis, & mortalis, non vero habere fomitem peccati.

57. Difficilius autem potest produci contra nostram sententiam argumentum quo utitur Doctor Angelicus, 3. p. q. 27. art. ad probandum in sacra Deipara fomitem fuisse ligatum, non vero extinctum usque ad Incarnationem Verbi Divini, quae est illius opinio, quod nos non semel tetigimus in hac disputatione, & potest ita formari. In Virgine sanctissima, nunquam fomitem fuisse derogat in aliquo dignitati Christi: ergo in Virgine purissima asserendum est fuisse fomitem peccati licet ligatum consequenter videtur certa propter rationes quas saepius proposuimus, antecedens vero probatur, quia licet ante Incarnationem fuit aliqui secundum fidem spirituales, per fidem secundum spiritum liberati ab illa damnatione, tamen quod ab illa secundum carnem liberentur non videtur fieri debuisse nisi per Incarnationem eius in qua primum debuit immunitas illius damnationis apparere. Confirmatur, quia ante Christum Dominum, nullus

adeptus est immortalitatem, & glorificationem, quia non decebat ante auctorem immortalitatis, & gloriae aliquem cum immortalitate carne caelum ingredi, & videre Deum.

Hoc argumentum & illius confirmatio magni habenda, quia in re graui illis fuit usus Doctor Angelicus, propter cuius auctoritatem sententia contraria videtur probabilis, sed pietas in Virginem sanctissimam compellit nos, ut illius solutionem vestigemus. In forma ergo negandum est antecedens, & ad illius probationem dico non solum hoc privilegium non derogare Christi Domini dignitati, sed illam maxime illustrare, non enim gloriosum Deo homini, qui natus ex sola Virgine, & sine viro de Spiritu sancto, quod in illo primum apparet immunitas a peccato, & lege peccati, seu carnis, siue membrorum, illud autem esset Augustissimum, quod in pura persona humana, in qua absolute loquendo praeserta dignitate Matris poterat esse lex peccati, & carnis, & causa eius, qua est peccatum originale, nullo modo neque causa, neque effectus reperiretur, sed statim in illius Conceptione illa immunitas a prima damnatione appareret. Quid enim mirum, si puritas per essentiam, ut Deus, sine damnatione impunitatis conciperetur, oppositum enim absolute implicat contradictionem. Id mirabile, & excellentissimum, quod humana persona creata sine labe illa conciperetur meritis ipsius Dei hominis facti, cuius redemptio illum effectum potuit habere, & de facto habuit, ne Mater eius neque per formam sumptum in actu primo esset captiva captivitate quam deplorat Apostolus. Ad confirmationem iam diximus in decursu huius disputationis disparem esse rationem, & nunc addimus immortalitatem, & glorificationem pertinere ad terminum redemptionis omnium hominum, & ideo decentissimum fuisse, quod nullus ante Christum Dominum consequeretur immortalitatem; immunitas autem a lege peccati est fauor vitae, & ita non fuit inconueniens quod sacrae Mariae communicaretur, semper enim immunis a quocunque praedictio est dignitas saluatoris, qui a se habuit omnem munditiam, & sanctitatem, quam tamen Maria sacra non habuit a se, sed ex amplissimo Christi privilegio. Ita respondent Suarez, Vasq. & docti iuniores.

Vidit hanc solutionem Paulus Nazarius, controuersia vnica ad illum art. 3. §. Sed his responsionibus, & ait illa non enervari rationem Diui Thomae, quia illius fundamentum est rationi esse consonum, ut primum in vnoquoque genere sit causa aliorum, qui sunt in illo genere, quod docuit idem Doctor Angelicus 1. part. quaest. 2. art. 3. ex Aristotele 1. Metaphysica: Quod dicitur maxime tale in aliquo genere est causa omnium, quae sunt illius generis, sicut ignis, qui est maxime calidus, & causa omnium calidorum. Constat autem praedictam carnis sanctitatem, maxime, & per se primo corpori Christi conuenire; illi enim a nullo haec sanctitas communicatur, sed ipse aliis communicat: De plenitudine enim eius omnes accepimus. Ioan. 1. & Paulus 1. ad Corinthios... concludit victoriam de morte, ac proinde immortalitatem per Christum nobis fuisse collatam,

58.


Suar. Vasq. 59. Nazarius. D. Thom. Aristot.

collatam, unde sicut Adam fuit primus homo a quo caeteri homines propagantur, ita caro Christi Domini prima debuit habere hanc immunitatem quam primum Matri communicaret. His addit Nazarius, quod sicut Christus prius vel tempore, vel natura, quam Beata Virgo habuit sanctitatem, incorruptionem, & immortalitatem, ita etiam hanc haberet immunitatem.

60. Sed ut verum fateor Nazarius, neque verbis addidit vim aliquam rationi Diui Thomae, neque nostram solutionem enervauit, nos enim non negamus, Christum Dominum esse causam immunitatis huius in Virgine sanctissima, cum asseramus esse primam causam meritoriam respectu cuiuscumque doni supernaturalis, sed affirmamus Virginem sanctissimam meritis illius hanc immunitatem habuisse, ita ut immunitas carnis Christi fuerit mensura illius immunitatis, ac proinde illa excellentior & nullo modo gratuita, unde illud axioma ab omnibus receptum non procedit contra solutionem. Concedimus ergo de plenitudine sanctitatis carnis Christi sacram Deiparam habuisse sanctitatem carnis, sicut & immortalitatem, & gloriam, sed negamus ad hoc fuisse necessarium, quod in carne Christi Domini primum haec sanctitas appareret, nam si ratio illa aliquid efficaciter concluderet, probaret assertiones, quas nullus Thomistarum concederet. Primam in primis parentibus in statu innocentiae non fuisse vires appetitus subiectas totaliter rationi, in quo consistit ratio immunitatis a fomite. Secundam neque illos in statu reparationis, & poenitentiae, & consequenter neque alios Patres, imo neque Beatam Virginem habuisse sanctitatem usque ad Verbi Incarnationem. Tertiam, Virginem non fuisse in vtero sanctificatam, & multo minus Iosephum eius sponsum sanctissimum, quamuis hoc vltimum non est ita certum, ut tria priora. Quartam, in Beatissima Virgine non fuisse fomitem alligatum, sed solutum omnino ante Domini Iesu Conceptionem purissimam. Ratio est manifesta, quia sicut Christus Dominus fuit causa, principium, & mensura immunitatis ab immunditia fomitis, ita etiam fuit causa, principium, & mensura, & principium in ordine gratiae sanctificationis in vtero Natiuitatis purissimae sine peccato, & sanctitatis illius, quae consistit in hoc quod fomes peccati actualiter nullam habeat rebellionem aduersus spiritum, & tamen de fide est gratiam collatam Adamo post lapsum causatam a meritis Christi, & aliqui non improbabiler docent etiam gratiam, & immunitatem a fomite collatam in statu Innocentiae, & de fide est Beatissimam Virginem sanctificatam in vtero, & natam fuisse sanctissimam, in illaque fomitem esse ligatum ante Christi conceptionem, docet D. Thomas, quae omnia non derogant dignitati Christi Domini, sed illam ostendunt illustrem, ita etiam illam illustrat, ut explicuimus, quod primum puritas carnis appareret in Virgine, & praeterea falsum est gratiam futuram in Christo Domino prius tempore, aut natura, quam in Virgine Diua, hoc enim commertium est, solum enim requiritur, quod dignitate prior fuerit sanctitas Christi Domini;

prior, id est excellentior, quam sanctitas, & immunitas Virginis, quod nos nulla ratione negamus, neque volumus. Caetera, quae assert Nazarius non est animus refellere, sicut neque quae attulit Araujo, ad explicandam alteram rationem D. Thomae, semper enim explicandum restat, quid afferat gratia collata Virgini sanctissimae in Conceptione Christi ut haberet rationem iustitiae originalis, & impossibilitatem cum fomite, quod non haberet in prima sanctificatione, si enim aliquid habuit ratione cuius fomes esset extinguendus, & aliqua forma illi fuit addita, debuit esse, physica non moralis, quia per formam moralem non extinguitur ille defectus & imperfectio, & si addita fuit qualitas physica esset donum distinctum a gratia sanctificante, atque adeo dono illo noue addito extingueretur fomes, non vero ex vi gratiae sanctificantis.

Nazarius. Araujo.



DISPUTATIO III.

Vtrum Sacra Deipara habuerit fomitem ad virtutem.

Ad art. 3. & 5. q. 27. D. Thomae.



LENA omni gratia Beatissima Dei genitrix, illaque excellentissima, & praestantissima, quantam patitur pura creatura, & quae gratiarum omnium perfectionem includat, cum ergo donum sit supernaturale in se aliquid habere, quod voluntatem incitet, & moueat ad materiam, & actus virtutum, sicut imperfectio est habere fomitem inclinantem ad peccatum, non abs re qui hunc fuisse negauimus in sacra Deipara, inquirimus nunc vtrum fomitem habuerit inclinantem & mouentem ad virtutem, quam difficultatem vnus, aut alter tetigit, sed non explicuit in quo fomes iste, si daretur consisteret.

61.

Et quidem si possibilis est igniculus, fomes, aut incentiuum ad virtutem non posse videtur negari sacrae Deiparae propter eius excellentiam eximiam, & dignitatem amplissimam, quae ex natura rei illi debentur si non petant necessario personam diuinam; hic enim solum illi sunt deneganda, dummodo omnium aliorum natura humana capax existat, esse autem hunc fomitem possibilem ostendit ipse fomes peccati, si enim hic datur de facto, cur negandum omnipotentiae diuinae posse igniculum ad virtutem creare, illumque infundere sacrae Mariae, cui concessit Maternitatem, donum praeter vnionem hypostaticam praestantissimum. Porro illum igniculum Virgine habuisse non potest colligi ex verbis Hefychij homil. 2. de Deipara: Quam concupiscentia sumus non attingit, nec vermis voluptatis laesit. Haec enim solum significat motus concupiscentiae inordinatae nunquam turbasse, aut deuenustasse eximiam illius munditiam, & ideo ad hanc rem confirmanda non sunt efficacia, quia ex eo praesertim, quod malum fomitem non habuerit, non inferitur statim

62.

Hefychius.

Damian.

tim fomitem generosum habuisse, neque hoc concludunt verba Damiani ferm. 44. ab ipsa natura Mariæ misericordiam exigentis: *Moneat te natura, potentia moneat, quia quanto potentior, tanto misericordior esse debebis.* Non enim hæc important fomitem, & incentiuum ad virtutem, sed Virginem cuius est humana natura propter cōsanguinitatem exorat, fauceat eandem naturam habentibus, quæ duo inter se valde distinguuntur, est oratio similis illi Ecclesiæ ad Christum Dominum: *Memento salutis auctor, quod nostri quondam corporis ex illibata Virgine nascendo, formam sumpsersis.*

63. Damascen.

Efficaciora sunt Damasceni verba, qui in oratione i. de Natiuitate Mariæ scribit: *Maria soli Deo operam dantem, cupiditatem omnem ad solum expetendum atque amandum intentam.* Et statim: *Appetitus tuus in hoc situs est, ut diuinis sermonibus nutriaris, hisque sagineris Dei cupiditate flagrans.* His enim videtur significari animum Virginis à rebus omnibus exterioribus esse suspensum, diuinisque ita intentum, vt potentias suas ad prosecutionem virtutis moueret. Quo sensu loquutus Laurentius Iustinianus, qui sermone de purificatione Mariæ ita loquitur: *Erat corpore Virgo, carne incorrupta, virtute perfecta, moribus composita, sanctitate redimita, corde ignita, animo suspensa, gratia plena, sapientia perfusa, Deo coniuncta, verbo propinqua.* Hæc enim omnia, & singula hanc propensionem, & igniculum ad virtutem videntur significare si rectè expendantur, caro enim incorrupta non solum videtur afferre incorruptionem negatiuam, vt ita dicam, sed positiuam inclinationem ad perpetuam Virginitatem, & sanctimoniam, & illa animi suspensio cordisque ignis hunc fomitem mihi significare videntur, non enim Patriarcha solum laudaret in Virgine sanctissima charitatis ignem omnibus iustis communem, sed excellentius aliquid, quod in aliis iustis non inueniretur. Fauent valdè, quæ considerat Richardus de sancto Laurentio, lib. enim 10. de laudibus Virginis titulo 30. Thalami proprietates Virgini applicans, ait Thalamum hunc esse excelsum, *quia ab omni terra remotissimus, & calo propinquissimus,* vt ergo à terra remotio significat fomitem peccati extinctum, cælestis propinquitas inclinationem ad cælestia significat, & infra littera I. affirmat Thalamum esse pacificum; *Quia in suo ingressu dixerat Deus, Pax huic Domui, & Aggei 2. In loco isto dabo pacem: & ideo in pace factus est locus eius, id est Christi; Nihil enim ibi fuit, aut contradictionis, aut rebellionis inter carnem, & spiritum, rationem & sensualitatem, quod prius signatum fuerat in Arca Noë, ubi omnia animalia pacifica.* In quibus verbis illud mihi aduertendum occurrit in Arca illa animalia ferocissima, & sibi inuicem contraria, & aduersantia meo iudicio, non solum bellum deposuisse, & inclinationem miraculose dissimulasse, ne in rixas quotidie ruerent; sed etiam excogitari posse Deum illis inclinationem vnus ad alterum indidisse, & propensionem quandam, vt omnino essent pacifica, quod significantius dixit Isaias lo-

Laur. Iust. Richard. de S. Laurent.

Aggei. 2.

quens de pacifico statu Catholicæ Ecclesiæ capite 11. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hodo accubabit, vitulus, & leo, & onis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & ursus pascentur simul, requiescent catuli eorum, & Leo quasi bos comedet paleas.* Vbi non solum pacem futuram prædicit, sed & inclinationem & propensionem vnus animalis etiam imbecillis cum ferocissimo, & quod amplius est ferocissimi ad inermem, & imbecillem: *Nulla enim iuxta naturam diffinitionem (doctè inquit Arias Montanus) imagine aptius, & explicatius ferarum lenitas, & mansuetudo explicari potuit, quam vt ferarum fortissimo Leoni palea cibus commodus, & gratus diceretur.* Nonne vides inclinationem, & fomitem in bonum rationis etiam appetitui inesse, & illius motionem in ipsam virtutem. Hæc ergo neganda non est sacræ Deiparæ.

Præterea cum negari non possit in Christo Domino hanc fuisse inclinationem, seu propensionem, & pondus ad virtutem videtur etiam Virgini sanctissimæ concedenda argumento delumpto ex discursu, quod probat Dionysius Carthusianus, libro 2. de præconiis Mariæ, Virginem fuisse sapientissimam, illius verba alibi dedimus huic instituto opportuna: *Adhuc autem Pater omnipotens filio suo dilecto idoneam aptamque Matrem parauit. Filius eius verbum est, & veritas, sapientia, & splendor, omnino autem talis filij susceptiua non est, nisi Virgo sapientialis, & simplex, ne habiudo sapientiam, carnalitatēque excludat splendorem.* Erat ergo *Virgo illa subtilis, & capax, studiosa, & prudens.* Ex quibus verbis inclinatio, & igniculum fomem, & incentiuum ad virtutem in Virgine apposita colliguntur. Vide Ambrosium libro 2. de Virginibus sub initium, omnia enim quæ de virtutibus Virginis sanctissimæ summa eloquentia scribit hanc inferunt inclinationem, & fomitem illius ad virtutem. Vtinam hæc alius me doctior luculentius promoueat.

Verum quia hic fomem, non solum in rationali, sed etiam in appetitu sensitivo debeat residere, illud dubitabit merito aliquis, quoniam forma in appetitu sensitivo ad hos motus ad virtutem sit constituenda, non enim isti actus sine principio elicitiuo possunt constitui, & videbitur alicui quod cum actus fuissent corporei, potuit esse illorum principium ipsa supernaturalis Maternitas, cum enim isti actus non opponantur dignitati Matris & illam deceant, non videtur ineptum asserere, quod à virtute illa proficiantur, & veluti subordinentur actioni generatiuæ Virginis, præcipuè cum illa virtus eminentissima sit, & hos motus possit producere. Hæc posset aliquis excogitare; ego vero non auderem tantam latitudinem fateri in virtute supernaturali, & dignitate Maternali, tum quia nollera principium formalissimum diuinæ generationis esse principium generandi illos actus, & eos causandi. Hoc enim esset illam reducere ad statum virtutum moralium, quæ inferiores sunt valdè respectu aliarum virtutum, neque hoc pertinet ad excellentiam

cellentiam tãtã virtutis, quæ excedit etiam dignitatem visionis beatificæ, tum quia videtur illi supernaturali virtuti quæ simpliciter, & absolute loquendo est necessaria, residensque in potentia generatiua & à voluntate imperari non potest aliquid concedi indifferentiæ, & libertatis, & hæc duo sine magno, & irrefragabili fundamento non sunt asserenda. Libentius dicerem à virtutibus moralibus in gradu heroico Virgini sanctissimæ per accidens infusis, hanc inclinationem, & fomitem prouenire. Sed neque in hac quiesco sententia, ex illa enim sequeretur ex diuersitate Materiæ, quam quælibet virtus tractat ponendam esse distinctam virtutem prudentiæ ad electionem mediocorum, quæ necessaria sunt ad finem cuiuscunque virtutis consequendum, quod etsi admittant Scotus 3. d. 36. quæst. vnica, §. quantum ergo, Gabriel ibi quæst. vnica art. 1. not. 1. Et alij negant melioribus fundamentis, sanctus Thomas, Durandus, Buridanus, Caietanus, Valentia, Vasquez, quos refert, & sequitur Turrianus, 1. tomo in 2.2. disp. 99. dub. 4. conclus. 3. Ratio est, quia etiam si versetur prudentia circa diuersas materias virtutum, adhuc in illis non respicit diuersas difficultates secundum speciem, sed vnus simpliciter est modus tendendi, & iudicandi de agibilibus secundum quod expedit homini ad finem apprehensum, modus autem est in assignanda materia, & mediis inueniendo mediocritatem. Videndus Caietanus, 1. 2. quæst. 60. art. 1. & Interpretes Sancti Thomæ, 2. 2. quæst. 46. Dicerem igitur in appetitu sensitivo ad hunc finem aliquem habitum necessario esse collocandum, ne motus illi ad virtutem eliciantur sine proprio principio, qui tamen nunc est innominatus, dabit Deus illustre ingenium, qui illius nomen, & naturam explicet dilucidius.

Isai. 11.

Arias Mont.

64.

Canhu.

Ambros.

65.

Scotus. Gabriel.

S. Thom. Durand. Buridan. Caietan. Valentia. Vasq. Turrian.

Caietan.

66.


67.

Ex hac etiam doctrina colligitur hunc fomitem ad virtutem non posse consistere in virtutibus supernaturalibus, quæ etiam heroicè reperiantur in voluntate Virginis sanctissimæ; illarum enim obiecta, & materiæ inter se distinguuntur specie, & eorum quælibet inclinatur ad bonum in propria materia, vnde vna non potest inclinare in bonum alterius, neque mouere ad actum illius cum sit extra propriam spheram. Constituendum est ergo alterum principium vniuersalius ad instar vel prudentiæ quæ generaliter disponit media in omni materia, sub vnica ratione formali secundum speciem, vel instar charitatis, quæ regina virtutum sub eadem ratione formali specifica dirigit omnes virtutes in finem supernaturalem, cum fomem ad virtutem sit vniuersalis, & non determinatus ad hanc vel illam materiam virtutis.

Vnde assererem fomitem hunc in ordine ad virtutem provt residet in voluntate (nam de fomite in appetitu iam diximus) nihil esse aliud quam illam virtutem, quam ad integritatem iustitiæ originalis constituebamus in Virginis Beatissimæ appetitu rationali, seu voluntate disp. 1. huius vestigiouus, in quam non tantum potest cadere illud minus, quod ibi explicuimus, & tradidimus latius vestigat. 2. di-

put. 8. sed hoc, de quo nunc disputamus. Videtur enim hæc duo munera inter se subordinata, ita vt non petant diuersa principia realiter distincta, cum enim voluntas imperet appetitui, vt sequatur bonum sensibile, vt est conforme rationi, ne vlla sit rebellio in appetitu, & propter tranquillitatem, & pacem inter potentias inferiores, & vires superiores, ita etiam inclinabit ad materiam omnium virtutum propter delectationem, quæ reperitur in illarum exercitio. Vtrum autem aliis virtutibus hæc motio, aut actualis inclinatio aliquid positum imprimat illis habet suam difficultatem, & quidem non exiguam: videantur Doctores in materia de charitate, & Reuerendissimus Magister Cumel, 2. tomo in 1. 2. quæst. 114. artic. 4. disput. Appendice quæ est immediatè ante art. 5.

M. Camel.



DISPUTATIO IV.

Vtrum ex vi Maternitatis, Sacra Deipara utramque gratiam per propriam dispositionem acceperit.

Ad art. 3. q. 27. 3. p. D. Thomæ.



Omne Maternitatis in hac disput. intelligo dignitatem Matris, vt moraliter sumptam vt præscindit à physica existentia maternitatis physicæ, & sumitur solum vt dicit dignitatem Matris, & petit ex propria ratione inesse subiecto seu personæ generans Deum & hominem. Nomine vero vtriusque gratiæ intelligo non solum gratiam habitualement sanctificantem animam Virginis, sed etiam gratiam corpoream, id est virtutem illam, quæ in actu primo fuit constituta, vt posset generare Deum, & hominem: nomine denique dispositionis non intelligo qualitatem aliquam, quæ capax vtriusque gratiæ reddatur sancta Maria, vt est calor respectu ignis, sed solum intelligo motum supernaturalem liberi arbitrij, qui in adultis requiritur ad iustificationem, non tamen in pueris, vnde difficultas est an infusio vtriusque gratiæ in Virgine sanctissima facta fuerit modo adultorū: Ac proinde post veram conuersionem liberi arbitrij in ipsum Deum, eo etiam modo quo primi parentes, & Angeli in primo creationis instanti gratiam acceperunt? Vnde ulterius consequitur controuersiam non procedere de dispositione quam vocant concomitantem, sed de dispositione quam præparantem appellant, & quæ disponitur subiectum in ordine ad receptionem alicuius formæ.

68.

69.

Dico primo sacra Deipara in primo suæ conceptionis instanti, habuit vsum liberi arbitrij illumque permanentem. Vtramque partem huius assertionis videtur negare Diuus Thomas, 3. part. 27. artic. 3. corpore ad finem, quatenus asserit dominam Mariam non habuisse vsum rationis adhuc in Matris vtero existentem, quia hoc est priuilegium proprium Christi Domini

Domini; ex negatione enim prioris sequitur necessario posterioris negatio. Verum Caietanus ibidem de usu permanenti intelligit Doctorem Angelicum. Sed nostram assertionem sequuntur idem Caietanus ibidem art. 3. ante finem Commentarii §. Ante, circa primum modum vinculi; Paulus Nazarius, controuersia 2. conclusione 2. & ex aliis D. Bernardinus Senensis tom. 1. serm. 61. art. 3. cap. 7. & tomo 2. sermone 51. cap. 2. Dionysius, Carthusianus, Episcopus Christopolitanus, Barradas, Suarius, Vasquez, Pitigianis, Ioannes Ouandus, & alij quos refert, & sequitur Aegydius, Lusitanus, lib. 4. de Conceptione, quaest. 4. art. 1. num. 5.

70. Assertio haec quoad primam partem probatur ab omnibus generali illo argumento; quae alicui purae creaturae communicata sunt Virgini sanctissimae non sunt deneganda, sed habuisse usum liberi arbitrii communicatum est magno Baptista in vtero Matris existenti, & primis parentibus in primo suae creationis instanti, ergo Beata Maria habuit usum rationis; & ulterius ergo habuit illum in primo Conceptionis instanti, prima consequentia est legitima, & secunda videtur necessaria, nam cum diua Maria acceperit gratiam per propriam dispositionem, ut iam dicemus, tunc a fortiori (si aliquando) habuit usum rationis. Maior est vulgata sententia fundata in dignitate Maris, & minor quod attinet ad Baptistam Ioannem est communis conceptio SS. PP. quos referunt Suarez, & Vasquez, asserentium Baptistam vero gaudio exultasse in sanctificatione ex Christi Domini praesentia cognita per fidem, & propria dispositione fuisse sanctificatum in vtero, ita loquuntur Origenes, Cyrillus Hierosolymitanus, Ambrosius, Hieronymus, Maximus, Cyrillus Alexandrinus, Leo Papa, Chrysologus, Theophylactus, Bernard. Beda, & quod caput est sanctus Augustinus, lib. 2. de consensu Euangelistarum, cap. 15. Vbi probat Christum Dominum cognitum fuisse a Ioanne antequam Columba descenderet super eum, quia eum cognouit in vtero Matris existens, & praegaudia exultauit ad illius praesentiam. Illi autem qui existimant gaudium illud sine ratione fuisse, aut illa verba exultauit infans in gaudio in vtero meo Luc. 1. significare solum, exultasse Baptistam gaudio Matris, aut fuisse tantum quendam gestulationem, & motum non sunt audiendi, loquuntur enim contra SS. PP. intelligentiam, & explicationem, quod bene aduertit Vasquez, 2. tomo in 3. part. disput. 119. cap. 3.

71. Quantum vero attinet ad primi hominis creationem communis est Doctorum sententia Adamum habuisse gratiam in primo creationis instanti ex propria dispositione liberi arbitrii, atque adeo habuisse in illo instanti usum rationis, de quo videndus Caietanus 1. 2. q. 14. artic. 3. ad 3. Magister Cumel, 2. tom. in 1. p. quaest. 95. art. 1. dub. 2. post quaestionem 2. Vbi S. Thom. nostram tenet sententiam.

72. Usus vero liberi arbitrii in Beata Virgine fuisse permanentem, quae est altera nostra conclusio pars tenent fere omnes Doctores, quos pro prima parte retulimus, & probant

tum exemplo Ioannis Baptistae, qui recenter natus & in tenera aetate ad eremum secessit ne maculare vitam fame posset, quod sine usu rationis non potuit fieri, quod docuere Chrysofostomus homil. 38. in Matthaeum; Origenes, homil. 9. in Lucam; Nicephorus, libro 1. Historiae cap. 14. Tum quia Maria sanctissima cum esset trium annorum in templo est praesentata, & tunc habebat usum rationis, non enim parentes solum illam Deo obtulerunt, sed ipsa etiam se obtulit Altissimo, ut tradit Ludolphus Carthusianus, 1. part. de vita Christi cap. 1. & colligitur ex Gregorio Nissenso, Damasceno, & aliis, quos videre licet in Canisio, lib. 1. de Deipara cap. 22. In his enim non est immolandum, neque aliquid nouum dicendum occurrit.

His adde verissimum esse sacram Deiparam ab instanti Conceptionis nunquam intermississe actum amoris diuini; ut late defendunt Ouandus, ad tertium Scoti, quaest. 5. art. 1. Aegydius lib. 4. de Conceptione, quaest. 5. art. unico §. 6. Suarius, 2. tomo in 3. part. disp. 18. sect. 2. quamuis cum aliqua limitatione; probant Albertus Magnus, de laudibus Virginis cap. 176. 177. & 197. Bernardinus Senensis serm. 51. art. 1. & Bustos, in suo Mariali 3. p. serm. 1. pag. 3. quos adducit Ouandus.

73. Dico secundo. Virgo sanctissima ante infusionem gratiae in sua Conceptione prioritate naturae habuit actum fidei spiritualis erga Deum & Christum, ita ut explicite cognouerit mysterium Trinitatis, & Incarnationem Christi Domini, tamen non quoad omnes circumstantias, tenent Suarez, tom. 2. ad 3. part. disput. 4. sect. 6. Lusitanus, lib. 4. de Conceptione quaest. 4. art. 2. Ouandus, ad 3. Scoti, distinct. 3. quaest. 5. Pitigianis, ibidem art. 8. conclusione 2. & 3. Et quidem fuisse actum supernaturali probat Aegydius, quia fuit actus per se infusus a Deo, sed haec ratio nullius est momenti, quia actus supernaturales non infunduntur a Deo, nec procedunt a nobis sine nobis, sed quidem a nostris potentiis eleuatis eliciuntur. Ratio vero communis est, quia ex illa cognitione sequutus fuit actus supernaturalis amoris, qui requiritur ad sanctificationem in adultis, atque adeo debet esse supernaturalis cognitio, cum igitur in illo instanti, & priori naturae nullum intelligatur lumen praeter lumen fidei saltem raptim infusum, hoc necessario erit principium illius cognitionis. Illam vero terminatam ad Trinitatem, & ad Christum Dominum sufficienter probatur, quia fuit fides viatorum, & ad sanctificationem ordinata, nullus autem viatorum iustificatur sine Trinitatis, & Christi Domini fide, quae dispositio est ad iustificationem, de quo videndi Doctores cum D. Thoma, 1. 2. q. 113. Vbi Reuerendiss. Magister Cumel.

74. Restat nunc praecipua huius disputationis difficultas, an per usum liberi arbitrii, & per proprios actus, ut per propriam dispositionem Beatissima Virgo Maria utramque receperit sanctitatem. Et quidem de gratia sanctificante adhuc solum fuit difficultas, de gratia vero Maternitatis nulla inter Doctores fuit controuersia, quia haec physica dignitas carni Virginis

Chrysof. Origen.

Nicephor.

Ludolphus. Carthul.

Nyssen. Canif.

73.

Ouandus.

Lusitan. Suar.

Alb. Magn. Senensis. Bustos.

74.

Suar.

Ouandus. Lusitan. Pitigianis.

S. Thom. M. Cumel.

75.

76. ginis infusa ad Christi Domini generationem non fuerat tam explicata, spero autem Deo duce a posterioribus Theologis tractandam. Aduerto vero non idem significare aliquem se disponere ad infusionem gratiae, & infundi illi gratiam intuitu dispositionis, quia primum significat solum disponi ad gratiam, quae forsitan illi daretur, etiam si dispositio illa non fuisset; aliud vero, ita illi gratiam infundi, ut nullo modo illi concederetur, nisi illa dispositio praereditisset, & quidem in hac vltima consideratione non existimo apud Theologos hanc controuersiam procedere, quia certum est de fide in prima sanctificatione gratiam fuisse sacrae Deiparae concessam, & tamen de fide non est ad illam recipiendam per proprios actus se disposuisse; unde certum est non fuisse sanctae Mariae gratiam sanctificantem concessam intuitu propriae dispositionis. Et quidem in hac difficultate duplex est sententia communis: Prima asserit Virginem sanctissimam se ad gratiam habitualement recipiendam praeparasse per dispositiones non procedentes ab habitibus infusis, sed solum ab auxiliis diuinis transeuntibus. Secunda se disposuisse actibus procedentibus ab habitibus supernaturalibus, quae habuerunt rationem dispositionis comitantis. Primam docuit Suarius tomo 2. ad 3. part. disput. 5. sect. 8. & tenere debent omnes, qui existimant nullo modo dispositiones ad gratiam efficientes ab illa & habitibus supernaturalibus produci posse, quos inferius adducemus. Secundam docet Lusitanus citatus art. 4. n. 3. & significat Vasquez 2. tomo in 3. part. disput. 119. cap. 6. num. 53. breuissime, & quidem consequenter ad sententiam, quam in materia de iustificatione defendit, asserens etiam in iustificatione actum contritionis, & amoris Dei, non ab auxilio supernaturali, sed a gratia & habitualibus principiis efficaciter produci. Sed ex hoc non sequitur ipsum asseruisse Virginem sanctissimam non se ad gratiam praeparasse in sententia enim Vasquez in iustificatione impij reperitur dispositio praeparans ad gratiam, quae tamen a gratia, & charitate efficienter procedit.

77. Praeter has autem duas sententias, alteram inuenio asserentem Virgini sanctissimae in sua Conceptione gratiam sine vlla dispositione fuisse concessam, sed datam illi per modum naturae, & sine vlllo usu aut motu liberi arbitrii; quae ratione aliqui asserunt Primo Parenti, & Angelis infusam fuisse gratiam per modum naturae, & sine vlllo motu liberi arbitrii, quod docuit Magister Soto lib. 1. de natura, & gratia cap. 5. & alij doctissimi viri. Hanc sententiam refert sapientissimus Cumel 2. tom. in 1. part. quaest. 95. art. 1. dub. 2. post quaestionem secundam, neque illam refellit. Et quidem haec sententia valde consonat nostrae opinionis asserenti ad physicam Maternitatem, & sanctitatem corpoream consequi gratiam habitualement, & alia dona supernaturalia, siue id fiat physice, siue solum moraliter.

78. Dico igitur tertio, Etiam si sacra Deipara nullum eliciuisset actum liberi arbitrii in ordine ad susceptionem gratiae habituales, ex vi solius dignitatis Maternalis illi infunderetur, atque

79. adeo hoc modo in sua Conceptione potest asseri, quod accepit gratiam per modum naturae. Haec assertio est ad mentem Doctorum tertiae sententiae, quam non impugnat Magister Cumel, & quidem sine difficultate vlla in illam descendit, qui existimant gratiam sanctificantem habitualement in Christo Domino dimanasse ab vnione hypostatica, atque adeo infusam fuisse illius animae per modum naturae, & sine vlla antecedenti, & praecedenti dispositione. Probatur assertio: Illud haberet res per modum naturae, quod communicatur, vel intelligitur esse in illa necessaria sequela, siue naturali, siue morali; sed sanctitatem, & gratiam, & alia dona supernaturalia habet Beatissima Virgo per necessariam sequelam ex dignitate Dei Genitricis; ergo insunt illi haec omnia per modum naturae. Maior est communis omnium consensus, & ideo probatione non indiget; & consequentia est euidentis; minor vero probatur, quia dignitati Matris debentur omnia dona supernaturalia, & primum gratia habitualis, quae est illorum radix. Confirmatur, quia gratia sanctificans daretur Virgini, etiam si hanc non haberet dispositionem; & ratio est manifesta, quia de fide est Mariam sanctissimam in vtero Matris habuisse gratiam habitualement, & piissima sententia iam moraliter euidentis docet illam habuisse in primo Conceptionis instanti, & tamen adhuc sub lite est, an illam habuerit in vtroque casu per propriam dispositionem; signum igitur veritatem illam nullam dependentiam habere ab hac difficultate, aliam nullus negare posset non habuisse hanc dispositionem. Inde igitur fit datam fuisse illi hanc gratiam per modum naturae.

80. Dices inter Virginis substantiam, ut est Mater Dei, & habitualement gratiam mediare dispositionem, quae est actus omnino liber, ac proinde infusio gratiae non potuisse esse per modum naturae; sed facile occurro in hominis productione proprietates, ut intellectum, & voluntatem non fluere simul, & immediate, sed suo ordine, ita ut prius intelligatur emanare intellectus, deinde voluntas, & adhuc vtraque potentia dimanat a substantia animae ex ipsa natura, atque adeo communicatur illi per modum naturae. Respondeo illum actum non necessario mediare potuit enim non esse ut tertia sententia existimat, liberum vero, quod ibi potuit non intercedere, non auferri quod communicatio gratiae fuerit per modum naturae. Ponamus enim Deum, ut potest in productione hominis iam etiam productus intellectu, & voluntate suspendisse emanationem risibilitatis, donec voluntatis actum liberum eliceret, quo elicitio statim fluere risibilitas, in hoc casu nullus negabit emanationem risibilitatis esse per modum naturae, etiam si liber actus intercessisset, quia actus ille non mediat ex natura rei. Sic similiter in nostro proposito.

81. Dico quarto. Ad recipiendam Maternitatem, ut est virtus supernaturalis ad generandum Deum, & hominem; & sanctitas corporea, nullo modo Virgo sanctissima se disposuit per motum liberi arbitrii, neque praeparantem, neque concomitantem in illa infusione. Haec assertio est euidentis, supposita illa sententia,



ria,quam iudicauimus probabiliorem,gratiam videlicet Maternalem infusam fuisse carni Virgineæ aliqua temporis prioritate ante instantis Conceptionis sanctissimæ; ratio est, quia in illo priori non intelligitur existens Maria sanctissima, vt supponitur, atque adeo non potuit ibi esse vllus motus liberi arbitrij, & consequenter neque vlla dispositio, siue sit præparans, siue concomitans.

80. Dico quæto, ad receptionem gratiæ habitualis, & donorum supernaturalium in primo suæ Conceptionis instanti, se disposuit Virgo sanctissima per actus liberos, & supernaturales, non qui solum fuerunt gratiam comitantes, sed præparantes ad illam, atque adeo recipit gratiam habitualement per propriam præparationem. Hæc assertio est contra Ægydium Lusitanum, sed amplectuntur eam Franciscus Suarius vbi supra, & sequuntur Ouandus ad 3. Scoti d. 3. q. 5. Pitigianis ibidem art. 9. M. Cumel vbi supra, quatenus docet primum peccatum gratiam fuisse consequutam per propriam dispositionem, quod etiam defendere debent, qui eandem sententiam sequuntur, quos ibi refert, & qui affirmant Angelos se ad gratiam ex diuino auxilio præparasse, quam sententiam asserunt S. Thomas 1. part. quæst. 62. artic. 2.

81. & frequenter eius interpretes Bañez art. 3. dub. 2. Magister Cumel ad eundem articulum. Ferrara 3. contra gentes cap. 110. §. ad primum dubium. Valentia 3. part. quæst. 13. puncto 1. conclus. 3. Vazquez 1. tomo in 1. part. disp. 228. cap. 1. & de Virgine id docet tomo 2. ad 3. disput. 119. cap. 4. num. 38. vbi affirmat dispositiones ad gratiam in Virgine constituendas esse eo ordine, & modo, quo in adultis constituntur iuxta ea quæ asseruit 1. 2. disput. 211. ibi verò docuit adultos disponi per actus supernaturales, quibus se antecedenter præparant ad receptionem gratiæ sanctificantis, licet falso existimet hos ab habitibus produci, & alij quos laudat & sequitur Granado 2. p. tit. 11. de Angelis, disput. 4. num. 4. Probatur primò conclusio quantum attinet ad partem asserentem illam dispositionem esse præparantem Virginem sanctissimam ad receptionem gratiæ habitualis, argumento desumpto ex D. Thoma 1. part. quæst. 95. art. 1. quo videtur ibi Magister Cumel, Gratia est sanctissimum Vinculum ratione cuius desponsata fuit Beatissima Virgo Deo, in sua Conceptione purissima, & inter Deum, & istam Matrimonium intercessit spirituale excellentissimo modo; ergo in illo instanti se ad gratiam per propriam operationem antecedenter præparauit Virgo sanctissima, antecedens constat ex communi modo loquendi sanctorum desumpto ex Osea cap. 2.

82. *Desponsabo te mihi in fide*; videlicet enim sponsam eiusdem esse naturæ, ac sponsum, & ad illam ascendere vt filios gignat supernaturales actus scilicet liberi arbitrij, iuxta illud 2. Petri 1. *Per quem nobis maxima, & pretiosa donauit, vt per hæc efficiamur diuine natura confortes.* Et consequentia probatur, quia in matrimonio carnalibus, vi inquit D. Thomas citatus, requiritur consensus vtriusque sponsi ante actuale contractionem; inde ergo analogia desumpta infertur in Beata Virgine fuisse præparantem ad receptionem gratiæ sanctificantis.

se præparantem dispositionem ad sanctitatis receptionem; hic enim modus sese ad gratiam disponendi perfectior est, quam alius, qui non fuit per propriam dispositionem, vt in infantibus, vt expressè docuit S. Thomas 2. part. quæst. 34. art. 3. c. Qua ratione videtur Magister Cumel ad probandum Adamum se disposuisse per proprium actum ad receptionem gratiæ, & Magister Granado citatus ad probandum idem de Angelis vbi supra num. 5. In quibus aliæ rationes videndæ, quæ ad Mariam sanctissimam possunt facile applicari. Altera verò pars conclusionis probatione non indiget; supponimus enim actum illum perseverasse etiam post sanctificationem, ac proinde fuisse non solum antecedentem, & comitantem, sed etiam consequentem.

Dico sexto. Satis probabile est Mariam sanctissimam se præparasse per propriam dispositionem antecedentem ad recipiendam non solum gratiam habitualement, sed etiam gratiam Maternitatis, atque adeo vtramque gratiam accepisse per propriam dispositionem. Explicatur assertio. Retulimus Vestigatione 2. disput. 14. sententiam asserentem sanctitatem corpoream infusam fuisse sanctissimæ Virgini in primo Conceptionis instanti, & simul cum gratia habituali, quam asserimus esse probabilem, & intulimus aliàs, ratione illius in actu primo esse Virginem Matrem filij, filiam æterni Patris in actu secundo; idque singularissimo modo. Vnde etiam colligitur particulari, & excellentissima ratione esse sponsum Spiritus sancti, & totius Trinitatis sanctissimæ; est enim Virgo sanctissima Mater, filia, & sponsa. Afferimus igitur ad vtramque gratiam accipiendam se præparasse Virginem esse satis probabilem sententiam. Ratio est, quia prius natura, quam vtraque gratia infunderetur, habuit Virgo sanctissima dispositionem qua præpararetur ad gratiam iustificantem; ergo etiam ad recipiendam gratiam corpoream. Antecedens constat ex hæcenus dictis, & consequentia probatur, quia istæ gratiæ fuerunt connexæ, & infusæ Virgini in instanti in quo habuit vsum liberi arbitrij, & dispositiones sufficientes ad iustificationem, ex negatione enim harum negauimus in 3. conclusione se Beatam Virginem ad gratiam Maternitatis præparasse ante conceptionem non erat Maria, quæ actus intellectus, & voluntatis potest elicere. Confirmatur, quia decentissimum erat, quod Beatissima Virgo aliquo modo esset sibi causa salutis, & sanctitatis. Hac enim ratione probant Theologi 1. 2. quæst. 113. art. 1. necessarium esse quod adulti sese disponant ad gratiam.

Verum obiicies contra has vltimas conclusiones. Perfectissimus modus sanctificationis non exoptulat præuenientem, aut præparantem dispositionem. Sed Beatissima Virgo fuit sanctificata perfectissimo modo; ergo sine præparante dispositione. Consequentia est legitima, & minor à nobis est insinuat; maior verò probatur, quia Christus Dominus sanctificatus est perfectissimo modo, & tamen non fuit sanctificatus per dispositionem antecedentem, & præparantem ad receptionem gratiæ sanctificantis.

D. Thom.  
Cumel.  
Granado.

81.

82.

ficantis. Respondeo perfectissimum modum sanctificandi non absolute importare negationem præparantis dispositionis, sed vt reperitur impura creatura, quæ neque sancta est per vnionem hypostaticam, neque habet visionem beatificam, quæ duo in pura creatura inueniuntur, non autem in Christo Domino, qui propter vnionem formaliter sanctus est, & nullam habet cognitionem ante visionem beatificam, à qua regulatur actus ille liber, qui esset dispositio ad gratiam præparatiua, Beatissima autem Virgo non habet naturaliter formalem sanctitatem existentem in anima, & illi inhaerentem, & habuit actum fidei, à quo regulatur fuit vltus liberi arbitrij, ac proinde optime potuit & debuit elicere actum qui esset dispositio vere præparans ad receptionem gratiæ habitualis.

83. Dices, Sacra Deipara habuit radicem gratiæ habitualis, saltem in primo sanctificationis instanti, quæ aliquo modo potest comparari cum vnione hypostatica: ergo non indiguit præparanti dispositione, quod manifestum est, quia habuit Maternitatis gratiam, cui iuxta propriam naturam debetur gratia sanctificans. Respondeo dupliciter, iuxta duplicem sententiam quam iudicavi probabilem; primo igitur concessio antecedenti nego consequentiam: ratio est, quia anima Virginis sanctissima naturaliter in se ipsa, & sibi intrinsicè inhaerentem non habuit gratiam sanctificantem, & ita necessaria fuit in illa dispositio, vt explicuimus. Anima autem Christi Domini sancta erat formalissimè vnione hypostatica, & ita non est eadem ratio filij, & Matris purissima, præterquam quod diximus aliquo modo dici posse in nostra sententia Virginem sanctissimam non habuisse aliquid quod illam gratiam habitualement exposceret in priori naturæ, & vt consideratur ante infusionem omnium donorum, ac proinde posse illam dispositionem habere. His adde sententiam esse Thomistarum, Christum Dominum habuisse dispositionem præparatiuam ad gratiam, vt refert Suarius in vltimo §. disput. 40. sect. 2. 1. tomo in 3. part. licet verba S. Thomæ 3. part. quæst. 34. art. 2. qui hoc asserit non vergeant, cum intelligi possint de dispositione comitanti, & quæ habeant rationem ornamenti & decoris, qua etiam gratus ostenderetur Christus Dominus propter gratias, & dona supernaturalia accepta.

84. Modus autem quo asserimus Beatissimam Virginem esse sanctificatam (vt respondeamus motui Lusitani) imperfectus non est, quia illa dispositio in eodem instanti informata fuit gratia, & habitu charitatis, & etiam ex vi illius continuata. Adde quod non fuit alius modus possibilis etiam absoluta potentia; dispositio enim præparans non potuit elici ab habitu charitatis, sed si supponatur necessario fuit elicienda ab auxilio transeunter infuso, vt re ipsa contingit in impij iustificatione, in qua motus liberi arbitrij non eliciuntur ab hoc habitu charitatis, sed solum ab auxilio, quæ est expressissima Angelici Doctoris sententia, qui

D. Thom.

1. part. quæst. 62. art. 2. ad 3. loquens de dilectione Dei, qua quis se ad gratiam disponit, asserit non requiri ad illam gratiam habitualement Dei mouentis; cum enim in tertio argumento inquiratur, an Angelus indigerit gratia, vt se ad gratiam præpararet; responderet quod ad dispositionem vltimam, qua se Angelus disposuit, non fuit requisita gratia habitualis, sed auxilium, quod ibi appellat D. Thomas, operationem Dei ad se animam conuertentis, & 3. part. quæst. 89. art. 1. ad 2. adhuc clarius hanc sententiam defendit; ait enim: *Actus primus penitentis se habet, vt vltima dispositio ad gratiam consequendam; alij verò sequentes actus potentia procedunt iam ex gratia, & virtutibus.* In quibus verbis manifestum constituit discrimen inter primum actum penitentiae, quo disponitur ad gratiam, & appellatur contritio, & alios actus consequentes, quos ait procedere à gratia, & virtutibus, charitate scilicet; & aliis habitibus quo nihil clarius asseri, aut dici possit, nec vnquam vidi quid solidum, quod ad hæc D. Thomæ euidentissima testimonia possit responderi; sicut neque ad illud desumptum ex 1. 2. quæst. 109. art. 6. ad finem corporis, vbi sic scribit: *Et ideo requiritur auxilium gratiæ ad hoc quod homo à peccato resurgat, & quantum ad habituale donum, & quantum ad interiorum Dei motionem.* Vbi distinguit gratiam habitualement à motione Dei interiori quam 1. part. dixerat solum requiri, vt Angelus vltimo conuerteretur in Deum; & eandem doctrinam tradidit eadem 1. 2. quæst. 112. art. 2. 3. & 4. vbi absolute docet dispositionem ad gratiam procedere ex libero arbitrio, & auxilio Dei, vt distinguitur à gratia habituali.

Propter hæc testimonia D. Thomæ hanc sententiam defendit Thomistarum princeps Magister Cumel 1. tom. in 1. 2. quæst. 113. art. 8. disput. 1. & contrariam validissimis conuellit rationibus, quibus etiam suam propugnat. Illa prima, & efficacissima. Implicat, quod dispositio, quæ formam præcedit in genere causæ materialis introductionem formæ sit à forma efficienter; ergo vltima dispositio ad gratiam non potest vlla rationem efficienter procedere ab eadem gratia habituali. Consequentia est clara, & antecedens demonstratur, quia sequitur euidenter gratiam habitualement existere simul, & non existere, existere quia efficit contritionem, & amorem Dei; non enim potest operari nisi existat & præsupponatur, & esse, & habere virtutem ad operationem, quæ duo non possunt illi conuenire extra subiectum, sed necessario supponunt inexistentiam, & inhaerentiam in illo. Deinde sequitur non existere, quia ante dispositionem præparantem non intelligitur inesse subiecto, ac proinde neque existere, quia in disposito subiecto non potest vniri, & cum vnitur incipit esse, & intelligitur posse operari, & nullo modo antequam existat. Quæ ratio communissima est, quia efficacissima; torquentur enim aduersarij in illius explicatione, in omne latus se vertunt, neque aliquid asserunt, quod illam dissoluat, sed maioribus, & inintelligibilibus difficultatibus implicat; semper enim in robore suo manet implicatio. Magistrum sequitur Suarius

D. Thom.

D. Thom.

85.

Cumel.

Suarius.  
lib. 5.

Lorca. lib. 5. de Angelis, cap. 8. num. 2. Lorca tomo 2. in 1. 2. sect. de gratia, disput. 38. & alij non pauci contra Gabrielem Vazquez, qui tomo 2. in 1. 2. disput. 211. præcipue cap. 3. mordicus defendit sententiam contrariam, & quidem meo iudicio, non quia illam, aut certam existimat, aut consonam doctrinæ Diui Thom. in illo articulo; sed quia defendit eam contritionis posse formaliter iustificare, & ne cogatur concedere actum impium iustificari per actum contritionis, qui secundum veram, & intelligibilem sententiam gratiam, vt dispositio præcedit; ac proinde gratiam non esse necessariam ad iustificationem, quod est contra fidem Concilij Tridentini sessione 6. de iustificatione coactus est affirmare habitentem gratiam esse priorem ex parte efficientis, quam actum contritionis; verum ex illius sententia duo sequuntur difficilia valde. Primum gratiam habitentem non dari ad mensuram dispositionum; sed è contra, dispositiones dari ad mensuram gratiæ habitualis. Vnde intensio dispositionum à forma, gratia scilicet habituali sumitur, non tamen gratiæ à dispositionibus. Secundum, hominem de facto iustificari per dispositiones non quantum ad expulsionem peccati, quia iam per gratiam intelligitur expulsam; sed quantum ad sanctitatem maiorem, si enim actus contritionis ex natura sua est forma sanctificans, quid prohibet, quod receptus in proprio subiecto conferat sanctitatem; Christus enim Dominus sanctus est ex vniõnis hypostaticæ, & tamen illa supposita, adueniens gratia habitualis illi humanitati confert etiam sanctitatem. Opinio igitur Vazquez difficillima est, & adeo subtilis, vt etiam ab illius assertoribus difficillimè, & agrè intelligatur, vt constat ex illis quæ tradidit Sotus 4. d. 14. art. 2. & Medina 1. 2. quæst. 113. art. 8. facilius igitur & verior est Magistri Cumelis sententia.

Hanc etiam sententiam Magistri nostri amplexus est Magister Granado 1. 2. controuersia 8. de gratia disput. 2. num. 3, qui addit modum hunc producendi contritionem per auxilium esse improportionatum, proportionatum autem esse modum producendi per habitum; hanc verò improportionem ortam ex diuina institutione, & ex illa esse sequelam. Fallitur tamen, quia licet dispositiones requirantur ex institutione diuina, improportio ex illa non oritur, sed ex ipsa rei natura; implicat enim primum actum dilectionis, qui est dispositio ad gratiam ab illa oriri efficaciter propter manifestam implicationem, vnde si ex Dei natura, & institutione, aut ex natura rei requiratur illa dispositio, necessario procedit ab auxilio tanquam à principio efficiendi, & non à gratia, vel à charitate quod idem dicendum est de alijs dispositionibus requisitis ad primam iustificationem.

\* \* \*



DISPUTATIO V.

Utrum à gratia Maternali physice oriatur gratia habitualis, & virtutes infusa.



**D**IFFICULTAS est, an virtus illa supernaturalis, qua sacra Deipara Christum Dominum genuerit, radix sit physica, & naturalis gratiæ habitualis, & donorum supernaturalium; quæ recipiuntur in Virgine, an verò solum moralis & pendens ab institutione diuina, quam controuersiam disputant Scholastici, de ipsa gratia habituali respectu charitatis, & virtutum infusarum in materia de gratia, & de vniõne hypostatica in materia de Incarnatione, & de hac nos tractauimus vestigatione 1. disput. 13. sect. 2. Est igitur concertatio an sicut proprietates physice rerum oriuntur ab illis per simplicem emanationem, vt calor ab igne, voluntas, & intellectus ab anima reali, & physico influxu, qui egreditur à substantiis, & ad proprias passiones terminatur, etiam gratia, & virtutes spirituales hoc modo dimanent à gratia materiali corporea.

Res proculdubio difficilis, non solum propter obscuritatem ipsius, sed etiam quia hæc controuersia à nullo est disputata; & quidem statim apparet Maternitatem sacræ Deiparæ petere ex propria rei natura, vt est virtus supernaturalis gratiam habitentem, & cætera dona supernaturalia, tanquam perfectiones, quæ pertinent ad integritatem illius physice dignitatis; quia cum necessario persona generans Deum debeat elicere supernaturales actiones illasque meritorias, & has non possit secundum ordinem naturæ elicere sine gratia & virtutibus ex natura rei respicit has perfectiones supernaturales tanquam sibi debitas, & integrantes propriam essentiam illius dignitatis quasi infinita, quam doctrinam ex multis tradit Suarez tom. 2. in 3. part. disput. 1. sect. 1. pag. 9. vbi refert Albertum Magnum asserentem lib. de laudibus Virginis cap. 69. 70. & 71. ex terminis esse per se notum, Virgini collatas esse perfectius omnium sanctorum gratias, atque & rectè se hoc intelligere de terminis Matris & filij, & ait hoc supponere S. Thomam, & Caietanum quæst. 27. art. 5. & 6. Durandum 3. d. 1. quæst. 7. & S. Antoninum 4. part. tit. 15. vnde infert, Maternitatem comparari ad gratiam, & gratias tanquam primam formam ad suas proprietates, atque adeo ex sententia sanctorum Patrum, quos refert toto §. in contrarium verò est Maternitatem esse perfectiorem gratia, & donis supernaturalibus. Eandem doctrinam tradit Salazarius de Conceptione, cap. 10. §. & supponunt necessario, qui docent Matri Dei esse debitam omnium gratiarum plenitudinem.

Ex his verò non statim infertur, gratiam & dona supernaturalia fluere per simplicem quam dicunt emanationem à gratia maternali; hæc enim

87.

88.

89.

Suar.

D. Thom. Caiet. Cumel.

90.

Suar.

Cumel.

S. Thom.

Suar.

Alb. Mag.

D. Thom. Caietan. Durand. Antonia.

Salaz.

enim duo non sunt naturaliter, & inseparabiliter cõnexa. Materia enim prima ex naturali petit quantitatem, & tamen quantitas secundum veriorem, & communiorem sententiam non fluit à materia; de quo videndus Suarez tomo 1. in Metaphysicam, disput. 18. sect. 3. Et Angeli substantia ex natura rei petit species intelligibiles, quas à rebus non potest accipere, vt latè tradidimus in materia de Angelis. Et tamen species non fluunt à substantia Angeli, per emanationem, vt ibi ostendebamus ex D. Thoma, Caietano, & Magistro Cumel 2. tomo in 1. part. quæst. 55. art. 1. disput. 1. stante ergo debito naturalitatis, adhuc est difficultas utrum gratia, & cætera dona fluant physice à gratia Maternitatis.

Ad cuius explicationem aduerto, hanc emanationem non eodem modo explicari. Aliqui enim quos imitatur Franciscus Suarez relatus existimant hanc emanationem esse veram, & propriam actionem præcipue cum separatur à prima productione substantiæ, vt contigit in aqua calida quæ reducitur in natiam frigiditatem, in qua reductione nihil operatur agens, sed tota operatio est ab aqua. Alij vero affirmant emanationem non esse veram actionem, sed effluxum solum simplicem proprietatum ab essentia cui debentur tanquam illius ornamenta, & instrumenta, qui enim dat formam, dat consequentia ad formam. In qua sententia vera actio & productio proprietatum tribuitur generanti substantiam, vel essentiam rei, non vero ipsi substantiæ propriè, sed solum reductiue, & propter hoc illa efficientia tribuitur substantiæ rei; ita explicat rationem emanationis Magister Cumel, 2. tom. in 1. part. vbi supra, & quæst. 50. art. 5. quæst. 1. post 8. conclusionem ad solutionem secundæ obiectionis, ibi enim ait emanationem esse actionem reductiue, & hæc putatur Diui Thomæ sententia, qui licet neget substantiam esse immediatam, & proximum principium efficiendi aliquid, ac proinde indigere accidentalibus potentiis realiter distinctis ad operandum, quod negant Scotistæ cum Principe suo, adhuc concedit proprietates dimanare à substantia immediatè, & sine vlllo principio ipsi superaddito. Angelicus enim Doctor 1. part. quæst. 77. art. 1. ad 5. affirmat quod licet inter substantiam, & accidens generaliter sumptum non sit aliquod medium, reperitur tamen inter substantiam, & accidens vt est quantum prædicabile, mediat enim proprium, & asserit: *Proprium non esse de essentia rei, sed ex principiis essentia rei causari.* Et addit hoc modo potentias animi dici posse medias inter substantiam, & accides quasi proprietates animæ naturales, quod etiam significat in alijs locis, sed statim occurrit in hac explicatione difficultas, quia aut illa emanatio, aut influxus est vera efficientia ab essentia rei procedens, aut non est vera efficientia; si vera efficientia est, & causalitas, propriissimè est actio, quid enim deficit illi ad rationem actionis, præsertim si in hac explicetur dependentia rei à causa efficiendi, verè enim proprietates vt ab efficiendi dependent à substantia, quia non solum recipiuntur in substantia, sed efficiuntur ab illa, si autem vera efficientia

non est, neque efficientia est. Verus enim homo, homo est, qui autem verus homo non est, neque homo est.

Ergo in re quidem non facili alicuius posset esse iudicium explicationem nostri Magistri, quæ ex Angelico Doctore desumitur esse verissimam, & ita intelligendam, vt emanatio harum proprietatum ab essentia sit vera productio distincta à productione ipsius substantiæ, seu essentia rei, quæ immediatè terminatur ad rei proprietates, tribuitur tamen essentia rei, non quia verè, & propriè influat immediatè in illas, sed quia generans substantiam non potest illas producere nisi substantiam producat antecederet prioritate naturæ, qua producta simul in eodem temporis instanti producit proprietates, & quia actiones sunt simul, & posterior necessario est connexa cum primâ, videtur posterior oriri ab ipsa substantia, & etiam proprietates aliqua ratione, (quia sunt potentia substantiæ) in illa contineri, & hanc continentiam existimaret necessariam esse ad rationem emanationis & effluxus naturalis, si enim illa non detur productio non poterit dici emanatio, propter quod infusio specierum, aut formalis loquendo productio specierum in Angelis non est emanatio quidquid contendat Magister Granado 1. p. tom. 3. tract. 3. disp. 3. num. 6. Quia licet comproducantur ad productionem Angeli adhuc in illo non continentur virtualiter; impossibile enim videtur quod vel in Angelo infusæ speciei virtualiter continentur species omnium rerum, & obiectorum, quæ forsitan sunt infinitæ, quod saltem ex parte videtur tenere Arriaga disp. 1. 1. physica sect. 1. subsect. 1. quatenus ait emanationem proprietatum dici talem, quia necessarium, & naturaliter est coniuncta cum productione rei simul, & in eodem instanti.

Verum quia videtur ex hac doctrina Angelos habuisse species omnium rerum per emanationem, quod negat cum S. Thoma, Reuerendissimus Magister Cumel, supra laudatus, & alias negari videtur ratio formalis emanationis, cum simpliciter asseueretur illam esse actionem prouenientem à generante, & omnino distinctam à productione substantiæ ipsius rei. Vnde sit euidenter emanationem non esse fluxum proprietatum à substantia, & essentia, cum in illas nullam habeat efficientiam, aut actionem, quæ perfectè aut reductiue sit talis, ex quo ratio formalis verè emanationis destruitur, quam tamen asserit communis sententia vt illam amplius illustrem, & corrigam superius iudicium quod reuera est contra communem consensum Philosophorum, & Theologorum aduerto proprietates comparari ad essentiam, vt quid complens, & per se integrans eandem essentiam in ordine ad operationem, quam essentia rei petit ex propria natura. Vnde cum illud agens quod dat formam det consequentia ad formam dum non communicat substantiæ, aut essentia productæ eas perfectiones, quæ illam complent, & integant in sua linea, non censetur suam actionem consummasse, quia nondum censetur ea producta, quæ per se pertinent ad substantiæ integritatem, ac si producta iam censentur, actionem procul

91.

Granado.

Arriaga.

92.

proculdubio consummavit agens, quia nihil restat producendum ad rei integritatem, & actualitatem, hæc tamen omnia producit agens ordine quodam, ita ut primum, & immediatè substantiam producat, secundo tamen & mediatè quæ pertinent ad integritatem illius; id tamen sit vnica actione realiter indiuisibili, quæ tamen intelligitur primario terminari ad substantiam, ut ad terminum primarium illius, secundo vero ad proprietates, ut ad terminum secundarium, ea ratione, ut ipsa substantia sit agenti quasi ratio formalis in genere causæ efficientis ad ipsas proprietates producendas, non quia agenti det vim ad illarum productionem, sed quia reuera agens illas nunquam produceret si prius primarium effectum non produxerit. Inde igitur videntur fluere, & verè fluunt à substantia proprietates, & illa actio videtur quasi esse ab illa essentia, tum quia petuntur ex propria rei natura à substantia rei, tum quia agens nunquam illas produceret, si prius non producat substantiam, quia in proprietatibus non solum consideranda est illarum existentia, sed etiam connexio cum essentia, quæ naturalis necessitas est propter quam subiectum, seu essentia non potest produci neque inueniri sine illis secundum rerum naturas, si enim ista necessitas naturalis, si ista connexio essentialis non esset, agens ad illas producendas ab intrinseco determinari non posset. Propter hæc igitur necessitatem vnica illa actione agens producit substantiam rei cum omnibus illis, quæ illam integram per se, ita ut illius actio ad vtrasque terminetur, & vtrasque efficiat illo ordine, qui reperitur inter primarium, & secundarium effectum, ex quo fit quod substantia rei non vera actione producat proprietates, & passiones, verum quia aliquo modo ut explicuimus est ratio formalis agendi mediatè illas proprietates, dicitur etiam eadem ratione illas attingere efficienter.

93.

Hinc colligi potest quid sit formaliter emanatio, est enim fluxus supponens veram actionem, & illam inuolvens ad quam immediatè proprietates consequuntur rerum essentias, & substantias, re enim vera, quando aliqua certo quodam ordine ab aliqua causa procedunt, primum videtur esse causa cæterorum, non quia reuera alia producat, sed quia reuera nequeunt produci, si primum illud non producat, hoc enim quasi ad alia defert causalitatem agentis, & ex hoc dicitur, & aliquo modo est causa efficiens illius, de quo videndus Angelicus Doctor 1. part. quæst. 77. art. 6. Quem optimè explicat Caietanus, in illo enim artic. ad 2. docet, quod essentia animæ est causa omnium potentiæ sicut finis, & sicut principium actuum, & ad 3. docet in productione proprietatum non esse transmutationem, sed aliquam naturalem resultationem ex quo sequitur fluxum explicatum non esse veram actionem, sed solum secundum quid, & reductiue, quod rectè notauit Dominicus Banez ad illum articulum, & Caietanus traditam doctrinam confirmans, 1. part. quæst. 54. art. 3. §. A secundam rationem Scoti: ita scripsit: *Nullum accidens causatur à substantia immediatè per actionem mediam, cum hoc tamen fiat quod mul-*

D. Thom. Caietan.

Banez.

ta accidentia consequantur substantiam per naturalem sequelam in genere causa effectiua, & materialis. Perpendens vero eadem 1. part. quæst. 77. art. 6. responsum D. Thomæ, ad 3. ait: *Responsum ad tertium diligentissime notaio.* Quoniam ex ea soluuntur multa difficultates vtendo hac distinctione de causa actiua per mediam actionem, & sine aliqua media actione per solam naturalem resultantiam.

D. Thom.

Atque ex his explicatur facillè cur substantia, & essentia rei sit, & dicatur radix, & principium proprietatum quæ ab illa dimanant, & fluunt; quod ut melius intelligatur aduertendum est fluere proprietates ab essentia, ut illa iam est in actu, & habere necessariam dependentiam ab illa antequam intelligatur concursus materialis, & receptio proprietatum; Hæc autem dependentia necessario est in genere causæ efficientis, quia in illo priori solum intelliguntur egredi à substantia, non vero recipi in illa. Vnde cum dependentia à causa efficienti sit per actionem, aut causalitatem illius, egressio illa dimanatio est, & quasi causalitas ipsius substantiæ, quæ tamen realiter est idem cum actione agentis; inde vero fit quod hæc actio ut immediatè terminatur ad substantiam terminetur etiam ad passiones, ut tamen egreditur à substantia, & deferatur ad passiones, & ad illas extenditur immediatè illas attingat. Vnde antequam causalitas agentis extendatur & deferatur ad passiones, & proprietates sit veluti in potentia radicali, & per modum actus primi, ut vero actualiter egreditur, & extenditur actio agentis per intermediam substantiam iam actualiter est principium, & radix suarum proprietatum. Atque hæc est sententia S. Thomæ, Caietani, & Magister Cumel, circa emanationis naturam, quæ quidem explicatur est difficillima, & hoc modo explicatur dilucidè. Vide Collegij Carmelitarum Complutensis Physicam disputationem de causa efficienti quæst. 7. à n. 92.

94.

Aduerto deinde iuxta nostram sententiam asserentem sanctitatem corpoream infusam fuisse carni Virgineæ ante eius animationem, & Conceptionem purissimam probabiliter dici posse in ipso Conceptionis instanti, & quando caro illa immaculata incipit esse caro personæ verè sanctitatem corpoream augmentum accepisse, ita ut verè facta fuerit intensior, quia etiam ratione diximus non esse improbabile habuisse in Conceptione, & generatione Christi Domini, non quia virtus secundum gradus præexistentes non esset sufficiens ad Christum asserentem generandum, sed quia oportebat instanti generatione Dei humana ad quæ sanctitas, & puritas ordinabatur, carnem illam sanctitate compactam esse magis, & magis puriorem, cum enim in illo momento morali sanctitas animæ creuerit, & facta fuerit intensior, oportebat à fortiori intendi sanctitatem carnis in qua Deus non per affectum, sed per Incarnationem incipiebat existere. Ad rem igitur nostram in Virginis Conceptione videbatur decentissimum, ut licet iam in carne præ-existeret sanctitas illa corporea intenderetur in illo physico momento, ut verè, & propriè diceretur

S. Thom. Caiet. Cumel.

95.

diceretur Virginis persona vtramque sanctitatem accepisse, & materialem, & habitualement, quo videtur respexisse Illephonsus, qui lib. de virginitate Mariæ cap. 8. scripsit: *Audisti Virginis oraculum, quæ tam verè vtero carnis concipit, & generat, quam veromentis accipit, & enarrat, vno enim spiritu, & ad fidem secundata est, & ad prolem.* Ibi enim significat vtramque gratiam in sanctificatione simul accepisse. Difficultas igitur de vtraque sanctitate corporea, tum de illa, quæ collata est carni ante conceptionem, tum de illa, quæ in ipsa conceptione Virgini sanctissimæ personaliter, id est in persona fuit communicata.

96.

Dico primò, A gratia Maternali, ut fuit infusa carni Deiparæ ante animationem non ortæ sunt physice gratia habitualis, & supernaturales virtutes, tametsi illas peteret, & petebat physice, & ex propria rei natura: hæc conclusio duas habet partes, & posterior constat, quia dignitas Maternalis ex natura rei illam gratiam, & virtutes exoptulat. Conferendas tamen & communicandas illi sicut in subiecto capaci, & quod possit esse principium efficiens supernaturalium actionum, hoc autem solum in persona, quæ est rationalis natura indiuidua substantia potest reperiri; prior verò pars facilis est, quia emanatio est fluxus, qui naturaliter, & necessario supponit, & inuoluit simultaneè actionem primam qua producit rei quidditas, & essentia, sed in prima infusione virtutis naturalis, non fuit infusio, seu productio gratiæ habitualis, & virtutum supernaturalium, ergo in illa prima actione productiua virtutis generatiuæ, & sanctitatis corporeæ, non sunt productæ gratiæ, & virtutes, quæ illam consequuntur, & ulterius; ergo gratia, & virtutes non emanarunt physice in illo priori, hæc vltima consequentia est euidentis, quia si non sunt productæ, neque per simplicem emanationem erunt productæ, & prima est legitima; minor verò probatur, quia vbi non est subiectum aptum ad recipiendam formam, ex rei natura non est illius productio; subiectum verò ex natura rei aptum ad recipiendam gratiam, quæ est prima forma virtutum, est solum anima rationalis, quæ tempore præcedenti animationem non potuit existere.

97.

Dico secundò, gratia habitualis, & supernaturales virtutes emanarunt physice in conceptione Virginis sanctissimæ, ita ut verè possit dici gratia Maternalis radix, & principium illarum, illasque respexit, ut proprietates exorientes ab illa, ut anima rationalis respicit intellectum, & voluntatem, & cæteræ substantiæ suas respiciunt proprietates. Hanc conclusionem, quam expolimus, & declarabimus assertione 3. intelligendam tamen iuxta sententiam Angelici Doctoris à nobis explicatam (supposita nostra sententia, de virtute supernaturali ordinis hypostatici) tuebuntur, qui nobiscum existimant vnionem hypostaticam esse radicem gratiæ habitualis, & supernaturalium donorum, quos attulimus vestigat. 1. disp. 13. sect. 2. conclus. 2. & quicumque affirmat gratiæ productionem asserre secum productionem donorum supernaturalium, & gratiam per

emanationem esse radicem physicam illarum, quos refert & sequitur M. Granado 1. 2. controu. 8. de gratia tit. 4. disp. 13. illa ut nullius intelligatur aduertendum est gratiam & dona supernaturalia posse dici respectu sacre Deiparæ, tum propter naturalem inclinationem, quam habet virtus illa supernaturalis ad gratiam, & alia dona ordinis diuini, propendit enim materialis dignitas in illas perfectiones; tum propterea quod subiectum in quo illa reperitur veluti disponit Maternitas, ut perfectissimo modo, & in intentione, quæ illum decet statum, ea recipiat, quæ dispositio, & capacitas quasi proxima in illo subiecto ante Maternitatem non reperitur aut non petitur ex propria ratione, & immediata formalitate potentie obedientialis, quæ quasi ordine quodam respicit has perfectiones, id est gratiam vtramque Maternalem, & habitualement. His si adiungatur, gratiam habitualement productam actione, quæ petat simultaneam existentiam cum productione gratiæ Maternalis in sacra Deipara consequitur gratiam, & dona supernaturalia esse proprietates fluentes, & emanantes à gratia Maternali. Atque hæc est prima probatio huius conclusionis. Secundò potest probari rationibus quibus vestigatione 1. disp. 13. sect. 7. probauimus vnionem hypostaticam esse radicem physicam gratiæ & donorum. Et tertio ostendi valet rationibus monstrantibus gratiam esse radicem physicam, non vnionis hypostaticæ, sed virtutum & habituum supernaturalium, quæ ad illam consequuntur, & videri possunt apud M. Granado loco citato.

Granado.

Granado.

98.

Dico tertio, & explico simul assertionem secundam formalissimè loquendo de emanatione, & secundum propriam illius naturam à gratia Maternali, & sanctitate corporea fluunt gratia, & dona supernaturalia, quæ illam consequuntur, ita ut verè sanctitas Maternalis sit principium, & radix immediata illorum, ut anima rationalis est physica radix intellectus, & voluntatis. Hanc assertionem existimo amplectendam ab illis, qui sanctitatem Virginealem corpoream admiserint, & illa admitta negare non possunt qui existimant gratiam fluere ab vnione hypostatica physice, & hanc virtutem & donorum supernaturalium esse naturalem radicem. Probatum primò gratia Maternalis sacre Deiparæ, ut reperitur in illius persona comparatur ad gratiam sanctificantem, & supernaturales virtutes, ut natura diuina comparatur ad suas perfectiones, & attributa, sed diuina natura intelligitur, quasi principium, & radix per emanationem suorum attributorum & proprietatum; ergo Maternalis gratia sacre Deiparæ intelligitur, & est radix & principium formale per emanationem gratiæ habitualis, & donorum supernaturalium. Consequentia est legitima, & minor est certa; in Deo enim absoluta essentia intelligitur ut natura, & attributa, ut proprietates consequentes illam ea ratione ut si inter illa, & essentiam esset realis distinctio, attributa physice fuissent essentia, & ab ea emanarent non minus quam voluntas, & intellectus Angeli fluunt ab essentia Angeli, & lux oritur à Sole. Maior verò probatur, quia sanctitas Maternalis Virginis est

formalis participatio fecunditatis diuinæ naturæ, vt reperitur in Patre, vt latissimè deduximus vestigatione 1. ac proinde imitari debet diuinam naturam, & habere suas proprietates, & attributa, seu perfectiones, & cum realiter distinguatur dignitas Maternalis, seu quod idem est sanctitas corporea à gratia habituali, & donis nihil desideratur, vt sit principium naturale, id est secundum naturam, & essentiam, & physica radix gratiæ spiritualis, & donorum quæ fluunt ab illa. Consule vestigat. 1. disp. 3. sect. 2. vbi hæc ratio magis explicatur.

99. Probatur secundò, quæ per se pertinent, & necessaria sunt ad complementum, & integritatem alicuius essentia, ita vt proprias operationes non possit elicere sine illis comparantur ad eam essentiam vt proprietates ad physicam radicem à qua fluunt, sed gratiæ habitualis, & dona supernaturalia hac ratione comparantur ad gratiam Maternitatis; ergo comparantur ad gratiam corpoream vt ad radicem & emanationis principium; ergo per emanationem propriè dictam fluunt ab illa consequentia est euidentis, & maior est ipsa definitio proprietatum, & ratio propter quam potentia oriuntur ab essentia per emanationem; omnis enim anima naturaliter petit intellectum, & voluntatem, ita vt sine illis non possit elicere suas actiones, nec se in actum perfectissimum reducere, proptereaque est principium, & radix per simplicem emanationem suarum potentiarum; & eadem est ratio de aliis essentiis, & illarum proprietatibus: minor verò probatur, quia persona generans hominem Deum constituitur in ordine supernaturali, ac proinde debet intelligere Deum secundum actiones, quæ propriæ sunt ipsius Dei, quales sunt seipsum intelligere, & amare, & consequenter debet Deum intelligere, & amare, non quomodocunque; sed & Deum hominem à se genitum vera, & propria generatione; hoc autem secundum rerum naturas, & ordinatam potentiam fieri non potest sine gratia habituali, & donis supernaturalibus: relinquitur ergo gratiam corpoream, vt est in persona Dei Genitricis petere habituales gratiam & dona supernaturalia ad suas operationes.

100. Dices, minorem non solum esse falsam, sed esse contra nostram sententiã; repetimus enim non semel in prima vestigatione operationem propriissimam virtutis supernaturalis, quæ est generatio Dei hominis nullo modo pendere à gratia habituali, & hanc nihil conferre ad Christi Dei generationem, vt egrediebatur à Virgine sanctissima, quia vt argumentabatur Scorus 3. d. 3. q. 1. Virtutes supernaturales residentes in voluntate & intellectu, nihil conferre possunt ad physicam generationem, vnde constat statim ad perfectissimam operationem Maternitatis corporeæ non esse necessariam gratiam habituales, & supernaturales virtutes, ac proinde falsam esse illam minorem, & præterea contrariam nostræ sententiæ.

101. Hæc tamen non eneruant vim huius rationis, non enim illa intenditur operationem propriissimã illius virtutis, quæ est generatio Dei hominis non posse egredi à maternitate corporea, si illi non adsint gratiæ, & virtutes, hoc enim, & falsum, & à nobis vestigatione prima

reiectum, sed solum intenditur ita pertinere, ad integritatem huius naturæ, aut quasi naturæ gratiam, & habitus supernaturales, vt operationes intellectus, & voluntatis circa Deum ipsum persona generans nulla ratione possit elicere, sine illis donis, & virtutibus quarum actus terminantur ad Deum. Vnde rectè asseritur pertinere ad integritatem illius naturæ non quatenus est ratio formalis generatiua, sed quatenus est sanctitas supernaturalis residens in carne personæ generantis, quæ non solum illa sanctitate perficitur, sed ex vi illius petit principia, & formas, quibus sanctè & supernaturaliter operetur.

102. Probatur tertio, quia hæc emanatio simplex gratiæ & habituum supernaturalium nullo modo repugnat sanctitati Maternitatis, & ex alio capite illustrat dignitatem physicam sacrae Deiparæ; ergo dignitas Maternalis est Principium & radix physica per emanationem gratiæ & donorum supernaturalium. Consequentia huius congruentiæ fundatur in illa dignitate communiter recepta à SS. PP. & Theologis asserente, quidquid non implicat contradictionem, quidquid dedecens non est, & alias potest illustrare dignitatem sacrae Deiparæ illi esse concedendum. Antecedens verò quoad primum monstrabitur dum argumenta contra nostram hanc conclusionem refutabimus, & diluemus, & quoad secundum probatione non indiget; quis enim neget excellentissimum esse in sacra Deipara quod à dignitate illius gratiæ habitualis, & dona alia excedentia naturam humanam physicè etiam, & ex natura rei oriuntur.

103. Sed contra hanc tertiam conclusionem non possunt non esse difficilia argumenta. Primum, fieri vlla ratione non potest, quod corporea res habeat efficientiam in res spirituales, ergo à gratia corporea fluere non possunt per emanationem gratia habitualis & dona supernaturalia. Consequentia est euidentis, quia Maternalis est simpliciter corporea, gratia autem habitualis, & dona supernaturalia sunt ordinis spiritualis: antecedens verò probatur manifestè, quia illud quod est ordinis inferioris, atque adeo imperfectioris non potest attingere rem ordinis superioris præcipuè in genere causæ efficientis propter distantiam quæ reperitur inter gradus corporis, & spiritus.

104. Propter hoc argumentum Magister Granada 1. tom. in 3. part. controuersia 1. de Incarnatione disput. 3. existimauit gratiam, & charitatem flere, & dimanare ab vnione hypostatica, qua supernaturalis spiritualis est, non verò qua corporea est, & ego aliquando existimaui esse verum. Nunc tamen existimo falsum, & ad argumentum respondeo negando antecedens, & ad illius probationem dico rem corpoream non posse habere efficientiam vllam in res spirituales, si hæc efficientia sit vera & propria actio, quæ solum egrediatur à re corporea, si verò sit impropria efficientia, & reductiuè talis, & quæ non egrediatur à re corporea, sed ab efficiendi ordinis superioris non repugnat efficientia rei corporeæ in res spirituales, cum ergo Deus sit causa principalis particularis corporeæ sanctitatis, & qui reuera mediatè producit gratiam, & dona supernaturalia,

alia, non est difficile quod illa eorum sit causa per emanationem, quæ supponit & inuoluit actionem diuinam tanta connexionem, vt sit eadem omnino realiter, & dicitur fluxus, & emanatio modo explicato. Vel posset dici secundo rem corpoream sumptam præcisè non posse esse causam rei spiritualis propter excessus spiritus ad corpus, si verò aliquid reperitur in re corporea quod extrahat illam à ratione: corporis, & constituat illam in ordine eleuariori, & excellentiori, optimè poterit etiam vt causa principalis rem spirituales efficere, cum igitur sanctitas corporea sit ordinis supernaturalis, & hypostatici, & aliàs excedat valde in propria ratione formali habituales gratiam & dona, quia gratia Maternalis est productiua hominis Dei, non est repugnantia vlla propter quam negemus posse vt causam principalem, & per veram actionem producere gratiam habituales, & dona supernaturalia, quæ respectu illius sunt ordinis inferioris, & quidem quæ diximus in vestigatione prima, disput. 13. sect. 1. iuxta priorem solutionem sunt intelligenda; vnio enim hypostatica etiam vt corporea propter supernaturalem, & hypostaticam excellentiam quam habet, bene potest esse principium à quo dimanet gratia habitualis. Iuuant verò posteriorem solutionem ea quæ ibidem diximus, de vnione hypostatica, vt est spiritualis, non enim est principium emanationis quatenus est modus, sed vt est veluti quædam essentia, & natura illius ordinis supernaturalis, & diuini: sic supernaturalis virtus corporea principium emanationis est ad dona supernaturalia, quatenus supernaturalis, & ordinis hypostatici. An verò, & quomodo sacramenta quæ corporea sunt gratiam producant, & ignis in inferno malos Angelos torqueat tractandum in materia de Angelis, & de Sacramentis in genere.

105. Secundum, nulla dari potest causa principalis gratiæ; ergo non solum sanctitas corporea, sed etiam vnio hypostatica causa non sunt per emanationem donorum omnium supernaturalium. Consequentia quoad vtramque partem probatur, quia causalitates per emanationem est causalitates principalis, non enim rei substantia, aut essentia efficit proprietates, vt instrumentum generantis, licet generans sit principium principale productionis illorum, antecedens latè demonstratur à Theologis 2. 2. quæst. 112. art. 1. vbi Reuerendissimus Magister Cumel disput. 1. conclus. 2. pagina 332. vbi ait hanc veritatem esse proximam fidei: & conclusione 3. ait esse certam de fide. Respondeo concedendo antecedens, & negando consequentiam, quia in hac emanatione, propriè loquendo, de actione vera, & qua mediat inter causam, & effectum; solus Deus est causa principalis gratiæ in genere physico; si verò intelligatur illa actio quatenus eius causalitatem defert, aut vnio hypostatica, aut sanctitas corporea ad gratiam habituales etiam istæ perfectiones possunt esse, & dicuntur causæ principales illius propterea quod certo quodam ordine causantur à Deo, ita tamen vt vtraque illarum sit veluti ratio formalis causandi suas

proprietates, vt supra explicauimus; & forsitan non repugnat hoc modo creaturam esse causam principalem gratiæ, quæ existat in proprio supposito in quo recipitur gratia producta, & non in extraneo subiecto; tum enim illa productio esset simpliciter emanatio, & gratia produceretur à Deo vt causa particulari non tamen vniuersali. Vide S. Thomam, & illius interpretes ad locum citatum.

106. Tertium & est commune ad emanationem virtutum supernaturalium à gratia habituali, si sanctitas corporea esset principium emanationis respectu gratiæ, & donorum sequeretur quod efficienter concurreret ad actus supernaturales. Consequens est falsum; ergo & antecedens, falsitas consequentis constat, quia nullus haftenus asseruit ad actus spirituales concurrere principium efficiens corporeum, & quidem sanctus Thomas & Scholastici dum tractant de gratia habituali, de ea loquuntur tanquam de qualitate quadam non actiua, sed decorante, & sanctificante animum; imo hæc est ratio principalis propter quam in via Diui Thomæ gratia distinguitur realiter à charitate, quia scilicet hæc est principium actiuum, non verò gratia. Sequela autem probatur, quia anima ideo concurret ad actus vitales, quia potentia naturales fluunt ab ipso per emanationem, & sunt illarum virtutes & instrumenta. Respondeo necessarium non esse quod gratia corporea efficienter immediatè concurrat; neque influxum habeat in actus vitales supernaturales, non quia ipsa non sit virtus supernaturalis, & vitalis, sed quia gratia habitualis, & dona supernaturalia sunt sufficiens principium illorum, & causalitates non sunt multiplicandæ sine necessitate, aliàs animæ substantia, substantia carnis, & potentia vegetatiua in qua est virtus Maternalis, ipsa virtus, gratia, voluntas, & habitus charitatis influerent immediatè in actum amoris diuini: & certè licet aliqui existiment gratiam simul cum habitibus concurrere efficienter ad actus supernaturales. S. Thomas affirmat quæst. 27. de veritate, art. 2. ad 2. talem influxum gratiæ necessarium non esse, cum iuxta multorum sententiam animæ non producat efficienter immediatè actus potentiarum, sed solum mediantibus potentiis, & licet de anima diceretur, quod haberet influxum immediatum in actus vitales; ego id negarem de gratia habituali, quia substantia animæ, potentia, & habitus supernaturales sunt sufficiens principium actus supernaturalis, & gratiæ influxus non est necessarius, sed verè superfluit. Alia argumenta, quæ adduci solent contra influxum per emanationem vnionis hypostaticæ, & gratiæ, & leuia sunt, & in propriis locis possunt videri.

Lege M. Granada locis citatis. \* \* \*



DISPUTATIO VI.

Vtrum sacra Deipara habuerit plenitudinem gratiae, ita ut omnes Sanctos simul sumptos excefferit in illa?

Ad art. 5. q. 27. 3. p. D. Thomae.

107.

D. Thom.



PRIMUM partem huius disputationis art. citato tractat ex professo D. Thomas, & ad controuertendam secundam, tradit sufficientem occasionem, ideo utraque suo ordine erit disputanda. Primum ergo est aduertendum ad primae partis disputationem, aliud esse Virginem in prima sanctificatione habuisse gratiae plenitudinem. Aliud verò vtrum ex vi sanctificationis Maternalis habuerit plenitudinem gratiae; nam primum solum reddit hunc sensum, an simul cum gratia Maternali, & habituali in conceptione sua Virgo sanctissima receperit plenitudinem gratiae. Secundum verò sonat, an ex vi Maternalis dignitatis Maria sanctissima habuerit plenitudinem gratiae, siue hæc illi fuerit collata in ipsa conceptione, siue in toto vitæ discursu.

108.

Ergo Virginem sanctissimam absolutè loquendo non habuisse gratiae plenitudinem probari posset argumentis, quæ in principio illius articuli adducit D. Thomas, & ad finem soluit eleganter, & dilucidè; sed vera Angelici Doctoris sententia est sacram Deiparam in sua sanctificatione non habuisse plenitudinem gratiae habitualis. Illum sequuntur omnes illius interpretes, præsertim Suarez tom. 1. in 3. part. quæst. 27. disput. 4. sect. 1. & Vazquez 2. etiam tomo disput. 119. cap. 5. qui affirmant gratiam habitualem in conceptione Virginis non fuisse consummatam, estque communis sententia, quam etiam sequuntur, qui existimant Mariam purissimam post filij conceptionem non profecisse in gratia, quam opinionem indicat Scotus 4. distinct. 4. ad primum argumentum in fine. Solum expressè dissentit Almainus, qui 3. d. 3. quæst. 2. notab. 2. ibi affirmat sine dubitatione vlla Virginem in conceptione tantam gratiam accepisse quantam recipere poterat. Allegantur etiam Richardus ibidem quæst. 1. art. 4. & Alexander 3. part. quæst. 9. membro 3. art. 2. §. 1. ad 1. sed loquuntur obscure; refertur etiam S. Bernardus Senensis serm. 51. de conceptione, sed id affirmare nequiuit, qui constanter asseruit Virginem per consensum ad vocem Angeli plus meruisse, quam omnes Sanctos. Ratio assertio- nis est, quia formalis ratio meriti non pendet ex diuina ordinatione extrinseca omnino, sed fundatur in ipsa entitate actus supernaturalis, qui iuxta suam naturam proportionem habet cum gloria, si tamen eliciatur à persona viatoris existentis in gratia, & referatur in finem charitatis, quorum nihil defuit Beatissime

Suarez. Vazquez.

Scotus.

Almain.

Richard. Alexand.

Bernard.

Virgini, vt supponimus ex dictis; actiones ergo illius supernaturales meritoriae fuerunt gratiae virtutumque omnium, & augmenti illarum, ac proinde Virgo in conceptione non accepit omnem plenitudinem gratiae, sed in illa creuit vsque ad finem vitæ. Prouerb. enim 4. *Iustorum semita quasi lux splendet usque ad perfectum diem.* Vel expressius: *Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem.* Quod negandum non est Virgini purissimæ, quæ in vita fuit pura Viatrix, & nullo modo fuit in statu comprehensionis.

Prouerb. 4.

109.

Vazquez.

Nec valet dicere legem constitutam à Deo respectu Virginis de non merendo. Hæc enim lex vt bene aduertit Vazquez num. 49. omnino fictitia est, & fundamentum nullum habet, quis enim dubitet perfectionem esse status Viatoris, qui in termino non est, posse in gratia proficere, & nullum esse actum supernaturalem, quo iustus non simpliciter magis, ac magis sanctificetur, iuxta illud: *Qui iustus est, iustificetur adhuc; & qui sanctus est, &c.* Et mihi quidem per se incredibile videtur Virginem nullum augmentum gratiae habitualis accepisse heroico illo actu consentiendi ad Christi Domini productionem, & præterea nunquam mihi persuadebo intimam assistentiam, & vnionem mediatam ipsius Verbi diuini cum carne Virginis, & efficacissimos actus amoris, quos toto tempore gestationis in vtero Christi Domini, & in illius natiuitate elicitos à Puerpera sanctissima nihil sanctitatis attulisse. In gratia enim Viatorem crescere non posse perfectio non est, quia Viator propter se est talis, & re ipsa constitutus est in statu merendi, & simpliciter non est in termino, nec valet Christum Dominum in gratia non profecisse, tum quia vt bene notat Suarez citatus, Christus Dominus fuit comprehensor, de cuius ratione est, quod non possit mereri, & solum propter nos homines, & propter nostram salutem fuit Viator; tum etiam quia gratia habitualis communicata fuit homini Christo ratione vnionis, & tanquam proprietas consequens illam in esse perfecto, & consummato. At gratia consummata non fuit proprietas consequens rationem formalem Maternitatis, neque id vel congruentia aliqua, & multo minus ratione probabili vnquam probabitur; solum enim illius fuit proprietas gratiae secundum se sumpta, non tamen consummata, qualem habent Beati; illi enim iam sunt in termino, & propterea etiam in sententia asserentium augmentum gratiae propter actus remissos non statim dari, debuit illis conferri in finem vitæ; Beata autem Virgo Maria nunquam fuit in termino vsque ad mortem, atque adeo nec illi est gloria collata, vnde ex nullo capite colligi potest habuisse nec in conceptione passiva, nec in conceptione actiua Christi filij gratiam consummatam, hoc modo aliqua ratione roboratur & explicatur fundamentum nostræ conclusionis, & aliquo modo illustratur, in re enim verissima non est animus alias rationes, & fundamenta producere. Constant igitur sit Virginem sanctissimam à primo conceptionis instanti, vsque ad finem

Suarez.

110.

Suarez. Vazquez.

finem vitæ semper in gratia profecisse, & augmentum illius, & charitatis meruisse. Verum statim consurgit difficultas, an semper Virgo sanctissima intensiorem habuerit actum charitatis quam fuerit habitus præexistens? Suarez enim, & Vazquez qui hanc tractarunt materiam, vt erant eorum ingenia diuersa, diuerso etiam modo respondent, & mea sententia quod attinet ad augmentum, & meritum nouæ gratiæ, quod intendimus nihil refert vtrouis modo difficultas dissoluatur, & quidem cum Beatissima Virgo nullum opus eliceret sine præmouente auxilio physice & ex natura sua efficaci, quod requiritur ad elicentiam actus supernaturalis etiam habitu supposito, vt communiter, & verè docent omnes Thomistæ, maior intensio non reperitur in actibus quam sit illa, quæ in habitibus reperitur, si auxilium promouens non sit intensus. Vtrum autem semper Deus contulerit Virgini intensius auxilium, quam sit habitus charitatis non est facile diffinire; ex vna enim parte non videtur id necessarium ad meritum perfectissimum Virginis, ex alia vero id suadere videtur dignitas Matris, quæ operatura esset maiori intensione, & efficacia, quæ posset operari vt corresponderet beneficiis diuinis. Ego sacram Deiparam ad hunc modum operandi non alligarem, sed intelligerem semper intensissimè operatam, aliquando tamen intensiorem actus non excedere sentirem illam quæ reperitur in illo præexistente, nec hoc derogat Matris sanctissimæ dignitati cum nullam dicat imperfectionem, & aliqui docuerunt non semper Virginem continuasse actum amoris diuini, sed aliquando intermisisse saltem breuissimo tempore, qui tamen non existimant dignitatem Virginis id dedecere, & quidem minus est non semper maiori intensione quam sit habitus actum producere; illud verò quod addit Vazquez cap. 6. num. 56. de actibus virtutum, neque sententiam Suariz infirmat, neque suam confirmat; semper enim Virgo operabatur circa materiam aliarum virtutum ex imperio non solum virtuali, aut habituali charitatis, sed etiam actuali; quæ enim non intermitteret actum amoris consequenter operabatur ex illius motiuo.

101.

Suarez. Vazquez.

Deinde etiam verissimum est sacram Deiparam in instanti conceptionis maiorem intensiorem, & perfectiorem gratiam fuisse consequutam, quam sit gratia consummata Angeli supremi. Ita opinantur Franciscus Suarez illa sect. 1. & Gabriel Vazquez disput. 29. cap. 1. num. 5. Et ratio efficax est, quia in illo instanti conceptionis maior coniunctio fuit inter Deum, & Virginem beatissimam, quam inter supremum Angelum, & Deum; quia hæc coniunctio fuit solum secundum affectum, coniunctio verò inter Virginem & Deum fuit physica, & realis, si non actualis, saltem radicalis, quia in illo instanti habuit radicem, & principium proximum physicum, & supernaturale actualis coniunctionis inter Matrem, & filium, scilicet gratiam corpoream, & dignitatem physicam Matris, quæ mensura est gratiæ, & supernaturalis perfectionis Virgineæ. Adolet etiam aliquis conuenientissimum

esse, vt sancta Dei Genitrix, & Angelorum Regina in primo conceptu, & in instanti vitæ maiorem haberet gratiam, & ius ad gloriam, quam haberet supremus Angelus in termino vitæ, vt statim pelluceret illius excellentia in sanctitate, & gloria super omnes creaturas, iam enim habebat in se immediatum principium generandi Deum, quod nunquam Angeli etiam præstantissimi erant assequuti, quæ ratio mihi efficax videtur.

112.

Suat.

Vazq.

Assero tertio, gratia consummata sanctissimæ Virginis excedit in intentione, & perfectione gradualem omnem gratiam Sanctorum, Angelorum, & hominum non diuisiue solum, sed etiam collectiue sumptam. Et consequenter ius ad gloriam, & illius visio beatifica excedit in perfectione gradualem beatitudinem simul sumptam omnium Sanctorum. Hanc conclusionem primus expressè tradidit vir doctissimus Franciscus Suarez tomo 2. in tertiam partem, quæst. 17. art. 4. disput. 18. sect. 3. conclus. 2. quem sequuntur recentiores eruditissimi, & subscribere videtur Vazquez disput. 19. cap. 1. vbi num. 5. hæc habet: *Ceterum valde credibile est, Beatam Virginem non modo in alia vita, & beatitudine gloria, nec tantum tempore, quo verbum Dei concepit, verum etiam cum primum sanctificata fuit in vtero maiorem gratiam abundantiam recepisse, quam omnes Angeli, & homines nunc habeant, vel habituri sunt, decens namque fuit, vt qua tunc in Reginam omnium Angelorum & hominum, & Matrem Dei sanctificabatur, supra omnes tunc sanctificaretur.* Video responderi posse his verbis conclusionem tertiam non contineri, quia licet a seruat habuisse in sanctificatione gratiam supra omnes, non tamen affirmat illam habuisse super omnes Sanctos simul sumptos, verum licet id non asserat expressè, hæc videtur illius mens, quia si solum loqueretur de omnibus diuisiue sumptis non diceret hoc esse valde credibile, sed alio modo suam pronunciasset sententiam, cum certissimum sit gratiam Virginis in prima conceptione excessisse singulorum Sanctorum gratiam, & ius ad gloriam, contra hanc enim veritatem nullum est neque probabile argumentum. Suarium sequuntur Petrus Morales lib. 3. de Christo, & Maria, tit. 9. à num. 18. pag. 226. Henriquez de fine hominis, cap. 10. Barradas lib. 6. concordie Euangelicæ, cap. 10. ad finem. Egidius Lusitanus art. vltimo lib. 4. de conceptione, Cabrera 3. part. quæst. 7. artic. 10. Araujo ibidem art. 13. contra Alvarez 3. part. disput. 37. & Nazarium ibidem quæst. 7. art. 3. controu. vnic.

Morales.

Henriq. Barrad.

Lusitan. Araujo. Cabrera. Alvarez. Nazarius.

113.

Epiphau.

Anselm.

Supponit vero assertio gratiam Sacræ Deiparæ vsque ad finem vitæ in immensum creuisse, non quia infinita fuit in intensione, hoc enim neq; in Christo Domino reperitur, quidquid dicant recentiores, sed quia creuit quantum potest gratia puræ creaturæ, qui modus loquendi frequens apud sanctos Patres, illo enim vtuntur Epiphanius de laudibus Virginis, qui illam appellat: *Mare spirituale habens gemmam Christum.* Et ante asserat: *gratiam Virginis fuisse immensam.* Anselmus de excellentia Virginis cap. 3. *Nullus hominum aut Angelorum penetrare potest immensitatem diuini amoris*

Damascen. Ignatius. Ephrem. Cretenfis. Bonau. Senenfis. Saar. Hugo Vict.

amoris erga Virginem. Terminus autem amoris est gratia, atque adeo si amor est immensus, & gratia Virginis erit immensa, propter quod Damascenus, Virginem vocat gratia Abyssum, similia habent Ignatius, Ephrem; Andreas Cretenfis, Bonauentura; Bernardinus Senenfis, & alij quos laudat Suarez, disp. illa 18. sect. 3. pag. 315. Estque insignis locus Hugonis Victorini, quem inferius laudabo. Ratio suppositionis in promptu est. Meritum enim Virginis incipit post primum Conceptionis instans, & duravit continue vsque ad finem vite Virginis ea ratione, vt ferè semper quilibet actus meritorius subsequutus esset, vt minimum æqualis præcedenti, aut duplo intensior quam ille, vnde si primus actus post elicited in Conceptione meruit gratiam vt sex, secundus meruit gratiam, vt duodecim, & tertius gratiam vt viginti & quatuor gradus, qui si replicentur solum vsque ad Virginis in Templo præsentationem innumerabiles sunt, cum partes temporis sint infinitæ sychategorematicè & instantia eodem modo sunt infinita. Fit igitur gratiam Virginis fuisse ferè immensam, & penè infinitam vsque ad finem vite, quis enim dubitet summam intentionem habuisse vsque ad Christi Domini resurrectionem ab illius Conceptione, & generatione, & ab Ascensione illius vsque ad mortem Virginis, vbi desideria, & amor ardentissima fuere, & indefinenter crescebant ad maiorem intentionem, & augmentum. Amor enim auget amorem, & si in vita tota cõtinuetur in immensum excrescet discursus Richardi de sancto Victore, qui lib. 1. de laudibus Virginis capite 4. ita scribit: *Quantum enim amplius aliquem amaueris, tanto de amore tuo amplius effluet in illum, quem diligis, & quanto amplius amabis, tanto ampliore dilectione abundabis. Vides igitur, quod ipse fons amoris de ipso suo fluxu crescat, ita vt effluendo augeatur, ipsa vero sui retentione arefcat, & deriuamentum patiatur. Retine amorem tuum ne fluat in alium iam nihil amoris habes, iam in te aruit fons amoris. Ipsa etiam Maria vocatur fons hortorum, & pntem aquarum viuentium, que fluunt impetu de Libano. Colligitur hinc immensitas gratia, & amoris Mariani. Quam dulucidius tradit Bonauentura in speculo cap. 5. *Gratia Maria gratia verissima, gratia immensissima, immensa fuit gratia, que Virgo fuit plena, immensum enim vas non potest esse plenum, nisi inmensum sit illud, quo plenum est. Maria autem vas immensissimum fuit ex quo illum qui maior celo est continere potuit. Et post pauca: & si capacitas tam immensa fuit gratia plena. Oportuit itaque quod gratia illa, que tantam implere potuit capacitatem esset immensa.**

Bonau.

114.

Ex quo à fortiori colligitur gratia consummatam Virginis sanctissimæ fuisse perfectionem in latitudine graduati gratia omnium sanctorum simul sumpta, quod præter alios non solum insinuaui, sed etiam expressit Hugo Victorinus, in Allegorijs de Verbo Incarnato collat. 3. ita scribens: *Perè Maria gratia plena fuit. Primum gratia super eam, postea gratia ex ea, super eam ad obumbrationem, in ea ad fecunditatem: ex ea ad saluationem. Et venit gra-*

*tia primum in ipsam, descendit deinde in illud quod erat ex ipsa, & sumpsit de carne Virginis naturam, vt prius in ipsa totum refundere quod per ipsam postmodum redemptis omnibus exhiberet; ideo gratia plena de qua ortus est fons gratia. Quibus verbis significat gratiam consummatam in Virgine sanctissima, talem esse vt prius Deus in Mariam vniuersam gratiam profunderet, quam postea in omnes sanctos transfunderet, non quia à Maria sanctissima gratiam auferret, quam alijs sanctis communicaret, sed quia tantam gratiam illi contulit, quantam Deus communicauit omnibus sanctis, quod significat Diuus Hieronymus, iam alibi datus, quando asseruit cæteris datam esse gratiam per partes; Mariæ vero se infudisse gratia plenitudinem, vbi sine dubio intellexit partes omnes gratia, quæ fuerunt in omnibus sanctis, & erunt vsque ad finem mundi simul in Mariam sanctissimam esse collectas. Rectè S. Petrus Damianus, sermone de Assumptione: *Virgo* (inquit) *inter animas sanctorum & Angelorum choros supereminens, & euicta merita singulorum, & omnium titulos antecedit.* Similia habet sermone de Natiuitate, & Annunciatione Virginis luculenter Laurentius Iustinianus, sermone de Assumptione: *Merito quidquid honoris, quidquid felicitatis habebatur in singulis, totum abundabat in Virgine.* Hæc & alia Franciscus Suarez, qui etsi primus summa eruditione hanc veritatem ostendit.*

Hieron.

Damiano.

Laur. Iustin.

Suarez.

115.

Senenfis.

Bernard.

Addo S. Bernardinum Senensem tomo 1. sermone 61. art. 3. cap. 3. qui loquens de Virginis gloria, quæ æqualis cum gratia illius hæc profert: *Vt intra Trinitatis gloriam, ipsa sola amplius sit euicta, ac plus diuina Trinitatis diligat gloriam, capiat, sentiat, & fruatur, quam omnis alia creatura simul sumpta, de cuius gloria post filium participant vnuerfi.* Quid clarior? Præclare etiam Bernardus sermone in signum magnum: *Iure Maria sole perhibetur amicta que profundissimam diuina sapientia penetravit ultra quam credi valeat abyssum, vt quantum sine personali vnione creatura conditio patitur videatur immersa.* Quod testimonium vt rectè intelligatur, aduertendum, optime posse Deum, constituere gratiam omnium sanctorum simul sumptam in vnico Angelo, vel anima vnica, quin propter hoc desinat esse pura creatura, tantam enim immensitatem gratia recipere potest natura creata, quia absoluta potentia terminum non habeat, sed possit & maiorem, & maiorem gratiam recipere in infinitum procedendo. Vnde fit conditionem creaturae pati posse gratiam hoc modo immensam. Nunc verborum Bernardi declaratur sententia, aliter enim tantam gratiam fuisse in Maria quanta potest esse in pura creatura, sed in pura creatura secundum capacitatem obedientialem potest esse simul sumpta gratia omnium sanctorum hominum, & Angelorum, ergo ex sententia Bernardi hæc fuit in Beatissima Virgine, Bernardum sequutus est Richardus de sancto Laurentio, qui lib. 1. de laudibus Virginis cap. 4. est autem prima ad finem hæc scribit: *Ipsa autem sic vsquequaque gratia plena fuit, quod maiorem gratiam habere non posset nisi ipsa diuinitati vniretur, hoc est nisi ipsa esset Deus,*

Richard. de S. Laurent.

116. Ephes.

D. Thom.

*Deus, & hac est plenitudo de qua hic specialiter dicit Angelus, Aue gratia plena.*

Et quidem ad hanc veritatem confirmandam insignis est locus Apostoli ad Ephes. 5. qui magno Sacramento hæc scripsit: *Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret mundans lauacro aqua in Verbo vite, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam.* Vbi proculdubio ponderat Apostolus amorem intensissimum, quem erga Ecclesiam sponsam & habuit, & habet etiam Christus sponsus; vt igitur ad rem nostram explicetur aduertendum est ex D. Thoma, 2. 2. quæst. 26. art. 8. corpore ex charitate magis nobis esse diligendos, qui nobis secundum carnem sunt coniunctiores, quod rectè probat Doctor Angelicus, ex eo quod coniunctio secundum carnem est coniunctio naturalis originis, & ideo prior, & immobilior, quia est secundum id quod pertinet ad substantiam, & aliæ coniunctiones, vt ciuilibus, & militaris, superuenientes sunt & remoueri possunt. Aduertendum etiam est ex artic. 11. eiusdem quæstionis, simpliciter, & absolute loquendo parentes esse plus ex charitate diligendos, quam vxores, si attendatur non solum coniunctio, sed præcipue ratio boni; mortuum est, quia parentes diliguntur sub ratione principij & eminentioris cuiusdam boni, habet enim filius originem, & substantiam à parentibus, illisque respicit tanquam creatos Deos, & tantquam vera principia suæ substantia; & existentia, quod in vxore non potest reperiri, tamen si sit maior inter illam, & sponsum coniunctio, quia sunt duo in carne vna, vel potius vna caro iuxta illud Matthæi 19. *Itaque iam non sunt duo sed vna caro.* His addendum, quod si conringeret eandem foeminam, & esse sponsam, & Matrem, coniungendam esse vtramque rationem coniunctionis, scilicet maioris, & eminentioris principij, ac proinde amorem futurum intensissimum, & quo maior nullus possit inueniri, simul enim reperiuntur excellentiora, & præstantiora amoris ardentissimi motiua. Ex hoc iam incipit pellucere amor Christi Domini ad Mariam sanctissimam in qua excellentissimo modo reperitur vtrumque amoris mortuum, est enim sine Patre Mater, & sponsa immaculata nullam habens maculam, neque rugam, & quod amplius moueat ad illius amorem, illam nunquam habuit, nec potuit habere ex sanguine ipsius filij, & sponsi; Amor autem Christi Domini ad sponsam & fuit & est ardentissimus, & qui neque offensionibus sponsæ valeat extingui, vt enim tradidit Augullinus Pater contra Faustum Manichæum, & ex illo Aloysius Lippomanus, ad illud Genes. 2. *Tulit Deus vnam de costis Adæ, &c. De latere Christi dormientis sanguinem, & aquam per lanceæ vulnus eduxit, vnde ex tunc vsque ad finem sæculi edificare non desinit vt gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam exhibeat illi.* Maior itaque & intensior est amor, quem habet Christus ad Matrem, quam ad vniuersalem Ecclesiam, vt à Virgine ipsa distinguitur, quod non rectè negauit Abulensis, prolog. 1. in Matthæum quæst. 19. & rectè confutauit

August.

Lippoman.

Abulens. Suarius.

Suarius 2. tomo in 3. part. disput. 18. sect. 4. pag. 320.

Vim autem amoris itius delineare intendunt Patres, Augustinus enim, vt refert D. Bonauentura in speculo Mariæ c. 6. hæc scripsit: *Te ipse rex regum Matrem, & sponsam veram, & decoram præ omnibus diligens amoris amplecti sibi associavit.* Deinde Bernardinus Senenfis, serm. 15. de festiuitatibus Virginis, cap. 3. affirmat Christum potius venisse pro Virgine redimenda, quam præ cæteris hominibus, eloquentius Anselmus, de excellentia Virginis cap. 4. inde ostendit amorem Dei erga Virginem fuisse maiorem, quia quod sibi carius erat illi referuauit: *Ostendit ergo amorem erga Matrem quo nullum putemus esse posse maiorem.* Ex quibus verbis concluditur intentum. Si enim Deus non contulisset Matri maiorem gratiam, quam habuit vniuersalis Ecclesia, vtique posset ad illam maiorem amorem habere. Vnde statim addidit: *Quid ergo hic dicemus, estne putatis vlla mens hominis, que modum huius dilectionis, quem Deus ad hanc Virginem habuit queat penetrare?* Nunc ad Pauli testimonium facilis & procliuus ad nostram sententiam explicatus: intensior est amor ad coniunctos ratione originis, & substantia quam ad omnes alios, intensior ratione principij, & eminentioris cuiusdam boni ad parentes, quam ad sponsam, intensissimus erga sponsam quæ simul esset & Mater, cum ergo Maria sanctissima coniunctissima fuerit Christo Domino ratione originis, & substantia, cum fuerit respectu Saluatoris principium & eminentissimum bonum, quod respiciebat, tanquam fontem, & causam lux humanitatis, & præterea fuerit & sit illius præstantissima sponsa, necessario Christi amor ad Mariam sanctissimam maior, & intensior fuit quam ad totam Ecclesiam, ac proinde maior, & perfectior illius effectus, qui est gratia, excelsior igitur est gratia, imò, & gloria Virginis, quam gratia, & gloria Angelorum, & hominum si simul sumatur, quid enim haberet excellentia hic amor si ad singulos alios comparatus, vel ad quatuor, aut sex, sexcentosue, aut mille Angelos illos excederet proculdubio in hoc. Angelus superior æqualis esset Dei genitrici, si verum est iuxta Angelorum perfectionem illis fuisse gratiam infusam, vt vulgariter docent Theologi.

117. August. Bouauent.

Senenfis.

Anselm.

118.

Anselm.

Neque obcurius hæc veritas rutilat in illo testimonio vulgari: *Omnia flumina intrans in Mare, & Mare non redundat.* Quod ad sacram Mariam iam explicuimus ex mente Anselmi de laudibus Virginis in speculo cap. 9. asserit enim mysticè Spiritus sanctus explicatore Domino Cantuariensi perfectiones omnibus creaturis etiam Angelis distributas confluisse, & congregatas fuisse in Mariam, & dignitatem illius non superasse. Quod clarius explicuit dum dixit ingressam fuisse in Mariam gratiam Angelorum, Patriarcharum, & Apostolorum, Martyrum, &c. Et Mariam Mare amplissimè non redundasse. Mariana enim Materitas gratiam simul sumptam omnium sanctorum expostular. Inde colligunt Patres, ad locum vnde exeunt flumina reuerti, vt iterum fluant id est gratiam repertam in omnibus sanctis ad

Guaricus.

illos fluere, & deriuari à Maria sanctissima. Guaricus, Abbas Igniacensis sermone 1. in Natiuitate Ioannis Baptistæ: *Verè gratia plena Maria manifestè Deus totius gratia in ea erat, de cuius beneficentia, tam copiosè tam magnificè principaliter in Matrem, de Mure in Ioannem, de Ioanne in parentes gratia largitas profuebat, flumina prorsus de ventre Maria fuebant aqua uina, & fons uitæ, & gratia oriebatur de medio paradisi ad irriganda ligna paradisi.* Richardus de sancto Laurentio lib. 1. de laudibus Virginis cap. 3. *Ipsa est sicut uellus, vel spogia.* Vnde Psalm. 71. *Descendit sicut pluuia in uellus qua nihilum de faciliè trahant aquam, & in magna quantitate, & illam facillimè compressione refundunt, sic & Maria gratiam, quæ inuenit apud Deum.* Illud in hoc oceano gratiarum mirandum, quod non solum in omnes gratiam diffundit, quod Mare solet efficere, sed etiam illam conseruet, quod mare non facit; perduntur enim aquæ, & dilabuntur extra illud, imò & intra illud, at oceanium Marianum etiam in nobis gratiam semel acceptam conseruat, fouet, nutrit, & alit. Belle à S. Laurentio, Richardus lib. 2. p. 1. corpore Maria non solum gratiam impetrat, sed & impetratam conseruat, &c.

Richard.

119

Atque ex his, quæ Patres attingunt motiria, & rationes colligi possunt ad hanc ostendendam ueritatem, ea eruditè congerit Suarius, & semper erit fortissima illa quæ sumitur ex dignitate Sacræ Deiparæ, præcipuè si addatur hanc dignitatem esse quodammodo infinitam, ac proinde deberi illi ex natura rei infinitam gratiam, cum ergo infinita actu non illi posset conferri quia impossibilis: in sinum Matris Dei qui amplissimus, & immensissimus est gratia fuit infundenda, quæ illius dignitati inæqualis non esset & summa gloria conferenda, quæ illi esset æqualis. Hæc uero alta non est quam gratia quæ sit intensior, & maior quam gratia omnium sanctorum simul sumpta, ut hac ratione proportione seruata inter Deum, & supremam creaturam, sanctitas Matris à filio ut à causa prima procedens æmula sit gratiæ præstantissimi Redemptoris.

120.

Ut uero hæc assertio sit plausibilior aduerto quod latius dixi uestigatione 2. disput. 5. Virgini sanctissima non solum collatam esse gloriam propter gratiam habitualemente primo infusam in Conceptione purissima, & illius augmentum, sed etiam habuisse ius peculiare ad gloriam propter dignitatem Matris, si non ut præmium, saltem ut ad hæreditatem, & ea ratione qua Baptizatis infantibus gloria, & beatitudo dantur titulo hæreditatis, & non propter opera: ex hac igitur gratia singulari singulariter excreuit Beatæ Virginis gloria, quod si ex opere operato in Sacramentorum susceptione Virgo gratiam habitualemente accepit, quod nullo modo est negandum, etiam ex hoc capite summopere creuit Virginis gratia, quæ autem, & qualia sacramenta accepit Virgo sanctissima disputant Theologi, uidentis præcipuè Suarez, & Vasquez, locis citatis.

Suar. Vasq.

121.

Dico quartò, ex vi dignitatis Maternalis physicè sumptæ habuit Sacra Deipara hanc gratiam, & gloriam intensiorem, & maiorem,

quam habent, & habituri sunt omnes sancti simul sumpti. Ita opinare debent omnes, qui summa ratione affirmant quamcunque excellentiam, quæ in Sacra Deipara inuenitur collatam fuisse illi intuitu Maternitatis, & præstantissimæ dignitatis, quam habuit ex eo quod constituta est Mater Dei in actu primo, & in actu secundo, omnes enim fatentur ex hac dignitate tanquam ex principio aut morali solum aut physico etiam fuisse excellentissimas, & supernaturales perfectiones Mariæ sanctissimæ, non quia Maternitas illas formaliter conferat, sed quia motiuum est, ut illas habeat uniuersas, quod colligunt ex uerbis Angeli: *Aue Maria plena gratia.* Illam expressit Richardus de sancto Laurentio, qui lib. 1. de laudibus Virginis cap. 4. §. Plena gratia: Beatissima Virgo fuit plena gratia mente, & ventre, quia plenitudinem gratiarum habuit in mente, & ipsum Dominum gratiarum & uirtutum habuit in ventre: & illo antiquior Athanasius, qui homilia de sancta Deipara hæc protulit. Decet te Matrem, regeneratricem, Dominam, atque hæram cognominari, (eo quod ex te prodiit rex, Dominus, atque Deus noster) assistentem illi, nobis quidem terribili, tibi autem dulci, omnemque gratiam largienti, qua de causa factum est ut gratia plena appellata sis, ut pote quæ omni gratia abundares. Ambrosius, etiam in Lucam: Bene sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat consequuta est, ut gratiæ repletur auctore: Quod etiam uoluit Venerabilis Beda, in uerba illa gratia plena: Bene gratia plena uocatur, quæ nimirum gratiam quam nulla alia meruerat assequitur, ut ipsum uidelicet gratiæ concipiat, & generet auctorem: De quo multa Nouarinus, uibræ Virginæ excursu 145. numero 1371. & sequentibus, Ioseph Cerdensis, de Christo Incarnato Gueuara, 2. tomo in Matthæum, & qui non? Sed omnium loco considera Beatum Thomam Villanouanum, qui sermone 2. de Natiuitate utramque conclusionem floridè scribit. Quam itaque placuisse Spiritui sancto, eiusque prouidentia Evangelistas siluisse, propterea, quia Virginis gloria intus orat, & magis cogitari poterat, quam describit, quid amplius queraris, quid ultra requiris in Virgine sufficit tibi quod Mater Dei est; quænam obsecro pulchritudo, quænam uirtus, quæ perfectio, quæ gratia, quæ gloria Matri Dei non congruit? Vnde argumentor ad assertionem probandam. Dignitas Maternalis comparatur ad gratiam, & gloriam, quam habuit Sacra Deipara, ut prima forma ad proprietates illam consequentes, & ueluti radix, & principium illarum; ergo hæc gratia suprema, & continens omnium sanctorum gratiam ex vi diuinæ Maternitatis collata fuit Virgini sanctissima, si enim tantam dignitatem habitura non esset, tanta auxilia, tanta gratia illi fuissent nulla ratione concessa.

Luc. 1. Richard.

Athan.

Ambros.

Beda.


Nouarinus. Cerdensis. Gueuarius.

122.

Dices assertionem tertiam esse nouam, inauditam, & præter hominum opinionem; respondet Franciscus Suarius, illa disp. 19. sect. 4. illa solutione quam merito sæpè laudauimus non esse nouum neque præter hominum opinionem quod doctrinæ Patrum non aduersatur,

Suaris.

satur, sed potius ab illis asseritur, aut insinuat, vel secundum doctrinam fidei ita explicari potest, ut dictum ab illis intelligatur, præcipuè si considerentur sententiarum pondera, quæ de Virgine sanctissima, & illius summa excellentia & infinita dignitate scripserunt. Laudo, & amplector solutionem, & addo in re satis obscura, & nondum reuelata sufficere ad nostræ sententiæ probabilitatem momenta, quæ ex scriptura, & Patribus adduximus.



DISPUTATIO VII.

Utrum in sui Conceptione Sacra Deipara perseuerantiam accepit, & confirmationem in gratia.

Ad art. 4. & 5. q. 27. 3. p. D. Thomæ.

123.



ÆRETICORVM blasphemos lacrat in sacram Deiparam Lunam incedentem clarissimè nihili facio, æstimo flocci, tamen si uehementer doleam tantam Dominam cui subditus ipse Dominus, sine ueneratione tractari. Sed catholicorum cura fuit semper eorum ora, uel sepulchra lapidare, & occludere infinita propemodum puritate, Est ergo catholica ueritas Sacram Deiparam à primo sanctificationis instanti habuisse magnum perseuerantiæ donum, & excellentissimam confirmationem in gratia, ita ut nec mortaliter, nec uenialiter peccauerit; est hæc ueritas confirmata perpetuo in Ecclesia Catholica omnium orthodoxorum consensu, & expressè diffinita in Concilio Tridentino sess. 6. Canon. 11. Ibi enim damnantur qui dixerint posse iustum ullum in tota uita omnia, etiam uenialia uitare, (nisi speciali Dei priuilegio quædammodum de Beata Virgine tenet Ecclesia.) Vbi sine dubio Patres loquuntur de potentia uitandi actualiter omnia peccata, prout includit uictoria de omnibus tentationibus, & innocentia perpetuam, qualis in nullo iustorum reperitur, tamen si enim recipiant auxilia quibus uitare possunt peccata, omnia nunquam uitabunt, quo sensu loquitur Cælestinus Papa epistola 1. ad Episcopos Galliarum cap. 6. non enim iusti habent gratiam efficacem sine qua nunquam contingit uictoria.

124.

Res adeo fuit indubitata apud Ecclesiam, ut ante Tridentinum diffinita fuerit in Concilio uniuersali Claramontano in Gallia celebrato, ut fatetur Ioannes Caluinus, qui illius auctoritate neglecta cum præfuerit illi Urbanus II. ausus est affirmare hoc Virginis priuilegium uitandi omnia peccata actualia esse mirum Catholicorum figmentum, blasphemique debaccheret non solum in Patres uirtuosos Concilij, sed etiam in sanctissimam Dei Matrem. Verum hæreticum profusum à nostra religione grauius, ac seuerè castigat ut debet doctissimus Andreas de Vega, lib. 14. in Tridentinum capite 8. Caluinumque fortiter

Vega.

reuincit strenuus defensor impeccabilitatis Marianæ, qui bene notauit Pelagium hæresiarum magis pium fuisse in Sacram Deiparam, ut qui asseruerit illam nullum unquam habuisse peccatum, ut constat ex Augustino tractantes de purissima Virginis Conceptione contra Franciscum Syluium, notauimus. Ibi enim sanctissimus Pater hæretico consentiens, non contradicens, ut Syluius putauit hæc scribit. *Excepta itaque sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus cum de peccato agitur uolo habere quæstionem. Inde enim scimus, quod ei plus gratia collatum fuerit ad uincendum ex omni parte peccatum, quia concipere, & parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum.* Perperam ergo hæreticus in suum errorem Augustinum adducit, & imprudenter satis Gregorius Ariminensis, quem ex 2. sentent. citat Vega asserit uirginem quia in peccato originali fuit concepta, aliquando uenialiter peccasse sed reuocauit statim errorem hunc quem uidit esse contra sanctos Patres, & uniuersalem Ecclesiam, & negare non potuit esse contra Augustinum.

August.

Syluius.

Gregor.

125.

Bernard. Rupert.

Richard.

9. Thom.

Vega.

Vazq. Suar.

126.

Illud autem serio est norandum ad Virginis gloriam excellentiori & perfectiori modo tantæ Domine collatam fuisse perseuerantiam in gratia, & confirmationem in illa, quam omnibus aliis etiam sanctissimis; quod ex nostris principiis facillè colligitur: in aliis enim iustis quantumuis sanctissimis nulla est intrinseca perfectio, nullumue supernaturale etiam principium quod ex natura sua expostulat perseuerantiam in gratia, aut confirmationem, ne ab illa labantur, at in Beatissima Virgine est dignitas Maternalis forma supernaturalis, & intrinseca qualitas, quæ petit ex natura rei perpetuam innocentiam, & immunitatem singularem

larem ab omni culpa, vt ex dictis constat; sed non intendimus secludere auxilia efficacissima & singularia singularissimæ prouidentia, quam habuit Deus erga Matrem sanctissimam; excelsit tamen in hoc perseverantia Virginis aliorum sanctorum perseverantiam. Et confirmationem quod eius perseverantia fundatur in illius dignitate intrinseca. Fallitur ergo vehementer Magister Araujo dum 3. part. quæst. 7. art. 13. num. 21. astruit dignitatem Dei genitricis esse denominationem extrinsecam, est enim sumpta in actu primo forma physica, & realis actiua, vt latè probauimus vestigatione 1. & in sententia Diui Thomæ; vt minimum potentia passiuua, quod ex sententia Diui Damasceni, quam admittit, & explicat cum hac limitatione, non actiua sed passiuua. Doctor Angelicus 3. part. quæst. 32. artic. 4. Vt ibi late deduximus.


Araujo.

Damascen.

Angelicus.

127.

Nec mirum alicui videatur hanc extraordinariam, & peculiarissimam perseverantiam in Virgine constituere Omnia enim in sacra Deipara noua, singularia, & extraordinaria, & recentia. Notauit id Magister sapientissimus Cumel, qui tomo 2. in 1. part. quæst. 120. artic. 4. quæst. 3. §. ultimo, qui incipit tandem de Beata Virgine asseruit: *Si Beatissima Virgo Angelum habuit custodem fuisse Gabrielem, idque ex particulari priuilegio Matri concessio, etiamsi non fuerit de Angelorum ultimo ordine qui secundum potentiam communem ordinantur ad hominum custodiam. Cuius nulla ratio congruentior reddi potest, quam illa, qua sumitur ex dignitate sacra Deipara.*



DISPUTATIO VIII.

Vtrum à Sacra Deipara simpliciter auferri potuerit potentia peccandi.

Ad art. 4. q. 27. 3. p. D. Thomæ.

128.



REMITTI necessario debuit hæc difficultas; sine cognitione enim illius non poterit explicari celebris illa controuersia de omnimoda impeccabilitate Sacrae Deipara, quam sine dubitatione vlla astrunt, & defendunt doctissimi Theologi; ergo ad illius intelligentiam notanda est ex illis, quæ docent scriptores ad 2. sententiarum dist. 44. potentiam peccandi nihil aliud esse, quam mobilitatem, & flexibilitatem liberi arbitrii creati, secundum quam potest deuiare, & discedere à prima regula, cui in operando subiicitur, vt enim Doctores vulgariter dicunt; homo peccat quia deuiat à prima, & suprema regula, cui moraliter alligari debuerat, ita vt non sit illi conformis, sed potius difformis; hæc autem flexibilitas perfectio non est, sed potius notissimus defectus, nec conuenit quomodocunque homini, aut libero arbitrio, sed solum vt suæ naturæ creatura relinquitur, si enim per se libero conueniret arbitrio, reperiretur in Christo Domino, & beatis in quibus est liberum

arbitrium perfectissimo modo: Inde fit flexibilitatem hanc necessario supponere liberum arbitrium creatum, ac proinde liberam potentiam peccandi asserre secum arbitrium, vt subiectum, & flexibilitatem, vt formam, vel quasi formam. Potest igitur peccare homo vt quod, quia habet liberum arbitrium creatum, quod propter suam mobilitatem est potentia peccandi vt quo, non enim peccat voluntas, aut liberum arbitrium; sed homo; hic est communis sensus Theologorum de quo multa Sapientissimus Cumel, tomo 3. in 1. 2. part. de gratia & libero arbitrio discursu 1. sect. 3. pag. 103. & sequentibus. Difficultas igitur est vtrum hæc mobilitas à prima regula, & flexibilitas ab illa potuerit auferri à Beatissima Virgine dum fuit viatrix: de statu enim beatitudinis non est controuersia, in beatis enim ab intrinseco ablata est potentia peccandi, ex quo fit non esse controuersiam, an Beatissima Virgo fuerit prima regula suarum actionum (cum Deus non sit, sed creatura,) sed an supposita ratione liberi arbitrii creati alligari potuerit primæ regulæ, ita vt in illa nulla remaneat potentia peccandi,

Cumel.

SECTIO I.

Potentiam peccandi, etiam diuinitus à creatura non posse auferri senserunt Medina, & Vasquez.

IN hac controuersia Bartholomæus Medina, 129. 1. 2. quæst. 109. art. 10. proposit. 4. & 3. p. quæst. 27. art. 4. Palacios, 3. distinct. 3. disp. 4. conclus. 1. & Vasquez, 2. tomo ad 3. part. disput. 120. cap. 1. asseruerunt etiam diuinitus potentiam peccandi non posse absolute auferri à viatore quocunque, quod duo priores generaliter docent, Vasquez vero expressè id negat etiam Virgini sanctissimæ, de qua solum illi est sermo, in illa disputatione. Momenta huius sententiæ pauca non sunt; illa congeffit ex Vasquez, & Medina, Ægydius Lusitanus, infra citandus. Præstringo breuiter. Primum; si puro viatori posset communicare impeccabilitas, posset etiam ab illo auferri libertas, ac proinde daretur viator, qui nulla ratione posset mereri. Consequens est falsum; ergo & antecedens; falsitas consequentis constat, & sequela probatur, quia oblata occasione elicendi aliquem actum ad quem tenetur homo impeccabilis, aut potest illum liberè elicere, aut non potest; si elicere potest liberè, iam potest peccare, quia posse peccare nihil est aliud, quam posse non elicere actum ad quem tenetur, vt est manifestum. Si non potest; ergo libertatem non habet, vbi autem libertas non est, meritum esse non potest. Confirmatur argumento, quod 6. loco constituit Magister: in libera potestate eius, qui factus dicitur impeccabilis non est auferre suam impeccabilitatem, aut confirmationem in gratia, non est igitur liber ad non peccandum, & ad merendum. Antecedens est Diui Augustini lib. de bono perseverantia cap. 6. Et probatur consequentia ex

129. Medina. Palacios. Vasq.

Magister.

August.

130

ex regula Logicorum, si antecedens est necessarium simpliciter consequens, quod ex illo sequitur etiam est necessarium; Cum ergo confirmatio in gratia, & impeccabilitas supponatur necessaria, & collata ante libertatem hominis, qui redditur impeccabilis, & impeccabilitas erit etiam necessaria, & consequenter nulla erit ad non peccandum libertas.

Secundum, de ratione arbitrii creati est flexibilitas ad peccandum, non igitur hæc diuinitus ab illo posset auferri, ita vt absolute sit impeccabilis creatura. Consequenter constat ex eo quod quæ naturalia sunt etiam diuinitus à re cui sunt naturalia separari non possunt, antecedens autem constat, quia liberum arbitrium creatum non est impeccabile per essentiam, & aliàs est creatura, vnde à se habet quod sit peccabile, impeccabile vero esse non potest per participationem, primo quia si id esset possibile fieret per aliquem habitum, donumue supernaturale, at nullum est sufficiens, non iustitia originalis illam enim habuit Adamus, & vi illius non fuit impeccabilis; nec gratia habitualis, & alia dona supernaturalia, hæc enim in excellentissimo gradu non conferunt impeccabilitatem, aliàs in quocunque gradu conferrent. Secundò, quia nullus habitus potens est, aut tollere omnem defectum in ratione, aut semper continere illam in aliquo actu; qui sit incompossibilis cum peccato, & semper perseveret, quicumque enim sit hic actus elicietur liberè à viatore, atque adeo poterit ab illo cessare, cessante igitur actu, statim peccabilitas adest. Ex his consequitur si Sacra Deipara applicentur, diuinitus non potuisse reddi impeccabilem. Hæc sunt argumenta Medina, quæ ille desumpsit ex Durando 3. dist. 3. quæst. 4. §. & dicendum, num. 6. qui affirmat Beatissimam Virginem ex vi alicuius intrinseci non posse absolute reddi impeccabilem: sed ea tantum ratione, quia verum est Petrum currentem non posse non currere dum currit, quod asserit num. 8. Sed hoc tantillum quid ad eximiam gloriam, iustus enim quicumque hoc modo est impeccabilis qui dum elicit actum amoris diuini illum non potest non elicere dum elicit, atque adeo in illo instanti non potest peccare qui in vnico, & eodem momento non potest Deum simul & amare, & odisse.

Medina. Durand.

131. Vasq.

Durandum sequitur Vasquez, & illum solum, & aliquos recentiores innominatos refert pro sua sententia, sed aliis rationibus mouetur. Primam desumit ex illis quæ dixit 1. part. disput. 90. cap. 2. & disput. 99. cap. 8. Vbi docuit nullum putum hominem viatorem ita in bono confirmari à Deo posse, vt liber ad peccandum non maneat, ex quibus sic argumentatur. Virgo Beatissima solum potuit amittere libertatem ad peccandum ex vi vnionis hypostaticæ, aut visionis beatificæ, aut propter mentis perturbationem, sed nullo ex his modis illam amisisse facile ostenditur, quia nec vnita fuit hypostaticè Deo, nec illum semper vidit in via, aliàs non esset pura viatrix, nec dignum fuit quod per perturbationem mentis illam amitteret, nullus autem alius modus præter hos est possibilis inquit Vasquez disput. illa 90. qui enim addit ab aliquibus, scilicet negatio

concurfus generalis ad peccandum cum est inclinatio confirmari in gratia ad aliquod peccatum omnino est inutilis, & decere Deum nulla potest ratione. Deum vero necessitatem imponere confirmatis in gratia, aut eximie prædestinatis, quod videtur asserere Scotus, 4. distinct. 49. quæst. 6. §. dico ergo vers. ad propositum, ad rem etiam non est, infert enim negationem libertatis ad peccandum.

Scotus.

132.

Secundò, suam sententiam probat Gabriel Vasquez, quia si Virgo Beatissima potuit fieri absolute impeccabilis, aut id esset ex extrinseca Dei prouidentia, aut ex fomitis peccati negatione, aut ex infusione alicuius habitus in illa existentis. Intendit vero nullo istorum modo potuisset reddi impeccabilem. Non primo, quia ex extrinseca Dei assistentia, & prouidentia, aut illius peculiari concursu non potest tolli libertas ad peccandum, quod se probasse asserit disput. illa 90. cap. 8. Non secundo modo, quia vt rectè arguit Durandus citatus num. 6. & 7. Primus parens non habuit fomitem peccati, & in Angelis nulla ratione inueniri potuit, quia appetitum sensitium non habent, & tamen vtrique peccarunt, potuit ergo non esse fomes in Virgine beatissima, & esse peccatum ex ignorantia, electione, aut malitia. Nec etiam tertio modo; impossibilis enim est qualitas determinans voluntatem ad vnum, & quæ libertatem non lædat, vt ipse Vasquez se ostendisse affirmat contra Gregorium Ariminensem, & recentiores disp. illa 88. cap. 5. ibi enim Ariminensem relatum cap. 4. refellit, eo quod asseruerit præter gratiam necessariam ad operandum supernaturaliter, requiri gratiam præuenientem, & præmouentem physicè, & ex natura rei ad illum elicendum, quæ est communis sententia Thomistarum; Alias rationes adducit Vasquez, sed illas tetigimus dum Durandi, & Medinae argumenta proponeremus.

Durand.

SECTIO II.

Diuinitus absolute impeccabilis potuit reddi Sacra Deipara, & ab illa auferri potentia peccandi.

VERA tamen sententia est Sacram Deiparam diuina virtute ita posse reddi impeccabilem, vt absolute loquendo nec mortaliter, nec venialiter posset peccare, atque adeo haberet necessitatem ad non peccandum, cum qua tamen possibilis sit libertas ad bonum & ad meritum, & consequenter à Virgine sanctissima diuinitus auferri posse potentiam peccandi. Hæc est sententia ab omnibus illis recepta, qui existimant Virginem saltem post Conceptionem Christi Domini factam fuisse impeccabilem, quos disput. sequenti adducimus, & illam late confirmant Ægydius Lusitanus, libro 4. de Conceptione, quæst. 3. artic. 4. §. 1. num. 5. & Valentinus Erice, 1. part. tract. 3. disput. 24. cap. 3. num. 28. & sequentibus, illam igitur amplector, & confirmabo hac, & sequenti disputatione.

133.

Lusitan.

Erice.

Ad cuius explicationem, & probationem aduerto primo ex D. Thoma, 1. 2. quæst. 110. art. 4.

134.

D. Thom.

art. 4.



art. 4. creaturas quascunque subici Deo non solum secundum generalem rationem, vt est causa prima mouens illas ad suas operationes, sed etiam secundum rationes particulares, & peculiare modos, quibus vnaquaque illarum, & operatur, & petit operari ex propria natura, non enim subiciuntur Deo solum causa operantes necessario ex natura sua, sed etiam illi subduntur, quae operantur liberè secundum propriam, & peculiarem rationem libertatis, quam habent participatam à Deo; hac enim ratione etiam Deum respiciunt, vt causam primam; ex quo optime deducit M. Cumel, 3. tomo in 1. part. de gratia, & libero arbitrio discursu 1. §. ex dictis colligo pag. 7. colum. 2. liberum arbitrium, siue sit Angelicum, siue humanum habere potentiam obedientialem in ordine ad Deum, & hanc esse maximè consonam libertati creaturae respectu Dei, quae obedientia relata ad primum liberum quod est Deus talis est natura, vt Deus possit facere in illa quaecumque voluerit, ea ratione, vt potius perficiat libertatem nostram, quam illam destruat, aut laedat: Quam doctrinam sequitur Caietanus, Commentariis super Ecclesiastem cap. 21. Ruardus Decanus Louanensis, art. 7. ex doctrina D. Thomae, qui vbi supra, & 1. p. quaest. 19. Et alibi non semel docet Deum mouere omnes causas ad agendum iuxta propriam vniuersi cuiusque naturam Vnde vehementer fallitur Franciscus Suarez, dum ausus est affirmare contradictionem implicare Deum sua voluntate antecedenter ad consensum liberi arbitrij illud mouere ad actum charitatis, & arbitrium liberè operari, ex eo quod illa motio, aut praemotio non sit in nostra potestate, sed illam absolutè antecedit, quod cum latius docuerit opusculo de auxilijs perstringit in breui resolutione de auxilijs efficacibus ex D. Thoma, & Anselmo, num. 26. quos infra forsitan explicabo, si enim illius sententia esset vera, fieret necessario liberum arbitrium non plenariè subici Deo, nec potentiam obedientialem habere ad primum, & supremum liberum sine propria destructione quemadmodum illam habent omnia entia creata in ordine ad Deum qui in illis, & ex illis potest efficere quaecumque non implicat contradictionem. Quod si Deus non potest hoc modo liberum arbitrium sibi plenè subicere, sequeretur tempus esse aliquod in quo Deus cum effectu non posset infallibiliter mouere creatam voluntatem ad aliquem supernaturalem effectum, illud videlicet in quo scientia conditionata videret Deus voluntatem non censuram, etiam si illam vberimis auxilijs sufficientibus excitaret, vbi igitur illud corrigis in manu Domini quocumque voluerit inclinabit illud, & alia sexcenta Rationes Suarj aliquando refutamus, & diluimus, & etiam ad hominem, & illum, & Ludouicum Molinam vrgebamus.

Cumel.

Caiet. Ruardus. S. Thom.

Suar. D. Thom. Anselm.

Suar.

Molin.

135.

Vnde argumentor primo ad probandum potentiam peccandi formaliter sumptam diuinitus posse à Virgine sanctissima auferri: liberum arbitrium formalissimè, vt liberum dicit potentiam obedientialem, vt Deus in illo efficiat quidquid voluerit, si contradictionem non implicet, ergo diuina virtute potuit auferri à Vir-

gine potentia peccandi sumpta formaliter, antecedens est communis doctrina, & consequentia probatur, quia re ipsa potentia peccandi ablata est à beatis per visionem beatificam, & ab humanitate Christi Domini per vnionem hypostaticam, quo euidenter ostenditur rem ipsam non implicare contradictionem, si enim hoc verum esset nullo modo potentia peccandi posset auferri, & mirum est quod Gabriel Vasquez, solum voluerit tribus modis, quos ipse affert posse tolli potentiam peccandi, cum D. Thomas, Alensis, Bonauentura, & doctissimi Theologi alios inuenerint, & tutati sint, Praeterea quod dum de re ipsa constet, & potentia peccandi asseratur posse simpliciter auferri limitanda non ex paruitate nostri ingenij omnipotentia diuina, quae supposita infinita scientia multis modis potest rem efficere, quae non implicet contradictionem, etiam si nobis non sint cogniti.

Vazquez.

D. Thom. Alensis. Bonauent.

136.

Secundò, eadem veritas probatur: Potentia peccandi formaliter est flexibilitas ad peccandum, & deuiandum à regula suprema, sed haec flexibilitas diuinitus potest auferri; ergo & formalis potentia peccandi, maior, & consequentia sunt certae, minor probatur, quia flexibilitas ad peccatum non solum non est de ratione liberi arbitrij, sed praeterea est imperfectio, & defectus illius, vt expressè docet omnes Theologi ex Diuo Thoma, de veritate quaest. 24. artic. 3. ad 2. & quaest. 22. artic. in fine, vbi expressè ait potentiam ad peccandum nec esse libertatem, nec partem libertatis: Illud vero quod imperfectionem dicit in libero arbitrio potest auferri diuinitus, qua ratione probauimus fomitem peccati à Deo posse extingui, & de facto in Virgine Beatissima nullo modo fuisse repertum, illamque latius declarat Lusitanus, lib. 4. de Conceptione quaest. 3. art. 1. §. 3. à num. 18.

D. Thom.

Lusitan.

137.

Sed statim occurrit grauis difficultas, quoniam principio, aut modo possit auferri potentia peccandi? In qua Aegydius, citatus art. 3. §. 2. num. 9. affirmat principium, quo auferretur potentia peccandi nihil esse aliud, quam ipsam gratiam habitualement non simpliciter sumptam; sed vt ex diuina motione facta est virtuosa, & potens vindicare sibi diuinam protectionem, & assistentiam peculiarem ad protegendum, & confirmandum, & adiuuandum ipsum confirmatum, vt diuinæ regulæ se subiiciat, & omnino conformet, ita vt virtute sibi à Deo communicata suo modo Deum liget ad sibi assistendum. Quam Theologiam explicat exemplo gratiae Sacramentalis, quae iuxta veriorum S. Thomae, & Caietani 3. part. q. 62. art. 1. datur in Sacramentis ex opere operato, & non est aliqua gratia distincta à gratia gratum faciente, sed est eadem ipsa non absolutè, sed quatenus ex vi Sacramenti, quo confertur virtuosa redditur, vt inclinet in effectum Sacramenti. Verum haec sententia ad hominem confutari potest, nam vt ipse Aegydius tradit §. eodem num. 8. excellentissimum donum perseverantiae est vnicum solum, quod satis conueniunt inquit, illa verba Tridentini sess. 6. Canon. 16. Si quis magnum illud usque in finem perseverantiae donum. Ex quo monstrari potest

Aegydius.

Trident.

August. Trident.

potest donum perseverantiae esse vnicum quod etiam videretur supponere S. August. lib. de perseverantia, & ex illo Trident. ibid. & c. 13. Non igitur potest potentia peccandi tolli, & auferri gratia habituali, vt facta est virtuosior ad alligandum Deum protectioni confirmati in gratia, patet consequentia, quia gratia habitualis ita sumpta non est vnicum donum, affert enim secum effectus diuinæ protectionis, qui à gratia realiter distinguuntur, ipse vero Augustinianus num. eodem docuerat protectionem diuinam afferre secum motiones, & concursus, quibus Deus adiuvat confirmatum, ex quo probat in hac protectione non posse consistere donum perseverantiae, quia concursus illi, & motiones sunt plures, sed ex illius sententia gratia habitualis, vt asseritur perseverantia, affert secum, imò ligat Deum vt assistat, & protegat peculiari modo confirmatum in gratia, ergo gratia habitualis illo modo sumpta perseverantiae donum non est, quia ex parte, qua virtuosior est facta unica non est, & multiplex cernitur.

138. Lusitan.

S. Thom.

139.

Praeterea Lusitan. refellitur, quia donum perseverantiae quid manens est; motio autem illa qua redditur gratia virtuosior non potest esse permanens, quia motio, vt motio: secundum modum loquedi S. Thomae, & omnium bene sentientium, semper significat auxilium, & concursum transeuntem, quod non solum cernitur in motione Sacramentorum, quae transiens est, sed in virtute supernaturali, & auxilio ad diligendum Deum, vt datur etiam ex parte principij, & rationis formalis agendi in sententia S. Thomae, quae superior radidimus, est enim omnino transiens illud auxilium, & in hoc distinguitur ab habitu charitatis. Tum etià quia, aut semper Deus, & perpetuo monet gratiam illam, vt sit potes ad impetrandam protectionem diuinam, aut non: primum incredibile videtur, non enim singulis instantibus est illa motio, cum saltè per breuissimum tempus possit Deus suspendere illam motionem, cum ex vi habitualis gratiae possit iustus aliquo tempore perseverare in gratia, & sine peccato esse; habet enim in actu primo donum perseverantiae distinctum à magno perseverantiae dono, quod intelligitur in actu secundo. Secundum verò facile refellitur, interrogo enim an cessante illa diuina motione maneat illa virtus in gratia, & permaneat illa noua potentia, si non permaneat iam non erit donum perseverantiae, hoc enim non est transiens, sed permanens, si autem permanet erit virtus & forma gratiae superaddita, & in hac, & non in ipsa gratia consistet perseverantiae donum.

Hinc igitur, Tertio Lusitan. & hanc motionem impugno, & donum perseverantiae, quod ipse astruit probo non necessario includere gratiam habitualement, licet necessario illam supponat. Gratia secundum se non est donum perseverantiae magnū, & singulare, aliis omnes iusti haberent magnum perseverantiae donū, habet ergo illud à virtute illa, quae & n. 11. docet Aegydius. gratiae habituali est collata vt confirmatus in gratia illuminaretur à Deo vt peteret efficaciter gratiam diuinam in se continuari, ergo illa virtus sumpta secundum se est magnum perseverantiae donum, & nullo modo gratia sanctificans, si enim animal secundum se sumptum homo non est, & fit homo per animal rationale, aut formaliter lo-

quendo per rationalitatem, non animal, sed rationalitas est actualis forma constituens hominem, virtus enim ratiocinandi à rationali est, non ab animali, licet hoc necessario supponatur ad hoc quod homo possit discurre: simili igitur ratione gratia necessario supponitur in iusto ad perseverantiam, sed ipsa gratia habitualis perseverantiae non est, sed virtus illa communicata illi ex diuina motione. Exemplum vero Sacramentalis gratiae non est ad rem; illa enim non inclinat ex se ad effectum Sacramenti, est enim eadem cum gratia comuniter dicta, sed dicitur Sacramentalis ab extrinseco, ab intentione scilicet Dei conferentis hanc gratiam, cum intentione conferendi specialia auxilia, quae vel efficaciter moueant ad effectum Sacramenti, aut matrimonij, aut confirmationis, non est ergo motio aliqua, neque virtus addita gratiae habituali. Vide S. Thomam, 3. part. quaest. 62. art. 4. & ibi Caietanum, Dominicum Soto, 4. distinct. 1. quaest. 3. art. 2. & Gabrielem Vasquez, ad illam quaest. 62. disp. 131. num. 77. qui etiam citat Martinum Ledesma.

S. Thom. Caiet. Sotus. Vasq. Ledesma.

140. Molina.

Vazquez.

Erice.

Philipp 3.

Secundò Molina, 1. parte. quaest. 14. artic. 13. disputatione 18. membro 4. solut. ad 7. & quaest. 27. artic. 5. disputatione 1. membro 3. & Vasquez, 1. part. tom. 1. disput. illa 90. capite 1. existimant donum perseverantiae praeter gratiam habitualement, & dona supernaturalia, quae conferuntur confirmatis in gratia ad esse reuelationem diuinam factam praedestinatis eximie, seu confirmatis in gratia de sua gloria & salute, vnde duo sciunt, & se esse confirmatos in gloria ex electione diuina post merita praevia, & se etià confirmatos in gratia à qua nunquam excident. Hunc modum dicendi merito impugnat Valentinus Erice, 1. p. tr. 3. disp. 24. c. 3. à n. 13. ex eo quod multis confirmatis in gratia nulla est facta reuelatio de sua salute, quod praefertim probat de Apostolo Paulo multis testimonijs, illud vrgentissimum ad Philippenses cap. 3. Si quomodo occurram ad resurrectionem qua est ex mortuis, non quod iam acceperim, aut iam perfectus sum, sequor autem si quomodo comprehendam. Quae verba significant nullam reuelationem factam fuisse Apostolo de sua salute, aliàs de comprehensione beatitudinis, & occursum Christo venturo in resurrectione mortuorum nulla ratione dubitaret. Ratione etiam potest haec sententia refelli. Primum, quia confirmatio in gratia, & magnum perseverantiae donum multos includit supernaturales effectus in ordine ad infallibiliter consequendam vitam aeternam, & ponenda media ad perseverandum, quorum alterum est negatio peccati, extrinseca vero reuelatio illa, neque est causa infallibilis illorum effectuum, neque potest esse causa formalis non peccandi, ponamus enim per impossibile Deum reuelare alicui suam salutem & circa illam nullam peculiarem curam habere, quam non habeat ad alios homines, qui praedestinati non sunt, proculdubio ibi non erit confirmatio in gratia vt de se est manifestum, vnde fit euidenter reuelationem illam esse quid distinctum à magno dono confirmationis in gratia, & neutrum esse rationem formalem alterius, & vt plurimum reuelatio erit causa firmitatis spei, & quae

quæ animum erigat ad Deum, ex qua erectione læritia erit in voluntate, nulla tamen determinatio ad non peccandum, quæ ad confirmationem in gratia requiritur. Secundo quia reuelatio, aut supponit confirmationem in gratia, aut voluntatem hanc conferendi, atque adeo non potest non esse quid distinctum à confirmatione, aut enim reuelatur præcisè futura gloria aut præcisè confirmatio in gratia; si solù gloria ex illius certissima assequutione infertur impeccabilitas, & confirmatio in gratia, & consequenter ipsa reuelatio nõ est confirmatio, aut sola impeccabilitas reuelatur, & hoc etiam modo non potest esse ipsa reuelatio, cum sit obiectum quod reuelatur, & sicut materia se habet ad reuelationem, vnde non potest non ab illa distingui, eadè ratione qua mysterium Trinitatis distinguitur à reuelatione sui ipsius. Hic necessario aduertendum, quod licet Theologi pro eodem sumant aliquando perseverantiam in gratia, & confirmationem in illa, hæc duo sunt inter se distincta, ita tamen, vt confirmatio inferat perseverantiam, perseverantia tamen non arguat confirmationem. pueri enim ante usum rationis decedentes si sint Baptizati donum perseverantia habent, & tamen in gratia non sunt confirmati.

141. Hurtado.

Ex his infero non rectè assertuisse Petr. Hurt. de Incarn. disp. 62. §. 40. Præfinitionem cognitam tollere à Christo, & Beatissima Virgine libertatem, non vero ignoratam; non solù, quia in nostra sententia præfinitio antecedit absoluta non tollat libertatem, sed quia reuelatio præfinitionis nihil influit in libertatem, atque adeo illam lædere non potest, est enim ab illa solù necessitas consequens, & illationis, sicut & illa quæ sequitur, aut infertur ex præfinitio, quæ libertatem non tollit. Præterea quia cognitio illa oritur ex reuelatione actus amoris futuri liberè, ac proinde non potest auferre libertatem circa quam nullam exercet physicam causalitatem. Quod confirmari potest ex præfinitione physica, quæ licet physicam in actum, vel illius principium exerceat causalitatem, tamen libertatem non destruit. Adde quod si præfinitio cognita auferret libertatem, nullus actus Christi Domini esset liber, Christus enim Dominus scientia beata vidit omnes actus suos futuros, & etiam præfinitiones Dei circa illos, si ergo præfinitio cognita tollit libertatem etiam visio beatifica Christi illam tolleretur, at visio beatifica extrinseca est actibus liberis sicut & cognitio præfinitionis, videatur Lorca, 3. p. quæst. 19. art. 4. disp. 32. num. 3.

Lorca.

142. Cumel.

Tertio, Sapientiff. M. Cumel, tom. 1. in 1. p. q. 23. art. 3. dub. 2. post 5. disputationem, docet & perseverantiam, & confirmationem in gratia consistere in singulari copia, & multitudine auxiliorum, quæ necessaria sunt, vt homo actualiter non peccet, siue hæc cõcedantur iusto per longum tēpus, siue per breuissimum ante mortem suam, non explicat an aliquod donum habituale supponatur in iusto præter gratiam habituales in quo fundetur Dei protectio, & cura peculiaris diuina circa confirmatum in gratia, aut perseverantem, quamquam asserat esse donum distinctum à gratia habituali, quem modum dicendi significat Medina, 1. 2. q. 109. art. 10. & alibi 3. p. q. 27. art. 4. & eandem dicendi formam professus

Medina.

est Ludou. Turrianus, opusc. 2. de gratia disp. 7. dub. 3. qui cum dixisset n. 5. ad donum perseverantia, (& idem est de confirmatione in gratia) requiri quod iustus retineat iustitiam usque ad mortem, ita vt in gratia discedat ex hac vita: addit necessarias esse inspirationes, & illustrationes, & si occurrat tentatio gratiam ad non consentiendum, & præterea ordinationem causarum, vt mors sequatur in hoc statu iustitiæ, quæ vel potest esse per voluntatem Dei mortem intendentem efficaciter vel permittentem, vt quis iniuste occiditur. Et in eadè sententia est Valentinus, Erice citatus, qui hæc copiam auxiliorum, & necessitatem non peccandi in confirmatis in gratia, docet provenire ex electione, & prædestinatione ante merita præuisa, qua eximie prædestinati eliguntur à Deo, in quo fatetur se consentire Ambrosio Catharino, & explicat in B. Virgine loco citato à n. 28. & contendit hanc electionem ante merita præuisa non lædere libertatem, sed de hac illius sententia inferius in hac vestigatione sermo habendus. Mihi hæc doctrina nostri Magistri summopere placet, præcipue si illi addatur hanc seriem donorum, & auxiliorum, quibus adiuvantur, aut perseverantia donum habentes, aut confirmati in gratia oriri ex eximia, & peculiari electione, quod suo loco declarabitur, interim aduerto me non probare classes illas prædestinatorum, aut saluatorum, ex præfinitio, & causalitate, quas illustravit, & defendit Ambr. Catherin. opusc. de eximia Christi prædestinatione, existimo enim nullum saluatorum, etiã absoluta potuisse eligi ad gloriam post merita præuisa, vt suo loco explicabo, & latius tradidi in materia de prædestinatione; ostendam vero disp. sequenti in sacra Deipara residere supernaturalem virtutem, quæ petat hanc protectionem internam & externam peculiari modo qui in aliis iustis nec reperiri potest.

Turrianus.

Valentin.

Catharina.

Cumel.

SECTIO III.

Confirmati in gratia ad non peccandum determinati, ad merendum liberi.

143.

Hæc est altera pars veræ sententiæ, quam sect. 2. proposuimus, & affirmat ex ablata potentia peccandi determinatos remanere confirmatos in gratia ad non peccandum, liberos tamen libertate contradictionis, aut quoad exercitium, vt possint mereri vitam æternam. Priorem partem significat S. Thom. 3. d. 3. q. 1. art. 2. §. ad secundum dicendum, qui asserens Beatissimam Virginem confirmatam fuisse in gratia maximè post Conceptionem filij ita scribit: Sic in Beata Virgine quando concepit Dei filium ablata est potentia peccandi, quamuis in statu via ipsa Virgo remaneret, citatur 3. p. q. 27. art. 4. ad 1. sed ibi solù loquitur de extinctione fomitis, tenent expressè Alexander Alensis, 3. p. q. 9. membro 3. art. 2. §. 2. Vbi latè confirmat, & explicat in Beatissima Virgine fuisse necessitatem ad non peccandum, qui clarius, & explicatius loquitur, quam alij Doctores. Bonaventura 3. d. 3. art. 1. q. 3. dicens confirmationem in gratia, non solum auferre peccatum, sed etiam potentiam peccandi, Antoninus, 3. p. tit. 14. c. 3. Vbi non

S. Thom.

Alensis.

Bonavent.

Antonin.

Gabriel. Ocham. Palud.

Corduba. Soto.

Suar. Henriquez. Ouandus.

Erice.

144.

Erice.

non solum de B. Virgine, sed de Baptista docet confirmatos in gratia tale robur accipere, vt in vita non possint peccare mortaliter. Gabriel 3. dist. 3. q. 2. qui citat Ochamum; Paludan. ibid. q. 2. art. 3. conclus. 1. loquens de Virgine purissima ait, post extinctionem fomitis non potuisse etiam venialiter peccare; eodem modo loquitur Corduba, lib. 1. q. 46. in prima opinione, Sotus, 1. 3. de natura & gratia c. 7. vbi expressè ponit in confirmatis carentiam libertatis ad malum, Suar. 2. tom. in 3. p. disp. 4. sect. 4. Henticus, Henriquez, tom. 1. l. 3. c. 11. Ouand. in 3. dist. 3. propos. 13. & 15. Lusit. supra relatus, & latè Valentinus Erice, id probat de Virgine sanctissima 1. p. disp. 24. conclus. 2. n. 28. estque communis recentiorum sententia.

Sed non explicat quomodo confirmati in gratia necessitentur ad non peccandum mortaliter, & Sacra Deipara ad non peccandum etiam venialiter, neque qua ratione fuerit illis ablata potentia peccandi, ita vt in actum malum prodire non possent; Valentinus, n. 29. existimat id contigisse tum ex vi scientiæ conditionatæ, tum ex negatione concursus generalis requisiti ad eliciendum peccatum in esse physico. Præuidit enim Deus scientia conditionata continuationem in vita Virginis sanctissimæ sine vilo peccato mortali, aut veniali, si cor ipsius congruis pulsaretur cogitationibus, & illis roboraretur sicut de facto accepit. Deinde præuidit, quod si stante præcepto, seu occasione peccati, auferret concursum generalem ad peccandum physicè sumptum illud Beatissima Virgo non posset committere. Complacuit Deus in hoc ordine, & statuit decreto suo illam seriem conditionatam in absolutam transire, & Virgini denegare concursum generalem ad entitatem peccaminosam. Vnde Beatissima Virgo mansit necessitata ad non peccandum, libera tamen, vt possit mereri libertate contradictionis, & exercitij. Non hæc mihi displicent, si series illa conditionata non introducatur per scientiam mediam distinctam à libera & necessaria participante vtriusque rationem, cum ad hoc non sit vlla ratione necessaria, & formaliter loquedo actus ille pertinet ad scientiam simplicis intelligentiæ; qua nouit Deus se salua libertate arbitrij creati, quod in omnibus illi subiicitur, posse in illo, & de illo efficere quicquid voluerit habereque vim potentissimam, & suauissimam ad hominem, vel Angelum liberè perducendum ad finem quem illis intēdat per physica media, quæ ante introductionem scientiæ mediæ fuit, & nunc est sententia Augustini, S. Thomæ, & omnium, qui ponunt electionem ad gloriam ante merita præuisa, paucis exceptis ex Societate Iesu; sed non video quomodo per subtractionem concursus, auferatur potentia peccandi, licet videam negato illo concursu nunquam peccatum futurum, aliud est enim hominè non habere potentiam ad ratiocinandum, aliud Deum non concurrere cum illo, vt ratiocinetur, quia perseverante potentia discursiua potest Deus negare concursum ad discursum. Poterit ergo similiter Deus negare potentiam auxilium ad actum, & potentia manere in sua virtute, ita vt illa ab homine non auferatur. Vnde addendum huic explicationi videretur, non ma-

August. D. Thom.

nerè in Beatissima Virgine potentiam proximam & expeditam ad peccandum, quia alterum quod ad hanc explicationem requiritur est generalis cõcurfus, potentia enim libera est, quæ positis omnibus requisitis potest agere, & non agere, quod sequenti disputatione magis erit explicandum; in Beatissima enim Virgine est ratio quardam specialior, quæ non reperitur in aliis confirmatis in gratia.

145.

Nunc vero probatur confirmatos in gratia manere necessitados ad non peccandum efficaci ratione: homo ille cui ablata est potentia peccandi proximè, & expeditè non potest elicere actum peccati, neque ad illud concurrere; ergo necessitatus est, & determinatus ad non peccandum, antecedens est manifestum à negatione potentia, ad negationem actus, si enim in lapide non est potentia ad currendum, neque actualis cõcurfus poterit esse, consequentia ostenditur, quia vbi non est potentia ad aliquam actionem est necessitas, & determinatio ad negationem illius actionis, sicut quia in equo non est potentia ad ridendum, necessario est determinatio ad negationem risus; si igitur in confirmatis in gratia auferatur potentia ad peccatum, (auferatur hoc, vel illo modo) necessitati, & determinati manent ad non peccandum, quod in beatis cernitur clarius propter Dei visionem, & statum beatificum ex vi cuius determinati, & necessitati sunt ad non peccandum, ita vt etiam absoluta potentia non maneat in illis indifferentia ad peccandum, & non peccandum.

146.

Posterior autem pars, scilicet in confirmatis in gratia manere libertatem sufficientem ad meritum constat in Christo Domino, qui cum fuerit impeccabilis naturaliter ex vi vnionis hypostaticæ, & necessitatus, & determinatus ad non peccandum, sufficientem habuit libertatem ad meritum, vt docet Catholica fides, vt ostendunt Theologi 3. part. q. 19. quod verissimum est etiam stante præcepto moriendi, si enim præceptum non admittatur, vt videtur docuisse Medina 1. 2. q. 114. a. 1. & nunc defendunt aliqui recentiores est omnino facilis, vel etiam si præceptum fuit in illius potestate, ita vt sine alia Dei iniuria potuerit illud non admittere, vt nunc sentit cum aliis Petrus Hurtado de Mendoza 3. p. disp. 62. sect. 6. per varias subsectiones. Ad hanc verò partem intelligendam, præmittenda est communis doctrina, libertatem esse duplicem contrarietatis, & contradictionis, libertas contrarietatis est libertas, quoad specificationem, & indifferentia ad opposita contrariè, vt est illa quæ reperitur in homine ad eliciendum actum amoris, & actum odij, non simul sed diuisiue: libertas verò contradictionis est indifferentia quantum ad exercitium secundum quam ego possum scribere, & non scribere etiam diuisiue, possum enim actum & non actum de quo videndus M. Cumel 2. tom. in 1. 2. q. 114. art. 1. disp. 2. & tom. 3. in 1. p. de gratia, & libero arbitrio. Addunt vero aliqui libertatem quoad specificationem diuidi posse in libertatem, quæ est puræ contrarietatis, quæ scilicet est præcisè ad bonum, & malum prosequendum, & in libertatem disparatam, quæ nihil est aliud, quam indif-

Medina.

Mendoza Hurtado.

ferentia ad eliciendos actus bonos, vt ad eligendum hoc, vel illud medium, quando multa, & varia suppetunt ad consequitionem alicuius finis, in illorum enim electione voluntas est omnino libera, potest enim quod voluerit eligere. Sed necessario est aduertendum ad rationem perfectæ libertatis nullo modo necessariam libertatem contrarietatis, Deus enim perfectissimè est liber, & tamen non habet indifferentiam, seu libertatem ad bonum, & ad malum; Inde fit neque hanc libertatem contrarietatis esse essentialem libero arbitrio creato, cum in Christo Domino non reperiatur. Vnde quando Theologi 1. 2. q. 114. art. 1. docent ad meritum requiri libertatem licet vtramque includant, intelligendi sunt generaliter loquendo in viatoribus, qui indefectibiliter non sunt alligati primæ regulæ, qui enim alligati sunt non habent libertatem ad bonum, & ad malum cum necessitati sint ad non faciendum malum, fit etiam rationem laudis, & meriti sumendam esse ex libertate quoad exercitium, & contradictionis, qua potest liberum arbitrium hanc actionem elicere, vel ab illa cessare.

147. Ex his facillè colligitur in confirmatis in gratia manere libertatè sufficientem ad meritum, licet enim non habeant libertatem ad peccandum, & consequenter indifferentes ad malum non sint, adhuc permanent in illis principia libertatis contradictionis, secundum quæ possunt elicere actum amoris, vel fidei, aut non elicere, aut efficere actum honestum, & ab illo cessare, quamuis enim peccare non possint, possunt Deum amare, in quo erit ratio meriti, & possunt cessare ab actu amoris in quo per se loquendo nulla culpa inuenitur.

SECTIO IV.

Motiva contraria soluta, & diluta.

148. Durand. Valq. Medina. **R**estat diluamus Durandi, Medinae, & Vasq. motiua. Ad primum Medinae nego sequentem, quoad secundam partem, & ad illius probationem dico, quod stante præcepto, & obligatione eliciendi aliquem actum respectu hominis confirmati in gratia non potest non illum actum elicere, liberè tamen elicit illum, quia impositio præcepti extrinseca est, & libertatem non lædit, cum in illam non influat vlllo modo: habet ergo se præceptum per accidens, vnde illa necessitas eliciendi illum actum non est necessitas simpliciter, sed necessitas secundum quid orta scilicet ex impositione præcepti, & confirmationis in gratia, ex hoc vero non remanere sufficientè libertatem ad meritum, propter rationem, quam superius explicuimus, & constat clarissimè in Christo Domino, qui etiam posito præcepto potuit liberè mori, & liberè mortuus est; Oblatus est enim quia ipse voluit. Ad confirmationem respondeo; concedo antecedens, & nego consequentiam, & ad illius probationem dico nos liberè fateri confirmatos in gratia non habere libertatem ad peccandum, atque adeo non liberè non peccare, cum vt diximus sit illis ablata potentia peccandi, vt ex Scholasticorum communi sententia docui-

mus, sect. 2. negamus tamen inde inferri illos non habere sufficientem libertatè ad meritum, vt in sect. 3. ostendebamus. Adde illam consequentiam esse nullam in nostra sententia; potest enim cõtingere collationem alicuius principij non esse in nostra potestate, & actum ad illam sequutum esse liberum; electio enim ad gloriam non est in nostra potestate; sicut nec collatio auxiliij præmouentis physicè ex se efficacia, vel ex congruitate cognita scientia media, & tamen actus, qui requiruntur ad gloriæ consequitionem, & ad obtinendam gratiam sunt omnino liberi.

149. Ad secundum facillè respondetur ex illis quæ diximus tractantes de ablatione, seu extinctione fomitis; asserimus ergo potentia peccandi, & flexibilitatem illam à regula quæ reperitur in libero arbitrio creato, non esse illius proprietatem, aut positiuam perfectionem, sed tantum illius defectum, & imperfectionem, quæ illi essentialis non est, ac proinde negamus simpliciter tolli, & auferri non posse, & ad huius improbationem dicimus iustitiam originalè non auferre hanc flexibilitatem, sed bene gratia, & dona supernaturalia in gradu heroico, & quidem necesse non est vnicum gradum gratiæ posse simpliciter illam flexibilitatè destruere, quia in gradu heroico id possit perfectissima gratia. Adde quod cum gratia ex sua natura simul cum habitibus inclinet ad bonum, aliquo etiã modo minuit flexibilitatem arbitrij, & illud ad vero peccandum aliquo modo determinat, tãta vero potest esse abundantia gratiæ, & donorum, vt simul cum peculiari Dei prouidentia flexibilitatem illam auferat, & illã destruat imperfectionem, cum ergo heroica gratia, & virtutes illis correspondentes otiosæ non sint, sed inclinent ad cõtinuationem actuum supernaturalium ex peculiari Dei prouidentia, & electione; fieri optime potest, quod flexibilitas auferatur per cõtinuationem actuum huius vel illius materiæ virtutum, cum indifferentia illa, quam diximus vocari ab aliquibus disparatam; si vero cessarent actus, præsto esset diuina prouidentia erga confirmatos, vt nullo pacto possent peccare, habemus ergo ad auferendum potentiam peccandi vt minimum gratiam, & virtutes in gradu heroico, seriem auxiliiorum, & inspirationum, actuum omnium virtutum, & actuum supernaturalium, & Deum paratum ad hoc, vt nulla sit vehemens tentatio, quæ confirmatum in gratia vincat, & debeller, & quidem mirum est perturbationem posse auferre potentiam peccandi, & non hæc omnia simul sumpta, quæ lumina Ecclesiæ proponunt, præcipuè cum absolutè, & simpliciter non implicet, quod tollatur peccandi potentia.

Ad primum Gabrielis fatemur, vt debemus Virginem sanctissimam non fuisse vnitam personæ diuinæ, nec perpetuo in hac vita vidisse Deum. Vnde ex his duobus capitibus, nec illa, neque vllus confirmatus in gratia potuit reddi impeccabilis; sed negamus illos non potuisse aliis modis alligari regulæ primæ, quos iam explicuimus, & Deus optime nouit. Ad illud vero quod addit, de negatione concursus ad peccandum necessarij, asserimus nec esse inutilem, neque dedecere Deum, sed probabili-

liter posse defendi vt omnibus modis confirmati in gratia inhabiles sint ad peccandum.

151. Durand. **A**d secundum asserimus confirmatos in gratia non reddi impeccabiles propter extinctionem fomitis, vt enim rectè prius id probauit, & aduertit Durandus, neque Adamus neque Angeli habuerunt fomitem, & tamen peccarunt mortaliter. Secundò, concedimus prouidentiam Dei extrinsecam non auferre potentiam peccandi; auferit autem propter effectus, quos causat in ipsis confirmatis, quæ sunt quasi principia formalia illius ablationis; negamus præterea impossibilem esse qualitatem determinantem ad vnum, quæ libertatem non lædat. Caritas determinat ad actum amoris diuini, & vnusquisque habitus in ordine ad proprios actus secundum speciem, & libertatem etiam quoad specificationem non auferunt, & in sententia illorum qui asserunt auxilium efficax physicum consistere in qualitate, quæ se habet per modum principij ex parte potentie, & non ex parte actus, qualitas illa non tollit libertatem, confertur enim à Deo voluntati iuxta modum suæ naturæ, & necessitas, quæ est in voluntate est non antecedens, sed consequens, quia non est à natura liberi arbitrij, sed ex libera Dei determinatione. Vnde ad libertatem consequitur, & quantum ad subsequutum effectum pendet à libero arbitrio, non enim illam præmotionem confert Deus independenter à libero arbitrio, hoc enim esset infundere illi actum, quod putarunt Gabriel, Ochamus, & alij in præsentia difficultate, sed cum dependentia à libero arbitrio, quantum ad effectum illius, & hoc modo intelligenda est necessitas consequens, & antecedens celebris in Scholis ex D. Anselmo desumpta in libro de concordia præscientiæ, & prædestinationis cap. 1. qui aliter explicat illam, quam Gabriel Vasq. Vide necessario Ægydium Lusitanum, quæst. illa 4. art. 2. §. 9. Qui hæc dilucidè tractat præ aliis, & alia argumenta Medinae, & Vasquez, eneruat.

Gabriel. Ochamus.

Anselm.

Vasquez. Ægydus.



DISPVATIO IX.

Vtrum ex vi Maternitatis absolutè fuerit impeccabilis Sacra Deipara Maria?



152.

S. Thom.

**E**c est controuersia princeps ad illum artic. 4. q. 27. 3. partis D. Thomæ Aquinatis, & quæ conferat multum ad explicandam Deiparæ immunitatem, ideo serio tractanda; breuiter tamen, quia disput. præcedenti, iacta sunt semina ex quibus impeccabilitas absoluta Virginis statim se prodit, præcipuè si teneantur memoria, quæ de illius impossibilitate ad contrahendum originale peccatum, in vltimis disputationibus vestigationis secundæ dicebamus. Petimus ergo an Sacra Deipara ex vi dignitatis Maternalis facta fuerit impeccabilis, non quia illa supernaturalis virtus formale sit principium impecca-

bilis, sed quia radix fuit, & forma, quæ peteret ex natura sua, quod formale principium impeccabilitatis illi concederetur, vnde duo petuntur. Primum, an reuera Maria sanctissima facta fuerit impeccabilis absolutè, id est mortaliter, & venialiter. Secundum, an hæc impeccabilitas ortum habuerit à physica dignitate Matris, & quidem circa hoc punctum nulla est sententiarum varietas, quia dignitas physica hæctenus (vt dignitas moralis) non fuit declarata.

Circa punctum primum duas solum referam sententias. Prima affirmat Sacram Deiparam semper habuisse potentiam peccandi, ac proinde nunquam fuisse absolutè impeccabilem; ita Albert. Magnus, 3. d. 3. art. 9. Qui licet assermet in Virgine à prima sanctificatione fuisse extinctum fomitem peccati, contendit nunquam ab ea fuisse ablatam potentiam peccandi, atque adeo negat vnquam fuisse impeccabilem. Illam defendit Gabriel Vasquez, 2. tom. in 3. p. disp. 120. & est expressa sententia Medinae, 3. part. quæst. 27. art. 4. Palacios, 3. dist. 3. disp. 4. & in illam dicitur inclinasse Bergomensis, in Concordantiis D. Thomæ, dubio 383. & 819. nec dissentit suo modo Suarez, qui asserit solum in sensu composito Virginem fuisse impeccabilem, disput. illa 4. sapius citata sect. 4. §. ex quo tandem. Morua attulimus disp. præcedenti. Sed Nazarius qui eandem sequitur sententiam 2. tom. in 3. p. q. 27. art. 4. controuersia vnica illam probat primo auctoritate S. Thomæ, qui q. 24. de veritate, art. 8. & 9. ait dupliciter posse aliquem confirmari in bono. Primo simpliciter, ita scilicet vt habeat in se sufficiens suæ finitatis principium, adeo vt peccare non possit, qui modus reperitur in beatis. Secundo ita vt conferatur illi aliqua gratia propter quam de facili non possit peccare, licet simpliciter possit, quia non potest aliquis reddi impeccabilis, nisi omnis origo peccati auferatur, quod quidem non potest contingere in statu viæ. Primo & principaliter, quia rationem esse semper in actu contemplationis, ita quod omnium operum ratio sit Deus in statu viæ est impossibile. Secundò, quia in statu nostro non contingit inferiores vires ita rationi esse subditas, vt propter illas vsus rationis ad peccandum impediatur nisi in Domino nostro Iesu Christo, qui sirovel fuit viator, & comprehensor. Et addit: Sed tamen per gratiam viæ potest homo bono astringi, quod non nisi valde difficile peccare possit, &c. Ex quibus verbis clarè colligitur absolutè non fuisse Virginem sanctissimam impeccabilem, & deducuntur etiam rationes ad illud probandum. Secundò probat Nazarius, quia confirmatio in bono non tollit liberum arbitrium ad bonum, & ad malum, neque ponit extra viam. Secundò quia confirmatus in gratia liberè adimplet præcepta, ac proinde meretur. Tertio, quia si Beata Virgo habuisset ab intrinseco impotentiam peccandi, non fuisset ei necessaria custodia diuinæ prouidentiae præter abundantiam gratiæ, & virtutes illam consequentes.

Secunda sententia docet Virginem factam fuisse simpliciter impeccabilem, non in prima sanctificatione, sed solum in secunda, id est, post

153.

Alb. Magn.

Vasq.

Medina. Palacios. Bergomens.

Suar.

154.

post Verbi Dei Conceptionem; quia tunc fuit illi omnino sublata potentia peccandi etiam venialiter, quod in illius Conceptione passiva non contingebat. Ita opinantur magni Doctores Alexander Alensis, 3. p. q. 9. membro 3. art. 2. §. 2. Bonaventura, 3. d. 3. art. 2. quæst. 3. Richardus, art. 1. quæst. 2. & 4. Paludanus, quæst. 2. art. 3. dub. 1. Gabriel, Ochamus, Maior, Marfilius, Vlderricus, Franciscus à Christo, Almainus Pitigianis, Ouandus, & alij, quos refert Lusitanus, lib. 4. de Conceptine, quæst. 4. art. 4. §. 1.

Alensis. Bonauent. Richard. Paludanus. Gabriel. Ouandus. Marfilius.

155.

Dico primo. Sacra Deipara simpliciter, & absolute ex diuina gratia est impeccabilis à primo suæ Conceptionis instanti, in quo ita ab illa fuit ablata potentia peccandi, vt deinceps nullo modo, etiam difficultate maxima peccare vel venialiter potuerit: ita opinatur Maior, in 3. distinct. 3. quæst. 1. §. Dubitatur vers. ad aliud argumentum Pitigianis, ibidem ad Scotum, artic. 14. conclus. 3. & 4. Ouandus, ibidem art. 6. §. 1. Aegydius Lusitanus, citatus quæst. 3. art. 5. §. 2. à num. 4. Satis expressè Valentinus Erice, 1. part. tract. 3. disput. 24. cap. 3. à num. 28. sed præcipue n. 32. qui num. 49. concludit Beatissimam Virginem factam fuisse impeccabilem à primo Conceptionis instanti esse probabile; sed post Conceptionem filij esse probalissimum, estque sententia iam communiter recepta, eamque nunc sequitur Salmanticenses Scholæ primores Theologi, qui lætati valde, quod illam nos in gloriam Virginis publicè propugnauerimus. Inclinat in illam Suarez, quatenus docet nullam sibi visam rationem propter quam hæc excellentia non tribuatur Virgini post filij Conceptionem, non vero à primo momento suæ Conceptionis passivæ.

Maior. Pitigianis. Ouandus.

Lusitan.

Erice.

Suarez.

156. Trident.

Probatum primo auctoritate Concilij Tridentini sess. 6. can. 23. Vbi hæc verba habentur, quæ diligentia magna sunt ponderanda: Si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur, & peccat nunquam fuisse iustificatum: aut contra posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit. Vbi Patres duo determinant. Primum quemlibet hominem semel iustificatum amplius posse peccare. Secundum non posse omnia simul peccata etiam venialia vitare nisi speciali Dei privilegio, quod vniuersalis Ecclesia tenet de Beatissima Virgine. Sentit ergo Concilium fuisse factæ Deiparæ privilegium non solum quod omnia peccata, etiam venialia vitauerit; sed etiam quod sicut alij iusti possunt illa nunquam potuerit peccare, & consequenter sentit Ecclesia in Virgine nunquam fuisse potentiam peccandi, quæ in aliis iustis reperitur.

157.

Secundò, probatur auctoritate Richardi de sancto Victore lib. 2. de Emmanuele, qui c. 31. de Virgine ita scribit: In ceteris magnificum quid habetur, quod à vitiis non possunt expugnari; in ista mirum videtur, quod à vitiis non potest ipsa, vel modicum impugnari, & c. 26. in Cantica. Ita confirmata est, & virtute altissimi obumbrata, & roborata vt peccatum omnino com-

mittere non potuerit. Sed quia Doctores huius nostræ assertionis Patres non afferunt, Patres produco, ne sanctorum auctoritate destituta videatur. Primus sit S. Basilius Seleuciensis, qui oratione de Annunciat: quæ habetur etiam 2. tomo: Bibliothecæ Margarini vocat Christum, & Mariam sanctissimam totius peccati expertes primitias. Vbi Theodoret. Peltanus transfuit, impeccabiles. Secundus sit Rupertus Tuitiensis, qui libro 4. in Cantica ita Virginem alloquitur: *Vterus tuus nulli viro, nulli carnali commercio accessibilis, & mens tua nulli vitio, nulli spiritali nequitia penetrabilis.* Vbi hoc vltimum verbum denotat impossibilitatem peccandi, ac proinde impeccabilitatem. Tertius sit Idiota Doctissimus, qui libro de contemplatione Virginis cap. 4. ita scribit ad Virginem beatissimam; Sed quia corruptæ erant omnes & peccato vacillauerant, ideo te gloriosissimam Virginem ædificauit in domum solidam, & fortem & quæ nullo modo vacillare posset, ideo scidit columnas septem ad te fortiter, & sublimiter sustentandum: esse impeccabilitatem, & illius principia formalia. Quartus sit Petrus Damianus, qui sermone 3. de Natiuitate ita procedit; *Quid ergo vitij in eius mente ac corpore vendicare sibi potuit locum.* Quasi diceret nihil potuit, non potuit ergo Maria sanctissima vnam peccare. Quintus sit Cardinalis Cusanus, lib. 5. exercitationum ad illud: Cælum, & terra transibunt, qui affirmat quod Beatissima Virgo nunquam sub potestate Maligni deficere nequiuit: Quæ verba denotant omnimodam impeccabilitatem. Sextus, sit Richardus de sancto Laurentio, qui lib. 4. de laudibus Virginis titulo 5. ex omnimoda impeccabilitate filij colligit impeccabilitatem Sacræ Deiparæ: *Talem fecit Deus verbum Matrem suam, qualis voluerit fieri ex ea secundum quod homo.* Atqui voluit fieri absolute impeccabilis, ergo talis fuit etiam Maria sanctissima. Vide alia Patrum testimonia vestigatione 2. disput. 21. sect. 3. & 4. Vbi ostendebamus Dei genitricem Almam neque potentia absoluta posse deuenustari originali peccato.

Basil.

Rupert. Tuitiensis.

Idiota.

Petr. Dam.

Cusanus.

Richard. de S. Laurent.

158.

Tertio, ablata fuisse à Beatissima Virgine gratia diuina potentiam peccandi, & absolute fuisse in via impeccabilem, probo ratione, qua vitur D. Bonaventura, 3. distinct. 3. part. 1. artic. 2. quæst. 3. Nihil impedit quod de gratia speciali possit aliquid alicui communicari in via, quod alij communiter, & de lege ordinaria habent in Patria, sed Beati in Patria communiter, & de lege ordinaria habent quod absolute sint impeccabiles ab intrinseco, ergo non repugnat, quod Beatissima Virgo in via impeccabilis fuerit ab intrinseco, & illi fuerit omnino ablata potentia peccandi: ergo de facto illi fuit ablata potentia peccandi, & absolute facta est impeccabilis gratia diuina; hæc consequentia probatur, quia iuxta communem usum loquendi sanctorum omnium excellentiæ omnes, quæ illustrent Matrem Dei, & non implicant contradictionem Beatissimæ Virginis sunt concedendæ; & prima consequentia probatur ex eo quod disputatione præcedenti monstrauius optime posse à viatore tolli potentiam

entiam peccandi, vt etiam tollitur in Patria à Beato. Vnde minor non habet vllam difficultatem in veriori, & communiore sententia; Maior autem, probatur, quia nulla afferri potest efficax ratio repugnantia: etsi aliqua in hac materia adducatur, vel eneruata, est disputatione præcedenti, vel in hac dissoluitur. Aduerte tamen, quod licet hæc ratio, quam de sumptimus ex quadam solutione Diui Bonauenturæ, à Seraphico Doctore solum afferatur ad probandum impeccabilitatem Virginis post filij Conceptionem adhuc efficaciter probat etiam in Conceptione propria factam fuisse impeccabilem, nulla enim est ratio quæ probet hanc excellentiam Virginem sanctissimam à primo suæ sanctitatis in sanctitate in Conceptione non habuisse.

159.

Dices, Materiam non disponi vnica dispositione perfectissimo modo, sed imperfectè ante introductionem formæ; perfectius vero per dispositionem; quæ consequitur formam introductam, & oportuisse Diuam Virginem post generationem filij perfectius fuisse dispositam, quam ante illius Incarnationem. Maternitas enim est quadam forma, quæ in generatione reperitur, ad quam non tanta, & tam perfecta dispositio requirebatur, quanta requiritur post ipsam Matris dignitatem, sed hæc difficultas solum vrget propter auctorem. Et imprimis semper existimaui perfectiones Virginis primum & potissimum constituendas esse ad dignitatem Matris exercendam, vt scilicet Deus nasceretur ex Matre perfectissima, & absolutissima immunique omnibus modis peccato, & ab omni potentia peccandi. Post Maternitatem vero, & si credam necessarias fuisse, & permansisse, non credam post generationem solum esse datas, iam enim non præparent, neque disponerent ad tantum munus exercendum. Deinde præter actuaalem generationem in qua fundatur relatio Maternitatis à prima Conceptione reperitur in Virgine, virtus supernaturalis, quæ est ratio formalis generationis, & hanc si illam in instanti Conceptionis recepit Virgo sanctissima, quod suo loco diximus esse probabile, disposita fuit Maria sanctissima ad illam recipiendam per dispositionem, quæ non fuit confirmatio in gratia, iam vero hanc Maternitatem infusam subsequuta fuit confirmatio in gratia, ac proinde saluatur rectè naturalis ordo rerum; & est in Sacra Deipara præparans ac consequens dispositio ad conferuandam formam, vt argumentum intendit; ad actuaalem vero generationem dispositiones antecedentes præparant Virginem diuam & post Conceptionem filij aliæ sunt, aut continuatæ, aut consequuntæ, quibus sanctior, & pulchrior facta est.

160. Lusitan.

Secundò, conclusionem probat Lusitanus, art. illo 5. num. 8. quoniam ea quæ de Virginis infantia atque pueritia, ætatque ad vsque filij Conceptionem referuntur, de quibus latè Canisus, lib. de Maria Deipara cap. vltimo, sine dono perseuerantiæ, & confirmationis in gratia non donantur. Confirmat num. 9. quia extinctio fomitis per se arguit confirmationem in bono, & inflexibilitatem ad malum, quæ est impeccabilitas, sed hæc non sunt efficacia, etsi

enim argumentum probet aliquo modo confirmationem in gratia reperta in Virgine ante Conceptionem filij, non probat fuisse à propria Conceptione, quod intendit conclusio. Deinde confirmatio inermis est, negatio enim fomitis per se non arguit impeccabilitatem, sed per accidens, vt in Angelis & primis parentibus notauit Durandus, relatus disputatione præcedenti, argumentum etiam quod desumit num. 10. ex Confirmatione Baptisæ efficacax non est, cum enim conceptus fuerit in peccato originali secundum regulam Augustini in ætate adulta peccauit venialiter, nec vrget Ecclesiæ hymnus: *Ne leui saltem maculare vitam fame posses.* Hoc enim non arguit impeccabilitatem à veniali, vt multum intentionem, & diligentiam cauendi à venialibus, quam non est assequutus, tum quia in illo non fuerunt perpetui actus dilectionis Dei, & aliarum virtutum, vt in Virgine sanctissima. Tum quia non decebat Præcurfori, etsi sanctissimo, & fidelissimo Prophetæ conferri confirmationem eandem in gratia, quæ communicata est Reginæ Prophetarum omnium, ac proinde ipsius Ioannis; qui ad vocem Virginis accepit gratiam sanctificantem.

Durand.

Hymnus.

161.

Dico secundò, verè ablata fuit à Beata Virgine potentia peccandi, & facta fuit impeccabilis à primo suæ Conceptionis instanti; multo perfectius quam alij confirmati in gratia idque intrinsece ratione dignitatis Maternalis, & virtutis supernaturalis in illa existentis à sua Cõceptione purissima. Hæc assertio quoad primam partem non potest non esse communis, cuius commune sit quæcunque reperiantur in Virgine excellentiori modo in illa reperiri, quam reperiantur etiam in Apostolis, & aliis sanctissimis viris. Quoad posteriorem solum illam negabunt qui noluerint admittere virtutem supernaturalem ad generationem Verbi, quam tanto pondere scripturæ Patrum, & rationum tota vestigatione prima probauimus, & traditam ab Scholasticis ostendimus: illa vero admitta nulli potest esse difficilis. Probat: dignitas Maternalis, etiam physicè sumpta est prima forma, & participatio diuinæ naturæ ad quam ex natura rei sequuntur omnia dona supernaturalia, quorum capax est pura creatura si excludatur hypostatica vnio, sed confirmatio in gratia est donum supernaturale cuius capax est sine vnione hypostatica natura rationalis creata; ergo ex vi Maternitatis Virgo purissima in gratia fuit confirmata, & hæc fuit prima Radix suæ confirmationis. Totus discursus est ex principiis nostris euidentissimus.

162.

Ex his colligo duo. Primum in sacra Deipara esse principium intrinsecum confirmationis in gratia, quod ex propria rei natura expostulat affluentiam, & abundantiam ferè imensam gratiæ sanctificantis, & donorum supernaturalium, quæ requiruntur ad confirmationem in gratia in gradu excellentissimo, & heroico, quod principium in aliis confirmatis in gratia non reperitur. Infero secundò, confirmari in gratia hoc modo esse propriissimum Virgini, ita vt nulli alteri sanctorum communicatum vnquam fuerit, nec sit communicandum.

dum. Vtrumque consecratum est clarum sup-  
posita doctrina fidei, & nostris principis. Nul-  
li enim sanctorum infusa est gratia sanctifi-  
cans in Conceptione sua, omnes enim in pec-  
cato originali fuerunt concepti, nulli tanta  
abundantia gratiarum est communicata. Gra-  
tia enim Virginalis excedit gratiam omnium  
sanctorum simul sumptam. Nulli fuit concessa  
gratia Maternitatis, cui ex natura rei debita  
impeccabilitas omnimoda, & vniuersalis:  
Nulli impotentia peccandi etiam venialiter,  
quæ omnia repetiuntur in Virgine Beatissima,  
& in illius confirmatione. Quibus adde nul-  
lum esse principium radicale huius confirma-  
tionis in perfectissimo, & excellentissimo san-  
ctorum, vel in beato Iosepho Genitricis spon-  
so, quod ex propria rei natura hunc modum  
expostulat confirmationis in gratia.

163.

Nazarius.  
S. Thom.

Argumenta, quæ fieri possent contra nostras  
conclusiones diluta sunt disputatione præce-  
denti; restat dissoluere quæ ex Nazario supe-  
rius proponebatur. Ad sancti Thomæ aucto-  
ritatem desumptam ex quæst. 24. de veritate  
art. 8. & 9. Respondeo facile, Angelicum Do-  
ctorem loquentem fuisse iuxta dispositionem  
Dei vniuersalem, & communem cursum re-  
rum, secundum quæ nullus sanctorum fuit sem-  
per in actu perfectissimæ contemplationis, quia  
solus Christus Dominus fuit viator, & com-  
prehensor perfectissimo modo: ibi autem de  
Virgine Beatissima (in qua omnium rationes  
fuerant nouæ particulares, & excellentissimæ)  
nihil D. Thomas, qui in 3. d. 3. q. 1. art. 1. in §.  
ad secundum dicendum expressè ait: *In Bea-  
tissima Virgine quando concepit filium ablatam  
fuisse potentiam peccandi, quamuis in statu via  
ipsa remaneret. Quæ sententia est exceptio. &  
explicatio eorum, quæ dixit quæst. illa de ve-  
ritate. Dicere autem Diuum Thomam, in dis-  
putationis mutasse sententiam, quam tradiderat in  
sententiariis est res friuola, & voluntaria, ibi  
enim generaliter est loquutus; in sententiis au-  
tem peculiariter descendit ad Virginem, quam  
voluit eximi ab illa regula, quam generaliter  
tradiderat.*

164.


Ad primam rationem concedo confirmatio-  
nem in gratia non ponere confirmationem extra  
viam; nego tamen non tollere potentiam pec-  
candi, & hoc debebat probare Nazarius. Ad  
secundam, confirmatus in gratia verè, & pro-  
priè meretur, & Beatissima Virgo licet deter-  
minata fuerit ad non peccandum, liberè non  
peccauit, quia libero actu libertate illa indiffe-  
rentiæ quàm vocat disparatam, voluit non pec-  
care. etiam si posset, quem tamen actum si vellet  
possit omittere, cum tamen necessitata esset ad  
non peccandum. Afferimus igitur hanc excel-  
lentiam in Virgine reperiri, vt post necessa-  
riam non violationem præcepti, actum elice-  
ret, quo liberè vellet se præceptum implere, si  
alias necessitata ad non peccandum non esset,  
inde igitur dicenda est liberè non peccasse, quia  
verè in illa fuit voluntas libera adimplendi  
præceptum quàm sine vlla culpa potuit omit-  
tere; sed illum actum elicit libertate contra-  
dictionis etiam & quoad exercitium. Vnde  
vtramque in illius elicientia libertatem serua-  
uit, & disparatam, & quoad exercitium, quod

maximè est aduertendum ad rationem liberta-  
tis in merito, potuit enim sanctissima Virgo  
plures actus elicere supernaturalium virtutum  
ad quos non tenebatur, siue isti procederent ex  
scientia infusa, siue ex fide supernaturali; ea ra-  
tione, qua Theologi docent contigisse in Chri-  
sto Domino, de quo videndus est Hurtado, 3. p.  
disp. 62. sect. 6. & 7. & disp. 63. sect. 1. subsect. 3.  
num. 26.

Mendoza.

165.

Ad tertium, quod directè est contra secun-  
dam assertionem nego sequelam, & ad illius  
probationem dico virtutem illam supernatu-  
ralem radicaliter auferre potentiam peccandi,  
& alligare Deum, vt summa prouidentia & cu-  
stodia circa animam Virginis versetur, confe-  
raturque illi omnia, quæ necessaria sunt ad com-  
plendam confirmationem in gratia qua incipit  
in dignitate Maternali; quod vt amplius expli-  
cetur aduerto hanc dignitatem habere ex se &  
natura sua illam virtutem, quam gratiæ in gra-  
du heroico assererat Aegydius de præsentatio-  
ne citatus disput. 9. communicari ex motione  
diuina, & illi superaddi, non tamen hæc conue-  
nit Maternitati, vt ille assereret, quia scilicet  
illi additur ex motione diuina, quia hoc est im-  
possibile, vt ibidem monstrauius sect. 1. con-  
uenit igitur Maternitati petere complemen-  
tum, & integritatem confirmationis in gratia  
ex natura rei, & intransitiuè, quia ipsa secun-  
dum prædicata essentialia, quocumque alio se-  
culo postulat illam singularissimam prouiden-  
tiam, & confirmationem in gratia in Beatissi-  
ma Deipara, quia Deipara est.



DISPUTATIO X.

Vtrum ex dignitate Maternali valor me-  
riti crescat in Sacra Deipara?



ESTIGAMVS præstantissimos  
effectus gratiæ Maternalis san-  
ctificantis Sacram Deiparam,  
quam diximus esse formam sin-  
gulari modo constituentem il-  
lam filiam Dei adoptiuam. Inde hæc disputa-  
tio (quam tetigit nullus) non debuit præter-  
mitti, estque simillima illi, quam 3. part. tra-  
ctant Theologi de dignitate suppositi Diuini  
conferentis valorem infinitum operationibus  
Christi Domini, & simul habet connexionem  
cum difficultate illa, an meritum crescat ex in-  
tensiori, & maiori gratia, quæ reperitur in per-  
sona quæ meretur, quam tractant Doctores  
1. 2. quæst. 114. art. 1. Ergo sensus difficulta-  
tis est, an cæteris paribus stante æquali actus  
intensione, & eadem obiecti præstantia, excel-  
lentior ratio meriti repertiatur in actu charita-  
tis Virginis sumpta ex dignitate Maternali,  
quam repertiatur in Præcurfore Baptista exem-  
pli causa illo modo, quo ex dignitate suppositi  
diuini sustentantis Christi Domini humanita-  
tem excellentius, imo, & infinitum meritum  
reperitur in illius operibus, quam reperiri pos-  
sit in Angelo perfectissimo, & sanctissimo.

166.

Vt hanc controuersiam dirimam præmitto  
primò

primò dignitatem sacre Deiparæ mediam esse  
inter dignitatem Christi Domini, & aliorum  
iustorum, siue sint homines, siue etiam Angeli;  
Christi enim Iesu dignitas infinita est, quia  
prouenit à diuino supposito terminante hu-  
manitatem, quæ in illo, & per illud subsistit,  
vnde sit illam fuisse infinitam, quia persona  
diuina infinita est, atque adeo dignitas illa non  
potest non esse infinita, cum deriuetur à per-  
sonalitate infinita simpliciter, & physicè. In-  
de inferunt Theologi omnes præter Scotistas  
etiam moralem dignitatem, quæ reperitur in  
actionibus Christi Domini esse infinitam, in  
quo dissentit Scotus, qui licet asserat ratio-  
nem suppositi esse in operibus Christi rationem  
quandam extrinsecam propter quam Deus po-  
tuit illa acceptare pro infinitis, negat tamen il-  
lam dignitatem esse infinitam simpliciter, tamen  
tametsi asserat ratione diuini suppositi fuisse  
in operibus Christi Domini dignitatem quam-  
dam ratione cuius potuit à Deo acceptari pro  
infinitis. Concedit ergo Scotus magnam di-  
gnitatem, & valorem in operibus Christi Do-  
mini à dignitate suppositi diuini, quod aduer-  
terim propter aliquos, qui asserunt Scotum  
voluisse solum ex acceptance diuina fuisse  
illum valorem in operibus Christi Domini;  
ille verò sic scribit 3. d. 19. quæst. vnica, §. in  
ista quæstione post litteram B. *Sed meritum  
Christi, ex ratione sua, quam habuit non potuit  
acceptari in infinitum, & pro infinitis; sed pro  
finitis, tamen ex circumstantia suppositi, & de  
congruo ratione suppositi habuit quandam ratio-  
nem extrinsecam, quare Deus potuit acceptare  
illud in infinitum, scilicet extensiuè pro infinitis:  
si autem illud meritum fuisset alterius persona,  
tum nec ratione operis, nec ratione operantis  
fuisset congruitas acceptationis illius pro infinitis.*  
Hactenus Scotus de quo videndus Magister  
Cumel 1. 2. quæst. 114. artic. 2. disputat. 6.  
& 7.

Scotus.

Scotus.

Cumel.

168.

Dignitas verò Sanctorum nullam habet  
infinitatem etiam extrinsecam, sed omnino  
finita, & limitata est; vnde valor, qui ex illa  
deriuatur in opera illorum semper fuit fini-  
tus, & limitatus, & consequenter non fuit in-  
finita humana satisfactio, sicut nec meritum,  
tametsi non defuerint Theologi, qui asserue-  
runt satisfactionem, & meritum puri hominis  
esse de rigore iustitiæ, quatenus homines sunt  
membra Christi Domini, & illorum opera in-  
nituntur valori satisfactionis, & meriti Chri-  
sti; quam sententiam meritò ferè omnes im-  
pugnant, præcipuè noster Reuerendissimus  
Magister Cumel 2. tomo in 1. 2. illa quæst. 114.  
art. 3. disput. 8. Inter has autem dignitates me-  
diat dignitas sacre Deiparæ, quæ licet nec sit,  
nec possit esse infinita simpliciter, habet tamen  
quandam quasi infinitatem sibi propriam, &  
nulli alteri creaturæ communicabilem, ortam  
ex eo quod sit Mater substantialis, & propria  
Dei ipsius secundum quam attingit immédia-  
tè fines Deitatis sua operatione generans sub-  
stantialiter Deum; propter quod non adora-  
tur adoratione latræ, quæ propria est ipsius  
Dei, nec adoratione dulciæ, quæ est propria  
Sanctorum, sed adoratione hyperdulciæ, quæ  
est media inter primam, & vltimam, & est pro-

Cumel.

167.

priissima Dei Genitricis, de quibus non se-  
mel tractauimus in duabus primis Vestiga-  
tionibus.

169.

Præmitto secundò alio etiam modo, &  
quidem excellentissimo dignitatem sacre Dei-  
paræ mediam esse inter dignitatem prouenien-  
tem à supposito diuino in humanitate Christi  
Domini, & dignitatem, quæ reperitur in aliis  
iustis ratione gratiæ sanctificantis habitualis  
à qua nascitur dignitas & excellentia omnium  
Sanctorum, quod attentè est considerandum,  
& expendendum. Dignitas enim Christi Do-  
mini simpliciter loquendo est substantialis,  
tametsi in illius humanitate reperitur digni-  
tas, & excellentia gratiæ habitualis, quæ om-  
nino est accidentalis, tametsi naturaliter debita  
vniioni hypostaticæ. At dignitas Sanctorum  
omnium simpliciter est dignitas accidentalis,  
vt quæ proueniat à gratia habituali accidenta-  
li, quæ nullo modo substantialis est, nec debita  
naturæ, etiam Angelicæ; dignitas verò sacre  
Deiparæ, quæ Deipara est, licet sit accidentalis,  
vt ornatur gratia habituali, idque simpliciter,  
tamen secundum quandam rationem forma-  
lissimam est veluti quid substantialiale, vt iam ex-  
plico, & imitatur Christi Domini dignitatem;  
& hæc formaliter loquendo est prima & supre-  
ma dignitas sacre Deiparæ, sicut dignitas quæ  
oritur in humanitate ex illius vniione ad Verbum  
diuinum est prima, & suprema in Christo Do-  
mino. Videbitur res aliquibus difficilis, sicut  
& multa quæ diximus in his Vestigationibus,  
sed delucidanda est, idque præcipuè ex illis  
quæ attulimus Vestigatione 1. disput. 14. per  
varias sectiones, in quibus monstrauius vni-  
onem inter sacram Deiparam, & Deum genitum  
esse excellentissimam omnium præter vni-  
onem hypostaticam, ac proinde esse perfectio-  
rem vniione adoptionis, & vniione visio-  
nis beatificæ; eapropter quod, vt ostendimus  
sect. 1. num. 1099. 1091. & 1092. Vniõ inter sa-  
cram Deiparam, & Deum est vniõ substantia-  
lis, vniõ verò adoptionis, & visionis beatificæ  
est vniõ prorsus accidentalis; ostendebamus  
enim ex doctrina Galeni, lib. de Anatomia vi-  
uorum, §. de Anatomia panniculorum fœtus,  
vinculis humanis, illisque substantialibus, & car-  
nis vniõ Matrem, & filium; & præterea car-  
nem Virgineam fuisse vnitam carni, quam  
Verbum assumpsit realiter, & continuè ratio-  
ne vinculi, & nexus vmbicularis, quod suis  
iconibus depingit, & demonstrat Vassalius  
lib. 5. de fabrica corporis humani, figura 35.  
quod non ita intelligendum est, vt Verbum  
assumpsit etiam integram carnem Virgineam  
illique immediatè fuerit vnitum vt vnitum  
fuit carni propriæ humanitatis, quam sumpsit  
ex Virgine diua, sed quia caro Christi Domini  
propria, vniõ fuit nexu substantiali carni, quæ  
vt propria, & informata anima rationali Vir-  
ginis manebat in sacra Deipara, sicut caro ge-  
niti infantis vsque ad natiuitatem realiter est  
vniõ cum carne genitricis. Vnde inferitur  
vniõnem carnis sanctissimæ Virginis ad Ver-  
bum nec fuisse immediatam, nec fuisse assum-  
ptionem, nec vniõnem hypostaticam, sed  
fuisse excellentissimam, quæ præter hanc po-  
test imaginari; sed neque personalem dicen-  
dam

Galen.

Vassal.

dam, quia non fuit etiam incarnatio, dici tam-  
dem posse mediatam vnionem, & nexum, &  
vinculum duarum personarum in vna, & ead-  
dem carne continua, licet non secundum eam-  
dem omnino partem; persona enim Virginis  
secundum carnem vniebatur realiter, sed non  
personaliter carni, cui personaliter immediatè  
Verbum fuit vnitum, & Verbum vnitum fuit  
immediatè carni, quæ realiter erat idem, &  
continuabatur cum carne Virginis. Fuit igitur  
illa vnio non hypostatica, non personalis,  
non assumptio, non incarnatio, sed præcisè, &  
solum, quanta, & qualis est vnio illa realis, &  
carnea, quæ generaliter reperitur ex natura rei  
inter Matrem, & filium. Ecce claram, diluci-  
dam, suauem, & verissimam vnionem substan-  
tialem inter carnem Verbi diuini, & carnem  
Virginis, quam toruis aspiciebas oculis vt ob-  
scuram, asperam, & falsissimam. Negabitne  
scrupulosus Theologus, delicatulus Matri san-  
ctissimæ, & filio diuino, quod natura sine vilo  
miraculo aliis matribus concessit, & filiis: Cre-  
do non negaturum perfectissimo filio, Matri  
perfectissimæ. Videas, quæ diximus verè, & so-  
lidè illa disput. 14. vbi num. 1095. diximus Pa-  
trem æternum vniri in carne vna non propria  
Parris, sed filij geniti cum Maria sanctissima,  
vt est Verbi incarnati sancta Dei genitrix.

170. Præmitto tertio, in Christo Domino præ-  
ter vnionis gratiam reperiri etiam gratiam  
habitualem, quæ licet necessaria sit ad meri-  
tum, vt docet communis sententia Theologo-  
rum, non ramen conferri operibus Christi va-  
lorem excellentissimum, & infinitum, hic enim  
immediatè desumitur ex dignitate diuini sup-  
positi, quod præcipuè dignificat operationes  
Christi Domini, & illas ita dignificat, vt sint  
infiniti valoris. Ex qua doctrina, quæ vulgata  
est apud Theologos colligitur, quod si in per-  
sona merente sit duplex dignitas inter se di-  
stincta, valor operis desumitur ex priori, seu ex-  
cellentiori dignitate, non verò à minus excel-  
lenti. Ratio à priori est, quia dignitas, & va-  
lor operis desumitur à supremo principio, quod  
in operante reperitur. Cum igitur excellentior  
dignitas sit supremum in operante, ab illa de-  
bet desumi dignitas, & valor operis.

171. Dico primò, ex dignitate Maternali sacræ  
Deiparæ, præcipuè vt reducta est ad actum ge-  
nerationis, & durat exercitium operationum,  
quæ illam consequuntur, ita crescit valor me-  
riti in actionibus sacræ Deiparæ, vt cæteris  
paribus excellentior, & magis meritorius sit  
valor illarum, quam valor meriti sancti cuius-  
cunque etiam excellentissimi. Hanc assertio-  
nem existimo esse ad mentem omnium illo-  
rum, qui existimant valorem operum Christi  
Domini esse infinitum simpliciter, & præterea  
eorum qui docent cæteris paribus actum pro-  
cedentem à persona magis grata, seu maiorem  
habente gratiam cæteris paribus esse præstan-  
tiorum, quam illi qui procedit à persona minus  
grata. Ita opinantur Suarez 3. part. disput. 4.  
sect. 4. §. ad primum responderi potest. & lib. 12.  
de gratia, cap. 22. Valentia tom. 2. disput. 8.  
quæst. 6. puncto 3. Henriquez de fine hominis,  
cap. 10. Vbi hanc dicit esse communem sen-  
tentiam, & in eam vocat Almainum, Victo-

Suarez.  
Valent.  
Henriq.  
Almain.

ctorum, Mancium, Peñam primarios Salman-  
ticenses. Adstipulatur Magister Granado 12.  
controuersia de gratia, tit. 11. disput. 2. sect. 2.  
His adde Salmeronem tomo 7. in Euangelia,  
tit. 33. pag. 277. Ioannem de Lugo de Incarna-  
tione disput. 5. sect. 7. num. 37. & sequentibus,  
Perrum Hurtado de Incarnatione, disput. 11.  
sect. 3. subsect. 4. & videtur sententia S. Thomæ,  
qui in 1. dist. 29. quæst. 1. art. 4. affirmat, quod  
quanto maiori gratia actus informatur, tanto  
magis est meritorius. Et probabilem reputat  
sapientissimus Cumel vbi supra, qui licet ne-  
get meritum crescere ex interiori gratia, non  
semel reperit valorem meriti crescere ex di-  
gnitate personæ, vnde absolutè vocandus est in  
nostram assertionem, & videndus tomo 2. in  
1. 2. quæst. 114. art. 2. disput. 6. post secundam  
conclusionem, §. prior pars, pag. 743. illam igitur,  
vt probem, suppono ex eodem sapientissi-  
mo Doctore actiones sacræ Deiparæ quo-  
dammodo esse coniunctas cum illius Materna-  
li gratia, quæ illi est vnita sicut actiones Chri-  
sti Domini, licet non vniantur hypostaticè  
Verbo diuino peculiari quodam modo vnitæ  
sunt Verbo, quatenus humanitas, à qua oriun-  
tur vnita est immediatè, & substantialiter  
Verbo diuino. Ex quo ad illa opera, & actio-  
nes valor infinitus deriuatur, & in illis re-  
sultat.

Nunc probo conclusionem primò. Digni-  
tas personæ operantis cæteris paribus confert  
valde ad excellentiam, & præstantiam meriti,  
quod reperitur in illius operibus, ita vt ratio  
meriti crescat ex dignitate personæ; sed di-  
gnitas Maternalis in sacra Deipara, etiam vt  
distincta à gratia habituali est dignitas excel-  
lentissima omnium, præsertim, vt addit actua-  
lem generationem, & munera consequuta ad  
illam ad natiuitatem vsque: ergo ex hac di-  
gnitate crescit valor meriti in Beatissima Vir-  
gine, cæteris paribus, ea ratione, vt actus elicitus  
à Virgine sit meriti excellentioris, quam si  
eliceretur à viro etiam sanctissimo. Discursus  
est euident, & minor explicata est, & probata  
vettigat. 1. disput. 14. variis sectionibus, & ro-  
borata amplius, & declarata in nostris nota-  
tionibus. Antecedens, nec Scotus negauit, qui  
vt vidimus peculiarem rationem agnoscit in  
actionibus Domini Iesu, præterquam ratio-  
nem suppositi diuini; quam vocat congrui-  
tatem ratione cuius possit acceptari pro infi-  
nito, quam asserit non inueniri in aliis operi-  
bus, nec ratione operis, nec ratione operantis,  
sentit igitur dignitatem Marianam esse suffi-  
ciens principium, vt cæteris paribus merito-  
rius valor crescat in operibus sacræ Deiparæ.

Probo secundò. Dignitas sacræ Deiparæ  
sumpta præcisè est superior, & excellentior di-  
gnitate adoptionis etiam intensissima, præci-  
puè considerata, vt in conclusione explicatur,  
ergo cæteris paribus valor meriti crescit ex  
hac dignitate ex sacra Deipara, antecedens la-  
tè probatum est loco citato, & consequentia  
ostenditur, quia hac solum ratione ostendunt  
Theologi actionibus Christi Domini inesse  
infinitum valorem, quia scilicet ex infinita di-  
gnitate suppositi in illas deriuatur, & illæ sunt  
vnitæ humanitati, cui Verbum diuinum im-  
mediatè

Victoria.  
Mancius.  
Peña  
Granado.  
Salmeron.

Hurtado.  
D. Thom.

Cumel.

172.

173.

174.

mediatè vnitur. At actiones Beatissimæ Virgi-  
nis procedunt à persona cui vnita est dignitas  
Maternalis, ac proinde illas dignificat.  
Probatur tertio. Dignitas diuini suppositi  
dignificat Christi Domini actiones infinite,  
& dignitas adoptiua dignificat iuxta propriam  
excellentiã actiones filij adoptiui, etiam non  
considerata maiori, aut minori intensiõne; er-  
go etiam dignitas Maternalis dignificat actio-  
nes procedentes à sacra Deipara. Tunc vltra,  
sed hæc dignitas excellentissimo modo est me-  
diatè inter dignitatem Christi Domini, & digni-  
tatem filij adoptiui, vt Ioannis Baptistæ, ergo à  
toto, & principaliori genere, à Maternali san-  
ctitate, & gratia crescit valor operum sacræ  
Deiparæ; ergo eadem proportione, qua aliæ  
dignitates suas actiones dignificant, excellen-  
tèque reddunt, suas excellentes dignificauit  
dignitas sacræ Deiparæ. Discursus prior est  
optimus, & vis illius declarari, & vgeri po-  
test, quia in accretione valoris meritorij ne-  
cessario debet attendi dignitas, & sanctitas  
quæ reperitur in persona merente, vt de se est  
manifestum, & in gratia vnionis, & filiationis  
adoptiue consideratur; dignitas verò sacræ  
Deiparæ media est inter has filiationes, ac pro-  
inde debet excedere sanctitatem, & gratiam  
communem, & omnino finitam, & consequen-  
ter excellentius, & præstantius dignificare  
actiones, quæ à sacra Deipara procedunt, & ea  
ratione debet crescere illarum valor, qua cre-  
scit excellentia huius dignitatis comparatæ ad  
dignitates illorum, qui Mater Dei neque sunt,  
neque possunt esse.

175.

Confirmantur illæ rationes primò, quia di-  
gnitas sacræ Deiparæ inuoluit quamdam, quasi  
infinitatem, quæ attingere non potest dignitas  
adoptiua, etiam eminentissima; vnde valor,  
qui resultat ex vnione ad hanc dignitatem  
suo modo veluti quamdam infinitatem parti-  
cipat; ratione verò huius distinguitur specie, à  
dignitate adoptionis communis, & per se per-  
tinet ad ordinem hypostaticum, vt suo loco  
clarissimè ostendebamus in prima Vestigatio-  
ne. Vnde impossibile est, quod excellentia se-  
cundum speciem distincta à filiatione adoptiua  
non reddat sua opera præstantissima, excellen-  
tissima, & suo modo quasi infinita; attingit  
enim infimum supremi in ratione dignitatis,  
quod ita explicatum est, vt à nemine possit ne-  
gari. Confirmantur secundò, quia dignitas  
quasi substantialis in ordine gratiæ & ordinis  
hypostatici, non potest non in illo ordine di-  
gnificare actiones procedentes à persona in  
qua reperitur, idque excellentiori, & superiori  
modo quam dignitas gratiæ sanctificantis, &  
quidem hæc nihil habet substantialis vnionis  
ad Deum, vt de se constat. Maternalis autem  
dignitas affert quamdam vnionem persona-  
rum ad carnem, quam sibi immediatè vnuit  
Verbum diuinum, ac proinde est immediatè  
vnita carni cui immediatè vnitur Verbum diuinum  
ratione vnionis hypostaticæ. Hæc autem con-  
sideratio sumitur ex eo quod illa caro Mariæ  
Deiparæ verè eleuata est ad gradum excellen-  
tissimum, quem nulla operatione pertingent,  
aut pertingere possunt filij adoptiui, & conse-  
quenter opera sacræ Deiparæ ex parte ope-

rantis simpliciter excedunt opera aliorum San-  
ctorum, & habent excellentiorem valorem in  
ratione meriti. Confirmatur tertio, dignitas,  
quæ cæteris paribus excellentior est alia, si in  
eadem intensiõne sumantur, non potest non  
reddere excellentiores, & præstantiores actio-  
nes, quam sint illæ quæ oriuntur à persona di-  
gnitatis inferioris: ergo dignitas sacræ Deipa-  
ræ cæteris paribus excellentiores reddit suas  
actiones, quam sint aliæ actiones create. Ex-  
plico assumptum, supponamus in Virgine san-  
ctissima, gratiam Maternitatis esse intensam vt  
octo, & gratiam adoptionis in beato Iosepho  
etiam intensam vt octo, eliciat vterque spon-  
sus actum charitatis, vt octo. Rogo vter ho-  
rum erit, & euadet excellentior in ratione me-  
riti. Dubitari non potest actum charitatis Vir-  
ginis esse excellentiorem, procedit enim ab ex-  
cellentissima gratia, quæ alterius est ordinis,  
& affert substantialem vnionem cum Deo,  
quam non affert, sed neque potest afferre gra-  
tia cælestis sponsi; ergo etiam si vniantur in  
Virgine gratia habitualis æqualis cum gratia  
alicuius Sancti, quod nulla ratione fieri potest  
stante statu præstantissimo Maternitatis cæ-  
teris paribus semper erit excellentius Virginis  
meritum; vnio enim gratiæ habitualis non  
eneruat præstantissimas vires gratiæ Mater-  
nalis.

Dico secundò: à dignitate sacræ Deiparæ,  
vt prior est generatione actuali Saluatoris  
Christi, & vt est etiam illa posterior, ita crescit  
valor meriti in illius actionibus, vt cæteris pa-  
ribus altioris meriti sint sanctæ Mariæ actio-  
nes, quam sancti alterius etiam excellentissi-  
mi, quales sunt supremus Angelus, Petrus, &  
Paulus, vterque Ioannes sponus sanctissimus.  
In hac conclusione non consideramus sacram  
Deiparam concipientem, parientem, aut gra-  
uidam, sed solum secundum dignitatem per-  
sonalem Matris; existimòque à nemine negan-  
dam, si illam planè intellexerit, & rationes  
prioris assertionis vimque illarum attenderit.  
His addo alias. Prima sit: dignitas Maternalis,  
vt antecedit, aut subsequitur Verbi diuini ge-  
nerationem mirabilem, excedit omnem digni-  
tatem creatam, propriòque iure habet quam-  
dam infinitatem, quam explicauimus; ergo ra-  
tione illius actiones supernaturales quæ à diua  
Virgine proficiscuntur sunt meriti excellen-  
tioris. Consequentia constat, & antecedens  
probatur, quia dignitas Maternalis, etiam vt  
præcindit, aut inuenitur sine actuali Dei gene-  
ratione semper dicit ordinem intrinsecum, &  
essentialem ad illam; semper ergo illam parti-  
cipat quasi infinitudinem. Dices dignitatem  
Matris cessasse transacta generatione Christi,  
ac proinde actiones Virginis, non habuisse il-  
lud principium. Occurro, obiectionem esse in-  
uidi ingenij, & non bene animati in Virginem  
diuam, quia, vt suo loco monstrauimus, sacra  
Maternitas æterna est, vt gratia sanctificans in  
confirmatis in gratia, & spiritus datus Aposto-  
lis ad suum exercendum officium, est ergo  
æternatura in sacra Deipara etiam principali  
munere sancta scilicet virtutis generatiuæ ad  
gignendum Deum & hominem quia dignitas  
tanta semper gloriosè orabit Virginem sa-  
cram,

176.

crām, tum etiam quia ipse est sanctitas corpo-  
rea, ac proinde permanens in Deipara, ut sit  
sancta sanctitate hypostatici ordinis, quæ non  
pugnat cum visione beatifica, & quia cum sit  
principium habituale gloriæ, quæ Matri sanctis-  
sime confertur, ut hæreditas ratione expli-  
cata Vestigatione secunda, necessum est perse-  
ueret illud habituale principium, ut in Virgine  
sanctissima perseverat gratia habitualis, & in  
cæteris iustis. Secunda ratio, sacra Deipara  
ut eliciens supernaturales actiones subiicit Deo  
personam habentem dignitatem quasi infinitam  
& excellentissimam, scilicet Maternitatem  
Dei; ergo ex hac subiectione cæteris pa-  
ribus crescit ratio meriti in Maria sanctissima.  
Consequentia constat, quia illa dignitas est  
circumstantiæ personæ, & antecedens probatur,  
quia actiones Christi Domini sunt valoris  
infiniti, ex eo quod in illis, & per illas subiicitur  
Deo persona diuina, ut terminat, & sustentat  
humanitatem iuxta communioem Theolo-  
gorum sententiam, pari ergo ratione id asse-  
rendum de sacra Deipara.

Dices, sanctissimam Virginem vsque ad An-  
geli annuntiationem non cognouisse suam di-  
gnitatem, quam tamen Christus cognouit.  
Sed contra, quia si Christus Dominus non co-  
gnosceret unione hypostaticam adhuc merita  
illius essent infiniti valoris, sicut etiam sunt  
valoris meritorij opera iusti, quamuis non sciat  
certò se esse in statu iustitiæ, dummodo se, &  
& sua referat in Deum ex motiuo charitatis,  
non igitur ad excellentius meritum requiritur  
quod persona merens suam dignitatem co-  
gnoscat.

177. Ex his infero duo. Primum actiones omnes  
supernaturales Virginis sanctissimæ, quæ libe-  
ræ fuerunt habuisse rationem meriti inani  
saltem secundum quid, eo scilicet modo quo  
dignitas illius est infinita, quæ infinitudo non  
defumitur ex obiecto, Deo scilicet in actu cha-  
ritatis, sed defumitur ex dignitate operantis,  
quia scilicet oritur à persona, quæ secundum  
quid est infinita ex propria natura, in qua  
actiones Matris sacratissimæ æmulantur actio-  
nes filij, licet intersit inter utrasque infinitam  
discrimen, sicut inter personam filij & Matris  
est infinita distantia.


178. Secundum consecrarium est, illos, qui hanc  
nostram sententiam fuerint sequuti non tene-  
ri vlla ratione ad defendendum ex maiori in-  
tensione gratiæ cæteris paribus sequi excel-  
lentiorum valorem in merito; istæ enim sen-  
tentia non sunt necessario connexæ, neque  
mutuo se inferunt, ut constabit manifestè  
vtramque ponderanti: Nos enim asserimus  
Maternalem gratiam Virginis esse supremam  
dignitatem respectu gratiæ habitualis, & da-  
mus hanc etiam suam habere dignitatem, quæ  
ex intensione graduum crescit in ratione gra-  
tiæ, non verò in ratione dignitatis, quæ trans-  
fundatur in actus supernaturales, & illos red-  
dat excellentiores, cum semper orientur à fi-  
liatione adoptiua, quæ crescit in intensione,  
non verò in dignitatis ratione. Rationes verò  
quibus sapientissimus Magister Cumel probat  
1. 2. quæst. 114. art. 2. disput. 3. & intendit ex  
inæqualitate gratiæ cæteris paribus non cre-

Cumel.

scere meritum, validæ sunt, & licet in omne  
latus se vertunt ad illas eneruandas Suarez,  
Granado, Lugo, & Hurrado, robustæ manent.  
Vnde ego propter infractam eorum vim, &  
auctoritatem Magistri nostri illam sententiam  
amplector.

Suarez.  
Granado.  
Lugo.  
Hurrado.

179. Ex huius disputationis resolutione firmatur  
amplius, & robustius sententia, quæ asserit  
gratiam Virginis sanctissimæ, & illius gloriam  
excedere gratiam, & gloriam omnium Sancto-  
rum simul sumptam; cum enim perpetua fue-  
rit Virgo sanctissima in eliciendis actibus me-  
ritoriis, & in illis semper valor fuerit desum-  
ptus non solum à gratia habituali, sed etiam à  
Maternali gratia, quæ secundum quid est infi-  
nita, credibile sit ferè in immensum creuisse  
Virginem sanctissimam in gratia, & gloria.  
Contra nostram verò in hac disputatione sen-  
tentiam non video argumentum proprium,  
quæ transferri possent calculationes, ex pano-  
plia Magistri nostri illa disput. 3. Euiuncunt  
immensam gloriam, & gratiam Virginis san-  
ctissimæ, quam prædicamus; argumentum ve-  
rò difficillimum desumptum ex eo quod ex  
dignitate suppositi non crescat peccatum, at-  
que adeo ex dignitate suppositi non crescat  
ratione merit, non vrget nostram sententiam,  
quia nos non asserimus meritum crescere ex  
intensiore gratia, sed solum ex maiori dignita-  
te Virginis Deiparæ.



DISPUTATIO XI.

Vtrum sacra Deipara hanc dignitatem  
meruerit?



180. ONTROVERSIA hæc celebris  
est apud Theologos, & ex no-  
stris principiis, ex quibus non  
obscuram, sed illustrem habe-  
bit adcessionem, euadet cele-  
brior, hætenus enim disputatum fuerit, an sa-  
cra Deipara de condigno, aut saltem de con-  
gruo meruerit Maternitatem, seu dignitatem  
Matris, quatenus hoc nomen significat, aut  
Christi Domini actualem generationem, aut  
relationem resultantem ex generatione illa,  
quod erat querere, an merita Beatæ Mariæ se  
extenderint ad merendum dignitatem Matris  
Dei de condigno, ita ut hæc dignitas fuerit  
verè, & propriè præmium suarum actionum  
supernaturalium, sicut actus meritorij sanctæ  
Mariæ sese extenderunt ad augmentum gratiæ  
& gloriæ, quæ præmium actuum suorum est.  
Nunc tamen nouiter inquiritur, an Materni-  
tas sanctæ Mariæ, ut significat virtutem super-  
naturalem cadat sub meritum illius, quod est  
querere, & disputare, an dignitas illa sumpta  
per modum principij, & formaliter, ut dicit  
potentiam generatiuam supernaturalem infusa  
fuerit Virgini præcisè ex diuina liberalita-  
te, an collata fuerit illi ex meritis propriis  
sicut adultis conferitur ex meritis gloria? Et  
quidem in hoc sensu à nemine hætenus est  
disputata. Et quantum attinet ad relationem  
resultan-

180.

Hieron.  
Bernard.  
Fortunat.  
Chrysol.  
Damian.  
Eusebius.

resultantem ex generatione actuali peculiari-  
ter disputanda non est, quia quod dictum fue-  
rit de actuali generatione asserendum neces-  
sario erit de relatione, præsertim in nostra  
sententia, quæ vniuersaliter negat relationes  
prædicamentales, etiam ratione solum ab  
vtroque extremo distinctas, de quo in supe-  
rioribus non nihil attigimus, & latissimè in  
Metaphysicam disputauimus.

SECTIO I.

Affirmatiua sententia.

181.

Gabriel.  
Abuleas.

Bonau.

La Cerda.

Hieron.

Bernard.  
Fortunat.  
Chrysol.  
Damian.  
Eusebius.

181. Mariam sanctissimam non solum de con-  
gruo, sed etiam de condigno meruisse  
Maternitatem Dei, & dignitatem Dei genitri-  
cis asserit Gabriel 3. dist. 4. quæst. vnica, 3.  
dub. 3. Abulensis paradox. 1. cap. 34. Richar-  
dus 3. dist. 4. quæst. 1. Marfilus ibidem q. 1. vbi  
Almainus quæst. 1. Et valde fauet Bonauen-  
tura eadem dist. art. 2. quæst. 1. quatenus affir-  
mat Virginem sanctissimam de digno meruisse  
dignitatem Matris, tamen non explicet in  
quo consistat meritum digni, ut distinguitur  
à merito condigni, & congrui, quod fortasse  
explicari verè non potest. Meruisse verò de  
condigno neruose contendit Iosephus de la  
Cerde Pacensis Antistes de Verbo incarnato,  
tota Academia 17. qui probat primò aucto-  
ritate sanctorum Patrum, qui frequenter asse-  
runt Mariam sanctissimam dignam fuisse, cui  
conferretur dignitas Maternitatis Dei, vel  
hanc dignitatem meruisse. Quod meritum, ut  
à Patribus asseritur de condigno esse videtur;  
ita loquuntur Hieronymus epistola ad Eusto-  
chium de custodia Virginitatis, Ambrosius  
epistola 82. Bernardus sermone 1. in Assum-  
ptione Mariæ, Venantius Fortunatus, Pruden-  
tius, Magentius, Chrysologus, Damianus, Eu-  
sebius Emisenus, qui suis loquutionibus non  
solum idoneitatem ad hanc dignitatem, sed  
meritum prædant. Expressit id Anselmus  
de excellentia Virginis cap. 11. Sicut ergo Deus  
sua potentia parando cuncta Pater est, & Deus  
omnium, ita Beata Dei genitrix Maria suis  
meritis cuncta reparando Mater est, & Domina  
rerum. Et rationem reddit: Maria est Domi-  
na rerum, singula congenita dignitati, per illam  
quam meruit gratiam restituendo. Augustinus  
sermone 83. de Assumptione: Impetra quod  
rogamus, excusa quod memimus, quia nec porio-  
rem meritis inuenimus, quam te ad placandum  
iram iudicis, qua meruisti esse Mater Redem-  
ptoris, & iudicis. Quod etiam repetit ex parte  
lib. vnico de natura, & gratia contra Pelagia-  
nos, cap. 36. Repetit etiam non semel Bernar-  
dinus Senensis tom. 2. sermone 51. art. 3. cap. 1.  
impensus tomo 1. sermone 61. art. 1. & alibi:  
Ambros. Ambrosius Ansbertus lib. 6. in Apocalypsim:  
Qua de singulari merito, ac integerrima Virgi-  
nitate, & sponse, & Mater effici meruit Dei.  
Hos imitantur Honorius sermone de Natiui-  
tate Mariæ, Simon de Cassia lib. 1. de Beata  
Maria cap. 4. Bernardus sermone 4. de Assum-  
ptione lustrans illud Luca 10. 42. Maria  
optimam partem elegit. Quod significat etiam

Bernardin.

Ambros.

Sim de Cass.  
Bernard.

etiam loquutio alia Patrum, qui nunc Ma-  
riam affirmat elegisse hanc gratiam, nunc gra-  
tiam diuinam elegisse Mariam, ita Thaumatur-  
gus, Bernardus, Augustinus, Eucherius Lug-  
dunensis, & alij, quos in hanc mentem ex  
merito vocibus ambiguis in hanc sententiam  
Cerdensis conatur adducere, & latè conglome-  
merat.

Deinde quia non pauci præter entitatem,  
& supernaturalitatem operis meritorij ad ve-  
rum meritum, non solum generaliter, sed pe-  
culiariter etiam in hac materia promissionem,  
& pactum de futuro præmio donando deside-  
rant. Vnde probat secundò suam sententiam  
ratione: vbi intercedit promissio præmij ali-  
cuius, & pactum, & fœdus de illo conferendo  
propter aliquod opus condignum meritum, de  
esse non potest, sed ex sacra Scriptura constat  
promissio, constat etiam fœdus, & pactum de  
conferenda Virgini diuæ Maternitate ut præ-  
mium propter aliquod opus supernaturale;  
ergo necessario in Virgine sanctissima potuit  
esse meritum condignum Maternitatis, & vl-  
terius, sed illi collata est Maternitas reipsa;  
ergo in illa anrecessit illud opus condignum  
Maternitate. Discursus est optimus, & maior  
prioris syllogismi est certissima, & amplectitur  
vtramque opinionem de proportione operis,  
& promissione ad rationem propriissimam  
meriti, quod non fundatur in amicitia solum,  
sed etiam intrinseca, & extrinseca operis per-  
fectione, quæ necessario supernaturalis debet  
esse: nam opera naturalia, ut procedunt à li-  
bero arbitrio, sine gratia meritum ad Materni-  
tatem habere non possunt. Minorem verò pro-  
bat. Primò ex illo Psalm. 44. Audi filia, & vi-  
de, & inclina aurem tuam, & obliuiscere popu-  
lum tuum, & domum Patris tui, & concupisces  
Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus  
tuus, & adorabunt eum. Quæ verba pactum  
sonant, & promissionem sonant, & suo pte pon-  
dere propendunt in Virginem Matrem, (quæ  
signato sacramento est Mater, & filia,) ut Lo-  
rinus ibi prædicit, & latè explicat Chrysi-  
pus Heirololymitanus sermone 2. de Deipara:  
Ne post hac (inquit) attendas animum huic in-  
feriori cognationi, & audi quanto te amore prole-  
quetur is, qui conditor omnium est, concupisces  
enim (ait) rex decorem tuum. Ipse Pater te sibi  
desponsabit, Spiritus sanctus coëfficiet ea, quæ  
ad desponsationem pertinent, & filius ipse templi  
tui decorem assumet. Ipse formator tui, ipse etiam  
infans, ipsum concipies, & cum cæteris adorabis  
Dominum. Quam explicationem indicant  
Thaumaturgus sermone 1. & 2. de Annuntia-  
tione, & Athanasius epistola ad Marcel. eo-  
lum. 7.

Thaumaturgus.  
August.  
Eucher. Lug.

182.

Psalm. 44.

Lorin.

Chrysi-  
p.

Thaumaturgus.  
Athanas.

183.

Isai. 7. 10.

Secundò, probat minorem ex illo Isai. 7. 10.  
Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Quod cum  
sit mera prophetia Incarnationis ad modum  
fœderis sic elucidare conatur: ei quæ ex filia-  
bus Israël, in quibus sterilitas pro maledictio  
est, se singulari Virginitati damnauerit Emma-  
nuëlis spondeo conceptum. In breui periodo  
est fœdus & vaticinium, si que construas. Ecce  
Virgo, id est, ecce iam adsit Virgo, se pudicitia  
deuocet, paternasque abruptis leges se  
substripiat à coinquinatarum turba. Concipiet,  
Et

eo enim ipso quod vexillum sustulerit castitatis, fecunditatem colliget proventum. Probat tertio minorem ex illis verbis Angeli, non Euangelistæ Matth. 1. 22. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est. Ecce Virgo in utero habebit, ubi etiam pactum vult relucere. Probat etiam ex aliis locis, ex quibus neque cum sanguine, & labore improbo hoc fœdus educet, testimonia enim non solum non veniunt, sed neque summa violentia trahantur, forsitan rationem attingam.

184.

Tertio, principaliter potest probari affirmatiua sententia: Beatissima Virgo Maria de facto meruit gratiam, & gloriam, ergo meruit etiam de condigno Maternitatem, antecedens est de fide, & consequentia probatur, quia gratia, & gloria sunt excellentiores, quam sacra Maternitas, unde meritum quod illas attingere potest valet etiam respicere Maternitatem, ut præmium. Confirmatur, quia Maternitas non est res simpliciter infinita, ergo cadere potest sub meritum finitum, præcipue si illud sit infinitum quodammodo, ac proinde excellentissimum. Diximus autem meritum Virginis habuisse valorem quasi infinitum ex dignitate Matris, quæ confirmatio vim habet ad probandum meritum Maternitatis ut hæc significat actionem generatiuam Christi Domini: actiones enim Virginis, & præcipue consensus ad Incarnationem dignificantur infinite quodammodo à physica dignitate Maternitatis, ac proinde habent valorem quasi infinitum ex dignitate quasi substantiali personæ operantis, quem non habent in sententia illorum qui non cognoscunt virtutem supernaturalem in Virgine ad Dei generationem.

185.

Quarto, potest probari, quia si propter aliquam rationem Virgo sanctissima non potuisset per sua opera mereri de condigno Maternitatem, vel ideo esset, quia consequenter mereretur Incarnationem, quæ sequitur ad Maternitatem, aut quia principium meriti non cadit sub merito. Neutra autem ratio videtur obstare, explicatur enim sine maxima difficultate, non esse idem mereri Maternitatem, & Incarnationem, maxime si supponatur Incarnatio futura ex alio decreto, & meritum solum præterdat, quod Incarnatio absolute futura ex vi meriti, & alterius decreti fiat hic, & nunc: venturumque Verbum homo fiat non absolute, sed ex hac fœmina determinata, quod quidem ut constat non est mereri Incarnationem, sed Maternitatem præcisè. Deinde hoc principium meriti, non cadit sub merito, quia mysterium Incarnationis non pendet per se à Virgine purissima, tanquam ab efficienti, sed solum tanquam à ministrante materia in ex qua Spiritus sanctus organizauit, & produxit Christi Domini corpus.

186.

Altera sententia per alterum extremum docet sacram Virginem, nec de congruo meruisse Maternitatem. Ita opinatur Magister Lorca 3. part. disput. 2. num. 9. Illam vocat inermem, & infaustam Cerdensis citatus, Academia 17. sect. 1. num. 2. Referunt aliqui ut mediam opinionem Seraphici Doctoris, quam inter sententiam affirmantem illustrandam retulimus.

Locra.

Cerdens.

## SECTIO II.

*Sanctam Mariam non meruisse de condigno Maternitatem; verior sententia.*

**M**Eum iudicium in hac controuersia est, sanctam Mariam nulla ratione vllam Maternitatem meruisse de condigno. Dixi vllam, ut negarem meritum condignum, tum ad virtutem supernaturalem, quæ est Maternitas in actu primo; tum ad Maternitatem, ut significat ipsam generationem actiuam, in quo sensu vulgariter intelligitur negatiua opinatio. Ut nostra sententia, & aliæ etiam intelligantur, notandum est duplex esse meritum; alterum de condigno, alterum de congruo; meritum de condigno fundatur in opere cui de iustitia debetur merces, seu præmium, & quia iustitia est duplex, alia perfecta, & quæ in nulla gratia fundatur; alia, quæ in gratia habet fundamentum, & imperfecta dicitur. Inde duplex est meritum, alterum de rigore iustitiæ, quale fuit meritum Christi Domini; alterum non de rigore iustitiæ, quod verè meritum est, & propriè, licet non afferat secum rigorem illum, sed supponat opus, quod sit æquale in ordine ad præmium, seu mercedem, qualia sunt merita quibus iusti de facto merentur augmentum gratiæ, & gloriæ, in quæ dona merita ordinantur ex propria inclinatione gratiæ, & charitatis. Meritum verò de congruo est illud quod non fundatur in opere ex propria inclinatione charitatis, aut gratiæ, sed admittitur, & acceptatur ex voluntate acceptantis, qui liberè vult ordinare illud opus ad præmium cum quo ex natura rei non habet proportionem, unde ad vtrumque meritum requiritur primò, quod operans sit in gratia, & amicitia Dei; & secundò quod opus fiat ex intentione, & motiuo charitatis, aut actuali, & formali, aut virtuali, secundum sententiarum varietatem; sed meritum de condigno addit dignitatem, & proportionem cum præmio. Vnde infertur ratio iustitiæ, quam non affert secum meritum de congruo, de quibus videndus S. Thomas 1. 2. quæst. 114. artic. 1. & Doctores in disputationibus de merito.

Dico primò, Beatissima Virgo Maria non meruit, nec de condigno, nec etiam de congruo Maternitatem, ut significat virtutem illam supernaturalem, quæ fuit illi ratio formalis generandi Deum, & hominem, & fuit illi infusa, saltem in primo suæ conceptionis instanti. Hanc conclusionem sub his terminis nullus Doctorum expressit, sed necessariò amplectuntur illam omnes, qui afferunt (sunt tamen vniuersi) primam gratiam habitualem non cadere sub merito, & quicumque docent Christum Dominum non meruisse suam incarnationem, & vnionem hypostaticam, ut S. Thomas 3. part. quæst. 1. art. 11. vbi Caietanus, & omnes expositores, siue Thomistæ sint, siue non. Alexander Aletensis 3. part. q. 8. membro 3. art. 2.

Ut verò illa distinctius intelligatur, & probetur

187.

188.

D. Thom.  
Caietani.  
Alet.

189.

berur, necessario est præmittendum virtutem illam supernaturalem posse in diuersis statibus considerari. Primò prout reperitur præcisè in carne sanctissimæ Virginis ante animationem iuxta sententiam nostram asserentem infusam fuisse, ut sanctificaret corpus Virgineum, ante infusionem animæ rationalis, ac proinde paulo ante conceptionem purissimam, de quo diximus latè disput. 6. vestigationis 2. quod etiam in hac vestigatione illustraui. Secundò potest considerari hæc virtus Maternitatis ut Virgini sanctissimæ infusa, non ante animationem, sed in ipsa conceptione purissima, simul & in eodem instanti cum gratia habituali, ita ut conceptionem nulla ratione antecederet, sed simul fuerit cum illa, quem statim considerant, qui docent in eodem puncto, & non antea fuisse Maternitatem infusam; quam sententiam illa disput. 6. proposuimus, & declarauimus. Tertio, potest Maternitas illa physica considerari in tertio statu, ut scilicet ante conceptionem, & generationem Christi Domini augmentum aliquod habuit, aut habere potuit in Beatissima Virgine. Explicabamus enim non repugnare illud augmentum supernaturalis virtutis illius quam diximus posse intendi magis, ac magis. Nunc ergo nostra sententia est Virginem sanctissimam Maternitatem non meruisse vllam, & addimus nunc nec virtutem illam supernaturalem de condigno meruisse in quocunque statu consideratam. Conclusio igitur sic explicata.

190.

Probat quoad primum statum evidenti ratione: Vbi impossibilis est actus meritorius, impossibile est meritum, & præmium illi correspondens, sed in ordine ad Maternitatem in illo statu consideratam impossibilis est actus Virginis sanctissimæ meritorius; ergo impossibile est, quod Maternitas in illo statu considerata cadat sub meritum Virginis sanctissimæ. Discursus est evidens, & maior constat, quia meritum, & præmium sunt cotrelatiua, & vnum infert, aut negat aliud, cum meritum præmium respiciat, & illud intendat, & præmium meritum supponat. Minor verò est euidentiissima, quia in statu in quo consideratur Maternitas Virgo sanctissima non considerata existens, ac proinde nec potest elicere aliquem actum, etiam non meritorium, & deinde caro sumpta præcisè non potest aliquid efficere. Vnde nec in illa virtus est etiam naturalis ad aliquid efficiendum.

191.

Ex hac ratione apertè deducitur, nec de congruo potuisse Virginem sanctissimam Maternitatem in illo statu mereri. Ad hanc enim rationem meriti actus liber est necessarius, & supernaturalis; cuius caro ante animationem capax esse non potest. Et quidem hæc ratio probat hoc meritum impossibile esse, quacunque potentia spectata.

192.

Quoad secundum verò statum probatur asseritio primò auctoritate Patris nostri Augustini, qui docet non semel, Christum Dominum nullo modo potuisse vnionem hypostaticam mereri, quæ ad illius humanitatem comparatur, sicut Maternitas ad sacram Virgi-

nem, quamuis non eodem modo, sermone enim 8. de verbis Apostoli non longè à principio, hæc scribit: *Prorsus nunquam sic apparere benignitas gratiæ, & liberalitas omnipotentia Dei, quam in homine mediatore Dei, & hominum Christo Iesu. Quid enim dicimus fratres mei? Nouimus, & tenemus mediatorem Dei, & hominum Christum Iesum in quantum homo erat, eum esse naturam, cuius nos sumus. Hanc suscepit naturam, quam saluandam iudicauit. Audebit ergo aliquis dicere, quia natura nostra in illo mediatore primam per liberum arbitrium promeruit Deum, & sic suscipi meruit, ut esset homo, & Deus vnus Christus Iesus? Quasi diceret, nemo audebit. Deinde in Enchiridio cap. 36. sic scribit: *Quidnam natura humana in homine Christo meruit, ut in vnitate persona vnici filij Dei singulariter esset assumpta? Quæ bona voluntas? Cuius boni propositi studium? Quæ bona opera præcesserunt? Quibus mereretur iste homo, ut vna fieret persona cum Deo? Præterea non semel docet Augustinus eandem esse gratiam, qua humanitas coniuncta est Verbo diuino, & qua quisque homo factus est à Deo non solum iustus, sed etiam Christianus. Vide cap. 40. Enchiridij, & lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 15. vbi hæc verba: *Eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum, quo spiritu factum est, ut nullum haberet ille (videlicet Christus Dominus) peccatum; in nobis autem remissio fit omnino gratis, ac proinde sine vlllo merito.* Ex quibus verbis & testimoniis constat clarè idem omnino responsum Patrem sanctissimum, si de hac nostra difficultate rogaretur.**

August.

Ex hoc ergo probari potest nostra conclusio, Christus Dominus non potuit mereri vnionem hypostaticam, & incarnationem; ergo neque sacra Deipara de condigno potuit mereri illam virtutem supernaturalem, & Maternitatem. Antecedens variè probatur à Theologis. Vide Suarium, Vazquium, Granado, Nazarium, Lorcam, Araujum, Petrum Hurtado, & alios ad illum art. 11. quæst. 2. S. Thomæ, & ut certum supponitur. Consequentia verò probatur, quia eadem est vtriusque ratio, & quod Christo Domino negatur, Virgini Beatissimæ non est concedendum.

193.

Suarz.  
Vazq.  
Granado.  
Nazar.  
Lorca.  
Araujo.  
Hurtado.  
D. Thom.

Dices, disparem omnino esse rationem, quia in Christo Domino non præcessit vnionem hypostaticam, & incarnationem aliquis actus, qui posset esse meritorius illius; omnis enim actus Theandricus supponebat necessario Christum Dominum constitutum in suo esse, atque adeo hypostaticam vnionem. In sacra autem Deipara iuxta sententiam asserentem Maternitatis gratiam infusam fuisse in ipsa conceptione, & animatione supponitur actus supernaturalis liberi arbitrij; in hac enim opinione vtramque gratiam, & Maternalem, & habitualem accepit Virgo sanctissima per antecedentem dispositionem, ut probabile esse asseruimus hac vestigatione, disp. 4. conclus. 6. Sed contra est, quia licet supponatur ille actus, adhuc non potest esse meritorius, siue ille naturalis sit, siue supernaturalis, quia iuxta communem sententiam, actus nullus potest esse

194.



meritorius, nisi informetur gratia habituali, & principio formalissimo meriti, vnde antecedenter ad gratiam meritorius non est, cum verò informatur iam gratia in eodem licet instanti, & infusa, & recepta est in sacratissima Virgine, & consequenter non potuit esse meriti principium, neque vna, neque altera gratia, iam enim principium meriti caderet sub merito, & idem esset causa sui ipsius in eodem genere causæ efficientis, simul, & eodem instanti, quod est impossibile.

Sed quia in hac, & similibus disputationibus, non semel hæc quasi dignitas assumitur principium meriti, non cadit sub merito, explicanda est, vt rectè intelligatur, & quidem principium meriti non posse esse præmium eiusdem meriti; est sententia S. Thomæ 1. 2. quæst. 114. art. 5. & 3. part. quæst. 2. art. 11. & in 2. d. 27. quæst. 1. art. 4. & quæst. 19. de veritate art. 6. Bonaventuræ 2. d. 27. art. 2. quæst. 1. Gabrielis quæst. vnica, conclus. 2. Scoti dist. 5. q. 1. §. in ista quæstione, Vincentij Asturicensis de gratia Christi quæst. 5. art. 2. dub. 1. conclus. 2. Molinæ 3. part. quæst. 62. art. 4. Vazquez 1. p. disput. 91. cap. 6. Turriani disput. 3. de merito dub. 2. Et tandem id docet Reuerendissimus Cumel 2. tom. in 1. 2. quæst. 114. art. 5. disput. 4. §. Verum tamen sentiendum est, qui omnes de potentia absoluta loquuntur; in reddenda vero huius veritatis ratione non conveniunt auctores omnes, sed illa est efficacissima, quam tradidit S. Thomas loco citato ex 1. 2. quæst. 114. art. 5. & explicatur, quia præmium est terminus in quem non solum tendit meritum, sed quem totaliter causat in genere causæ efficientis; implicat autem idem esse causam sui ipsius in eodem instanti, & in eodem genere causæ. Vterius explicatur, quod actus meritorius ex natura rei supponit principium à quo dignificetur, quia meritorius esse non potest, nisi procedat à persona digna; non ergo potest esse causa illius à quo dignificatur, neque illius à quo procedit, cum supponatur procedere, vt meritorius sit, & dignus à persona grata, & digna, & tandem explicatur loquendo de prima gratia, quam Deus homini confert ad opus supernaturale eliciendum, illa enim datur, vt opus supernaturale eliciatur; atque adeo vt sit causa efficiens illius; ergo non datur propter opus, ac proinde non potest esse præmium illius, non enim intelligi potest opus existens sine illius formalissima causa. Vnde consequenter fit gratiam constituentem opus in esse meriti non posse esse terminum illius meriti; esset enim idem omnino terminus & principium. An verò fieri potest absoluta potentia, quod idem sit sui principium efficiens in altero, & distincto instanti, ab instanti in quo primò producitur, vt Christus Dominus sui ipsius in Eucharistia; res est difficilis, & tractatur in materia de Eucharistia. Ego quidem non assequor hanc causalitatem, vt qui semper intendam inter producentem, & productum debere esse realem distinctionem, & si semel asseratur idem posse producere seipsum, non restat efficax principium ad probandum in Trini-

tate esse realem distinctionem personarum trium, quod à Theologis omnibus desumitur ex oppositione relatiua; oppositio autem hæc colligitur ex productione actiua, & passiva personarum, sed debet latius in propria materia.

Iam ergo probatur assertio: Si Beatissima Virgo potuisset mereri de condigno gratiam Maternitatis, vel id esset per dispositionem illam, vt præscindit ab ipsa Maternitate, & gratia habituali, vel vt informatur, & dignificatur gratia vtraque, aut altera illarum, atqui neutrum est possibile; ergo nec Beatissimam Virginem mereri Maternitatem. Consequentia est legitima, & suadetur, quia supponimus Virginem sanctissimam eam dignitatem non posse mereri per actus naturales, vt solum procedunt à libero arbitrio, tum quia nulli tales præcesserunt, tum quia etiam si præcessissent meritorij tanti præmij esse non possent. Vnde etiam maior probata relinquatur. Minor verò quoad primam partem probatur, quia actus illi non solum sunt ordinis inferioris, & præmium hypostaticum non possent attingere propter illius excellentiam, tum vel maxime, quia non intelliguntur procedere à persona digna, & grata: certum autem est, opus meritorium esse non posse, nisi procedat à persona grata, aliàs contritio, vt gratiam antecedit esset meritoria remissionis peccatorum, quod est absurdum; iam enim peccata non gratis, sed ex iustitia remitterentur, quod est contra Catholicam fidem. Et quoad secundam ostenditur, quia dispositiones illæ, vt informantur gratia, siue habituali, siue maternali, iam intelliguntur in se habere dignitatem ex vtraque, vel altera illarum gratiarum, & consequenter esse digna ab ipsa gratia, non igitur possent esse meritoria, vnus, aut alterius, aliàs principium meriti, esset terminus, & merces illius. Et declaratur, quia re ipsa, gratia intelligitur subiecto communicata, & non vi illius dispositionis, quia hæc non erat proportionata, non igitur intelligitur infundi propter illam dispositionem, ac consequenter non potest esse præmium illius.

Ex eodem verò principio constat Mariam sanctissimam non potuisse mereri Maternitatis virtutem supernaturalem per opera subsequenter infusionem illius; principium enim meriti caderet sub merito. Cui adde ex Magistro nostro, quod illud quod iam meum est, non potest esse præmium meæ operationis, quod enim meum est non possum ego efficere magis meum, cum ergo ante opera subsequenter Maternitas fuerit propria Virginis ex mera liberalitate Dei; suam amplius efficere non potuit per merita subsequenter: sed probatur amplius ratione qua vtuntur D. Thomas, & Durandus ad probandum Christum Dominum si habuit gloriam animæ ab instanti conceptionis, non potuisse illam mereri etiam absoluta potentia; illam habet Doctor Angelicus 3. part. quæst. 12. art. 3. & Durandus 3. d. 18. quæst. 2. si Maria sanctissima meruisset

196.

197.

Angelicus. Durandus.

meruisset Maternitatem, de condigno, non habuisset illam à tempore conceptionis, sed habuit à tempore conceptionis; ergo illam de condigno non meruit. Minor constat ex Vestigatione 2. & maior probatur, quia meritum est prius tempore, quam præmiū, cum sit illius causa; si ergo Virgo sanctissima Maternitatem habuit ab instanti suæ conceptionis, illam non potuit. Fundamentum huius discursus dedit Augustinus Pater lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 25. Non potest præmium præcedere merito, & prius homini dari, quam dignus est, quid enim hoc iniustum? Et fauer lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 13. Nec enim, ait, retributa est Christo illa generatio, sed tributa vt alienus ab omni obligatione peccati, de Spiritu, & Virgine nasceretur. Hanc rationem refutare intendit Valentia 3. part. quæst. 19. punct. 3. sed illam doctè defendit Granado 3. p. controu. 1. de Incarnatione tit. 14. disp. 1. sect. 2. à num. 111.

August.

Valent. Granado.

148.

Restat probandum non potuisse Mariam sanctissimam mereri de condigno augmentum Maternitatis, & supernaturalis virtutis, quod probabile esse diximus collatum fuisse Virgini immediatè ante Christi conceptionem, quod ex aliis principiis intendendum; hæcenus enim tradita non videntur id posse concludere: merita enim Virginis sanctissimæ, & antecedunt tempore illud augmentum, & procedunt à persona grata, & digna dignitate etiam ordinis hypostatici, ex qua cum augmento ipsius virtutis supernaturalis habent proportionem. Vnde quantum est ex parte principij, & distinctionis meriti, & præmij, nihil illis operibus Virginis Deiparæ videtur deesse, vt verum habeant rationem principij, & antecedentis meriti ad illud augmentum. Probatur ergo primò assertio intellecta de Maternitate in illo statu. Merita Virginis Mariæ non habent proportionem cum vnione hypostatica, & incarnatione Verbi diuini; ergo neque cum ipsa Maternitate, ad quam infallibiliter sequitur incarnatio Verbi diuini: Vnde infertur solum potuisse mereri illud augmentum congruè, non verò de condigno; sed hanc rationem sequenti sectione amplius vrgebo. Probo secundò, si Maria sanctissima de condigno posset mereri illud augmentum supernaturalis virtutis ad generandum Deum, & hominem, mereretur proculdubio de condigno confirmationem in gratia, & consequenter magnum donum perseverantia; consequens est falsum; ergo & Beatissimam Virginem, de condigno meruisse augmentum Maternitatis. Consequentia videtur euident, & falsitas consequentis constat, tum quia communis est sententia, & res certa secundum fidem, iustum non posse de condigno mereri perseverantia donum, de quo videndus D. Thomas 1. 2. q. 114. art. 9. vbi Reuerendissimus Cumel, & interpretes omnes. Tum quia id docuit Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 13. & can. 16. vbi diffinitur perseverantiam formalem esse donum Dei speciale, & indicatur non posse cadere sub merito; sic enim scriptur: Nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine pollicetur, tamen si in Dei auxilio firmissimam spem collocare debeant, & reponere omnes. Deus enim nisi ipsi illius gratia deseruierint sicut

D Thom. Cuncel.

capit opus bonum, ita perficiet, operans velle, & perficere. Veruntamen qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore, & tremore suam salutem operentur in laboribus, vigilijs, in elemosynis, in orationibus, &c. Videatur Magister Cumel, qui doctissime probat hanc Catholicam veritatem, sequela verò probatur, quia ad Maternitatem, & illius augmentum sequuntur confirmatio in gratia, & magnum perseverantia donum, & omnia auxilia requisita, vt quis non deficiat, & corruat in peccatum mortale. Vnde qui de condigno mereretur radicem, & principium confirmationis in gratia, & perseverantia, proculdubio mereretur etiam confirmatiouem, & perseverantiam, sicut qui de condigno meretur visionem beatificam, consequenter eodem modo obtinebit fruitionem, intentionem, & amorem beatificum, si igitur Beatissima Virgo meruit augmentum Maternitatis, meruit etiam de condigno illa singularissima beneficia.

SECTIO III.

Altera pars nostræ sententiæ.

Dico secundò. Maria sanctissima non meruit de condigno Maternitatem diuinam sumptam in actu secundo, id est exercitium actuale virtutis supernaturalis, & generatiouem Christi Domini, quæ vulgariter appellatur Maternitas. Hæc est communis Scholasticorum sententia, & eam tradidit D. Thomas 3. part. quæst. 2. art. 11. ad 3. Dominicus Soto lib. 2. quæst. 2. art. 3. in opere de iustitia, & iure, Vega quæst. 4. de iustificatione, art. 1. Valentia punct. vlt. Nazarius tom. 1. in 3. part. quæst. 2. art. 11. controuers. 3. Didacus Alvarez disp. 12. Pelantius disput. 3. Syluius circa solutionem ad 6. argumentum, Araujo art. 11. dub. 1. Vazquez disput. 13. cap. 2. Lorca disput. 2. num. 7. Suarez tom. 1. disput. 10. sect. 7. Granado controuers. 1. de Incarnatione, tit. 14. disput. 8. Petrus Mendoza de Incarnatione, disp. 28. sect. 2. subsect. 1. Ioannes de Lugo disput. 8. sect. 9. & sequentibus, Bartholomæus Medina ad illum art. 11. D. Thomæ, & alij non pauci, à quibus non dissentit Seraphicus Bonauenauræ, qui solum admittit meritum dignum, & condignum negat. Probatur primò conclusio auctoritate Bernardi, qui sermone de Natiuitate Mariæ ita scribit; *Quarant alij meritum, nos inuenire gratiam studeamus, Maria non pretendit meritum, sed gratiam querit.* Respondit Bernardi testimonio Cerdens. Academia 17. sect. 1. n. 10. loquutum fuisse de meritis prout procedunt à libero arbitrio, neque de aliis potuisse loqui, qui tam seriò merita accumulat ad hanc dignitatem, sed loqui Bernardum de meritis præcisè, vt sunt à libero arbitrio sine gratia, est falsum omnino, & eadem facilitate, qua asseritur, negetur, credibile enim non est mellissimum Doctorem affirmare operum ordinis naturalis merito tam supremam, & diuinam dignitatem vt præmium correspondere, sentit ergo Maternitatem respectu Virginis fuisse puram gratiam à diuina liberalitate profluentem sine vllis illius

179.

D Thom. Sotus.

Vega. Valent. Nazari. Aluar. Pelant. Syluius. Araujo. Vazq. Lorca. Suarez. Granado. Mendoza. Lugo. Medina.

Bonavent.

Alb. Magn.

meritis etiam ex gratia supernaturali. Deinde Magnus Albertus in cap. i. Lucæ ad illa verba: *Inuenisti enim gratiam*, expressè affirmat Mariam sanctissimam non meruisse gratiam Maternitatis; postquam enim dixisset Mariam sanctissimam demonstrasse hanc drachmam, & gauisam fuisse de inuentione Christi Domini, addidit: *Sic igitur inuenisti, non emisti, non meruisti, & quia non emisti, gratis pro nobis accepisti*. Quid clarius? Miror Cerdensem Antistitem hoc vsum testimonio, vt suam confirmet sententiam, quam tot terminis merito oppositis destruit Magnus Albertus, non meruisti, non emisti, gratis pro nobis accepisti.

200.

Affertio deinde probatur variis rationibus, & primò Vazquez illam deducit ab absurdo, quia si Virgo sanctissima meruisset Maternitatem, operibus ex gratia procedentibus de condigno, etiam illam meruisset Abrahamus futuram in propria filia, & consequenter Incarnationem, & addere potuisset virginem quamlibet ex filiis Israel, si sancta fuisset, & opera eliceret supernaturalia illam dignitatem mereri potuisse. Quod est absurdum; sola enim Virgo sanctissima digna iudicata est illius dignitatis, sed quidquid alij sentiant de hac ratione, & aliis modis illam refellant, mihi inefficax est, & facile nego sequelam, quia neque in Abrahamo, neque in vlla virginum Israel inuenta fuit radicalis Maternitas, qua dignificarentur opera supernaturalia, & proportionata fierent præmio. At in Beatissima Virgine fuit Maternalis gratia, qua opera illius sunt eleuata quodammodo ad ordinem hypostaticum, vt sæpius explicuimus; ac proinde quantum est ex parte principij habuit proportionem ad illud præmium, si alias non repugnaret meritum ex altero capite.

201.

Secundo probant non pauci ex eo quod Maternitas est extra spheram, & lineam gratia habitualis, & charitatis, & solum propendet natura sua in augmentum ipsius gratiæ, & charitatis, & gloriæ consequutionem: non potest autem extrinseca Dei ordinatione proportionari ad præmium actus ille, qui ex sua inclinatione non propendet in illud præmium, quod necessario requiritur ad rationem meriti de condigno, quod licet aliquo modo in Dei liberalitate fundetur, debitum infert iustitiæ. Sed respondet Cerdensis se nolle his angustiis gratiæ inclinationem coercere, potest enim illius inclinatio extendi ad omne præmium, quod Deus proponere potest homini habenti gratiam, atque adeo ad Maternitatem sumptam pro generatione actuali. Verum hæc solutio friuola est, & doctrina in qua fundatur destruit meritum de condigno, quod Doctor ille intendit; si enim inclinatio non est ad præmium ex natura rei erit propitiatio: præmium igitur non erit condignum, & ex iustitia etiam imperfecta, sed solum meritum de congruo: esset ergo sine dubio efficax hæc ratio, si in Beatissima Virgine non reperiretur Maternalis gratia, qua ad ordinem hypostaticum in quo est Maternitas merita Virginis eleuentur, ac cum hæc dignitas actus dignificet, qui progrediuntur à sacra Deipara, illos constituit proportionatos cum præmio, imò & superiores, & superexce-

dentes; præmium enim, generatio scilicet, & exercitium Maternitatis sanctitas non est, cum hæc excellentia in dignitate radicali Matris reluceat, & forsam posset responderi generationem actualem Christi Domini, vt à Christo Domino distinguitur esse inferiore gratia habituali, & charitate, ac proinde potuisse meritum in Virgine sanctissima respectu illius præmij propter maiorem perfectionem, quæ reperitur in illis, etiam si Deus extrinseca ordinatione conferret nihil gratiæ, & charitati, sed prior solutio efficacior est, & secundum nostra principia argumentum eneruat: ex dignitate enim Matris ad augmentum ipsius dignitatis intrinseca proportio resultat; vnde illa ex extrinseca solum Dei ordinatione non oritur.

202.

Tertiò probat Lorca loco citato num. 8. hac ratione. Duo præmia inter diuersa non possunt respondere eidem merito secundum iustitiam; ergo merito Virginis Beatissimæ correspondere non possunt duo præmia secundum iustitiam, & de condigno, & vterius: sed meritis Beatissimæ Virginis correspondet ex iustitia, & ad æqualitatem augmentum gratiæ, & gloriæ, de quo difficultas non est; ergo illis meritis non correspondet, vt præmium ex iustitia dignitas Matris, vt importat exercitium illius virtutis. Hæc consequentia probatur, quia ex collatione primi præmij, scilicet gratiæ, & gloriæ exhauritur iustitia, qui reperitur in illis meritis, vnde nihil remanet iustitiæ cui debeatur alterum præmium, quod augmentum fundari potest in Maternitate actuali. Si enim hæc censeatur dari ex iustitia, exhauritur condignitas collatione huius præmij, & consequenter dignitas non remanet ad alterum præmium gratiæ habitualis, & gloriæ. Quis verò dicat dari in Maria sanctissima actus supernaturales procedentes ab vtraque gratia habituali, & Maternali, & à charitate imperati, qui digni non sint vita æterna? Antecedens verò huius discursus ex eo probat vir doctissimus Lorca, quia necessario alterum illorum præmiorum excedet proportionem limitatam actus meritorij, ac consequenter si sufficienter sit satis illi vnico præmio, alterum illi gratis confertur. Nec refert præmia sint, aut non sint æqualia, quia semper erit verum vnico præmio exhauriri iustitiam meriti, aut ita limitari, vt eidem merito simul ex iustitia vtrumque præmium respondere non possit, & aliquod illorum saltem inadæquatè gratis, & non ex iustitia concedatur. Censet ergo Lorca hac ratione probari Beatissimam Virginem nec meruisse, nec potuisse mereri actualem dignitatem Matris secundum legem Dei ordinariam. Ego verò quod si vtrumque proponatur præmium, neque potentia absoluta potuisse Virginem illud donum mereri ex iustitia, quia ex extrinseca solum Dei ordinatione, & pacto non induceretur proportio in merito in ordine ad vtrumque præmium simul sumptum. Vide Gabrielem Vazquez, qui ex negatione proportionata huius, quæ crescere non potest ex extrinseca Dei ordinatione, à priori nostram conclusionem ostendit illo cap. 2. num. 13. & 14.

Vasq.

Probat quartò ratione secunda, quam sententia præcedenti ostendebamus, Virginem sanctissi-

203.

sanctissimam non potuisse mereri augmentum Maternitatis, & supernaturalis virtutis; sequeretur enim potuisse mereri confirmationem in gratia, & perseverantiam in illa, quæ connexionem habet necessariam cum dignitate, & gratia Maternitatis, vt dicit illius exercitium, quæ ratio non dependet ad sui efficaciam à virtute Maternali, & gratia Virginis, vt Deipara est; si enim præcisè consideretur dignitas moralis Matris secundum communem sententiam, petit, vt prima forma quasi ex natura rei omnia dona supernaturalia, quæ rationali creaturæ non repugnant, è quorum numero sunt confirmatio in gratia & magnum perseverantiæ donum. Vnde de condigno meruisset Virgo sanctissima suam impeccabilitatem, & auxilia omnia necessaria ad non peccandum, quod excedit meritum cuiuscumque creaturæ etiam perfectissimæ in sanctitate.

204.

Probatur quintò, ratione prima eiusdem assertio, quæ hic habet maiorem vim propter immediatiorem connexionem; imò & identitatem generationis Christi, & Incarnationis Verbi Diuini, quæ in Maternitate sumpta per modum actus primi non reperitur. Verbi diuini Incarnatio habet intrinsecam connexionem cum actuali generatione, quæ efficienter procedit à Virgine sanctissima: ergo sacra Maria non potuit mereri de condigno Maternitatem etiam in actu secundo. Consequentia constat ex communi sententia affirmante nullam creaturam potuisse mereri Incarnationem de condigno, de quo disputatur 3. part. quæst. 2. art. 11. Antecedens vero ostenditur manifestè, quia generatio Christi Domini est identificata cum ipsa Incarnatione, & illius circumstantiis, vel vt minimum ita connexa ex natura rei, vt neque concipi possit formaliter hæc generatio Verbi diuini sine ipsa Incarnatione, ac proinde nec mysterium ipsum, vt re ipsa est executioni mandatum sine actuali Maternitate. Verbum enim diuinum incarnari nihil aliud fuit, quam assumpsisse humanitatem ex puris sanguinibus Virginis sanctissimæ, & illius generationem fuisse terminatam ad Verbum diuinum, vt terminat & sustentat eam humanitatem à Virgine productam, quæ duo sunt ex natura illius actualis generationis connexa. Et quidem negari non potest naturalis ista connectio, & colligatio inter terminum, & actionem per quam producitur. Vnde qui mereri potest terminum potest mereri, & actionem, & qui actionem meretur, meretur etiam & terminum, productum: De primo igitur ad vltimum, si Beata Virgo potuit de condigno mereri Maternitatem in actu secundo de facto potuit mereri Incarnationem immediatè terminatam ad illam.

205.

Et vt intelligatur, & vrgeatur huius rationis vis, aduertendum est Incarnationem Verbi Diuini non esse decretam in confuso, & generaliter, sicut in executione non fuit facta in confuso sed in particulari, & cum omnibus circumstantiis, quarum altera fuit, quod Verbum assumeret carnem ex hac femina determinata, sancta videlicet Virgine, vnde determinata est hæc Mater, determinata sunt hæc viscera, hic sanguis, hæc caro; nunquam igitur

intelligetur Incarnatio executioni mandata nisi cum connexionem ad Virginem sanctissimam, & ad actualem generationem actualem illius. Nec valet effugium illorum, qui asserunt Virginem sanctissimam non concurrisse actuè ad generationem Christi Domini; sed solum ministrasse materiam. Tum quia efficax monstrauimus Diuam Virginem efficienter concurrisse ad Christi Domini Conceptionem actuè ex vi potentia generatiuæ efficientis naturalis vt eleuatur per supernaturalem maternitatem in actu primo. Tum vel maximè, quia ad hanc connexionem intrinsecam inter Matrem, & foetum parum refert efficientia, & actiuitas dummodo perseueret ratio Matris, quæ vt minimum postulat exhibitionem actualem materiam, ad quam sequitur naturaliter formatio factus. Adde antecessisse ad illam generationem actiones alias, quæ habuerunt intrinsecam connexionem cum hac Incarnatione Verbi diuini, vt hic, & nunc executioni mandata, vnde quocumque modo res consideretur, meritum Maternitatis est meritum Incarnationis; inutiliter igitur recentiores quidam confundunt ad passiuam solum causalitatem.

206.

Dico tertiò, sacra Maria non meruit de condigno actualem generationem, & Maternitatem ex suppositione Incarnationis futurae ex alio decreto, hæc est contra Suarez, qui asseruit quod supposita futuritione Incarnationis ex alio decreto optimè potuisse Virginem mereri, quod in illius visceribus; & ex illius substantia fieret Incarnatio: sed illam amplectitur Nazarius 3. part. quæst. 2. art. 11. controuersia 3. 6. Quintò considerandum, & probari potest rationibus, quas ibidem adducit, dempta illa, quæ sumitur ex merito Abrahami, iam enim diximus contra Vazquez, illam esse inefficacem, quia opera Abrahami, & aliorum Patrum nullam habuerunt proportionem cum generatione actuali Christi, quam tamen habebant merita Beatissimæ Virginis, quatenus procedebant à Maternali gratia sumpta per modum principij, ostendunt etiam hanc assertioem præcedentia motiua conclusionum, quæ hic instituto facile possunt applicari.

Nazarius.

207.

Dico quartò, Beatissima Virgo meruit de facto eam sanctitatem, & illum puritatis gradum, qui necessarius fuit, vt Virgo fuisset idonea, & congrua Deipara: hanc assertioem tradit apertè D. Thomas, 3. part. quæst. 2. art. 11. ad 3. his verbis: *Ad tertium dicendum quod Beata Virgo dicitur meruisse portare Dominum omnium, non quia meruerit ipsum incarnari, sed quia meruit ex gratia sibi data illum puritatis, & sanctitatis gradum, vt congruè possit esse Mater Dei*. Illam etiam expressit Nazarius, vbi suprà §. Tertiò sciendum, & est communis sententia, sed vt illam declaremus sciendum est gratiam habitualement Virginis sanctissimæ esse dispositionem ad actualem generationem Verbi diuini, ex diuino instituto, vnde fieri potest, quod Maria sanctissima meruerit illam dispositionem, & gradum puritatis non tamè ipsam Maternitatem meruerit, quia agens in humana generatione, dispositiones ad introductionem animæ rationalis attingit, & tamen non producit animam rationalem, licet dispositiones ex ipsa

D. Thom.

Nazarius.

rei natura ordinatur ad productionem, & receptionem illius.

208. Sciendum præterea illam sanctitatem summi posse integrè, & completè quatenus dicit omnia auxilia, & gradus puritatis, à primo scilicet vsque ad consensum Virginis, aut vt importat gratiam & sanctitatem, quæ ante Conceptionem fuerunt in Beata Virgine Maria; inter quas considerationes est maxima differentia. Puritas enim sumpta priori modo sub nullius creature meritum cadere potest; affert enim primam gratiam mouentem, & excitantem, & primam habitualement gratiam, quæ nullatenus possunt cadere sub meritum, sicut series tota gratiarum, & donorum, quibus saluatur prædestinatus non potest esse præmium meritum in prædestinato, quia illa series incipit à prima gratia, quæ electio liberaliter confertur. Sanctitas verò sumpta posteriori modo potest cadere sub meritum, & gratuita absoluta non est; iustus enim meretur augmentum gratiæ, qua in eo statu constituitur, vt sibi de iustitia, gloria, imò, & gratia conferatur. Assertio igitur intelligenda est non de tota serie auxiliorum, & gratiarum omnium; sed de illa gratia, quam supposita prima Diua Maria meruit suis actionibus supernaturalibus, & quam iuxta dignitatem Matris iudicauit Deus esse necessariam ad actualement generationem, non quia illa necessaria esset ad influxum physicum, sed quia moraliter decebat, & necessarium erat Matrem, Dei habere supremam gratiam sanctificantem, vt hoc etiam modo esset idonea, & congrua Mater Dei.

209. Probatur conclusio: omnis gratia habitualis quam præter primam habuit Virgo sanctissima collata fuit ex meritis, & operibus supernaturalibus, quæ elicuit ante Christi Domini Conceptionem, ergo de condigno meruit illum puritatis, & sanctitatis gradum qui fuit necessarius, vt congruè, & idoneè esset Mater Dei: antecedens supponitur vt certum, & constat in aliis iustis, & consequentia probatur, quia illa sanctitas, & puritas, quam Virgo suauissima habuit ante Incarnationem sunt quæ necessariæ fuerunt, vt illa esset idonea, congrua, & proportionata Mater Dei.

#### SECTIO IV.

##### *Explicatur Virginis meritum circa Sacram Maternitatem.*

210. **V**erum ex modo loquendi S. Thomæ, oritur difficultas non parua. An scilicet Beatissima Virgo Maria saltem de congruo meruerit Maternitatem in actu secundo, nam Maternitatem in actu primo iam diximus etiam sub hoc meritum cadere non potuisse; ratio difficultatis est quantum attinet ad sententiam Doctoris Angelici, quia in illo art. 11. disputat. an vnionem Verbi diuini aliqua merita precesserit, & in principio illius hoc argumentum proponit: *Præterea de Beata Virgine cantatur quod Dominum omnium meruit portare, quod quidem factum est per Incarnationem, ergo Incarnatio cadit sub merito.* Respondens vero ad

D. Angelic.

argumentum neque negat, neque affirmat Virginem meruisse portare Dominum omnium, sed solum docet hanc loquutionem Ecclesiæ, quæ imitatur Sanctorum, & Patrum loquutionem, & phrasim ex eo esse desumptam, quod meruit per gratiam sibi datam illum puritatis, & sanctitatis gradum, vt congruè posset esse Mater Dei, qua responsione non affirmat Virginem meruisse de congruo Dei Maternitatem, sed solum illam sanctitatem, quæ necessaria fuit, vt esset idonea Mater Dei, & congruè exerceret tantam dignitatem, & munus, quæ duo inter se sunt distincta. Vnde ex verbis S. Thomæ colligi non potest illum sensisse in Virgine fuisse meritum de congruo circa Maternitatem sacræ Deiparæ, videntur ergo non satis intellexisse Angelicum Doctorem Scholasticos illos, qui vocant in sententiam asserentem meritum de congruo in Virgine purissima.

Propter hoc Petrus de Lorca, 3. part. disput. 22. num. 9. existimat Beatissimam Virginem non meruisse etiam de congruo Maternitatem in actu secundo, & affirmat hanc fuisse D. Thomæ sententiam, num. 6. affertque ibi testimonium Angelici Doctoris quod in principio quartæ assertionis laudauimus in quo singulariter loquutus videtur, & deseruisse loquendi modum sanctorum Patrum, qui passim affirmant Maternitatem actualement esse præmium meritum Sacræ Mariæ, quod contra illam notauit Franciscus de Lugo, de Incarnatione disput. 8. sect. 5. numero 39. reliqui vero Scholastici communiter asserunt Beatissimam Virginem meruisse de congruo actualement Maternitatem, hancque fuisse præmium, & remunerationem meritum illius, & vtriusque non desunt efficaces rationes ad id ostendendum, Scholasticique omnes se tuentur, & suam sententiam testimoniis SS. PP. quos atulimus in principio huius disputationis.

Ego vtroque componam. Dico igitur quinto Beatissimam Virginem Mariam aliquomodo meruisse de congruo Maternitatem, non ita tamen, vt fuerit illi collata intuitu futurum meritum, quasi illorum remuneratio. Hanc assertionem vt minimum colligo, ex dictis sanctorum Patrum, si phrasim illam communis inter eos intelligenda sit de vero merito congrui, vnde contra sanctos Patres non erit nostra sententia, quos in re grauissima imitari, & sequi debemus, illam ergo vt explicem aduerto actiones aliquas reperiri posse, quæ licet rationem meriti, etiam de congruo non habeant, propter peculiarem aliquam rationem, quæ illud prohibeat, tamen talem habent proportionem cum præmio, aut beneficio aliquo, vt si ex meritis esset inferendum posset optime ex liberalitate dantis conferri intuitu illorum, & hoc modo non ineptè concedi potest, imò, & debet, Incarnationem fuisse remunerationem, & præmium desideriorum, & operum sanctorum Patrum, qui Christi Domini fuerunt progenitores. Negari enim potest desideria illa ea fuisse, vt intuitu illorum Deus posset decernere Incarnationem, si alias illam sine villo impulsu extrinseco non decreuisset, ratione enim consentaneum est, & congruam liberalitati

211. Lorca.

Lugo.

212.

D. Thom.

litati diuinæ, vt voces, & desideria amicorum exaudiat, vt rectè notauit D. Thomas, illa responsione ad tertium.

213.

Aduerto secundò hoc genus meriti de congruo ita concipi posse, vt non sit adæquata causa conferendi aliquod præmium, & conditio sine qua non illud tribueretur, sed esse causam inadæquatam impulsuam tamen, vt res illa quæ data fuit ex alio motiuo, conferatur etiam per alium actum, vt præmium, & remuneratio meriti de congruo, qua ratione cum Deus iam absolute decreuit Incarnationem futuram sine vllis meritis videns orationes desideria, & suspiria sanctorum Patrum velle potuit Incarnationem iam præfinitam futuram etiam tanquam remunerationem desideriorum sanctorum, & veterum progenitorum Christi. Et rursus hoc vltimum alio modo potuit euenire, ita vt intuitu meritum, aut Patrum, aut Mariæ sanctissimæ Deus peculiarem haberet complacentiam beneficii illius, aut decreti, aut collati, quod ortum non habuit ex illis meritis, ita vt videns in quorum vtilitatem decretum est illud beneficium merita, quæ aliqualem habeant proportionem cum materia illius beneficii complacent sibi in collatione illius, quæ ex altero motiuo erat determinata.

214.

Assero igitur primum. Beatissima Virgo Maria, de congruo meruit, aut actum quo Deus secundo voluit illi Maternitatem conferre ex meritis, quam iam sine meritis decreuerat conferre, aut complacentiam veluti nouam de collatione Maternitatis, hæc prior pars conclusionis quintæ commendat excellentiam meritum Virginis beatissimæ præcipuè vt ortum habent à Maternitate radicali & sufficienter explicant loquutionem, & phrasim sanctorum Patrum. Negari enim nulla ratione potest quod si aliquid possit esse meritum respectu Maternitatis actualis nihil aptissimo modo meritum esse posse quam actiones, quæ supernaturalis cum sint dignificantur à Maternitate radicali, actualis enim Maternitas est illi intimè coniuncta, & est exercitium actuale illius virtutis, quod in actionibus meritoris alterius personæ inueniri non potest. Deinde ille actus non est impossibilis; repugnantia enim illius nulla ratione se prodit; & certò illa complacentia fundamentum maxime habet in actibus voluntatis diuinæ, quæ complacet sibi in creaturis productis in filioque Christo Deus complacuit, complacentia tanta, vt si fieri possent hæc ex meritis illius humanitatis rursus illi vnionem hypostaticam non desideraret solum, sed etiam de facto conferret. Hac igitur ratione videns Deus opera meritoria Virginis sanctissimæ, ita in illis complacuit, vt si Maternitas illi non fuisset sine meritis collata eam propter illa merita illi conferret, at quia hoc non iam erat possibile congruè sibi complacuit in Maternitate iam collata, eaque complacentia congruè orta est ex operibus Virginis. Congruum enim erat, vt in tantis meritis Deus complacentiam grandem haberet, & quasi gauderet de collato beneficio eo quod gratissima fuit deuotissima Virgo Maria. Hac ratione principium meriti non cadit sub meritum, neque idem est causa sui ipsius, iam enim intel-

ligebatur, alias futura Maternitas actualis sanctæ Mariæ.

Asserendum vltierus Beatissimam Virginem meruisse de congruo collationem etiam in executione Maternalis dignitatis, sed hanc dignitatem sine vllis meritis Mariæ purissimæ fuisse concessam. Ita S. Thomas, art. illo 11. ad 3. Qui cum facile ad tertium argumentum propositum posset asserere de congruo meruisse Virginem Matrem Deum portare, id est generare, qua doctrina soluebat illud argumentum, id non effecit; sed asseruit id esse asserendum, quia meruit illum puritatis gradum, qui necessarius erat ad hoc quod congruè (addo ego) & dignè esset Mater Dei. Quod notabat in S. Thoma, Araujo, ad illum articulum vbi supra citatus, & hanc partem & non alius intendit Magister Petrus de Lorca, ratio huius partis est efficacissima; si enim Virgo sanctissima de congruo mereret primam collationem Maternitatis, sequeretur principium meriti cadere sub meritum, & idem in eodem genere causæ esse causam sui ipsius, imò idem à se ipso distingui. Consequens est contra Diuum Thomam, & veritatem; ergo Beatissima Maria meritum illud de congruo non habuit, minor est certa, & supponitur ex iam dictis: sequela verò probatur, quia merita Virginis efficaciam habent ex Incarnatione præuisa, atque adeo Incarnationem subsequuntur. Deinde Maternitas habet immediatam, & intrinsecam connexionem cum Incarnatione, & consequenter cum Christo Domino, qui necessario imbibitur in remuneratione illius meriti, quod terminatur immediatè ad Maternitatem, vnde necessario fit idem omnino esse principium, & terminum, causam, & effectum, præmium, & meritum, atque adeo principium meriti cadere sub meritum, & Christum existentem esse causam suæ existentie in primo puncto, & in instanti illius.

Efficaciam huius rationis, vt eneuert varia excogitarunt recentiorum ingenia. Primo enim respondent Christum Dominum productum in eodem instanti duplici actione adæquata; primamque procedere à Deo tanquam à causa particulari, secundam à Deo, & simul à Beatissima Maria, & Christum productum, & existentem ex vi prioris actionis meruisse sui productionem secundam, & ex his meritis ortum habuisse, quod meritum Virginis terminaretur ad Maternitatem, & consequenter ad Christi Domini existentiam; & Verbi Incarnationem. Vnde principium meriti non cadit sub meritum, quia Christus Dominus non est principium meriti neque illius Incarnatio, vt egreditur à Virgine, & à Deo vt causa vniuersali, sed vt productus à Deo tanquam à causa particulari, & tunc non includente concursum, & generationem actiuam Mariæ.

Hac vero doctrina semper mihi displicuit, & illam, & Augustinum Bernal, qui illam sequitur, aliquando refutauit, & nunc inutilem ad hoc argumentum iudico, & in se simpliciter impossibile quantum attinet ad præsens institutum. Primum ostendo, quia vel Christus Dominus, vt productus solum actione diuina est

215.

S. Thom.

216.

217. Bernal.

est distinctus realiter à seipso, vt producitur à Beatissima Virgine, aut non est distinctus, si distinctus non est; sequitur idem omnino esse principium, & terminum, meritum, & remunerationem, ac proinde sub meritum cadere meriti principium, quod est absurdum, quod argumentum intendit; si vero distinctus asseratur, sequuntur plura inconuenientia, & inter illa duo præcipua. Primum considerari Christum Dominum existentem, & patientem, aut merentem in carne, quam non sumpsit ex Virgine, quod pugnat cum fidei principiis; tunc enim nulla intelligitur causalitas Virginis in Christum Dominum. Secundum, Virginem sanctissimam habuisse gratiam, & merita, & non à sanguine Christi, quam ipsa genuit, & consequenter carnem sumptam ex Virgine nihil effecisse ad suam sanctitatem, & gloriam, quia antequam intelligatur Christus patiens aut merens, intelligitur Maria sanctissima idonea Mater Christi Domini, ac proinde prædestinata ad gratiam, & gloriam, ante merita Christi Domini pendentes in cruce, quod nullus ausus est concedere. Secundo ex his duabus actionibus adæquatis sequitur manifestè alterum è duobus. Primum, antequam actio Virginis intelligatur factam redemptionem vniuersalem hominum. Secundum, Virginem non fuisse præseruatam à peccato, & eminentissimè redemptam per eandem passionem, & merita per quæ alij homines fuerunt redempti; probatur sequela primi, quia Christus Dominus intelligitur sanguineus, & moriens, vt adæquatè pendet à Patre ante influxum Virginis, & per illum sanguinem, & crucem homines vniuersaliter redemit. Vnde fit vniuersalem redemptionem intelligi factam antequam Deus homo intelligatur factus ex muliere. Probatur sequela secundi, quia si eligatur primum, & asseratur non intelligi factam vniuersalem redemptionem ante influxum Virgineum in Incarnationem, necessario infertur Virginis præseruationem, & illius sanctitatem fuisse profectam à meritis Christi Domini, quæ non respiciebant, nec ordinabantur à Deo ad vniuersalem redemptionem, quia supponitur Mater Dei, atque adeo sancta, & idonea ante redemptionem vniuersalem. Vnde vltius fit Christum meruisse Maternitatem Virginis per alia merita per quæ nihil hominibus contulit, quod hæcenus est inauditum, & nullo modo potest probari.

218.

Deinde ostendo doctrinam hæc quantum attinet ad præsens institutum esse simpliciter impossibile, & coherere non posse cum principiis fidei; ad quod suppono; quod si possibile sit duas actiones adæquatas terminari in eodem instanti ad existentiam vnus effectus, necessario illa respicient eandem substantiam, & partes effectus si illas habuit, & non ad diuersam substantiam, aliàs non esset simpliciter idem effectus productus per vtramque actionem, sed esset diuersus. Inde in sententia asserentium corpus Christi Domini de nouo in Eucharistia produci, existit idem omnino corpus, quod permanet in celo, quantum attinet ad propriam substantiam, & in resurrectione, quæ vt fit à Deo terminatur ad hominem iam

corruptum, reproducitur eadem caro quæ ceciderat & non alia, si enim alia, & non eadem produceretur non esset resurrectio eiusdem carnis, sed alterius, quæ extitit nunquam noua productio. His suppositis pono actionem adæquatam terminatam ad Christum, & procedentem à solo influxu diuino, vt Deus est causa particularis, & rogo an Christus, qui sic præuidetur habeat carnem, aut non? Hoc secundum non dicent recentiores, quia Christus præter diuinitatem dicit humanitatem, & humanitas affert essentialiter carnem: illam igitur habet. Deinde peto an hæc caro distinguatur realiter ab illa carne, quæ ex vi alterius assumenda est ex Virgine. Dici non potest esse carnem realiter distinctam, destruitur enim hypothesis in qua supponitur vtramque actionem adæquatam terminari ad eandem substantiam productam. Dicendum igitur est esse eandem omnino; & tunc sic argumentor; ergo caro illa, vt terminat actionem adæquatam Dei pendet necessario à Virginis influxu, quod est contra doctrinam, quam impugnamus; probatur, quia est eadem omnino caro, quam Virgo generauit. Vnde est euidentis implicatio contradictionis, sequuntur enim duo contradictoria simul vera, scilicet carnem illam Christi Domini esse productam & non esse productam à Virgine: productam, quia est illa eadem realiter quam Virgo generauit; non productam, quia supponitur producta à solo Deo, vt à causa particulari, sine concursu, & influxu Virgineo. Impossibilis ergo est hæc doctrina, & aliàs non consona fidei principiis; intelligitur enim Christus existens, & habens carnem in qua de facto meretur, & illam non assumptam ex Virgine, nec formatam in illius visceribus, semper enim difficillimum est explicatu, vnde nam desumpta fuerit illa caro in qua ex vi prioris actionis intelligitur Christus existens; an fuerit de nouo creata, an genita, an ex semine Dauid, quorum trium nullus erit assertor; non primi, quia caro Christi non fuit de nouo creata non genita, quia supponitur à solo Deo producta, non ex semine Dauid, quia nondum intelligitur generans Virgo ex regali progenie Dauid; dicere autem desumptam ex eodem semine, & carne sed non per generationem, est res absurdissima. Relinquitur ergo impossibile illa duplex actio adæquata.

Propterea Vasquez citatus alia via conatur argumentum dissoluere affirmans per accidens omnino fuisse, quod Christi humanitas sumeretur ex visceribus Virginis; potuit enim Incarnatio fieri in visceribus, & ex sanguine femine alterius, & addit Virginem sanctissimam non influxisse efficienter in generationem Christi Domini, atque adeo principium meriti non cadere sub meritum, & per hæc existimat solum esse argumentum. Verum hæc doctrina falsa est, & à nobis refutata sect. 3. 6. Et vt intelligatur, & addi potest difficultatem non procedere de Maternitate, & Incarnatione in abstracto, sed determinata, & peculiari Incarnatione hac, quam Deus decreuit ex Maria, & in Maria sanctissima, quæ reipsa habet connexionem intrinsecam cum substantia Virginis non solum in genere causæ materialis, & dispositi-

219.  
Vasq.

uæ,

uæ, sed etiam in genere causæ efficientis, de quo latè disseruimus vestigatione prima, disput. 11. Vbi influxum hunc efficientem monstrauimus auctoritate, & ratione, & disput. 12. Vbi probauimus Dei genitricem effectiue instrumentaliter attingisse vnionem hypostaticam; ex quibus colligitur euidenter connexio inter influxum efficientem Sacræ Deiparæ, & Christi Domini existentiam. Vide necessario, quæ ibi scribebamus.

220.  
Araujo.

Proposuit etiam contra se, sed leuiter quidem nostrum argumentum Magister Araujo, illò dub. 2. ad art. 11. num. 50. §. Sed dices, & suo iudicio facile extricat vsus distinctione illa ordinis quoad intensionem, & executionem, ponit enim Maternitatem posse intendi sine meritis, licet in executione sine meritis non conferatur, ea ratione, quæ gloria intenditur adultis sine meritis, non tamen in executione sine meritis datur, sed quamquam hæc doctrina verissima sit, hic non rectè applicatur, imò possumus in Salmanticensem primarium retorquere, quia etsi adultis intendatur gloria sine propriis meritis præuisis non intenditur sine meritis Christi Domini, sed potius ex illis præuisis iuxta vulgarem sententiam, & consequenter dignitas Matris Dei, etsi Virgini intendatur absque meritis suis non intenditur, neque conferatur absque meritis Christi; si ergo ex meritis Christi, & intenditur, & conferatur priora sunt merita, quam Maternitas, & cum ex Maternitate ortum habeat Incarnatio, & existentia Christi Domini, & illius etiam merita, sequitur manifestè idem esse terminum, & principium, meritum, & præmium, ac proinde principium meriti cadere sub meritum. Insuperabilis igitur est illius rationis vis.

## SECTIO V.

*De merito Virginis, circa Maternitatem nullam pactum, & contrariorum argumenta soluta.*

221.

Ationes quas sect. 1. pro asserente sententia protulimus non illam efficiunt, Phrasim enim Patrum, quam non negamus non infert meritum Virginis sanctissimæ erga Maternitatem; loquuntur enim non proprie, & rigorosè de merito, vt Scholastici loquuntur, sed voces illas sumunt in significatione vulgari, qua etiam qui indigni sunt dignitate aliqua, vel beneficiis & amicitiis Principis alicuius dicuntur illam dignitatem meruisse, vnde meritum sonare etiam videtur felicitatem, & idem omnino est asserere aliquam dignitatem meruisse, quod ita fuisse felicem vt illam consequutus sit, siue merita ad illius executionem habuerit siue non, quod sine dubio vilo clarè cernitur in illis verbis Augustini Patris in benedictione cerei, ô felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem. Vbi illi duo termini constituuntur, & tamen illorem nullus verum importat meritum. Dices, ibi nullam intelligi posse actionem meritoriam ex parte culpæ. At vbi interuenit opus, quod

saltem extrinsecè accipitur vt meritum ad præmium optimè meritum intelligi posse saltem de congruo. Sed contra primo, quia illa testimonia inducuntur; vt asserentia meritum de condigno. Secundo, quia illa doctrina refellitur ex vsu Ecclesiastico, in oratione enim quam canit Ecclesia post completorium post natiuitatem Domini asseritur, & incipit: *Deum qui salutis aeternæ, dicitur. Per quam (scilicet Virginem Mariam) meruimus accipere auctorem vite Dominum nostrum Iesum Christum; & tamen certissimum est nos Incarnationem non meruisse executioni mandandam in visceribus Virginis sanctissimæ. Præterea sanctorum Patrum loquutiones non magis asserunt meritum condignum, quam verba Ecclesiæ, quæ articulo D. Thomas, in illo art. 11. ad 3. Vnde explicanda sunt solum illis significari Beatissimam Virginem illum meruisse sanctitatis, & puritatis gradum, qui necessarius fuit, vt congruè, & idoneè esset Mater Dei, quæ explicatio cum sit D. Thomæ, optima est, & illa proposita testimonia non vigeant, præcipuè cum Patres illis non potuerint asserere rem impossibilem quale est meritum illud.*

D. Thom.

222.

Ad secundum concedo maiorem, & nego minorem, & ad primam illius probationem desumptam ex loco Psalmi 44. nego illa verba etiam si sint Dauidis ad Virginem sanctissimam habere rationem pacti, & fœderis de conferenda Maternitate, de qua ibi nec obscurissimum Verbum, quod præmium illud significet, solum enim adhortatio est ad sanctitatem, quæ in rerum omnium renunciatione propter Christum consistit. Deinde vnde constat verba illa esse Dauid solum ad Beatissimam Virginem, vel etiam Spiritus sancti; communia enim sunt ad quamcunque animam, etsi secundum sensum, quam attingit Chryssippus intelligantur solum vt timorem quem concepit Maria sanctissima ex annunciatione Conceptionis, ita loquutus Dauid Virgini sanctissimæ, quæ nesciebat se sanctam fuisse à primo Conceptionis instanti, suadeat Adamianum peccatum illi nulla ratione nocuisse, ac proinde populum suum, & domum Patris sui nunquam impedire posse, quod Rex non concupiscat decorem suum, ac proinde debere obliuisci populum suum, & domum Patris sui contaminatam originali peccato, verba Chryssippi huc tendunt. Populus enim (inquit) à quo cognationem contraxisti nequam est, ignominiam tibi asserret. Populus imprudens tibi irreprehensæ natura propagini iunctus est, & cultura spinarum ferax rosam tuam producit. Obluiscere autem vna cum populo etiam domum Paternam: & post pauca. Ne post hæc attendas animum, quoniam in Regiam transmutaueris: Et non sub conditione, sed absolute, & simpliciter Dauid in hoc sensu Chryssippi vaticinatur Virgini Dei Matrem futuram, & illi, suæque Beatitudini congratulatur vt inferius idem auctor aduertit. Adde hæc conditionem, aut pactum Virgini sanctissimæ nunquam villo modo fuisse nota. Ad quid vero fœdus, quod in notitiam Virginis de dignitate conditionatè futura nunquam venit; Præterquam quod fœdus nunquam percatitur nisi

Psalm. 44.

nisi illius notitia sit in eo ad cuius vtilitatem componitur pactum, in notitiam Virginis non venisse ostendunt verba Virginis diuæ ad Angelum Gabrielem, quibus rogat de Incarnationis mysterio nuntij nouitate perculsa se Virginitatem vouisse affirmat, quasi existimaret hanc non posse componi cum dignitate Matris, quod Virgo non opponeret si illi aliquando in mentem venisset se Matrem Dei futuram, potius enim si tantæ dignitatis villo modo conscia esset ad ingressum Angeli, primaque illius verba, cognouisset statim sibi nunciari tempus felicitatis tantæ & Dei Maternitatis adesse, quia natiuitas Dei à Matre futura Virgine secundum vaticinium Isaïæ de quo statim, quod Mariam sanctissimam nunquam præteriri potuit. In Dauidis ergo verbis fœdus non est, sed prophetia Incarnationis Dominicæ, Thaumaturgi verba nec pactum sonant nec fœdus significant, vt consideranti apparebit, & multo minus Athanasij, qui solum asserit Dauidem prophetasse, seu indicium fecisse Incarnationis futuræ ex Virgine puerpera.

223. Ad secundam minoris probationem nego verba illa: *Ecce Virgo concipiet Isaia 7.* Habere rationem pacti. Patres enim pactum ibi non cognouerunt vnquam, sed solum promissionem, & vaticinium de Incarnatione Verbi diuini ex Beatissima Virgine, nec ibi memoria vlla fœderis illius. Achab enim reuenerit peferere signum à Domino, & consequenter Isaïæ in cuius conspectu loquebatur, promittit Isaïas, & vaticinatur signum magnum, Virgine scilicet concepturam, & parituram Deum. Deinde illud pactum si constitutum fuit vt adornat Cerdensis, generale fuit ad omnes Virgines Israël, & non determinatum solum ad Virgine sanctissimam, etsi in illis verbis inclusum Hebræi doctissimi illud penetrarent, cur ergo Virgines Israël nunquam Virginitatem voluerunt, cur non intenderunt tantam dignitatem promissam cuiicumque, quæ se Virgine conseruaret. Mirum enim est nulli in mentem hoc desiderium tantæ dignitatis venisse. Dicit fortasse aliquis in mentem alicui saltem venisse, & hanc dignitatem, & desiderasse, & per opera bona intendisse. Sed contra, quia iam saltem aliqua Virgo meruisset Maternitatem, & cum Maternitas solum collata fuerit Mariæ, meritum alterius Virginis sine præmio remaneret, atqui iniustus non est Deus, vt illius operis obliuisceretur, vt asserit Apostolus. Dices Deum non concurrille cum alia Virgine præterquam cum Maria sanctissima, vt de facto eliceret actum, quo Virginitatem voueret, & se ad tantam puritatem de condigno merendam disponeret, quia decreuerat ex Maria sanctissima Christum nasciturum, verum hæc euasio ostendit nullum pactum intercessisse de Virgine conferenda Maternitate, si suam conseruaret integritatem. Ad tertiam minoris probationem illa verba Matthæi 22. *Hoc autem factum est, &c: siue sint Angeli, siue Euangelistæ nullum præferunt pactum, sed solum ostendunt impletam iam esse prophetiam de Conceptione Virgineæ, & Messie generatione.* Cætera testimonia, quæ Cerdensis adducit nulli sanctorum fœdus tenuerunt, & quidem mirum est Virgi-

nem sanctissimam fœdus illud non penetrasse, cum apprimè sacras litteras intelligeret, magnamque intellectus ipsius esset acumen. Si enim penetrasset, non ad Angelicos paueret affatus, nec nuntium de sua felicitate tanta cura examinaret, modumque Conceptionis inquireret, quæ iam nouisset, quod si Virgo permaneret virumque cognosceret, non posset esse Deigenitrix iuxta vaticinium Isaïæ in Israël quidem notissimum. Potius enim propositum de seruanda integritate, & viro cognoscendo nunquam illam in spem tantæ dignitatis sine superbia erigeret, vt alibi datus acutè considerauit Chryostomus.

224. Ad tertium principale nego consequentiam, & ad illius probationem ostendimus vestigat. prima disput. 11. Dignitatem Matris Dei esse excellentiorem gratia, & beatitudine. Ad confirmationem concedimus Maternitatem non esse rem infinitam, sed asserit necessariam connexionem cum Incarnatione, quæ quid infinitum est ex parte personæ assumptis naturam humanam, cum qua proportionem non habent opera Virginis etiam si dignificentur à Maternitate radicali.

225. Ad quartum concedo maiorem, & nego minorem, licet enim conentur aliqui monstrare posse mereri Beatissimam Virgine Maternitatem actualem & non Incarnationem, illud non sunt assequuti, nec vnquam poterunt explicare, sicut nec fugere absurdum illud quod principium meriti cadat sub merito, vt constat ex recentiorum solutionibus quæ efficaciter refutauimus, sententiam vero Francisci Suarez quæ probatur illo argumento refellimus sectione 3. conclus. 3.



## DISPUTATIO XII.

*Vtrum saltem potentia absoluta aliquo modo potuerit mereri Virgo Maria Maternitatem? Vbi de illius continuatione.*



226. Væ supersunt difficultates ad exactam tractationem de merito Virginis Sanctæ Mariæ circa Maternitatem radicalem, seu sumptam in actu primo, & breuiter sunt resoluendæ. Prior est, An saltem absoluta potentia aliquo modo Beatissima Virgo potuit mereri Maternitatis dignitatem cuius sensus vt intelligatur, sciendum est Maternitatem vt ex superioribus constat asserre secum ex natura rei impeccabilitatem, confirmationem in gratia, & perseverantiam in illa. Vnde absolute Deus non potest Matrem suam odisse cum hoc tamen stat, quod hæc dignitas possit considerari sine his affectionibus, & sine omnibus illis, quæ ad illius sequuntur substantiam, ita vt præcisè consideretur vt est qualitas illa, quæ est formale principium generationis Christi Domini. Cum ergo constet ex superiori disputatione Maternitatem, vt infert omnes illas perfectiones non potuisse cadere sub merito Virginis, etiam absoluta potentia. Difficultas nunc est an saltem illa potuerit Virgo purissima meruisse, vt præcisè dicit illam supernaturalem virtutem, quæ difficultas tractanda etiam de actuali Maternitate.

227. De hac asserit Hurtado de Mendoza, de Incarnat. disp. 28. sect. 2. subsect. 2. art. 2. n. 72. & probat n. 73. ratione qua Suarez, disp. præcedenti, citatus probabat de potentia Dei absoluta Virgine potuisse mereri Matris dignitatem. Dignitas Matris secundum substantiam seclusa impotentia peccandi, aut occasione vitandi peccatum non excedit merita possibilia creaturæ puræ, ergo potest eam mereri condignè. Antecedens probat: illa dignitas est finita, merita autem sunt infinita syncategorematicè, & possunt esse categorematicè infinita intentione, & multitudine, quod dicit se probaturum disp. 48. art. 15. ergo possunt æquari Maternitati.

228. Dico tamen primò. Maternitas Virginis, siue sumpta in actu primo, siue in actu secundo, etiam absoluta potentia spectata, vt dicit præcisè, aut supernaturalem virtutem productiuam Christi Domini, aut actualem illius generationem non potuit villo modo cadere sub meritum Virginis sanctissimæ. Ita necessario qui simpliciter docent Matris dignitatem superare merita puræ creaturæ, & consequenter Virginis purissimæ. Probatur efficaciter ratione optima, quam tetigimus disp. præced. Merita puræ creaturæ, etiam Virginis sanctissimæ non possunt de condigno mereri Incarnationem; ergo neque Maternitatem quacumque ratione sumatur, aut vt includit dona illa supernaturalia, aut vt ab illa præscindit. Antecedens supponitur vt certum, & consequentia probatur, quia Maternitas, tã in actu primo, quã in actu secundo dicit naturalem connexionem cum Incarnatione, & intrinsecè dicit ordinem ad illam necessitate tanta, vt sine Incarnatione non possit intelligi, & ex vi futuritionis huius dignitatis futura esset Incarnatio, etiam si illius futuritionis nullum decretum staret. Probo, quia si nihil Deus de Incarnatione decreuisset ante electionem Mariæ sanctissimæ in Matrè Dei, sed decreto suo determinaret illã futuram reipsa Matrè Dei, de facto etiam Deus in illa ex illaque assumeret carnem humanam, & fieret homo, vt ex se est manifestum, neque repugnat hoc modo posse Deum Incarnationem intendere, & velle: habet ergo intrinsecam connexionem Maternitas in actu primo, & secundo cum Incarnatione, & generatio actualis identificatur cum termino producto, atqui fieri non potest, vt quis mereatur principium alicuius effectus, & actionem productiuam illius, quæ stabunt infallibiliter, quin mereatur etiam terminum productum: ergo non potest Maria sanctissima mereri de condigno, aut virtutem illam supernaturalem, aut exercitium illius, etiam præcisè, quin Incarnationem mereatur.

229. Ratio autem Petri Hurtado, inefficax est: nego antecedens, & ad illius probationem nego dignitatem Matris, vt includit terminum esse quid finitum, asserit enim secum rem infinitam, scilicet personalitatem Verbi terminatam

227.  
Hurtado de  
Mendoza.  
Suar.

228.

224.

225.

226.

humanitatem vt explicuimus, quam non possunt perungere merita creaturæ puræ, etiam si sint infinita syncategorematicè, & etiam si sint categorematicè infinita intentione, & multitudine, de quo modo non disputo, solum assero sententiam communem, & veriorum infinitudinem illam nunquam admittere.

Posterior difficultas est, an saltem Virgo sanctissima potuit mereri continuationem illius virtutis supernaturalis iam infusæ sine meritis & conseruationem illius, & quidem non potuisse mereri illius continuationem ante Incarnationem deducitur clarè ex dictis. Tunc enim habet connexionem cum Incarnatione. Vnde illud solum inquiritur, an Incarnatio exercita, & suo munere functa virtute illa, generatione scilicet actuali potuerit Virgo Maria virtutem illam mereri, quantum ad conseruationem & continuationem illius, & suppono virtutem, & dignitatem Matris Dei æternaturam ratione suæ naturæ, & entitatis,

Negabit Nazarius, qui negat Christum meruisse continuationem vnionis hypostaticæ, & Incarnationis, tom. 1. in 3. part. quæst. 2. art. 11. controuersia 1. quæst. 5. quam sententiam variis probat rationibus, quæ applicari non possunt præsentis instituto. Sed asseruabit Hurtado de Mendoza, qui de Incarnatione disp. 62. sect. 5. subsect. 1. n. 59. 60. & 61. docet Christum potuisse mereri Incarnationis continuationem, & perpetuitatem, quod etiam tenuit Vasquez, disp. 21. cap. 8. ex 1. tom. in 3. p.

Dico secundò, Etsi de facto Beatissima Virgo non meruerit continuationem, & conseruationem illius virtutis post Incarnationem, absoluta potentia potuit illam de condigno mereri. Hæc assertio est ad mentem Gabrielis Vasquez, & Petri Hurtado, & necessario amplectuntur illam, qui affirmant magnum perseverantiam donum posse cadere sub merito de potentia absoluta, ita Reuerendissimus M. Cummel, 2. tom. in 1. 2. q. 114. art. 9. dub. 1. §. sed profecto pag. 887. column. 2. Probatur primo conclusio. Dignitas Maternalis suo iam munere functa non asserit secum Incarnationem, sed illam iam factam supponit: ergo merita Virginis sanctissimæ pertingere potuerunt vt præmium conseruationem & perpetuitatem illius supernaturalis virtutis, & dignitatis Maternalis: antecedens constat, quia illa virtus solum collata fuit Mariæ sanctissimæ, vt semel generaret Christum Dominum. Vnde post generationem actualem, neque inclinatur in aliam generationem, neque habet connexionem cum illa, sed intelligi potest sine illa connexionem, quam ante actualem generationem habebat cum Incarnatione. Consequentia vero probatur, quia tota ratio propter quam negauimus meritum in ordine ad Maternitatem sumptam in actu primo de sumebatur ex intrinseco nexu, & connexionem illius virtutis cum Incarnatione futura. Hac ergo cessante nulla in illius merito est repugnantia. Secundò probatur, si propter aliquam rationem repugnaret meritum hoc Virginis sanctissimæ, esset quia ex illo sequitur Mariam sanctissimam mereri perseverantiam donum, & confirmationem in gratia, sed non repugnat

230.

231.  
Nazarius.

Hurtado de  
Mendoza.

Vasq.  
232.

Vasq.  
Hurtado.

M. Cummel.

meritum doni perseverantiae de absoluta potentia ; ergo neque repugnat Virginitatem. Discursus est legitimus, & Minorem probat Noster Magister, tum quia Deo non est de negandum, quod non affert manifestam implicationem, quae in casu disputationis non ostenditur, tum etiam quia potuit Deus sua lege statueret, ut iusto bene operanti donum perseverantiae concederetur, ut praemium illius operis.

233. Dices, hanc rationem non arguere meritum de condigno, sed ad summum de congruo, quia opera iusti, etiam Virginis genitricis non dicunt inclinationem ad perpetuitatem, & conservationem gratiae, & impeccabilitatem, sed ad summum non ex iustitia, sed ex liberalitate possunt accipere ut remunerationem, donum perseverantiae cui non sunt proportionata. Sed contra, quia merita Virginis Beatissimae dicunt illam inclinationem, imò & proportionem cum continuatione illius virtutis, & perseverantiae dono dignificantur enim à dignitate radicali Matris, ex qua sumunt proportionem illam cum continuatione, & conservatione illius virtutis; ex hoc ergo capite dignitas meritorum Virginis non est inferior, quam continuatio Maternalis dignitatis.

234. Dices rursus: ergo de facto Virgo sanctissima meruit illam continuationem. Nego consequentiam, quia aliud est opera habere proportionem cum praemio, aliud praemium mereri de facto ex vi illorum operum. Explico: merita Christi Domini habuerunt proportionem cum omnium hominum actuali salute, & cum omnibus auxiliis & gratiis necessariis efficaciter ad salutem consequendam, & tamen de facto non meruit omnibus hominibus salutem, & gloriam efficaciter, sed sufficienter solum, quia Deus neque illa opera infiniti valoris ordinavit ad omnium hominum obtinendam salutem efficaciter, & in effectu, nec constituit pactum, aut promissionem de illius futuritione absoluta & efficaci. Eadem ergo ratione merita Virginis, ut dignificantur à dignitate maternali, quae est gratia proportionem habent cum continuatione illa, & dono perseverantiae, sed noluit Deus acceptare illa ut actualiter essent meritoria illius continuationis, licet illa potuerit acceptare, ut opera Christi ad absolutam consequentiam gloriae omnium hominum.

235. Dices ulterius. In aeternis nulla est formalis continuatio: ergo Beatissima Virgo non potuit mereri continuationem suae dignitatis Maternalis; antecedens probatur, quia in aeternorum existentia est tota simul, & durat per vnicum instans indivisibile, quod nostro tempore correspondet, & consequutio probatur, quia dignitas Maternalis est aeterna, atque adeo nullam habet continuationem, & extensionem, cum ergo Beatissima Virgo non potuerit mereri primam infusionem dignitatis Maternalis, nec mereri potest illius continuationem, ita disputat Nazarius, citatus §. quibus praemissis, & infert Christum Dominum non potuisse mereri continuationem Incarnationis. Respondeo, omitto antecedens, & nego

consequentiam, ratio est, quia etiam si aeterna existunt indivisibiliter, & illorum existentia sit tota simul, possunt nihilominus destrui à Deo, ita ut in aeternum non durent, quia etsi secundum naturam à parte post sint aeterna, aeternitatem non habent in ordine ad potentiam Dei, quae illa quia creaturae sunt potest destruere, quid ergo prohibet quod Deus ex vi alicuius meriti impulsus velit non destruere, quae absolute poterat destruere; illud igitur meritum extenderetur ad continuationem, ita respondet Hurtado, sect. 2. sectionis 5. §. 67. qui etiam enervat rationes alias Nazarij, videndus vterque.

Hurtado. Nazarius.



DISPUTATIO XIII.

Utrum ex vi dignitatis Maternalis sine gratia habituali potuerit mereri Sacra Deipara gloriam?



FFIRMANTEM resolutionem horruere in nostris duodecim propositionibus aliqui nostri temporis Theologi non valentes intelligere rationem meriti sine gratia habituali, qua filij Dei nominamur, & sumus, sed rursus timuerunt, ubi non erat timor, inde sapientiores Magistri thesi subscriperunt nostrae Hispali, Granatae Cordubae, Matruti, Compluti, & Salmanticae, ubi plausu magno (Matri sanctissimae gloria, & filio Laus) duodecim nostrae propositiones fuerunt exceptae, & approbatae. Supponit controuersia Virginitatem sanctissimam de facto meruisse per gratiam habitualement, quae de facto, & ex natura rei est formale principium meriti, & dignificat actiones supernaturales in ordine ad augmentum gratiae, & consequentiam gloriae, & dubitat an si absoluta potentia Virgo sanctissima gratia habituali non esset ornata, sed solum resideret in illa physica dignitas Maternalis, eliceretque actus supernaturales, illi verè, & proprie meritorij essent de iustitia augmenti gratiae, & gloriae, sicut meritorij fuere actus illi quibus de facto meruit gratiam, & gloriam, quam nunc habet in caelis?

236.

Negarent qui existimant ita necessariam esse gratiam habitualement ad meritum, ut etiam Christus Dominus mereri non posset, si non habuisset gratiam habitualement, quam existimant tanto Domino infusam, ut illius actus essent meritorij. Ita opinantur expressè Durandus, 3. distinct. 13. quaest. 1. num. 8. Paludanus, ibidem quaest. 1. conclusionem 3. Capreolus, distinct. 19. & 20. quaest. vnica Marsilius, in 3. quaest. 10. art. 1. Vincentius, relectione de gratia Christi, q. 1. pag. 96. Cabrera, 3. p. q. 7. artic. 1. disp. 3. fauet Bonauentura, 3. dist. 13. art. 1. quaest. 1. citatur Driedo, de captiuitate, & redemptione generis humani tract. 2. cap. 2. p. 2. Id quod à fortiori docerent de iusto qui esset pura creatura, & quidem de facto nullum esse meritum

Durand. Paludan. Capreolus. Marsilius. Cabrera. Bonauent. Driedo.

237.

Angelico M. Cumel. Trident. Bellarmin.

Ioan.

Greg. Magn.

August. Prosper. Cyillus. Bernard. Chrysof. M. Cumel.

238.

239.

S. Thom.

meritum sine gratia habituali docent Scholastici cum Magistro in.... & Interpretes sancti Thomae, cum Angelico Magistro 1. 2. q. 114. art. 2. Vbi videndus M. Cumel, quae veritas determinata est in Concilio Tridentino sess. 16. c. 16. Vbi inter alias condiciones ad meritum recensetur status gratiae sanctificantis, & clarè asseritur & expressè in pluribus testimoniis, quae afferuntur à Bellarmino 3. tom. lib. 5. de iustificatione c. 12. sufficiant pauca, Ioan. 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Vbi manere in Christo significat statum gratiae sanctificantis, qui si non adsit opera non sunt meritoria, neque alicuius fructus in ordine ad vitam aeternam, proinde Dominus Christus addidit: Si quis in me non manserit mitteretur foras, & colligent eum, & in ignem mitteretur, Rom. cap. 8. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei. Et statim quod filij & haeredes, ubi significatur status sanctitatis, licet opera non excludantur: si tamen compatimur. Ad Galat. 1. si filius, & haeres. Probari etiam potest ex Magno Gregorio qui lib... Moralium tractans illud Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & munera eius. expendit Deum non habere offerentem propter munera, sed munera propter offerentem. Ex quibus constat etiam Beatissimae Virginis meritoria non esse, nisi gratiam habeat sanctificantem; generaliter enim illam requirunt Patres Augustinus, Prosper, Cyrillus, Bernardus; Chrysostramus, quos refert Magister Cumel. 2. tom. 1. 2. q. 114. art. 2. disp. 1. conclus. 2. qui affirmat S. Thomam, ibi & 3. contra Gentes cap. 150. & Ferraram, cap. 147. gratiam habitualement petere ad meritum etiam absoluta potentia. Probatur primo. Dignitas, & perfectio intrinseca operationis meritoriae sumitur & attenditur penes principium proximum operandi, sed sine gratia habituali Maria sanctissima non esset etiam absoluta potentia intrinsece proportionata vitae aeternae; ergo etiam absolute non posset mereri sine gratia habituali: Consequentia probatur, quia opus ut sit meritorium gloriae debet esse illi proportionatum, sumit autem proportionem ab operante: minor ostenditur, quia sola gratia habitualis constituit hominem consortem diuinae naturae, & maior firmatur, quia mereri est conditio tenens se ex parte operantis.

Secundò probatur, si Maria sanctissima elicere posset opus meritorium sine gratia, sequeretur potuisse sibi mereri primam gratiam; Consequens est falsum; ergo & antecedens; sequela probatur, quia non posset mereri sine gratia nisi vi, & ratione gratiae Maternalis; tunc sic: ergo actus ille, qui dignificaretur gratia Maternali posset esse meritorius primae gratiae sanctificantis. Probo, quia procedit à persona gratia, & nondum habente gratiam habitualement. Sequelam vero concedet nullus, iam enim prima gratia sanctificans non esset gratia, cum esset ex operibus supernaturalibus proportionatis.

Tertiò probatur, Mariam sanctissimam sine gratia habituali non posse mereri vitam aeternam ratione qua utitur sanctus Thomas, ad id ostendendum de quolibet iusto 1. 2. q. 114. artic. 2. quae potest ad hanc formam reduci, Nullum opus excedens virtutem agentis ordina-

tur ad efficiendum ultra virtutem actionis, sed vita aeterna excedit omnem virtutem creatam, quae reperitur in Maria sanctissima si destituatur gratia habituali; ergo etiam potentia absoluta opera Virginis seclusa gratia habituali non sunt meritoria vitae aeternae de condigno. Maior Diui Thomae, necessario intelligitur de causa principali, qualis est respectu meriti quilibet iustus; non enim meretur ut instrumentum. Rationes aliae videri possunt apud Reuerendissimum Cumel, 1. 2. q. 110. art. 4. disput. 3. qui ad ostendendam sententiam asserentem hominem non posse de potentia absoluta esse gratum sine gratia habituali intendit ex sententia Capreoli; Aureoli; & Ruardi, hunc effectum gratificandi ita esse intrinsecum, & essentialem gratiae habitualis, ut ab alia forma non possit prouenire ex quo sequitur opera Virginis non posse esse meritoria sine gratia habituali.

Cumel.

240.

Dicendum tamen est Mariam sanctissimam seclusa habituali gratia potentia absoluta ex vi solius dignitatis Maternalis mereri posse vitam aeternam de condigno, si illi infint habitus charitatis, & alia dona supernaturalia, quae sunt ratio formalis eliciendi operationes supernaturales; ita necessario docent, qui existimant gratiam habitualement absoluta potentia non esse necessariam ad rationem meriti, & qui affirmant illam non fuisse necessariam in Christo Domino; ut posset mereri nobis gratiam, & gloriam. Primum docent Gabriel, 1. distinct. 17. quaest. 3. Ochamus, q. 2. Scotus, dist. 17. quaest. 2. quem imitantur Scotista, & expressius quaest. 114. disput. 1. conclus. 5. Secundum docent idem Magister, ibi quaest. 2. Scotus, lib. 3. de Natura, & gratia cap. 6. & 4. dist. 19. quaest. 1. art. 2. Vega, in Tridentinum lib. 6. cap. 6. Suarius, 3. part. quaest. 7. artic. 1. disp. 18. sect. 1. & disp. 39. sect. 2. Vasquez, disput. 41. cap. 3. & 4. Lorca, disp. 36. Pesantio, disput. vnica, Araujo, dub. 2. conclus. 4. & 22. q. 23. art. 2. dub. 2. Ragusa, 3. p. q. 1. art. 2. disp. 4. proposit. 4. Etiam est communis sententia. Docent etiam necessario hanc asserentem, qui existimant actum contritionis Dei esse ex natura rei formam sanctificantem, hi enim consequenter docent hominem vi contritionis sine infusione gratiae habitualis posse esse, & de facto esse gratum, ac proinde posse de condigno mereri primam gratiam habitualement si ab illa non procedat contritio, sed solum ab auxilio, quod concedit Vasquez, 2. tom. in 1. 2. disput. 219. c. 5. n. 5. Docerent etiam hanc conclusionem nullo negotio, qui iudicant primam gratiam habitualement posse esse praemium meriti procedentis ab altera gratia priori ab habituali distincta, quod asseruit Ludouicus Turrianus, disp. 1. dub. 10. n. 7. de conditionibus ad meritum requisitis, & nulli non potest non placere si semel intelligat Maternitatem Dei esse formam sanctificantem. Hac vero assertio probari potest omnibus rationibus quibus praedicti Doctores suas conformant sententias.

Gabriel. Ocham. Scotus. Vega. Suarius. Vasq. Lorca. Pesantio. Araujo.

241.

Nunc vero probatur vnica illaque efficaci ratione. Actus procedentes à Sacra Deipara ex vi virtutum supernaturalium etiam seclusa gratia habituali efficerentur à persona grata, & amica constitutaque intrinsece in sanctitatis

statu: ergo de potentia absoluta ex vi dignitatis Maternalis gratia habituali seclusa; Sacra Deipara posset mereri vitam æternam. Consequenter suadet, quia præter ea, quæ in hac assertionem numerantur solum ad meritum status sanctitatis desideratur. Antecedens vero probatur, gratia enim Maternalis, ut distinguitur ab habituali est propriè, & formaliter sanctitas, cõstituit gratiam, & sanctam Sacram Deiparam, quæ ratione illius virtutis est filia Patris æterni singularissimo, & excellentissimo modo filiationis nulli alteri creaturæ rationali communicabilis est, quam doctrinã auctoritate SS. PP. & Scholasticorum, scripturæ testimoniis, & Conciliis, & præterea optimis rationibus non solum intendimus, sed euincimus vestigatione principali secunda, disp. 2. 3. & 4. in qua peculiariter videnda sunt quæ diximus sect. 2. de singulari filiatione Deiparæ; & disp. 3. sect. 4. 5 & 6. Vbi monstrauimus à primo seculo nascentis Ecclesiæ vsque ad præsens nunquam defuisse assertores sanctitatis corporeæ Virginalis in Maria ad ostendendum sententiam nostram, non solum esse veram, sed antiquissimam ita vt nata fuerit in exordiis Ecclesiæ. Videantur tres illæ disputationes, non enim est animus illa repetere, quæ ibi fuisse disputauimus.

242.

Ex his colligo primo, quod si illis actibus supernaturalibus principium habitus, & existentiam non dedissent, sed orirentur solum ab auxiliis transeuntibus, vt contingit in prima iustificatione adultorum adhuc essent meritorij vitæ æternæ, seclusa gratia habituali; tamen si non ita connaturaliter, vt modo sunt meritorij. Probo primum, quia essent supernaturales & liberi secundum substantiam, & procederent à persona sanctissima, secundum, quia post primam iustificationem connaturalis, & status modus operandi est per habitus infusos permanentes, non vero per auxilia fluentia, vt fert communis Theologorum sententia.

243.

Colligo secundo, quod si Sacra Deipara præternaturaliter fuisset creata sine gratia habituali, optimè posset suis actibus illam mereri vi dignitatis Maternalis. Probatur, supponendo in illo casu gratiam non fluxisse à Maternitate per simplicem emanationem. Actiones Sacræ Deiparæ tunc haberent proportionem cum gratia habituali, imo & cum gloria, & re ipsa procederent à singulari gratia perfectissima adoptionis Sacræ Mariæ; ergo verè posset mereri primam gratiam habitualem. Nec obstat primam gratiam non posse cadere sub meritum, quia vt rectè notauit Magister Cumel, loco citato iam illa gratia habitualis non esset prima, quia supponitur infusa gratia Maternalis, quæ dignificaret illas actiones.

Cumel.

244.

Colligo tertio, quod in casu conclusionis Sacra Deipara non mereretur miraculosè, & præternaturaliter, sed sine vilo vltiori miraculo distincto ab illo, quo ablata fuit illi gratia sanctificans, aut illi non fuisset infusa, quod maximè est aduertendum. Vnde absoluta potentia, & actio diuina, & miraculosa cedit supra non existentiam gratiæ habitualis, non vero supra actiones supernaturales, & meritorias, quæ iuxta suam naturam tales essent. Ratio est manifesta, quia procederet à persona

gratissima, & sanctissima ex imperio, & motiuo charitatis, & essent proportionata vitæ æternæ. Essent enim supernaturales: & aliàs procederent à gratia quæ natura sua esset principium formale meriti, ea ratione qua vnio hypostatica esset principium sanctificandi animam Christi Domini, & actiones redderet sine vilo miraculo & ex natura rei meritorias, si in Christo Domino non fuisset gratia habitualis. Confectarium hoc maiori explicatione, & probatione non indiget. Videantur Doctores qui 3. p. q. 7. art. 2. affirmant gratiam habitualem non fuisse necessariam in Christo Domino, vt opera illius essent meritoria simpliciter. Hoc enim illis collatum ex anteriori sanctitate, aut increata, aut creata, quæ præcesserat in assertore nostro. Personalitas enim, & vnio hypostatica sanctificabant humanitatem, & dignificabant actiones illius.

245.

Ad ea vero quibus probatur negatiua sententia facilis est solutio. Testimonia enim Sacræ scripturæ loquuntur de potentia ordinaria iuxta enim rerum consuetum cursum nullus meretur, si non habeat gratiam habitualem, qua iusti constituuntur filij Dei, & hæc est solum doctrina Concilij Trident. Sanctorum auctoritates ex eadem intelligentia non vrgent; Patres enim non loquuntur de potetia absoluta, sicut nec D. Thom. & Ferrariensis locis in probatione illa allegatis; solum enim asserunt etiam absoluta potentia requiri ad meritum sanctitatis statim. Nostra sententia Angelico Doctore non opponitur, non enim negamus ad meritum Virginitatis sanctissimæ non requiri statum sanctitatis, sed affirmat statum sanctitatis prouenientem à dignitate Matris esse sufficientissimum ad rationem meriti.

246.

Ad primam rationem nego minorem; ostendimus enim vestigatione 2. 3. & 4. disp. Maternalem sanctitatem esse formalem sanctitatè, & vestigatione 1. disp. 6. & 7. esse formalem participationem diuinæ naturæ fecundæ, vt reperitur in Patre, vi igitur illius sufficientissimè proportionabatur Virgo sanctissima, & illius actiones cum vita æterna, ac proinde non extrinseca acceptatione Dei, sed ex intrinseca natura rei, & Virgo Beata, & illius actiones erant gratiæ, & gloriæ proportionata, & ad probationem minoris dico negandum esse antecedens; ille enim effectus, scilicet reddere hominem participem diuinæ naturæ, non esse solum à gratia habituali, sicut neque reddere hominem sanctum; potest enim causari in rationali natura à diuina personalitate; à diuina essetia ab vnione hypostatica, à visione beatifica ab actu contritionis, vt procedit à charitate iuxta diuersas Theologorum opiniones, de quo non semel à nobis dictum in his vestigationibus. Vide interpretes S. Thomæ, in Materia de Beatitudine, & in materia de gratia, & Turrianum opusculo de forma sanctificante, & in materia de Incarnatione, dum 3. p. tractant de vnione hypostatica, & de gratia Christi Domini.

247.

Ad secundam distinguo consequens: mereri posset primam gratiam habituaalem re ipsa nego sequelam, de absoluta potentia, si illi gratia non infunderetur in primo Conceptionis instanti, sed tempore subsequente concedo sequelam. Re vero ipsa non meruit gratiam habituaalem

bituaalem, tum quia de facto actus illius disponentes ad gratiam informabantur ab illa, ac proinde principium meriti caderet sub meritum. Tum quia iuxta doctrinam Augustini Patris laudatam disp. præced. præmium tempore debet antecedere meritum; vnde Christus Dominus potuit mereri visionem beatificam, si illam non haberet à primo Conceptionis instanti; & eadem ratione primam gratiam habituaalem.

248.

Ad tertiam rationem, nego minorem: Gratia enim Maternalis absolute, & simpliciter est excellentior gratia habituali, & visione beatifica, vt vestigatione prima; disput. 2. 4. latè monstrauimus. Quod ita verum est, vt aliqui intenderint disputantes publicè contra nostram assertionem, excellentius præmium deberi actibus meritorijs Virginis, quia procedunt ab excellentiori principio, quam sit gratia habitualis, & vita æterna, sed negauimus consequentiam. Christi enim actiones sunt infinitæ in valore & procedebant in ratione meriti ab excellentiori principio gratiæ, & gloriæ, & tamen præmium illarum fuerunt auxilia supernaturalia, gratia, & gloria omnium sanctorum. Solutiones aliarum rationum, quas prætermisimus, vide in Reuerendissimo Magistro Cumel, 1. 2. quæst. 110. & 114. disputationibus supra citatis.

Cumel.



DISPUTATIO XIV.

Vtrum vi gratiæ Maternalis absoluta potentia Sacra Maria valuerit mereri aliis gratiam primam sanctificantem? Vbi de illius satisfactione.

249.

Ad art. 6. q. 114. 1. 2. D. Thomæ.

SECTIO I.

Sententia & sequenda.

250.

Angelicus.



ESTIGAMVS effectus dignitatis Maternalis sanctæ Mariæ, vt D. Angelicus in hoc art. vestigabat effectus gratiæ sanctificantis habitualis, vnde difficultas propoita est. An gratia Maternalis in Sacra Deipara ex sua natura inclinationem dicat ad merendum sibi augmentum gratiæ, & aliis hominibus primam gratiam, ita vt si Deus decerneret absoluta potentia, quod Beatissima Virgo vni, aut alteri homini primam gratiam mereretur per opera procedentia à Maternali gratia, verè illa opera proportionem, & dignitatem haberent ad illud præmium, sicut opera iustorum condignitatem, & proportionem habent ad merendam gratiam, & gloriam, ad quod meritum ex diuina institutione cum fundamento in re sunt ordinata. Ad cuius explicationem est aduertendum primam gratiam sumi dupliciter; primo vt significat non solum infu-

sionem gratiæ, sed etiam remissionem peccati: Secundo vt nullum supponit peccatum quod remittatur, sed solum dicit infusionem gratiæ solius; inter gratiam vero sumptam priori modo, & illam sumptam secundo, illud est manifestum discrimen, quod considerata priori modo affert secum effectum primarium, & secundarium, quos simul non affert in posteriori consideratione, vnde inferunt aliqui maius esse beneficium gratiam priori modo infusam, quia collata sic affert culpæ indulgentiam, quam posteriori modo collatam, vbi non affertur indulgentia peccati. Sic considerat Petrus Hurtado de Incarnatione disput. 52. sect. 6. subsect. 4. §. 47.

Hurtado.

251.

Prima sententia affirmat Sacram Deiparam etiam absoluta potentia non voluisse mereri alteri primam gratiam sanctificantem, nec auxilia supernaturalia necessaria ad illius consequutionem, ita Abulens. prolog. in Matth. q. 17. Medina, Codice de pœnitentia tr. 3. de sanctificatione q. 1. Ferrara 4. cõtra gentes c. 54. Diedo de captiuitate, & redemptione generis humani tr. 2. c. 2. p. 3. art. 6. sententia 4. & 9. Gabriel Valq. tom. 1. 3. p. q. 1. art. 2. disp. 4. c. 3. Qui pro eadem refert Antiodorensem, Guillelmum Parient. Alexandrum; Bonauenturam, & alios quatenus asserunt hominem, qui Deus non sit non potuisse satisfacere pro vniuerso genere humano condignè perfectè, & de rigore iustitiæ. Clarius loquitur Valq. c. 5. n. 50. §. Dicamus igitur; vbi ait nullam puram creaturam quantumvis gratia ornatam aliis mereri posse primam gratiam, etiam gratia Dei, id est absoluta potentia. Probari potest primò; per gratiam adoptionis nullus potest alteri primam gratiam, aut auxilia ad illam assequendam mereri; sed gratia Maternitatis est gratia adoptionis: ergo ex vi illius, non potest Virgo sanctissima aliis gratiam primam mereri. Consequentia est euidens, & minor probata est à nobis vestigatione prima disp. 14. vbi asseruimus esse excellentissimam gratiam inter filiationes adoptiuas; & præterea constat, quia Maternitas sacra non est filiatio naturalis, Verbum enim diuinum non assumpsit Virginis humanitatem, vt illa subsisteret. Maior vero ostenditur, quia hæcenus inauditum est aliquem alteri primam gratiam meruisse; quia adoptionis gratia solum ex natura rei habet proportionem cum augmento gratiæ, & cum gloria personæ illam habentis. Secundo potest probari. Quia si Sacra Maria vi Maternitatis mereri posset primam gratiam sanctificantem alicui haberet consequenter gratiam capitis respectu illius, at consequens est impossibile: ergo quod ex vi Maternitatis potuisset mereri primam gratiam alicui. Minor constat quia gratia capitis solum potest reside- re in Deo homine, qualis est Christus Dominus; sequela vero probatur, quia gratia capitis continet gratiam omnium membrorum, quia gratia capitis est, de illius enim ratione hæc continetia est, & ex illa oritur meritum gratiæ omnium membrorum. Tertio, potest probari inul- la pura creatura potest absoluta potentia satisfacere ad æqualitatè, & de toto rigore iustitiæ pro alicuius peccato mortali, ergo nec Beatissima Virgo: vltius ergo neque de condigno

Abulens. Medina. Ferrara. Diedo. Valquez. Antiodor. Guill. Paris. Alexandr. Bonau. Valq.

mereri alteri de condigno primam gratiam sanctificantem. Hæc consequentia probatur, quia eadem est omnino ratio de merito, & satisfactione, & prima ostenditur, quia sacra Deipara quantumvis hac dignitate ornata non extrahitur à ratione puræ creaturæ. Antecedens autem probatur variis mediis, quæ afferuntur à Doctoribus, illud est primum peccatum mortale esse infinitam Dei offensam, actiones vero, & merita puræ creaturæ esse finita. Secundum desumitur ex infinita distantia inter Deum, & creaturam.

252. Secunda sententia affirmat sacram Deiparam absoluta potentia voluisse mereri alteri primam gratiam, & auxilia necessaria ad illius consequentiam. Ita Dominicus Sotus, 4. distinct. 1. quæst. 5. art. 4. ante medium, ubi ait posse concedi à Deo puræ creaturæ vt mereretur de condigno remissionem peccatorum, quæ non solum affert illorum indulgentiam, sed etiam gratiam sanctificantem, vt causam formalem illorum. Suarez, tom. 1. in 3. part. disput. 4. sect. 7. §. Dico iam primò, ubi docet potentia absoluta fieri posse vt prius homo de iustitia satisfaceret pro peccatis totius generis humani. Refert Sotum, de natura, & gratia lib. 3. c. 6. Vegam, lib. 3. in Tridentinum c. 15. Caietanum, & alios cum Angelico Doctore locis infra citandis; sed clarius & expressius hanc sententiam docet Reuerendissimus Cumel, 1. tom. in 1. 2. quæst. 14. art. 6. dub. 1. §. Dixi in superioribus pag. 840. column. 2. rationes afferro infra.

Suar.

Sotus.  
Vega.  
Caiet.  
D. Angelic.

Cumel.

253. Tertia, sententia media inter duas allatas affirmat Beatissimam Virginem ratione Maternitatis potuisse mereri absolutam potentiam aliis primam gratiam sanctificantem, vt dicit præcisè infusionem illius, non vero vt dicit remissionem peccatorum, quod generaliter docet de quocumque iusto. Ita scribit Hurtado de Mendoza, de Incarnatione illa disp. 52. §. 37. versiculo his omnibus. Probat primo, quia nullus alteri potest mereri remissionem peccati; ergo Beata Virgo non potest mereri alteri primam gratiam, vt affert remissionem peccati, etiam absoluta potentia, consequentia est euidens, antecedens dicit se ostendisse §. 14. In quo tamen nec Verbum de hac re; solum enim ibi proponit meritum beatorum, qui iam sunt extra viam & in termino constituti. Probat secundo, quia conferri alicui gratiam non solum sanctificantem sed etiam remissionem corruptelæ, & peccati est maius beneficium, quam infusio gratiæ solius sine peccati remissione, id probat non vno exemplo. Adde plus omnino esse inimicum Deo merito suo conciliare, quam non inimicum positiuè ad suam amicitiam adducere; hoc posterius efficit, qui meretur infusionem solum gratiæ; prius, qui illam meretur, & in remissionem peccatorum.

Hurtado de  
Mendoza.

254.

Mea sententia est sacram Deiparam absoluta potentia vi Maternitatis de condigno potuisse aliis gratiam primam mereri etiam vt affert secum remissionem peccati. Ita Doctores secundæ sententiæ, quibus adde Granado, 1. 2. disput. penultima num. 1. & 3. part. tom. 1. controuersia 1. de Incarnatione tract. 2. disp. 1. sect. 3. num. 17. Ragusam, 1. tom. in 3. part.

Granado.

quæst. 1. art. 2. disp. 4. conclusio 3. illam à fortiori defendent, qui asserunt hominem non Deum posse ad æqualitatem licet non rigorosam satisfacere pro alterius peccato Paludanus, Deca, Caietanus, Ledesma, quibus addere possumus Gabrielem, & Argentinam, 3. dist. 20. Quatenus docent Deum alia via, quam per Incarnationem potuisse perfecte mederi peccato. Et manifestè doceret Scotus, & sui, qui affirmant valorem meriti sumi non ex intrinseca ratione actus, sed ex acceptatione diuina, quod docuit Scotus, etiam de merito, & satisfactione Christi Domini, vt vidimus in hac investigatione. Conclusionis probationi præmitto non repugnare, quod Deus velit actiones meritorias aliquas Beatissimæ Virginis non comparare illi, neque augmentum gratiæ, & gloriam, sed solum ordinari de facto ad promerendam primam gratiam sanctificantem aliis hominibus. Nunc proba, Actiones illæ Beatissimæ Virginis habent proportionem ex vi gratiæ Maternalis cum prima gratia Pauli v. g. & alias actualiter ordinantur, & acceptantur à Deo ad primam gratiam infundendam Paulo; & ad auxilia quæ requiruntur ad illius consequentiam: ergo de absoluta potentia valuit Virgo sanctissima promereri Paulo primam gratiam sanctificantem, & auxilia necessaria ad illius consequentiam: consequentia est certa, & antecedens probatur quoad primam partem, quia actiones illæ, vt informantur à gratia Maternali, & illam afferunt secum, supponuntque in Beatissima Virgine sunt excellentioris naturæ, quam prima gratia sanctificans, vt probauimus latè investigatione 1. disput. 24. ea ratione qua actiones Christi Domini, vt afferunt secum gratiam vnionis sunt excellentiores gratia habituali omnium hominum, ex quo inferunt Theologi ex vi etiam solius vnionis posse Christum Dominum mereri, & de facto meruisse primam gratiam, & auxilia omnibus hominibus, & quoad secundam partem constat idem antecedens, quia liberè potest Deus quamlibet actionem supernaturalem ordinare, & acceptare in ordine ad Pauli gratiam, sicut ordinat, & acceptat ad augmentum gratiæ, & ad gloriam Virginis sanctissimæ.

Palud.  
Deca.  
Caietan.  
Ledesma.  
Gabriel.  
& Argentinus

255.

Dices gratiam Maternalem ordinari solum ex natura sua, & inclinari ad solam gratiam operantis Matris scilicet purissimæ, non vero ad meritum gratiæ existentis in alio subiecto. Vnde illa inclinatio non repetitur in gratia Maternali ex natura rei, sed nascitur seu reperitur ex sola extrinseca diuina ordinatione, non igitur meritum illud esset condignum, sed solum de congruo, & acceptaretur ad præmium non de iustitia, sed solum ex liberalitate diuina. Sed contra primo, quia hæc est manifesta petitio principij, id enim disputamus, vtum ex natura rei gratia siue adoptionis, siue Maternitatis inclinaret in primam gratiam sanctificantem alterius. Secundò, quia probauimus iam proportionem inter gratiam Maternalem, & gratiam primam alterius, ex eo quod illa sit excellentior gratia habituali. Vnde aliud est gratiam Maternalem inclinari in alterius gratiam habitualem, aliud ordinari, & acceptari à Deo ad illam promerendam. Quis enim dubitet gratiam

gratiam Christi Domini inclinari ex natura rei ad promerendam gloriam animæ, & corporis Saluatoris, & tamen meruit Christus Dominus gloriam corporis non vero animæ, non quia proportio, aut inclinatio non esset, sed quia noluit Deus ordinari, & acceptare merita Christi ad promerendam animæ beatitudinem similiter vt diximus in superioribus, mereri potuit Christus Dominus omnibus hominibus efficaciter gloriam & tamen non meruit ex defectu ordinationis, & acceptationis diuina.

256.

Secundò, probatur nostra sententia: non implicat Deum constituere hominem purum caput morale omnium hominum, & illi concedere gratiam capitis ex vi cuius posset mereri aliis hominibus gratiam sanctificantem; ergo non repugnat, quod ex vi Maternitatis Sacra Deipara posset mereri aliis hominibus primam gratiam, consequentia constat à paritate rationis, & antecedens probatur, quia nulla ostenditur implicatio contradictionis. Dices antecedens esse falsum, alii enim Incarnatio non fuisset simpliciter necessaria ad reparationem generis humani, quod tamen negant Patres, quos adducit Vasquez, & referunt alij ad artic. 1. quæst. 1. 3. partis D. Thomæ. Occurro Incarnationem fuisse simpliciter necessariam ad satisfactionem perfectam æqualem, & de toto rigore iustitiæ, vt loquuntur Theologi, & ad quam in satisfaciende nulla deesset conditio necessaria ad satisfactionem rigorosam, non vero ad satisfactionem æquivalentem, licet non modo exercitam, qualis procederet ab homine puro, qui Deus non esset. Vnde Magister Cumel, loco relato admonuit meritum, seu satisfactionem puri hominis qui constitueretur caput morale aliorum hominum necessario futura inferiora, & imperfectiora merito, & satisfactione Dei hominis; cum igitur Deus voluisset, quod ubi superabundauit delictum, superabundaret & gratia, & quod satisfactio esset abundans, & superabundans, voluit satisfactionem, & redemptionem generis humani disponi, & obtineri per Incarnationem Verbi diuini, vt in brachio excelso, quod purus homo non haberet Diabolus mirabiliter vinceretur & ad vnionem etiam personalem cum Deo ascenderet humana natura; inde copiosè dicitur humani generis redemptio, quia superabundans, & non limitata intra canellos hominis, qui Deus non esset. Deus ergo qui voluit hanc redemptionem copiosam voluit per Verbum Incarnatum & non per purum hominem procedere. Videatur Nazarius, 3. part. quæst. 1. artic. 2. controuersia 1. pagina 37. columna 1. §. Secundo respondetur.

V. sq.

Nazarius.

257.

Tertiò posset probari nostra sententia, quia forsan non repugnat gratia puræ creaturæ, quæ ex rei natura inclinatur in bonum, vtilitatem, & gratiam subiecti alterius distincti ab habente illam gratiam. Ex quo vltius deducitur hanc fuisse in Beatissima Virgine, & illam fuisse Maternitatem, quam investigatione 1. disput. 1. diximus esse qualitatem eminentissimam ad plures affectus causandos in genere

causæ moralis, & efficientis. Addere posset aliquis esse doctos Theologos, qui affirmant non esse impossibilem gratiam inclinantem solum expressè in gratiam alterius, non verò in gratiam personæ illam habentis, quia non repugnat habitualis gratia à nostra distincta secundum speciem; quod multi Theologi docent, & constare potest ex variis combinationibus, quas afferunt Hurtado de Mendoza, & Ripalda.

Hurtado.  
Ripalda.  
258.

Hanc ego rationem nec propugno, nec impugno, sed nollem in virtute illa supernaturali omnem eminentiam constituere, ne difficilior videatur nostra sententia de antiqua Maternitatis dignitate à nobis suscitata de nouo, & ex antiquis Patribus deducta. Secundò si iam probauimus illam inclinationem in Maternitate, quia gratia, & quia Maternalis est, non est necessarium aliter solum inclinare in aliorum gratiam; iam enim Maria sanctissima mereri sibi non potuisset gloriam, & vitam æternam sine gratia habituali. Contrarium autem monstrauimus supra disput. 13. Tertiò gratia illa quæ inclinaret in solam gratiam alterius videtur impossibilis, cum enim constitueret sanctam personam habentem dignificaret omnes actus supernaturales illius, & redderet illos meritorios gratiæ, & gloriæ personæ habentis illam gratiam, & quidem naturaliter oppositum non potest contingere, sicut re ipsa nunquam posset contingere, quod merita Christi Domini non dignificarentur à gratia vnionis, & à gratia habituali nec quod opera Virginis purissimæ non informarentur vtraque gratia Maternali, & habituali.

259.

Dices, naturaliter id non esse possibile, bene tamen supernaturaliter; acceptaret enim Deus actiones illius hominis puri habentis illam gratiam distinctam ab habituali secundum speciem ad meritum primæ gratiæ alterius hominis, quæ esset præmium illarum actionum, non verò ad hoc quod essent merita vltioris præmij. Verum facillè occurrit, hoc non esse illam gratiam inclinari solum ad gratiam alterius, sed solum ad alterius gratiam ordinari, & acceptari extrinseca Dei dispositione. Et hic est casus quem supponebamus possibilem ad probationem sententiæ nostræ, vnde illa gratia esset eadem secundum speciem cum nostra, & non diuersa, vt contendit Hurtado §. 43.

Hurtado.  
260.

Probo deinde sacram Deiparam mereri potuisse, virtute Maternalis dignitatis primam gratiam, vt infert remissionem peccatorum. Remissio peccati est effectus secundarius gratiæ sanctificantis; ergo potuit illum mereri Virgo sanctissima. Probo consequentiam, quia meruit secundum suas actiones effectum formalem primarium, qui est excellentior remissione peccati. Adde remissionem peccati (si supponatur) necessario connecti cum infusione gratiæ; vnde contingere non posset mereri infusionem gratiæ, & non destructionem peccati, sicut vt dicebamus disput. 11. non potuit Virgo Matia mereri Maternitatem actualem, quin mereretur incarnationem propter naturalem connexionem, quæ reperitur inter generationem, & terminum illius. Probo etiam secundò, quia etsi sit maius beneficium con-



## SECTIO II.

## Offensa Dei non infinita simpliciter.

ferre simul gratiam, & remissionem peccati respectu illius cui confertur utrumque, adhuc beneficium illud non excedit excellentiam Maternitatis, nec supernaturalis actionis, quæ illa dignificatur, ac proinde posset gratia remissiva peccati esse præmium ex vi Maternitatis Dei genitricis. Probo tertio, dignitas Maternalis est infinita secundum quid; ergo potest vi illius mereri Virgo sanctissima gratiam primam aliis etiam ut dicit remissionem peccati; ostendo consequentiam, quia peccati infinitas in ratione offensæ, non est infinitas simpliciter, sed solum secundum quid, de quo latius in solutionibus argumentorum.

261.

Rogabis, an de facto Virgo sanctissima meruerit alicui primam gratiam, & dona necessaria ut ille exurgeret à peccato. Respondeo huius difficultatis resolutionem pendere à reuelatione. Videndi de illa difficultate: Vtrum prædestinatio iuuetur precibus Sanctorum, quam tractat S. Thomas 1. part. quæst. 23. art. 8. illius interpretes Magister Cumel dubio vnicoco, Carmelitæ Complutenses dubio vnicoco, Suarez lib. 1. de causis prædestinationis cap. 24. Vasquez disput. 94. cap. 5. Arrubal disput. 80. cap. 2. Valentinus Erice disput. 25. illud semper asserendum orationes, & impetrationes quibus Sanctorum iuuatur prædestinatio verè esse effectus prædestinationis hominis, pro cuius salute funduntur.

S. Thom.  
Cumel.  
Complut.  
Suarez.  
Vasquez.  
Arrubal.  
Erice.

262.

Respondeamus rationibus aliarum sententiarum prout à nostra discordant; ad primum primæ sententiæ nego Maiorem, ostendimus iam quid si id non sit possibile de potentia ordinaria; non tamen repugnat de potentia absoluta, & ad illius probationem assero ex eo quod meritum primæ gratiæ alterius non sit auditum, non sequi id esse impossibile; illa ergo consequentia nulla est, maxime cum monstrauerimus gratiam non solum Maternitatis, sed etiam adoptionis habere proportionem cum gratia alteri conferenda, quod verò non extendatur de facto hæc gratia ad gratiam alterius ex eo solum prouenit, quod Deus non statuerit illam, vel ordinare, vel acceptare in ordine ad præmium, de quo disputamus.

263.

Ad secundum posset negari sequela, ex eo enim, quod vni, vel alteri sacra Deipara mereretur primam gratiam sanctificantem, non sequitur quod haberet rationem capitis; caput enim dicit ordinem ad plura membra, quæ illi subordinantur, & in quæ caput habet influxum. Vnus verò, vel alter homo non sunt plura membra. Respondeo secundò, concedendo sequelam, & negando, minorem; gratia enim capitis simpliciter non petit hominem Deum, sed puro homini potest conferri, qui tamen ut diximus illam dignitatem non exerceret perfectione, qua illam Christus Dominus. Deinde illa continentia physica non est, sed moralis proueniens ab extrinseca Dei ordinatione, unde si Deus constitueret purum hominem caput aliorum hominum, moraliter contineret membrorum gratiam, quia illam eis mereretur; & præterea alij homines gratia habituali vterentur, cum dependentia à suo capite morali.

Tertium argumentum tangit celebrem illam controuersiam, vtrum peccatum quodlibet sit infinitum in ratione offensæ, an verò solum finitum. Infinitudinem peccati in ratione offensæ esse absolutam, & non solum secundum quid affirmant Caietanus, Capreolus, Medina, Conradus, Richardus de media Villa, Richardus Victorinus, Gerson, & alij, quos refert, & sequitur Hurtado de Mendoza de Incarnatione disput. 9. sect. 3. Sed offensam in peccato non esse simpliciter infinitam, sed solum secundum quid absolute docent Scorus 3. d. 20. quæst. vnica, & 4. d. 15. quæst. vnica, & illius discipuli, Paludanus, Sotus, Medina, Suarez, Salas, Vasquez, Raguffa, Mendoza Augustinianus, Cabrera, Lorca, Albertinus, Pefantius, & Nazarius apud Araujo 3. part. quæst. 1. art. 2. dub. 3. quos imitantur Ioannes de Lugo de Incarnatione disput. 5. sect. 3. & Granada 1. tom. 3. part. controuers. 1. de Incarnatione disput. 1. sect. 3. num. 33. & alij non pauci; estque communis recentiorum sententia. Tertia sententia vult non vnicam tantum, sed triplicem infinitatem in ratione offensæ reperiri in peccato, vnam ex parte auersionis à Deo; secundam ex parte personæ offendentis; tertiam ex dignitate personæ offensæ scilicet Dei.

264.

Caietan.  
Capreol.  
Medina.  
Conrad.  
Richard.  
Rich. Victor.  
Gerson.  
Mendoza.  
Scotus.

Medina.  
Suarez.  
Salas.  
Vasquez.  
Raguffa.  
Mendoza.

265.

Anselm.

Primam sententiam variè probant illius auctores. Primò auctoritate D. Anselmi lib. 1. cur Deus homo cap. 21. & 24. vbi ait probatam esse peccati magnitudinem rationibus allatis, & lib. 2. cap. 14. ait: *Nunc cogo te ut doceas me, quomodo mors eius præualeat numero, & magnitudini peccatorum omnium, cum vnum, (quod putamus leuissimum) tam infinitum monstrat, ut si numerus ostendatur infinitorum mundorum.*

266.

Mendoza.

Secundò probat Mendoza Hurtado citato loco sect. 3. subsect. 1. §. 17. satis prolixè argumento, quod putat non leue, Omnis dignitas ad pœnam simpliciter infinitam, est coniuncta cum grauitate morali simpliciter infinita in genere demeriti, sed in peccato mortali admisso cum cognitione offensionis diuinæ est dignitas ad pœnam simpliciter infinitam; ergo absolute in ratione offensæ peccatum habet infinitatem simpliciter. Consequentia est euidentis. Maiorem probat; omnis causa actiua adæquata in genere causæ actiue continet totam rationem sui effectus, itaut iste nihil habeat maius, aut minus quam habeat causa adæquata, sed peccatum in genere moris est causa actiua pœnæ, continet igitur peccatum in genere moris, quidquid in pœna reperitur. Consequentia constat, & maior in causis physicis est certissima; effectus enim perfectior nequit esse, quam sua causa, & in moralibus causis probatur, quia peccatum non influit in pœnam, nisi excitando odium Dei ea ratione, ut supplicium non æstimetur plusquam culpa, unde & peccatum, & supplicium ad trutinam debent reuocari, ne ergo sit crudelitas, in Deo non debet peccatum puniri, quando pœna,

pœna, quam non mereatur, atqui punitur æterna pœna. Minor huius discursus probatur, quia pœna radicaliter oritur à culpa, unde in se debent proportionari.

267.

Minorem verò principalis argumenti probat primò. Peccatum mortale est dignum pœna æterna; ergo pœna simpliciter infinita. Probat, quia pœna æterna est tantum malum, quantum est pœna infinita pro vno instanti, quæ quidem est simpliciter infinita. Confirmat, quia si alicui in vno instanti, infligerentur infiniti dolores, haberet dolores simpliciter infinitos, haberet igitur pœnam infinitam. Sed dolores ita infligti acerbiores sunt, quam dolor æternus; ergo pœna æterna est simpliciter, & absolute infinita. Probat secundò minorem illam §. 37. & ponit Deum posse commutare pœnam æternam pro temporali, ita verò argumentatur: Nulla pœna finitè intentæ est æqualis commutatio pro acerbissimis cruciatibus æternis, quia isti finem non habent, at illa finitur tandem, & hoc affert secum magnum solacium. O passi grauiora? Dabit Deus his quoque finem. Confirmat §. 30. Ratio quæ mouet ad pœnam infinitam, seu æternam posset mouere Deum ad pœnam infinitam in intentione: ergo. Vide quæ longissimè differit ut hoc argumentum amplificet.

268.

Tertio probat Araujo num. 31. Quando aliquis actus attingit obiectum infinitum, quantum attingibile est, accipit ab illo intrinsecam infinitatem; sed offensa mortalis attingit Deum, quantum attingibilis est, & consequenter quantum offendibilis est; est igitur infinita simpliciter secundum malitiam, consequentia videtur euidentis, & maior est certa: si enim visio aliqua attingeret Deum quantum visibilis est, proculdubio illa esset visio infinita. Minor probatur, quia saltem secundum affectum aufertur à Deo ratio vltimi finis; hoc verò est attingere Deum quantum offendibilis est, tamen ex parte peccantis affectus possit esse maior, aut minor.

269.

Araujo.

Quartò probat Araujo, dignitas personæ satisfaciens redundat in satisfactionem, hac enim ratione dignitas Dei hominis redundat in satisfactionem Christi, quæ ideo est infiniti valoris, quia procedit à principio infinito, eadem ergo ratione dignitas personæ offensæ redundat in offensionem, ac proinde offensa Dei infinita est simpliciter. Probat quintò, quia aliàs si malitia offensæ finita esset, pura creatura posset pro illa satisfacere, quia omne finitum potest adæquari per additionem finiti; tanta ergo potest esse satisfactio creaturæ ratione maioris, & minoris dignitatis, quam potest Deus illi conferre, ut adæquetur offensæ diuinæ, quæ finita est in ratione malitiæ.

270.

Dicendum tamen est, peccatum mortale etiam si immediatè terminetur ad Deum, ut odium illius nullo modo in ratione offensionis habere malitiam simpliciter infinitam, licet habeat infinitudinem secundum quid; ita Doctores secundæ sententiæ, quibus adde Reuerendissimum M. Cumel 1. 2. quæst. 87. art. 4. dubio 3. præcipue §. Ad secundam confirmationem, Lorcam tom. 2. in 1. 2. quæst. 73. art. 9. §. Secundò notandum, & sectione de peccatis,

Cumel.

Lorca.

disput. 52. §. Sed nihilominus, ad finem, Raguffam tom. 1. in 3. part. disput. 3. §. 3. & 4. qui hanc conclusionem optimè explicat, & defendit, Tannerum 2. tom. disput. 4. de peccatis, quæst. 1. dub. 3. num. 52. Petrum VVadingo de Incarnatione, disput. 1. dub. 2. estque dubio procul S. Thomæ sententia, qui 3. part. quæst. 1. art. 2. ad 2. affirmat, peccatum habere quamdam infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis, vbi non asserit illam esse infinitam simpliciter, sed solum secundum quid, ut explicat Lorca, & alij Doctores nostræ sententiæ.

Raguffa.

271.

Quod facile potest persuaderi, si aduertamus ex sententia Angelici Doctoris, peccata ex parte auersionis, seu ratione offensæ non esse inter se æqualia, sed vnum esse grauius alio, ut est iniuria illata infinitæ maiestati, ut enim docet 1. 2. quæst. 73. art. 2. vbi inquiritur, vtrum peccata omnia sint paria? peccata inæqualia sunt, idque propter duo. Tum quia Ioannes 16. dixit Christus Dominus Pilato: *Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.* Quod (ut aduertit Araujo citatus, §. Primò quia D. Thomæ) absolute non esset verum, si peccatum Iudæorum non esset grauius in ratione offensæ, peccato Pilati, tum quia peccatum ex parte recessus suscipit magis & minus; licet enim explicetur per modum priuationis non est simpliciter priuatio ut mors. Sed luculentius id explicat D. Thomas 4. dist. 17. q. 1. art. 2. ad 2. vbi ait, quod quamuis omnia peccata læthalia conueniant in auersione à Deo, differunt tamen in causa & modo auersionis, propterea quod per vnum fit maior elongatio à Deo, quam per aliud, & tandem art. 3. ad 2. asserit, peccatorem magis debere conteri de vno peccato, quam de alio, eo quod Deus magis offenditur per vnum peccatum, quam per aliud.

272.

Ex qua doctrina euidenter inferitur, Deum per nullum peccatum infinitè offendi, neque consequenter offendi quantum offendibilis est, ut intendit Araujo. Ratio est in promptu, quia si per impossibile aliquis beatus videret Deum quantum visibilis est, impossibilis esset visio Dei etiam comprehensua, quæ esset perfectior illa visione: propter hanc enim rationem, visio increata Dei est simpliciter infinita, quia terminatur ad Deum quantum visibilis est: quod idem asseritur communiter de amore diuino. Et præterea fingamus vnamquamque personam sanctissimæ Trinitatis habere suum intellectum infinitum simpliciter; & videre Deum per visionem increatam & infinitam simpliciter, itaut vnaquæque contempleretur Deum quantum visibilis est, & comprehenderet quantum comprehensibilis est; dubio procul altera ex illis visionibus non excederet aliam, sed omnes essent æquales in perfectione, ut per se est manifestum. Cuius æqualitatis nulla est ratio, nisi illa quæ desumitur ex eo, quod illarum qualibet attingit Deum quantum visibilis, & quantum comprehensibilis est. Ad rem igitur nostram, si vnum peccatum in ratione offensæ est grauius alio in D. Thomæ sententia, ut ex illius doctrina euidenter probauimus; Angelicus Doctor non potuisset asserere in peccato esse malitiam simpliciter

infi

infinitam in ratione offensæ, sicut si in sententia D. Thomæ Pater æternus esset inæqualis Filio in ratione omnipotentis, filius infinite in illius sententia non esset omnipotens.

273.  
Nazar.  
Ragusa.

Ad huius conclusionis probationem multa præmittunt Nazarius, Albertinus, Ragusa, quæ omnia verissima sunt & ibi videnda. Insinuauit omnia Noster Magister, illis verbis breuissimis: *Neque illi assensus (diuersarum scientiarum in ordine ad idem obiectum) habent æqualem dignitatem ex parte obiecti, neque iniuria ista æquale demeritum: cuius ratio est, quia per ordinem ad modum, quo actus attingit obiectum, diuersificatur ratio formalis sub qua in obiectum tendit.* In qua doctrina imbitum est illud principium: *Modus operandi sequitur modum essendi.* Ex quo nostram assertionem colligit Albertinus corollario 18. ex primo principio Theologico. Et illud: *Vt agens etiam morale perfecte attingat obiectum, requiritur quod obiectum in modo essendi non excedat perfectionem agentis.* Quod ex doctrina D. Thomæ adducit Nazarius §. Resolutio, & ex illo probat nostram conclusionem, videndus necessarius.

Nazar.

274.

Relictis ergo rationibus quæ ex his principis colliguntur. Probatur primò conclusio. Gratia habitualis est perfectissima forma sanctificans, & independenter à quocumque favore extrinseco expellens peccatum: ergo peccatum sumpsum etiam in ratione offensæ, non habet malitiam infinitam simpliciter. Probo consequentiam, quia forma infinita non potest excludi per formam finitam, neque malitia infinita per sanctitatem simpliciter finitam, sicut infinitus calor non potest excludi à subiecto per frigiditatem finitam, vt per se est manifestum: gratia verò habitualis finita est in sua natura, vnde vim non potest habere in contrarium quod habet infinitam malitiam, quale asseritur peccatum mortale in ratione offensæ. Antecedens verò latè probaui in materia de iustificatione, vbi ostendi gratiam non futuram sanctitatem perfectissimam & ex natura rei, si ad expellendum peccatum indigeret extrinseco favore & condonatione Dei, imò remissionem peccati non fieri per inhærentem iustitiam, sed solum per extrinsecam condonationem ex eo quod per infusionem gratiæ si non subsequatur remissio peccati, non intelligitur remissum peccatum, donec Deus alio veluti actu diuerso & posteriori illud condonasse intelligatur. Quæ ratio meo iudicio efficacissima est.

275.

Secundò probatur assertio: Satisfactio Christi Domini non solum est æqualis offensæ diuinæ, sed etiam superabundans; ergo peccatum in ratione offensæ non habet malitiam simpliciter infinitam; antecedens est communis Theologorum cum sancto Thoma sententia, & consequentia probatur, quia si ea ratione qua satisfactio Christi Domini est infinita, videlicet personæ diuinæ satisfaciens, quæ formaliter asseritur in satisfactione, peccatum sit infinitum simpliciter in ratione offensæ, quia includit etiam personam infinitam offensam, cui malum inferitur, & quod est offensæ subiectum, vt considerat Araujo, non remanet

principium illud vnde satisfactio Christi sit superabundans, & excedat malitiam infinitam peccati, supponitur enim obiectum infinitum refundere infinitam perfectionem quam habet vt malitia sit infinita, sicut diuinum suppositum refundit totam suam perfectionem in actus Christi Domini, vt habeat valorem infinitum; vnde igitur illa superabundantia deducitur? Cum Deus in ratione principij dignificantis actiones & merita Christi, non sit perfectior se ipso vt specificat rationem offensæ, & tribuit illi intrinsecam infinitatem.

Dices, ideo satisfactionem Christi Domini esse superabundantem, quia quantum est ex se; peffer esse satisfactio pro peccatis omnibus, non solum præteritis, præsentibus, & futuris, sed etiam possibilibus, in quo illius superabundantia consistit; sed hæc euasio facile refellitur. Consideremus Christi satisfactionem comparari ad vnicum Adæ peccatum, tunc sic argumentor, aut Christi satisfactio est superabundans respectu malitiæ Adamiani peccati, aut non, hoc dici non potest, & est contra communem modum loquendi Parrū & Scholasticorum: at si dicatur primum vt necessarium est dicendum non remanet principium ex quo illa superabundantia & excessus sumatur in ordine ad solum Adami peccatum, cum æqualiter concurrat persona diuina ad specificationem offensæ, ac concurrat ad satisfactionem, cui confert valorem infinitum.

Tertiò probatur conclusio. Homo siue iniustus, siue iustus non habet infinitam malitiam in actu primo, etiam si consideretur non solum vt deuians à recta ratione, sed etiam vt intelligitur potens Deum offendere per mortale peccatum; ergo nec peccatum in ratione offensæ habet infinitam malitiam; consequentia probatur, quia licet in ratione specificantis malitia sit à persona offensa in ratione effectus ab offedente est in genere causæ efficientis, ac proinde videretur quod malitia offensæ in offedente reperitur in virtute & in actu primo, vel formaliter, vel eminenter, vt effectus quicumque reperitur in causâ efficienti; ratio enim disparitatis assignari non potest. Antecedens verò à nullo Theologorum negatur, & discrimen inter hominem peccantem, & alias causas efficientes facile assignatur, quia omnes aliæ efficientes sunt, non deficientes, ac proinde in virtute habent effectus producendos, peccator verò est causa deficiens, & ideo nec formaliter, nec eminenter debet habere malitiam peccati secundum formalissimum peccati, vt enim peccet & deficiat, satis est ponat in re actionem contrariam rectæ rationi.

Vidit licet à longè & raptim hanc rationem Araujo & loco citato, §. Ad secundam, pag. 49. colum. 2. negat antecedens his verbis: *Præterquam quod, sicut actualis offensa est infinita in actu peccaminoso, ita in habitu vitioso à quo elicitur correspondet ei quadam auersio offensiuæ gaudens sua infinitate, cui proinde actualis commensuratur.* Verum vt præteream nullum Doctorem asseruisse habitum vitiosum esse malum infinitum in actu primo, quia infinitudo categorematica non conuenit en-

276.

277.

278.

ti infinito in actu primo, sed illam habet in actu secundo, qua ratione infinitas competit omnipotentia Dei, & in actu secundo repereretur in calore infiniti intenso, si esset possibilis & iam productus. Contra Araujo sic procedo, omnipotentia diuina infinita est in actu secundo, & non in actu primo, tamen non sit possibilis effectus creatus in intensione, aut substantia infinitus: ergo habitus vitiosus, qui re ipsa producit infinitam malitiam in actu secundo, infinite est malus, non solum in actu primo, sed etiam in actu secundo; actu enim debet in se præhabere malitiam, quam offensæ communicat, aut formaliter, aut eminenter iuxta communem sententiam & veritatem à qua discedit nullus. Deinde doctrinam impugno, & sumo hominem iustum in quo nullus sit habitus vitiosus, aut hominem creatum in pura natura. Sic argumentor: Aut istorum vtraque potest offendere Deum, aut non potest, hoc secundum non affirmabit Salmanticensis Antecessor, affirmabit ergo Catholicè primum, sed illo admissio, ecce absurdum in homine iusto, & in homine creato in puris naturalibus reperiri actualiter, siue formaliter, siue eminenter infinitam malitiam moralem in actu secundo, quam non abstulit infusio gratiæ habitualis, & sine qua Deus non potest hominem producere, quia non potest produci homo impeccabilis à natura sua, & qui Deum non possit offendere, quorum vtrumque est absurdissimum, & maiori explicatione, & impugnatione non eget. Alias rationes vide in Alberto, Nazario, Ragusa.

### SECTIO III.

*Obiectiones in nostram sententiam diluta.*

279.

**A**nselmus adductus pro prima sententia nihil efficit contra nos. Explicuit magnitudinem peccati, sed non asseruit esse infinitam simpliciter in ratione offensæ. Discipulus exaggerat doctrinam Magistri, qui etiam hyperbolicè loquutus, & reuera non potuit asserere infinitatem, quæ in peccato non est simpliciter, sed solum secundum quid.

280.

Ad primam rationem, qua vitur Mendoza Hurtado negari posset suppositum maioris, in qua asseritur dari dignitatē ad pœnam simpliciter infinitam; nam hæc dignitas sit peccati malitia, supponitur dari dignitatem simpliciter infinitam, ac proinde malitiam, quæ sit infinita, sed omitto maiorem, & nego minorem, in peccato enim mortali etiam si terminetur ad Deum immediatè, vt terminatur odium Dei & blasphemia, non est dignitas ad pœnam simpliciter infinitam in intensione, neque etiam synchategorematicè, sed ad pœnam determinatam tum ex parte conuersionis, tum ex parte auersionis, id est ad pœnam sensus, & ad pœnam damni; conuersio enim ad bonum commutabile finita est, nihil enim habet vnde sumat infinitatem. Vnde etiam pœna sensus finita est, nec ignis tartareus, nec illius ministri possunt causare cruciatus infinitos in in-

tensione, sunt enim finita & limitata virtutis, quæ ad infinitum effectum extendi non potest. Auersio verò infert pœnam damni, quæ etiam infinita non est in intensione, quia tametsi priuet Deo, non priuat modo infinito, sed finito, quia priuat Deo non vt est in se ipso, sed prout à nobis participatur per visionem beatificam, atqui hac ratione participatur limitatè, & finitè; participatur enim per visionem, quæ finita est, vnde non priuat Deo tanquam forma, sed tanquam sine & obiecto. Neque etiam pœna vtraque est infinita synchategorematicè, id est talis naturæ, vt quantumcumque puniatur peccator semper sit maiori & intensiori pœna dignus, vt putauit Almainus tractatu 3. moralium, quem refert Magister Cumel; ratio est, quia aliæ omnia peccata æqualem haberent dignitatem ad pœnam, & secundum se, & ex natura rei nullam haberent inæqualitatē in ordine ad pœnam, quod satis est absurdum, cum eorum malitia etiam in ratione offensæ sit inæqualis, vt ex D. Thoma ostendebamus sect. 2. & tandem fatetur Araujo. Ita responderet sapientissimus Cumel dubio illo 3. Videatur ibi, & quoad dignitatem ad pœnam finitam, §. Sed dubitabit aliquis, & sequentibus pag. 660. & sequitur Vazquez 1. tom. in 3 part. disput. 2. cap. 2. §. ex his apertè deducitur.

Ad primam probationem minoris, pœna inflicta pro peccato reuocatur ad trutinam, nec Deus crudelis est, qui punit etiam citra condignum. Ex hoc verò non sequitur dignitas ad pœnam, neque synchategorematicè infinita. Ad secundam probationem transeat antecedens, & nego consequentiam; æternitas enim non infert pœnam simpliciter infinitam, eo quod æterna est, etiam si inferat durationem sine termino, & synchategorematicè infinitam; finita enim & limitata pœna durare posset, & durat in inferno infinitate synchategorematica, & forsân pœna æterna est accidentaliter, eo scilicet quod peccatum non destruitur, & semper perseverat; offensa verò quæ semper perseverat, semper dicit dignitatem ad pœnam, ac proinde ad pœnam magis & magis duraturam, & consequenter ad durationem infinitam secundum quid. Ad confirmationem nego suppositum, dari enim non possunt dolores infiniti simpliciter, vnde pœna æterna non est simpliciter infinita.

Ad secundam probationem minoris, nego posse Deum iuste commutare pœnam æternam in pœnam infinitam in intensione qua iudex est (puniat enim ultra condignum, vt omnes fatentur) tametsi posset vt creator & Dominus omnium, peccatum enim non est dignum pœna infinita secundum intensiōnem, vt rectè probant Noster Magister Cumel & Petrus VVadingo dubio illo 2. à num. 22. quem videas dilucidè & doctè hanc explicantem veritatem contra Ægidium Coninch de penitentia, disput. 10. dub. 2. Ad confirmationem nego antecedens; ratio enim quæ mouet Deum ad pœnam æternam non est malitia infinita etiam odij Dei, sed illius perseverantia & duratio.

Ad secundam rationem concedo maiorem, & nego minorem; nullum enim peccatum offendit Deum quantum offendibilis est, quod

281.

282.

283.

miror non aduertisse Araujo. Si enim per vnicum peccatum magis offenditur Deus, quam per aliud, vt tandem ipse fatetur ex D. Thoma & veritate, qua ratione potest esse verum, Deum per quodcumque mortale offendi quantum offendibilis est: implicat igitur illa duo. Adde rem esse incredibilem tantum offendi Deum furti peccato, quantum offensus est morte Christi Domini, neque id ratio suadet, nec verum est huma æstimatione. Ad probationem minoris quid quod secundum affectum auferatur à Deo ratio vltimi finis si non secundum effectum? Illa velleitas est, non efficax voluntas, & vt hoc semel dicamus, vt offensa esset simpliciter infinita in ratione illati nocumenti, necessarium erat omnino, vt personæ offensæ inferretur damnum æquale dignitati infinitæ ipsius personæ quæ læditur, ablatio autem vltimi finis à Deo secundum affectum non est damnum æquale ipsi diuinæ dignitati, quia dignitas, & infinitas intrinseca sunt ipsi Deo; damnum verò est omnino extrinsecum, & reuera nullum est Diuinitatis nocumentum, vt rectè notauit Ragussa citatus, qui hoc medio vtitur ad nostram sententiam probandam, & quidem meo iudicio efficaciter sanè. Illud verò quod addit Medina Complutensis, omne peccatum esse destructiuum Dei, quantum est ex se solidè habet nihil. Angelus enim neque per se, neque per accidens calefieri potest, quis verò dicat ignem quantum est ex se esse Angeli calefactiuum? vt rectè notauit Vazquez cap. illo 2. num. 15. Si ergo Deus reuera non potest vlla ratione destrui, nihil est, quod vlla ratione sit illius destructiuum, sat fuerit quod illius offensio constituatur in ordine supremo, & quem attingere non possit vlla satisfactio hominis puri, quia dignitas personæ offensæ tanta est, vt creatura non possit illi adæquari.

284.

Ad tertiam rationem concedo dignitatem Christi Domini redundare in illius satisfactionem, & meritum, sed nego in offensionem Dei redundare infinitè & simpliciter dignitatem personæ offensæ; ratio discriminis est, quod in Christi satisfactione intrinsecè imbibitur dignitas infinita personæ satisfaciens, subiecti enim se Christus Dominus Deo, & non est vnde illa satisfactio & subiectio limitetur: Deus verò vt offensus non imbibitur intrinsecè in offensa, sed est terminus extrinsecus illius, vnde solum potest communicare offensæ dignitatem aut infinitatem extrinsecam & secundum quid, sicut Deus solum communicat actui charitatis infinitatem secundum quid, & obiectum solum, & ideo extrinsecam vt fatentur omnes Theologi. Illud verò, quod contra hanc solutionem obiicit Araujo, nullus est momenti, quia tamen sit certum offensam denominare Deum offensum, & Deum esse subiectum offensæ, hoc nihil affert intrinsecum Deo, sicut nihil affert Deo intrinsecum quod illum denominet dilectum seu charum actus charitatis, & multo minoris momenti est asserere offensam diuinam esse malum Dei non verò offendenti; iniuria enim nihil mali infert Deo; at hæc eadem mortem animæ & æternam pœnam infert peccati & offendenti.

Videat doctus Theologus cui mala sit offensa Deo, an creaturæ peccanti?

Ad quartam rationem, nego sequelam, offensa enim Dei est in ordine supremo, & ideo nulla additione finiti poterit adæquari. Multipliciter argentum in infinitum, & non solum additione finita, nunquam perueniet ad essentialiam auri perfectionem. Conatur homo satisfacere ad æqualitatem pro offensa diuina, crescat conatus, & quantum possibile est intendatur: semper erit creatus, limitatus, finitus; Deus verò illimitatus, & infinitus.

286.

Ad extremum vt diluantur rationes alie contra nostram conclusionem aduertendum, obiectum aliquod non posse attingi odio, vel amore voluntatis, nisi voluntati per intellectum proponatur, iuxta illud vulgatissimum, nihil volitum quin præcognitum; si igitur Deus non potest cognosci à creatura, quantum cognoscibilis est, neque amari quantum amabilis, neque offendi quantum est offendibilis, quia voluntas nunquam terminatur ad obiectum sui per amorem, siue per fugam, nisi vt proponitur per cognitionem. Cum igitur cognitio sit omnino finita, amor vel iniuria infinitatem nullam possunt habere, tangit amor Dei infinitum Deum, sed finito modo: tangit offensa Deum dignitatis infinitæ, sed finito modo, inde neque amor, neque offensa infinitatem habet simpliciter, vtrobique Deus, quid intrinsecum non est, sed extrinsecum actui, imò etiam si actus offensæ respiceret Deum, non solum vt terminum, sed etiam vt principium efficiens infinitatem simpliciter non haberet; Deus est principium infinitum (vt vnitur intellectui beato) visionis beatificæ; & tamen non potest visio esse infinita, tamen intrinsecè sit diuina essentia vt est sui species in intellectu Deum videntis; id notauit Paulus Nazarius, ratio sumitur ab vnione speciei infinito modo limitato & finito. Idem considerandum in offensa Dei, hæc efficax est doctrina ad nostram assertionem, inefficax illa quam adducunt non pauci, nec infimæ notæ Doctores, offensam sumptam physicè esse finitam & limitatam in entitate, & ideo non posse affici illa infinitate. Refutatur facilè. Actus Christi Domini secundum physicam entitatem limitati sunt, finiti sunt, & tamen secundum vulgatam & veram sententiam habent valorem & dignitatem simpliciter infinitum in genere moris, sic posset offensa, si aliud non obstaret.

287.

Restat diluamus tertium argumentum propositum sectione 1. cuius occasione præsentem difficultatem tractauimus. Respondeo ergo concedo antecedens, & primam consequentiam, nego verò secundam. Catholica sententia est, posse purum hominem mereri augmentum gratiæ, & gloriam, itaut de iustitia debeatur illi vtrobique, & tamen constans sententia est, nullum posse de iustitia satisfacere pro culpa mortali commissa. Vnde non est eadem ratio de merito, & satisfactione, quia ad meritum de iustitia sufficit creatura rationalis constituatur in ordine supernaturali, & diuino atque in gratia & amicitia Dei, eliciatque actiones proportionatas gloriæ & augmento charitatis & gratiæ. Ad rationem verò satisfactionis

285.

factionis requiritur transcendat creaturæ ordinem, quia offensa est in ordine supremo iniuriæ, sicut persona diuina quæ offenditur, vnde à pura creatura non potest oriri satisfactio quæ terminatur immediatè ad Deum ipsum; meritum verò non terminatur immediatè ad Deum infinitum, sed ad visionem quæ finita est.

288.

Ex his facilis est solutio difficultatis illius quam excitare posset aliquis, vtrobique scilicet Beatissima Maria posset ad æqualitatem satisfacere pro peccatis hominum. Dicendum enim est id absolute esse impossibile, quia tamen si Maria Diua maternitate adornetur, semper manet intra ordinem creaturæ, & ab illo non extrahitur, neque eleuatur ad substantialem diuinitatem, satisfactio verò æqualis & de iustitia pro offensa Dei non potest oriri à pura creatura.



## DISPUTATIO XV.

Vtrum præseruari à peccato originali, sit proprium sacra Deipara?

Ad art. 3. q. 81. 1. 2. & ad art. 9. q. 27. 3. part. D. Thomæ.

289.

**B**REVISSIME hanc difficultatem expedio quæ dupliciter potest intelligi, primò ita vt solum procedat de præseruatione ab originali peccato sumpta absolute & sine ordine ad alias perfectiones, quæ in Beatissima Virgine reperiuntur. Secundò, itaut etiam intelligatur de gratia præseruatiua à peccato primo, vt affert secum omnia dona, perfectiones & gratias quæ fuerunt in sacra Deipara.

190.

Dico primò. Fides Catholica est, quod concepta fuisse sine peccato originali, vt affert secum hæc gratia omnes alias perfectiones quæ exornant sacram Mariam, ita est proprium sacra Deiparæ, vt re ipsa alteri creaturæ non sit communicatum, neque ex vi præsentis decreti alteri sit communicabile. Probat manifestè, de fide est solum Mariam sanctissimam esse Matrem Dei; ergo de fide est, quod esse conceptam sine peccato originali, vt affert omnes perfectiones, quæ inueniuntur in Dei genitrice, proprium est sanctæ Mariæ, vbi aduerte me non asserere absolute esse de fide, Beatam Virginem conceptam fuisse sine originali peccato, sed affirmare solum quod taliter Virginem fuisse conceptam, vt non haberet peccatum originale, & esset Mater Dei esse de fide, quod est perspicuum, & non indiget maiori explanatione.

291.

Dico secundò. Etiam est de fide omnes Adami posteros procedentes ab illo per naturalem propagationem, de facto contraxisse non solum fuisse Virgini concessum, & sibi propriissimum, vt ex Augustino & Anselmo docent Granado vbi supra num. 4. & Suarez tom. 2 in 3. part. disput. 23. sect. 4. tum etiam quia Ecclesia non docet Baptistam non habuisse veniale peccatum, sed solum intendisse illud vetare, &

intelligit de contractione necessitatis illud incurrendi, non tamen de actuali peccati contractione, vt constat ex 1. 2. quæst. 81. art. 3. illum sequuntur aliqui recentiores. Sed nostram conclusionem docent S. Thomas ibidem, Magister Cumel disput. vnica, & est communis sententia diffinita in Concilio Tridentino sessione 5. canon. 1. 2. 3. & 4. vbi asseritur, omnes paruulos contrahere ex peccato primi parentis originale peccatum, quod verè & propriè habet rationem culpæ, & per baptismum deletur, & postea additur: *Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse sua intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, Beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, sed obseruandas esse constitutiones felicis recordationis Sixti Papa 1. V. sub pœnis in eis constitutionibus contentis.* Cum enim declarauerit Concilium omnes homines contrahere originale peccatum, & hanc esse veram intelligentiam illius sententiæ Romanorum 5. In omnes homines mors pertranfit, in quo omnes peccauerunt, statim ab hac generalissima regula si non eximit sacram Deiparam, declarat se nolle illam subinde comprehendere; supponit ergo Concilium omnes homines non solum necessitate peccandi, sed etiam actuale peccatum de facto & re ipsa contrahere, & alias ostendit, quod si hæc præseruatio ab originali reperitur (vt reperitur) in Virgine id natum ex peculiari priuilegio, quod regulæ etiam generalissima non excludunt, vt asserit Origenes lib. 5. super Paulum ad Romanos 5. & notauit serio Chrysostomus ad Hebr. 11. homilia 23. de quo multa Martinus Martinez lib. 6. Hypotyposeon c. 3. ex sacris litteris & doctrina Sanctorum. Videndus Magister Cumel disput. illa vnica citata conclusione 1. pag. 547. & sequentibus, qui latè contra Caietanum ostendit regulam hæc generalem: *In quo omnes peccauerunt, intelligendam de contractione non solum necessitatis, sed etiam originalis peccati, ex quo manifestè sequitur, non contrahere peccatum originale etiam absolute, & sine villo ordine ad Maternitatem esse priuilegium proprium, & soli Virgini concessum, ac proinde esse de fide nulli alteri fuisse datum.* Vide Estanadium de Conceptione disput. 4. sect. 2. num. 5. vbi affert illud D. Thomæ ex artic. 3. quæst. 8. 1. 2. *Dicendum quod secundum fidem Catholicam, firmiter est tenendum, quod omnes homines præter solum Christum ex Adam deriuati, peccatum originale ex Adam contrahunt.* Vbi manifestè Doctor Angelicus sentit non solum debitum, sed etiam peccatum contrahere.

292.

Nec obstat aliquos sentire Ioannem Baptistam nullum habuisse veniale peccatum: vnde secundum regulam Patris Augustini lib. 5. contra Iulianum, sequi videtur non habuisse originale peccatum, quia dubitandum non est, priuilegium immunitatis à peccato originali solum fuisse Virgini concessum, & sibi propriissimum, vt ex Augustino & Anselmo docent Granado vbi supra num. 4. & Suarez tom. 2 in 3. part. disput. 23. sect. 4. tum etiam quia Ecclesia non docet Baptistam non habuisse veniale peccatum, sed solum intendisse illud vetare, &

hac de causa Eremum petiisse: *Ne leui saltem maculare vitam fame possit*: non verè affirmat id fuisse consequutum, & quamquam id fuisset assequutus gratia diuina, non sequeretur non contraxisse peccatum originale; ad hanc enim exceptionem motiua vrgentissima & firmissimæ rationes requiruntur, qualia in Virgine Beatissima reperiuntur.



## DISPUTATIO XVI.

De predestinatione sacrae Virginis Mariae.

Ad art. 4. q. 23. 1. part. &amp; q. 24. 3. part. D. Thomæ.

294.



I exactè hæc disputatio esset tractanda, plures implerentur paginae, quæ sacrae Deiparae sunt singularia, explicabuntur: alia supponuntur ex illis quæ dicuntur de generali prædestinatione Sanctorum 1. part. quæst. 23. & de Christi Domini prædestinatione 3. p. q. 24. forsitan etiam aliquid peculiare de generali prædestinatione dicemus.

## SECTIO I.

*Electio Diua Maria ad Maternitatem, ad gratiam & gloriam vnico indiuisibili instanti & decreto.*

295.

Beatissima Virgo Maria non habuit solum physicam dignitatem Matris, sed etiam gratiam & gloriam, & necessario merita quibus mereretur augmentum gratiæ & ipsam gloriam, vnde consequitur antecedenter & ab æterno electam fuisse, tum vt haberet hanc dignitatem, tum vt haberet hanc gratiam & gloriam in determinato gradu, quia Deum dedecet confusa determinatio, aut confusum decretum. Inde fit disputandum de vtraque electione. Et primum illud dubitari potest an prius electa fuerit immaculata Maria ad Maternitatem quam ad gloriam. Secundum, vtrum vtraque electio fuerit ex meritis præuisis, itaut Deus habuerit absolutam & resolutoriam voluntatem conferendi Maternitatem & gloriam Angelorum Reginae, antequam absoluta scientia visionis contemplatus fuerit merita illius?

Vtraque verò difficultas iam videtur explicata ex illius, quæ vestigatione 2. disput. 20. sect. 4. dicebamus; ibi enim ex professo asserimus contra vulgarem sententiam inter diuina decreta nullum esse ordinem prioris & posterioris, imò non esse plura decreta, sed vnicum tantum, quo Deus voluit efficaciter & absolutè hanc rerum omnium seriem eadem omnino ratione, qua vnica solum & indiuisibili cognitione, illaque necessario cognouit omnia quæ poterant existere in rerum natura. Qui enim (vt ibi ex Gabriele argumentabamur) intelligunt Deum prius velle finem, quam media; permissionem peccati Adæ priusquam incarnationem, intelligunt certè

quod in Deo non est, atque ideo illorum iudicium non est conforme dispositioni diuinæ, qua etiam si Deus voluit vnum fieri post aliud, & peccatum originale esse ante Incarnationem Verbi, re ipsa non voluit vnum post aliud, nec ordinem vllam habuit in decreto illo vniuersalissimo, quo cum his determinatis affectionibus & circumstantiis voluit & determinauit hunc mundum creare, quod in illa sectione amplius explicuimus & formauimus. Hinc igitur fit Mariam sanctissimam non prius electam ad Maternitatem quam ad gloriam, neque ad hanc priusquam ad illam, sicut neque electam, aut prædestinatam ad donum vtrumque post merita præuisa, aut post absolutam visionem illorum. Sed post omnia hæc imò & existentiam Virginis vnico indiuisibili decreto, esse præfinita & volita. Quod eisdem rationibus probandum est, quibus ibi probauimus hunc ordinem prioris & posterioris non esse in actibus voluntatis diuinæ, & vrgentior nulla quam illa quæ sumitur ex ipsa diuina scientia. Verè enim loquendo Deus non cognoscit se prius voluisse permissionem peccati & incarnationem deinde, sed potius cognoscit se simul & semel vtrumque voluisse; res igitur ipsa ita accidit, & consequenter cum Deus cognouerit se prius elegisse Matrem ad gloriam, & deinde elegisse merita ad illius consequutionem; consequenter fit non ita accidisse, aliud igitur est nos posse intelligere illam prioritatem aut posteritatem, illumve ordinem in decreto diuino, aliud autem longè diuersam rem in Deo ita contingisse, hoc enim secundum est falsum omnino, dicit enim imperfectionem in Deo, primum autem est verum.

Vnde colligitur veram esse multorum Thomistarum & Scotistarum sententiam, quidquid dicat Suarez lib. 2. de prædestinatione, cap. 22. & VVadingus disput. 3. de Incarnatione dub. 1. §. Dico tertio, num. 7. asserentium Deum velle vnum esse propter aliud, non tamen velle vnum, quia vult aliud; illud enim prius non dicit antecessorem, aut ordinem prioris & posterioris, hoc autem posterius illam necessario dicit. Nec ratio VVadingui est contra nos, licet Scotistas premar & Thomistas, qui plures actus admittunt in Deo, nos enim cum negemus pluralitatem actuum in Deo, consequenter negamus actuum antecessorem & ordinem.

Dices, in Deo non solum esse plures actus diuersos, sed hos etiam à Deo cognosci; est actus generationis actiuae, & etiam processio nis Spiritus sancti qui ita cognoscuntur à Deo; non igitur repugnat pluralitas actuum in Deo, imò in Deo vnus actus videtur esse causa alterius; amoris enim causa est scientia qua intellectus diuinus proponit voluntati bonitatem Dei vt necessariam, & in qua nullus releuet ratio mali, sed sit infinitas in ratione bonitatis. Respondeo in Deo non repugnare pluralitatem actuum, aliàs repugnet pluralitas personarum in Deo & Trinitas non esset. Hanc ergo pluralitatem Deus cognoscit, quia in ipso reperitur, non tamen cognoscit Deus priorem esse generationem Verbi diuini, quam processionem Spiritus sancti, nisi prioritate originis, & quatenus ex natura rei actus intellectus est prior

296.

297.

prior quam actus voluntatis propter ordinem qui reperitur inter intellectum & voluntatem; & quidem hoc nullam dicit imperfectionem, quia illa prioritas est à quo, atque adeo omnimoda similtas. Cognitio deinde proponens voluntati diuinæ suam bonitatem, non est causa neque occasio actus amoris, sed quid requisitum omnino ex parte cognoscentis & volentis intellectiui, in hoc tamen nulla est successio. At si in Deo reperiretur vnum decretum post aliud, & id intueretur Deus, itaut cognosceret verè intentionem finis esse causam electionis mediorum in sua voluntate, ac proinde hanc verè ex illo procedere, vt procedit in nobis, successio esset inter illa duo decreta, quod est omnino impossibile. Et alias diuersa sunt hæc duo, quod Deus cognoscat me cognoscere cum successione illa duo decreta, quod sine illa intentionem & electionem non possum explicare ex vna parte, & ex alia quod Deus decernat per duplex decretum, quorum vnum sit causa alterius. Quod in constitutione diuinarum personarum reperitur, non enim possumus intelligere vnam personam constitui, nisi instar rerum creaturarum intelligamus rationem determinabilis & determinantis, qua ratione non intelligimus quid reuera contingat in Deo, quia Deus neque est, neque se intelligit vt nos eum intelligimus, sed alio modo longè diuerso, quem quia infirmitas humana nunquam continget ex rei natura, conuertit se ad modum & rationem quibus creaturas cognoscit.

## SECTIO II.

*Si inter diuina decreta est successio, electio efficax & absoluta sacrae Deiparae ad Maternitatem & gloriam antecessit absolutam præuisionem meritorum.*

298.

Doctores qui inter diuina decreta & actus voluntatis increatae admittunt ordinem prioris & posterioris, & vnum esse causam alterius disputant ex professo 1. part. quæst. 23. art. 4. an intentio dandi gloriam electis antecedit scientiam visionis meritorum & operum per quæ gloriam vt præmium, & coronam sunt adepti, an verò præuisio operum antecedit electionem ad gloriam, itaut hæc cognoscantur absolutè futura, & ex illis moueatur Deus ad intendendam gloriam illorum. Distinguunt verò recentiores ex Gabriele Vazquez, qui id desumpsit ex Magistro Cumel 1. tom. in 3. part. quæst. 23. art. 4. disput. 1. statim in principio electionem ad gloriam & prædestinationem, maioris claritatis gratia, tamen grauiores & antiquiores Theologi nomine prædestinationis vtrumque actum includant, & de prædestinatione ita intellecta disputent vtrum fuerit ex meritis præuisis. Est ergo hic disputanda grauiissima hæc difficultas, sed in persona Beatissimæ Virginis ex suppositione quod inter diuina decreta sint & successio & ordo prioris & posterioris quæ à nobis negatur.

299.

Et quidem quantum attinet ad electionem

ad Maternitatem asserendum omnino est resolutoriè esse factam ante absolutam præuisionem meritorum quæ in sacra Deipara fuerunt inuenta; ita opinatur Suarius 2. tom. in 3. part. disput. 1. sect. 2. & quicunque affirmant Virginem sanctissimam non meruisse de condigno dignitatem Matris, quos pro nostra sententia attulimus supra disput. 11. sect. 3. quibus adde VVadingum de Incarnatione, disput. 10. dub. 8. num. 85. Probatur facillè in nostra sententia. Electio quæ fit omnino & absolutè independentè à meritis, non potuit fieri per merita præuisa; sed electio Virginis sanctissimæ ad dignitatem Matris fuit facta omnino absolutè independentè à meritis; ergo electio illius ad Maternitatem facta fuit absolutè ante merita præuisa. Discursus est legitimus, & maior certissima, quia etiam in sententia quam infra probabimus, asserente electionem absolutam & efficacem, antecedere in Deo præuisionem meritorum, electio ad gloriam non fit independentè à meritis; & minor probatur, quia Beatissima Virgo Maria non meruit de condigno Maternitatem, non solum vt dicit virtutem illam supernaturalem ad gignendum Deum, sed nec augmentum illius, aut actum secundum & actuale exercitium illius, vt latè probauimus disput. 11. sect. 2. & sequentibus, vbi verò ad electionem nulla merita sunt, nec etiam in executione, electio absolutè fit sine meritis etiam consequentibus, ac proinde ante præuisa merita absolutè. Quæ assertio verissima est, præsertim loquendo de Maternitate, vt dicit virtutem illam supernaturalem, vt enim monstrauimus vestigatione 1. disputat. 6. collarà fuit carni seu corpori Diuae Virginis ante animationem. Quo tempore non existens Virgo, nulla ratione potuit habere opera meritoria.

300.

Deinde asserendum est electionem absolutam ad Maternitatem priorem fuisse electionem Virginis ad gratiam & gloriam: hanc assertionem expressit Suarez citatus sect. 3. §. Secundò dicitur, & necessariò debet esse communis omnium sententia, qui absolutè affirmant, potius esse decretam vnionem hypostaticam & incarnationem quam gratiam & gloriam quæ in Christo Domino reperiuntur, de quo disputatur 3. part. quæst. 24. Probo facillimè. Idèd Diua Virgo electa fuit ad tantam gratiam & gloriam, quæ superat de facto omnium sanctorum gratiam & gloriam, quia futura erat Mater Dei & non econtra: ergo electio ad Maternitatem absolutè fuit prior electione ad gratiam & gloriam; probo consequentiam, quia gratia est collata Virgini sanctissimæ, vt se ad Maternitatis exercitium disponeret, & quia decebat vt persona tanta dignitate illustris intensissimam haberet gratiam & gloriam, nec valet si asseratur ex electione ad gratiam & gloriam tanquam ex causa oriri Maternitatis conferendæ decretum, statim enim inquiri potest, ex quo motiuo ortum habuerit, quod hanc personam, Mariam scilicet purissimam elegerit Deus ad tantam gloriam, & ad tantam gratiam, tantaque cunulauerit merita illud præsertim quod habuit in con-

sensu ad generandum Deum, quod necessario supponit gratiam præuenientem & efficacem, quæ ordinem dicat ad dignitatem Matris exercitam tanquam ad motiuum.

301. Tertio relinquatur disputandum utrum electio efficax & absoluta, seu quod idem est efficax & absoluta voluntas dandi gloriam Beatissimæ Virgini antecesserit in Deo præuisionem absolutam meritorum, ita ut prius Deus tanquam finem intenderit gloriam, & ex hac intentione sequuta fuerit electio meritorum quæ re ipsa & efficaciter Mariam sanctissimam perducerent ad gloriam. Grauiissima difficultas, & quæ his nostris temporibus fuisse, & non sine stomacho disputatur. Ego consulto vellem sapientissimum Magistrum Cumel 1. & 3. tom. in 1. part. Franciscum Suarez 1. part. & in opusculis Montoyam tom. de prædestinatione, Salmanticenses Carmelitas 1. tom. in primam partem, Albeldam quæst. 33. 1. part. tractat. de prædestinatione, Tannerum tom. 1. disput. 5. de prouidentia & prædestinatione, & ex aliis Gabriele Vazquez. Et Valentinum Erice utrumque 1. part. de prædestinatione tractantem, & Lessium virum acris ingenij, qui liberius quam alij loquutus.

302. Ego (ut breuiter attingam quod sentio, propero enim ad certitudinem sententiæ piissimæ explicandam) semper existimaui, & existimo nunc electionem efficacem & absolutam Virginis sanctissimæ ad gloriam, & idem omnino est de electione aliorum Sanctorum ordine rationis fuisse priorem absoluta præuisione meritorum. ita S. Thomas 1. part. quæst. 23. art. 4. & 5. Ad Romanos 9. lect. 3. lib. 3. contra gentes cap. 161. & 163. Magister 1. dist. 40. & 42. vbi Durandus dist. 41. quæst. 2. art. 2. num. 14. & quæst. 1. num. 1. Scotus dist. 41. quæst. 1. §. Potest aliter, & alij innumeri quos refert latissime Montoya disput. 7. de prædestinatione, sect. 4. à num. 1. vsque ad 5. quibus adde Reuerendissimum Magistrum Cumel disputationibus ad art. 4. quæst. 23. 1. part. D. Thomæ, & etiam art. 5. disput. 1. Illustrissimum Ambrosium Machin ibidem disput. 36. sect. 6. §. Vera sententia, Hieronymum Perez nostri Ordinis Vicarium generalem ad illum 4. art. & ex aliis Albeldam 1. part. disput. 73. sect. 2. Nazarium 1. part. quæst. 23. art. 5. controuersia 2. Cornejo de prædestinatione art. 4. disput. vnica, Zanardum art. illo 4. Granado tract. 7. de prædestinatione, disp. 4. sect. 2. Villegas contro. 13. de Deo vno, Salmanticens. Carmelitas tract. 5. de prædestinatione, 1. tom. in 1. part. disput. 19. per varia dubia, Tannerum 1. tom. disput. 3. de prouidentia & prædestinatione, quæst. 5. dubio 3. qui alios citat ex recentioribus num. 17. ex Hispania, Italia, Lusitania, Gallia, Germania, Belgio, & quidem absolute affirmat hanc esse communem sententiam omnium Theologorum contra Gabrielem Vazquez, & paucos qui illum sequuntur.

303. Sed quia in hac controuersia non solum de re ipsa est difficultas, sed etiam de mente Augustini Patris & Angelici Doctoris in illius resolutione conantibus vtriusque partis Doctoribus fulgentissima hæc lumina Ecclesiæ in suam sententiam adducere. Veritas est utrum-

que Doctorem sanctissimum in nostra fuisse sententia, ut optime probant Noster Magister Cumel præcipue 3. tom. ad 1. part. Montoya disput. illa 7. & sequentibus, & aliis variis productis. Et quidem ex Augustino illud est efficacissimum; quod ex lib. Soliloquiorum c. 28. desumitur. ibi enim ita scribit: *Ex eodem quidem luto alia quidem facit vasa in honorem, alia vero in contumeliam sempiternam. Quos igitur tibi elegisti de multis in templum sanctum tuum, ipsos mundas, quorum nomina numerumque tu nosti, qui etiam scripti sunt in libro vite, qui nequaquam perire possunt, quibus omnia cooperantur in bonum etiam ipsa peccata, cum enim cadunt non colliduntur.* Vbi Pater sanctissimus alludit ad illa Apostoli verba: *O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam.* Et aliud Ioannis 15. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Quibus etiam probat Augustinus electionem ante merita præuisionem, tit. etiam 86. à medio in Ioannem ita pronuntiat: *Hic certe vacat vana illorum ratiocinatio, qui præscientiam Dei defendunt contra gratiam Dei; & ideo dicunt nos electos ante mundi constitutionem, quia præsciuit nos Deus futuros bonos, non se ipsum nos futurum bonos, si propterea nos elegisset, quia bonos nos futuros esse præsciuerat, simul etiam præsciuisset quod illum nos prius fuisset electuri, non enim aliter esse possumus boni, nisi eligentes bonum.* Vide Augustinum lib. de prædestinatione Sanctorum, cap. 1. medio.

304. Illud etiam illud testimonium ex libro de correctione & gratia, cap. 7. *Quicumque ergo ab illa originali damnatione, ista diuina gratia exempti sunt discreti, non est dubium quod procuratur eis audiendum Euangelium; & cum audiunt credunt & in fide, qua per dilectionem operatur usque in finem perseverant, & si quando exorbitant, correcti emendantur.* Quibus verbis Augustinus Pater memorat discrimen à macula originali per gratiam diuinam, quæ proculdubio est electio ad gloriam, prædicationem Euangelij, fidem, opera meritoria, perseverantiam & correptionem, qua efficaciter reducuntur ne exorbitent à via, & constituit gratuitam discretionem à massa originali, seu electionem ad gloriam tanquam radicem & principium omnium aliorum, qui sunt prædestinationis effectus. Et in eodem cap. 7. paulo antea scripserat: *Illi ergo sunt electi, qui secundum propositum sunt vocati, qui etiam prædestinati atque præsciti, electi autem sunt ad regnandum cum Christo, non quomodo electus est Indas ad opus cui congruebat, illos debemus intelligere per misericordiam electos, illum per iudicium. Illos igitur elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad effundendum sanguinem suum.* Quibus Augustinus alludit ad illud Romanorum 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum istis, qui secundum propositum vocati sunt Sancti.* Et ad illud 2. ad Timotheum. 1. *Vocauit nos uocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum propositam & gratiam Dei.* Quæ lib. de prædestinatione Sanctorum c. 3. explicat

Augu

Augustinus de electione ad gloriam ante merita præuisionem. Videas Montoyam disput. 8. per varias sectiones. Ut quid enim quæ alij iam dederunt transcribam?

305. Angelicus autem Magister per omnia Augustinianus sine dubio electionem ad gloriam ante absolutam visionem meritorum constituit 1. part. quæst. 23. art. 4. illis verbis: *Nam voluntas eius (Dei) qua vult bonum alicui diligendo est causa quod illud bonum ab eo præ alijs habeatur, & sic patet quod dilectio præsupponitur electioni secundum rationem, & electio prædestinationi.* Quæ vltima verba si attendisset Vazquez 1. part. disput. 84. art. 12. non asseruisset nomine electionis intellexisse D. Thomam electionem ad gratiam, non tamen ad gloriam, quia nullus negare potest prædestinationem esse electionem ad gratiam, atqui D. Thomas electionem asserit esse priorem ipsa prædestinatione, & ad illam præsupponi. Adde efficacissimam rationem qua vtitur S. Thomas, ad probandum prædestinatos eligi à Deo euidenter conuincere illum loquentem de electione absoluta ad gloriam. Vide doctorem Angelicum quæst. 6. de veritate, art. 1. ab illis verbis: *Prædestinatio supponit electionem.* Et art. 2. ab illis: *Finis autem diuina voluntatis;* ad Rom. 9. lect. 2. & ad Ephes. 1. lect. 1. ab illis: *Subdit Apostolus.*

306. Rationes ad hanc confirmandam veritatem variæ & efficaces, indicabo solum earum capita. Primum, quia solus Deus decernit prædestinatos à reprobis. Augustinus de prædestinatione Sanctorum cap. 18. & 19. hanc rationem tetigerat, & addit lib. 2. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 7. *Electioem quidem dixit Paulus Roman. 9. vbi Deus non ab alio factum quod eligat inuenit, sed quod inueniat ipse facit.* Secundum, Deus trahit, introducit & cogit, quia prædestinat, seu eligit ad gloriam. Chrysologus sermone 16. in Psalmum 28. *Attrahite nolentes, nemo dicat non vult, quia & Abraham ut offerret filium colligauit, & Loth Angelum, ut subtraherent flammis, extractum manibus sustulerunt, & Petrum Dominus ad Martyrium quod nolens auxilij sui virtute præcinxit dicens: Præcinger te alius, & deducet quod tu non vis, & Pater celestis non solum volentes suscipit, sed attrahit, & nolentes dicente filio: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit illum.* Tertium, Deus sibi relinquens fideles, & eos seruans. Augustinus lib. 5. contra Iulianum, cap. 3. *Reliquia per electionem salua facta sunt, & ne forte ex operibus præcognitis putarentur electi adiunxit: Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Ex isto numero electorum & prædestinatorum etiam qui pessimam duxerunt vitam per Dei benignitatem adducuntur ad penitentiam, per cuius patientiam non sunt huic vite in ipsa scelerum perpetratione subtrahiti, &c.* Quartum, Deus potest saluare quemcumque velit, & nouam efficere creaturam. Prosper epistola ad Rufinum: *Sicut Pater viuificat mortuos, ita Filius quod vult viuificat.* Quintum, Deus potest facere quidquid vult & quando vult. Anselmus ad Romanos 8. ex Augustino hoc tetigit caput, sed elegantius

idem Augustinus de prædestinatione Sanctorum, cap. 14. *Non est dubitandum voluntati Dei, qui in celo & in terra omnia quecumque voluit fecit, & qua etiam illa qua futura sunt fecit, humanas voluntates non posse resistere, quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus quod vult cum vult facit.* Potissima capita inferius illustro. Videantur alia rationes in Montoya disput. 12. de prædestinatione, quæ illa amplificat doctè & desumptæ sunt ex nostro Magistro 1. part. quæst. 28. artic. 2. disput. 1. pag. 703. & seqq.

307. Hinc fit, sacram Deiparam ad gloriam fuisse electam ante absolutam præuisionem meritorum, quod adeo est verum, ut Catharinus, Lessius, Valentinus Erice, qui docent ex professo electionem ad gloriam factam fuisse propter merita absolute præuisionem, ab hac generalissima regula Beatissimam Virginem ut & Christum Dominum libenter excipiant, sed duplex ille ordo saluandorum, quam Catharinus inuexit, ego non probor, & dignè reprobat Censura Magistri Cumel, quidquid dicat Montoya.

### SECTIO III.

*Sacra Deipara etiam absoluta potentia non potuit eligi ad gloriam post merita absolute præuisionem.*

308. Non intendo fieri non potuisse Dei absolute dominio quod Deus videret actus supernaturales Virginis diuæ & illius perfectissima opera, & quod ordine rationis postea decerneret illi gloriam conferre, & ad illam Mariam sanctissimam eligere; si enim posset illi gloriam intendere, imò & conferre, etiam nulla in Maria purissima merita inuenientur, ut de se est manifestum, quia Deus Dominus & arbiter gloriæ. Vnde implicabit, quod videns opera supernaturalia, gloriam (de qua nihil decreuerat antea) velit pro sua misericordia & liberalitate tantæ Matri conferre ut beneficium, non tamen ut coronam & præmium. Alius est thesis huius sensus, pro cuius explanatione aduertendum disputari posse, an si gloria habeat rationem finis, & merita habeant rationem medij efficaciter voliti ad gloriæ consequitionem eo modo & ratione, quæ non reperiuntur in hac rerum serie, possit fieri absoluta potentia, quod Deus sacræ Deiparæ gloriam post præuisionem absolute merita posset ut præmium ex iustitiæ absolute conferre; itaut præuisionem operum scientia visionis Deum mouerent, ut Beatissimæ Virgini gloriam & præmium concederet.

309. Partem affirmantem sequuntur in terminis Montoya de prædestinatione disput. 12. sect. 1. num. 1. Gabriel Vazquez, 1. part. disp. 89. & disp. 90. Lessius, disput. de prædestinatione, sect. 2. & lib. 14. de perfectionibus diuinis c. 2. Erice, 1. part. tractatu, 3. disp. 25. & etiam disput. 24. & alij, quos referunt Montoya, vbi supra, & Salmanticenses Carmelitas 1. tom. in 1. part. tractatu 5. de prædestinatione disp. 9. dub. 3.

X x 3

dub. 3. Quibus adde Vvadingum de Incarnatione disput. 10. dub. 7. num. 70. & 71. qui non solum docent hunc modum eligendi ad gloriam esse possibilem, sed ita de facto contigisse vt implicet contradictionem electio ante merita præuisa, vt notauit Montroya de prædestinatione disp. 7. sect. 2. n. 10.

310.

Asserendum tamen est Sacram Deiparam etiam absoluta potentia non potuisse eligi ad gloriam ex præuisione absoluta meritorum, & ita vt illa merita fuissent ratio motiua propter quam Deus intenderet Beatissimæ Virgini gloriam. Ita videtur sentire S. Thomas, 1. p. quæst. 23. art. 4. qui ex ratione finis & intentionis illius infert necessario dilectionem, & electionem ad gloriam cuiuscumque prædestinati supponi ad prædestinationem, & electionem mediorum, docet expressè Magister Cumel, 1. tom. in 1. part. quæst. 23. art. 4. disp. 1. §. Hæc sententia pag. 701. & 702. & necessario sequuntur quicumque docent electionem ad gloriam esse priorem ratione electione mediorum & vtantur ratione D. Thomæ, & affirmant expressè si bene memini Albelda, cuius excidit locus, & Magister Granado, 1. part. disput. 7. Probatur primo ratione D. Thomæ, quæ cum efficacissima sit ad probandum de facto rem ita se habuisse, quod supra ex mente illius asseruimus ad nostram conclusionem de Dei absoluta potentia probandam potest ad hanc formam reduci. Implicat voluntatem absolutam & efficacem finis non supponi ad efficacem electionem mediorum, sed electio ad gloriam est voluntas efficax & absoluta gloriæ: ergo implicat electionem ad gloriam non esse priorem electione mediorum & ad illam non supponi, & ulterius: ergo absoluta potentia non potuit Virgo sanctissima eligi ad gloriam ex absoluta præuisione meritorum. Discursus est euidentis, & secunda consequentia clarè deducitur ex prima, hæc vero est certissima. Minor asseritur ab aduersariis, qui post absolutum examen & visionem meritorum constituunt in Deo electionem ad gloriam. Maior verò probatur, quia electio efficax mediorum volita est ratione finis; vnde consequenter antecedenter finis debet esse volitus, est enim ratio eligendi media, eo vel maxime quod reipsa gloria est finis gratiæ, & meritorum & illis posterior in executione. Vnde in intentione voluntas gloriæ debet antecedere voluntatem mediorum & meritorum ex communi regula Philosophorum, quæ sunt posteriora ordine executionis priora sunt ordine intentionis. Vide Magistrum Cumel, 1. part. quæst. 23. art. 4. disput. 1. qui hanc rationem optime explicat & amplificat.

Albelda.  
Granado.

Cumel.

311.  
Vasq.

Viderunt rationem hanc auctores contrariæ sententiæ & variè conantur illam dissoluere. Principio enim Gabriel Vasquez, affirmat veram esse loquendo de voluntate, qua quis sibi intendit aliquem finem per media physica assequendum, falsam verò si intelligatur de voluntate qua intenditur alteri finis qui obtinendus est per media moralia, & cum electio efficax gloriæ sit intentio finis non respectu Dei, sed respectu Virginis & per media moralia qualia sunt merita debeat consequi, & quæ

pendeant necessario à voluntate illius, inde fit voluntatem illam absolutam, & efficacem necessario etiam supponere absolutam præuisionem mediorum.

Sed contra primò, quia gloria conferenda sanctissimæ Virgini non solum est finis quem Deus intendit Sacræ Deiparæ, sed etiam est finis quem Deus sibi præstituit & intendit, cum enim sit medium ad ostensionem attributorum & liberalitatis diuinæ, non potest non esse volita à Deo, qui per media, quæ inter se comparata habent rationem finis non vltimi & rationem mediorum intendit tanquam finem vltimum, & perfectissimum suam gloriam, non ergo voluntas dandi gloriam est intentio finis solum respectu creaturæ prædestinatæ sed etiam est voluntas finis proprii, & quem Deus intendit sibi ipsi.

312.

Contra secundò, quia supposita diuina scientia & efficaciam diuinæ electionis illa media quasi physica sunt & ex diuina ordinatione habent intrinsecam connexionem cum gloria. Deus verò, vim habet suauissimam constituendi reipsa illa media moralia in ordine ad finem infallibiliter consequendum; nouit enim naturam illorum & cognoscit scientia infinita se posse allicere voluntatem creatam ad eliciendas actiones supernaturales & eligenda illa media tali ratione vt nunquam non illa constituat suo modo & cum Deus decernat illa media esse à voluntate secundum suum modum operandi, id est, cum libertate, nunquam hæc duo componentur, & quod illa media eligat, & quod eligat sine libertate, vt latius ostendi controuersia generali de prædestinatione disputationibus ad art. 4. quæst. 23. 1. part. & infra amplius promoueo ex D. Thom.

313.

Secundò, respondet Vvadingus, electionem ad gloriam incipere à selectu gratiæ congruæ, & efficacis in ordine ad consequendam gloriam, quam licet antecedar peculiaris affectus & intentio dandi gloriam, nec Deum ex tali decreto illas gratias seligere, sed ex illo affectu & intentione quæ ad collationem gratiæ efficacius supponuntur. Sed contra primò, quia iam selectio gratiæ efficacis oritur ex aliqua intentione & affectu Dei, quæ in Deo erga reprobos non reperitur supponitur; ergo iste affectus & intentio ad selectum gratiarum efficacium quæ connectuntur cum consequentia gloriæ, atque adeo illæ sunt posteriores quam illa intentio à qua fluunt, & ortum habent & cum ab aduersariis appelletur efficax affectus & ex illo infallibiliter sequatur executio voluntatis dandi gloriam, nihil videtur illi deficere vt habeat veram rationem intentionis finis.

314.

Contra secundò, quia iam efficax aliquis voluntatis actus supponitur ad selectum gratiarum efficacium, quo posito & positis etiam gratiis efficacibus & meritis non poterit Deus non conferre gloriam illis quos efficaces gratias seceuit, & forsitan non erit necessarius alter actus voluntatis post præuisa merita, sicut affirmat Montroya non esse necessariam voluntatem executionis ad conferendam gloriam si præcessit vt ipse fatetur voluntas per modum intentionis. Adde quod stante illo affectu, & intentione efficaci de gloria Beatissimæ Virginis

ginis & scientia absoluta meritorum, necessarius non est alius actus voluntatis ad collationem gloriæ quem vocant executionem, sed imperium monarchicum sufficere quo Deus dicat, Deiparæ reipsa gloria conferatur tali tempore determinato. Tertio, confutatur hæc solutio rationibus infra afferendis & desumendis ex dono perseverantiæ, vide sect. 5. vbi refuto Erice similem resolutionem.

316.

Deinde respondet Lessius, electionem mediorum ad gloriam non esse efficacem, quia gratiæ illæ, & auxilia ad consequendam salutem non conferuntur à Deo vt efficaciam sunt, ac proinde non supponunt efficacem intentionem finis. Sed contra primò, quia illa auxilia sunt efficaciam vel ex præscientia conditionata, vel (quod verum est) ex natura rei & causalitate diuina, & Deus id vel scientia conditionata vel scientia simplicis intelligentiæ cognoscit; vnde fieri non potest quod illa velit dare & non vt sunt efficaciam formaliter sed materialiter solum; re enim ipsa habent connexionem cum gloria futura & hanc connexionem infallibilem cognoscit Deus saltem vi scientiæ conditionatæ, & in re illam confert in ordine ad illum effectum ad quem cognouit conditionatè illa auxilia habere congruitatem, aut explicetur ad quem alium effectum illa auxilia à Deo conferantur libero arbitrio in illis circumstantiis in quibus nouit Deus liberum arbitrium consensurum & elicitorum actum contritionis, idque non coniecturaliter sed infallibiliter.

317.

Dices pro Lessio, Deum velle conferre illa auxilia, & gratias efficaces, sed non velle absolute dare congruitatem illorum, hanc enim confert ex sola simplici complacentia, sed hæc non est solutio, sed vel repetitio vel euasio, Deus enim ex vi voluntatis dandi hæc auxilia iam discernit saluandum à reprobo; confert igitur illi aliquid excellentius & præstantius in ordine ad gloriam, quod reprobo non confert; sed reprobo decernit dare, idque efficaciter gratiam ex se indifferentem & sine congruitate, signum igitur est prædestinato velle dare gratiam congruam & ex qua scit infallibiliter futurum consensum; aliàs Deus ex illa voluntate nihil conferret vni quod alteri non conferret, neque ex parte Dei vlla esset discretio; quod est etiam contra auctores huius sententiæ, qui existimant electionem ad gloriam in ipsa electione mediorum iam incipere apparere ex parte ipsius Dei, quod nulla ratione possunt negare; & quidem certissimum est voluntatem dandi prædestinato physicam entitatem illius auxiliij in tempore & circumstantiis, quibus illo arbitrium vteretur esse efficacem, & deinde mirum non esse efficacem voluntatem congruitatis, rogari enim potest si Deus veller dare illam gratiam vt congruam fecit illam vsus liberi arbitrij conditionatè futurus, qua alia ratione Deus illam conferret, præsertim cum prædestinatio sit præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur, vt ex D. Augustino omnes docent Theologi, non vero liberantur nisi efficacibus auxiliis, quod Catholicus vllus nunquam negauit. Adde Deum infallibiliter cognoscere ex hac vel al-

August.

tera scientia (de quo modo non disputo) hæc auxilia reipsa esse efficaciam & reipsa futurum consensum voluntatis liberum si illis auxiliis moueatur. Mirum igitur est, Deum hæc omnia cognoscere, & efficaciter velle dare physicam entitatem auxiliij in tempore & circumstantiis in quibus cognouit futurum infallibiliter consensum voluntatis, & tamen nec dare gratiam congruam, vt congruam, nec velle consensum voluntatis futurum, cum hic ex præsentia saltem si non ex causalitate efficaci diuini decreti nunquam non ponetur in re si in re ponatur conditio viderunt Lessij sectatores vim huius consequentiæ, & affirmant Deum non posse velle efficaciter congruitatem auxiliorum quia læderetur libertas, & prædestinati non consequerentur liberè sed necessario æternam salutem. At hæc euasio est notissima; vis enim argumenti eos deducit ad efficacem voluntatem congruitatis, & cum illa premantur, recurrunt ad negationem libertatis, Thomistæ verò iam monstrarunt, imò non Thomistæ libertatem voluntatis creatæ optime componi posse cum efficaci decreto diuino sine illius læsione. Diuus enim Augustinus, Prosper, Fulgentius, & omnes Sacri Doctores explicauerunt concordiam liberi arbitrij cum absoluta electione ad gratiam & gloriam, qui tamen approbarunt nunquam scientiam conditionatorum. Et mirum quidem est, vt optime considerauit Magister Cumel, 1. tom. in 1. part. quæst. 14. disput. vnica hanc scientiam futurorum sub conditione ante omne decretum Dei de illorum futuritione nunquam fuisse cognitam Patribus neque Ecclesiæ in circumstantiis, & tempore quibus pugna cum Pelagianis & eorum reliquiis, & nunc cognitam Theologis recentioribus quales Fonseca, & Molina, maxime cum illorum primus illam adinuenerit anno 1560. quo tempore in Synodo Tridentina tractabatur concordia liberi arbitrij, & prædestinationis; quod iam antea notarunt Carmelitæ Salmaticenses, apud quos videas disput. 19. de prædestinatione dubio 3. alia effugia Molina, Lessij, & Vasquezij, optime occlusa.

August.  
Prosper.  
Fulgentius.Fonseca.  
Molina.Carmelita  
Salmaticens.

318.

His adde, quod si Deus gratias illas efficaces non selegisset, vt efficaces sunt, sed solum in illis complacentiam haberet cum videret earum effectum hoc solum esset illas gratias illi placere & non prouidere de illis; postquam enim vidit illas futuras, & consensum liberi arbitrij in illis placere nulla ratione est prouidere vt de se est manifestum, quia antequam efficaciter prouideat & decernat absolui iam futuri sunt illi actus & auxilia ipsa sunt futura, & non habent quod sint ex diuino decreto absoluto, quæ verò hoc modo non disponantur à Deo, non prouidentur. Vide M. Cumel, 1. tom. in 1. part. quæst. 23. sed melius quæst. 14 art. 1. disp. vnica nouè addita §. redeamus pag. 362. column. 2.

M. Cumel.

319.

Quartò, responderi potest rationem D. Thomæ, falsum omnino supponere; in Deo enim nulla est voluntas efficax finis alicuius creati. Deus enim seipsum solum respicit vt finem in quem ordinat omnia media quæ eligit, & cum merita & gratias efficaces, tum etiam vt gloriam

riam eligat, vt media ad sua attributa ostendenda, & solum propter ipsius bonitatem, inde est quod gloriam nunquam velit vt finem. Vnde consequitur voluntatem dandi gloriam non posse esse priorem voluntatem dandi media, quia in Deo solum est ordo executionis, non vero intentionis. hanc doctrinam expressè tradit Basilius Legionensis 1. part. variarum q. 6. Scholastica respondens ad rationem D. Thomæ, §. Quinto obiici potest, & §. Denique. Sed contra primo, quia hæc doctrina est contra communem sententiam, & modum loquendi Patrum S. Thomæ, & omnium Scholasticorum, & quæ nulla auctoritate, nullo firmo fundamento nitatur vt iam explico. Contra secundo, quia tametsi Deus suam velit bonitatem vt finem vltimum, & ad quem refert omnia opera sua, dubitari non potest inter media quæ eligit Deus ad propriam bonitatem ostendendam plura esse quæ respectu aliorum habent rationem finis non vltimi, sed intermedij de quo dubitat nullus, re enim ipsa Deus eligit media vt conferat gloriam; gloria vero habet rationem finis, & media eliguntur, quia intentus est finis. Vnde constat quam debile sit fundamentum Legionensis, qui tamen reuera doctissimus, non enim asserit S. Thomas, Deum intendere gloriam Sacræ Deiparæ, vt finem vltimum, sed solum vt intermedium cuius assequutio ordinabilis sit ad finem præstantissimum ad quem omnia alia ordinantur. Auctorem vero nullum pro sua sententia refert Basilius. Contra tertio, quia etiam si verum esset Deum nullum intendere creatum finem negari non potest in Deo esse voluntatem conferendi gloriam, & dandi media efficacia ad illius consequutionem, quatenus hæc duæ voluntates sunt mediæ efficacium ad ostensionem bonitatis diuinæ. De his ergo voluntatibus inquiri optime potest vtra illarum sit prior, an voluntas gloriæ, an meritum voluntas, & in vtramque partem potest difficultas resolui, & nostra resolutio est de absoluta Dei potentia semper futuram priorem voluntatem gloriæ supposito ordine prioris, & posterioris inter has voluntates, nihil igitur valet modus respondendi ad rationem D. Thomæ, quæ quacumque proponatur ratione habet insuperabilem vim.

310.

Vt secundo probetur huius sectionis assertum suppono in hac rerum serie & ordine communis prædestinationis in quacumque sententia esse donum perseverantiæ, quod solum electis conceditur. est fides Catholica, quam semper complexa est Ecclesia, & definita est in Tridentino sessione 6. decreto de iustificatione illamque probant Patres ex quibus Augustinus, de bono perseverantiæ cap. 17. illa scribit: quæ transcribo, quia illius verba ad nostram sententiam confirmandam aptissima. *Videte iam* (inquit) *à veritate quam sit alienum negare, Dei donum esse perseverantiæ usque in finem huius vite, cum vita huic, quando voluerit ipse det finem, quem si dat ante imminens lapsus facit hominem perseverare usque in finem, sed mirabilior, & fidelibus evidenter largitas bonitatis Dei est, quod etiam paruulis quibus obedientia non est illius ætatis vt detur, detur*

Trident.  
August.

*hæc gratia; ista igitur sua dona quibuscumque, Deus donat proculdubio donaturum se ipse præsciuit & in sua præscientia præparavit. Quos ergo prædestinavit hos ipsos, & vocavit vocatione illa, quam sapè commemorare non piget, de qua dictum est, si e penitentia sunt dona Dei & vocatio. Nam in sua quæ falli mutari que non potest, præscientia opera sua futura disponere id omnino nec aliud quidquam nisi prædestinare. Hactenus Augustinus Pater, quem imitantur Hilarius Arelatenfis, in Epistola ad Augustinum, Prosper, ad cap. 7. Gallorum, Fulgentius, Ruspensis, lib. 1. art. 1. ad Monimum præsertim cap. 11. Isidorus, lib. 2. sententiarum c. 5. Chrysof. homil. 8. in c. 3. 1. Corinth. & alij Patres, & Doctores.*

Prosper.  
Ruspensis.  
Isidor.  
Chrysof.

311.

Ex his ergo hanc formo rationem. Perseuerantia finalis est donum Dei efficaci voluntate præparatum saltem quantum ad auxilia & externam protectionem, quo in hac vita electi secernuntur à non electis, quibus Deus non concedit vt de facto in gratia & sanctitate perseverent, quod tamen electis concedit: ergo donum perseverantiæ procedit ex voluntate efficaci dandi gloriam, ergo intentio dandi gloriam, & electio ad illam vnus præ alio etiam Dei absoluta potentia antecedit visionem absolutam meritum. hæc vltima consequentia videtur evidens & maior est de fide, primam consequentiam in qua est difficultas iam proba. Voluntas dandi perseverantiam finalis est efficax, & absoluta resolutoria & nullo modo conditionata, & aliàs mediata (tametsi efficaciter) ordinatur ad vitam æternam, cum qua ex diuina institutione habet infallibilem connexionem, ergo oritur absoluta intentione dandi gloriam, cum enim sit volita propter aliquem finem, & non solum propter se ipsam necessario amatur ex aliquo præcedenti motivo, sed non est aliud immediatius quam intentio gloriæ; ergo causatur ex antecedenti intentione concedendi gloriam prædestinatis. Quod vero non sit alius finis immediatior, & propinquior videtur negari non posse; ostensio enim diuinæ bonitatis non est proximus finis, & alius assignari non potest nisi efficax intentio conferendi gloriam. Et declarari, & vigeri amplius potest. Quia Deus euidenter cognoscit perseverantiam in gratia habere connexionem cum consequutione gloriæ, & hanc omnino infallibilem & immediatam, ergo conferens donum perseverantiæ mouetur ex intentione conferendi gloriam, suppono enim inter finalem perseverantiam & collationem gloriæ, nihil aliud mediare. Quod cernitur clarius in paruulis, vbi nullus est actus & nihil mediat nisi præmatura mors, qua rapitur, ne malitia muret illorum intellectum; in adultis vero nullus expectatur consensus ad donum perseverantiæ, nulla est conditionata voluntas sed efficax, & resolutoria, qua Deus decernit huic dare donum perseverantiæ non motus illius operibus (perseuerantiam enim nulla opera merentur, sed omnino illam largitur liberaliter Deus) non propter aliam causam immediatam, & proximam, sed quia decreuit efficaci proposito dare illi gloriam, & vt mediūm efficax ad hunc finem independentem à consen-

consensu liberi arbitrij etiam conditionatè tanquam à motivo illam præsciuit, id est præparauit & elegit: Quia enim ratione fieri potest vt Deus prudentissimo modo res nostras disponens videat perseverantiam habere connexionem, illamque immediatam, & infallibilem cum gloria & illam videns præfinit voluntate absoluta & non ex absoluta voluntate dandi gloriam, quæ ad illam infallibiliter consequitur. Nota vero Augustinum Patrem dixisse, vbi supra Deum disponere perseverantiam, quod dicit necessario efficacem voluntatem mediæ, & non solum simplex desiderium; desiderare enim non est disponere.

312.

His rationibus efficaciter conuincitur Sacram Deiparam de facto electam fuisse ad gloriam ante absolutam visionem meritum, si enim fuit electa, & contrario modo eligi non potuit consequens est, hoc modo explicato fuisse electam, & prædestinatam, sequitur etiam torius prædestinationis Diuæ Virginis vt dicit intentionem finis, & præparationem mediæ nullam dari causam ex parte Virginis sanctissimæ, neque potuisse dari etiam absoluta potentia. Vide Reuerendissimum Magistrum Cumel, 1. p. q. 23. art. 4. variis disputationibus & art. 5. disput. 1.

M. Cumel.

## SECTIO IV.

*Argumenta in contrarium proponuntur, & dissoluntur.*

323.

**A**D ostendendam electionem absolutam, & efficacem ad gloriam non potuisse esse ante merita præuisa, sed necessario illam consequi multa producantur testimonia Sacræ Scripturæ, sed illa clarissime explicant Doctores nostræ sententiæ Magister Cumel, Albelda, Magister Machin de Aquina, Carmelita Salmanticenses, sed excellit meo iudicio noster Hispanensis Montoya, qui testimonia ad nostram sententiam assert, & vrget disput. 8. de prædestinatione per duodecim sectiones satis copiosè, & quæ in contrarium adducuntur doctè & dilucidè explicat disp. 9. per quinque sectiones quibus ostendit legitimum sensum testimoniorum, quæ in nos & pro se adducunt Gabriel Vasquez, Lessius, & Valentinus Erice, illi ergo sunt consulendi.

324.

Adducunt etiam Patres, sed præcipuè volunt Patronum electionis ad gloriam post præuisa merita Augustinum Patrem, qui diuersis in locis eam videtur insinuare, sed præsertim lib. 5. ad Simplicianum quæst. 2. Cuius testimonium non semel ponderat Vasquez, sed tanta claritate docuit Augustinus Pater nostram sententiam, vt Valentinus Erice, qui illius testimonia congerit disput. 23. de prædestinatione cap. 6. & qui electionem nostram absolute impugnat acriter non potuerit negare cap. 4. & fufius cap. 13. illius disputationis ex Paulo & Augustino necessario colligi peculiarem electionem prædestinatorum ante merita absolute præuisa, quam tamen non vult esse absolutam, & quidem qui attentè legerit libros de correctione & gratia, & de dono perseveran-

tiam, quos D. Augustinus scripsit propter Prosperum, & Hilarium Arelatensem, & Epistolam eorum Augustino missas, clarissime comperiet Doctorem sanctissimum absolutam electionem ante merita docuisse, tum quia ex illa scandalizati sunt Massilienses, quibus nullum esset scandalum si electio poneretur absoluta post merita: tum quia eadem obiectiones aduersus Augustinum constituebant, quas nunc recentiores Hæretici contra nostram sententiam afferunt, vt facile constat ex Hilarij, & Prosperi Epistolis ad Augustinum citatis.

325.

Addunt deinde rationes. Prima, & præcipua desumitur ex eo, quod electio absoluta & efficax ante merita præuisa tollit libertatem. Hanc amplificat Erice, cap. 9. num. 99. & sequentibus. Summa est. Quia illa electio non est in potestate prædestinati, vt sit aut non sit. Sicut physica præmotio non est in potestate hominis, qui per illam excitatur ad salutem, quod argumentum repetit sæpissime qui negant auxilia physica promouentia. Quo tamen non obstante Valentinus existimat Beatissimam Virginem absolute efficaci & resolutoria voluntate electam fuisse ad gloriam ante merita præuisa; quod etiam concedit de aliis eximie prædestinatis disput. 24. cap. 3. In quo confentit, vt ipse fatetur cum Catherino, Gabriele, & Ochamo, quos recitat cap. 1. Vnde ipse non negat nostram assertionem quantum attinet ad Virginem sanctissimam: sed quantum attinet ad alios sanctos, qui eximie prædestinati non sunt, sed cum num. 39. hanc doctrinam videat pugnare cum illa quam ex professo tradidit disput. 23. à sect. 9. conatur respondere ad difficultates quas contra nostram sententiam proposuit. Et primum ad hanc primam in summa affirmat, Deum elegisse efficaciter ad gloriam Virginem sanctissimam ante merita præuisa. Deinde determinasse meritum in ordine ad præmium voluntate etiam efficaci, sed non determinasse actus meritorios in singulari, & per hoc intulit saluari optimè Virginis libertatem, vt saluatur Christi Domini libertas, qui licet determinatus esset ad moriendum ex obedientia ita vt non mori non posset, tamen per quemcumque actum obedientiæ liberè, & meritorie mortem oppetere poterat.

326.

Sed Valentinus non potest liberari à manifesta contradictione; semel enim affirmat absolutam, & efficacem electionem lædere libertatem, & iterum docet eandem resolutoria voluntatem libertatem non impedire: quæ duo contradictorie opponuntur. Nec refert quod ipse conetur explicare rationem propter quam in eximie prædestinatis resolutoria voluntas non lædat libertatem. Si enim de intrinseca ratione absolutæ voluntatis est lædere libertatem, mutari non potest illius natura, & consequenter semper lædet libertatem, quod si in aliquibus libertatem illam relinquit generaliter loquendo, absoluta electio ante merita non tollit libertatem, quia Valentinus viam munit qua libertati Virginis nullum præiudicium inferatur ex electione absoluta, cum tamen ipse concedat expressè illum modum eligendi Virginem ad gloriam lædere libertatem

ad

ad peccandum, & libertatem ad amittendam gloriam, vt constat ex illa disput. 4. num. 40. Et quidem mirabile est, quod Valentinus modum inuenit conciliandi libertatem Virginis cum absoluta electione, & Deus non possit modum reperire quo saluetur libertas aliorum prædestinatorum si illos eligat absoluta voluntate ad gloriam ante merita præuisa, & peccabiles relinquat.

327.

Modus vero componendi absolutam electionem cum potentia peccandi Deum latere non potuit, illamque optimè explicuit D. Thomas, & radicaliter quidem variis in locis, sed præcipuè 1. part. quæst. 19. art. 8. corpore vbi inquit an voluntas Dei, rebus volitis necessitatem imponat; ad cuius intelligentiam illud est præmittendum, articuli difficultatem non procedere de voluntate inefficaci, aut conditionata, siue quæ sit desiderium etiam flagrantissimum; sic enim certissimum est voluntatem Dei nullam rebus inefficaciter volitis necessitatem imponere, imo neque illas infallibiliter infert, cum Deus velit omnes saluos fieri, qui tamen omnes non solum non necessario, sed neque infallibiliter soluantur. Difficultas ergo, quam tractat Angelicus Doctor de voluntate efficaci & absoluta procedit, vt colligitur clarè ex conclusione & illius probatione in corpore articuli, ibi enim S. Doctor hæc scribit: *Et ideo melius dicendum est, quod hoc ( scilicet non omnibus rebus voluntatem Dei necessitatem imponere ) contingit propter efficaciam diuinae voluntatis. Cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum effectus, consequitur causam non tantum secundum id, quod fit, sed etiam secundum modum fiendi vel essendi.* Et paucis interpolitis: *Cum igitur voluntas diuina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo Deus fieri vult. Vult autem quadam Deus fieri necessario, quadam contingenter, vt sit ordo in rebus ad complementum vniuersi, & ideo quibusdam effectibus aptauit causas necessarias, quæ deficere non possunt, ex quibus effectus de necessitate proueniunt, quibusdam autem aptauit causas contingentes defectibiles, ex quibus effectus contingenter eueniant: non igitur propterea effectus voliti à Deo eueniunt contingenter, quia causa proxima sunt contingentes, sed propterea quia Deus voluit illos contingenter euenire, contingentes causas ad eos preparauit.* Ex hoc testimonio duo colliguntur ad nostram sententiam Primum D. Thomam, sermonem instituere de voluntate Dei efficaci, alias ratio conclusionis desumpta est efficacia voluntatis diuinæ. Secundum, Deum optimè posse præfinire absolutè, & resolutoriè quemcumque actum liberum voluntatis creatæ hic, & nunc non solum secundum substantiam, sed secundum indiuiduales circumstantias eliciendum, vnde efficacia voluntatis diuinæ extendetur directè, & expressè ad effectus contingentes, & ad contingentiam illorum ad liberos effectus & ad eorum libertatem, ad substantiam propriam, & ad modum quo fiunt & producuntur. Vnde efficaciter potest velle actum liberum fieri iuxta liberum modum operandi voluntatis, quin illum immutet ali-

quo modo; si enim id non potest Deus efficaciter & absolutè velle, vbi est voluntas illius efficacissima, vbi infinitas efficaciam quæ pertere non potest ad modum liberè operandi, quo voluntas suos actus liberos producit. Imò sequitur euidenter Deum respectu futuritionis actus liberi nullam maiorem habere efficaciam, quam vnus homo habeat respectu actus liberi ad alterius hominis, qui flagranter potest desiderare conuersionem alterius, non tamen illam velle absoluerè. Ex hac enim aduersariorū doctrina euidenter colligitur Deum expectare voluntatem nostram consentientem suo auxilio vt præfiniat consensum, necessariòque præuidere prius consensum saltem conditionatè futurum, vt absolutè velit consensum; aliàs illum velle absolutè non posset, immò aliqui existimant etiam præuiso consensu per scientiam mediam Deum voluntate absoluta præparare auxilia, & illa efficaciter velle, non tamen velle absolutè, & resolutoriè consensum, sed solum illum desiderare, vt clarè & expressè docet Valentinus Erice, disput. illa 23. cap. 13. Quod nihil est aliud, quam asserere respectu Dei consensum aut conuersionem D. Petri, & consensum Virginis in Matris dignitatem à casu contigisse, & propter Dei voluntatem efficacem, quia per se & directè nihil Deus circa illos consensum decreuit, tamen absolute præparauerit auxilia ex se indifferentia ad futuritionem illorum, & quæ ex natura consensum non inferant sed ex superaddita congruitate, quam efficit non Deus, sed liberum arbitrium.

328.

Explico & vrgeo hæc rationem D. Thomæ. Ponamus Deum non habere scientiam mediam (quod verissimum est) neque scientiam conditionatorum effectuum, quod aliqui asseruerunt, & velle absolutè collationem auxilij physicè indifferentis, desiderare tamen indirectè, & non per se consensum voluntatis creatæ, nonne consensum sequutus est præter absolutam voluntatem Dei, immò & præter illius intentionem; Deus enim vt sæpè concedit Valentinus non confert auxilia congrua, vt congrua, sed solum vt indifferentia, quod igitur fortiantur effectum præter intentionem absolutam Dei est, à casu igitur respectu Dei sequitur ille consensus, quia illud à casu mihi euenit, quod neque volo efficaciter neque absolutè directè & per se intendo, hoc autem maximum est inconueniens, vt argumentatur Diuus Thom. in corpore illius art. 8.

329.

In cuius decursu illud valde est aduertendum, Doctorem Angelicum etiam ablata occasione, nunquam dixisse Deum non inferre necessitatem sua absoluta voluntate effectibus liberis, quia ante illam præuidit scientia conditionata illos liberos effectus, quod facilius esset ad probandum Dei voluntatem liberis effectibus nullam necessitatem imponere, sed recurrisse ad efficaciam diuinæ voluntatis. Suarez enim & alij, qui concedunt scientiam mediam, & alias affirmant non repugnare decreta & præfinitiones absolutas ad concordiam libertatis cum præfinitione ad scientiam mediam confugiunt. At non sic D. Thomas, sed ad efficaciam diuinæ voluntatis. Pende illa verba

verba Angelici Doctoris: *Non igitur propterea effectus voliti à Deo eueniunt contingenter, quia causa proxima sunt contingentes, sed propterea, quod Deus voluit illos contingenter euenire contingentes causas ad eos preparauit.* In quibus considero primum Deum absolutè, & efficaciter velle actus liberos qua liberi sunt. Secundum (quod est consideratione dignissimum Deum non expectare consensum contingentem voluntatis creatæ, ad illius volitionem ita vt contingens illorum futuritio sit primum à voluntate creatæ, vt generaliter docent aduersarij, sed potius voluntatem creatam liberè & contingenter operari, quia Deus qui est primum liberum, & causa prima libertatis voluit illos effectus esse liberos, & propter hunc finem voluit efficaciter illis præparare voluntatem causam contingentem & liberam. Non igitur Deus vult contritionem, quia præuidit illam futuram ex determinatione liberi arbitrij, sed potius, quia illam futuram voluit efficaciter voluntatem liberam præparauit, & præmouit gratia præueniente & inclinante ad contritionem. Doctrina igitur S. Thomæ, reète expensa opponitur scientiæ mediæ, & desiderijs illis inefficacibus & conditionatis & constituit decreta absoluta efficacia & resolutoria, quæ cum libertate non repugnant, non quia contritionem iam vidit futuram scientia conditionata, sed quia voluntas Dei est efficacissima & illi subsunt causæ liberæ, & propriissimus modus operandi illarum scilicet cum omnimoda indifferentia principij efficientis quatenus efficiens est. Atque hæc est vera & legitima interpretatio doctrinæ traditæ à S. Thom. illo art. 8. q. 19. quam præter sectatores sententiæ mediæ omnes aut recipiunt aut ita intelligunt

330.

Deus ergo quæ est infinita efficacia sua voluntatis vult absolutè, & per se non solum auxilium efficax ex se ad consensum Virginis, & Petri conuersionem sed etiam consensum & conuersionem futuram iuxta modum operandi voluntatis creatæ, id est vult vt voluntas creatæ consentiat ita liberè, vt possit peccator non conuerti si conuertere se non velit, & Virgo purissima liberè non consensum præuenire ad Maternitatè, & dum peccatorem efficaciter mouet vt peccatum non faciat: ita liberè mouet vt possit simpliciter & absolutè peccare si velit, & expressius loquendo etiam absoluta potentia non potest fieri quod homo præuentus auxilio efficaci operetur non liberè. neque fieri potest eadem potentia, quod non possit non peccare modus enim operandi liberi arbitrij subest efficacissima Dei voluntati. Cum igitur Deus efficaciter voluerit Diuam Virginem ita consentire vt consentiat liberè, ita vt possit non consentire si velit & Petrum ita elicere actum præceptum, vt possit non elicere & possit peccare si velit, impossibile est, quod non possit si velit omittere; voluntati enim diuinæ nullus resistit. Vnde meo iudicio (quod approbanit in publicis concertationibus Hispanensibus Doctissimus Granada, Magister meus dum ego præfinitiones, & præmouiones physicas defenderem) etiam in sensu composito & non solum in sensu diuiso id

est stantibus præfinitione & præmouione physica, & absoluta contritionis potest homo non conuerti, quia præfinitio & præmotio fiunt à Deo secundum proprium modum agendi libertatis creatæ, qui talis est vt positus omnibus requisitis ad agendum possit agere & possit non agere. Quam ego doctrinam accepi à sapientissimo Magistro Cumel, ex cuius mente illam in Andalusiam inuexi, quam cum primum modestissimus Iacobus Granado audiuit, hæc pronunciauit: *Si hoc modo responsum fuisset ad nostra argumenta forsitan non esset exhortatio tanta controuersia in Ecclesia Dei.* Estque hæc doctrina consentanea decreto Concilij Tridentini sess. 6. can. 4. vbi anathematizatur qui dixerit liberum arbitrium à Deo motum & excitatum non posse dissentire si velit, quod intelligendum est de auxilio efficaci & motione absoluta.

331.

Doctrinam quam ex D. Thoma, attulimus defendit Ferrariensis lib. 1. contra gentes cap. 85. & sapientissimus Magister Cumel, variis in locis 1. tom. in 1. part. quæst. 19. art. 8. disp. 1. quæst. 23. art. 3. disp. 7. 2. tom. in 1. 2. quæst. 111. art. 3. disp. 1. & 2. & tandem como variarum disput. in 1. part. & 1. 2. pag. 456. column. 1. noster Antiochus Brondus in cap. 3. Apocalypsis disp. 7. quæst. 3. & probant generaliter omnes Thomistæ, vt quæ sit clarissima Angelici Doctoris sententia, vidit illum Erice de voluntate Dei, disp. 19. cap. 1. & 2. & affirmat duo. Primum, num. 111. hæc doctrinam D. Thomæ, pro sua esse sententia negante præfinitionem absolutam & physicam præmouionem determinantem ad vnum, quia cum Deus effectibus contingentibus præpararet causas contingentes & liberas, & auxilium ad actus supernaturales sit de necessarijs ad liberè operandum contingens debet esse & liberum, non tamen determinatum ad vnum, quia si ad vnum determinaret non esset causa contingens aut libera sed causa necessaria & determinata, vnde Deus contingenti & libero effectui non aptaret causam contingentem & liberam sed causam necessariam contra D. Thomæ doctrinam, sed fallitur manifestè Valentinus, quia auxilium non est causa operans liberè, & contingenter sed est ratio formalis voluntati agendi liberè, & contingenter ac proinde illud in se non est liberum & contingens sed vis necessaria (non dico necessitans) ad operandum liberè siue sit qualitas siue motio transiens siue actualis applicatio ad operationem aut aliud huiusmodi aptat, ergo Deus efficacissima voluntate voluntatem & causam liberam auxilio nec contingenti nec libero vt liberè eliciat consensum aut conuersionem determinatque voluntatem iuxta propriam naturam quin auferat libertatem quoad exercitium, vnde voluntas ita determinata suam conseruat libertatè quia determinatur iuxta suum modum operandi estque manifesta instantia tum in quocumque habitu supernaturali, tum in quocumque auxilio supernaturali, vtrumque enim determinat voluntatem quoad specificationem actus, ita vt nec habitus charitatis nec auxilium mouens ad actum charitatis possit esse principium actus contrarij, & tamen nullus



nullus afferit actum charitatis non esse liberum quoad specificationem, etiam si præexistat habitus & auxilium determinans voluntatem quoad specificationem, quia illa determinatio non immutat modum operandi ipsius voluntatis stat igitur determinatio ad alteram partem cum libertatis natura. Adde quod ipse actus charitatis productus determinat voluntatem, & tamen libertatem non tollit; voluntas enim tendens in Deum actu charitatis determinata est, & tamen liberè amat Deum; non ergo verum est determinationem non necessitantem auferre libertatem, sed de mente sancti Thomæ, certum est simul & semel utramque posse consistere propter efficaciam voluntatis diuinæ.

332. Secundum assertum Valentini est illam doctrinam D. Thomæ, ut à nobis explicatur pugnantia & contradictoria docere, & ex illa sequi nullo modo voluntatem esse expeditam ad actum contrarium seu ad negationem illius actus, ad quem Deus aptauit voluntatem & præparauit auxilium; hoc habet c. 2. à num. 15. Primum probat, vult Deus pœnitentiam ita fieri ut non possit non poni, & ut possit non poni, quia ut procedit à decreto ita ponitur pœnitentia ut non possit non poni, ut à voluntate expedita ita ponitur ut possit non poni, ergo Deus volens efficaciter pœnitentiam liberam voluntate absoluta duo implicantia & contradictoria præfinitione illa resolutoria vult. Secundum ostendit, quia cum voluntas sit determinata ad alteram partem, ad contrariam vel contradictoriam expedita non est.

333. Sed neutrum vrget: non primum, quia pœnitentia etiam ut egreditur à decreto diuino potest non poni, quia illud decretum non necessitat voluntatem, sed illam ad extra mouet iuxta proprium modum operandi qui libertatem afferit non necessitatem, excitat enim Deus & mouet eo modo quo excitare & mouere decreuit, decreuit vero excitare & mouere voluntatem ad actum liberè eliciendum. Vnde implicat actum fieri, & non fieri liberè nec nos possumus dicere pœnitentiam ut egreditur à Deo non posse non poni cum contrarium asseratur à Tridentino, si quis vero Doctor nostræ sententiæ aliquando dixit posito auxilio præmouente non posse voluntatē dissentire, benignè est explicandus, nec notandus characteribus diuersis illis verbis (ecce non potest) parenthesis inclusis, ut notauit M. Bañez, Franciscus Suar. in libro de auxiliis. Nec vrget secundum, quia potentia quæ valet in utramque partem contrarietatis aut contradictionis expedita omnino est, voluntas vero etiam stante præfinitione, & electione absoluta valet in utramque partem contradictionis, ac proinde est expedita, tamen nunquam hæc duo possint componi quod efficaciter excitetur à Deo, & quod non consentiat; sicut componi non possunt, quod absolute eligatur ad gloriam aliquis homo, & quod illam de facto non consequatur. Sicut in sententia aduersariorum licet possint componi absoluta voluntas conferendi auxilium cum actuali illius collatione & potentia ad oppositum, nunquam tamen componentur

hæc duo quod Deus conferat auxilium quo scientia media præsciuit voluntatem consenturam, & quod voluntas non consentiat; & sicut etiam non possunt hæc duo componi, quod Deus hominem eligat electione illa efficaci virtualiter & formaliter inefficaci, quam astruit Valentinus Erice, & quod homo ille non consequatur æternam salutem, quia per illam electionem incipit prædestinatus discerni à reprobis, nulla autem potentia componentur hæc duo, quod Petrus incipiat esse electus ad gloriam, & quod illam non consequatur, tamen componi possint, quod sit prædestinatus & possit damnari.

#### SECTIO V.

*Expenditur Erice, sententia de peculiari electione omnium prædestinatorum, & ostenditur ex suis principiis peculiarem illam electionem ledere libertatem.*

334. Percurrerem quæ de electione ad gloriam ante merita absolute præuisa media quadam sententia inter extremè oppositas docet Valentinus Erice, illaque ex professo confuturam si hic esset proprius locus tractandi difficultatem illam celebrem de electione prædestinatorum ad gloriam, sed quia semel asserui de potentia Dei absoluta non posse eligi prædestinatos ad gloriam per modum intentionis ex meritis præuisis, & statui hunc modum electionis quem docuit Pater Augustinus, & probauit S. Thomas, non possum non Valentinum summa breuitate præstringere. Is igitur disp. illa 23. cap. 47. 11. & 13. cum negare non possit expensis diligenter testimoniis Pauli & Augustini pro nostra sententia esse aliquam electionem in Deo circa gloriam prædestinatorum ante merita absolute præuisa, quia Paulus Apostolus & Augustinus illam astruunt, clarissimè tamen illius abstrusam naturam non declarent, & ex alia parte existimet nostram electionem absolutam præiudicium inferre libertati ut contendit cap. 9. mediam viam ingressus cap. 13. num. 158. §. Hic obseruo, existimat electionem ante præuisa merita erga prædestinatum consistere in affectu quodam diuino inefficaci, qui tamen non est simplex complacentia sed desiderium & intentio includens in se vim aliquam exequentem in ordine ad futuritionem gloriæ & vocationum congruarum, quæ ad illius consequitionem requiruntur, quia ex vi huius sequitur formalis & expressa voluntas efficax dandi illas vocationes & gloriam. Vnde ille affectus tamen sit inefficax formaliter & conditionatus virtualiter, est efficax & absolutus dandi gloriam, ut coronam; hoc asserit ad finem illius n. 158. affirmat deinde num. 184. §. Itaque, in hac inefficaci voluntatē intendendi gloriam incipere felicitatem prædestinati, & illius discrimen à reprobis, qui illam intentionem inefficacem & desiderium conditionatum non habet, hæc est ergo prima differentia inter reprobum & prædestinatum.

destinatum. Secunda differentia consistit in voluntate absoluta (vtr verbis ipsius) per se determinata ad vocationes congruas, & in voluntate inefficaci per se intendente connectionem cum his, vt terminetur ad eam extrahendo ipsam ex statu possibilitatis ad statum futuri absoluti qua reprobis caret. Tertia differentia consistit in efficacia denominatiua sumpta ab effectu, consensu, aut responsione & conuersione, quæ solum in prædestinato, non tamen inuenitur in reprobo. Monuerat vero numero 160. desiderium & electionem, quam ipse astruit solum esse efficacem denominatiuè, id est vocari efficacem, quia tandem sortietur effectum, quod non reperitur in intentione generali dandi gloriam Luthero, quia hæc non ex se & principis naturæ, neque ab effectu habet efficaciam, vnde neque denominatiuè efficax est. Quarta differentia consistit in virtuali illa efficacia de facto inferente voluntatem absolutam conferendi gloriam, quia hanc habet reprobis, illam tamen prædestinatus, hæc est Valentini sententia media fideliter relata, ad quam stabiliendam supponit scientiam illam mediam inter liberam & necessariam.

335.

In illa vero multa occurrunt difficilia, quæ nunc est animus expendere; illud non possum omittere ex illa necessario sequi lædi nostram libertatem, quod absurdum toties ipse Erice infert contra nostram sententiam, quod vt ostendam vtr eodem omnino argumento, quo capit. 9. inuehitur in absolutam electionem, & intendit libertatis humanæ præiudicium vnico tamen termino mutato. Desiderium illud inefficax, & inefficax illa electio, quod sit aut non sit, non est in potestate prædestinati, sed nec quod ea posita gloria non consequatur non est in potestate prædestinati; ergo illa electio tametsi inefficax tollit libertatem in ordine ad amissionem gloriæ, ex eo enim, quod electio illa absoluta sicut nec præmotio physica non est in potestate prædestinati, ita vt ab illa pendeat existentia eius, vel illius negatio ferrea dicitur, & absolutè tollere libertatem. Hic est discursus Valentini, quem putat euidenter deducere nos ad illud absurdum. maiorem vero probo, quia illud desiderium & illa electio inefficax ponitur omnino independentem ab absoluta visione voluntatis prædestinati (sicut præinitio absoluta præmotionis physice) cum antecedat voluntatem absolutam prædestinati; ergo quod sit aut non sit, non est in potestate prædestinati. Tametsi enim in eius voluntate sit, quod consentiat, vel non consentiat vocationi efficaci denominatiuè, & hæc responsio aut negatio illius præuisa sit scientia conditionata adhuc, quod Deus illum excitet vel in statu conditionato, vel in statu absoluto non pendet ab illius voluntate, neque est in illius potestate. Pono enim Deum nunc determinasse hunc modum electionis inefficacis, inferentis tamen tandem voluntatem absolutam & formalem mediorum efficaciam, & gloriam circa personam Iudæ aut Lutheri, & rogo quidnam miseri isti possint efficere, vt Deus illam electio-

nem omnino antecedentem licet non resolutionem habeat circa illos? Nihil quidem; non ergo illius existentia in eorum est potestate. Quod vrgeret amplius, quia neque in statu conditionato illa electio aut vocatio, & collatio gratiæ excitantis efficacis solum denominatiuè est in illius potestate; pendet enim ab illa Dei voluntate, quæ includitur in propositione conditionata, si ego liberè vocaui Petrum sub hac circumstantia tali vel tali vocatione ille conuertetur, in qua etiam si conuersio sit in illius potestate vocatio omnino libera est Deo, & antecedit consensum etiam conditionatum Petri; nullo igitur modo est in potestate prædestinati aut electio illa virtualiter efficax & formaliter inefficax, aut voluntas illa absoluta conferendi congruas vocationes.

336.

Deinde probo minorem eodem ferè discursu, quo nostram confutat voluntatem absolutam Erice numero 101. Posita illa intentione inefficaci, & absoluta voluntate vocationum congruarum vsque ad illam voluntatem conferendi absolutè gloriam nulla potentia fiet, vt prædestinatus gloriam non consequatur; talis enim intentio inefficax habet vim quamdam exequentem vt tradidit Erice ante numerum 159. & supra notauimus; non igitur absolutè est in potestate prædestinati gloriæ amissio, sed ad illam determinatus est ita vt alio modo negatiuè scilicet non se habeat ad gloriæ futuritionem; hoc enim medio ipse probat Beatissimam Virginem & eximie prædestinatos non esse liberos ad amissionem gloriæ.

337.

Dices pro Erice effectus illatos ex vi illius electionis formaliter inefficacis esse in potestate prædestinati, quia potest respicere vocationem congruam & peccare potest, & consequenter amittere gloriam quamvis nunquam componantur hæc duo, & quod Petrus excitetur vocatione congrua, & quod non respondeat, & neque hæc altera duo, quod eligatur Petrus Ambrosius ad gloriam illa virtuali electione efficaci, & quod gloriam non consequatur. Benè id nos etiam asseruimus posita scilicet electione absoluta gloriæ ante merita præuisa, & voluntate absoluta contritionis electum posse amittere gloriam & non conteri, ac proinde liberè permanere in peccato vsque ad finem vitæ, tametsi nunquam hæc duo possint componi, quod electus sit efficaciter ad gloriam & vocatus efficaciter, & quod gloriam amittat aut non respondeat re ipsa. Quæ duo ortum habent ex efficacia voluntatis diuinæ, quæ & causat actualem libertatem voluntatis creatæ, & effectum volitum liberum, ita tamen vt necessitate consequentiæ effectus liber liberè etiam sit futurus, vt supra notabamus sectione 4. §. Deus ergo. Quod vt amplius intelligatur & amplificetur rursus expendo doctrinam D. Thomæ, circa efficaciam diuinæ voluntatis articulo 9. quæst. 19. quem allegaui, & considero, quod non inuenio ab aliis notatum, Angelicum scilicet Doctorem cum inquireret an Deus rebus volitis per suam voluntatem necessitatem imponat, & asseruisset ef-

fectibus contingentibus aut liberis nullam imponere necessitatem absolutam, id probasse ex efficacia diuinæ voluntatis, quæ in seipsa efficacissima est. Ex qua ratione potius videtur inferri actibus liberis necessitatem imponi; vis enim efficax efficacissime non libertatem sed necessitatem inducit, & melius vel sine vilo scrupulo nostro S. Thom. assertionem probasset si assumeret ut medium suauitatem diuinæ prouidentiae, & voluntatis diuinæ ex qua efficacius colligitur libertas creata, quam ex natura efficacissima voluntatis. Verum rectè Doctor Angelicus argumentatur, & omnino vrgeret, cum supponat non solum causas liberatas esse subordinatas Deo quantum ad substantiam actus liberi, sed etiam quantum ad suam libertatem, & addat in hoc consistere efficaciam diuinæ voluntatis, & inde inferat non necessitatem imponere rebus liberis volitis voluntatem Dei absolutam & beneplaciti de qua loquitur D. Thomas, vt diximus, & inuenio notasse Albedani, 1. part. disp. 58. sentiuntque omnes Thomista; ex hac vero suppositione, quam nullus impunè potest negare clarissime colligitur efficaciam, & absolutam Dei voluntatem futuræ contritionis liberè nullum præiudicium inferre libertati; voluntas enim iuxta proprium modum operandi in actibus liberis præmouetur à Deo. Vnde colligitur propter efficacissimam naturam voluntatis diuinæ, & contritionem posse non poni stante gratia physica præueniente & inclinante physicè voluntatem ad conterendum, & tamen nunquam non ponendam; voluntati enim diuinæ quis resisteret?

338.

Secundò, non bene intelligitur hanc electionem virtualiter efficacem, & inefficaciter formaliter talis esse naturæ, vt inferat, & in re ipsa constituat ex alia voluntate absoluta futuritionem gloriæ, atque adeo ipsam gloriæ, & antecedenter absolutam existentiam congruæ vocationis, propter quod merito potuit asserere Erice abstrusam esse illius naturam etiam Augustino, si auctor esset illius electionis præuise & antecedentis ad merita, & non absolutè. Difficile enim explicatur quid addat secundum sua prædicata essentialia ad voluntatem generalem & inefficacem conferendi omnibus hominibus gloriæ, secundum quam vult Deus omnes homines saluos fieri, propter quod Deus determinetur ad conferenda absoluta auxilia congrua, quibus positis cognouit scientia media futurum consensum, & vi cuius infallibiliter sit futura altera efficax voluntas conferendi gloriæ, quæ duo in voluntate generali Pauli non repertiuntur. Mirum enim vtramque voluntatem inefficacem esse formaliter & per modum desiderij & intentionis; serio enim Deus intendit etiam reprobis gloriæ, & eligit media sufficientia ad illius consequentionem, & tamen Pauli Apostoli voluntatem generalem non infert voluntatem absolutam & efficacem vocationis, neque futuritionis gloriæ, quam tamen infert electio illa peculiaris quam astruit hic auctor. Necessum igitur est aliquid inueniri peculiare in hac electione, quod in voluntate generali saluandi omnes non reperitur, ratione cu-

ius illa electio vtramque inferat infallibiliter absolutam voluntatem efficacis vocationis congruæ & futuritionis gratiæ; hoc verò quod additur necessario (aliàs illæ voluntates non distinguerentur,) aut est à voluntate creata, aut à Deo; non à voluntate creata, quia illa electio non pendet neque in sua natura, neque in sua existentia à voluntate creata, vt efficaciter ostendebamus; si ergo est à Deo, nihil aliud potest esse quam ratio absolutæ & resolutoriæ intentionis, quam D. Thomas & Augustinus ponunt in voluntate & intentione absoluta conferendi gloriæ, quæ ex se talis est naturæ, vt inferat voluntatem absolutam auxiliorum & meritorum, & præterea absolutam voluntatem conferendi gloriæ propter merita in executione; si enim rogetur Thomista, quare Deus electo absoluta voluntate conferat gratiam efficacem, & infallibiliter conferat in executione gloriæ, nihil aliud respondebit quam vtramque voluntatem gratiæ efficacis, & gloriæ ortum absolutum habuisse ex illa electione absoluta, qua primum discernitur electus à non electo, quod respectu suæ electionis inefficacis concedit Valent. Erice, vt constat ex toto c. 13. illius disp. 23.

Tertiò, negare non potest Erice totam seriem electionis prædestinatorum ad gloriæ à prima illa electione virtualiter solum efficaci, vsque ad collationem gloriæ esse absolutè loquendo priorem, quam absoluta merita ad gloriæ, ex quo consequenter fit à toto genere electionem ad gloriæ vt præscindit ab executione non fuisse factam propter merita, licet non fuerit facta independentè à meritis, quia volita est vt præmium & corona, quæ à meritis non præscindunt. Probo clarissima ratione. Illa electio efficax virtualiter solum & sine qua gloria nunquam erit futura non habuit ortum à meritis præuisis à scientia ipsa conditionata, quia illa vt futura conditionatè non fuerunt motiua ad illam peculiarem electionem, nec etiam ab illis vt præuisis scientia absoluta; ergo à toto genere illa electio non fuit propter merita præuisa; habuit igitur ortum à sola voluntate diuina, & absolutè loquendo tandem voluntas dandi gloriæ, & ad illam electio vltimo refunditur in voluntatem diuinam, quæ non habet ortum à meritis mouentibus, quæ est nostra sententia.

Illius ergo & semina & fundamenta, dum lego in Valentino, qui reuera subtilis summa voluptate lego, video enim aduersarios Erice, & Vadingum, quem citam sectione 3. non nomine solum, sed reipsa ad nostram verissimam sententiam accedere, & suos antiquiores auctores merito deserere, vt par est, deserantur. Ipsi enim vt constat ex Lessio disput. de electione ad gloriæ, & Vasquio, nullam concesserunt electionem ad gloriæ ante merita præuisa absolutè, vt Valentini fatetur: ipse vero ab illis deficiens, & ad nostra castra libenter volitans electionem constituit ante merita absolutè præuisa, quæ aliqualem vim habeat inferendi absolutam voluntatem auxiliorum, & gloriæ, idque antecedenter ad merita, quæ pars magna est nostræ sententiæ, & quam ex explicatione huius auctoris disput.

339.

340.

put. illa 23. cap. 3. num. 24. nunquam concessit Molina, hinc enim Doctor voluntatem dandi gloriæ esse ante merita absolutè præuisa nunquam concedit, vt qui affirmet vnico indiuisibili actu Deum voluisse gloriæ, & merita ad art. 4. q. 23. 1. p. D. Thomæ, disp. 2. & ad art. 4. disp. 1.

341.

Dixi non solum nomine, sed reipsa vt indicarem gaudium, quod ex electione Albedani, & imaginatione transitus huius Magistri ad Societatis Scholam celebrat Erice, 1. part. disput. 19. cap. 1. num. 3. nullum verum habere motiuum, & quod falsum non sit; Thomista enim recentior semper perseuerat in maiorum & Diui Thomæ sententia, quia licet impugnet qualitatem physicam prædeterminantem, quam constituit Bañez, 1. part. quæst. 14. artic. 13. & 2.2. quæst. 10. artic. 1. dub. 2. Cabeçudo 3. part. pag. 140. Nauarrete 1. part. controuers. 21. & affirmet præmotionem physicam consistere in sanctis illustrationibus, & inspirationibus, quæ in nobis sine nobis efficit & emittit Deus, quo modo loquuntur negantes præmotiones physicas vt Vasquez, Erice, & alij. Tamen constanter affirmat gratiam physicam efficacem ex propria rei natura, & non ex præscientia conditionata, & quæ efficaciter inclinaret voluntatem determinando illam ad consensum ante præuisionem suæ absolutam siue conditionatam, atque adeo efficaciam illius à Deo, non à libero arbitrio prouenire, licet non sine libero arbitrio liberè operante, vt constat expressè ex illis, quæ tradit ad quæst. 19. 1. part. disput. 58. sect. 2. numer. 13. Vbi non vult inferat aliquis se asserere auxilium efficax, quod sit tale à consensu voluntatis creatæ, & non à propria natura id quod antea dixerat, sectione 1. num. 7. & numero 18. conclus. 3. expressissimis verbis toto animo impugnans gratias efficaces solum denominatiuè & ab effectu, quas solum constituunt Erice, & Magistri suæ familiæ, & conclusionem 1. asserit Deum non posse aliter concurrere ad actiones nostras liberatas nisi per decretum absolutum, & efficacem immanens in sua voluntate & antecedens liberatas operationes nostras ordine causalitatis ad illarum existentiam, ad quod decretum affirmat, deinde sequi motionem externam, id est exterius productam & interius receptam in libero arbitrio, vi cuius ex propria natura efficaciter inclinatur voluntas ad consensum seu conuersionem, quin ad hoc sit necessaria scientia media aut conditionata, quæ libera sit, sed sufficere scientiam necessariam & simplicis intelligentiæ, & hoc modo explicat, & defendit: physicas prædeterminationes consistere in diuinis motionibus, non vero in qualitate præmouente per modum principij, quæ vt ipse Erice fatetur, est sententia Magistri Cumel, vt citat tractatu de auxiliis pagina 23. & 29. Aluarez, de auxiliis disput. 23. numero 27. & aliorum; non ergo recedit à sententia Thomistarum, licet non explicet præuisionem motionem per modum qualitatis, sicut nec eam deserunt Magister Cumel, & Aluarez, neque Ledesma, qui tractatu de auxiliis quæst. vnica pag. 13. & pag. 76. affirmat consistere in præuisionem applica-

tionem voluntatis creatæ per Dei voluntatem & decretum, quæ antecedunt illius operationem deseruit Thomistarum sententiam.

Dices Valentini in nostram non venire sententiam, cum existimet Deum voluntate illa absoluta auxiliorum non velle efficaciter merita, & illorum connexionem cum gloria, sed solum inefficaciter & indirectè, quod tamen nostra sententia & sancti Thomæ negat, vtraque enim defendit volita esse absolutè, efficaciter directè & per se. Verum occurro primo, Erice iam concedere electionem peculiarem ante merita præuisa, quod intendit nostra sententia, quo posito iam ostendimus illam voluntatem aliquid addere ad generalem voluntatem saluandi, & hoc nihil aliud esse posse, quam absolutam, & resolutoriam efficaciam omnino antecedentem. Secundò, monstrauimus Deum, qui clarissime cognoscit connexionem causalitatis, aut infallibilitatis meritorum cum gratia efficaci hac vel illa scientia non posse intendere, aut eligere vocationes efficaces, quin velit directè effectus liberos procedentes ab illis vocationibus, alias à casu & præter intentionem diuinam ille affectus produceretur. Quibus nunc addo id omnino esse necessarium hac ratione efficaci. Prædestinatio est efficax præparatio directæ, & per se beneficiorum quibus certissime liberantur quicumque liberantur, sed actus supernaturales, & meritorij sunt beneficia quibus prædestinati certissime liberantur; ergo meritorum præparatio est efficax, & directæ per se voluntas illorum, & vltèrius ergo est absoluta, & resolutoria, vtraque consequentia est euidens. Minor verò, videtur negari non posse, alias contritio Petri non esset peculiare Dei beneficium in ordine ad illius salutem, quod nullus Sanctorum Patrum, aut Scholasticorum vnquam asseruit, sequeretur enim Deum, non elegisse actus supernaturales, & meritorios quibus Petrus certissime liberatur, ac proinde illos prædestinatos non esse sed electos solum à libero arbitrio. Vnde prædestinatio ex se non esset efficax neque ex diuina voluntate induceret actus meritorios, sed solum illi inducerentur electione voluntatis creatæ. Pro cuius maiori intelligentia est aduertendum, Deum non præmiare auxilia efficacia, quæ necessaria sunt ad actus supernaturales, sed præmium solum conferri supernaturalibus actionibus, quæ ex illis proficiuntur. Vnde fit vtrumque esse Dei beneficium, liberaliter enim Deus dat nobis merita quæ coronet, merita autem non sunt auxilia, sed neque habitus supernaturales. Vnde solum operibus præmium confertur, & datur corona, maior vero est ipsa distinctio prædestinationis, quam tradidit Augustinus, & generaliter recipiunt omnes Theologi, ex qua & ex doctrina Augustini, libro de correptione & gratia cap. 6. & 7. & 13. & ex libro 22. de ciuitate Dei, capite 24. colligit Montoya, prædestinationem esse causam efficacem bonorum operum disputatione 10. de prædestinatione sect. 2. num. 4. vide illum, disp. 4. sect. 2. probatione 2.

Dices Deum præparare absolutè auxilia & gratias

343.

gratias congruas, & respectu horum voluntatem Dei esse efficacem directam, & per se, non tamen præparare effectus consequutos ad illa, ac proinde neque illos velle absolute, & resolutiè; definitio ergo Augustini de solis gratiis congruis est intelligenda; non verò de effectibus supernaturalibus, hoc enim esset contra libertatem voluntatis, vt Doctores contrarij contendunt. Sed contra est, quia actus illi supernaturales vt contritio, dilectio Dei, & pœnitentia sunt Dei beneficia vt probauimus, & quidem Augustinus, Diuus Thomas, & ceteri sancti Patres nunquam distinxerunt actus meritorios à gratis congruis, ita vt asseruerint hæc solum esse diuina beneficia non tamen actus meritorios, neque etiam dixerunt vnquam gratias prædestinari non vero merita; cum non solum prædestinati saluentur propter gratias illis collatas; sed etiam & maximè propter opera; Deus enim in iudicio non dicet. Venite benedicti Patris mei percipite regnum vobis paratum à constitutione mundi, quia ego vobis contuli auxilia efficacia ad rectè operandum, sed quia esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere. Vnde euidenter infertur actus meritorios esse efficaciter prædestinatos, quin timeri possit præiudicium libertatis creatæ, quia hæc mouetur efficaciter, & suauiter fortitudine inclinatur ad actus liberè eliciendos ex voluntate Dei efficacissima, vt ex D. Thoma, probauimus, qui sunt Dei beneficia, Deus enim dat nobis velle & perficere vt loquitur Apostolus, idque pro bona voluntate, id est, pro proposito absoluto conferendi nobis gloriam.

### SECTIO VI.

*Alia argumenta aduersariorum in illos efficaciter torquentur.*

344.

**P**ergit vterius in refutatione voluntatis absolute dandi gloriam ante præuisa merita Valentinus Erice, cap. 10. in cuius limine supponit in Deo esse decretum constituendi leges, & ordinationes in sua prouidentia viles, & proficuas ad procurandam vitam æternam, quam hominibus serio vult, & non apparenter solum, sed ex animo, & sine fuco. Vnde etiam fit ita leges illas esse viles ad hunc finem vitæ æternæ, vt non solum non sint viles; sed neque, quod maius est, obesse possint intentioni finis & salutis, quam homo procurat. Hoc autem decretum non posse stare cum voluntate absoluta dandi gloriam, ante præuisa merita sic ostendit: decretum hoc absolutum hoc modo conferendi gloriam nocuum est adultis erga curam & sollicitudinem salutis: ergo pugnat cum decreto statuendi prouidentiam vtilem ad salutem procurandam antecedens probat, quia quicumque hominum adultorum ita potest ratiocinari. Aut inclusus sum in numero electorum per Dei immobile decretum, vel non sum inclusus, si primum, infallibiliter saluabor, atque proinde non est necessum, quod anxius & sollicitus

sim de mea salute; Deus enim mihi infallibiliter dabit perseverantiam & gratiam finalem. Vnde damnabor nunquam: si secundum, merito dicet adultus, licet multa opera efficaciam, quibus intendam salutem licet multa merita habeant, tamen aliquod committam peccatum propter eum impœnitens sim damnabor; cur ergo anxius sim, & sollicitus de mea salute.

Verum hæc ratio (qua contra absolutam electionem ad gloriam, ex sententia Augustini Massilienses utebantur, vt constat ex eodem Patre de bono perseverantiæ, capite 15. & ex Prospero ad excerpta Genuesium dubio 5. & ex epistolis Hilarij, & Prosperi ad Augustinum) facile in aduersarium retorquetur. Vnde sic argumentor: vel adultus inclusus est in numero illorum, erga quos Deus habuit peculiarem illam electionem formaliter conditionatam, & virtualiter absolutam ad quam sequitur infallibiliter voluntas mediorum, & efficax volitio conferendi gloriam vt coronam, aut non est inclusus, si inclusus est, vt quid anxius & sollicitus est de sua salute? Cum propter vim quam habet illa electio inferendi media & collationem absolutam gloriæ, omnem anxietatem & dubitationem excludat. Si vero non est inclusus sic potest discurre: Inclusus non sum in illo numero peculiariter electorum; ergo quidquid agam, tandem incidam in aliquod peccatum propter cuius finalem impœnitentiam damnabor. Vnde concluditur aut argumentum Erice non valere, aut vim insuperabilem habere contra illam electionem peculiarem, quam ipse astruit in sua media sententia.

Vidit Erice hunc retorquendi modum non vt à nobis proponitur, sed vt illum ponit Albelda, & affirmat num. 119. se non mirari, quod ratio retorquendi decipiat Tyrones Theologos, quia instantia optimè applicata videtur, respondet tamen negandam esse consequentiam illam, ergo non est, quid ego sim sollicitus, &c. Quia vocatio efficax esse non potest nisi ab hominis cooperatione, neque effectum habere sine efficacia, quam illi tribuit libera voluntas, ac proinde sollicitudo, & cura salutis semper debet ad opera vrgeri, quia sine illis vocatio non erit congrua, & consequenter sine illis nunquam gloria erit futura. Verum licet hæc solutio qualis qualis illa sit, applicari vt cumque possit ad rationem retorquendi Albeldæ, in nostram rationem nihil valet, quia illa electio efficax virtualiter & formaliter inefficax in sui existentia non pendet à voluntate creatæ, neque ortum habet ab illa vt manifestum est, sed tam independens est ab illa inexistentia, quam independens est electio absoluta, & efficax Augustini, at congrua vocatio in sui existentia pendet à voluntate, & libero arbitrio secundum contrariorum sententiam. Vrgetur ergo efficacissimè Valentinus, si illius ratio vrget nos aliquo modo, & quidquid ipse responderit, respondebimus & nos. Argumento verò Massiliensium iam respondebit Augustinus in lib. de perseverantiæ bono & in libro de correptione, & gratia, electionem absolutam

non

345.

346.

non factam fuisse independentem à meritis, id est non ita constitutam, vt ad assecutionem gloriæ merita excludantur, ac proinde semper fatagendum esse de operibus vt infallibiliter & certè compareret salus, sancitum iam est de fide ab Ecclesia primam gratiam vocantem, & excitantem non habuisse ortum à naturalibus operibus, sed solum ab immutabili Dei voluntate antecedente omnem vsu liberi arbitrij, & tamen ex hac doctrina non excluditur anxietas, & sollicitudo erga procurandam salutem. Ex simili igitur electione ad gloriam cura salutis non abiicienda neque desperanda. videndus Montoya qui de prædestinatione disputat. 19. & 20. pie & doctè hanc Catholicam promouet doctrinam ex Augustino & Prospero & ex ipsa ratione.

347.

Secundò, argumentatur Erice illo capit. 10. contra absolutam electionem prædestinatorum. Vna elargitio non potest esse simul liberalis, & remuneratoria quia qualibet virtus accipit honestatem peculiarem à proprio obiecto, vt constat ex prima secundæ: ergo electio absoluta & efficax non potest in Deo reperiri. Consequentia probatur, quia esset simul liberalis & remuneratoria elargitio liberalis, quia procedit ab spontanea Dei voluntate quam nullum meritum mouet, remuneratoria, quia gloria confertur vt corona, & vt præmium.

348.

Verum hæc ratio facile, & efficaciter retorquetur in illius auctorem; sumo ergo ex illius sententia electionem illam peculiarem propriam prædestinato & illum secernentem à reprobo ante merita absolute præuisa, & sumo etiam electionem efficacem & absolutam, qua ante omnia merita præuisa electa est ad gloriam sacra Deipara, & etiam eliguntur eximie prædestinati, non dubium quin ad illam vt coronam & vt præmium. Tunc sic argumentor eadem elargitio non potest esse simul liberalis, & remuneratoria: ergo neutra illarum electionum potest esse in Deo Probo hanc consequentiam, quia vtraque illa electio est liberalis & remuneratoria, liberalis, quia procedit spontaneè à voluntate Dei sine præuiso aliquo merito mouente, remuneratoria, quia nunquam electis dabitur gloria sine eo, quod illam adult per opera mereantur. Opus igitur est, vt ad hanc suam rationem hic auctor respondeat.

349.

Nostri vero Doctores ad illam non semel solutionem præbuerunt; illarum varietatem refert & refellit Valentinus capite 11. qui non probat illam distinctionem ordinis intentionis & executionis, qua vtuntur grauiores Theologi & amplectitur sanctus Thomas, vt monstrant Magister Cumel, & Suarez, hanc difficultatem disputantes. Breuiter ego respondeo intentionem dandi gloriam ante merita absolute præuisa formaliter loquendo pertinere ad liberalitatem virtualiter, tamen esse remuneratoriæ, & à contrario voluntatem re ipsa conferentem gloriam formaliter esse remuneratoriæ, virtualiter tamen pertinere ad liberalitatem. explico & probo. Intentio dandi gloriam ante merita præuisa, & quidem vt coronam liberalis est formaliter, quia

non sumit initium ab aliquo motiuo creato, sed solum nascitur à diuina voluntate, quæ solum mouetur ex sua bonitate infinita ad illam intentionem & decretum, virtualiter tamen est remuneratoria in quantum vim habet inferendi voluntatem absolutam remuneratoriæ, qua Deus re ipsa confert gloriam propter merita absolute præuisa, idque vt coronet, vt pramiet merita, quæ iam præcesserunt. Ex alia vero parte hæc electio, qua de facto gloria confertur formaliter remuneratoria est, quia respicit gloriam vt coronam, & præmium: at virtualiter liberalis est, quia ortum habet ab electione, & decreto formaliter liberali, hoc autem non est impossibile, sicut Valentinus non est impossibile eundem omnino actum esse formaliter inefficacem, & virtualiter efficacem, cum efficacia, & inefficacia distinguantur inter se. In forma ergo ad argumentum distinguo antecedens iuxta doctrinam traditam.

350.

Vltimò, contra nostram sententiam asserentem de potentia etiam absoluta non potuisse Sacram Deiparam eligi ad gloriam, vt coronam & præmium post merita præuisa, obijci potest commune argumentum, quia nihil denegandum est omnipotentie diuinæ, quod non implicet manifestam contradictionem, at ille modus contradictionem non implicat, imò de facto rem ita accidisse docent non pauci Theologi. Respondeo implicationem desumi ex natura intentionis finis, & electionis mediorum, de quorum ratione, quod electio causetur ex intentione, non vero intentio ex electione mediorum; ratio enim amandi media in quo consistit electio est amor finis cum quo media habent proportionem, ratio vero amandi finem non sunt media licet illum causet in executione. Deus igitur qui præparat media efficacia ex natura sua, & merita ad gloriam consequendam (si vtraque non intendat indiuisibili actu, quod nos putamus esse verissimum) prius necessario vult absolute finem, deinde eligit media, neque alio modo intelligi potest operari, neque operabitur vnquam, quia licet possit eleuare rerum naturas, non eas potest mutare. Atque hæc de hac disputatione, quæ propter difficultates quas inuoluit prolixior euasit quam putaram.



### DISPUTATIO XVII.

*De certitudine, & statu opinionis  
piissimæ in Conceptionis  
mysterio.*



DISPUTATIO hæc nulla ratione potuit à nobis prætermitti, tum vt completa in hoc mysterio sit nostra diligentia, tum quia de illa tractant Doctores, tum etiam, quia qui asseruimus de potentia absoluta Sacram Deiparam maculari non posse originali peccato, idque non ineffaciter

351.

Y y 3 ostendi

ostendimus, consequenter tractare debemus, quam habeat certitudinem sententia piissima, quæ à tanto conceptu ingenti momentorum pondere arcet, & eliminat originale piaculum.

## SECTIO I.

*Utrum Immaculata Conceptio Sacra Deipara, sit euidenter credibilis fide diuina.*

352. **D**ifficultatem hanc nullus etiam recentissimorum excitauit, ego vero excitandam & tractandam suscipio, quia ex illius resolutione facile colligitur, quid ad alias controuersias huius materiae sit asserendum. Necessaria omnino disputatio, ut quæ ad rem fidei pertineat, videndum enim ex illis quæ in illa, & sequentibus tractanda, quis sit propriissimus sensus locorum Sacrae Scripturae, in hac materia Conceptionis Virginæ, an Virgo sanctissima certitudine infallibili pertineat ad Christi Domini redemptionem. Et tandem, an Christus Dominus sit eminentissimus redemptor, & quam hæc veritas habeat certitudinem? In illius ergo limine, in genere testor me nulla ratione velle Pontificum decretis contradicere, aut ab illis qualicumque ratione decedere, aut deuiare, neque sententiam asserentem Beatissimam Virginem Mariam peccato originali maculatam, aliqua notare censura, tum quia reuera non possum, tum quia etiam si possem à quacumque censura abstinere, non solum ex eo, quod in hac materia peculiari existimo vtendum modestia, sed etiam, quia ex animo veneror sacram illam familiam, quæ illam astruit opinionem, licet sciam paucissimos esse qui illam hoc tempore amplectantur ex animo, illolque non ex doctissimis, qui eam familiam illustrent. Stat enim additum esse toto corde Thomistarum doctrinæ, & tamen firmiter tueri Immaculatam Conceptum. Thomista est, imò Princeps huius Scholæ Reuerendissimus Magister Cumel, & tamen conceptum purissimum tueri. Thomista nostra sacra Religio, & adhuc in Immaculatam Conceptionem professione iurauit, ego quantum sim affectus Diui Thomæ, doctrinæ monstrant, quæ tradidi in hoc commentario oblata occasione, & maxime disputatione præcedenti, & tamen vsque ad sanguinem sto pro purissimo, & immaculatissimo conceptu: sincere ergo in hac, & sequentibus disputationibus procedam, & sine bili aut sanguine; quid enim verba, nisi verba?

353. Ergo antequam statum huius difficultatis declarem, præmitto non ita esse certam nostram, & communem sententiam de immaculata conceptione Sacrae Deiparæ, ut contrariam inferat hæreticam, erroneam, aut temerariam. Ratio est in promptu; Summi enim Pontifices, & contrariam sententiam & opinionem vocant, & concedunt facultatem hoc vel illo modo opinandi, dummodo nulla harum opinionem inuratur aliqua nota, quod nunquam fecissent, si sentirent contrariam

sententiam dignam esse aliqua nota. Vnde infertur non esse peccatum mortale contrariam sequi sententiam, doctrinam enim profiteri nulla dignam censione, non potest esse peccatum mortale, de quo videndi Magistri Suarez, Granada, Salazar, & Apontè referendus infra. Infertur etiam per se loquendo, neque esse peccatum veniale hanc sequi sententiam asserendo maculatum conceptum. Ratio est eadem, quæ præcedentis illationis; negare vero non possumus ratione scandali sequuti necessario futuram aliquam culpam, cuius grauitas à ratione scandali est desumenda.

Præmitto secundo, nostram opinionem esse multo verissimiliorem & probabiliorem, quam contraria, res hæc certissima est, & vt existimat & probat Salazar, vbi supra §. 1. iam est ab Ecclesia diffinita, & constat ex illis, quæ diximus hanc veritatem tractantes, & constabit clarissime ex infra dicendis, quæ anteuertere non est necessum. Illud solum sedulo moneam sententiam contrariam multis abhinc annis nullo testimonio Sacrae Scripturae nouiter roboratam, nulla auctoritate sanctorum suffulgitam, nullo momento Ecclesiastico auctam, nulla ratione recenter fundatam, nullo scribentium præsidio munitam etiam stante controuersia huius disputatione sanguinea. Quid quod vnus Syluius, illam fuerit professus accessu nullo, pondere nullo? Nostra verò, & communis sententia testimoniis Scripturae sexcentis, auctoritate noua sanctorum, Ecclesiasticis monumentis, Summorum Pontificum fauoribus, gratiis, indulgentiis, persuasionibus, declarationibus interdictis sententia contrariae. Deinde efficacissimis rationibus ex vtraque Theologia, & iure vtroque petitis, infinita multitudo scribentium ex quacumque facultate nouiter sit roborata, suffulta, aucta, fundata, & munita, & in dies fundabitur & munitur amplius, vt cumulatifimè monstrant recentiorum scripta. Adde aliquos ex Doctoribus contrariae sententia, quæ in nostram argumenta torquent clarè dissoluisse, & ostendisse in illis nullum efficax esse momentum, sacramque scripturam illam extare, quem lædat illam immaculatus conceptus. Lege Bartholomæum Medinam, 3. part. quæst. 27. disputantem de Immaculata Conceptione. Lege & Caietanum, redemptionem præseruariam redemptionem admittentem.

Ad rem igitur accedendo notandum est, ex communi omnium sententia, rem aliquam esse euidenter credibilem, nihil aliud esse quam illam esse dignam euidenter vt prudenter credatur; quæ credibilitas seu aptitudo vt prudenter credatur prouenit à multitudine motiuorum, rationum, & momentorum quibus res illa suadetur, quæ licet non ostendant eam veram in se ex causis, aut effectibus quæ cum illa habeant intrinsecam connexionem, ostendunt tamen posse prudenter credi illam esse veram, & esse euidenter credibilem; istæ enim rationes sumuntur ex diuersis omnino principiis: illa ex principiis non extrinsecis, sed intrinsecis, hæc ex motiuis non intrinsecis sed extrinsecis, cum verò credibilitatis principia sint aut purè humana; aut diuina, & humana simul, inde fit credibili

## SECTIO II.

*Immaculata Sacra Deipara Conceptio euidenter est credibilis (tametsi remotè) fide diuina.*

356. Noto secundo, mysterium aliquod credibile posse esse fide diuina aut proximè, aut remotè: illud est credibile proximè fide diuina, quod non solum in actu primo, sed etiam in actu secundo, & vltimo, informatur credibilitate sumpta & ex diuina reuelatione, & ex sufficienti & necessaria Ecclesiæ propositione; ex eo enim, quod veritas aliqua proponatur ab Ecclesia, quæ est regula fidei, aut à Summo Pontifice (vt potest) diffiniatur tanquam certa de fide, in actu secundo, est credibilis prudenter fide diuina, & in potentia proxima, vt credatur de facto prudentissimo modo. Illud verò remotè est credibile fide diuina, quod adhuc non est informatum credibilitate proueniente ab Ecclesiæ propositione, quia si adhuc non est diffinitum, neque propositum vt de fide credatur, in eo est iam statu vt possit vltimo diffiniri, & proponi vt necessario credendum fide diuina, quia euidenter consideratur credibile ex motiuis, & momentis extrinsecis, quæ præcindunt à propositione Ecclesiæ, & anteuertunt actualem diffinitionem. Exemplum est in hac veritate: Infantibus in Baptismo infunduntur gratia & virtutes: quæ antequam diffiniretur vt res certa secundum fidem, monstrata est euidenter credibilis fide diuina, remotè tamen, & consequenter in proximo statu ad actualem diffinitionem, quia nulla supererat diligentia ad hanc proximam aptitudinem eliciendam ex motiuis exterioribus. Postquam autem illam diffiniuit Concilium Tridentinum sessione 6. de iustificatione iam est credibilis fide diuina proximè, & immediatè, vt quæ in actu secundo sit informata credibilitate passiva, quæ illi prouenit à propositione & diffinitione Ecclesiæ, quam antea veritas illa non habebat. Hanc doctrinam aliter alij explicant per credibilitatem materialem, aut vt quod, & credibilitatem formalem, & vt quo, quatum prima est remota, quia adhuc res aliqua non est diffinita, licet iudicata sit in proximo statu vt diffiniatur; secunda est credibilitas proxima, quia iam habet rationem formalem propterquam diuina fide debeat necessario credi, diuinam scilicet auctoritatem propositam & declaratam à regula fidei Magistra.

357. Noto tertio, nos non inquirere an immaculatus Virginis conceptus sit proximè, & formaliter credibilis fide diuina? Constat enim re ipsa, & id colligitur clarissime ex propriis motiuis Pontificum, illum non esse diffinitum de fide credendum, & consequenter non esse informatum proxima credibilitate proueniente ab Ecclesiæ diffinitione. Difficultas igitur est an immaculatus conceptus Virginis sit euidenter credibilis remotè fide diuina! ex qua illa altera controuersia dimanat, an re ipsa possit hæc veritas piissima diffiniri ita, vt illi accedat proxima credibilitas ex diuina fide.

358. Hanc assertionem negaret Melchior Canus, qui lib. de locis 7. cap. 3. conclus. 4. existimauit neutram partem huius controuersia posse diffiniri, ex hac enim positione sequitur manifestè hanc nostram veritatem non esse euidenter credibilem etiam remotè. Sed illa est verissima, & amplectuntur eam quicumque existimant opinionem piissimam de facto, & hic & nunc moraliter certam, & euidentem; quod docuit Magister Granada, lib. de Conceptione Immaculata disp. 3. sect. 30. num. 343. conclusione 5. Salazar, de Conceptione c. 43. §. 2. vers. huic sententiæ, Ægydius de Præsentatione, lib. 3. de Conceptione quæst. 6. per varios articulos, quatenus docet sententiam piissimam esse proximam fidei, dignissimum Laurentius de Aponte cap. 1. libri Sapientia, num. 4. digressionem 2. & necessario illam sequuntur quicumque existimant hanc partem posse ab Ecclesia diffiniri, quos commodius inferius adducemus.

359. Hæc conclusio efficaciter ostendetur, si monstramus principia inuentia hanc remotam credibilitatem in Conceptionem purissimam, illa vero generatim possunt delumi ex illis præclarissimis verbis, quæ serio pronunciauit Pater Augustinus contra Epistolam fundamenti c. 4. *Multa sunt, quæ in Ecclesia iustissime tenent, consensio populorum, & Gentium, auctoritas miraculis inchoata, spe aucta, charitate formata, & vetustate nutrita, tenet ab ipsa sede Apostoli cui pascendi oues suas Dominus de mandauit vsque ad presentem Episcopatum successio Sacerdotum, tenet denique ipsam Catholica nomen, quod non sine causa, inter tam multas hæreses sola hæc Ecclesia obtinuit.* Quæ ferè verba ego ab ore Augustini tripudians, & exultans allumo, & ingenue pronuncio. Multa sunt quæ me teneant in confessione purissimæ, & Immaculatae Conceptionis Sacrae Deiparæ, auctoritas Sacrae Scripturae, Conciliorum doctrina, Sancti & Patres illam astruentes, & venerantes, inchoatio per miracula. Tenet consensus populorum, spe auctus, charitate formatus, perpetua asseuerantium successio vetustate nutrita, tenent Pontificum fauores & iudicia, tenent consuetudo Ecclesiæ in illius festiuitate, efficaces rationes, pietas Christi Domini in Matrem, dignitas eminentissima Sacrae Deiparæ, & tenet tandem ipsum nomen piæ aut piissimæ opinionis, quod solum in nostram quadrat sententiam non reclamantibus aduersariis. Hæc sunt principia credibilitatis antecedentis definitionem Ecclesiæ, quæ huic veritati aptitudinem conciliant vt prudenter credatur, nam illa quam habebit (vt speramus) ex Ecclesiæ propositione credibilitas consequens potest nominari. Illa ex professo tractauimus vestigatione 2. tract. de Conceptione, seu disputatione 16. Sed eorum aliqua hic amplificanda

canda & promouenda, & necessario legenda, quæ ibi tractauimus.

360. Principio igitur hanc euentiam credibilitatis suadet sacra Scriptura testimoniis, quæ defumuntur, vel etiam ex primis verbis libri Geneseos, & ex utroque testamento, quæ sunt, vt difficultia sit aliquot determinata seligere, videantur quæ attulimus, & præmebamur vestigatione 2. disput. 16. art. 4. & quæ eruditè affert Aponte, prolixè sed doctè, Perlinus iam citatus, sollicitè Magister Granado, sapienter Suarez, & Vasquez, fusè Salazar, diligenter Lezana, quorum aliquos præuenit industria Hispalensium Picanij de Palacios, & Gonzaluis Luzero. Præclarissimum illud Genes. 3. num. 5. *Inimicitias ponam inter te & inter mulierem, &c.* Quod solide eruditè expressè tractat Aloysius de Aponte digressione illa 2. §. 3. art. num. 14. quem obsecro videas. Alia inferius adduco, & rursus voco ad examen. Quis vero non aduertat hæc omnia hanc remotam credibilitatem inducere, cum tot ac tantis non extantibus Catholica Ecclesia multas veritates diffinierit de fide esse credendas, vt iam notarunt Suarez, Granado, Salazar.

361. Secundum caput huius credibilitatis antecedentis defumitur ex Conciliis, quæ aliquo modo fauent Immaculatæ Virginis Conceptioni: illa retuli vestigatione 2. disput. 16. sectione 13. Vbi recensui Concilium Ephesinum, quod fuit secundum generale, sextam Synodum Constantinopolitanam, septimam, quæ fuit secunda Nicæna, Concilium Cantuariense Prouinciale, & etiam Oxoniense Concilium, Concilium generale Tridentinum, quod expressè declarauit sessione 5. Scripturæ loca, quæ tractant de peccato originali salua consistere, etiam si in illis & in decreto de peccato originali Virgo Beata & Immaculata Maria, non includatur. Vbi dubio procul, circa subiectam materiam Concilij Patres Virginem sanctissimam, vocant immaculatam, vtique à peccato originali. Verum hanc credibilitatem veluti materialem expressius ostendit Basiliense Concilium, quod diffiniuit hanc veritatem, licet dum celebrabatur sess. 36. iam esset Acephalum; cum enim ante diem illius sessionis tractatum esset de huius veritatis diffinitione iam præcesserat examen de credibilitate remota & antecedenti, (vt constat ex Historia Lombardica, impressa Argentinx anno 1496.) & iudicatum fuit immaculatum conceptum esse euidenter credibilem, non enim Concilium rem diffiniret, nisi præcessisset iudicium de euentia antecedente credibilitatis.

362. Tertium caput depromitur ex auctoritate Sanctorum & Patrum, qui immaculatam Virginis Conceptionem tradiderunt ita generaliter, vt nullus fuerit qui si aliquando contrariam sententiam significauerit, in illa perstiterit: vel enim illum reuocauit, vel expressè contrarium docuit, vel materiam præbuit ad probandam nostram sententiam, vel verè illam nunquam deseruit, quod primum notauit Chatharinus lib. 2. de Beatissimæ Virginis Conceptione, Luisius de Aponte digressione illa 2. ad cap. 1. Sapientix Salomonis vindicat alios

ab imposita calumnia libro illo de vindicatis Patribus in Mysterio Conceptionis, Viuar. Cisterciensis, id nos ostendimus vestigatione 2. sect. 15. & 16. & Chryfologum, Fulgentium, Angelicum Thomam, Bonauenturam, Rupertum Tuiciensem, Magnum Albertum, Alexandrum Alensem, Richardum de sancto Laurentio, Antoninum Florentinum, à contraria sententia vindicauimus, & sectione vltima monstrauimus (quidquid dicant Viuaris & Salazaris,) ex doctrina Apostoli Iacobi festum Conceptionis ab illius tempore in Hispania celebrari.

363. Deinde quartum caput inchoationis & continuationis per miracula hanc probat credibilitatem euidentem, miracula vero esse innumera docuerunt Lezana, Granado, Aponte, nos aliqua retulimus disput. illa 16. sect. 4. & multorum fidem conciliat diligentia Viuaris libris vindicati Anselmi: quæ propria nostræ religionis attulimus ibi. Sed hic prætereundum non est illud, quod scribitur in Historia Lombardica & refertur à Francisco de Torres Franciscano, lib. 3. consolationis deuorum Conceptionis qui cap. 13. affirmat, cum aliis reuelationibus nostro ordini factis, approbatam fuisse à Basiliensi Concilio, dum ad id haberet potestatem. Res ita se habuit. Consuetudo est regalis conuentus Barchinonensis nostri ordinis, (in cuius choro, sanctissimo Patri nostro Petro Nolasco Beata Virgo reuelauit suam Conceptionem fuisse purissimam) eumque in ipso monasterio formatum. Adest Conceptionis Mariæ dies, exoritur inter fratres conuersos controuersia, & differitur an illa dies ita festiuè esset celebranda, vt neque liceret panes preparare sicut aliis diebus festiuis non erat licitum. Discutitur lis, & vincenti eorum proteruia quidem illam non esse festiuam clamabant, disponitur farina, miscentur fata, massa componitur, panes formantur, collocantur in tabulis, linteis cooperiuntur tempus expectatur, vt commodè in caminum coquendi mittantur. Adest commoda ad hunc finem occasio, & vt inferendi in caminum cooperiuntur. O res mirabilis & inaudita! Rubeus panis apparuit & non solum rubeus, sed etiam sanguineus exterius, & interius ita vt nullus esset vtilitatis, & ad vescendum neque suavis, neque aptus. Res publicatur, examinatur diligenter an fuerit verè miraculosa, & tandem concluditur verum esse miraculum, Deum voluisse reextraordinaria, & quæ naturaliter non potuit accidere, solemnitate Conceptionis immaculatæ, ita esse festiuam & festiuè honorandam, vt omnino esset sanctificanda, neque in illa die opus exercendum vllum laboriosum etiam necessarium valde. Desertur res ad Magistratus, vulgaris fit in Principatu Cathalonix, notitia transit ad externos, tentant Patres Basilienses diffinire Conceptionem purissimam esse veram de fide, rem vt narrauimus norunt, circumspectiunt, introspectiunt, examinant diligentia iudicis fidei deputati per sanctam Synodum, & concludunt tandem verè fuisse miraculosam, & ad ostendendam puritatem Conceptionis aptissimam. Præterieram hæc dum

dum refero miracula & reuelationes illa sectione 4. sed nunc refero vt sciant omnes non solum Virginis conceptionem esse sanctissimam, sed festum diem illius festiuè à cælo esse celebrandum, vt dies Natiuitatis & Assumptionis illius. Quid si ab hoc miraculo emanauit, vt in tota Ecclesia sanctificetur Conceptionis dies?

364. Aliud profero stupendum miraculum, & quidem non vnum, sed re ipsa multiplex. Intendebat Beatrix de Sylua foelicissima, & conceptioni Virginis addictissima, nobilissima fœmina ex Lusitanis aut Romanis Syluis oriunda, & à Portugallia in Castellam deducta tempore Regis Ioannis I. ordinem, & religionem Monialium, sub titulo immaculatæ Conceptionis fundare, postquam Diuæ Virginis auxilio tribus diebus in arca inclusa, neque manducans, neque bibens, & forsitan neque respirans viua & incolumis inde deducitur & extrahitur, Cisterciensem vult suum ordinem esse, supplicat Pontifici Innocentio VI. vt ipse refert in Bulla Confirmationis. Instituitur Conceptionis religio, Monasterium extruitur. Interim spe confirmationis accipiendæ concepta, de Tolotani Archipræsulis consensu Beatrix cum nonnullis sororibus Cisterciensibus Monasterij S. Dominici, Regis palatii de Galcana nuncupatis includitur, & noui Ordinis fundamenta iecit Vbi cum die quodam ad rotam Monasterij cum œconomo de rebus Monasterij agens (erat verò 30. Aprilis anni 1489. dies) à nuncio seu peregrino Romano requiritur, & quod bono sit animo iubetur, quoniam creationis sui Ordinis diploma expeditum iam iam erat Romæ. Colloquebatur Beatrix nuncio, quem tamen œconomus coram consistens neque videbat, nec audiebat, quare cum œconomo Virgo deuota committeret, vt de eius hospitio ac gratificatione curaret, Angelum Dei esse inuisibilem probatum est; & suo post tempore comprobatum quod ea ipsa boni nuntij die diploma expeditum fuerat, quod ex notis illius liquet, creditum verò Raphaëlem fuisse, cui Beatrix negotium commiserat.

365. Novo maiorique miraculo Conceptionis diploma nobilitatum est, post tres menses gaudij, tristis superuenit Tolotum nuntius litteras tandiu desideratas cum tririmi eas vehenti submersas, orta siquidem tempestate animæ solæ beneficio Dei saluæ factæ fuerant, quo nuntio accepto sancta Virgo lachrymabunda & merens cubiculo recluditur, vbique toto triduo in oratione & lachrymis perseuerat, sed corde Dei munere serenato, spæque in Deum concepta, cum ab ea oratione ad actionem transitum facere properat, clausam diu aperit arcam. (O magna immaculatæ Conceptionis commendatio!) diploma complicatum aperit, quod Pelagi vorago absorberat, & tam sanum ac siccum, ac si guttam omnem aquæ nesciret. Cæterum ne sibi nimium credula videretur Episcopum Axitanum eo temporis Toleti degentem, ac sibi familiarem conuocat, qui inspecta veritate & miraculo, auctoritate Ordinarij comprobato, certiores de illo Reges Catholicos fecit, & totum populum

in laudes immaculatæ conceptionis excitans, solemnem Toleti celebrauit processionem, in qua Primatis Ecclesiæ Canonici Canticum, *Te Deum laudamus*, proclamantes, & toto populo præeunte subsequebatur Accitanus Antistes Pontificalibus paramentis indutus, miraculosum in manibus gestans diploma, sicque à sancta Ecclesia ad monasterium Conceptionis iuratum est, vbi publicè miraculo recitato Beatrix, & sorores eius noui Ordinis habitum solemniter acceperunt; diploma verò ad sacrum inter Martyrum reliquias sacras positum fuit, quo loco hodie venerabiliter asseruatur, & historia rei gestæ in Archiuo Monasterij. Hactenus Historia manuscripta, quæ extat in primo ordinis Conceptionis Monasterio, quod Tolotanum est. Copiam inde extractam à Monialibus accepit Franciscus Viuaris, & illam inseruit Bernardi Fundicati lib. posteriori §. 13. de cuius veritate dubitare non licet. Miracula clarissima, quibus testatur Deus quantum sibi placeant, qui immaculatam Conceptionem sacre Deiparæ profitentur, & publicè promouent & defendunt, ibi videas, quando & cur hic Ordo Cisterciensis ad sacram Familiam Franciscanam fuerit translatus ab Alexandro VI. & Ordinis illius confirmationem. Videas etiam insignes reuelationes factas Petro conuerso Monacho monasterij Villarensis, & ex grauissimis illius Chronicis deductas, quas refert Ioannes de Assignis lib. 3. tom. 2. Virorum illustrium, Ordinis Cisterciensis excussas apud Carolum Michaëlem in montibus Pannoniæ anno 1603.

### SECTIO III.

*Consensus Populorum, Regum, Antistitum, Academiæ euentiam credibilitatis in causa Conceptionis suadet.*

366. Hoc est quintum nostræ credibilitatis in re Conceptionis motiuum & caput, quod non potest non esse efficax si monstretur, cum ex consensu Populorum motus fuerit Augustinus, idque primario ad Catholicam fidem amplectendam, vt ex ipsa sectione præcedente retulimus. Ego actum non agam, præstaurit Viri doctissimi & diligentissimi hunc vulgarem & communem Populorum, Regum, Antistitum & Academiæ consensum. Videas præcipuè Luisium de sponde, digressione illa 2. & audi insignem Dominicanum hanc veritatem asserentem. Is est Vincentius Iustinianus Antist. additionibus ad vitam S. Ludouici Beltran. cap. enim 1. §. 14. qui postquam affirmasset contrariam sententiam asserere nihil aliud esse, quam pessimè modulari, & ad modulandum pertinaciter insistere hæc scribit: *Nam in eis se reperit inno opinio contraria terminis, vt vix reperitur, qui nisi missisando illam defendat, cum iam illi deficiant Cathedra, suggestus, confessionarij, impressiones, sceptra, Diademata Regum, Thiare pulcique insignes (addere posset & voces & lingua,) immo & Concilia. Cum Tridentinum præcipuè sit protestatum, sua non esse antientioris sub peccato originali decreta* Virginem

Virginem comprehendere sanctissimam, quod nullum ex Occidentibus unquam antea egerat Concilium, Iustiniano addendus Ferrucolus Lochrius, qui lib 6. de Maria Augusta cap. 1. loquens de communi receptione communis sententiae, huc scribit: Ecclesia Romana iudicio, & auctoritate accedente non modo in Lugdunensi, diocesi, sed Gallia, sed Germania, Italia, Hispania, Europa ipsa denique tota, immo integro Christiano orbe, eiusmodi solemnitas Conceptionis Beatae Virginis observari, cepta est & haecenus perseverat.

267. Consensus vero hic eo plausibilior quod sit hominum & religiosissimorum & doctissimorum. Nulla est enim celebris Academia, quae non sit in sententia piissima Parisiensis, Louanensis, Salmanticensis, Complutensis, Velsanenensis, Valentina, Hispanensis, Leridensis & Barcinonensis illam defendunt. Nulla est sacra Familia quae his temporibus piissimam non proteantur sententiam. Nullam dixi, quia imprimis existimo insignem familiam Dominicanam à multo tempore in hac extare sententia, inuerialque illi non vulgarem irrogare, qui generaliter loquentes illustres Dominicanos affirmant maculare Virginis Conceptum. Scio Caietanum, Capreolum, Decam, Vandellum, Spinam, Medinam, & alios antiquiores Thomistas, contrariam tenuisse sententiam; sed scio etiam illos qua fuerunt doctriua & religioe conspicui, si nunc viuerent in nostra tuturos sententia & celebraturos festum Animationis sacrae Deiparae, vt doctè de D. Thoma illorum & omnium Magistro probat Ioannes à S. Thoma, ante commentarios suos in primam D. Thoinae partem, licet displicuerit Magistro Araujo, qui illum leui & indigna tanto Magistro ratione desumpta ex summulis impugnat. Scio etiam ex hac sacra Familia piam sententiam docuisse ipsum Angelicum doctorem, Ambrosium Catharinum, Viguertium Vtinum, Taulerum, Iustinianum, Guillelmum Pipinum, Vincentium Valuaensensem, Hugonem Cardinalem, Robertum Holchor, Sanctum à Porta, Aloisium Granatensem, Ioannem de la Peña, Ioannem Lopez Episcopum Monopolitanum, Dominicum Sotum, Mantium Raymondum, Vincentium Ferrerium, Cabreram, Abrahamum Brouium, Matritium de Villa probata, Ludouicum Mendez, Ioannem Herple vulgo discipulum, Ludouicum Beltram & plures alios, inter quos libenter recenseo doctissimum Ioannem à sancto Thoma, qui dum probat D. Thomam in pia futurum sententia si nunc viueret, quod praesens placuerat B Ludouico Beltram, viro sanctitate & doctriua conspicuo, clarè fatetur se in hac esse sententia, Paulum Nazarium, qui prudentissimus dum art. 2. quaest. 27. part. 3. Commentariis illustrat, difficultatem de Conceptione immaculata non tractat, & alibi occasione ablata immaculatum consensum denuntiat, Magistrum Laurentium Gutierrez Theologiae Complutensis antecessorem, qui coram Philippo III. hanc piam promulgauit sententiam; & tandem illustrissimum Aloisium de Aliaga Philippi III. Confessarium, qui paucos reliquos, & non ex illustrissimis

viris suae familiae conatus est diligenter in piissimam sententiam adducere. Immerito ergo illustris Dominicana Religio hac opinione aspergitur, quae tot luminibus productis, immaculatam Conceptionem etiam à temporibus antiquis cum S. Thoma & cum Ecclesia Romana propugnat. Videat etiam Lector an immaculatae Conceptioni fauent Magister Ioannes Gallo, qui ceremoniale Ordinis Praedicatorum approbavit, compilatum iussu & ordine Seraphini Caualli Magistri Generalis, vbi materia Conceptionis, vt resolutur à nonnullis vocatur scandalosa & nullius vtilitatis. Quis verò dubitet hanc censuram non latuisse Generalem Ordinis Magistrum. Lege caput vltimum illius ceremonialis; lege etiam Doctores quos laudauit, & videbis hanc glotiam, etiam communem esse Dominicanae religioni. Lege etiam illam nostram sectionem 2. & videbis Beatum Dominicum illius fundatorem nobilissimum illi in hac praeluxisse sententia, quod probauimus ibi, & reputat verissimum Franciscus Viuar in prologo illius libelli, quem in hac disputatione retulimus, & referemus.

Deinde post Scotum, Mariam sanctissimam nunquam fuisse maculatam, docuerunt omnes Fraciscades summo conatu. Sacra Augustinianorum Religio huic sententiae fuit additissima, vt refert Aegidius de praesertatione, & ipse Augustinianus lib. 3. de praesertatione quaest. 6. art. 4. §. 2. Carmelitana Religio idque ab antiquissimo suae fundationis initio, vt monstrant Lezana & Sobrino. Vtraque Benedictina Religio, & nigra; & Cisterciensis, referentibus Antonio Perez & Francisco Viuario; Ordo Hieronimianus, vt testis Hector Pintus. Theatinorum congregatio, vt narrat Aponte; Ordo Redemptionis Trinitatis sanctissimae, vt scribit sacri huius instituti Guanguinus illius Generalis lib. 9. suae coronicae pag. 185. Minimorum S. Francisci de Paula familia, vt indicat Henricus de Cassia iunior lib. contra impugnantes immaculatum conceptum Virginis. Item & Clericorum regularium Minorum, Aponte testificante, Carthusianorum reclusus catus, etiam & Antiquissimus S. Basilij, & qui ex Benedictina familia emanarunt; insuper & Religiones militares quas nouimus.

Acrius verò & indefessè, & quod maius est à suis exordiis piissimam sententiam defendunt Socieras Iesu, & nostra Redemptorum familia (quam sacra Deipara ad suam vtramque puritatem asserendam vestibibus candicantibus ornauit, vt constat ex fundationis reuelatione, quae esse diuinam Pontifices iam diffiniunt;) idque ita ex animo vt vtriusque Scriptores, qui ferè innumeri piam opinionem expresserint, & nullus contradixerit vnquam, inde factum, vt vtraque haec religio tot habeat auctores huius sententiae, quot sui inuiti habuit, habet, & habebit professores, qui illam promouere & amplificare non cessant. Nostra potissimum id statuit, vt singulis post Completorium diebus suauissimè & religiosissimè purissimam Conceptionem pronunciet, non solum in choro sed extra, vt vel ex hora & tempore intelligatur nostros homines vsque

D. Thom.

M. Gallo.

Viuar.

368.

Aegidius Augustin. Carm. relig.

Lezana. Bened relig. Ant. Perez. Viuar. Ordo Hier. Piarus Theat. cōgr. Aponte. Ordo Trinit. Guanguinus. Fam. S. Francisci de Paula. Cassia iun.

Fam. Minor. Aponte. Carthusiani reclusi Fam. S. Basil.

369. Relig. milit. Soc. Iesu Familia Redempt.

Bernard.

Aponte.

370. August.

371.

Granado. Salazar.

372.

Innoc. VIII. Alex. VI. Iulius II. Leo X. Adrian. VI. Clem. VII. Paulus III. Iulius III. Paulus IV. Pius IV. Pius V. Greg. XIII. Sixtus V. Greg. XIV. Clem. VIII. Suarez. Vazquez.

ad finem vitae hanc tutaturos sententiam, vt ab ipsa Beatissima & immaculata Maria illam fuerint edocti miraculose, & quidem res esset mirabilis, quod vniuersae Ecclesiae religiones in re grauiissima, & quae ad fidem spectat errent, & solum paucissimi contra communem Ecclesiae, Patrum, & Scholasticorum iudicium practicum & speculatiuum veritatem sint assequuti. Videas Bernardi discursum, quo Rogerium Regem ab obedientia Petri Leonis Antipapae remouit; inde enim hic noster discursus desumptus lib. 2. de vita S. Bernard. cap. 7. quem ex Bernardo Bonae Vallis refert Aponte digressionem illa 2. pag. 49. colum. 2.

Hunc verò consensum spe auctum, & charitate formatum (vt loquebatur Augustinus Pater) quod caput est sextum eorum quae proposuimus, facile ostendit studia diligentiae efficacissima, & desideria ardentissima, quibus Reges, Principes, Cardinales, Antistites, Prouinciae, Regna, contendunt rem hanc diffiniri, sperant enim & quod Deus deducat, omnes in portum voluptatis eorum, & quod in Virginis fauorem res sit diffinienda; & tandem eriguntur spe praemij caelestis, res enim indubitata quod elucidantes Virginis Conceptionem, vitam aeternam habebunt, charitate etiam consensum formatum facile euincitur, quia motuum huius defensionis nulla est ambitio gloriae humanae, nulla peruicacia, pertinacia nulla, sed solum affectus in sacram Deiparam, & in gloriam Christi Domini redemptoris eminentissimi.

Septimum huius credibilitatis caput est, perpetua asseruerantium successio veritate nutrita, atqui monstrabimus supra vestigatione 2. disput. 3. sect. 4. ab exordio nascentis Ecclesiae nullum fuisse saeculum, in quo non fuerit proclamata sanctitas corporea Virginis Mariae, vel illi, vel carni eius sanctissimae infusa, vel in animatione, vel ante animationem, à qua diximus provenisse etiam ipsius à peccato originali praesertationem tanquam à gratia formalissimè impediende culpam primaeuam. Conceptionem deinde fuisse immaculatam, & hanc sententiam nunquam fuisse intermissam, sed perpetua successione firmatam ex ordine saeculorum probarunt diligenter Granado & Salazar. in libris de Conceptione, quibus nihil addendum occurrit, auctoribus enim quos illi laudant, non paucos addidimus disputatione illa 16. secundae vestigationis; est ergo tanta veritate nutrita pia sententia, quanta Christi perseverat Ecclesia, & Conceptionis festum à temporibus S. Iacobi Apostoli celebratur in Hispania; vt contra Viuarium vltima sectione euidenter euincimus.

Octauum huius antecedentis caput desumitur ex Pontificum Romanorum iudicio, & fauoribus quibus piissimam opinionem profequuntur, tractati hoc latè disput. 16. sect. 13. Et quidem recentiores à Sixto I V. nemerant Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. Clementem VII. Paulum III. Iulium III. Paulum IV. Pium IV. Pium V. Gregorium XIII. Sixtum V. Gregorium XIV. & Clementem VIII. Videndi Suarez, Vazquez tom. 2. in 3. part. Sed praecipue

Tannerus tom. 2. disput. 4. de peccatis, quaest. 7. dub. 1. pag. 748. & sequentibus, sed excellunt antecessores hos Paulus V. Gregorius XV. deuotione, explicatione veritatis, & fauoribus, Paulus enim V. propria constitutione edita die nona Iulij anno 1616. non solum innouauit & confirmauit constitutionem Sixti IV. & decretum Tridentini Concilij, sed insuper aliam Constitutionem Pij V. approbavit, in qua statuitur: Vt nemo cuiuscumque ordinis & qualitatis existeret in popularibus concionibus, vel vbiunque promiscua virorum ac mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersia alterutra parte rationibus, vel Doctorum auctoritate asserendo propriam sententiam & contrariam referendo, vel impugnando, aut de hac ipsa questione cuiusuis pietatis aut necessitatis praetextu vulgari sermone scribere, vel distare praesumeret. Id quod grauioribus poenis additis Paulus V. ipse roborauit & confirmauit, & deinde propria Constitutione edita die 31. Augusti anno 1617. hoc edidit decretum: Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneris prouidere, decreuit, & praecipit, ac praesentis decreti virtute mandauit & praecipit omnibus & singulis cuiusuis Ordinis & instituti regularibus, & alijs quibuscumque tam Ecclesiasticis, quam secularibus personis cuiuscumque conditionis, &c. vt in posterum donec articulus iste à sancta Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus & alijs quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Quod inuolabiliter obseruandum praecipit, integram Constitutionem asserit Tannerus tom. 2. supra citato.

Hanc verò prohibitionem ad priuata etiam colloquia, & particulares sermones extendit nouissimè Gregorius XV. in sua Constitutione edita die 24. Maij, anno 1622. vbi serio & rigore summo praecipit: Ne de caetero, nec etiam in sermonibus & scriptis priuatis, audeant asserere, quod Beatissima Virgo fuerit concepta in peccato originali, neque de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, seu tractare, &c. Vnde Doctoribus illius perpetuum silentium imponatur, à Pontifice etiam intra domesticos parietes, quod nunquam ante vltimum rei diffinitionem contigit in Ecclesia.

Hic etiam Pontifex alia Constitutione declarauit Romanam Ecclesiam festum Conceptionis celebrare, non solum vt dicit spiritualem conceptionem, sed vt dicit animationem; & consequenter serio praecipit, ne nomine sanctificationis aut altero adsimili, sed nomine Conceptionis omnes semper vtantur. Verba Constitutionis: Insuper eadem Sanctitas sua cum sancta Romana Ecclesia, de Beatissima Virginis Conceptione festum solemniter & officium celebret, omnibus & singulis personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam cuiusuis Ordinis & instituti regularibus mandat, ac praecipit, vt in sacrosancto Missa sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publice quam priuatis, non alio quam Conceptionis nomine uti debeant, &c. Dum verò poenas & censuras minatur, quae

Tannerus. Paulus V. Gregor. XV.

373.

384.

in decretis aliorum Pontificum continentur, sine dubio alludit ad secundam Extrauagan-tem Sixti IV. quæ incipit: Etiam ut prima graue nimis, quam affert Emanuel Rodriguez in Bullario, & est 17. inter Bullas Sixti IV. ubi Pontifex damnat ut erroneam, & à veritate alienam sententiam afferentem Romanam Ecclesiam solum de spiritali Virginis Conceptione festum celebrare, excommunicatque illam afferentes, ut sedulo præter alios notauit Ægidius lib. 3. de Conceptione, quæst. 3. art. 3. §. 6. num. 14.

375.

Iam ergo dubitari minimè potest Romanam Ecclesiam, festum de Animatione & formali Conceptione celebrare, vnde etiam sit nullum relinqui locum, afferentibus hoc festum solum celebrari ab Ecclesia, in gratiarum actionem ex eo quod generata sit Beatissima Virgo Maria, quæ nostri Saluatoris Mater futura, effugiis igitur fortiter clauditur ianua.

## S E C T I O I V.

*Credibilitas immaculata Conceptionis ex consuetudine & usu celebrandi eius festum deducitur, tum etiam ex alijs capitibus.*

376.

Nonum hoc antecedentis credibilitatis tractaui caput disput. illa 16. sect. 12. & ex illo probaui piam sententiam esse verissimam, sed vrgebo nunc ad credibilitatem euidentem huius mysterij, idque ex doctrina D. Thomæ, quam probaui & explicuit Caietanus & alij illius interpretes: igitur 2. 2. quæst. 93. art. 1. disputat Doctor Angelicus, vtrum in cultu veri Dei possit esse aliquid perniciosum? Et in corpore respondet: *Dicendum quod sicut Augustinus dicit in libris contra mendacium: Mendacium maxime perniciosum est, quod fit in his, quæ ad Christianam religionem pertinent; est autem mendacium cum aliquis exterius significat contrarium veritati, sicut autem significatur aliquid verbo, ita etiam significatur facto, & in tali significatione falsi consistit exterius religionis cultus; & ideo si per cultum exteriorem aliquid significetur, falsum erit cultus perniciosus.* Hoc autem contingit dupliciter, vno quidem modo ex parte rei significatæ, à qua discordet significatio cultus, & hoc modo tempore nouæ legis peractis iam Christi mysterijs, perniciosum est vti caeremonijs veteris legis, quibus Christi mytheria figurabantur futura, sicut etiam perniciosum esset, si quis non confiteretur Christum esse passum. Alio modo potest contingere falsitas in exteriori cultu ex parte colentis, & hoc præcipue in cultu communi, qui per ministros exercetur in persona totius Ecclesiæ; sicut enim falsarius esset, qui aliqua proponeret, quæ non essent ei commissa, ita vitium falsitatis incurrit, qui ex parte Ecclesiæ cultum exhibet Deo, contra modum ab Ecclesia constitutum, & in Ecclesia consuetum. ] Hactenus Angelicus Doctor, ex cuius doctrina fit perniciosum; & ut addit Caietanus in principio commentarij ad artic. 1. & 2.

illius quæst. mortiferum cultum illum, qui vel ex parte rei significatæ, vel ex parte colentis, significat aliquid falsum. Ex illa igitur sic argumentor: Ecclesia celebrat Catholica festum immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis, absque macula originali, illudque omnibus fidelibus celebrandum proponit, atque non solum proponit, sed etiam ad illud inuitat, & suadet gratiis & indulgentiis, & tandem præcipit celebrandum; ergo ex hoc capite est euidenter credibile Virginem sanctissimam conceptam fuisse sine peccato originali. Antecedens constat ex illis quæ & hic diximus & attulimus ea sectione 12. Consequentia verò probatur, quia Ecclesia non potest proponere cultum, siue ex parte rei quæ colitur, siue ex parte colentis qui sit falsus, perniciosus, mortiferus, & pestiferus: proponeret verò rem omnino falsam ex vtroque capite, si cultum exhiberet religiosum Conceptioni immaculatæ, & illa immaculata non esset, significaret enim rem, quæ à parte rei vera non esset cultu illo exteriori, & de facto assereret verissimam esse rem quæ falsissima esset; sicut enim cultum verum exhiberet Deo, & de facto exhibet celebrando festum sanctissimæ Trinitatis; facto enim significat Deum esse Trinum & Vnum Ecclesia, ita falsum exhiberet cultum quis, si festum celebraret Dei, quatenus vnus præcisè negando exterioribus signis in diuinis plures esse quam vnã personam, facto enim rem falsam assereret, ac proinde perniciosam & pestiferam: esset autem perniciofa hæc res, quia erraret Ecclesia, & falleretur tandem, quod nulla ratione est concedendum, qua ratione quam breuius proposuit Melchior Cano lib. 8. de locis, cap. 4. §. Præterea si qua, probat Turrianus 2. 2. disput. 56. dub. 5. pag. 974. colum. 1. Pontificem errare non posse circa veritatem dogmatis, quod proponit Ecclesiæ amplectendum ut probabilius, idque infert ex inconuenienti euidentissimo his verbis: *Existimo non posse Pontificem errare circa veritatem propositionis, quam declarat esse probabiliorẽ, (loquimur autem de materia qua possit ad mores, vel ad fidem pertinere, licet res non sit de fide: ) nam si in hoc posset Pontifex errare, magnum detrimentum posset sequi Ecclesiæ; omnes enim amplecterentur, & defenderent illam opinionem, & putarent veram, & eius probabilitas in dies cresceret, ac proinde tota Ecclesia falleretur, quod nulla ratione est admittendum.* Propter eandem ergo rationem negandum est cultum quem præcipiunt Pontifices immaculatæ Conceptionis esse falsum, quia re ipsa facto suo rem falsam assererent, quam cum amplectatur Ecclesia, falleretur præcudubio; iam enim videmus sensim vniuersalem Ecclesiam, in piissimam ire sententiam ex propositione & præcepto, seu persuasione celebrandi immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Virginis. Et vrgentius ex eadem ratione conuincitur, Ecclesiam non posse proponere cultum exhibendum rei, quæ in se non contineat re ipsa veritatem; sequeretur enim in re grauissima, & quæ fidem concernit ipsam falli & fallere posse, quod est absurdum & impium: in his enim rebus Ecclesia habet assistentiam infallibilem Spiritus sancti. Et mihi quidem

Rodriguez.

D. Thom.  
Caietan.Canus.  
Turrianus.



quidem hæc ratio ad remotam credibilitatem huius piissimæ veritatis est euidentiissima.

377.

His addo Ecclesiam proponere immaculatam Conceptionem docendam à Magistris pueros omnes, qui catechizantur, ac proinde illius puritatem non solum facto ostendere, sed ipso dicto & scripto illam asseuerare; in compendio enim doctrinæ Christianæ cum declarationibus eminentissimi Cardinalis Bellarmini, iussu & auctoritate Clementis VIII. à congregatione reformationis doctrinæ Christianæ ad pueros in Italia docendos non solum approbavit, sed etiam præcepit, vt solo illo compendio in Italia vterentur, qui ex congregatione reformationis pueros in doctrina fidei instituunt, vt patet ex Bulla eiusdem expedita Ferratiæ 15. die Iulij anno 1598. in hoc autem compendio cap. 5. in declaratione Aue Mariæ, docentur pueri, vt Beatam Virginem gratia plenam appellent, quia illam per gratiam, neque originalem culpam vnquam habuit, neque actualem mortalem aut venialem. Credibile verò non est Pontificem, imò & Ecclesiam pueros ab ineunte ætate illam doctrinam sedulo & accuratè edocere, quæ in se vera non est, & consequenter illam affirmare & asserere, vnde euidens fit credibilitas Conceptionis purissimæ, tametsi hæc non desumatur ex doctrina & propositione infallibili huius veritatis, quæ desideramus, & speramus, non post multum temporis à Sede Apostolica fluxuram. Compendij illius quod laudauimus, meminuit Hispanensis Pineda aduert. 20. ad priuilegium Ioan. I. Aragon. Regis fol. 44. pag. 2. & ex illo Ægidius Lusitan. lib. 3. de præseru. Virginis q. 6. art. 3. n. 42.

Pineda.

Lusitan.

378.

Cætera capita vsque ad vltimum exclusiue, non necessarium est virgemus; reterenda enim essent omnia ferè, quæ in illa disp. 16. à sect. 18. prætulimus. Videantur quæ diximus, & graphicè delineamus sect. 20. ex infinito ferè amore quæm Christus Dominus habuit erga Matrem suam, & ex illius dignitate, quæ & diuina est, & participatio proprietatis paternæ, & quamdam habet infinitatem, quæ excellentiæ non inferantur (si prorsus diuinæ non sint) euidenter credibiles.

379.

August.

Venio ad vltimū caput huius credibilitatis, ad nomē scilicet nostræ opinionis, quæ pia dici solet & merito, & quidē August. Pater, vt retulimus sect. 2. ex nomine Catholicæ, quæ nostra semper & vbique seruauit Ecclesia, etiam apud hæreticos, quorū secta nulla, vnquam appellata est Catholica, motus est prudentissimè ad tenendam, & credendam Catholicam fidem, & ad sibi persuadendum illius doctrinam esse euidenter credibilem. Cum ergo iam vulgatissima sententia nostra pia nomen fuerit adepta, quod illi non inuidet Doctores contrarij, sed illo potius illam insigniunt, vt in grauissimis & doctissimis legi. (Videndus Melchior Canus lib. 6. de locis, cap. 1.) Tanta nomenclatura illius credibilitatem antecedentem demonstrat, quod enim pium est, & pietatem præfert in Redemptorem Christum, & in eminentissimè redemptam sacram Deiparam, qua ratione non erit euidenter credibile?

Canus.

380.

Tractauimus duodecim capita credibilitatis antecedentis, etiam fide diuina immaculati

conceptus. ex quibus conclusionem illam affirmantem sect. 3. propositam, hac ratione efficacissima ostendo. Euidens est illud esse prudenter credibile antecedenter & remotè solum etiam fide diuina, quod grauioribus argumentis confirmatur, illis etiam petitis ex Scriptura, Concilio & Patribus, & Ecclesiæ auctoritate, sed immaculatus conceptus Virginis sanctissimæ probatur grauissimis argumentis desumptis etiam ex Scriptura sacra, Concilio, Patribus, & Ecclesiæ auctoritate; ergo conceptus immaculatus Virginis prudenter est credibilis. euidenter etiam fide diuina antecedenter & remotè solum. Discursus est legitimus, & maior est ipsa declaratio euidentiæ credibilitatis, prout immaculatæ Conceptioni applicatur. Minorem latè probaui, tum in hac disput. tum vestig. 2. disp. 16. per multas sectiones, vbi fuisse ex omnibus locis Theologicis manifestè ostendi, purissimam Conceptionem sacræ Deiparæ, quam etiam disp. illam 16. sequentibus meo iudicio suadebam efficaciter, etiam absoluta potentia Dei nunquam potuisse maculari sacram Deiparam originali peccato. Atque quantum attinet ad hoc punctum, hic hoc tempore est status opinionis piissimæ, argumenta vero quæ contra illam fieri possunt, eadem sunt cum illis quibus intenditur mysteria nostræ fidei non esse euidenter credibilia fide diuina, quæ nos minus vrgent, qui credibilitatem non proximam sed remotam constituimus.

Ex dictis colligitur veram esse illam sententiam, quæ asserit nostram determinationem piissimam his temporibus esse moraliter certam & euidenter, quam tradunt M. Granado de Concept. disp. 3. sect. 30. n. 343. Salazar de Concept. cap. 44. §. 2. §. huic sententiæ. Gundifaluis, Sanctius, Luçero, & alij Docti iuniores, & colligitur manifestè ex multis, quæ lib. 3. de præseru. Virg. q. 6. & 7. tradit Ægidius Lusitan. & probatur efficaciter eadem omnino ratione, qua superius ostendimus; euidenter credibilitatem huius mysterij, & sic formatur à M. Granado, moralis certitudo & euidentiæ gignitur ex multitudine magna motiuorum efficacium, comparatione quorum vix est aliquid neruosum, quod in contrarium possit adduci, sed immaculata Conceptio ostenditur magna multitudine motiuorum, quorum comparatione pro contraria sententia vix, aut ne vix quidem est aliquid neruosum; ergo ex illis gignitur certitudo & euidentiæ moralis opinionis piissimæ. Consequentia est euidens, & maior probatur, quia ad euidentiæ quæ metaphysica non sit, solum requiritur maximum pondus auctoritatis, & rationum quibus quis prudenter iudicet rem aliquam esse credibilem, tametsi aliàs sint aliqua testimonia in contrarium; hæc enim non obstant, cum etiam contra metaphysicam veritatem plura possint obici, quæ tamen facilem habent solutionem. Minorem verò latè probaui tum in hac, tum in 16. disput. vestig. 2. & in sequentibus illam, momenti leuioris esse motiua contraria, quam existiment defensores oppositæ opinionis, quæ licet talis sit (hoc enim nomine illam non priuem) nullo modo est euidens, & certa moraliter, vt facile constat ex dictis.

381.

Granado.  
Salazar.  
Gundifaluis

SECTIO V.

Nova obiectio contra credibilitatem sumptam ex Ecclesia auctoritate in festo Conceptionis refutata.

382. His diebus a Sede Apostolica breue manates in vniuersa Ecclesia, in quibus non solum non futurum iustitium, sed etiam cessandum ab operibus seruilibus, in illo tamen cum de aliquibus festiuitatibus sermo habeatur, de antiquissimo festo Conceptionis purissimae altissimum est silentium, ex quo inferitur Ecclesiam noluisse praeccepto suo Conceptionis festum sanctificari. Inde igitur sumi potest occasio differendi Ecclesiam non solum non fauere immaculatae Conceptioni, verum etiam aliquo modo intendere illius deuotionem moderare; iam igitur ex celebratione Conceptionis ab Ecclesia instituta, non tanta credibilitas accedit opinioni piissimae, quantam nostrae sententiae Doctores eliciunt.

383. Verum haec obiectio nihil habet momenti, ex eo enim quod solemnitas aliqua sit feriatum, aut non sit, praecipitur vel non cessatio ab operibus, & quod plus est ex eo quod praecceptum circa obseruationem alicuius solemnitatis, vel ablatum fuerit vel dispensatum, vel consuetudine derogatum, nihil illi solemnitati derogatur, neque minuitur credulitas illius mysterij quod celebratur; cuius ratio manifeste desumitur ex eo quod non solum dies Parasceues, in quo solemniter celebratur festum Dominicæ passionis (quo modo loquendi vtuntur Patres, praecipue Leo Pontifex Maximus) sed etiam septem dies Hebdomadæ penosæ (vt loquitur Bernardus sermone in eadem) obseruandi praecipuntur iure Canonico & Caesareo: Gregorius enim I X. cap. vltimo de feriis id affirmat his verbis, Septem dies Dominicæ passionis, & id expressioribus verbis traditur l. vndile, & l. omnes dies, C. de feriis, & cap. i. de consecratione, dist. 3. licet nulla aliorum fiat memoria, ibi Archidiaconus dixit seruari suo tempore feriam quintam, & diem Parasceues, quod limitat Syluester ad diem Parasceues vsque ad osculum Crucis, verbo Dominica, quaest. i. §. 7. & tamen consuetudine illud praecceptum derogatum est, vt docent Armilla verbo Feria, num. 6. Rosella ibidem, Antoninus 2. part. tit. 9. cap. 7. Suarez tom. 1. de religione, lib. 2. cap. 5. ex hac tamen derogatione neque maiestas, nec dignitas Passionis Dominicæ solemnitatis est imminuta, nec eius diuinæ credibilitati aliquid derogatum; ita similiter nec maiestas festæ Conceptionis, nec eius dignitas silentio Pontificio imò neque actuali & expressa reuocatione aliquo modo laeditur.

384. Sicut credibilitati mysterij Eucharistiæ, in cuius die octaua hæc scribimus anno 1643. aliquid accessit ex solemnitate festiua & feriatum omnino, quam nouiter decreuit celebrandam Urbanus IV. Pontifex Maximus feria 5. post Octauam Pentecostes, quam confirmauit & iuri inseruit Clemens V. in Clement. vnic de reliq. & venerat. Sanctorum, sicut neque illius

credibilitati est derogatum ex eo, quod per mille annos non fuerit hoc festum in Ecclesia, quod tamen summa lætitia & deuotione festiuis gaudiis & augustissimis expensis celebratur ab vniuersali Ecclesia, licet fremant & crepent hæretici nostri temporis, quos sapientissime redarguit Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 5. quod cum primum statuisset singulis annis hanc festiuitatem præcellam, præcepissetque, vt in processionibus reuerenter & honorifice illud per vias & loca publica feratur (quod magnificentia & sumptibus Regiis præstat nostra vrbs Hispalensis, omnium etiam Hæreticorum admiratione) non rationem reddit huius constitutionis vt credibilitas, aut fides crescat huius mysterij, sed alteras duas. Prima, quia, æquum est Christianos omnes singulari significatione ostendere gratos animos erga communem Dominum & Redemptorem, pro tam ineffabili beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus representatur. Secunda, quia, oportuit vetricem veritatem de mendacio & hæresi triumphum agere. Eadem igitur ratione derogatum nihil credibilitati purissimæ Conceptionis, si praecceptum circa illius celebritatem feriatam antiquaretur.

Deinde verò sciât, qui hac obiectio vtuntur, illam nihil nostræ sententiæ officere, nunquam enim in vniuersali Ecclesia fuit praecceptum obseruandi cum cessatione ab operibus seruilibus hanc solemnitatem, quæ est communis Doctorum sententia in hac materia; ratio est manifestissima, quia Romana Ecclesia ante Sixtum IV. illud praecceptum non promulgauit, neque ipse Sixtus etiam huic mysterio adiectissimum obseruationem hanc præcepit, praecpturus proculdubio (quæ erat illius deuotio in Conceptionem purissimam) si iudicaret ad illius credibilitatem id fore necessarium. Post illum verò Pontifex nullus illam solemnitatem celebrandam mandauit aut tulit; vnde vt recte notauit Suarez lib. 2. de diebus festis cap. 8. n. 2. Concil. Oxomense sub Stephano Papa præcepit obseruari omnia festa B. Mariæ Virginis: Præter festum Conceptionis, ait, cuius celebratio non imponitur necessitas. Sed ad quid imponenda cum deuotio & charitas fidelium Ecclesia non præcipiente, sed plaudente solemnitatem Conceptionem festiuisimè celebret Christi, Populus & Regna, sicut sine præcepto Ecclesiæ, vt probabiliter existimant aliqui fideles, ferias institutionis augustissimæ Eucharistiæ, & passionis Dominicæ festiuitatem ex mera deuotione & affectu tenerimo quondam celebrabant. Adde Pontificem Summum non compellere Ecclesiam, vt solemnitatem Conceptionis non celebret, vnde illam cessando ab opere seruili celebrabant quicumque addicti sunt Conceptioni purissimæ; sunt verò vniuersi fideles, colent etiam si qui non affectu erga hanc puritatem, illi ex deuotione, hi vt se cœtui Catholicorum in hac materia conformant. Adde eandem deuotione tandem adducturam Pontificem, vt sublimiori obseruantia festum Conceptionis celebrandum proponat, imò imponat quod rei declarabit euentus, imò & res ipsa Conceptionis, cum sit dignissima, sunt enim res tantæ dignitatis & momenti, vt legibus non debeant caueri

Trident.

385.

Suarez. Conc. Oxomense.

caueri ipso asserente Philosopho lib. 2. Politicorum, cuius rationem reddit statim: Quia ipsarum magnitudo satis per se capit, illas enim aut natura ipsa, aut consuetudo vsusque sancit.



DISPUTATIO XVIII.

Vtrum ita sit certa piissima opinio, vt a parte rei falsam esse repugnet.

386.



DISPUTATIO hæc ad præcedentem necessario appendix, quam vnus aut alter solum tractauit, & est difficultas sensus, an tanta sit veritas & certitudo opinionis piissimæ, vt nunquam potuerit non esse vera, & consequenter nunquam re ipsa sit falsa. Et quidem si verum est, Beatissimam Virginem etiam absoluta potentia non potuisse concipi cum peccato originali, euidentissimum est sententiam piissimam a parte rei nunquam posse esse falsam, id verò ita se habere vestigatione 2. latè probauimus. At quia hæc nostra sententia nondum omnibus placuit, hæc controuersia est differenda, quæ sub duplici sensu potest tractari. Primus est, an re ipsa hæc sententia ita sit vera, vt falsa esse non possit. Prima sententia affirmat non solum sententiam præseruantem Mariam sanctissimam a peccato originali, ita esse veram, vt de facto & re ipsa falsa non possit esse, sed etiam id iam esse ab Ecclesia diffinitum; ita expressè Aegidius Lusitanus lib. 3. de præseruatione Virginis, quaest. 6. art. 1. §. 9. num. 54. Secunda sententia docet re ipsa falsam non posse esse piam sententiam, id tamen nondum esse diffinitum, nec aliquid Ecclesiam circa hanc rem declarasse. Ita Salazarius de Conceptione, cap. 44.

Lusitan.

387. D. Thom.

388.

Vt verò dicam quod sentio, præmitto primum ex D. Thoma 2. 2. quaest. 93. art. 1. & ex dictis disput. præcedenti, in Dei Ecclesia cultum exhibitum Deo, neque posse esse falsum, neque perniciosum, id quod ad sanctorum cultum necessariò est extendendum propter rationes quas attulimus disput. præcedenti sect. 2. & non solum quia sanctis cultus debeatur proprius, sed quia hic cedit in diuinum cultum, coluntur enim sancti, & adorantur, quia serui Dei sunt; ex quo existimant aliqui posse illis exhiberi cultum lætitiæ non absolute, sed sub hac consideratione, etsi verò admoneant, id maxima attentione & aduertentia præstandum. Præmitto secundò: Ecclesiam posse præfinire & determinare dies aliquos, quos festos dicimus in memoriam & peculiarem venerationem excellentiæ & sanctitatis Beatissimæ Virginis & sanctorum omnium, in quorum determinatione errare non potest; hoc est de fide, & traditur a Clemente I. lib. Constitutionum cap. 3. estque perpetuus Ecclesiæ consensus, vt colligitur ex Eusebio lib. 4. Historiæ, cap. 14. alias 11. in quo extat epistola Ec-

clesiæ Smyrnenfis ad alias Ecclesiæ, qua de festo solemniter Martyris Polycarpi edocentur. Rationes autem hæc festa celebrandi variæ traduntur. Prima sumitur ex Clemente Romano citato in hæc verba: Quia & Magistri nostri fuerunt ad docendum nos de Christo, nobisque Spiritum sanctum dederunt, & Christum vita sua anteposuerunt. Secunda, ad excitandam imitationem sanctitatis illorum. Tertia, vt meritis illorum adiuuetur Ecclesia. Quarta, vt peculiaris Deo cultus exhibeatur, qui ortum habeat ex sanctitate, Martyrio & gloria Diuorum. Has vltimas expressit Diuus Augustinus his verbis quæ habentur lib. 20. de Ciuitate Dei, cap. 21. Populus Christianus Martyres religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandum imitationem, & vt meritis eorum consocietur, & quæ orationibus adiuuetur; ita tamen vt nulli Mar- rum, sed ipsi Deo Martyrum quamuis in memoriam Martyrum constituamus altaria. Ex quo etiam concluditur re ipsa hos dies festos Ecclesiam & ordinasse & præcepisse, quod tradunt Doctores in cap. 1. de consecratione, distinct. 3. & in vltimo de feriis, & probant Summistæ verbo Feriæ, & verbo Dominica.

August.

389.

Præmitto tertio: Virginis Diuæ cultum & venerationem Sanctorum pertinere ad duliam, ea tamen ratione vt cultus Virgineus sit excellentior, quam aliorum Sanctorum cultus, vnde appellatur Hyperdulia, cæterorum verò Diuorum cultus ad Duliam pertineat, quia est cultus inferior, eapropter quod Diuorum sanctitas, etiam Angelorum non habeat eam excellentiam, quam sanctitas Beatissimæ Virginis, de quo latè in materia de adoratione ad 3. part. Diui Thomæ, & nos aliquid diximus vestigatione 2. disput. 16. Vnde etiam consequenter notandum orationes, quas ad Sanctos fundimus ad cultum Duliam, quas ad Virginem Beatissimam ad Hyperduliam pertinere, de quo videndus Raphaël de la Torre 1. tom. in 2. 2. quaest. 83. artic. 4. disput. 2.

Raphaël de la Torre.

390.

Præmitto quarto: Dies Beatissimæ Virginis sacros & Sanctis aliis dicatos ea præcipue ratione, vt aliqua vel aliquibus annis diebus peculiaris adoratio & reuerentia Sanctis & Virgini exhibeatur, & propter peculiarem sanctitatis excellentiam venerentur, & hic inter alios quos tradidit D. Augustinus vbi supra, est finis propter quem solemnitates Sanctorum sunt institutæ, imò vel supponitur, vel includitur in rationibus allatis præmisso secundo, qui enim Sanctos oramus vt eorum meritis, & consociemur & adiuuemur, & Ecclesia etiam quæ illorum sanctitatem imitandam nobis proponit, eorum sanctitatem profitemur & adoramus, dum enim eorum orationibus, & intercessionibus volumus adiuuari propter commoda nostra, ab illis hoc beneficium speramus. Vnde necessariò adoramus, sanctitatem eorum vel expressè, vel virtualiter, illa enim mentis submissio, quæ orationem hoc vel illo modo præcedit adoratio est, adoratio verò ad sanctitatem tanquam adorationem formalem, & motuum formale termina

August.

minatur, vt latius explicuimus illa disput. 16. Vnde fit consequenter, & Ecclesiam quæ Beatissimam Virginem, & sanctos alios venerandos, & adorandos proponit, eorum etiam sanctitatem proponere: & nos qui illorum colimus festa, & adoramus etiam vel expressè, vel virtualiter, illorum credere sanctitatem, nisi enim illos sanctos & Dei amicos impeccabiles, & gloriosos, aut statim glorificandos non crederemus, illorum curæ & intercessioni nos non comitteremus securè, at docet Ecclesia securè & fideliter sanctos esse inuocandos.

391. Hinc etiam fit peculiaribus mysteriis peculiare etiam sanctificandos, aut solemnes dies dicari ab Ecclesia propter peculiarem sanctitatem, quæ in illis mysteriis reperitur, quod latè docet Suarius tom. 1. de religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 8. & 9. Vnde existimo, quod sicut Natiuitatem Virginis celebrat Ecclesia propter sanctitatem eximiam radiantem in illius exortu, & non solum quia nata est Mater Christi, ita eadem omnino ratione Conceptionem immaculatam celebrandam proponit & præcipit, non solum quia concepta est Mater Dei, vt putauit Bellarminus lib. 3. de cultu sanctorum, cap. 16. sed etiam quia existimat sanctam fuisse illam Conceptionem, quod ex antiquis & recentioribus decretis Pontificum clarè colligitur. Inde etiam infertur Ecclesiam vel expressè, vel virtualiter sanctitatem immaculatæ Conceptionis asserere; expressa enim cultus delatio tacita est declaratio sanctitatis, cuius adoratio cultus & veneratio præcipitur, vt notauit inter alios Salazar cap. vltimo, libro de Conceptione, §. 3. versiculo huic tamen doctrinæ, pag. 446. column. 2. ante mediam, quæ doctrina est expressa Diui Thomæ, qui 2. 2. quæst. 93. artic. 1. affirmat, cultum quem Deo tribuimus (& idem est de Sanctorum veneratione) non posse esse falsum ex parte rei, quæ colenda proponitur, quod clarius posset explicari, asserendo ex mente D. Thomæ, sanctitatem quæ imperio Ecclesiæ colitur, non posse non esse veram & solidam sanctitatem, his ita notatis.

Suarez.

Sellarm.

Salazar.

D. Thom.

392. Dico primò: Piissima sententia ab originali macula Virginem purissimam præseruans his nostris temporibus ita est vera & certa, vt nullo modo à parte rei possit esse falsa. Hanc conclusionem defendunt expressè Agidius Lusitanus vbi supra, Salazarius citatus vbi supra §. 4. Granado quatenus affirmat, sententiam piissimam esse moraliter certam & euidentem. Ad stipulatur Suarius 2. tom. in 3. part. disput. 3. sect. 5. quibus Docti iuniores subscribunt, & eam supponunt Patres Concilij Basiliensis, qui sessione 36. ad illius diffinitionem processerunt, quod non fecissent, si non existimarent illam ita esse veram, vt à parte rei falsa esse non posset. Probatur efficaciter, quia illa doctrina ita est vera, vt re ipsa falsa esse non possit, quæ ex principiis vrgentissimis etiam supernaturalibus est euidenter credibilis, sed doctrina affirmans Beatissimam Virginem Mariam esse præseruatam à peccato, est euidenter

Lusitanus.

Suarius.

ter credibilis, motiuis & principiis etiam supernaturalibus: ergo prædicta sententia ita est vera, vt re ipsa falsa esse non possit. Discursus est legitimus, & maior constat ex dictis, in qua consultò addidi (motiuis etiam supernaturalibus) quia hæc efficacissima & euidentia sunt ad probandam euidenter credibilitatem rei alterius, & quia incredibilitate immaculatæ Conceptionis, plurimà ex his motiuis reperiuntur; præter motiua enim quæ fundantur in humana ratione (quam stultum est reiicere, vt notauit Cano lib. 9. de locis, cap. 4.) quia non solum sunt vtilia, sed etiam necessaria Theologis, vt rectè ibi probat, sunt momenta ex Scriptura, Conciliis, & auctoritate Ecclesiæ desumpta, vt constat ex præcedenti disputatione.

Canus.

Probatur secundò, quia si sententia piissima à parte rei posset esse falsa, sequeretur falsam etiam posse esse illam doctrinam quæ asserit esse in potentia proxima, vt iudicetur ab Ecclesia illam esse à Deo reuelatam; consequens est falsum: ergo & illud ex quo sequitur. Falsitas consequentis constat, quia ad determinandum aliquod mysterium esse credibile, saltem antecedenter & remotè fide diuina, etiam habet Ecclesia aut Summus Pontifex assistentiam infallibilem Spiritus sancti, & firmiter quidem, quam omnes Scholastici, quando concors est omnium illorum sententia, & vt affirmant communiter Theologi, & probat Canus lib. 8. de locis. cap. 4. illis ita sententibus infallibiliter Spiritus sanctus assistit ne ex illorum errore in errorem inducatur Ecclesia, vnde ille docet ex concordi Scholasticorum doctrina irrefragabile argumentum desumi, quod asserit ad finem illius capituli quarti.

393.

Canus.

Maiorem verò probo supponendo rem certissimam, scilicet Ecclesiam, aut Pontificem, vt nouiter aliquid diffiniunt (quod posse docet Catholica fides, & ostendit Suarez in defensione fidei contra Angliæ Regem lib. 1. cap. 18. num. 4. omnem diligentiam conatum & laborem exhibere, vt constet de rei diffinitione antecedente credibilitate; absurdum enim est ad finem aliquem non per consentanea media peruenire, nunquam igitur est admittendum Pontificem aut Concilium diligentiam aliquam necessariam quæstionibus fidei omisisse; ex hoc enim sequeretur error qui etiam inculpabilis, vel inculpatus ab Ecclesia longissimè abest. Diligentiam verò omnem adhiberi ad res fidei diffiniendas sumitur, vt ab optimo exemplari & certissima regula diffiniendi ex cap. 15. actuum Apostolorum, vbi ad diffiniendum circumcissionem non esse necessariam ad salutem in lege gratiæ consultatio diligentissima præcessit; versu enim 6. & 7. hæc habentur: *Conueneruntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc, cum autem magna conquisitio fieret, surrexit Petrus, &c.* Inde fit nunquam permissurum Deum Ecclesiam, vel Pontificem aliquam prætermittere diligentiam, quæ ad rei fidem stabiendam sit necessaria, idque præterdunt verba Christi Domini ad Petrum: *Ego rogauit pro te ne deficiat fides tua,* Pono

394.

Suarez.

Pono Deum illi promississe charitatem Apostoli nunquam defecturam, sine dubio pararet Deus inspirationes, illustrationes, auxilia ad conseruationem charitatis defecturæ nunquam, ita etiam vt fides non deficiat Ecclesiæ vel Pontificis, tam in rebus fidei iam propositis, quam in proponendis, parabit Deus omnia ad hunc defectum excludendum necessaria, inter quæ diligentia, examina, ponderationes sacræ & scriptæ doctrinæ, & sanctorum Patrum, itaque præstat semper Concilium, præstat & Pontifex omne quod in se est, quando aliquid de fide pronunciant, vnde sequi necessarid videtur non posse Pontificem errare in illius quæ nouiter definit circa res fidei. Inde ergo sic dissero: Piissima sententia non est ita vera, vt non posset non esse falsa; ergo doctrina illa, quæ est in potentia proxima, vt definiatur esse reuelatam à Deo, & proponatur credenda fide diuina potest esse falsa; antecedens est doctrina opposita nostræ assertioni, consequentiam probo, quia doctrina piissima non solum his temporibus est remotè & antecedenter credibilis fide diuina, sed etiam in potentia proxima & expedita, vt possit vltimo diffiniri, quod ostendimus disput. 19. omnia enim munera inquisitiones, diligentia, examina necessaria ad vltimam diffinitionem iam re ipsa & posita sunt, & momenta ad diffiniendam accuratissimè expensa; si ergo doctrina quæ in hoc statu est, falsa esse potest, consequenter fit Ecclesiam aut Summum Pontificem posse diffinire rem quæ in se falsa sit, quod est absurdum.

395.

Trident.

Canus.

Verum occurrens, hæc omnia non præstare esse ab Ecclesia, sed à Doctoribus nostri temporis, qui cum sint ferè omnes Scholastici tantæ non sunt auctoritatis, vt propter eorum diligentiam censendum sit Ecclesiam aut Summum Pontificem illa præstare. Sed contra est primò, Ecclesiam trecentos ab hinc annos si quas hæreses condemnauit (& condemnauit multas) consultis Theologis scholasticis id effecisse, & si quæ demonibus tulit decreta auditis etiam Scholasticis tulit quod in Concilio Tridentino clarissimè cernitur. Vbi magna multitudo Scholasticorum inuenta. Contra secundò, quia vt notauit Magister Cano de locis lib. 8. cap. 2. Theologiæ scholasticæ proprium munus est, imò & primum, vt quæ in sacris litteris traditionibus Apostolorum abdita continentur, ea in lucem quasi è tenebris eruantur, colligit enim Theologus ex principiis à Deo reuelatis conclusiones suas & illis interuenientibus sacram Scripturam & res fidei scrutatur Ecclesia. Doctores enim sunt: his adde credibilitatem immaculati conceptus multum per omnem modum accessio nis habuisse ex illis, quæ ab hinc ducentis annis Scholastici tradiderunt, & ex laboribus quibus indefessè infuderunt, vt constat ex nouis favoribus Summorum Pontificum, quibus illorum studia summè placuerunt: alias rationes inferius adducam.

396.

Dico secundò, probabile est Ecclesiam iam determinasse piam sententiam ita esse veram, vt à parte rei falsa esse non possit, idque implicite & virtualiter saltem; ita Agidius

& Salazarius citatus, illamque insinuat satis Suarez vbi supra, §. Secundum fundamentum, quatenus ad finem, asserit: *Non esse verisimile permissurum fuisse Spiritum sanctum uniuersam Ecclesiam in re tanti momenti graniter errare, imò credendum esse ex illius inspiratione hunc uniuersorum fidelium sensum manasse.* Hanc conclusionem latè probat Lusitanus quæstione illa 6. artic. 1. §. 9. supponens (quod in præmissis secundo tetigimus) Ecclesiam in iis quæ pertinent ad diuinum cultum, & Christianam obseruantiam errare non posse, & docuit Leo Papa epistola 4. cap. 2. ad finem, vbi hæc verba: *Verum quia spiritus sapientia & intellectus ita Apostolos & totius Ecclesiæ erudit Magistros, vt in Christiana obseruantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum, discernenda sunt causa solemnitarum.* Satis etiam id ostendit Castro aduersus hæreses verbo Sancti, lib. 3. vnde hanc nostram conclusionem vt minimum efficaciter demonstrat.

Lusitan.

Castro.

397.

Quæ ita est intelligenda, vt solum affirmemus non expressè, explicitè & immediatè, sed virtualiter, implicite, & mediatè, Ecclesiam determinasse iam sententiam nostram ita esse certam, vt à parte rei falsa esse non possit. Quod esse probabile hac ratione ostendo, Ecclesia quæ errare non potest in rebus, quæ ad cultum & obseruantiam Christianam pertinent, diem sacrauit, illamque festiuam, in qua peculiariter adoretur sanctitas Conceptionis Virginis sanctissima, in qua assignatione & consecratione (vt ita dicam) error esse non posset; ergo virtualiter, implicite & mediatè declarauit Virginis Conceptionem ita esse sanctam, vt non sancta esse non possit, & vltèrius; ergo declarauit etiam doctrinam asserentem hanc puritatem ita esse veram, vt falsa esse non possit. Hæc vltima consequentia probatur, quia hæc duo non possunt componi, & quod Conceptio non potuerit non esse sancta, & quod doctrina hoc idem affirmans falsa esse possit. Prima verò consequentia efficaciter probatur, quia vt constat ex superius notatis dies Conceptioni immaculatæ celebrandus est institutus, vt peculiare tempus sit in Ecclesia quo adoretur Conceptio Mariæ sanctissimæ, adoratio verò terminatur ad sanctitatem & peculiarem excellentiam, quæ in re adorata reperitur, vt fufius aliquando diximus: vnde continget nunquam adorationem ordinari respectu rei, quæ sancta non sit, propter hoc enim dixit Leo Papa discernendas esse causas solemnitarum, ne scilicet proponatur ab Ecclesia colendum, venerandum, & adorandum, quod sanctum re ipsa non sit, & fideles facillè in errorem inducantur. Hanc verò sanctitatem, & adorationem, vt notauimus, ipsa etiam oratione, quam profundimus ad sanctos, & præcipuè ad Virginem sanctissimam eorum, supponimus, delatio igitur cultus & institutio solemnitatis Conceptionis purissimæ ostendit, saltem mediatè & implicite doctrinam nostram ita esse veram, vt à parte rei non possit esse falsa, iam esse ab Ecclesia declaratum

Z z 3

Secun

398.

Secundò hanc probo assertionem secundam: si vi institutionis festi Conceptionis purissimæ, saltem virtualiter non esset declaratum sententiam piissimam ita esse veram, vt à parte rei falsa esse non possit, sequeretur Ecclesiam exponere fideles periculo errandi in re grauissima, atque adeo cultum diuinum posse esse falsum & perniciosum, consequens quoad vtramque partem esse falsum; ergo & antecedens, falsitas consequentium constat, & consequentia est legitima. Probo maiorem, & ponente festo Conceptionis festo adhuc non ita sanctam esse Conceptionem Virginis, vt sancta esse non possit, sic argumentor; Ergo adorandum proponitur id quod reuera sanctum non est re ipsa, sed sanctum non esse re ipsa potest; exponit ergo fideles Ecclesia periculo errandi, & consequenter cultus diuinus potest esse falsus, & perniciosus: proponitur enim nobis adorandum, quod potest re ipsa non esse sanctum, hoc verò nihil est aliud quàm dare occasionem errandi & adorandi id quod reuera sanctum non est. Quod vt vrgeatur & intelligatur amplius, ponamus stante hac solemnitate in Ecclesia, & indulgentiis & fauoribus Pontificum in illos, qui purissimam colunt & adorant Conceptionem, illam re ipsa non fuisse sanctam, sed peccato originali maculatam. Tunc sic; ergo errauit Ecclesia hunc cultum & adorationem instituens, & vterius; ergo diffiniuit Ecclesia ipsam errasse hanc adorationem præcipiendo & suadendo, & vterius; ergo re ipsa Ecclesia & de facto adorandam proposuit rem quæ sancta non est; vnde etiam inseritur nunc Ecclesiam fideles exponere periculo errandi, quia exponit periculo adorandi Conceptionem, quæ tamen non sancta esse potest; atque hæc ratio mihi est efficacissima ad ostendendum probabile esse, virtualiter, & implicitè iam esse declaratum ab Ecclesia piissimam doctrinam à parte rei ita esse veram, vt falsa esse non possit.

399.

Sed rogabit non immeritò aliquis non indoctus, an hæc declaratio vera sit canonizatio sententiæ piissimæ, & quidem Ecclesiam iam canonizasse nostram opinionem, sentiunt Lusitanus art. illo 1. §. 9. & Fr. Franciscus de sancto Ioseph ordinis Minorum, in propositione quam de re hac sanctissimo Paulo V. sacrauit, & quam refert Ægidius. Et videtur colligi ex ipsa diffinitione canonizationis, qua Romana Ecclesia decernit aliquid esse sanctum & veneratione dignum: hæc autem diffinitio desumitur à Innocentio, Panormitano & cæteris in cap. de reliquiis & veneratione Sanctorum, & traditur à Bellarmino lib. 1. de Sanctorum beatitudine, cap. 7. Ego tamen existimo opinionem piissimam non esse de facto ab Ecclesia canonizatam, idque probo ex ipsa ratione canonizationis, quæ publica sententia est de sanctitate alicuius, siue sit persona, siue mysterium, atqui Ecclesia non declarauit Conceptionem esse sanctam expressè & formaliter quod ad canonizationem requiritur, vnde immaculata conceptio non est canonizatio. Et confirmo efficaciter, quia si iam Ecclesia canonizauit immaculatam Conceptionem; ergo & diffiniuit hanc veritatem, nihilque circa il-

Lusitanus, Francisc. de S. Ioseph.

Ægidius

Innocent. Panorm. Scillarm.

lius sanctitatem stabiendam restat, sicut nihil restat efficiendum circa sanctitatem Diui Petri declarandam, & proponendam Ecclesiæ, si ille iam est canonizatus. Eadem igitur ratione si publicum extaret iudicium, & sententia de canonizatione Conceptionis nihil diffiniendum restaret, atqui scimus hanc diffinitionem nunquam extate, tametsi illam ardentissime desiderent omnes fideles, non igitur hæc veritas est canonizata. Neque contrarium docuit Suarez 2. tom. in 3. part. disput. 3. sect. 5. §. Huc accedit, ibi enim solum affirmat, Ecclesiam hoc festo videri quodammodo Conceptionem Virginis canonizasse, vbi termini illi videtur, & quodammodo declarat non docere absolute Suarium Conceptionem Virginis iam esse canonizatam.


Suarez.

400.

Contra hanc tamen conclusionem nihil efficiunt argumenta, quæ assert & dissoluit Lusitanus, neque similia quæ adducit ad illam expugnandam Salazar cap. illo 44. §. Prima est à priori, constituimus enim declarationem factam ab Ecclesia circa sanctitatem Conceptionis esse implicitam, virtuales, & mediatam, & quæ per discursum colligatur: vnde non est necessum sententiam contrariam seueriori aliqua censura notare. Neque vt existimauit Magister Granado, illam opinionis nomine priuare. Deinde nunquam Ecclesia proposuit nostram sententiam vt magis probabilem, & magis tutam, licet hoc illam habere colligatur ex Pontificiis decretis, nunquam enim eam probabiliorem, aut magis probabilem vocant, sed simpliciter asserunt celebrari ab Ecclesia illius festo Conceptionem seu Animationem, & Sanctificationem Virginis immaculatæ.

Salazar.

Granado.



DISPUTATIO XIX.

Vtrum immaculata Conceptio possit ab Ecclesia diffiniri?



AM determinauit Paulus V. & Gregorius X V. controuersiam de immaculata Conceptione diffiniri posse ab Ecclesia, dum iubent neutram sententiam aliqua censura notandam, quoadusque altera illarum diffiniatur, vnde reclusa remanet sententia Melchioris Cano, qui lib. 7. de locis, cap. 3. pag. 249. in principio columnæ secundæ, nec Sixtum IV. neque Lateranense Concilium, nec Synodum Tridentinum diffinisse immaculatam Conceptionem, quia neutra ex illis opinionibus poterant tanquam dogma catholicum approbare; vnde affirmat Basiliense Concilium errasse, dum alteram partem diffiniuit, & consonam iudicauit fidei Catholicæ, eo quod illa ex facta Scriptura literaliter non potest deduci. Atqui errauit dum erroris insinulat Patres Basilienses ipse Cano, siquidem iam determinarunt Pontifices hanc controuersiam per Sedem Apostolicam dirimi posse. Errauit etiam asserens eadem columna paulo ante finem, hanc controuersiam (quam ipse fa-

401.

Cano.

Basiliense.

retur grauissimam) nullius in Christiana Religione esse momenti, quod in Bandello, & spina rectè iam reprehenderat Catharinus, in lib. de Conceptione, qua enim ratione Immaculatæ Conceptionis disputatio nullius est momenti cum ex illius resolutione inferatur an Christus Dominus sit eminentissimus Redemptor? An generales loquutiones Scripturæ loquentes de peccato originali sine vlla exceptione etiam vi priuilegij sint vniuersales? Et tandem ex illius resolutione pendeat legitima & certa multarum Scripturarum intelligentia, præsertim cum ante Concilium Tridentinum auctores contrarij assererent doctrinam de Immaculata Conceptione expressè esse contra sacram Scripturam.

402.

Canus.

Hanc vero controuersiam de illarum numero esse, quæ Catholicam fidem neque promouere neque immouere possunt ex eo probat Canus, illo cap. 3. §. Quarta conclusio, quod Sacram Virginem Mariam immunem fuisse ab originali peccato iuxta germanum litteræ sensum nunquam habeatur in sacra Scriptura, quæ ratio indigna est tanto Magistro: si enim ideo hæc disputatio nullius est momenti, quia literaliter in Sacra pagina non habetur, nullius momenti est, non solum disputatio, sed etiam diffinitio perpetuæ Virginitatis Mariæ etiam post partum, nullius momenti Virginem non peccasse venialiter, hæreticos non esse rebaptizandos, paruulis infundi gratiam, & habitus supernaturales, quæ veritates non continentur in Scriptura iuxta germanum litteræ sensum; & tamen vt res magni momenti tandem sunt diffinitæ, & determinatæ ab Ecclesia. Adde adhuc sub lite esse an Immaculata Conceptio literaliter alicubi sit in sacra Scriptura? quod discutio disputatione 21. proxime ventura.

403. Vasq.

Supponamus ergo contra hæreticos, quos recenset & refellit optimè Gabriel Vasquez 2. tom. in 3. part. disput. 117. cap. 4. à num. 51. nihil in hac controuersia esse diffinitum, posse tamen diffiniri contra Melchiorem canum. Primum certissime constat, & secundum suadet, quia nihil abesse potest vt controuersia hæc diffiniatur, quod supponebat Caietanus, opusculo de Conceptione ad Leonem X. & à fortiori Patres Concilij Basiliensis, qui licet importuno tempore ad hanc controuersiam dirimendam vltimo accesserunt, nunquàm enim illi Patres diffinirent Immaculatam Conceptionem, si existimarent illam controuersiam tandem diffiniri non posse. Imò, ego non dubitarem asserere, quod tametsi iudicium diffinitiuum immaculati conceptus non fuit infallibile, quia in illo nulla fuit assistentia Spiritus sancti: iudicium tamen antecedens de remota credibilitate, & proxima diffinibilitate (vt ita dicam) immaculati conceptus potuit ortum habere ex inspiratione Spiritus sancti, ac proinde illud fuisse infallibile, quia licet primum iudicium factum fuerit sess. 26. non est dubium diligentias, & examina discussionemque motiuorum quibus sibi Patres illi persuaferunt rem esse reuelatam à Deo, ac proinde vltimo tandem diffiniri posse, fieri potuisse ante sessionem 24. in qua nullo iure Eugenium

verum Pontificem deposuerunt, non enim constat discussiones, & examina semper fieri eadem die, qua controuersia de fide dirimi ur, antecedunt enim conquisitiones, & disputationis locorum scripturæ ponderatio, & sanctorum auctoritatis consideratio, quæ in re grauissima, & controuersia, vna die fieri non possunt, vt constat in controuersia de Eucharistia, & iustificatione, quæ tractatæ sunt in Concilio Tridentino, idque forsan in Concilio Basiliensi accidit, vt colligi potest ex Gabriele in 3. dist. 3. qui affirmat Pontificis Legatos ab ipso instructos, dum ad concilium irent, vt hanc controuersiam dirimendam curarent. Adde Pontificem qui multa decreta illius Concilij reprobant & infirmat, nunquam reprehendisse diffinitionem immaculati conceptus, vt notauit Salazar, illo cap. 44. Cur vero in Concilio Lateranensi, Basiliensi, & Tridentino, hæc res diffinita non fuerit Deus nouit, certè motiua clarissima ad illam diffinendam nulla ratione defuerunt, vt ea consideranti fiet manifestum, illud verissimum plures veritates de fide ab Ecclesia diffinitas, quæ tot ac tanta motiua non habuerunt, quod in supremo, & primo Apostolorum Concilio de abolenda circumcissione est verissimum.

Gabriel.

Salazar.

404.

Dicendum igitur est, piissimam sententiam per sedem Apostolicam posse diffiniri declarari, & proponi Ecclesiæ fide diuina credendam, ita docent expressè Suarez, Vasquez, Ægidius Lusitanus, Sosa, Pineda, Lucero, Salazar, Aponte, & Iuniores omnes, qui de Immaculata Conceptione scripserunt, & quod caput est omnes Patres, & Doctores, qui interfuerunt Basiliensi Concilio, qui piissimam sententiam diffinierunt, nec dissentit Caietanus, opusculo de Conceptione ad Leonem X. solum enim affirmat auctoribus suæ sententiæ non esse timendum, quod nostra sententia diffiniatur de fide credenda. Conclusionem nostram alij variè probant, ego ratione vnica, quam existimo esse efficacem illa doctrina potest diffiniri, & fide diuina credenda fidelibus proponi, quæ efficacibus motiuis etiam supernaturalibus prudenter iudicatur euidenter credibilis, sed doctrina de Conceptione purissima motiuis efficacissimis etiam supernaturalibus prudenter iudicatur euidenter credibilis, ergo doctrina de Conceptione purissima & diffiniri potest, & proponi Ecclesiæ credenda fide diuina. Discursus est legitimus, & minor toto hoc libro ferè est demonstrata; omnia enim, quæ in illo continentur hanc euidentiam credibilitatis ostendunt, & inter illa efficacissimum est, illud quod desumitur ex indecentia Sacræ Deiparæ maculatæ peccato, quam latè sumus prosequuti disputatione 16. vestigationis secundæ sectione 20. Hanc vero argumentandi rationem tanti facit Melchior Cano, libro 12. de locis cap. 14. §. Sanè argumenta, vt existimet ratione indecentiæ, quæ reperiretur in Virgine si post partum integra non permanisset, credi in Dei Ecclesia perpetuam illius Virginitatem & semper illibatam, tametsi literaliter forsan non habeatur ex sacra Scriptura: & præterea ex eo, quod indecens esset filium Dei hominem factum à primo Con-

Suar.

Vasq.

Lusitanus.

Sosa.

Pineda.

Granado.

Lucero.

Salazar.

Apontè.

Canus.

prionis non habuisse scientiam beatam probari efficaciter ab initio Conceptionis illam habuisse, & verbum non assumptis animam intellectuale vacuum sapientia, & scientia beata & gloriatur se in illa difficultate contra aduersarios causam obtinuisse. Maior verò facile ostenditur, quia diligentia examen & discussio, quæ in Conciliis & in peculiaribus Pontificum decretis diffinitionem vltimam præueniunt, ad id solum ordinantur vt conset pluribus & efficacibus motibus etiam supernaturalibus rem illam aut explicitè aut implicitè contineri in sacra Scriptura, ac proinde altero ex his modis iam esse à Deo reuelatam.

405.

Trident.  
Lusitan.  
Viuar.  
Granado.

Ad hoc autem obstarè nihil auctoritates Sanctorum Patrum, sicut nec generalia testimonia sacre Scripturæ, quorum vltimum satis significatur in Concilio Tridentino, iam monstrant Doctores nostri temporis præcipuè Ægydij Lusitanus, libro 3. de præseruatione Virginis quæst. 4. art. 1. & 2. qui latè, & eruditè hanc præstitit operam Franciscus Viuar, lib. illo Vindicari Patres, Magister Granado, & alij & nos aliquid pro D. Thoma, & aliis Ecclesiæ Patribus, vt diximus vestigatione 2. disp. 6. sectione 20. Vbi monstrauimus Bernardum, & nostræ sententiæ fautorem & illius non esse epistolam illam celebrem ad Lugdunenses, quia eius neque ingenium subtile, neque modestum genium redeat.


406.

Lusitan.  
Salazar.  
Aponte.

Vtrum autem nostra sententia proximè expedita sit ad diffinitionem, ita vt solum restet Ecclesiæ determinatio, & propositio dubitant Doctores illam asserentes? Mihi proximè expedita, vt diffiniatur videtur, quod docuerunt Ægydij Lusitanus, Salazar, & Aponte, digressionem illa 2. ad cap. 1. Sapientie, num. 4. & probari potest, quia etiam materialiter & physicè hæc doctrina continet veritatem infallibilem saltem virtualiter & implicitè, vt disput. præcedenti, explicauimus. Adde nos ostendisse illam de potentia Dei absoluta falsam esse non posse, monstrauimus enim implicare contradictionem Conceptionem Sacre Deiparæ posse maculari originali peccato. videantur, quæ nouiter & solidè diximus vestigatione 2. disput. 21. ex illis enim, quæ ibidem attulimus, & ex nostris propositionibus, quarum causa hæc omnia scripsimus benè perpensis viri doctissimi asseruerunt hisce temporis nihil esse expectandum ad piam sententiam diffiniendam.

407.

An vero æquum sit vt statim diffiniatur ab Apostolica sede disputant aliqui, id ego desidero propter scandala, quæ orta sunt & possunt oriri si infeliciter aliquis parum cordatus sententiam contrariam audeat publicè prædicare, aut docere, sed nonne vidisti quanta ex dissensionibus ortis præcipuè Hispali anno 1615. sententiæ piissimæ facta fuerit accessio? Cum tamen contraria sententia nullum neque testimonij sacre Scripturæ, neque auctoritatis sancti alicuius, neque efficacis rationis accretionem habuerit. Consule scribentes, in quibus antiqua omnia deruta, nouum offendas nihil.



## DISPUTATIO XX.

Vtrum ex eo quod veritas aliqua sit diffinibilis ab Ecclesia, necessario inferatur, iam reuelatam esse à Deo, & consequenter esse de fide?



**P**ERTINET hæc disputatio ad materiam de fide, & forte nullus sub his terminis illam tractauit, sed necessaria omnino est illius resolutio ad rectè intelligenda, quæ in sequentibus disputationibus proponenda sunt probabiliter: illius sensus est, an quando Ecclesia intendit determinare aliquam fidei controuersiam, definiendo vt veritatem Catholicam alteram illius partem, quod nihil est aliud, quam illam partem in statu proximo esse vt diffiniatur; Veritas illa iam censetur reuelata à Deo, & de fide diuina, ita vt ex proxima diffinibilitate (vt ita dicam) necessario iuxta principia Theologica inferatur rectè, illam veritatem etiam esse reuelatam à Deo, & consequenter esse fidei obiectum materiale, verbi gratia intendebat Synodus Tridentina diffinire sententiam asserentem iustificationem fieri per gratiam inhaerentem, illamque declarare, & proponere esse credendam fide diuina, & antecedenter ad diffinitionem seu declarationem sufficienti discussione facta, & consultis testimoniis sacre Scripturæ, Ecclesiæ traditionibus, & Patrum sententiis decreuit hanc veritatem rectè posse diffiniri, difficultas est, an ex hoc decreto definiendi veritatem hæc ante actuale diffinitionem colligatur rectè hanc veritatem iustificationis per inhaerentem iustitiam, iam à Deo esse reuelatam, & iam esse de fide.

408.

Ad huius difficultatis resolutionem, cuius lectorem doctum vellem Theologum, & qui pacati esset animi, neque pro inclinatione (si qua remanet) in alteram sententiam, nostram doctrinam non benè perpensam horret statim. Primo aduertendum est propositionem aliquam dupliciter posse dici, & esse de fide; primo propriè & formaliter, ita vt idem omnino sit esse de fide, quod esse obiectum fidei diuinæ, quia fide eadem credi possit ab eo cui sufficienter proponatur, quod quidem à diuina immediate prouenit reuelatione. Vnde illa propositio hoc modo erit de fide diuina, quæ à Deo iam est reuelata, etiam si reuelatio nec sit proposita ab Ecclesia, nec à nobis cognoscatur, sed totaliter ignoretur; sicut enim ad hoc, quod aliquod sit præceptum à Deo formaliter loquendo necessarium non est, quod cognoscatur à nobis illud esse præceptum. Habet enim quis ignorantiam inuincibilem alicuius præcepti, ex hoc vero non sequitur re ipsa illud à Deo præceptum non esse, ita potest esse aliquid à Deo reuelatum, & de facto formaliter esse de fide, etiam si à nobis id non cognoscatur, in hoc enim sensu nihil est aliud rem esse de fide, quam ipsam aut habere aut

409.

participare

participare certitudinem fidei, hanc vero propositio participat à reuelatione diuina, vt includit vel supponit diuinam veracitatem, quæ nec fallere, nec falli potest, aliàs Deus posset mentiri, quod est absurdum. Et potest aliter id probari, quia multa fuerunt hoc modo de fide diuina antequam ab Ecclesia proponerentur credenda fidelibus. Cuius rei exempla sexcenta; aliàs nihil aliud esset rem esse de fide, quam à nobis cognosci esse de fide, non ergo hæc qualitas propositionis à nostra cognitione dependet, sed habet id à reuelatione diuina, quæ nostram cognitionem antecedit.

410.

Secundò, aliqua propositio potest esse, & dici de fide non formaliter, sed causaliter, ratione obligationis illam credendi diuina fide ea ratione, vt sit peccatum illi propositioni non assentiri, vnde hoc modo illa solum propositio erit de fide, quæ à Deo est reuelata, & sufficienter nobis proposita à regula fidei (quæ est Ecclesia) vt credenda fide diuina: distinguuntur igitur hæc duæ considerationes propositionis de fide in eo potissimum, quod prima à nostra cognitione, & notitia præscindit. Secunda vero ipsam notitiam, & cognitionem inuoluit. Quod vt rectius intelligatur præmitto, ad hoc quod aliqua propositio sit de fide posteriori modo (est autem hæc loquendi phrasis vulgarior & communior) quatuor requiri. Primum est reuelatio diuina, à qua immediate propositio participat certitudinem fidei. Secundum, iudicium de euidenti credibilitate illius propositionis, quod ab Ecclesia, vel Summo Pontifice procedat. Tertium diffinitio vel asseueratio, qua iudex vel regula fidei determinat propositionem illam ita esse reuelatam à Deo, vt possit proponi credenda omnino fide diuina. Quartum ipsa propositio, & declaratio fidei veritatis vt credendæ fide supernaturali, ita sufficiens, vt ex illa oriatur obligatio credendi veritatem sufficienter propositam, ad quam sequitur pia voluntatis affectio, & fidei actualis assensus, de quo R. M. Cumel, 2. tom. in 1. 2. quæst. 109. art. 1. disp. 2. Hinc clarissimè deducitur plura requiri ad hoc, quod aliqua propositio sit de fide posteriori modo, quam modo priori, adhuc enim tantum reuelatio requiritur, ad secundum tamen præter reuelationem, iudicium de credibilitate, diffinitio, & sufficiens propositio requiruntur. De quo videndi Valentia tom. 3. disput. de fide, quæst. 1. punct. 1. & sexto, Coninch, disp. 12. de potestate Ecclesiæ dub. 6. qui dubio 5. antecedenti optimè explicat regulam, seu iudicem fidei, tandem esse illos quibus de facto commisit Christus Dominus Ecclesiam visibiliter regendam, illis enim omnes obtemperare debemus, quæ est communis Catholicorum doctrina: Præmissum hoc est communis Theologorum sententia.

411.

Aduerto secundo, Ecclesiam vel Summum Pontificem habere potestatem ad hoc, quod aliqua propositio incipiat esse de fide modo posteriori ex allatis, tamen si illam non habeat, vt priori modo incipiat esse de fide. Prima pars huius pronuntiati est certissima, & communis inter Catholicos, & constat ex illis, quæ contra hæreticos tractantur de potestate Ecclesiæ, &

Pontificis & Conciliorum ad 2. 2. quæst. 1. artic. 10. Et ratio est manifesta, quia cum veritas aliqua non ita clara est, apud fideles necessaria est omnino regula fidei, quæ inter credenda, & non credenda discernat, illudque diffiniat, & proponat quod reuera constat ex diuina reuelatione, & cum standum non sit cuiusque particulari iudicio, inde enim summa dissentio, confusio summa, necessarium est potestatem hanc discernendi, declarandi & proponendi esse in Ecclesia.

412.

Secundam partem docet D. Thomas, 2. 2. quæst. 1. artic. 7. affirmat enim articulos fidei post tempora Apostolorum non creuisse, creuissent vero, si quando Ecclesia aliquid declararet, tunc illud inciperet esse de fide, vt est manifestum. S. Thomam sequuntur omnes illius discipuli & Interpretes, qui etiam ibidem art. 10. ad 2. docet in doctrina Christi Domini, & Apostolorum contineri omnia, quæ pertinent ad fidem, etsi oporteat veritates fidei temporis successione amplius declarari & explicari, quod fit per diffinitionem, & propositionem. Angelicum Doctorem imitantur Cano, lib. 2. de locis cap. 7. & lib. 4. cap. 4. Alphonsus de Castro in sua summa libro 1. cap. 8. VValdensis, lib. 2. doctrinalis fidei cap. 22. Valentia 3. tom. disput. 1. quæst. 1. puncto 6. Suarez, de fide, spe, & charitate disput. 2. sect. 6. num. 16. Lorca 2. 2. disput. 16. & latius disput. 38. Luisius Turrianus de fide, disput. 13. dub. 2. ad finem, Ægydij Coninch, disput. 12. de potestate Ecclesiæ dub. 6. qui omnium clarissimè. Idque supponit Malderus, 2. 2. quæst. 1. artic. 7. & rectè explicat Albelda 1. part. disput. 2. numer. 33. §. Quarto probatur, & num. 40. §. ad secundum. Et probatur: propositio de fide formaliter sumpta à diuina habet reuelatione certitudinem fidei, quia scilicet à Deo est reuelata, sed Ecclesia cum posteriori modo aliquid declarat & diffinit de fide tenendum, non accipit à Deo nouam reuelationem illius veritatis, ergo non habet potestatem efficiendi, quod priori modo res aliqua incipiat esse de fide, diffinitus est optimus, & maior & minor constant ex superioribus, illas vero inter alias Catholicè, & luculenter expressit Vincentius Lyrinensis libro aduersus prophanas hæreseon nouitates cap. 27. & sequentibus, vbi optimè ponderat illud Apostoli 1. ad Timotheum 6. *O Timothee depositum custodi.* Sic enim scribit: *Quis est hodie Timotheum nisi vel vniuersa Ecclesia, vel specialiter totum corpus præpositorum, qui integram diuini cultus scientiam vel habere ipsi debent vel aliis infundere: quid est depositum? Id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum, quod accepisti, non quod excogitasti, rem non ingenij sed doctrine, non usurpationis priuata, sed publica traditionis, rem ad te perductam, non à te prolata, in qua non auctor debeas esse, sed custos, non institutor, sed sectator, non ducens sed sequens.* Catholicè & solidè. Confirmari etiam potest hæc doctrina; illud enim quod Ecclesia declarat, aut credendum proponit, aut reuelatum est à Deo ante illam diffinitionem, aut non est reuelatum: si reuelatum, iam est de fide priori modo, & id est, quod intendimus: si non est reuelatum, diffiniri non potest,

potest, quia vt constat ex ordine quem tradidimus §. Secundo aliqua, iudicium, diffinitio, & propositio necessario supponunt reuelationem, Ecclesia vero nouas non expectat reuelationes, sequeretur enim Principibus Ecclesie primis id est Apostolis, qui fidei Magistri, non esse reuelata omnia, quæ pertinent ad fidem, quod est absurdum & in superioribus reprobatur.

413. Neque contra hæc obstant, quod ipsa testificante experientia multa sunt de fide post Apostolorum tempora, quæ antea non erant de fide, vt patet in doctrina iustificationis per inhærentem institutum, quæ de fide est, post Concilium Tridentinum, neque quod credere videamur aliqua propter solam Ecclesie definitionem. Vnde videtur colligi Ecclesiam habere potestatem efficiendi doctrinam aliquam esse de fide, quæ reuera antea non erat, non primum, quia quod Ecclesia diffinit nouiter esse credendum, iam antea erat de fide diuina. Tridentinum vero, & alia concilia cum aliquam veritatem diffiniunt posteriori illo modo, quem explicuimus procedit, & efficit rem esse de fide, non vero priori. Non secundum, quia quod fide diuina credimus, propter solam diuinam credimus reuelationem, propositio autem & Ecclesie diffinitio sunt conditiones necessariæ ad supernaturalem fidei assensum de quo videnda sunt, quæ de resolutione veritatum fidei in diuinam reuelationem vel Ecclesie propositionem tradunt Theologi 2. 2. q. 1. & nos plura diximus controuers. 1. generali ad 22. per varias disputationes.

414. Tertio est aduertendum, determinationem seu diffinitionem Ecclesie aut Pontificis è cathedra, non esse reuelationem, sed necessario ab illa distingui. Hanc veritatem supponunt omnes, qui existimant Ecclesiam nec expectare, nec debere nouas reuelationes diuinas, quia iam omnia quæ ad fidem pertinent, vel in scripturis continentur, vel à Christo Domino, & Spiritu sancto Apostolis sunt reuelata, quod ostendo disputatione 21. sect. 1. & tradunt expressè S. Thomas, Caietanus, Bañez, Aragon, Cano, Turrianus, Suarez, Granada, & alij ibi citandi, & ratio est manifesta, quia Ecclesia est visibilis, & infallibilis regula eorum, quæ reuelantur à Deo, vt ex communi sententia sentiunt omnes scribentes de fide, de Ecclesie munere, & potestate, non autem contingere potest, idem omnino esse regulam, & regulatum, vnde euidenter infertur propositionem, aut diffinitionem Ecclesie non esse ipsam diuinam reuelationem, quia hæc non est visibilis regula reuelandorum, sed testimonium diuinum enuncians veritatem alicuius propositionis & illam reuelans. Vnde rectè dixit D. Thomas, quem omnes sequuntur, 2. 2. quæst. 1. art. 10. corp. propter insurgentes errores in rebus, quæ ad fidem spectant, necessariam omnino esse Ecclesiam, quæ explicet & declaret, quæ obscurè in sacra Scriptura continentur, quod verum esse non posset, si explicatio, seu diffinitio Ecclesie à reuelatione Dei siue explicita, siue implicita non distingueretur.

415. Declaratur & probatur vterius, quia Ecclesie diffinitio verè, & proprie non est Verbum

Dei, aliàs nulla esset Ecclesie diffinitio, quæ inter sacras Scripturas non esset ponenda, & consequenter Concilij decreta Deum vt immediatum auctorem respicerent, tamen si enim sint infallibilis auctoritatis propter assistentiam Spiritus sancti, non tamen à Deo immediate dictantur, quod colligitur ex D. Thoma, 2. 2. quæst. 1. artic. 7. & docent expressè Valentia 3. tom. disput. 1. de fide, quæst. 1. puncto 6. Coninch. disput. 9. de fide, dub. 5. ff. 60. & communiter omnes interpretes. Vnde infertur Ecclesie diffinitionem distingui à Verbo Dei, quia distinguitur à diuina veracitate reuelante obscurè veritatem fidei.

Vterius etiam hæc doctrina illustratur, quia præterquam, quod Ecclesie diffinitio distinguit reuelata à non reuelatis, de quo videndus est Canus, lib. 2. de locis cap. 7. & lib. 5. cap. 5. At postremum; Coninch disput. 9. dub. 5. conclus. 4. Caietanus, 2. 2. quæst. 1. artic. 1. §. Ad cuius. Propter quod dixit D. Thomas, ad Pontificem pertinere, determinare ea, quæ sunt fidei, & non ad proprium cuiuscumque priuatum iudicium, vt contra hæreticos docet Catholica fides, resolutio nostræ fidei solum fit in auctoritatem Ecclesie tanquam in conditionem necessariam ad assensum fidei, in diuinam vero veracitatem reuelantem obscurè sit resolutio tanquam in rationem formalem, & proximum principium, aut motiuum credendi primum veritatis fidei, quæ est communis & verior Theologorum sententia, quam nos latè explicuimus & defendimus controuersia prima generali de fide, & tradit D. Thomas, quem sequuntur Aleñsis, Valentia, Vasquez, Turrianus, disput. 2. de obiecto fidei, dub. 4. & qui illos citat Coninch. disput. 9. dub. 5. conclusione 4. Caietanus, 2. 2. quæst. 1. art. 1. §. Ad cuius. Ex quo fit consequenter ipsam diffinitionem Ecclesie non esse reuelationem diuinam, aliàs enim sequeretur resolutionem fidei, & illius assensus fieri in auctoritatem humanam qualis est Ecclesie auctoritas, licet habeat adiunctam Spiritus sancti assistentiam, non vero in auctoritatem Dei reuelantis.

416. Quarto, diligenter est aduertendum hæc, quæ modo diximus non solum vera esse loquendo de reuelatione, qua Deus aliquam veritatem manifestat, sed etiam de manifestatione reuelationis illius veritatis. Pro cuius clariori intelligentia est notandam promissam fuisse Ecclesie à Christo Domino peculiarem assistentiam Spiritus sancti in declarandis rebus fidei, ne errare possit Ecclesia in illis explicandis, diffiniendis, & declarandis, quod omnes Catholici deducunt ex illis verbis Christi Domini Ioan. 14. 16. Et alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, & infra: *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia: & Ioan. 14. Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem.* Quem locum explicat Caietanus, de peculiari hac assistentia Spiritus sancti 2. 2. quæst. 1. art. 10. Inde illa loquutio Concilij Hierosolymitani: *Visum est Spiritui sancto & nobis.* Qua formula fere vtuntur cætera Concilia. Hæc verò assistentia nihil aliud esse videtur, quam illustratio Spiritus sancti, qua docet Ecclesiam veritate,

416.

417.

A. Apost. 15. 18.

tem, quam determinat iam esse reuelatam à Deo, vnde consequitur esse peculiarem reuelationem, quæ non tam terminatur ad veritatem reuelatam materialiter sumptam, quam ad ipsam, vt formaliter est reuelata, vnde & rectè dicitur & est manifestatio reuelationis, aut reuelatio reuelationis: cum enim Ecclesia in diffiniendis rebus fidei nihil inueniat, & rem declaret ad se perductam, non à se prolatam, vt loquitur Vincentius Lyrinensis, hinc fit Spiritum sanctum noua reuelatione & illustratione docere, quidnam vltimo iam Ecclesie, & Apostolis fuerit reuelatum in controuersia de fide, si enim hoc ita non esset, Ecclesia, & Pontifices ad determinandum veritatem aliquam esse de fide nulla indigeret excussione, nec sacram Scripturam, traditiones, & Patrum Sanctorum euoluerent, & consulerent testimonia, sicut nihil Prophetæ, neque Euangelistæ ad scribendum discutiebant, neque alias scripturas consulebant, sed ipso Spiritu sancto reuelante scribebant quæ ipse dictabat. Quæ tamen consequutio vera non est, id quod ipsa experientia docet, discutiunt enim Ecclesia, Concilia, & Pontifices controuersiam dirimendam, sacram Scripturam euoluunt, & inter Theologos & Magistros de vera illius intelligentia disserunt, imò id ipsum Patres Ecclesie efficiunt vt Irinæus, Augustinus, Hieronymus, vt docet Magister Cano, libro 5. de locis cap. 5. §. Ad postremum in medio. Vnde liquido constat determinationem Ecclesie talis esse rationis, vt illam antecedant duæ reuelationes. Prima qua res fidei reuelatur. secunda qua Spiritus sanctus priorem manifestat reuelationem. Vnde etiam sequitur asseuerationem, seu diffinitionem Ecclesie ab vtraque reuelatione distingui, vt effectus à causa distinguitur; asseuerationis enim causa est vtraque reuelatio ordine quodam. Quod non attendebat Valentia tom. 3. disput. 1. quæst. 1. puncto 6. Vide ad hanc rationem illustrandam Albeldam 1. part. quæst. 1. disput. 2. sed aduerte illum aliquando asserere, Ecclesiam veritates fidei reuelare vt constat num. 34. & attende hanc loquutionem esse impropiam, sicut & impropria est illa (Ecclesia facit nouam fidei veritatem) proprie enim Ecclesia non reuelat, non facit fidem, sed illam explicat, vt deducit S. Thomas, 2. 2. q. 1. art. 10. corp. & ipse antea notauit Albeldam, ibid. n. 33. §. Quarto probatur ex eodem Angelico Doctore. His ergo præmissis.

418.

Asserendum omnino est, ex eo quod veritas aliqua sit proximè diffinibilis ab Ecclesia, necessario inferri tum illam iam esse reuelatam à Deo, tum esse de fide priori modo ex illis quos explicuimus præmissis, primo, ita sentiunt quicumque affirmant Ecclesie Principibus Apostolis scilicet reuelata iam fuisse omnia, quæ pertinent ad fidem, & Ecclesiam, neque habere neque posse nouas reuelationes, ad illamque pertinere non nouam condere fidem, sed illam & illius veritates explicare, quos & asseremus disput. sequenti sect. 1. Probatur primo auctoritate Vincentij Lyrinensis cuius verba attulimus præmissis secundo, §. secundam partem, in illis enim vir ille doctissimus euidenter ostendit ad Ecclesie diffinitionem, reuela-


tionem veritatis explicatæ præcedere, atque adeo illam iam esse de fide illo priori modo, & Ecclesiam non habere potestatem vt efficiat, quod res aliqua incipiat de nouo esse de fide. Secundo probatur, auctoritate D. Thomæ, qui 2. 2. quæst. 1. art. 10. corp. ait: *Ad illius auctoritatem pertinet editio Symboli, ad cuius auctoritatem pertinet determinare illa, quæ sunt fidei.* Quibus in verbis non asserit S. Thomas, Ecclesiam posse facere res fidei, sed solum determinare ea quæ sunt fidei, id est illa quæ à Deo sunt reuelata explicare & proponere, quod magis explicat ad 1. dicens, quod in doctrina Christi & Apostolorum veritas fidei est sufficienter explicata, sed propter hominum peruersitatem necessariam esse explicationem (nouam scilicet) fidei propter insurgentes errores, & ad 2. affirmat non ablatam esse per vnam Synodum potestatem, quam sequens habet ad nouam editionem Symboli, non quidem aliam fidem continentem, id est, nouam & non reuelatam Ecclesie, sed eandem magis expolitam.

419.

Ratione vero probatur hæc grauissima assercio, quæ non difficiliter formatur ex præmissis omnibus, quæ ante illius constitutionem attulimus, omnia enim illa & ferè omnium singula præmissa sunt, vnde euidenter infertur nostra conclusio, quæ modo non sunt repetenda, potest vero ad formam hanc reduci. Ecclesia non habet potestatem efficiendi, vt res aliqua incipiat de nouo esse de fide dando illi certitudinem, quæ solum provenit à reuelatione diuina à qua oritur certitudo infallibilis, & consequenter ipsa neque reuelat, neque efficit aliquid, quo incipiat de nouo res esse de fide, quia illius explicatio non est Verbum Dei, neque diffinitio est reuelatio etiam illa, quæ provenit ab actuali assistentia Spiritus sancti cum sit huius effectus, ergo cum Catholica Ecclesia aliquid decernit credendum fide diuina, vt fidei obiectum, illud supponit iam reuelatum, & consequenter esse de fide priori modo. Et vterius ergo ex eo, quod veritas aliqua sit diffinibilis ab Ecclesia necessario infertur, tum illam esse reuelatam à Deo, tum esse de fide. Hæc vltima determinat res fidei ex noua reuelatione, quæ ad illas terminetur, neque vt Verbum Dei eas manifestet, & aliàs si proprie loquendum sit, nihil est aliud rem aliquam de fide, quam reuelatam esse à Deo, ex hac enim reuelatione, seu Verbo Dei accepit certitudinem infallibilem, estque fidei obiectum. Cum igitur Ecclesia non possit declarare rem esse de fide, neque præcipere credendam, vt fidei veritatem, nisi in illa præcedat iudicium de reuelatione, conferente illi certitudinem infallibilem, euidenter est ex declaratione, & determinatione, aut asseueratione infallibili propter assistentiam Spiritus sancti, necessario inferri veritatem illam explicatam, & esse reuelatam, & habere antecedenter certitudinem fidei, cum satis probatum sit respectu reuelationis, & certitudinis fidei posteriore declarationem, & diffinitionem Ecclesie, & non è contra, imò eandem explicationem Ecclesie neque reuelare, neque

neque illam certitudinem conferre veritati explicata.

420. Ex quo etiam manet probata prima consequentia, ex antecedenti enim constat priores esse reuelationem, & certitudinem infallibilem veritatis explicatae prouenientes à Deo, quam ipsa Ecclesiae explicatio, antecedens verò quoad omnes sui partes demonstratum est in superioribus auctoritate, & ratione, ita vt hic nihil addere sit necessarium. Vnde existimo hanc assertionem consonam esse principiis fidei, & à nemine si rectè perpendatur, & penetraretur posse negari. Experientia autem illa, quae docet Ecclesiam nouiter nouos etiam exponere articulos iam est explicata. Videantur quae de potestate Ecclesiae, Conciliorum, & Pontificum docent Doctores ad 2.2. Diui Thomae, loco citato.



DISPUTATIO XXI.

An immaculata sacra Deipara Conceptio reuelata iam fuerit Catholica Ecclesiae.

421. **P**ACATO animo legenda vellem, & quae in tribus disputationibus praecedentibus dixi, & quae in hac & sequentibus sum dicturus: patientem ergo lectorem desidero, & cuius ante intelligentiam, & declarationem nostrae sententiae non bilis ignescat, spero enim futurum, vt quae primo aspectu aut difficilia, aut à Summis Pontificibus prohibita videntur si vacuo expendantur animo non solum probabilia, sed etiam necessaria iudicentur & principiis Theologiae stantibus reipsa ita esse sentiendum, neque nos in nostris de certitudine piissimae sententiae assertionibus vlla ratione à nouis vel antiquis constitutionibus quas veneramur discedere.

SECTIO I.

Piissima sententia probabiliter iam Ecclesiae est reuelata.

422. **N**egaret hanc thesim necessario Caietan. & illam imitati Vandelus, Spina, & alij ipse enim opusculo de Conceptione ad Leonem X. suplex petit diffiniatur sua sententia de maculato Virginis conceptu, quia iam Ecclesiae est reuelata, vt quae contineatur in sacra Scriptura generalibus loquutionibus.

Sed praemitto primum, differunt valde veritatem aliquam esse reuelatam à Deo, & vt rem fidei esse diffinitam ab Ecclesia, & fidelibus propositam credendam fide diuina; haec enim duo separari possunt, & contingere rem aliquam esse à Deo reuelatam, & tamen Ecclesiam id non diffinisse, quia nondum illi affulsit lumen Spiritus sancti, tamen non possit accidere, veritatem aliquam esse diffinitam de

fide, & non esse reuelatam aut contentam in scriptura, vel traditionibus Ecclesiae. Non igitur est difficultas. An immaculata conceptio sit diffinita ab Ecclesia, iam enim in limine disput. 19. asseruimus ex mente Pontificum, & ipsa veritate nihil circa illam esse diffinitum. Controversia igitur est an de facto iam haec veritas diuinitus fuerit reuelata, ita vt contineatur in Scriptura sacra, vel Apostoli de illa sicut de aliis rebus pertinentibus ad fidem à Christo Domino fuerint edocti.

423. Praemitto secundo: omnia quae pertinent ad fidem, etiam si non sint articuli, qui in Symbolo recensentur, aut in sacra Scriptura contineri explicitè, vel implicitè, vel Apostolis à Christo Domino, & Spiritu sancto fuisse reuelata, ita vt nullius veritatis fidei Ecclesiae facta fuerit accessio aut augmentum. Haec est communis Doctorum sententia cum S. Thom. 2. 2. quaest. 1. artic. 7. illamque supponunt vel exprimunt illius Interpretes Caietan. Bañez, Aragon, Granado, & tradunt Melchior Canus, libro 2. de locis c. 7. §. Qua in re & lib. 4. cap. 4. Suarez, de fide disput. 3. sect. 1. num. 5. Luisius Turrianus, 1. tom. in 2. 2. disput. 13. dub. 5. Aegydius Coninch. disput. 12. de fide, dub. 1. à num. 8. Lorca, 2. 2. disput. 17. de fide, qui numero secundo docet id sine errore negari non posse, & constat manifestè ex Ioan. 14. Paraclitum quem miser Pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & 15. Vos autem dixi amicos, quia quaecumque audiu à Patre meo nota feci vobis. Id quod Dominus Ecclesiae promiserat Hierem. 3. Dabo vobis pastores secundum cor meum & pascent vos scientia & doctrina. Duo vero ad pastores spectant, & quod sint sublimis in cognitione diuinorum, & industrii in actione religionis; & de se, & Apostolis aliis Paulus Romanorum 8. Nos autem primitias Spiritus habentes. Id est perfectissimam notitiam, & intelligentiam veritatum fidei, & quidem efficacissimus est locus Apostoli Ephesiorum 1. 7. In quo habemus redemptionem per sanguinem crucis eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiae eius, quae superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quae in caelis, & quae in terris sunt in ipso, &c. In quo testimonio videor mihi expressè haberi hanc reuelationem omnium veritatum ad fidem pertinentium. Theodoretus enim scripsit ibi: Misericordia fontes effudit eiusque veluti fluentis irrigauit, quod de Apostolis esse intelligendum docet expressè D. Thomas, lect. 3. in 1. ad Ephesios, & quia ibi sapientiam omnem, & doctrinam sibi datam explicat Apostolus in mysterio Incarnationis, in quo omnia instaurantur, innouantur vetera & restituuntur amissa, dubium esse non potest Apostolos omnem fidei veritatem, quae concernit Incarnationis mysterium & consequenter ea, quae pertinent ad Virginem Beatissimam cognouisse. Ponamus ergo Catholicum ingeniosum & cui bene essent cognitae Incarnationis Christi, & illius causa peccatum scilicet

S. Thom.

Caietan. Bañez. Aragon. Granado. Canus. Suar. Turrian. Coninch. Lorca.

Sanderus. Canus. Bellarmin. Pighius.

422.

Ex his omnibus infero, quod & quarto praemitto: Apostolos quibus Christus Dominus sensum aperuit, vt scripturas intelligerent, be-

Adami dubitare, quoniam esset Virginis Matris sanctitas, an peccatum habuisset, an aliquando Dei inimica? an iustitiae originalis restitutio facta alicui purae creaturae? Et haec dubia referre ad Petrum, ad Paulum, ad aliumve Apostolorum: Kogo possentne certo, & infallibiliter respondere ad illa resolutorie? Et si rogerentur vterius, an si loquutiones generales de originali peccato propter quod delendum Christus venit in mundum ita essent vniuersales, vt nullus filiorum Adam etiam esset facta Deipara ex priuilegio etiam excipi non posset? Possentne Apostolus infallibili doctrina respondere? Existimo posse, quia illum omnem veritatem docuit Christus Dominus, docuit & Spiritus sanctus, & praeterea iudico ex fide rem nullam edocturum Apostolum, quae reipsa non esset vera, erant enim fidei Magistri qui nec fallere neque falli possunt, cum ergo Immaculae Conceptionis assertio ita sit certa, vt à parte rei falsa esse non possit etiam metaphysicè, hanc veritatem, & alias illam concernentes Apostolus ille, & alij Apostoli docerent.

411.

Praemitto tertio, Apostolos non solum accepisse à Christo Domino intelligentiam scripturarum quomodocumque, sed etiam perfectissimo modo, ita vt sanctorum Doctorum nullus etiam doctissimus, illas potuerit vnquam facilius quam Apostoli intelligere, & consequenter notandum illos non vtrumque tradidisse fidelibus scripturas, & quacumque ratione, sed cum vera, & propria illarum intelligentia; alias & proprio muneri non satisfecissent & doctores non essent, sed librarij; quam veritatem tradunt generaliter omnes Doctores, vt videri potest apud Sanderum, lib. 6. de visibili Monarchia cap. 7. Canum lib. 7. de locis c. 7. Bellarminum lib. 3. de Pontifice c. 25. & Albertum Pighium, lib. 3. cap. 3. & alios: Vnde inferitur Apostolos & intellexisse, & tradidisse suis successoribus non solum quae explicitè, sed etiam quae implicitè in scripturis continentur, & praeterea non solum scripto, sed etiam viuua voce illis multa tradidisse, sicut multa mysteria, illaque recondita ipsi Apostolis tradidit Christus Dominus. Horum vero omnium ratio est manifesta, quia perfectissima prouidentia Saluator omnium disposuit, quae necessaria erant Ecclesiae ad illius perfectissimam notitiam in ordine ad veritates supernaturales; non vero prouidentia talis esset si primi fidei Magistri omnem veritatem ad fidem pertinentem non penetrarent, & exactissime intelligerent, vnde in hac intelligentia, & doctrina fuerunt eminentissimi, & eorum notitia aliorum Doctorum antecelluit doctrinam. Primo in intensione & firmitate fidei, secundo in intelligentia & penetratione mysteriorum, & Scripturae sacrae Tertio in cognitione omnium illorum, quae ad fidem spectant. Et tandem quarto in eis, quae ad ornatum, expositionem, & defensionem fidei conferunt, videndi auctores citati, & quae dicemus disput. 21.

413. Canus.

414.

Vasq.

Caietan.

Salazar. Granado. Vasq.

auctores illius Vandelus, Caietan. & alij. Qui asserunt suam sententiam posse diffiniri de fide, & qui affirmant nostram sententiam esse contra sacram Scripturam, supponunt contrariam iam esse reuelatam, & priori modo esse de fide, & quidem si constaret semel Plumbeos libros Granatenfes esse indubitatae auctoritatis, nostra conclusio ex illis efficaciter probaretur atqui cum non habeant sufficientem auctoritatem ad probandum Apostolos, & coegisse, Concilium, & hanc veritatem diffinisse, ex illis non potest confici argumentum, cum tamen negari non possit illorum librorum auctores existimasse piam sententiam iam esse reuelatam, qui asserunt iam esse ab Apostolis diffinitam, sed expecto resolutionem Apostolicae sedis. Interim non possum non ridere Laurentij Aponte iudicium, qui auctoritatem librorum Granatensium eleuare conatur ex eo quod viri doctissimi, seu eruditissimi in Arabica lingua non solum docti, sed nati, de quorum sanctitate nullo modo poterat ipse addubitare, vocatos ab illustrissimo D.D. Petro de Castro, imo missos Regia auctoritate sibi asseruisse in illis contineri doctrinam haeticam & mahometanam. Primo enim quis dicat viros in Arabica lingua natos talis esse vitae, vt de illorum sanctitate nullus esset dubitandi locus, cum potius illa gens ferè semper suspecta fuerit fidei, secundo si tanta illorum sanctitas, cur mysterium hoc Archiepiscopo Granatensi, & Hispanensi non explicuerunt, vir enim reuera piissimus, & Catholicus nunquam intenderet, coactio Concilio decernere libros illos esse catholicos & eorum doctrinam indubitatae, si illa esset & haetica & Mahometana, & tandem tertio, credibile non est, Patres in Synodo illa coactos ab Archiepiscopo libros illos probaturos si Mahometi continerent doctrinam, scripsit noster Petrus de la Serna, de illorum fide ad sanctissimum Nostrum Patrem Urbanum illamque certissimam intendit Marchio Astapæ vir nobilissimus, & doctissimus, scripsit etiam Aegydius Lusitanus, in libro de Virginis praeseruatione 3. quaest. 4. art. vnico, sed expectandum est iudicium Apostolicae sedis.

Lusitanus.

415.

Probaturo vero nostra assertio primo, Apostoli non solum cognouerunt perfectissime omnia, quae ad fidem pertinent, sed etiam habuerunt perfectam intelligentiam scripturarum, & veritatum, quae in illis continentur, & pertinent ad excellentiam redemptionis Christi Domini, ad illius incarnationem, & sanctitatem, & ad Virginem sanctissimam illiusque perfectiones conuenientes illi, vt Mater Dei hominis est; ergo Conceptio Virginis Immaculata etiam à principio nascentis Ecclesiae Christi iam est reuelata, antecedens latè probatum est, & addo incredibile omnino videri Apostolis non fuisse reuelatum negotium originalis iustitiae, & peccati originalis, illisque ignorasse an originalis iustitia, quoad principales illius effectus restituta fuerit generi humano saltem in primitiis illius, Christo scilicet, & Beatissima Virgine, nescisseque Matthaeum, dum scripsit capite 1. grauida illa verba, & mysteriis plenissima: *De qua*

*natus est Iesus, qui vocatur Christus, quam sanctitatem, dona & gratiam plenissimam habuerit Virgo Deipara, & quae ex illis verbis, sancti Doctores, & Patres Ecclesiae, ferè per euidentes consequentias, vrgenter deducunt. Consequentia vero probatur, quia vt asseruimus, immaculatus Virginis conceptus pertinet ad res fidei, ad copiosissimam, & eminentissimam Christi Domini redemptionem, & ad intelligendam exactè sacram Scripturam variis in locis, ex cuius vera, & legitima intelligentia pendet cognitio dogmatum fidei, vt contra Canum notabimus, & notauit antea Ambrosius, Catharinus, libro 1. de Conceptione Immaculata. Adde scriptores Ecclesiasticos, maxime qui in Catholica Ecclesia canonicè penetrasse optime energiam, & veritatem verborum & sententiarum, quae illis Spiritus sanctus dictabat, atque adeo Matthaeum, & Paulum lumine supernaturali cognouisse veritates contentas in illis, quae scripserunt de Virgine beatissima, vel de illis quae aliquo modo ad illam attingere videntur, de quo dicam sect. 3. huius disputationis.*

416.

Probaturo secundò conclusio. Illa doctrina est iam à Deo reuelata, quae pertinet ad fidem, cuius explicatio declarat veram intelligentiam locorum sacrae Scripturae, & explicat dogmata fidei, & veritates illius, sed doctrina de purissima, & immaculata Conceptione pertinet ad fidem, & explicat veram intelligentiam sacrae Scripturae, & explicat multa dogmata fidei & illius veritates, ergo doctrina de Conceptione purissima sacrae Deiparae iam Ecclesiae, à Deo est reuelata, consequentia est euident, & maior probatur, quia doctrina, quae illas habet conditiones optime potest diffiniri, & proponi ab Ecclesia, (quae nouas non expectat reuelationes) fidelibus credenda, haec vero non potest, non esse à Deo reuelata, tum quia sine reuelatione, quae (vt dicit diuinam veracitatem, & loquutionem Dei, vt exercitium ab ipsa impetratum) est fidei ratio formalis motiua, vt monstrauimus 2. 2. generali controuersia de fide, nulla veritas potest diffiniri. Tum etiam, quia vt constat ex praemissis in hac sect. Ecclesia non expectat, neque expectare debet nouas reuelationes, sicut neque illas expectauit, vt diffiniret contra haeticos iustificationem fieri per inhaerentem iustitiam, & mortuam fidem sine charitate, & operibus non sufficere ad consequendam salutem, inde ortum habuit communis sententia affirmans Ecclesiam non posse condere nouos fidei articulos, aut nouas fidei veritates, licet possit declarare, proponere, & explicare hanc vel illam veritatem esse iam à Deo reuelatam, de quo videndus VValdensis, lib. 2. doctrinalis fidei antiquae cap. 22. & 23. & S. Thom. 2. 2. quaest. 1. art. 7. Vbi illius interpretes, & nos aliquid dicemus disput. sequenti.

VValdens.

S. Thom.

417.

Tertiò, probatur nostra assertio. Illa doctrina est iam Ecclesiae reuelata, quam Apostoli vel indicarunt non leuiter, vel etiam tradiderunt, & Ecclesia saltem mediare & virtualiter docuit esse veram, ita vt à parte rei falsa esse non possit, sed doctrina de immaculata Conceptione

ceptione est huiusmodi: ergo iam à Deo est reuelata; Maior videtur certissima, quia ad implicitam alicuius veritatis reuelationem illa videntur sufficere. Minor vero probatur primo, quia hanc doctrinam tradiderunt Apostoli & illius discipuli. Primum enim illam docuit Hispanos Iacobus Apostolus, vt contra Salazarium, & Franciscum de Viuar, monstrauius vestigatione 2. disput. 16. sectione vltima. Deinde illam Praesbyteris, & fidelibus Achaiae proposuit sanctus Andreas Apostolus iam moriturus, cui ligno canenti occinebant cantores liturgiae Iacobi Apostoli minoris, qui omnibus modis irreprehensam Mariam decantant, vt ibidem tradidimus saeculo primo, quod non faterentur nisi ab Apostolis edocti. Tertiò, Apostolus Paulus, vel indicat hanc doctrinam, vel illam ad litteram scribit, vt aliqui contendunt, & inferius est probandum.

418.

Ecclesiam vero hanc veritatem tradidisse dubitari non potest, quia vt monstrauius disputatione 18. Ecclesia, quae errare non potest in sanctorum festis, & solemnitatibus instituendis diem propriam dicauit Conceptioni Virginis immaculatae celebrandae, & consequenter ex doctrina D. Thomae Augustini, & Leonis Pontificis sanctitatem Conceptionis purissimae illa die 8. scilicet Decembris adorandam peculiari ratione proposuit, sanctitatem igitur animationis, & Conceptionis Virginis saltem virtualiter & implicitè tradidit, illud enim quod sanctum non est, adorari non potest, neque Ecclesia adorandum proponere propter superius dicta; proposuisse vero constat ex disput. 18. §. Praemitto quarto, nihil ergo huic doctrinae deest vt sit reuelata. Aduerte tamen semper id quod antea monuimus, non esse idem veritatem aliquam esse reuelatam à Deo, & esse propositam fidelibus ab Ecclesia vt credatur fide diuina, ne male inferat statim, ergo iam Conceptio immaculata diffinita est ab Ecclesia & proposita vt credenda fide diuina, neganda enim est consequentia, cum illatio oriatur ex praua intelligentia nostrae assertionis.

SECTIO II.

*Probabile est in sensu litterali Immaculatam Conceptionem contineri in sacra Scriptura.*

419.

**H**aec est mens omnium hoc tempore scribentium de immaculata Virginis Conceptione, quae enim asserunt vtriusque Testamenti testimonia ad hanc veritatem probandam, litteraliter volunt esse intelligenda si aliud non repugnet, neque ex hoc existimant prauiudicium aliquod inferri sententiae contrariae, neque decretis Pontificum contrairi, neque tandem aliqua nota iniuri affirmantes oppositam opinionem, solum enim inferitur contra illam non contineri eam in Scriptura sacra neque explicitè, neque implicitè, quod in nostra de Immaculata Conceptione doctrina, necessario

est asserendum, sicut & affirmandum etià contrariam sententiam esse falsam, quia vt rectè obseruauit Magister Granado, non possum ego existimare, quam probò doctrinam esse veram, quin consequenter affirmem contrariam esse falsam, & iudicium hoc etiam expressum non est Ecclesiastica aut Theologica censura. Dixi id esse probabile, ne videar absolutè aut pronunciasse, aut asseruisse id quod aliquibus forsitan videbitur difficile, existimo igitur non deesse in vtraque sacra pagina testimonia, vnde (meo iudicio) litteraliter exprimitur, aut contineatur sacra Conceptio Deiparae. Veteris testamenti in hac sect. testimonia attingam, noui vero Instrumenti sequenti producam. Pauca seligo, neque enim vniuersa hunc sensum patiuntur, neque illis velim inferri violentiam.

410. Gen. 3.

Ergo primus locus, illèque insignis & clarissimus est ille Genes. 3. num. 5. *Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem, semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Quem vulgariter Patres & Doctores Ecclesiae non solum de Christo Domino, sed etiam de Beatissima Virgine intelligunt, vt latè & eruditè elegantia summa tractat Martinus DelRio, 1. tom. Adagial. sacror. Adagio 6. ad caput 3. Genesios. Notauit verò rectè Laurentius de Aponte, digressionem 2. ad caput 1. Sapientiae num. 18. ad vim huius loci demonstrandam, quatuor esse declaranda. Primum in hoc testimonio Vulgatum optime legisse: *Ipsa conteret. Secundum sermonem esse de Virgine sanctissima, & nomine, ipsa, intelligendam.* Tertium per caput serpentis peccatum intelligi originale. Quartum illud verbum conterere, significare absolutam, omnimodam & plenissimam victoriam.

Aponte.

421.

Et quidem quantum ad primum doctè probat DelRio, rectè legisse Vulgatum non *ipse*, sed *ipsa*, quam lectionem aduertit nunquam reprehensam ab Hieronymo, tamen si legeret *ipse*, ita enim legunt Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, quos ille citat & post Hieronymum, ita legit Ecclesia in Romana editione iussu Pontificis excussa, & legerunt Gregorius libro 1. Moralium cap. 18. Bernardus, super missus est sermone 2. Eucherius, Beda, Rabbanus, Rupertus Genes. 3. Fulbertus Carnotensis, Hugo, & Richardus de sancto Victore. Existimo verò optime legi posse (ipse & ipsa) vt innuat Spiritus sanctus, non solum Christum Dominum naturali sua virtute debellaturum originale peccatum, sed etiam virtute & Christi gratia Virginem Diuam illud superaturam, quo vnico verbo factile cadunt haeticorum machinae, qui abhorrent hanc victoriam fuisse etiam à Virgine sanctissima. Vtrumque autem sacri scripserunt Poetae. Alchimus enim Auitus libro 2. in Genesim ita cecinit.

Gregor. Bernard. Eucherius. Beda. Rabban. Rupert. Carnotens. Hugo. Richard.

*Nam qui  
Ambos una operà vicisti subdole serpens;  
Olim erit, vt sexum muliebrem pronus adores  
Cuius tu pauidum, quamquam insidiabere  
calci,*

AAa 2 Conteret



Conteret una caput, ad eam tibi femina victrix  
Nascendumque etiam tali de stipite germen.  
Vbi ut cernis utramque Alchimus complexus  
lectionem, quod & fecit Marius Victor lib. 1.  
in Genesim.

*Pedibus repens & pectore prono:  
Teque tuo mulier perimit cum semine cuius  
Callidus extremis tantum insidiabere plantis  
At trepidanti etiam capiti vestigia figet.*

DelRio. Sic lego cum DelRio, ut trepidans, quia serpens pauidus, trepidans insidiatus Mariæ mundum ingredienti, at non pauida, aut trepidans mulier fortis sacra Deipara, quæ caput serpentis contriuit. Diuina igitur prouidentia factum, ut ipse, & ipsa in hoc testimonio legatur. Ipse enim legunt Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 78. Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos cap. 9. Chrysol. sermone 173. in fine, & Paraphraſtes Chaldaus ex interpretatione Pauli Fagij, ut notauit Feuardenrius illo c. 88. ad finem.

Mulierem verò hanc esse sanctissimam Mariam docent Ecclesiæ Patres, Chryſostomus Ambrosius, Augustinus, Alchimus Auitus, Marius Serapion, à Lypomano, in catena relatus, idque expresserunt cum exclusione Euzæ, Epiphanius lib. 3. aduersus hæreses: *Nusquam autem reperitur semen solius mulieris, nisi in sola Maria, proinde non potest totum in Eua compleri.* Cyprianus cuius hæc verba iam vulgata: *Ponam inimicitias inter te, & inter mulierem, non dicit pono, ne ad Euan pertinere videtur, sed ponam 1. suscitabo Mulierem, qua repudiata facilitate credendi non solum te non audiat, sed ab ipso etiam Gabriele deferente Verbum rationem de promissorum exigat veritate.* Hos imitatus Rupertus libro 2. de victoria Verbi Dei: *Principaliter (ait) Beata Virgo Maria mulier est illa inter quam & serpentem inimicitias positurum se dixit & posuit Dominus.*

At originale peccatum exprimi per caput serpentis sensit aperte Diuus Augustinus, quem refert vir piissimus, & doctissimus Ioannes Echius, sermone 4. de Conceptione, folio 26. pag. 1. & hæc illius verba transcribit: *Subiectum esse peccato originali, est caput Diaboli, eo quod principium illud est, quod Diabolus hominem in suam adducit potestatem.* Id etiam de sanctissimo Parente refert Bernardinus de Busto lectione 1. Officij de illibata Conceptione, vbi hæc verba: *Augustinus exponens illud Genes. 3. ipsa conteret caput tuum sic Beatam Virginem commendat dicens, cum subiectio originalis peccati caput sit diaboli, tale caput Maria contriuit, quia nulla peccati subiectio ingressum habuit in animam Virginis, & ideo ab omni macula immunis fuit.* Quæ duo testimonia eisdem ferè verbis eandem habent sententiam, & licet de fidelitate Busti dubitent aliqui aduersariorum in Patrum testimoniis referendis, de Echij veritate nunquam dubitari potest, qui semper iudicatus piissimus, & doctissimus, neque credendum virum, qui contra hæreticos scripsit testimonium vsurpaturum, quod apud

Diuum Augustinum non legerat, decernunt etiam caput serpentis esse originale peccatum Irenæus, libro 4. cap. 78. Cyprianus, libro 2. ad Quirinum cap. 9. qui non illo capite, sed 8. antecedenti ad finem id affirmare videtur, & Petrus Chryſologus, sermone 173. etiam ad finem, qui quamuis non expressè loquantur, id insinuare videntur, cum nomine serpentis Diabolus intelligunt expressè, & affirmant Christum venisse ad conterendum caput serpentis, atqui venit Christus Dominus primum, & principaliter ad delendum originale peccatum, ut docent Theologi ad 3. partem sancti Thomæ, quæst. 1. & colligitur ex illo Ioannis 1. num. 29. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Peccatum enim, & non peccata legit vulgata Clementis VIII. Vbi peccatum significat originale peccatum, ut Beda, & Strabus explicant, & refert Diuus Thomas in Catena, non quod alia excludantur peccata à redemptione facta per agnum Dei, scilicet Christum, sed quia tamen omne genus peccati, imò & omnia peccata remissionem habuerint per Christum, principaliter illam habuit originale peccatum, quod propter rationem ab Echio desumptam ex Augustino rectè appellatur caput serpentis.

Victoriam hanc tandem esse omnimodam, & plenissimam colligitur ex eisdem omnino verbis, cum enim non solum de Beatissima Virgine intelligantur, sed etiam de Christo Domino, & quidem cum saluator plenissimam victoriam obrinuerit contra caput serpentis, & originale peccatum, perpetuæque inimicitia intercesserint inter Christum & serpentem, quod significatur illa voce (inimicitias,) & eisdem verbis explicatur Virginis de Diabolo victoria, illa non potest esse plenissima, licet prima in Christo ex natura, secunda in Virgine ex gratia, & privilegio ortum habuerit. Vtriusque autem esse plenam victoriam significat illa loquutio, quæ adagialis & prouerbialis, ut docet DelRio illaque vsus Tibullus quem ipse refert & citat.

*Et caput impositis pressit amor pedibus.*  
Ex quibus omnibus colligitur, esse probabile valdè hunc locum litteraliter, & explicitè continere Immaculatam sacræ Deiparæ Conceptionem, Spiritus enim sanctus (iuxta nostram vulgatam) primo, & principaliter intellèxit plenam, & absolutam victoriam reportandam de peccato originali à Virgine sanctissima, non solum quia genitura Christum Dominum, qui morte sua superauit Diabolus serpentem vectem, & tortuosam, sed etiam quia ipsa Deipara ipsum contriuit originale peccatum, Rectè Bernardus, homilia 2. super missus est: *Quam tibi aliam predixisse, & si adhuc dubitas an de Maria dixeris, audi quod sequitur, ipsa conteret caput tuum.* Lege vltimè Bernardum, & consule Cardinalem Caietanum, ad eadem verba in cap. 3. Genes. Debeo hæc ferè omnia Martino, & Laurentio. Addo

Irenæus. Cyprian.

Chrysol.

Beda. Strabus. D. Thom.

414.

DelRio. Tibullus.

Bernard. Caietan.

Addo libentissimè Ioannem Echium Catholicæ fidei defenſorem, & omnium hæresion impugnatorem, qui sermone illo vltimo de Conceptione cum retulisset Augustini Patris testimonium superius laudatum hæc scribit. *Quod si initium & caput contriuit, quid reliquum est nisi illam peccato originali caruisse, non curo hic tragediam articulum illic esse masculinum & ad semen referri, cum doctis Hebraeis constet (hu) etiam articulum esse fœmeninum.*

425. Secundus locus litteralis mihi probabiliter est ille, qui habetur capite 7. libri Sapientiæ: *Nihil inquinatum in illam incurrit, cardor est enim lucis æterna, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* Tractaui hoc testimonium vestigatione 2. disput. 16. sectione 5. latè & ex professo, ostendens, quod licet in sensu primario litterali intelligatur de Incarnata sapientia, Christo scilicet Domino adhuc in sensu litterali est, secundario intelligendum de Beatissima Virgine, iuxta doctrinam asserentem quæcumque de Christo Domino dicuntur, dici etiam litteraliter de Maria sanctissima, si aliquod non obstat inconueniens, quam ex recentioribus tradiderunt Alcazar in Apocalypsim annotatione 2. in 1. vers. cap. 12. Granada, disputatione 3. de Conceptione sectione 15. num. 64. Perlinus, Apologia pro Conceptione, & mihi summo placet, lege necessario, quæ diximus illa sectione 5. & nouiter aduerte non solum puritatem Virginis in Conceptione passua, (ut expressè loquitur Echius citatus) nihil inquinamenti habuisse, sed talem fuisse ut vna & eadem periodo, & eisdem omnino verbis litteraliter fuerit explicata ab Spiritu sancto, quibus puritas Verbi Diuini incarnati. Addo etiam obſtare nihil si asseramus, ea quæ Virgini canit Ecclesia desumpta ex Prouerbis, Canticis, & Sapientia in sensu proferri non solum accommodatio, si semel sustineatur sensum litteralem secundarium esse de Virgine, in hoc vero testimonio puritas Matris, & filij inter se copulantur.

426. Tertius mihi locus litteralis, & ille illustrissimus, & qui sufficiens ad hanc controuersiam diffiniendam in fauorem purissimæ Conceptionis, etiam si nullus extaret alius, est ille decantatissimus in Ecclesia Cantorum 4. numero 5. 6. & 7. *Vadam od montem myrrhæ, & ad collem thuris: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Tractaui illam ex professo etiam illa disputatione 16. sectione 8. Vbi notauit me ad hoc testimonium, ut communiter asseritur; & laudatur, addidisse consulto duos versus priores & antecedentes: in illis enim duo motiua continentur, propter quæ potuerit sponſus asserere totam pulchram fuisse sacram Deiparam, & nullam in illa maculam, aut næum inueniri, imò & propter quæ Virgo fuerit immaculata in Conceptione. Primum Christi mors, quam oppeteret solum propter solam Matris puritatem. Secundum, vtraque diuinitus creata & increata, creatam appello dignitatem Dei genitricis & illius Maternitatem, quæ ex Gregorio Nazianzeno, est aliquid diuinum, pater enim Deus est creatus respectu filiorum.

Ad illius autem maiorem explicationem addiderim controuersiam esse, illamque difficilem inter Interpretes illius libri, quodnā sit subiectum litteralis sensus huius loci, an militans, an triumphans Ecclesia? Et quidem difficile est illum adaptare alteri ex his Ecclesiis, & difficultatem omnes iam viderunt, in militante enim Ecclesia vix potest defendi totam esse pulchram, & maculam non habere, cum constet ex electis, & reprobis, in quibus tot fœditates, tot maculæ & peccata. Triumphanti vero plures Patres quibus ego subscribo nolunt accomodari, & præterea iam ostendimus, quod licet nulla sit macula in beatis hominibus, imò neque illorum memoria, hæc enim absorbetur à gloria, adhuc deleri non potest illa macula: quæ tunc non in gloria resultat ex hoc, quod olim fuerunt mancipia Diaboli, hoc enim modo gloria Redemptoris conspicua.

428. Inde fit ferè omnes interpretes sequutos Concilium Tolentan. 6. canone 1. affirmare de Ecclesia militanti eximiam illam laudem esse intelligendam non absolutè, sed per Synecdochem in qua totum famatur pro parte & laudatur sacra Deipara, quæ sola in Ecclesia tota fuit pulchra, & in illa macula nulla etiam originalis, & rectè quidem, Epithalamium enim canitur de perfectissima sponſa, quæ est Beatissima Virgo Maria, non tota Ecclesia, non anima quæpiam, etiam si sit Ioannis Baptistæ, quod contendit Ludouicus de Soto - maior ad hæc verba: Synecdochem vero agnoscunt inter recentiores Bellarminus tomo 1. libro 3. de Ecclesia capite 8. Genebrardus, DelRio, Iacobus de Valentia, Ludouicus Legionensis, & alij è quibus Genebrardus, ( & quos citat nomine suppresso Guislerius.) Synecdochem in Beata Virgine affirmat capropter, quod illa sola tota pulchra, & sine originali etiam peccato inueniatur, ita enim Genebrardus: *Respicitur in hoc loco per Synecdochem ad præcipua & nobiliora membra Ecclesia, verbi gratia ad Virginem ab omni labe etiam originalis Dei gratia liberatam.* Quod etiam Ludouicus Legionensis vir apprime doctus expressit, expresserunt & alij, quod ut explicatius tradatur, aduerto in textu Græco pro macula haberi momus, id est reprehensio, quia quod maculatum est, etiam reprehensibile est, quo loquendi modo Græci explicat mundissimam, & immaculatam pulchritudinem. Mufseus in Leandro.

*Pulchritudo enim celebris irreprehensibilis puella  
Acutior hominibus est, veloci sagitta.*  
Theocritus.  
*Harum nulla pulchra est, si cum Helena adparetur.*

Sed aduerte, quod notauit noster àmicus Artreas Pinto Ramirez, Societatis Iesu, vir vtriusque litteraturæ ambitiosus, verè doctus Latinè, Græcè, & Hebraicè, Theologicè, nouus cum laude etiam noua Cantorum interpretum lib. 1. c. 4 n. 245. apud Græcos ipsam pulchritudinem appellari momos, quasi dicant aliarum pulchritudinum reprehensionem. Id quod ex Nonno lib. 42. confirmat.

427.

428.

*Et charitas voca deteriores: umbrarum vero Reprehensionem dic; & Diana & Minerua.*

Latet vero mysterium Conceptionis verbulo illo, *Mea*, dictio enim illa significat ita fuisse semper Virginem Diuam Christi Domini propriam, sine aliena communicatione, aut Dæmonis possessione apud iureconsultos l. 2. ff. de Religio. l. Strychum ff. de legat. 1. Angelus Aretinus consil. 65. num. 22. Barthol. consil. 90. num. 2. vsque ad 4. volumine 2. Ferrar. de Indultis cap. 28. num. 39. Vt semper fuerit Dei solius, dæmonis vero tempore aut instanti nullo; quod si verum non esset, nulla ratione posset Deus in Conceptionis instanti Virginem sanctissimam Meam appellare. Quia tunc non haberet integrum dominium illius solumque fictione & non re ipsa Dei esset possessio, v. expressè tradit Aretinus. Deinde repetitio illa, qua sæpissimè in Canticis Virgo dicitur pulchra, vt cap. 4. & c. 6. satis significat pulchritudinem Virginis esse eminentissimam, & singularem; repetitio enim verbi eiusdem vim habet & exaggerationem, quæ extrahit illud à propria significatione & extendit ad casus, qui in illa non comprehenderentur in illo, si poneretur semel & non repeteretur, quod ita verum est, vt si aliquid altius non significaretur, repetitio esset inanis superflua, & inutilis l. si stipulatio ff. de vsuris l. Ballista ff. ad senatusconsultum. Trebellianum Baldus consil. 174. num. 1. volum. 3. Iason, l. cum filio familias num. 65. ff. de legatis 1. Tiberius Decianus consil. 3. num. 18. 19. volumine 2. Menochius lib. 4. præsumptione 81. num. 24. Vnde asseruit Cardinalis Thuscus, tom. 8. conclus. 158. num. 2. fol. 574. quod verba geminata habent virtutem clausulæ. Omni meliori modo, cuius vim explicat Barbosa, de clausulis. Imperator tandem in l. 1. C. de emendatione codicis Iustiniani ostendit repetitione hac induci Virginem sanctissimam validam habere pulchritudinem & satis esse formosam atque adeo non habere fœditatem peccati originalis. Sic enim scribit. Cum nemini veniat in dubium, quod repetita prælectio probauit hoc satis validum satisque esse formosum.

Et quidem litteraliter de Beatissima Virgine hunc locum interpretatus est Seraphicus, Doctor Bonauentura, asseueratione tanta, vt affirmet hæc sponsi verba solum conuenire Mariæ. Vnde sermone 1. de Beatissima Virgine hæc habet: Maria fuit purissima omni carnis penitus macula, tam in corpore, quam in anima. Vnde illi soli conuenit illud: *Tota pulchra est amica mea, & macula non est in te.* Non igitur vult Bonauentura, in quampiam aliam animam hæc verba quadrare, quod tamen contendit Soto - maior ad hunc locum, & suo sale animæ perfectæ applicat Pinto, libro 2. in Cantica, tametsi affirmet respicere præcipuè indiuiduam naturæ partem, quæ in Virgine resplendit, quia nullum habuit peccatum originale, & cum existimet hunc sensum esse litteræ - allegoricum, sentit sine dubio ad litteralem simpliciter proximè accedere. videas, & inuenies Cantico- rum Canticum perpetuo filo de Christi

humanitate explicatum, quod nouum & subtile.

Intellexerunt etiam litteraliter de Virgine sanctissima Hugo de sancto Victore, qui sermone de Assumptione fœliciter illum explicuit: *Tota ergo fuit pulchra, quam tota possedit gratia, quia nullum in ea locum habuit peccatum.* Matthias Cantacuzenus, quem dedimus vestigatione 2. disput. 16. sect. 8. Sicut & Ioannem Picum, Carthusianum, & Imulensem Alanum, & nouissimè DelRium in mixta interpretatione de Deipara, §. 4. Quam tamen suspicor esse litteralem illam explicationem, quam Alcazar, Granado, & Perlinus fœliciter excogitarunt, idque tutatur Sherlogus tom. 2. in Cantica vestigatione 6. in humana litteræ explicatione, & accuratius tomo 3. vestigatione 29. sect. 10. Ludouicus de Aponte, digref. illa sæpius citata, Perlinus, & alij, optime Echius, sermone 4. de Conceptione fol. 25. pag. 2. qui resolutoriè affirmat esse per se notum Virginem diuam non habuisse originale peccatum. lege sermones huius viri doctissimi.

Sed quia principem locum inter tractatores huius loci obtinet doctissimus, & sanctus Idiota, quid si non semel sed iterum atque iterum eius dulcia verba promamus? Is ergo lib. de laudibus Virginis, & illius contemplationibus, qui in Bibliotheca Margarini de la Bigne, quæ apud nos habetur in tomo vltimo, qui index, & in Bibliotheca magna Colonienfi tom. 10. hæc cap. 2. scribit luculenter. Tota pulchra es, ô Gloriosa Virgo Maria, tota pulchra es, & macula non est in te, tota pulchra es, in tua Conceptione ad hoc solum effecta vt templum esses Dei altissimi, tota pulchra es ex generatione Verbi Diuini, tuæ gloriosæ animæ nihil affuit vnquam turpitudinis, vitij aut peccati, & nihil defuit pulchritudinis gratiæ & virtutis, & tandem reuocemus in memoriam Angelos docuisse Beatum Hieronymum Carmelum nostri ordinis decus, & ornamentum eximium, hunc quem intendimus esse litteralem sensum huius loci; cum enim in Cantica scriberet, & dubitaret, quæ esset propria, & arcana illius intelligentia, repente rapitur, & mente euocatur in cælum, ibi vidit Virginem totam pulchram, & sine macula in Conceptione purissima, & audit Angelos canentes Cantico- rum verba: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*: docuerunt igitur Hieronymum Angeli litteralem sensum licet arcanum horum verborum, esse Conceptionem purissimam. Videnda necessario, quæ diximus disput. illa 16. sect. 14. de Diuinis reuelationibus, quibus illustris nostra sacra religio, quæ à Beato Carmelo hunc litteralem sensum accepit, veneratura semper.

Addo huic explicationi coronidem, ea est pulchritudo sacræ Deipara, vt aliarum pulchritudinum spiritualium ipsa sit momus, & reprehensio; cæteræ enim ad Mariam comparatæ reprehensibiles sunt, & aliquem habent defectum in puris creaturis, sacræ vero Deiparæ pulchritudo est irreprehensibilis, quid si vno Verbo ad Canticum alludit sanctus Iacobus minor, qui in liturgia, quæ refertur 6. tom.

419.

430.

431.

nouæ

nouæ Bibliothecæ Colonienfis, Mariam vocat omnibus modis irreprehensam, & semper beatam, & rectè semper Beatam, si enim aliquando fuisset infelix, fœlix nunquam extitisset, & si aliquando macula fœdata, nunquam esset immaculata. Vnde colliges, quod in his verbis non solum positiuè dicitur, quod sit tota pulchra, sed etiam negatiuè non esse maculatam; illa enim negatiua vniuersalis omne tempus negat, vt doctè Cardinalis Tuscus, tomo 1. consil. 26. num. 13. fol. 878. dicens quod negatiua vniuersalis omne tempus negat, quia fortior est ad negandum, quam affirmatiua ad affirmandum, ideo excludit omne tempus, quod excogitari potest & num. 5. addit: *Quod negatiua trahitur ad omnia, quæ procedunt quomodo ex facto negato.* Et quidem hæc Tuscus ex medio iure: *Constans enim est apud iuris peritos conclusio, quod si vniuersalis negatiua, vel in minimo deficiat, omnino falsa constituitur.* L. si quis ducenta §. Vtrum, ff. de rebus dubiis, l. 2. §. fin. ff. de Verborum obligationibus; quod tradiderunt Carolus Auin. consil. 49. num. 6. & 7. volum. 2. Crauerius consil. 809. volum. 5. Tuscus, vbi supra. si ergo Virgo sanctissima maculam habuisset in Conceptione, non posset dici iuxta Iuristarum principia fuisse sine macula, vt latè & doctè deducit Franciscus de la Cuera Sylua Iuriconsultus Hispanus, qui hunc Cantico- rum locum luminibus vtriusque iuris illustrat in informatione pro Conceptione Virginis à fol. 7. pag. 2. Constet igitur solam explicationem esse adæquatam huic textui, qui pro Beata Virgine Conceptione cantatissimus, & quæ nullo labore quaratur, vt tandem fatetur Michaël Guillerus, Cantico- rum 4. num. 7. In alijs enim explicationibus valdè laboratur, quo fructu viderint alij. Finio & do Florilegij Græci carmina, quæ tristis postet Satanas vsurpare, & cecinit Momus de Balneo cuiusdam fœminæ, quæ Maria nomine vel potius Poëta, qui illum lachrymantem inducit.

*Maria balneum intuens fleuit Momus*

*Dicens, vt Mariam, sic te non attingimus.*

Sed de hoc loco, & alijs antiquioris instrumenti non plura.

### SECTIO III.

*Noui testamenti testimonia ad litteram pro immaculato conceptu traho suauiter, & probabiliter.*

432.

NON defunt in nouo Testamento testimonia, quæ videntur probabiliter in sensu litterali immaculatam Conceptionem sacræ Deiparæ continere, idque etiam in illius exordio, quemadmodum enim Deus ferè in ipso hmine libri Geneseos hanc veritatem non obscure delineauit, ita etiam voluit valuis Evangelij hanc puritatem præfigi, idque verbis etsi breuissimis, ita Gloriosis, ita superbis, ita plenis mysteriis sacratoribus, vt neque diuina Angelorum ingenia illa vel exhaurire, vel intelligere plene valeant, sic enim Matthæus, cap. 2.

*Iacob autem genuit Ioseph virum Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Lucas vero capite etiam primo Angelum introducit, qui dum Mariam salutatur, ita loquitur: *Aue gratia plena Dominus tecum.* Quibus in locis, & dignitas Maternalis Virginis sanctissimæ, & gratiæ plenitudo declaratur, ex quibus principiis, tãquam ex certissimis dignitatibus, & dogmatibus, quas non excellentias, quæ non charismata, quæ non diuina lumina sancti Patres, Ecclesiæ Doctores, & scriptores non deducunt, & floridè inferunt existimantes semper nihil esse sanctitatis, nihil pulchritudinis, nihil decoris, excellentiæ nihil, si increata non sint, quod in sacra Deipara non inueniatur. Multa ad hanc rem in nostris vestigationibus quid repetam, quid colligam, quæ varijs dispersa disputationibus? Proferam solum testimonium sancti Iacobi Apostoli, quod laudari vestig. 2. disput. 16. sect. 12. qui complexus breuiter, quæ de sacra Deipara, ob eminentissimam dignitatem, & gratiæ plenitudinem Patres, & scriptores grauissimi protulerunt. Apostolus igitur in liturgia, quam vt indubitatum recepit Sexta Synodus generalis hæc scribit: *Tibi ô plena gratia vniuersa creatura gratulatur, Angelorum cætus, & hominum genus, quæ es templum sanctificatum, Paradisus spiritualis, Virginum gloria ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster, suum enim veterum thronum fecit, & suum ventrem latiorum, & ampliorum ipsis cælis reddidit, tibi ô gloria plena vniuersa creatura gratulatur tibi gloria.* Quæ quidem verba veluti commentarij sunt testimonij vtriusque, & quæ iuuari possunt ex altero testimonio eiusdem Apostoli, quod dedimus sect. præcedenti, ex eo enim quod Beatissima Virgo fuerit Dei genitrix, colligit esse omnibus modis irreprehensam.

Deinde immaculatam Conceptionem in his testimonijs liberaliter contineri ostenditur ex ipsa Matris Dei dignitate. Monstrauimus enim disput. 2. & 3. præcedentis vestigationis hanc dignitatem esse formalissimè sanctitatem corpoream, & vestigatione prima esse participium formale potentiæ generatiuæ, quæ reperitur in Patre diuino, secundum quam in Virgine Beatissima non potuit non esse sanctitas, à primo suæ Conceptionis instanti, & præterea vestigat. 2. disput. 21. sect. 4. ostendebamus etiam absoluta potentia non potuisse maculari peccato originali Conceptionem Virgineam, ex eo quod Mater Dei esset futura; hæc enim dignitas quasi infinita, & Dei absoluta potentia sunt mensuræ sanctitatis, & excellentiæ Virginis sanctissimæ, in quam congestæ totius orbis opes, vt aliquando ex venantio fortunato diserebamus, ex quo etiam principio argumentabamur indecentissimum fore, si Mater Dei noxa turparet primæua: quo discursu vsus S. Anselmus, libro de conceptu Virginali, vbi illud vulgare. Decebat vt illius hominis (Iesu) Conceptio de Matre purissima fieret, nempe decens erat, vt ea puritate, quæ maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, & illud de excellentia Virginis: *Et tu ô beatissima feminarum, in quam fluxit tam copia sa, & supereminens gratia omnium gratiarum,*

433.

quid animi quaso gerebas ad eum qui tibi hac magna fecit?

434.

Ex hac verò dignitate intulit Petrus Damianus sermone de Natiuitate Mariæ, Dei idemtatem cum Matre sanctissima illis verbis: *Cum Deus alijs in rebus sit tribus modis, in Virgine fuit quarto speciali modo, scilicet per idemtatem, quia est quod ipsa. Hinc taceat, & contremiscat omnis creatura, & vix audeat aspicere tanta dignitatis immensitatem.* Et tamen quia non potuit, hanc veritatem non declarauit, sed illam aliquo modo explicuit Anselmus de excellentia Virginis, cap. 2. *Quamuis hoc solum de sancta Virgine predicari, quod Mater Dei est, excedat omnem altitudinem, quæ post Deum dici, aut excogitari potest.* Ex sententia igitur vtriusque sancti Doctoris Maternitas sacræ Virginis, aut sanctitas eminentissima post Deum est, aut affert secum hanc sanctitatem, ex illa etiam colligit S. Augustinus de Assumptione Virginis, cap. 5. carnem Christi esse carnem Mariæ, & Mariæ carnem esse carnem Christi: *Caro Christi caro est Maria.* Et infra: *Caro Christi quamuis gloria resurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen mansit qua suscepta est de Maria.* Quam phrasim, & loquendi modum alij Patres probant mirifice. Adde ex Patrum etiam & D. Thomæ doctrina probatum vestigatione 1. disput. 24. vnionem inter Matrem sanctissimam & Filium fuisse excellentissimam omnium, quia ostendebamus saltem mediata Verbum diuinum fuisse vnium carni Mariæ sanctissimæ, quando vnium fuit humanitati, si non in vnitate personæ, quia non assumpsit ipsam humanitatem Beatissimæ Virginis, saltem in vnitate personatum, quod solidum & catholicum esse explicuimus & probauimus illa disput. 24. sect. 2. Et quidem latissimè, ex hac verò vnione personarum in vna carne, ac proinde ex Maternitate infert Hieronymus tom. 3. epistola 140. ad principium, Angelum salutasse Mariam gratia plenam: *Nam & sancta Maria, quia conceperat eum, in quo omnia plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, plena gratia salutatur.* Cum igitur gratiæ plenitudo, & dignitas Matris gratiam in Conceptionem per se expostulent in his duobus principiis, immaculata exprimitur Conceptio, & verba Angeli & Matthæi illam reuelant; rectè igitur dixit Echius citatus sectione præcedenti, per se notum esse Virginem sanctissimam fuisse conceptam sine macula originali, ex terminis scilicet Matris, & Filij, quod potuit desumere ex Alberto Magno, qui lib. de laudibus Beatæ Virginis, cap. 69. 70. & 71. dicit principium ex terminis per se notum esse Virgini perfectas collatas esse gratias omnium Sanctorum, quem eodem modo quoniam Echium explicat Francisc. Suarez 2. tom. in 3. part. quæst. 27. art. 1. disput. 1. sect. 2. Videantur quæ citauimus nostra; abyssum enim enim sanctitatis eminentissimæ, quam affert dignitas Matris Dei, hic sufficiat attingisse, vixius indicasse.

435.

Accedo ad Paulum, qui cum asseruisset Christum factum ex muliere, qua locutione ni fallor, allusum ad illa verba, quæ explicuimus sectione præcedenti, *Immaculata ponam*

inter te, & inter mulierem, &c. vt insinuatet se de illa muliere loquutum, de qua in principio Geneleos loquitur Dominus, ac proinde de Maria sanctissima, illius puritatem in Conceptione expressit, ad Romanos cap. 5. comparans enim gratiam Dei & donum Christi cum delicto, & peccato Adami à num. 15. ita scribit: *Sed non sicut delictum, ita & donum; si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit, & non sicut per vnum peccatum, ita & donum; nam iudicium quidem ex vno in condemnationem; gratia autem ex multis delictis in iustificationem.* Obscurus locus, & extricatu non facilis, laborant enim interpretes in explicando, an illud, *plures*, sumatur absolute, vt significat multos, an verò sumatur comparatiuè, ita vt maior sit numerus eorum qui redempti sunt per sanguinem Christi Domini gratia & dono Dei, quam eorum numerus, qui infecti fuerunt peccato originali. Et quidem Doctor Angelicus refert lect. 5. ad hunc locum D. Augustinum sensisse terminum illum vsurpandum absolute, ita vt significet multos, vt & ille: vnus delicto multi mortui sunt. D. verò Ambrosium asseruisse verbum, *plures sumendum comparatiuè*, & quidem dubitari non potest, vtramque explicationem in Scriptura sacra habere fundamentum; nam vox multitudinis, *plures*, nunc multos absolute, nunc plures comparatiuè sonat, absolute sumitur à Paulo Hebræorum 7. 23. & alij quidem *plures facti sunt Sacerdotes.* Numer. 22. 5. Deuteronom. 7. 17. comparatiuè Iosue 20. 12. *Mortui sunt plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserunt filij Israel.* Et Iudicum 16. 30. 2. Regum 18. 9. & alijs in locis.

436.

Breuius ergo existimo cum D. Ambrosio, vocem illam, *plures*, sumi ab Apostolo comparatiuè, & addo sermonem ibi esse de originali peccato, & redemptione per Christum, Apostolumque asserere abundantiam gratiæ Christi non solum ad illius intensionem, sed ad extensionem ad plura subiecta, quam fuerint illa in quibus repertum originale peccatum esse necessario extendendam. Duas enim excellentias contendit Apostolus inueniri in redemptione Christi. Alteram, quod ad plura subiecta se extendat, quam originale peccatum; alteram quod gratia illius intensissima & abundantissima fuerit, vt quæ non solum originale peccatum, sed etiam actualia deleuerit. Primam excellentiam docuit illius verbis: *In plures abundauit.* Secundam in illis, *gratia autem ex multis delictis per iustificationem.* Vnde existimo nihil ad nostrum intentum valere verba Estij, quæ sic habent: *Docet autem (Apostolus) donationem, Christum cum noxa Adami comparatam præcellere, sine considerentur charismata, quæ dantur, sine peccata, quæ condonantur.* Excellentia enim gratiæ & doni Christi etiam in executione ad plura subiecta, quam fuerint Adami peccata, maior est sine dubio, & id significat vox plures, quæ in propriissima & magis vsitata vsurpatione sumitur comparatiuè. Cum verò voces in Scriptura sacra sumi possint in propriissima significatione, sine inconuenienti, v-

lo, non est, quod ad minus propriam significationem defleantur, licet hæc etiam in sacra Scriptura reperiat, teste inter alios Basilius Magnus homilia 9. in Hexameron: *Ego verò cum seruum audio, seruum intelligo, & stipem, & piscem, & feram, & iumentum, & omnia, vti dicta sunt accipio.* Adde ita explicatam sententiam hanc dignam esse mente Pauli, qui Christi redemptionem intendebat eminentissimam, & talem, quæ excederet Adami delictum, inde illa repetitio, tam breui interuallo: *Sed non sicut delictum, ita & donum; & non sicut per vnum peccatum, ita & donum.* Vtramque igitur excellentiam, & abundantiam redemptionis Christi Domini exaltat, quæ talis fuerit, vt non solum infectis peccato originali remedium attulerit, sed etiam præstantissimo redemptionis modo gratiam & sanctitatem, quæ peccato originali opponuntur Virgini Matri separauerit, vt excellentia Matris, & excellentia redemptionis filij in vna Matris Dei persona magno & extraordinario apparatu niterent.


437.

Promouet explicationem hanc Magister Petrus de Sumanas Augustinianus doctus, & ingeniosus libello illo aureo, quem pro litterali intelligentia huius loci ad astruendam Virginis conceptionem sacravit I. V. Philippo Magno Hispaniarum Regi, vbi eruditè & feliciter congerit, quæ circa locum hunc Pauli & Patres & Scriptores, recentissimi præsertim attulerunt, & ex illis concludit (id etiam & nos) litteraliter in illo exprimi immaculatum Conceptum Virginis Diuæ sine originali peccato. Cum enim secundum Apostolum, & veritatem plura sunt subiecta, in quæ Christi gratia abundauit, quàm illa quæ peccatum Adamianum infecit, & nullum aliud subiectum, personæ reperiatur, cui hoc beneficium conferri possit in tota Ecclesia, & Sanctis eius, quam Beatissima Virgo Maria propter dignitatem Matris, & excellentiam prouidentiamque Redemptoris, euidentem est Apostolum voce illa plures, explicasse Mariam sanctissimam exceptam fuisse singulari priuilegio, & hanc esse ad litteram mentem Apostoli, illa enim anthithesis excellentiam etiam in numero proculdubio significat. Neque refert textum Græcum non plures, sed multos habere; decreto enim Tridentini sessione 14. vulgatæ translationi semper standum. Et certè hanc excellentiam, & excessum in subiectorum pluralitate ex Dominicana familia cognouerunt Viguerius & Paschalius, quos citat verbis propriis illorum adductis Simancas pag. 32.

438.

Atque ex toto contextu probant hanc exceptionem Virginis Mariæ à peccato originali Dionysius Carthusianus in Epistolam hanc & locum præsentem Glossa Ordinaria, cuius hæc sunt verba: *Vnum delictum Adæ, quo multi id est similiter præuariantes mortui sunt, sed gratia Christi in plures, quia & in nos, & non similiter præuariantes.* Ambrosius Catharinus, Cornelius à Lapide ad vers. 15. hæc scribit: *Non peccatum Adæ, sed gratia Christi se extendit ad Beatam Virginem.* Benedictus Iustinianus, qui sui ipsius oblitus vique veritatis compulsum hæc in illo vers. 15. exarauit. *Denique Adæ iactura intra suam posteriorem dimittat*

includitur, ita tamen vt ex ipsa excipiendus sit Christus, & Beatissima Virgo. Eadem via Antonio Perezio illustrissimo Archiepiscopo Episcopo Abulensi, de fide, Epist. ad Romanos controuersia 2. cap. 21. num. 248. Valentino Erice 1. part. tractat. 3. disput. 5. cap. 1. num. 3. Hieronymo de Hormachea Guerrero prolegomeno 2. in Cantica, Didaco de Alarcon 1. part. tractatu 4. de prædestinatione, disput. 5. cap. 9. Benedicto Pererio in Epistolam ad Romanos, cap. 5. ratione 10. Gundisaluo de La Cerda Alcantariensis militiæ in eandem Epistolam, qui cum vocem, *plures*, comparatiuè accipiat necessariò intelligit in his verbis litteraliter contineri Virginis præseruationem, Dominico Soto in eandem Epistolam, Francisco Turriano Epistola de peccato originali ad Episcopum Altiisiodorensis Trexo Minoritæ, Viguerio lib. de institut. sacrarum litterarum, Petro de Perea Augustiniano Episcopo Arequipensi in Epistola, qua Philippo III. Hispaniarum Regi suum declarat iudicium circa immaculatam Virginis Conceptionem, quod probauit & approbauit Augustinus Antolniez antecessor primarius Salmanticensis, & Compostellanus Antistes. Vide Magistrum Petrum de Simancas, qui in huius loci expositione vt alter Paulus plus omnibus laborauit.



## DISPUTATIO XXII.

Vtrum sit de fide veritas immaculata Conceptionis sacræ Deiparæ.



ERVM dicendum est, si pia sententia est iam reuelata, non esse improbabile asserere, quod etiam si immaculata Virginis Conceptio neque sit ab Ecclesia diffinita, neque sufficienter fidelibus ad credendum, cum obligatione inducente assensum supernaturali fidei proposita & explicata, iam immaculata Conceptio formaliter loquendo est fidei diuinæ obiectum. Hanc assertionem (quam nolo esse absolutam, sed solum conditionatam) existimo esse ad mentem omnium Doctorum piissimæ sententiæ, & videtur nulla ratione posse negari, si semel asseratur esse à Deo reuelatam, quod contra Magistrum Canum disput. 2. latè probauimus, & ex litterali sensu testimoniorum vtriusque sacræ paginæ saltem probabiliter deduximus, vbi & auctores retulimus, & laudamus. Expressit verò illam Lusitanus lib. 3. de præseruatione Virginis quæst. 3. art. vnic. sect. 2. num. 10. pag. 171. column. 1. qui ait ex celebratione festi Conceptionis inferri purissimam Conceptionem esse veritatem fidei non simpliciter credendam tantquam de fide, sed solum piè; & sect. 2. sentit iam id esse diffinitum in Concilio Apostolorum, & cum quod semel diffinitum est de fide, nunquam non possit esse de fide, hanc sententiam opinatur esse de fide, quod intelligendum est iuxta nostram conclusionem, explicationem. Docuit etiam expresse Magister Granado lib. de

439.

Conce

Conceptione, disput. 3. sect. 60. num. 76. qui etiam affirmat aliquando fuisse creditam fide diuina, quia sufficienter proposita, qui omnino videtur; declarat enim optime, quomodo inter se cohæreant hæc duo, in primitiua Ecclesia esse hanc veritatem sufficienter propositam: nunc verò insufficientem propositionem esse, idque re ipsa contigisse affirmat in doctrina de infusione gratiæ, & donorum, quam paruuli in Baptismo recipiunt. Ratio vero assertionis (quæ non præmissis rationibus, ex communi sententia, & principiis generaliter receptis posset videri difficilis,) & facilis, & clarissima est, & (quæ supposita sententia piissima à nullo possit negari) est efficax, & desumitur ex illis quæ late diximus disput. 17. & hoc modo potest formari: Illud est de fide diuina formalissimè loquendo quod est à Deo reuelatum, & Ecclesia vltimo potest diffinire esse veritatem, cuius certitudo est ab infallibili Dei reuelatione, sed Conceptio immaculata sacre Deiparæ, & vltimo potest diffiniri ab Ecclesia, & in vtroque Testamento ita est reuelata à Deo, vt habeat certitudinem profluentem à veritate, & testimonio diuino. ergo etiam si neque diffinita sit, neque ab Ecclesia sufficienter proposita fidelibus fide diuina credenda, iam est, & semper in Ecclesia fuit de fide diuina. Discursus est optimus, maior constat ex nostris notationibus in disput. 20. & minor quoad omnes sui partes probata est in superioribus, ita vt hic nihil addere sit necessarium.

440. Vbi velim attendatur quod sicut iudicio sapientissimorum virorum ex illa propositione nostra prima inter duodecim affirmante in sacra Deipara reperiri supernaturalem qualitatem actiuam ad generandum substantialiter Deum hominem, inferuntur fere per illationem euidentem ceteræ vndecim propositiones, quas in decursu huius libri, & deduximus, & probauimus, ita etiam ex euidenti credibilitate immaculatæ Conceptionis quam clare monstrauimus disput. 17. sequuntur euidenter omnia, quæ de certitudine, & statu huius sententiæ asseruimus; quod hac ratione fiet manifestum. Immaculata sacre Deiparæ Conceptio est euidenter credibilis fide diuina, saltem materialiter, remotè & antecedenter: ergo ita est vera, vt à parte rei falsa esse non possit, ergo ab Ecclesia potest vltimo diffiniri, & proponi, vt fidei veritas omnibus credenda fidelibus, ergo iam est reuelata à Deo, & tandem ergo iam est propositio de fide formaliter loquendo. Antecedens constat ex disput. 17. prima illatio ex disput. 18. secunda ex disput. 19. Tertia ex disput. 21. Quarta & vltima in hac disputatione sufficienter ni fallor ostensa, atque hic est status quem nunc habet sententia piissima in Ecclesia Dei, & hæc illius certitudo, & tandem scopus quem collinamus vtinam vere, & feliciter.

441. Mirabitur tamen doctus Theologus, quod in decursu huius disputationis, imo & præcedentium, vbi vel noua aliqua attulimus, vel verius sententiam communem de certitudine opinionis piissimæ clarius, & expressius proposuimus, nihil à nobis contra nostras asser-


tiones quæ quinque potissimum sunt, fuerit obiectum, & discussum, cum tamen hæc non possint non difficultatem facere, vel etiam Doctoribus nostræ sententiæ.

442. Verum occurro iam me dixisse, quæ opponi possent contra euidentiam moralem, aut physicam credibilitatis, communia esse creditati articulo fidei, & eorum solutionem ex locis in qua tractatur esse petendam, deinde nonnullæ obiectiones, quæ faciles indicarunt, & refutarunt Egidius, Granada, Salazarius, & alij, superflue, & sine nouo fructu replicantur, quod in probandis assertionibus nostris non potuit prætermitti, sed fuit necessario non omittendum, vt constaret ex communibus principiis, quæ traduntur in materia de fide, & in materia de Conceptione purissima nostras assertiones deduci, atque ad illas probandas, quæ attulit iam sententia communis facile & dilucide applicari, ex quibus non obscure certitudo piissimæ sententiæ desumitur, vt clarè inspiciat (si introscepit iam) doctus Theologus etiam ex principiis generalibus communibus in quacunque schola, & illis præmissis nostram de certitudine opinionis piissimæ deduci, & probari sententiam. Quin ad hoc fuerit necessarium aliqua principia supponi, de quibus eadem quæ de conclusionibus fuisset difficultas; nos enim quæ asseruimus sigillatim ex principiis, aut sententiis communibus omnibus Theologis probauimus sequuti Augustinum Patrem Angelicum Doctorem diuum Thomam, & proprios illius discipulos, & interpretes, nobisque gloriandum certissime oporteat, quod à doctrina Angelica in hoc opere ex professo semel deuiamus solum dum asseruimus vestigatione prima, sceminam actiue concurrere ad generationem, quæ res non est magni momenti, cum sit philosophica, & contraria sententia habeat nobilissimos assertores.

443. Illud verò in nostris assertionibus de certitudine opinionis piissimæ, non sine ratione timendum, an aliquo modo ex illis præiudicium inferatur aliquod litteris, & decretis Apostolicis, in quibus & sedulo cauetur, ne contrariæ sententiæ iudicium aliqua censura notetur, neue dicatur illam opinionem esse hæreticam, erroneam, temerariam, aut denique contra catholicam fidem. Videtur enim ex nostris conclusionibus nota aliqua scholastica contrariam sententiam inuri; si enim piissima sententia est credibilis, euidenter id non potest conuenire contrariæ sententiæ; si nostra non potest à parte rei esse falsa, illa à parte rei vera esse non potest; si nostra potest diffiniri, illa diffiniri non potest: si nostra est iam reuelata, illa nec reuelata est, nec potest etiam potentia absoluta reuelari: si nostra est de fide, contraria sententia de fide esse non potest, imo sequitur esse contra fidem, hoc autem vltimum in quod necessario videmur deuenisse, quid est aliud, quam contrariam sententiam senentissime notare, & vt minimum erroneam pronunciare?

444. Ita forsitan videbitur indocto Theologo, & cuius animus non sit pacatus, non vero doctis Theologis, & qui nostram penetrent mentem.

Inpri



## DISPUTATIO III.

An si nunc viueret Doctor Angelicus, in piissimam iret sententiam?



446. ANTA est, & merito quidem, auctoritas Angelici Doctoris in Christi Ecclesia, vt multis Doctoribus præferatur, inde semper voluerunt Theologi diuum Thomam in sententiam quam sequuntur adducere, quod quidem opandum maxime in disputatione de Conceptione immaculata, ne si aliquando (vt speramus) hanc Ecclesia in fauorem piæ sententiæ dirimat contouersiam, maiestas doctrinæ eminentissimi Doctoris, & sine dubio Theologorum Principis aliquo modo contradixisse videatur. Sed nunc de sententia illius in hac materia non disputandum: illius enim iudicia retulimus disput. 16. vestigationis secundæ, sect. 17. §. sanctus Thomas Aquinas, vbi concludebamus opinioni piissimæ nunquam diuum Thomam constanter, & resolutorie repugnare, sed in illam non obscure inclinasse cum multis locis eam statuerit; quod etiam egregiè præstitit Magister Ioannes de sancto Thoma, Dominicanus Primarius antecessor Complutensis, & nunc Regius Confessarius approbationis diui Thomæ ante 1. part. disput. 2. art. 2. præstiterunt & alij, qui vt Virginis, & Angelici Magistri amantes castigantur à nonnullis, qui existimant illos fuisse filios Asser, qui Genes. 49. à Parente Iacob asseritur, Asser pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus. Et secundum aliam versionem: Præbebit voluntates Regibus? Carpuntur autem quasi Regibus assententur, non veritatem defendunt; At ego existimo politum, & industrium laborem illorum summis Regibus cælorum fore sine dubio gratissimum.

447. Ergo vel piissimam sententiam, vel contrariam sanctus Thomas fuerit tutatus, difficultas est an si nunc viueret, ponderaretque statum opinionis piissimæ suam sententiam reuocaret, & in illam iret manibus, & pedibus, quam tota Ecclesia iudicat piissimam & verissimam, nulloque modo obscurantem Redemptoris eminentissimi gloriam. Quam quæstionem pulchram vocant recentiores Thomistæ, in cuius primo limine aduerte difficultatem non esse, an euidenter sit, ac proinde certissimum physicè, quod si sanctus Thomas viueret, suam mutaret sententiam, & piissimam amplecteretur, hoc enim prudenter contouerti non potest; nulla enim sunt principia intrinseca, vnde alterutra pars contouersia possit deduci. Solum ergo est disputatio ex coniecturis resoluenda, quæ sumi possunt ex genio Doctoris Angelici; deuotione ergo Virginem sanctissimam, affectu, & veneratione erga Romanam Ecclesiam. Coniecturæ verò quæ ex probabilibus motibus desumuntur magni ponderis sunt semper apud Iurisperitos, qui propter illarum efficaciam de coniecturis iusta volumina scripsit.

Inprimis enim nos vt debemus Catholicam veneramus Ecclesiam cuius filij sumus, veneramus etiam Pontificia decreta, nec ab illis volumus, vel larum vnguem discedere; deinde animus non est (esto, o Deus bone testis, esto & tu sacra Deipara Mater, & Patrona Augustissima) sententiam contrariam, vel mordere, vel fugillare. Modestia nobis, & Christiana, & religiosa semper præ oculis (id nos docuerunt Pontifices, qui dum vel rigidum illi imponunt silentium, dicunt expresse illi nullum velle præiudicium inferre, sed declarant in eodem statu probabilitatis, quem ante constitutiones has habebat se velle permanere) solumque est animus purus vestigandi Virginis puritatem, & gloriam augustiorem, quæ in summa à peccati libertate consistit. Tertio (quod magis ad rem) nostra doctrina contrariam nullo modo notamus, est enim (vt iam dicebamus) nostræ intentionis explicare, quid certitudinis habeat nostra sententia, non quam incertitudinem, aut falsitatem habeat re ipsa opinio contraria.

445. At necessum omnino est fateri quæ in nostram sententiam quadrant, in illam conuenire non posse, contradictoria enim de eodem indiuisibili obiecto pronuntiarum non possunt. At Conceptio sacre Deiparæ est harum propositionum materia, fatemur igitur nostram sententiam formaliter loquendo esse de fide, & consequenter asserimus alteram non esse de fide; sed inde non inferitur statim contrariam sententiam esse, aut hæreticam, aut erroneam, aut contra fidem, quia vt hac nota inureretur, erat necessarium omnino, vt piissima sententia non solum esset reuelata, sed etiam vltimo diffinita, declarata de fide diuina, & proposita ab Ecclesia sufficienter vt credenda, & vt inducens obligationem, & necessitatem credendi, quæ tamen, vt fatemur, adhuc non habet nostra sententia, vnde contraria non est contra fidem, quia illud generaliter loquendo dicitur esse de fide, quod præter diuinam reuelationem ex declaratione Ecclesiæ dicit, & assert obligationem illud credendi sub pœna mortalis, & consequenter illud est contra fidem hoc modo, quod opponitur diuinæ reuelationi, & sufficienti Ecclesiæ propositioni, contraria verò sententia his duobus simul sumptis non opponitur, vt merito concedimus. Vnde ex nostra doctrina, quæ communis est, non sequitur nos asserere illam esse contra fidem maximè, cum hæc quæ asserimus probabilia solum volumus esse. Ex eo vero quod ego mihi persuadeam piissimam sententiam esse de fide, non sequitur statim: ergo contraria sententia est contra fidem; si quod vero præiudicium ex illis, quæ Pontifices cauent inferatur sententiæ contrariæ in dictum volumus, & ante omnem monitionem ab olemus, sponte. Hæc nostram modestia, etiam quando laceffiti; quis vero nesciat laceffitos nonnunquam? Sed pro Virginis gloria maxima gloria.

scripserunt. Et quis prudens obsecro, dum iudicium alterius, illiusve resolutionem in re dubia non assequitur, si assequi referat, coniecturis non utatur. Non ergo indagare intendimus, & clarè, euidenter, & infallibiliter scire, quod si uiueret, statueret sanctus Thomas, sed coniectari solum, quam doctrinam selegerit his temporibus uiuens, inuestigamus.

448. Tractant reh anc excellentes Dominicani Magistri, quorum diuisa sententia. prima affirmat Doctorem Angelicum (si nunc uiueret) piissimam amplexurum sententiam, & clarè defensurum Virginis immunitatem, quam tamen existimant negasse nunquam, & ut hoc vltimum probent, aduertunt acutè quidem, & doctè, quod dum sanctus Thomas resoluit generaliter notam peccati originalis in omnibus hominibus, & affirmat in omnes nullo præter Christum Dominum excepto transire (ut qui contra Pelagianos disputabat) hæresin Pelagij grauius notasse, cum verò tractauit in particulari de beatissima Virgine, sententiam asserentem fuisse sine peccato originali conceptam, nulla censura notasse, ut qui existimaret, si non vi Conceptionis naturalis, saltem ex priuilegio peculiariter tantæ Virgini concessio, & illius personæ, non verò parentibus, aut semini, potuisse à culpa originali præseruari; ita sentit expressè Magister Ioannes de sancto Thoma loco supra citato, idque probat eleganter, & copiosè ex visceribus Angelicæ doctrinæ, & meo iudicio idem sentiebat Magister Laurentius Gurierez Dominicanus etiam Complutensis Antecessor, quem supressò nomine referunt, sed non laudant recentiores suæ familiæ.

449. Secunda sententia docet, quod si sanctus Thomas nunc uiueret, propriam retineret sententiam; in piissimam nullatenus iret, in quo tamen ab Ecclesiæ mente non discederet, suum enim conferuaret iudicium, & adhuc se conformaret Ecclesiæ, & festum Conceptionis celebraret. Ita explicat Magister Franciscus de Araujo Dominicanus Salmanticensis Lycei Antecessor primarius 1. 2. quæst. 81. art. 3. digressione de hac controuersia, §. sed his non obstantibus pag. 421. colum. 1. Probat primò, quia hæc propositio: Si diuus Thomas uiueret suam mutaret sententiam, est conditionalis, & illius antecedens: Si diuus Thomas uiueret, est absolutè contingens, nullamque habet necessariam connexionem cum sequenti, atque adeo secundum iudicium Dialecticorum est falsum; quia veritas conditionalis fundatur in connectione necessaria conditionis cum sequenti, ac proinde est omnino falsa. Confirmat, quia ad futuritionem consequentis requiritur decretum Dei circa illius existentiam, ac reuelatum nullibi est illud decretum, imò neque Deus habet scientiam illius propositionis iuxta communem Thomistarum sententiam.

450. Probat secundò Nulla enim ratio apparet propter quam Doctorem Angelicum mutaret propriam sententiam, aut enim cogeret illum Ecclesiæ definitio, quæ tamen non extat, aut illius præceptum de celebrando Conceptionis festo, atque præceptum Ecclesiæ de hac solemnitate non cogit ad mutandum iudicium, sed

tantum ad exhibendum pium affectum, & cultum præstandum, qui est actus, & affectus voluntatis, eo vel maxime quod hoc præcepto, imò & omnibus aliis quæ nouiter determinarunt Pontifices nullum præiudicium inferunt sententiæ contrariæ, sed illum reliquant in terminis, & statu in quibus erat ante illas constitutiones: stat ergo iudicium cum festi cultu, & Conceptionis celebratione. Aut tandem cogeret diuum Thomam affectus conformandi se Catholicæ Ecclesiæ, & neque hoc, quia discipuli D. cum retentione propriæ sententiæ se Ecclesiæ laudabiliter conformant, at in Magistro non sunt impossibiles formæ, quæ in discipulis, sine vlla difficultate reperiuntur, præter hæc vero motiua iam refutata, nullum remanet aliud principium quo moueri posset sanctus Thomas, ut propriam mutaret sententiam.

451. Dicendum tamen existimo quod si Angelicus Doctor fulgentissimus sol, uiuens nunc lampade phœbea cunctas illustraret Ecclesias, proculdubio amplecteretur vltionem sententiam piissimam, & defenderet viribus totis Virginis Conceptionem immaculatissimam, in hoc, & sic Salmanticensis Complutensibus Magistris libenter adhæreo, & hæreo iudicio sancti Ludouici Beltram, syderis Dominicani illustrissimi, qui non solum de sancto Thoma, sed de aliis Patribus, qui vel specie, vel generaliter contrariam sequuntur sententiam, assererat, si nunc uiuerent piissimam amplexuros sententiam. Hæc refert Vincentius Iustinianus Antist. Dominicanus cap. 2. in additionibus ad vitam sancti Ludouici Beltram, quam ipse iam scripserat fol. 43. quæ excussa Valentia anno 1593. Iustiniani vero grauissimi extat singulare elogium apud Franciscum Diago, lib. 2. cap. 81. de viris illustribus monasterij Valentini Prædicatorum. Eat ergo nunc Caietanus, qui immodestè quidem propositionem nostram stultitiam vocat, & audacter asserit hanc glossam ita esse veram, ac verum est Christum Dominum suam doctrinam mutaturum, si nunc in terris conuersaretur, ut conformaret se populis, sed modestior, prudentior, & sanctior Caietano, sanctus Ludonicus Beltram quem omnes recentiores sequuntur.

452. Probat assertio primò ex doctrina diui Thomæ qui 3. part. quæst. 27. art. 1. in argumento sed contra ita scribit: *Sed contra est quod Ecclesia celebrat Natiuitatem beatae Virginis, non autem celebratur festum in Ecclesia, nisi pro aliquo sancto: ergo beata Virgo in sua Natiuitate fuit sancta, fuit ergo in vltro sanctificata.* Ex quo testimonio sic argumentor, ex festo Natiuitatis infert, & sentit sanctus Thomas Natiuitatem Virginis esse sanctam, sed si sanctus Thomas nunc uiueret, videret Ecclesiam Romanam, non solum tolerare festum Conceptionis purissimæ, sed etiam, & illud præcipere celebrandum, & declarasse iam nomine Conceptionis se intelligere infusionem animæ in corpus, seu eorum vnionem, & consequenter animationem Virginis, huicque animationi festum illud consecrare, & præterea silentium inditum auctoribus sententibus oppositum: ergo sine dubio sanctus Thomas, si

non

nunc uiueret, piissimam tutaretur sententiam. Consequentia probatur, quia hac ratione vtitur sanctus Thomas ad probandam Natiuitatem esse sanctam, tanquam irrefragabili argumento, quod si efficax est ad probandam sanctam fuisse Natiuitatem, efficax etiam erit ad probandam Conceptionem purissimam, maxime si ad hanc formam reducat. Quidquid solemniter celebrat Ecclesia sanctum est, sed Ecclesia celebrat festum Conceptionis sacrae Deiparæ, ut hæc dicit animationem, & vnionem animæ ad corpus, ergo beatissima Virginis animatio est sancta, qui arguendi modus in via diui Thomæ efficacissimus est.

456. Confirmatur ex Doctrina Angelici Doctoris quolibet 6. quæstione 5. articulo 7. Vbi affirmat rationem propter quam Romana Ecclesia non celebrat festum Conceptionis eam esse, quia existimat Conceptionem Virginis fuisse in peccato originali. Vnde Angelico Magistro hæc consequentia est efficax, beata Virgo concepta fuit in peccato originali, ergo eius Conceptio festiue non est celebranda, & propter hoc ab Ecclesia Romana non celebratur; debet ergo, & hæc consequentia valere: Ecclesia Romana celebrat festum Conceptionis sacrae Deiparæ; ergo sentit illam non habuisse originale peccatum: si enim à negatione solemnitate efficaciter infertur contractio originalis peccati in Virgine sanctissima secundum sensum Romanæ Ecclesiæ; ex affirmatione solemnitate illius sequitur manifestè Ecclesiam sentire Conceptionem illam fuisse sine peccato originali. Confirmatur secundò, quia Ecclesia ad celebrandum hoc festum illud videtur supponere, quod vult Magistros qui præficiuntur docendis pueris illos diligenter edoceant, atque monstrauimus summum Pontificem Clementem VIII. è cathedra suis litteris præcepisse illos Magistros, ut doceant pueros beatam Virginem dici, & esse plenam gratiæ: quia non habuit originale peccatum, ergo sentit Ecclesia Virginem sanctissimam non habere originale peccatum: ex festo igitur Conceptionis quod celebrat, & non tolerat tantum Romana Ecclesia, sufficienter moueretur sanctus Thomas ad defendendam sententiam piissimam, vnde si nunc uiueret, eandem sine dubio sequeretur, & sua doctrina multo melius quam nos illuminaret, & amplificaret.

457. Respondet Araujo, negando consequentiam, est enim (ait) magnum discrimen inter festum Natiuitatis, & Conceptionis: circa festum enim Natiuitatis, nulla vnquam fuit dubitatio, & præterea à Pontificibus cautum non fuit, ut nullum inferretur præiudicium asserentibus, aut Natiuitatem Virginis non esse sanctam aut illam celebrandam non esse, at verò circa festum Conceptionis, & fuit dubitatio, & cautum est à Pontificibus se nolle contrariæ sententiæ præiudicium inferri. Sed ut silentio inuoluam punctum hunc de præiudicio illato, vel inferendo, respondeo de festo immaculatæ Conceptionis celebrando, nullam vnquam dubitationem exortam in Ecclesia Romana licet non semper hæc solemnitas fuerit celebrata, ex hoc verò non infertur non

esse sanctum id quod celebratur; non enim est idem omnino festum aliquod non celebrari, & esse controuersiam de illius celebratione, festum corporis Christi Domini non celebrabatur in Ecclesia ante tempora Pontificis Urbani, & tamen non rectè infertur, ergo aliquando dubitatum fuit in Ecclesia, an esset solemniter celebrandum, & nunc festum sancti Syluestri præcipitur celebrandum omnino festiue cum abstinentia ab operibus seruilibus, & tamen nunquam fuit dubitatum ab Ecclesia, an tanta solemnitate, & feriis esset celebrandum. Adde quod sanctitas quæ celebratur, non pendet à dubio præexistenti, sed asseritur eo præcisè quod præcipitur celebranda, si igitur ab Ecclesia præcipitur celebranda Virginis Conceptio sancta supponitur, & absolutè indicitur quidquid de hoc festo celebrando dubitationis præcesserit, quæ tamen præcessit nunquam.

458. Ex eadem verò sancti Thomæ doctrina adiunctis illis quæ asserit 2. 2. quæstione 93. & nos explicauimus præcedentibus disputationibus, festa, & solemnitates inducuntur, ut particularis, & determinatus aliquis dies assignetur celebrandæ, & adorandæ sanctitati, aut Virginis sanctissimæ, aut aliorum Sanctorum, indicitur ergo implicite saltem illa sanctitas, ut vera, & ut adoranda, & deinde si sanctus Thomas nunc uiueret, & videret festum Conceptionis immaculatæ celebrari, sentiret procul dubio, & iudicaret cum fundamento magno in propria doctrina, Ecclesiam supponere, vel indicare sanctitatem animationis Virginis, & consequenter in sententiam iret piissimam, aut enim ignoraret cultum factum ex parte rei quæ celebratur falsum esse non posse, aut existimaret Ecclesiam non rectè procedere, quæ occasionem cultus falsi fidelibus proponeret, & præciperet adorandum quod reipsa sanctum non est, aut cum intelligeret verè proponere Ecclesiam sanctitatem Conceptionis, Ecclesiam in hoc puncto desereret, quod de religiosissimo, & sanctissimo Doctore indignum est quod credatur, vni huius rationis quam puto efficacissimam virgebo amplius in solutionibus argumentorum.

459. Deinde probatur tertio conclusio. Multæ apparent rationes propter quas diuus Thomas (si nunc uiueret) mutaret sententiam suam, & sequeretur sententiam piissimam quæ desumi possunt ex omnibus motiuis, quibus ostendimus hanc veritatem esse euidenter credibilem (saltem antecedenter & materialiter) fide diuina adiunctis omnibus quæ diximus disputatione 17. & sequentibus monstrauimus. Quibus addimus copiosam multitudinem earum rerum, quibus summa varietate ingeniorum, & & venustate pulcherrima adornatur nunc sententia piissima; quam rationem ut virgeam, suppono rem certissimam, scilicet si hæc studia, & labores suscepta sint ex motiui religionis, & charitatis, & propter Dei, & Virginis gloriam, non solum non esse rem Deo ingratham, aut iniustam, sed esse actus, & bonos, & meritorios qui procedant ex diuina illustratione, & motione, quibus inclinatur voluntas infallibiliter physice, & non saluè moraliter, ut mentem

B b b tem

tem excitet ad illa consideranda, & intellectus illa inueniat, disponat, & tandem in lucem producat, & certe negari non potest Angelicum Doctorem felicissimo ingenio penetratum, hæc omnia fieri non à casu, non Deo permittente solum, sed mouente, & adiuuante efficaciter, vt illa omnia executioni mandentur, cum reuera sint opera virtutum, quæ à charitate possunt regulari, & nascuntur ex piissimo affectu in Virginem sanctissimam, ex hac autem consideratione sumpta pro antecedenti, non ineffaciter infertur sententiam piissimam esse valde probabilem; Deus enim, neque peculiariter excitat voluntatem, neque illustrat intellectum ad falsam probationem, & ad argumenta fallacia rei, quæ maxime pertinet ad fidem, qualis est huius controuersie de Conceptionis resolutio. His adde forsitan illustraturum Deum in casu disputationis intellectum Angelici Doctoris, vt ostenderet testimonia sacre Scripturæ, & motiua quibus probauit Virginem beatissimam, nec venialiter peccasse, efficacissima esse ad ostendendum carentiam originalis peccati in Conceptione immaculatissima, vt viderunt noua luce omnes recentiores, & si recte penetrentur est manifestum de se, non enim post tot Doctores, qui illis vsi sunt ad immaculatum conceptum probandum, id non attenderet Doctor sanctus, quod si attenderet, vel necessario propter illas eligeret piissimam sententiam, vel deberet assignare rationem propter quam peccatum veniale quod est leuissimum, & diuinam non rescindit amicitiam redderet non idoneam ad Maternitatem Dei, Virginem sanctissimam, & idonea esset, etiam si peccatum originale contraxisset, quod mortale est, & constituit filios Adami formaliter Dei inimicos, & dæmonis filios, huius autem discriminis, nulla neque apparens ratio reddi potest.

460.

Dices efficacem esse illam qua semper vtitur diuus Thomas 3. part. quæstione 25. art. 2. & quotlibeto 6. quæstione 5. articulo 7. & alibi Virginem sanctissimam, si peccatum originale non contraxisset, non indignisse Christi Domini redemptione, quod præiudicium affert generali redemptioni per Christum, à qua Virgo sanctissima non est excipienda. At hæc responsio valet nihil. Primò quia beatissima Virgo præseruata fuit à peccatis omnibus actualibus, & id per Christi Domini sanguinem, & redemptionem, vnde & præseruari potuit per gratiam redemptionis ab originali piaculo. Secundò quia Caietanus, & Medina soluunt clarissime rationem diui Thomæ per redemptionem præseruatiuam, & hac ratione stante docent piissimam sententiam esse probabilem. Tertio & vrgentius, quia vestigatione 2. disp. 16. ex professo monstrauimus duo ex mente diui Thomæ, primùm dari redemptionem præseruatiuam, secundum, hanc esse non solum propriissimam, sed excellentissimam redemptionem, quod ex expressis verbis Dionisij Areopagite, & Interpretis illius sancti Thomæ euidenter deduximus. Parum autem erit attentus, qui non videat, quod si ad discursum sancti Thomæ, quis responderet distinguendo sequelam, & affirmasset indignisse Virginem re-

demptione perfectissima, præseruatiua ne macularetur, sufficienter Angelico Doctore fuisse satisfactum, idque non ex Scoti, aut aliorum principiis, sed ex propriis, & diui Dionisij, qui vt ipse fatetur hanc præseruatiuam redemptionem accepit à primis Theologis quos diximus esse Apostolos, alios enim non cognouit Areopagita.

Concludo igitur diuum Thomam (si nunc viueret) nouas habiturum rationes pro immaculato conceptu, noua testimonia sacre Scripturæ, nouas antiquorum Patrum assertiones, ac demum euidentem solutionem ex sua doctrina de promptam qua enervatur suus Achilles, ac proinde manibus, & pedibus iturum in sententiam piissimam, & immaculatam Conceptionem mente, & exteriori cultu veneraturum. Ita sentio, nec cellulæ inclusus voluntates Regibus præbeo, non enim ego Asser filius, sed professione filius immaculatæ Mariæ, & Magnæ Matris.

Ad primum ergo respondeo quod si aliquid valeret, probaret sententiam negantem esse falsam, potest enim contra illam facile, & efficaciter ad hominem retorqueri: hæc propositio, si sanctus Thomas nunc viueret suam non mutasset sententiam, est propositio conditionalis, & illius antecedens, scilicet si diuus Thomas viueret, est absolute contingens, & nullam habet necessariam connexionem cum consequenti, ergo absolute loquendo illa propositio est falsa iuxta doctrinam Dialecticorum quam inducunt auctores contrarij: imò & confirmatio vrgetur ad hominem, quia vt diuus Thomas in sua persisteret sententia, & illam nulla ratione mutaret, necessarium erat diuinum decretum, cui vero reuelatum est de creuisse Deum, quod si sanctus Thomas nunc viueret suam non reuocaret sententiam? Deinde secundò, & directe respondeo illo argumento rectè probari nullam esse scientiam claram, & euidentem huius propositionis, si viueret Doctor Angelicus propriam mutaret sententiam, nego tamen non posse haberi notitiam probabilem illius veritatis quæ ex certissimis coniecturis deducatur non euidenter, sed topicè, & probabiliter, vt iam in antecedentibus est deducta ex ipsa doctrina Angelici Doctoris, & piissimo affectu in Romanam Ecclesiam; de affectu enim erga beatam Virginem quis cordatus vnquam dubitare potuit?

Quod vt vrgentius premam interrogo, an Deus cognoscat materiale huius propositionis: Si sanctus Thomas viueret nunc piam sententiam amplecteretur? Dices Deum non posse hanc propositionem cognoscere ante decretum suæ voluntatis. Difficultas enim, & controuersia inter Thomistas, & Doctores Societatis Iesu non fuit (vt male aliqui intellexerunt) an Deus cognoscat absolute futura conditionata, hæc enim multi concedunt vt Magister Cumel, Albelda, & alij, & ad manum nunc est Ioannes à sancto Thoma 1. part. disput. 20. art. 2. qui in hanc sententiam rectè sanctum Thomam adducit, sed an Deus illa cognoscat independenter à decreto suo circa illorum futuritionem? Et vterius, an ad cognitionem horum requiratur scientia media partim libera, & partim

461.

462.

463.

necessaria quam merito impugnant Thomistæ; hanc verò esse totam controuersiam constat ex eo quod ex mandato sanctissimi Domini Clementis VIII. die decima Iulij anno 1604. in congregatione sequenti præcipitur disputandum. *An sit sententia sancti Augustini, quod ante decretum absolutum diuina voluntatis deur in Deo cognitio certa, & infallibilis contingibilium dependentium à causa libera, qualem Molina per scientiam mediam Deo tribuit?* Clemens Papa VIII. vt diligenter monstrat Ioannes à sancto Thoma disputatione illa 20. art. 1. pagina 607. Hoc igitur admisso, vt est admitendum, rogo vtrum Deus cognoscat, an si sanctus Thomas viueret ex decreto suæ voluntatis in piissimam abire sententiam, quod quidem cum negandum non sit; neque enim id negant priores Thomistæ; veritas huius conditionati scibilis est, quia videt iam Deus suum decretum, vel actu existens, vel ponendum posita conditione, idque euidenter, hæc autem perfectio, licet participari non possit cum euidentia, à creaturis potest imperfecto modo participari, quatenus scilicet ex probabilibus coniecturis potest deduci aliqua veritas, hoc igitur modo vera potest esse illa propositio conditionalis, & non semper est falsa, aliàs non solum ipsa, sed & contradictoria esset falsa, si efficax est contrariorum argumentatio.

464.

Ad secundum nego antecedens, & ad primam probationem, concedo nullam esse definitionem Ecclesiæ, quæ nunc cogeret sanctum Thomam ad mutandum proprium iudicium. Ad secundam assero præceptum de celebrando festo Conceptionis non cogere necessario Doctorem Angelicum ad mutandum iudicium, sed vrgere valde, imò & conuincere illius intellectum ad sequendum sententiam piissimam supposita propria doctrina, vt dicebamus in secunda ratione pro nostra assertionem. Præceptum enim Ecclesiæ supponit, aut proponit simul instituendo Conceptionis festum illam esse sanctam, & quæ religiose hyperdulia adoratur, cum verò ex hac doctrina sequatur efficaciter Conceptionem fuisse immaculatam ex hoc præcepto adiuncta sua verissima doctrina, cogeret sanctus Thomas ad affirmandam hanc veritatem; si enim illam negaret, affirmaret contrariam sententiam non esse falsam, sed veram, & consequenter cultum Ecclesiæ, non solum posse, sed etiam reipsa esse falsum, quia deferretur falsæ sanctitati, quod est absurdum, & contra ipsius sancti Thomæ sententiam.

465.

Ad tertiam probationem res mihi non est cum illis qui se existimant in contraria sententia sancti Thomæ discipulos, sed cum ipso Angelico Magistro, qui modestissimus, & sanctissimus, & qui meas dubitationes non horreat. Et rogo, an viuens hodierna die ita celebraret festum Conceptionis conformando se Ecclesiæ Romanæ, vt existimaret Ecclesiam octauam decembris diem sacrare sanctitati Conceptionis peculiariter illa die adorandæ, quia illius animatio non fuit in peccato originali. An verò solum se conformaret Ecclesiæ in cultu exteriori quem videret exhibere iam cunctos fideles, non tamen iudicaret Conce-

ptionem Virginis fuisse immaculatam, eo modo quo sentit Ecclesia, & colunt fideles asserentes, vt minimum talem esse hanc sententiam, vt vel ex festi celebratione, vel reipsa à rei parte falsa esse non possit, si priori modo S. Thomas se conformaret Ecclesiæ, proculdubio iam mutasset iudicium, & piissimam sententiam amplecteretur, quod est nostrum intentum, & assertio quam in gloriam Doctoris Angelici attulimus, si verò Doctor sanctus solum exhiberet cultum externum, & affectum solum ostenderet, & adhuc in contraria extaret sententia, & existimaret eam esse probabiliorum quam opinionem piam, quod necessarium erat omnino, qui enim sequitur expressa sententiam aliquam, eo ipso fatetur apud se illam esse, altera contraria scilicet probabiliorum, & maiora motiua habere. Manifestum est sanctum Thomam non esse conformem Ecclesiæ; hæc enim, vt minimum iam declarauit piissimam sententiam esse probabiliorum, securiorem, & tutiorem quam sententia contraria: aliàs enim hanc permitteret prædicari ad populum publicè, voce & scripto doceri, & defendi: cum tamen serid prohibuerit omnes hos actus exteriores, & publicas demonstrationes. Quis autem ausus sit affirmare Angelicum Doctorem modestissimum, & humillimum qui asseruit sententiam Ecclesiæ præuolare Doctorum, & Sanctorum multorum auctoritati, ita à se, & à sua defecisse doctrina, vt existimaret suam sententiam esse probabiliorum quam illam, quam vt piissimam, probabiliorum, & fidei principiis consentaneam docet Ecclesia asseueratione tanta, vt indulgentias concedat festum Conceptionis purissimæ celebrantibus, vel quod obiter dicam, ostendant nobis aduersarij Ecclesiasticum præceptum de non celebrando Conceptionis festo, in sensu quem intendit sententia piissima, vel indulgentias concessas illam negantibus, vel Concilium aliquod quod directè & expresse illi faueat, illustret, aut excitet fideles ad illius sequelam, vel Doctorem aliquem, qui aut auctoritate Apostolica, aut alicuius Academiæ nostram sit iussus reuocare sententiam, & contrariam sectari, aut sacre Scripturæ locum, in quo loquendo de beatissima Virgine peculiariter, vel leuiter sententia contraria indicetur, quæ tamen omnia inueniuntur in nostra sententia, incredibile igitur est sanctum Thomam si nunc viueret, & ponderasset hæc omnia suum non mutaturum iudicium, & certissimum ad nostra euolaturum castra, non vt Regibus placeret, nec vt conformaret se populis, vt Caietanus, & recentiores loquuntur, sed vt veritatem forsitan iam reuelatam, & cito definiendam, licet non propositam sufficienter defenderet ad Virginis gloriam, & vt se non cultu exteriori, sed mente etiam conformaret Ecclesiæ.

\*\*\*



## DISPUTATIO Vlt.

*Vtrum qui pro immaculata Conceptione sanguinem & vitam profunderet, verè esset Martyr?*

466.



VLGARIS iam hæc difficultas, quam tamen pauci tractarunt, & illius affirmatiua resolutio forsitan primo in sacra nostra familia publico certamine fuit defensata, ego ex nostris principiis facillè eam expediam, si tamen breuiter aliqua supponam. Primum non solum veritates fidei esse posse causam Martyrij, sed etiam opera, quæ eliciuntur ab aliqua virtute, & ex motiuo charitatis referuntur in Deum; id me docuit D. Thomas qui 2. 2. quæst. 124. art. 5. hæc clarissimè scribit: *Omniū virtutum opera secundum quod referuntur in Deum, sunt quadam protestationes fidei, per quam nobis innotescit quod Deus huiusmodi opera à nobis requirit, & nos pro eis remunerat, & secundum hoc possunt esse Martyrij causa.* Rectè igitur Valentia tomo 3. disputat & quæst. 2. puncto 1. Martyrium diffinit, aut describit, dicens: *Martyrium est testimonium, quo morte ipsa pro Deo testificatur, quis aliquam fidei veritatem, vel se ipsa, vel aliquo veritatis opere relucens.* Quam laudat Magister Granado, tract. de Conceptione, disput. 3. sect. 31. num. 349. qui etiam optimè aduertit ex D. Thoma vbi supra, Baptistam Magnum vt Martyrem ab Ecclesia venerari, quia increpauit luxuriam Herodis, & addit, Apostolum Matthæum, qui propter condemnandam & tuendam Virginitatem occubuit, & Thomam Cantuariensem, qui propter defendendam libertatem Ecclesiæ sanguinem & vitam profudit.

467.

Dico primò, qui sanguinem & vitam profunderet, vt asseueraret Ecclesiam Catholicam piè, & religiosè seruare, & celebrare festum Conceptionis immaculatæ, & nullo falso cultu illam fidelibus celebrandam proponere, piùmque esse & Catholicum, & sacris litteris & Sanctorum testimoniis nullatenus dissonum, sed potiùs consentaneum valde, & conforme illam prædicare & defendere, verè esset Martyr, seu quod idem est Catholicus huius practicæ veritatis laudabilis & verissimus testis, ita generaliter docet S. Thomas 2. 2. quæst. 124. art. 5. quatenus in corpore docet opera cuiuscumque virtutis, *quæ bona sunt ex omnibus circumstantiis, vt explicat ibi Caietanus contra Martiūm de Magistris, esse sufficientem causam Martyrij, & ad secundum vbi docet, veritates aliarum scientiarum non pertinere ad cultum diuinitatis.* Sentit igitur practicam hanc veritatem in conclusione asserentem pertinere ad cultum Diuinitatis, & consequenter esse causam sufficientem Martyrij. Idem sentit generaliter Caietanus Cardinalis à §. illo in eodem quoque articulo, sed in propriis terminis sequuntur Granado disput. 3. de Con-

ceptione sect. 1. num. 352. Aluarus Reçaño de Palacios Hispalensis discursu 2. pro immaculato Conceptu, puncto 2. in fine, & è fortiori illam defendit Egidius Lusitanus quatenus lib. 3. de præseruatione Virginis, quæst. 9. art. vltim. §. 4. affirmat Martyrem verè futurum, qui pro defendenda immaculata Conceptione vitam amitteret.

Probatur efficaciter primò, qui mortem voluntariè subiret pro asserenda Ecclesiæ potestate, instituendi dies festos, & illos sine errore vllò posse fidelibus proponere, & ritè, & religiosè de facto proponere, illòsque obseruandos præcipere, verè & propriè esset Martyr, & testis diuinæ veritatis infallibilis, sed qui pro practica veritate immaculatæ Conceptionis mortem voluntariè subiret, potestatem Ecclesiæ in instituendis festis, & illos sine falso cultu ritè & religiosè proponi fidelibus assereret, rectèque illos obseruandos præcipere tueretur; ergo verè esset Martyr, si pro asserenda hæc practica veritate mortem subiret. Consequentia est legitima, quia illa omnia sunt actus peculiaris virtutis, siue illa sit obseruantia, siue religio de quo modo non disputo; & præterea asserere potestatem hanc esse in Dei Ecclesia est actus fidei diuinæ, quæ vniuersa imperari possunt à charitate. Ex quo etiam maior euidenter probatur suppositis fidei principiis, & doctrina Angelici Doctoris. Minor verò ostenditur, quia illa omnia in illo contenta affirmaret, qui assereret festum Conceptionis ritè ab Ecclesia celebrari, & celebrandū fidelibus proponi, vt consideranti facillè patebit. Vbi obiter, *sed ad rem*, nota mortem & testificationem huius veritatis cadere etiam super speculatiuam veritatem fidei, qualis est in Ecclesia esse infallibilem auctoritatem & potestatem dies faciendi sanctitati Diuæ Virginis, & aliorum sanctorum, quod superius monstrauimus.

Probatur secundò conclusio ratione, quam indicat D. Thomas illo articulo 5. ad secundum, *Qui pro cultu diuinitatis vitam profunderet testaretur diuinitatis cultum, verè igitur esset Martyr.* Consequentia est clara, quia in festis Diuæ Virginis & Sanctorum, laudatur Dominus in Sanctis eius. Maior verò constat ex illis quæ in materia de Martyrio docent omnes Scholastici; cultus enim diuinitatis est actus religionis, ac proinde peculiaris virtutis, qui vt docet D. Thomas, est sufficiens causa Martyrij. Minor verò probatur, quia cultus Sanctorum nascitur ex cultu diuinitatis, & in illam ordinatur: nos enim Sanctos non colemus, si non intelligeremus & esse Dei amicos illum clarè videntes, & Sanctorum honorem in Dei gloriam tandem refundi. Alias rationes vide in Magistro Granado. Et hæc quidem probant priorem huius conclusionis partem, potterior verò ex dicendis constabit.

Dico secundò, qui mortem occumberet pro asserenda immaculata Conceptione sumpta solum vt est veritas speculatiua, & vt præcinit à praxi, quam prima conclusione explicuimus verè esset Martyr, ita Doctores allati pro illa conclusione, à quibus non existimo recessisse

468.

469.

470.

cessisse Franciscanum Castillo tom. 1. in Sorum disput. de Virginis Conceptione. Hanc conclusionem probat Magister Granado ex eo quòd asserere immaculatam Conceptionem est actus vitalis, sed ex nostris principiis meo iudicio euidenter probatur, qui pro asserenda immaculata Conceptione mortem subiret constantia, & fortitudine supernaturali, testificaretur rem, & veritatem quam certissime sciret, aut iudicaret esse iam reuelatam à Deo, & formaliter esse de fide, & præterea morte illa voluntaria, & violenta ex parte inferentium, doceret, & testificaretur sanctitatem, quam saltem mediè, & virtualiter iam docuit; & asseueravit colendam catholicam Ecclesia, ergo vere esset Martyr, qui purissimam Conceptionem morte intermedia testificaretur, consequentia est clara, quia mors illa testificatio esset veritatis, quæ pertinet ad fidem, & quam moriens certissimè iudicat à Deo esse reuelatam iam de fide esse in sensu formali, qui oritur ex reuelatione, quæ sola dat certitudinem infallibilem obiecto fidei, vt notabamus in principio disputatione 21. Maior verò constans est ex omnibus quæ diximus à disputatione 17. vsque ad præcedentem. Monstrauimus enim hanc veritatem esse remote, & antecedenter, aut moraliter (vt Suarez, & alij loquuntur) credibilem fide diuina, ita esse veram, vt à parte rei falsa esse non possit, quod Salazar existimat colligi ex statu quem habet nunc hæc piissima opinio, Lusitanus verò, iam esse ab Ecclesia diffinitum. Ostendebamus præterea hanc veritatem ita posse diffiniri ab Ecclesia, vt nihil deficiat necessarium, nisi sola diffinitio, seu asseueratio, & sufficiens propositio, hanc veritatem in vtraque pagina sacra contineri, aut implicite, aut explicite, & priori modo ex illis quos tradimus disputatione 20. iam esse reuelatam à Deo, ac proinde esse fidei obiectum, quæ omnia reddunt hanc veritatem sufficientem causam Martyrij iuxta diui Thomæ doctrinam.

471.

Consulto dixi inter hanc conclusionem probandam (cùm certissime sciret, aut iudicaret esse iam reuelatam à Deo, & formaliter esse de fide: (quia si quis mortem oppeteret pro hac speculatiua virtute esset indoctus, aut doctus etiam, qui hanc veritatem opinatiue solum tueretur, haberetque formidinem, & timorem in illius asseueratione, dubio procul non esset Martyr, bene id probat Granado, sed vt aliquid addam aduerto Martyrium, etsi imperetur à charitate, formaliter pertinere ad virtutem fortitudinis, quod docet diuus Thomas 2. 2. quæstione 124. articulo 2. & probat, tum ex illo, quod ex Paulo legit Ecclesia: *Fortes facti sunt in bello.* Tum ex Cypriano cuius hæc asserit verba: *Vidit admirans presentium multitudo, cælesti certamen, & in pralio stetit seruos Christi voce libera, mente incorrupta, virtute diuina.* Ex quibus, & ex fortitudinis natura, quam etiam explicat Doctor Angelicus in corpore articuli, colligit Martyrium formaliter, & elicitiue esse à virtute fortitudinis. His adde ad actum fortitudinis eliciendum, necessariò requiri animi seueritatem, quæ est pars potentialis fortitudinis, & ex nu-

mero illarum octo, quæ colliguntur ex diuo Thoma 2. 2. quæstione 127. articulo 1. quæstione 129. articulo 7. quæstione 134. & 136. articulo 5. & quæstione 137. articulo 3. & sunt hæc: fiducia, magnanimitas, securitas animi, magnificentia, patientia, longanimitas, perseverantia, constantia, quarum naturas breuiter & clarè proponit Valentia 3. tom. disput. 7. quæstione 3. puncto 1. ex diuo Thoma & Cicerone, Aristotele, imò ex Patre Augustino. Securitas verò animi ad fortitudinem est necessaria; firmat enim animum, & placat nimias anxietates, & sollicitas curas, quas solent timor, & formido suscitare; secundum illud Philosophi lib. 2. artis Rethoricæ capite 5. *Timor facit homines consiliatius.* Reprimit enim animi securitas, licet non ipsa sola, sed etiam cum fortitudine timoris imminentis mortis. Ex his ergo sufficienter probatur opinionem si certissima non sit, sed dubia, & secum asserens formidinem partis oppositæ, non esse sufficientem causam Martyrij: in illa enim non potest fundari securitas animi, neque ex illa sopiri, & placari anxietates, & dubia, quæ sic opinanti sine certitudine vlla, in causa mortis occurrerent.

472.

Nihil video quod efficaciter contra nostram sententiam possit obijci: illud audiui à quodam doctissimo Magistro Complutensi vsurpatum in publicis concertationibus, ex illa non obscure colligi etiam Martyrem futurum, qui vitam profunderet pro asserenda physica efficacia auxiliorum, & præmotione physica liberi arbitrij ita absoluta, vt decretum de illius collatione in ordine ad conuersionem, verbi gratia antecederet omnem consensum voluntatis creatæ, illa via & ratione, qua procedunt hæc omnia asserentes Doctores Thomistæ. Probabat sequelam: quia hæc sententia efficacia habet fundamenta petita ex sacra Scriptura, & ex doctrina Conciliorum, perpetuusque est sensus Ecclesiæ, deinde illam sequuntur viri doctissimi, & grauissimi, qui illam ostendunt efficacissimis rationibus, & motiuis. Nec vanum fundamentum, quod hæc doctrina de physica, & absoluta præmotione, aut prædeterminatione consona valde sit doctrinæ Catholicæ, quæ contra aliquos hæreticos propugnat Ecclesia, & maxime conformis spiritui Pauli, qui discretionem electi à prædestinato asserit esse à Deo, qui in nobis operatur velle, & perficere pro bona voluntate, est igitur hæc doctrina euidenter crediabilis (antecedenter saltem) fide diuina, & vt putant auctores illius à parte rei non potest esse falsa. Vnde potest diffiniri ab Ecclesia, & consequenter iam est reuelata, & de fide, solumque illi deficit determinatio Ecclesiæ, & propositio sufficiens, & necessaria, vt inducatur obligatio illam credendi; si probabilia sunt, quæ pro asserenda immaculata Conceptione tradidimus. Huic argumentationi publicus propugnator impugnatori concedebat sequelam. Verum ego mirabar vtrumque, & nullo negotio sequelam negarem, est enim infinita ferè distantia, sunt & multa discrimina inter sententiam asserentem physicas præmotiones, & illam quæ astruit Conceptionem purissimam, quæ

nunc necessarium non est explicare, quis enim non facile videat physicam præmotionem non esse vlllo modo in statu & terminis, in quibus probauimus esse Conceptionem immaculatam? Id verò amplius declarare neutri sententiæ in controuersia de auxiliis erit gratissimum. Quid si vtrique iniucundum? Igitur merito abstinere, & quæ parata habebam vt ostenderem, neque Magistri Cumelij, neque Ludouici Molinæ sententiam comparari vlllo modo posse cum certitudine, quam habet immaculata conceptio consultus omitto.

473.

Duæ istæ assertiones sunt contra Aphonsi de Castro, qui lib. 1. de iusta hæreticorum punitione illas negat, quia veritas Conceptionis non est fides Catholica, sed mens

nostra, & animi securitas aliò tendit, & Virginis ac Saluatoris gloriam collimat; igitur verbis omnino contrariis Alphonso hæc pronuncio: *Ego quidem & Virginem sine peccato originali conceptam fuisse credo, & firmissimo animo hanc teneo sententiam, quam esse Catholicam fidem, tametsi non diffinitam, neque propositam ab Ecclesia, probabiliter & iudico & puro. Atque adeo pro huius sententiæ tutela libentissimo cernicem gladio opponerem: ita aucto, ita desidero, vti nam pro hac veritate piissima essem vt alter Ignatius Christi frumentum. Die Sabbathi, qua immaculata Virgini sacra 20. Iunij anni 1643. duorum annorum studio sola ope diuina, & semper agra valetudine concinnati, dispofui, & propria manu scripsi.*

Deo, Optimo, Maximo, & Immaculatæ Deiparæ gloria.  
Mihî errorum venia.

*Correctioni Catholicae Ecclesie, vt & mea omnia sunt subiecta.*



# INDEX

Rerum, & Verborum, quæ in hoc Tomo continentur.

*Prior numerus paginam designat: Posterior est marginalis.*

## A

### *Actio.*



CTIO formæ connaturalis, nequit egredi à principio, cui participatio talis formæ non infideat. pag. 32. n. 172

Actiones omnes Mariæ supernæ meriti infiniti euasere infinitate secundum quid. 492. 177. ibidem ostenditur; infinitudinem meriti illarum ex infinita dignitate Matris hauriendam; non absimiliter ac infinitas actionum Christi ex personæ infinitate infumitur.

Ostenditur, aliud esse actioni secundum rationem communem humanæ rectitudinem deberi, & aliud actionem, ex se indifferentem ad bonitatem & malitiam esse. 281. 330

Actionem odij tria inuoluere. Primum, rationem naturalem illius actionis omnis moralitatis expertem. Secundum ordinem posituum illius ad obiectum rationi dissonum tendentem. Tertium, carentiam rectitudinis, quæ illi actui inest, siue sit priuatio, aut negatio præsumitur. ibidem. 285. 344. Quo ordine ista tria in actione odij seipsa gerant? ibid.

Ex qualibet actione virtuosa habitualem conuersionem resultare. 296. 400. idem proficitur de qualibet peccaminosa actione. ibidem.

### *Accidens.*

Possibilitas accidentis supernaturalis corporei aperitur. 222. 25. prope finem. Probatur ibidem, quomodo accidens corporeum esse participationem Dei vt vnus, & trini illi competat.

Dari de facto accidentia supernaturalia ostenditur ex qualitate rectificante appetitum sensituum in statu innocentie. 221. 23. necnon ex moralibus virtutibus appetitum sensituum moderantibus. ibidem. 24. & ex probabili sententia admittente sensationes, & appetitiones supernas. ibid.

### *Adoptio.*

Duplex diuina adoptio in vna creatura competitur. 308. 532. quodque adoptionibus creatis repugnare. ibid.

Adoptiui filij humani, nec naturales, nequeunt

incrementum sumere. 309. 534. bene vero adoptiui diuini filij. ibid.

Virgo Maria duplicem diuinam filiationem obtinuit adoptiuam. ibid.

### *Adams.*

Adamum gratiam, quam obtinuit in primo instanti, media dispositione actuum liberorum, vt eam assequeretur, se disposuisse. 462. 71

Adami corpus ideo manibus diuinis architectatum, quippe rationalis animæ templum. 315. 553

Adami pulchritudo ab ea, qua micuit Maria, differt, quia tuina obnoxia. 315. 554

In hypothesi, quod Eua violaret legem, tametsi Adamus custodiret eam, illa originalem amitteret. 282. 434

### *Adoratio.*

Adoratio non solum internam, & externam submissionem exigit, sed sanctitatem in re adorata essentialiter supponit. 252. 182

A ratione formali adorationis auellitur dependentia adorantis ab adorato; tametsi yti requisitum necessariò efflagitetur. ibid. 184

Ostenditur beneficentiam non esse rationem formalem adorationis, sed vim excellentiæ diuinæ expressiuam, ibidem. Necnon sanctitatem in Deo rationem formalem adorationis esse designandam. ibid.

Mariam sanctissimam esse adorabilem hyperdulie adoratione. ibid. 182

Perfectiones diuinæ sunt adorabiles ratione sanctitatis, quam imbibunt. ibid. 184

Nec exinde, quod Maria sanctissima gratiam habitualement obtineat, adorationem dulie esse venerandam. 252. 185

### *Albertus Magnus.*

Tametsi Albertus Magnus, piissimo placito de immaculato conceptu Mariæ fuerit refragatus in 3. distinct. 3. suffragium discretè eidem dedit libro de laudibus Mariæ. 362. 712

### *Alarconius.*

Alarconius modestissimè (intellige per hironiam) Reuerendissimum Cumelem carpit. 287. 455

### *Ala.*

Ala non semel in sumpta pro parte exercitus



opem alicui exhibere ciuitati percurrentis.  
329.593

*Abarius.*

Equites Alarij ex Ala originem apud Romanos sumpserunt. *ibid.* 593

*Alexander.*

Alexander Alensis, in 3. dist. 3. quæst. 9. & 3. part. quæst. 9. membr. 3. art. 5. licet abfuerit conceptui Mariæ immaculato, postmodum librum de Conceptione purissima mirabilem cudit. 359.703

*Angelus.*

Angelos qui Mariæ sanctissimæ Socij in Choro nostri ordinis apud Barchinonenses extitere, fuisse primos Officium Conceptionis recitantes. 349.655

Angelus de Roça. Papæ Sachrista Augustinianus suspicatus fuit, sermonem secundum S. Bonauenturæ de beata Virgine, qui tom. 3. habetur, vbi proficitur discrete, Virginem Matrem fuisse sine labe conceptam, non ab illo, sed ab alio Auctore architectatum, sed falso. 359.704

Probabile esse, Angelos instantere resurrectione generali non solum mortuorum cineres collecturos, sed organizationem necessariam ad resurrectionem, vti instrumenta physicè operaturos. 132.741

Ex eo quod Angeli physica exitura resurrectionis instrumenta, non bene deducitur, illos, sicut cæteros homines in generatione filiorum, se gesturos. *ibid.*

*Anima.*

Veram animam fuisse in Christo probatur contra hæreticos. 6. 26. & deinde.

Ex vita verbi existentiam animæ in Christo deduci. 18.81

Ex animæ existentia in Christo nullo modo inferri illam peccabilem esse. *ibid.* 82

Optimè compati cum existentia animæ rationalis in Christo eliminationem numeri quaternarij diuinarum personarum. 18.83

Licet ex animæ rationalis in Christo existentia inferatur, Christum esse compositum ex tribus substantiis, talis loquutio non absonat catholico dogmati. *ibid.* 85. esseque conformem phrasi SS. PP. deinde ostenditur.

Ostenditur animam rationalem non esse causam organizationis, & similitudinis filij ad parentes. 118.663

Animam rationalem formalem assistentem non esse, sed informantem. *ibid.*

Animam Mariæ sanctam intrinsecè fuisse rationem sanctitatis corporeæ, quamuis hæc illi immediatè non inhæreat, aut vniatur. 249.176

*Amor.*

Mariam sanctissimam duplici amore in primo Conceptionis instanti floruisse, quorum vnus adfuit visione beata regulatus, alter à scientia per se infusa directus. 253.189

An vero amor ille beata visione regulatus fuisset liber, necne? *ibid.*

*Apparitiones.*

Apparitiones ex factis, & nedom ex verbis, in quibus sub humana forma visus est Deus, veram incarnationem verbi referasse. 4.17

*Appetitus.*

Appetitum sensitium Mariæ purissimum fuisse omnis inclinationis ad malum expertem. 259.216

Appetitum frænari non posse, ne contra rationem insurgat, sola extrinseca Dei prouidentia munitus. 261.215

Appetitum sensitium habitu intrinsecè in illo recepto rectificari. *ibid.* 226. & deinde.

Appetitum sensitium nostrum pro vt dicit inclinationem habitualement ad bonum sensibile præter, aut contra rectam rationem censendum fomitem. 449.22

Quomodo intelligendum sit assertum Sanctissimi Thom. appetitum videlicet esse subiectum rationi. *ibid.* 23. prope finem.

Inclinationem ad bonum sensibile præter, aut contra rationem conuenire appetitui suæ naturæ relicto. 450.25

Appetibilior est vnio Matris cum Deo, quam vnio per gratiam & gloriam. 208.1101. & deinde.

*Appollinaris.*

Appollinarius error eò deuolutus, vt Verbum pro anima Christi carni adesset, nullòque modo verbum animam assumpsisse. 6. 26. & deinde.

*Aquila.*

Aquilam Symbolum esse Regis, & magni Regis. 327.589

*Arriani.*

Arriani mordicus defendebant verbum diuinum nullo modo animam rationalem assumpsisse. 6. 26

*Aragonida Prouincia.*

Prouincia Aragonida nostri ordinis Beatissimæ Mariæ de Mercede, quæ cæteris Prouinciis antiquitate structura præit, in proprio sigillo præter ordinis scutum cæteris commune imaginem Conceptionis habet causam his litteris circumscriptionem: *tota pulchra es amica mea.* 346.644

*Arauius.*

Fundamentum Araui, cui innixus negat casum hypothesis huius, videlicet, *si nunc videret Doctor Angelicus in pissimam sententiam iret conceptionis*, retorquetur conspicuè in ipsum. 462

*Assumptio.*

Assumi non posse naturam irrationalem. 224.29

Probabiliter defendi potest, Verbum non potuisse assumere humanitatem in puris naturalibus constitutam. 190.1030

Assumptibilitatem naturæ esse donum supernum ordinem hypostaticum redolens. *ibid.* 1027. illamque esse duplicem, corpoream vnam, & spiritualem aliam. *ibid.* 1028

*Augustinus Parens.*

Expenditur S. Augustinus in defensionem illius asserti, nempe Maternitatem Deiparæ esse superius donum gratia, & beata visione. 209.1104

*Augustinus Bernalis.*

Si ratio Augustini Bernalis, qua munitur, vt defendat, Christum tempore Passionis miraculosè vixisse, atque adeo dependentem à solo Dei cõcursu, efficax esset, eandem vim haberet, vt conuinceret, Christum à primo instanti miraculosam

miraculosam vitam egisse, & in toto vitæ suæ decursu à solo Dei influxu independentem à Maria sanctissima suam vitam conseruasse, quod est falsum. 408.882

*Aurum.*

Aurum musas in solo Salomonis templo reperit fuit symbolum singularissimæ sanctitatis in Maria sanctissima inuentæ. 325.584

*Auxilium efficax.*

Auxilium efficax vulgo motionem physicè prædeterminantem nullo modo tollere libertatem supponitur. 482.141

**B**

*Baptismus.*

**P**ER Baptismum peccatū originale tolli, illicet in intentione prius sit depelli eius priuatio, tamen in executione prius dicit depelli deformitatem positiuam moralem in qua consistit essentialiter originale peccatum. 295.394

Necessitas naturalis contrahendi peccatum originale transacto Baptismo perseuerat, tamen Baptismus delectat peccatum. 293.479

Idem esse hominem per Baptismum iustificatum conseruare eandem quàm ante Baptismum habuerat propaginem, ac illum manere post Baptismum necessitatem contrahendi peccatum originale. *ibid.*

Baptismi effectus non solum est remissio originalis peccati, sed etiam gratiæ habitualis infusio, characteris impressio, visibilis hominis intra Ecclesiam constitutio ad alia sacramenta recipienda mirabilis dispositio. 370.737. Ostenditur ibi baptizatos post circumcisionem peccati originalis non accipere remissionem.

Sensum Baptismi formæ esse, confero tibi sacramentum ablutionis, & lauacri, hoc est, gratiam habitualement quantum est ex se peccati originalis remissiuam. *ib.* 739

Ostenditur Mariam sanctissimam ex Iudaismo baptizatam verum Baptismum suscepisse. *ib.* Manere in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem ex fide tenendum. 450.26

*Baptista Poza.*

Baptista Poza defendit Mariam sanctissimam fuisse Christi Matrem Patrem, vel Patrem Matrem, cuius placitum tria asserta continet. Primum, Maria Virgo obtinuit miraculosè efficaciam illam, quia illa sola totam materiam ministrauerit futuri corporis Iesu, & illa sola omnem efficientem concursum præstitit, quem viri semen præstare debuisset. 20.91

Secundum Poza assertum, totum illum sanguinem, aut semen, aut vtrumque, quod ministravit humanitati miraculosè ad huius organizationem colendam subito, & in instanti ea omnia præstitit. *ibid.*

Tertium assertum Poza Mariam sanctissimam respectu generationis filij non esse partialem causam, sicut alia scemina, sed integram, & totalem in genere causam efficientis. *ibidem.* Falsitas istorum, vide Patri-Mater.

Imprudenciam Poza in amplectenda sententia contra communem Theologorum & Patrum opinionem, quippe leuibus fundamentis innixi. 25.126

Fundamenta ex Patribus quæ allegat Poza in suffragium instantaneæ (omni successione semota) organizationis corporis Mariæ esse leuiter adducta. 263.234

Ostenduntur duo errores Baptiste Poza (quos aboleri iussit supremum inquisitionis tribunal) primus fuit momentanea corporis Mariæ formatio. 248.171

Secundus error est, deducere immunitatem Mariæ sanctissimæ à debito originalis peccati, ex momentanea, & subita Corporis Mariæ formatione. *ibid.* 172

Aperitur quomodo ex hoc secundo errore infertur clarè contradictorium duplex, nempe quod in hypothesi quod Deus Petrum comprehendisset in pacto cum Adamo inito, ita vt ille peccaret in Adamo, non posset Deus Petrum in instanti formare, quod est absurdum, & si posset, fieret, Petrum in tali hypothesi peccatum & non peccatum in Adamo. *ibidem* prope finem.

*Basilium.*

Basilium Seleucienis oratione de Annuntiatione expresse edocet Mariam sanctissimam eleuatam esse ad Dei hominis generationem. 29.152

*Bellarminus.*

Bellarminus tom. 3. lib. 5. de amissione gratiæ, & statu peccati cap. 19. §. *Tertia sententia* edocens asserentes priuationem iustitiæ originalis, ita esse effectum peccati, ita vt ipsa non sit vete, & propriè peccatum. Tridentino repugnare, & cum Catherini hæresi conuenire, fuit in censura nimius. 281.326

*Bernardus.*

Diuum Bernardum sermone 4. *Super Salue Regina* discrete decreuisse Mariam sanctissimam, vt esset Mater Dei, diuinitus eleuatam fuisse supra naturam propriam. 29.154

Apparitio illa sancti Bernardi vestibibus albis subinducti, qua Cisterciensi Monacho se videndum exhibuit macula fulua apud marmillam intincti, media, qua sanctus Bernardus Monacho illi reuelauit, maculam illam esse illi impressam in signum, quod plura de Virgine non scribenda, scripserit ipse, ab aliquibus falsitatis nota inuritur. 360.709.

In hypothesi enim, quod vera esset apparitio illa sancti Bernardi, talis macula fulua non esset argumentum peccati, et si leuissimi, quolebefactaretur. *ibid.*

Sermones illi sancti Bernardi 13. videlicet in cœna Domini, necnon sermo de beata Maria partus sunt genuini sancti Bernardi, tum ex phrasi melliflua: tumque quia inter alia huius sancti germana opera collacati. *ibid.* 708

Permiso sermones istos diui Bernardi ab ipso confectos non esse, adhuc expressissimus fuit immaculatæ Conceptionis propugnator, sermone Apocalyp. 12. *ibid.* 708

*Bonauentura.*

Sanctus Bonauentura, quamuis in 3. dist. 3. q. 2. Virginem in peccato originali conceptam docuerit, hanc opinionem Serm. 1. & 2. de beata Maria mirifice retractauit. 359.703.  
Et permisso sermones istos esse S. Bonauenturae ascriptos, extat celeberrimus S. Bonauenturae textus qui habetur in 6. tom. in opusc. de contemplat. flore 5. vbi immaculata Conceptio disertissime proficitur. *ibid.* 704

**C**

*Cadaver.*

**I**n hypothesi, quod Christi corpus in triduo mortis combureretur, & redigeretur in cineres, an tunc diuinum Verbum cineribus unitum maneret? sub dubio esse. 224.21  
Permissio quod in tali hypothesi verbum cineribus illis esset unitum, adhuc non inferretur, Verbum absolute posse vniri hypothesice naturae irrationali. *ibid.*

*Caetanus.*

Iure reiciendus Caetanus, qui cum admittat feminam verum semen, & prolificum emitte-  
tere, negat illam, effectiue concurrere ad formandum foetum. 127.717  
Caetanus opusc. de Concept. c. 5. §. nouae autem reuelationes, respondet reuelationi S. Brigittae, quae habetur lib. 6. c. 49. parum modeste, sed acriter eius responsio à Recentibus castigatur. 348.652  
Sinistre Caeteranum loquutum, dum asseruit, nullum Sanctorum aut illustrium virorum asseruisse Conceptionem Deiparae fuisse immaculatam. 363.718  
Caeteranum admonuisse Thomistas dandas esse duas Redemptiones, liberatiuam seu sanatiuam vnam, & praeseruatiuam aliam. 371.74 3prope medium.

*Calendarium.*

Calendarium Syrorum æquiocationem abstulit, & rem de immaculato conceptu dirimit, & addit, Conceptionem Annæ iustae in Maria, ostendens non celebrari Conceptionem passiuam, sed actiuam Annæ, & passiuam immaculatam Mariæ. 375.752

*Cano.*

Pater Cano plura inferuit parum veritati consona; dixit quotlib. 7. de locis cap. 3. p. 249. in princip. column. 2. nec Lateranense, nec Tridentinum Concilium definiisse Immaculatam Conceptionem, quia videlicet neutra sententia poterat tamquam dogma catholicum approbari. 546.401.  
Dixit ibidem Cano, Basiliense Concilium errasse dum alteram partem definiuit, & consonam iudicauit fidei Catholicæ. *ibid.*

*Canonicatio.*

Canonicationem nihil aliud esse, quam publicum iudicium & publicam sententiam, qua Romana Ecclesia aliquid esse sanctum & veneratione dignum praefigit. *ibid.* 399  
Veritas piissimae Conceptionis nondum est, ab Ecclesia Canonizata. *ibid.*

*Caro.*

Carnem à Verbo assumptam esse veram carnem & à Maria sanctiss. acceptam in Anathematisimo 2. & 3. Cyrilli approbatis in Chalcedonensi, & in aliis Conciliis. 3.12  
Carnem esse capacem sanctitatis corporeæ. 227.44. *ibid.*emque ostenditur, Christi carnem esse sanctam in triduo mortis.  
Ex eo enim quod caro incapax sit sanctitatis ab habituali gratia prouenientis non inferitur, illam incapacem esse sanctitatis. 228.46  
Ostenditur ibidem quod licet caro esse nequeat subiectum inhaesionis gratiae habitualis, non tamen repugnat esse subiectum denominationis sanctitatis per illam communicatæ.

*Caracter.*

Caracter Sacramentalis in sententia illorum, qui affirmant ad transubstantiationem concurrere efficienter, non est virtus vniuersalis, sed ad vnam specificam actionem praefixa. 159.883  
Caracter ordinis est virtus effectiua transubstantiationis, aut ratio formalis, qua constituitur Sacerdos potens producere corpus Christi Domini in Eucharistia. 163.903.

*Carbunculus.*

Carbunculus nomenclaturam ab ardenti, & ignita pruna infumit mirabileque Incarnationis Symbolum. 3. 13. & *ibid.*em assignatur carbunculi miranda proprietates, lucet enim in tenebris.

*Charitas.*

Charitas participat formaliter amorem diuinum, quod non sufficere vt aeternitatem efflagitet ex se nisi ratione status. 84.474. prope finem.

*Captiuitas.*

Captiuitas hominum inuoluit esse sub Diabolico iure, quod in nos acquisiuit Dæmon, ratione peccati ab hominibus patriati. 390.811

*Cassaneus.*

Cassaneus deceptum fuisse dum de militari bus ordinibus edisserens asseruit, crucem, qua habitibus Religiosi nostri appingunt, esse atram, aut nigram in signum tristitiae captiuitatis Christi fidelium. 348.653

*Causa.*

Regulam esse praefixam, quod quando causa de se est imposita producere effectum nunquam cum efficiet, nisi eius virtus augmentum admittat intra propriam lineam, si tamen talis operatio sit extra lineam naturalem, solum desiderabitur, virtutem causae roborari. 32.170  
Ex eo, quod partialis causa definiatur penes hoc, quod, vt operetur, aliam exigat virtutem sibi comitem, fieret, nullam creaturam esse causam totalem alicuius effectus productiuam. 165.916  
Causam partialem talis debere esse naturam, vt ab effectu denominari valeat, quamuis ab eodem effectu denominationem alia causa partialis hauriat. 170.941  
Frequenter aliquos partiales causas appellare, quae verè in suo genere totales, & adæquatæ extant. 174.951  
Causa

Causa principalis ab instrumentali differt, quod illa vt quod germinat effectum, cuius vltima ratio tali causae correspondet. instrumentalis, cuius actio propter causam principalem praecise cupitur. 180.981

Ostenditur nullam causalitatem efficientem lumen gloriae erga intellectum, vel hunc erga illum exercere, sed solum materialem, & formalem. 181.982

Ostenditur in actibus supernaturalibus neutram virtutem, siue naturalem, siue supernaturalem esse causam principalem, sed vtramque esse rationem agendi; causam vero principalem esse quemcunque iustum. *ib.* 984

Virtutem illam naturalem, & supernaturalem proprie censendas non esse causam instrumentalem Dei, sed intellectualis creaturae substantiae, tamen vulgus in contrarium sit frequens. *ibid.* 986

In ordine ad generationem Christi neutra virtutum naturalis scilicet, & supernaturalis censenda est principalis causa, sed vtra est ratio agendi, seu instrumentum; causa vero principalis est sacra Deipara. *ibid.* 984

Reiicitur Ripalda distinguens in rationali natura rationem causae efficientis, rationem causae vitalis, & rationem causae liberae. 182.988.

Tamen quilibet actus vitalis immediatè in suis potentiis subiectetur, non exinde fit, illas esse principales causas illius. 183.993

Ostenditur, aliud esse effectum procedere efficienter ab aliqua causa, & aliud causam hanc esse principalem respectu illius. *ibid.* 995

Ostenditur, implicare contradictionem; quod causa vitalis sumatur à Deo ad vitaliter influendum, tanquam instrumentum. *ibid.* 995

Deus qui est causa principalis sanctitatis corporeae carnis Marianae, mediate gratiam, & alia dona superna in Virgine producit. 470.104.

Sanctitas corporea Maternitatis potest cense-  
ri causa principalis gratiae habitualis. *ibid.* prope medium.

Ex eo, quod sanctitati corporeae ascribatur ratio causae principalis respectu gratiae, non exinde inferitur, illam iudicandam causam respectu actuum vitalium. 471.106

*Caelum.*

Caelum insigne vocatur Maria, è cuius nomenclatura eius immunitas commendatur, & esse primum opus Dei, sicut materiae caelum apud Genes. opus primum Dei recolitur. 307.530

Caelum empireum à sanctis Patribus Maria sanctissima appellatur, & exinde mirifice Virginitatis immunitas protegitur, quippe empireum dicitur. non quia ardens, sicut ignis, sed quia lucidissimum lucem primam in claritate deinceps nullis sicut illa, tenebris obnoxium. 308.531

Forma caelorum ex se concreari non petunt. 110.621

*Cyprianus.*

Sanctus Cyprianus de Cardinalibus Christi operibus sermone de Natiuitate expressis verbis Mariam ab originali culpa liberam euulgar, quippe vt eam à communibus pariendi ærumnis exemptam praedicet, recurrit ad purissimam Conceptionem eius. 376.756. Et ibi refellitur interpretatio cuiusdam Cisterciensis.

*Cognitio.*

Mariam sanctissimam ante Angeli annunciationem minime cognouisse se futuram Dei genitricem, & Matrem. 200.1073. Vbi ex ipsa salutatione Angelica talis veritas probatur.

Idipsum probatur ex illis verbis: & ecce Elizabeth, &c. *ibid.* 1075. Et ex historia Euangelica. *ibid.* 1076

Nec contrarium inferitur ex eo, quod lingua Hebraea esset Virgini nota, quippe talis notitia potius in Virginem ingentem confusionem pareret, quam suae Maternitatis cognitionem certam. 202.1078

Nec ex eo, quod Maria sanctissima, à primò instanti Conceptionis suae Deum vidisset inferri valet illam futuram esse Dei Matrem, quippe cognitio eorum ad statum beati spectantium non sequitur ad quamlibet visionem beatam. *ibid.* 1079

Ostenditur compati posse cum visione transeunti beata desiderium cognoscendi statum proprium. *ibid.* 1081

*Connexio.*

Ostenditur in Deipara sanctissima connexio cum Deo terminante naturam humanam tanquam suppositum, non ab similitudine, ac inter potentiam generatiuam humanam, & filium, qui ex illius virtute germinatur actu. 16.71

*Concurfus.*

Si Maria Virgo concursus virilem praestaret in generatione hominis Dei, non solum Matri Pater, sed absolute esset Pater Christi nuncupanda. 22.105

Si talis virilis concursus ascriberetur Mariæ sanctissimae fieret Christum non esse de Spiritu sancto conceptus. 23.109

In hypothesi, quod Maria sanctissima exerceret virilem concursus in Christi Conceptionem, fieret, Virginem in casu possibili posse esse Matrem cuiusque hominis, & etiam Christi ex alia nascentis foemina. Ponenitur casus, & eius possibilitas ostenditur. *ibid.* 109

Permissio tali concursu virili in Maria sanctissima respectu Christi Conceptionis fieret, Virginem duplici relatione ad filium referri, necnon Christum ad Mariam duplici relatione ordinari; & rursus Christum in generatione humana, non solum Patrem æternum respicere tanquam Patrem. *ibid.* 112. Vide Patri-Mater.

*Conceptio Christi.*

Conceptio Christi naturam, non voluntatem sequitur. 27.137

Conceptionem Corporis Christi esse peractam cum organizatione subita, & instantaneè absoluta supponitur. 107.234

Conceptio Christi à Conceptione Mariæ dif- fert, quod illa fuit immunis ab originali ex natura substantiali diuina, non hæc. 368.

733

Ex eo quod conceptio Christi fuerit in instan- ti formata, infertur Virginis Conceptionem quoad factum in instanti minimè fuisse per- actam. 263. 237

Conceptio varias subit acceptiones. ibidem. 240

*Conceptio Mariæ.*

Mariam sanctissimam modo naturali fuisse conceptam, & taliter ex viro, & fœmina, nêpe & Ioachimo, & Anna genitam, vt con- ceptio illius non fuerit de Spiritu sancto, si- cut Christi Conceptio. 259. 220

Conceptio sacræ Deiparæ, extraordinaria ex obedientiæ, & charitatis motiuo imperata. ibid. 221

Si purissima Mariæ non esset Conceptio, nec crederetur Deus, qui conceptum suæ Matris purissimum posset efficere, & negligeret de illius puritate curam habere. 260. 222

Ex eo quod si perseverasset Innocentiæ status, conceptus filiorum ex complexu carnali fie- ret sine libidinis æstu optimè infertur, conceptum Mariæ ex imperio supernatura- li charitatis architectatum fuisse. ibid. 223

Obedientiam, & præceptum interuenisse in conceptu Mariæ ex duplici testimonio San- ctæ Brigittæ. 261. 226. & 127

Conceptionem Mariæ esse sanctam seclusa gra- tia habituali. 265. 250

Conceptio Mariæ sanctissimæ habet aliquid miraculosum, & supernaturale, quod vt an- tecedit vnionem animæ ad corpus, vim ha- bet sanctificandi formaliter. ibid. cætera de Conceptione, Vide *Immunitas.*

*Confirmatio.*

Confirmatio in gratia impedimentum non po- nit ad meritum. 488. 164

Ex ablata potentia peccandi determinatos ma- nere confirmatos in gratia ad non peccan- dum. 482. 143

Necessitas hæc ad non peccandum in confir- matis in gratia minimè oritur ex præscien- tia conditionata, & negatione concursus generalis requisiti ad peccatum in esse phy- sico. 483. 144

Quomodo autem stante necessitate in confir- matis ad non peccandum cohareat eorum libertas ad merendum, expenditur. ibid. 146

Confirmatos in gratia non reddi impeccabiles per extinctionem fomitis, nec præcisè ex vi extrinsecæ prouidentia, sed ratione effe- ctuum, quos illa in confirmatis præ causat. 485. 151

*Conuersio.*

Conuerti nequit diuinitas in naturam aliam. 10. 48

Ostenditur in Incarnatione neutram naturam in aliam fuisse conuersam. 14. 66

*Compositio.*

Ex eo quod Christus habuerit corpus, & animam veram, sine scrupulo potest dici compositus ex tribus naturis, anima scilicet

corpore, & diuinitate. 18. 84

Probatur prædictam loquutionem non aduer- sari modo loquendi Patrum, sed conformari valde. ibid. 87. & ibi mens Damasceni ex- penditur.

*Corpus.*

Corpus Christi fuit in alio Virgineo sicut aliorum Paruulorum corpora in vteris sua- rum Matrum, vbi nulla penetratio talium corporum adest. 280. 323

*Creatio.*

Creatio est productio rei ex nihilo, non ita quod nihilum sit materia, ex qua aliquid fiat, sed quod terminus sit à quo receditur, recensatur. 107. 606

Maternitas Deiparæ, gratia habitualis, & habi- tus supernaturales viæ in prima sui produ- ctione moraliter creantur. 96. 599

Verum cum hoc compatitur, quod in poste- rioribus instantibus dum prædicti habitus supernaturales intenduntur, de potentia sub- iecti moraliter dicantur educi. ibid. 601

Prædicta recensita dona ex suis intrinsecis nec creari, nec concreari exigunt, atque adeo iuxta sua principia non sunt terminus gene- ralis creationis propriè dictæ. ibid. 603

Creationem propriè dictam esse solum rerum subsistentium ex sanctissimo Thom. suppo- nitur. ibid. 604

Creationem esse emanationem totius entis à causa vniuersalissima, quæ est Deus. ibid. 605

Fundamentalis Maternitatis dignitas, gratia habitualis, & alia superna dona verè edu- cuntur ex potentia obedientiali subiecti. 108

Vide *eductio.*  
Explicatur mens S. Thomæ, de creatione, vel concreatione gratiæ habitualis, &c. 109. & deinde.

*Credibilitas.*

Credibilitatem rei nihil aliud esse, quam illam esse dignam euidenter, vt prudenter creda- tur. 534. 355. Quamque credibilitatem prudentem habere ortum à multitudine motiuorum, rationum, &c. supponitur. ibid.

Mysterium esse credibile stat dupliciter, vel proximè, vel remotè. Illud dum informatur credibilitate sumpta ex diuina reuelatione, & Ecclesiæ sufficienti propositione. Illud quod nondum cecidit sub propositione Ec- clesiæ sufficienti. 535. 356

Alij diuidunt credibilitatem in quod, quam ma- teriale vocant, & in credibilitatem, vt quo, quam formalem appellant. ibid. in fine.

Conceptio Immaculata Deiparæ euidenter est credibilis fide diuina saltem remotè. ibid. 358

Probatur hæc remota credibilitas ex scripturæ testimoniis, quæ sunt primum credibilitatis caput. 536. 360

Secundum caput credibilitatis huius, quod est Conciliorum authoritas id ipsum munit. ibid. 361

Tertium caput huius credibilitatis, quo cen- sentur SS. PP. oracula, fauet. ibid. 362

Roboratur credibilitas Conceptionis puritatis à quarto credibilitatis capite, ex miraculis scilicet. 537. 364. 365

Quintum

Quintum caput ex popolorum, Regum, Anti- stitum, Academicarum consensu desumptum Conceptionis Immaculatae credibilitati suf- fragatur. 538. 366. & deinde.

Sextum caput, quod ortum habet ex perperua asseuerantium successione vetustate nutrita credibilitatem Conceptionis commendat. 540. 321. & deinde.

Credibilitas hæc Immaculatae Conceptionis ex consuetudine, & vsu celebrandi eius fe- stum deducitur. ibid. 376. & ex doctrina SS. DD. Thomæ, mirabiliter stabilitur. ibid.

Præscripta Conceptionis immaculatae credi- bilitas vrgentissima ratione communitur. 541. 380

*Christus.*

Propriissimam esse loquutionem hanc: *In Christo esse physice tres naturas.* 103. 581

Christum vim non potuisse habere physice ef- fectiuam gratiæ in Patribus antiquis, ne- que in Maria sanctissima in primo suæ con- ceptionis instanti intellecta. 159. 881

Christum Dominum non potuisse nasci ex Maria sanctissima opera viri eius integra- tem lædentis. 211. 1114. quippe exinde fieret filium non esse Deum: quodque pro- batur ex pluribus locis SS. PP. à num. 1115. vsque ad 1121

Similiter Christum non posse nasci opera viri, qui labe originali esset maculatus, vt de- scendens ab Adamo per naturalem propaga- tionem, probatur ratione Anselmi. 1122

Nec posse Christum nasci opera viri ex sacra Deipara, etiam si eius Virginitatem non læ- deret. Probatur ibid. num. 1123. necnon 1124. & 1126

Christus Dominus fuit mediator primorum Parentum in primo instanti creationis, quia illos ad Dei amicitiam, & filiationem intro- duxit, tametsi in illo instanti peccatores non essent. 389. 809

Munus mediatoris sibi non annectere essen- tialiter inimicos reconciliare. ibid.

Christum verè Redemptorem esse hominum, sed non in ea proprietate, qua tale munus ab hominibus exequitur. 390. 810

Supponitur ex fide Christum Dominum re- ipsa nunquam habuisse carnem, & san- guinem, quem ex Virgine Maria non haufe- rit. 407. 878

Si Christus decerneretur miraculosè viuens independenter à Matre tempore passionis, fieret, hunc numero Christum non solum posse considerari, sed etiam posse sic pro- uideri à Deo existentem in humana natura, quam ex Maria sanctissima mutatus non fuerit. ibid. 879

Christum semper miraculosè vixisse à veritate deuiat. 408. 882

Ex eo quod Christus statuatur miraculosè vi- uens independenter à Matre fieret, dandas esse duas adæquatas actiones ad Christum terminatas, quas renuit Bernal, qui est hu- ius dicendi modi author. ibid. 883

*Cumel.*

Reuerendissimus Cumel, parum modestè car- pitur ab Herice; & falso eum inconstan- tis calamij inuri nota circa constitutum

entis supernaturalis. 72. 396. vbi Cu- melis doctrinam à Clemente VIII. venera- tam esse reperies.

Perpetuum fuisse Reuerendissimum Patrem in asseuerando, ens supernaturale con- stitui non in respectu ad Deum, vt trinum, sed in participatione Dei, vt trini, ex qua participatione talem respectum pullulare. ibid. 397

Reuerendissimum Cumel, viam mediam ar- ripuisse inter sententias valde discrepantes circa modum concurrenti habitus superna- turales in actus supernos. 172. 950

**D**

*Damascenus.*

Damascenus libro 3. de fide orthodoxa cap. 20. asserens, Deum post consensum Virginis dedisse illi potentiam susceptiuam Verbi, & generatiuam, expenditur, ac si di- ceret, potentiam generandi Deum homi- nem in Virgine in generatione actuali ap- paruisse. 164. 906

*Damianus.*

Damiani verba eximia in laudem Mariæ san- ctissimæ afferuntur. 205. 1092

Ex quibus deducitur Mariam sanctissimam ex- cellentius esse vnitam verbo, ac cæteræ mundi res sint Deo copulatæ dempra hu- manitate Christi.

*Deus.*

Nomen Deus, vox dignitatis & Maiestatis præsumebatur à Transiluanis. 15. 65

Deum Metaphoricè, & per latissimam analo- giam dici orbis Patrem, & Matrem. 26. 29

Ex eo quod tribuendum sit Deo, quod per- fectissimum fuerit, falso deducebat Va- lentinus Gentilis carnem Christi, esse celli- tus allatam. 18. 79

Deum non posse nasci ex muliere corrupta. 59. 319

*Debitum.*

Debitum contrahendi peccatum originale ni- hil aliud recensetur, quam necessitas in Po- sterioribus illud habendi, vel priuationem iusti- tiæ ortam ex peccato primi parentis, si aliàs ab eo non præferuerentur. 289. 459

Debitum esse vinculum Ciuile, naturale & prætorium, quo necessitate carenti iustitia originali debita omnes Adami liberi ob- stringimur. ibid. 460

Debitum carenti iustitia non bene, sed impro- priissime confertur cum debito pecuniæ. ibid. 290. 464. & deinde.

Disparitas datur inter debitum contrahendi originale, & debitum soluendi pecunias. ibid. & 467

Iusti aliter sua opera supernaturalia Deo di- cuntur debere, ac in humanis debitor pecu- niarum creditori suo. 291. 469

Homines tam procul sunt à ratione propria debitorum, vt illos nullo modo Deus tan- quam creditor respiciat. ibid. 472. & ex- penditur mens Parabolæ illius Christi apud Matthæum.

Vide *necessitas.*

**Homines** habere debitum contrahendi originale inchoaram captiuitatem, & seruitutem inuoluerunt. 392. 814  
**An** Maria Virgo debitum originalis contraxerit? *ibid.*  
**Vide** *immunitas*.  
*Dignitas Matris.*  
**Maternalis** dignitas est forma sanctificans. 248. 172  
**Maternalem** dignitatem nihil aliud esse, quam virtutem supernaturalem Deiparae ad generandum hominem Deum, *ibid.* 173  
**Vide** *Maternitas*.  
**Ostenditur** dignitatem hanc esse summam coniunctionem cum Deo dempta vnione hypostatica. 249. 176  
**Ex** eo quod Maternitas Dei sit formalis participatio diuinæ naturæ prout in Patre inuenitur, sanctitas illius commendatur. *ibid.* 177  
**Probat** Maternitatis dignitatem esse sanctificantem formam ex eo, quod Virgo Maria ratione talis dignitatis est adorabilis adoratione hyperdulæ. 251. 182  
**Prædictam** dignitatem esse perfectiorē formam sanctificantem, quā habitualē gratiā. 252. 187  
**Dignitas** hæc sanctitatis formalis corporeæ rationi in participare. *ibid.* 186  
**Talis** dignitas Mariæ SS. ius singulare ad singularem gloriam præstitit. 254. 190  
**Ostendit** auctor rem hanc, nouiter ab illo exagitatam esse, asseritque. *ibid.* 191. quod si Maria Virgo propriis meritis è vita decessisset, ex vi iuris, quod titulo huius dignitatis hæc sibi est, singularem gloriam per modum hereditatis lucraretur. *Probat.* SS. PP. & Tridentini oraculis *ibid.* 192  
**Probat** id ipsum ex peculiari filiatione in Maria respectu æterni Patris. *ibid.* 193  
*Diaphanum.*  
**Diaphano** lux est tota illuminandi ratio. 168. 928  
*Diffinitio.*  
**Iudicium** diffinitiuum PP. Basiliensis Concilij tamen importunum, quoad tempus ( seu ut alij dicunt intempestiuum ) de immaculato conceptu, tamen supponebat materiam istam de puritate conceptus esse remotè, aut proximè definibilem. 547. 403. *ibid.* ostenditur, iudicium antecedens, quo res definienda subit examen, diuerso die exequi ab eo, in quo res ipsa vltimate, vt fide credenda diffinitur.  
**Ostenditur** *ibidem* Pontificem plura Basiliensium placita reprobantem, nullo modo diffinitionem de immaculato conceptu ab illis peractam reprehendisse.  
**Piissimam** sententiam de puritate conceptus posse per sedem Apostolicam diffiniri, declarari toti Ecclesiæ fide diuina credendam. 547. 404  
**Eandem** sententiam esse proximè diffinibilem. 548. 406. quippe continentem infallibilem saltem virtualiter, & implicitè.  
**An** vero æquum sit, quod statim ab Ecclesia definatur? *Affirmat* auct. *ibid.* 407. ex proxima diffinibilitate alicuius rei optimè inferri illam ante actualem diffinitionem esse à Deo reuelatam, & de fide.

**Diffinitionem** Ecclesiæ aut Pontificis è Cathedra non esse reuelationem, sed necessario ab illa distingui. 550. 414. quippe diffinitionem Ecclesiæ non est Verbum Dei. *ibid.* 415  
**Ecclesiæ** diffinitionem distingui à Verbo Dei, quia à veracitate diuina differt. *ibid.*  
**Promissam** fuisse Ecclesiæ à Christo Domino peculiarem assistentiam Spiritus sancti in definiendis rebus fidei, ne Ecclesia errare possit in suis definitionibus. *ibid.* 417  
**Diffinitionem** Ecclesiæ non esse reuelationem, etiam illa, quæ prouenit ab actuali assistentia Spiritus sancti. 551. 419  
*Dispositio.*  
**Virtus** susceptiua in sacra Deipara ad Christi Domini generationem addere super potentiam obedientialem facultatem supernaturalem realiter distinctam quæ fuit illi ratio formalis suscipiendi Verbum diuinum. 185. 1003  
**Requiri** lumen gloriæ, vt dispositionem ad hoc, quod essentia diuina vniatur intellectui, vt species intelligibilis. 188. 1017  
**Probabiliter** defenditur, dari gratiam vnibilitatis, quæ sit dispositio humanitatis ad vnionem hypostaticam. 189. 1022  
**Gratia** habitualis non potuit subire vnionem dispositionis præparantis ad vnionem hypostaticam. *ibid.* 1025  
**Gratia** vnibilitatis, quæ est dispositio ad hypostaticam vnionem, ad ordinem hypostaticum spectat. 190. 1027  
**Gratiam** istam vnibilitatis dispositiuam ad vnionem hypostaticam esse geminam, vniam spiritualem, & aliam corpoream. *ibidem.* 1028. hæcque esse partiales dispositiones. *ibid.* 1030  
**Probabiliter** defendi potest aliquos gradus gratiæ habitualis tanquam præuias dispositiones antecedere vnionem hypostaticam, alios verò ad illam subsequi. *ibidem.* 1019  
**Iuxta** placitum istud concordantur duo difficultia loca SS. Thomæ. *ibid.*  
**Dispositio** illa, qua Virgo sanctissima Verbum diuinum suscepit, est idem realiter cum potentia actiua illius, quam habuit ad generationem Christi. *ibid.* 1031  
**Datur** disparitas, cur ad receptionem gratiæ habitualis nulla desideratur dispositio; bene tamen, vt essentia vniatur intellectui per modum speciei intelligibilis. 192. 1037  
**Potentiam** obedientialem Virgineæ carnis fuisse eleuatam præuia aliqua dispositione ad recipiendam dignitatem Dei genitricis. 193. 1044  
*Donum.*  
**Donum** perseverantiæ non est gratia secundum se. 481. 139  
**Donum** perseverantiæ præter gratiam habitualem, & dona supernaturalia, quæ conferuntur confirmatis in gratia aliquid aliud præter diuinam reuelationem de sua æterna salute addere. *ibid.* 140  
**Prædictum** donum consistere in singulari auxiliorum copia protegente, vt homo non peccet, siue auxilia hæc per longum tempus, siue

siue per breuissimum iusto conferantur. 482. 142  
**Donum** maternum infert Mariam sanctissimam esse gloriosissimam. 255. 197  
**An** dona supernaturalia educantur, vel non? *Vide* *eductio.*  
*Dotes.*  
**Dotes** corporis gloriosi non esse immediatas participationes formales Dei, vt est vnus & ternus, sed solum immediatas. 284. 444  
**Dotes** corporis gloriosi sunt corporeæ, & supernaturales; illud, quia ex natura rei ad corporis gloriam ordinantur, istud; quia ab anima supernaturaliter eleuata beatifica visione ortum habet. 222. 25  

**E**

*Ecclesia.*

**E**cclesia in cultu, quem Deo exhibet, nequit falsitatem subire. 543. 387  
**Ecclesiam** posse determinare aliquos dies, quos festos dicimus, in Venerationem Mariæ sanctissimæ, in quo pati errorem non potest. *ibid.* 388  
**Probabile** est, Ecclesiam iam determinasse sententiam piissimam de Conceptione, ita esse veram, vt à parte rei falsa esse nequeat; quodque saltem implicitè, & virtualiter est veritati consonum. 545. 396. & probatur ratione. *ibid.* 97  
**Si** vi talis determinationis piissima sententia virtualiter non euaderet, ita certa, vt à parte rei falsa esse non possit fieret, Ecclesiam exponere fideles periculo errandi in re grauissima. 546. 398  
**Quando** Ecclesia aliquid determinat, illud non incipit tunc esse de fide. 549. 412  
**Solum** ex vi determinationis Ecclesiæ obligatio credendi fidelibus accrescit. *ibid.* 411  
*Ezechiel.*  
**Ezechielis** 44. pronunciatum, nempe: *Porta hac clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Principi.* Singulari meditatione expenditur. 63. 348  
*Eductio.*  
**Formam** educi de potentia subiecti, nihil aliud esse, quam à subiecto tam quoad esse suum, quam quoad operari dependere, ita vt hoc desinente euanescat illa, & ipso consistente, & forma subsistat. 108. 611  
**Maternitatem** Mariæ gratiam habitualem, & alia supernaturalia dona de potentia subiecti, cui insunt, educi. 109. 612. *ibid.* que designatur subiectum, è cuius potentia obedientiali maternitas, & subiectum, è cuius obedientiali potentia gratia habitualis, & alia educantur dona superna. *ibid.* 613.  
**Probat** veritas talium educationum. *ibid.* 613. & ostenditur perfectionem maiorem, & minorem forma parum educationi illius prodesse, vel obesse.  
**Probat** talium educationum veritas ex edu-

ctione hypostaticæ vnionis ex potentia obedientiali humanitatis. *ibid.* 614  
**Tria** testimonia sanctissimi Doct. quibus prædictorum donorum educationes præmuntur, expenduntur. *ibid.* 615. & 110. 616. & 617.  
**Quia** supernaturalia accidentia continentur in potentia obedientiali subiecti arguitur in ipsis educibilitas ex illo. *ibid.* 618  
**Ostenditur** formas cælestes ex propriis essentialiter concreari minime exigere, ita vt in hypothesi, quod forma præiens cæli destrueretur, & aliam formam eiusdem speciei introducere Deus committeretur, prædicta forma tunc diceretur educi. *ibidem.* 621  
**Sententia** nostra de educatione istarum formarum edisserens nihil cum Pelagianismo habet commune. *ibid.* 622  
**Etiam** in hypothesi impossibili, quod gratia excitans, nempe illustratio, effectiue non dependeret à nobis, verè esset terminus educationis. 111. 623  
**Subiectum** formarum supernaturalium causalitatem in illas materialem non exercet, media aliqua virtute eleuante, ad illam enim exequendam sufficere potentiam obedientialem subiecti. *ibid.* 625  
**Etiam** si virtus illa superna data Mariæ sanctissimæ ad generationem Christi, illi fuisset collata in primo instanti suæ productionis, adhuc non posset dici concreata. 112. 631  
**Forma** organica corporis Christi educationis propriæ fuit terminus. 124. 697  
*Egydius Lusitanus.*  
**Temere**, & sine fundamento efficaci Egydius Lusitanus sententiam docentem Mariam sanctissimam nullo modo in Adamo peccasse, esse erroneam, & hæreticam pluries repetiit. 420. 846  
**Inter** liberatiuam, & præseruatiuam redemptionem aliam Egydius inuenit mediā, quæ partim liberatiua, & præseruatiua partim existimeretur, quaque liberetur quis à culpa, quam in alio commisit, in se tamen non contraxit eam. 371. 744  
*Electio.*  
**In** sententia Authois negantis pluralitatem actuum decretorum Dei, & successionem prioris, & posterioris nequit verificari, Mariam sanctissimam prius fuisse electam ad Dei Maternitatem, quam ad gratiam & gloriam. 518. 295  
**Etiam** stante sententia ista potest verificari electionem ad gratiam ex parte obiecti fuisse propter electionem ad gloriam. *ibidem.* 296  
**In** hypothesi, quod inter diuina decreta successio admittatur, Virgo sanctissima fuit electa ad Maternitatem Dei ante præuisionem meritorum, quæ Maria sanctissima exercuit. 519. 299  
**In** eadem hypothesi electio Mariæ ad Maternitatem prior fuisset electione eiusdem ad gratiam, & gloriam; & probatur ex causali communiter admissa, Mariam scilicet fuisse electam ad tantam gratiam, & gloriam

Sanctorum omnium gratiam, & gloriam superantem, quia ad maternitatem fuit electa. 519. 300  
 Electio Mariæ sanctissimæ ad gloriam ordine rationis fuit prior absoluta merito- rum Virginis præuisione. 520. 302. & probatur ex mente Sanctorum Patrum August. & Thoma; ibid. 304. & 521. 305. & ratione probatur. ibid. 306  
 In hypothesi, quod gloria rationem finis soltiatur, & merita vim habeant mediorum condoncentium ad ipsam gloriam, nec de potentia absoluta posset Deus eligere Mariam ad gloriam ex præuisione absoluta merito- rum Virginis. 522. 310  
 Probatur ratione Sanctissimi Doctoris ex im- plicantia, quod volitio efficax finis ad electionem meritorum subsequatur. ibi- dem.  
 Vaqueio respondenti ibid. 311. occurritur ibid. 312 & 313  
 VVandigno respondenti ibid. 314. occurritur ibid. & 523. 315  
 Lessius responderet. ibid. 316. & replicat. deinde.  
 Probatur idem assertum ex dono perseueran- tiæ finalis electis solum concessi. 524. 321  
 Argumenta desumpta ex libertate, quam ele- ctionem efficacem ante præuisa merita tol- lere præsumunt, respondentur, & simul re- torquentur. 526. 327. & deinde.  
 Electionem efficacem absolutam libertatem non demere. ibid. 329  
 Asserta Herice ad electionem spectantia exa- minantur. 528. 332. & 333  
 Iterum argumenta Herice in destructionem libertatis directa in ipsum Herice retor- quentur. 529. 336. & deinde.  
 Non bene intelligitur quid sit electio forma- liter inefficax, & efficax virtualiter. 530. 338. & deinceps.  
 Argumenta facta contra electionem efficacem eadem esse cum his, quæ Massilienses con- tra Augustinum fecerant. 532. 345  
*Eleuatio.*  
 Mariam sanctissimam, vt hominem Deum gi- gneret, fuisse supra naturam propriam eleuatam. 28. 147. & talis leuatio mu- nitur Sanctorum Patrum oraculis. ibidem. 148. vsque ad 160  
 Probatur prædicta eleuatio ex causalitate ex- cedente vim natiuam Mariæ, quam exercet in generatione Christi. 131. 168  
 Id ipsum probatur ex maiori distantia, quæ interuenit inter Deum, & eius potentiam generatiuam, si creata sit, ac quæ inuenitur inter intellectum creatum, & Deum in ra- tione obiecti. 32. 173  
 Etiam de potentia absoluta non potuisse Ma- riam reddi potentem Deum hominem ge- nerare media eleuatione per auxilium ex- trinsecum facta. 36. 194  
 Repugnare auxilium extrinsecum quouis mo- do ab authoribus suis explicetur, quin se- cum ferat auxilium intrinsecum, quo Maria sanctissima intrinsecè eleuetur ad genera- dum hominem Deum. ibid. 195

Si enim posset potentia naturalis creata ele- uari ad Deum videndum per auxilium ex- trinsecum, maxime, quia supernatura- lis virtus non iudicaretur tota, & integra ratio supernaturaliter agendi. Quod est fal- sum. 37. 201  
 Explicatur sententia docens eleuationem contingere posse per extrinsecum auxilium. ibid. 203  
 Decretum de applicatione omnipotentia ad naturalem potentiam, & vberiolem il- lum concursum, simul cum quo comple- tur illud auxilium extrinsecum esse im- potens eleuare potentiam ad causalita- tem propriam naturam excedentem. 38. 105. vsque ad 213  
 Duobus testimoniis Sanctissimi Thomæ, qui- bus munit auxilium extrinsecum Ripalda satisfi. 41. 224  
 Examinatur mens S. Augustini pro auxilio in- hærente. 42. 229  
 In hypothesi quod intellectus, & lumen glo- riæ sine reali coniunctione in eodem loco penetrarentur, nullo modo per illud in- tellectus eleuaretur ad visionem producen- dam. ibid. 231  
 Disparitas datur, cur vnio diuinæ essentia per modum speciei sufficiat intellectu ele- uare ad visionem, & assistentia omnipo- tentia eleuare nihil sit impos. 43. 233  
 Illustrationes, & diuinas inspirationes ortum habere ab auxiliis intrinsecis potentias ele- uantibus. ibid. 236  
 Simplicem complacentiam in bonitate diui- na elicitam à peccatore ab auxilio intrinse- co eleuante procedere. 44. 237  
 Illud autem quod alterum eleuat respectu eleuati causalitatem efficientem exercet. ibid. 240  
 Semel concesso filiationem æternam ex vi pe- culiaris decreti posse eleuari ad opetandum ad extra, nec esse est, concedere illi obedi- talem potentiam ad essentiam diuinam, & omnipotentiam illam eleuantes. Quod re- pugnat. &c. ibid. 241  
 Si enim admittatur personalitatem diuinam esse eleuabilem ad intra, fieret, Perso- nas diuinas posse æqualitatem amittere. 45. 242  
 Ex eleuabilitate vnus Personæ sequitur, pos- se affirmari, solum diuinum Verbum effe- ctive influxisse in Incarnationis mysterium. ibid. 245  
 Terminus intrinsecus eleuationis Mariæ ad ge- nerandum hominem Deum est virtus ali- qua physica, & realis per se ordinata ad ho- minem Deum generandum. 47. 253  
 Probatur quinque SS. PP. testimoniis. ibid. 255. vsque ad 267  
 Virtutem hanc physicam duo munera subire, & disponere Mariam ad suscipiendum ho- minem Deum; & physicè influere in illius generationem. 51. 275  
 Causam materialem eleuabilem esse iuxta ve- riora principia. ibid. 276  
 In Christi conceptione plura repetiti virtutem eleuantem potentiam generatiuam Mariæ expositantia. ib. 279

Emanatio

*Emanatio.*  
 Emanationem esse veram, & propriam actio- nem præcipue cum à prima substantia pro- ductione separatur, quidam probabiliter suspicantur. 467. 90. Secundum alios emanatio fluxus proprietatum ab essentia purè simplex nominatur. Cum hoc com- ponunt, esse veram actionem prædictum fluxum, sed directè ad ipsum generans es- sentiam reductam, & indirectè substantia productæ correspondens. ibidem.  
 Emanatio optimè expenditur per hoc; quod scilicet, sit fluxus supponens veram actio- nem, vel inuoluens illam, ad quam passio- nes immediatè essentiam consequuntur. 468. 93  
 Explicatur quid sit essentiam, seu naturam esse radicem, & proprietatum causam. 467. 92. & potissimè. 468. 94  
 A gratia Maternali, prout intelligitur ante ani- mationem carni Deiparæ infusa, physicè non emanauerunt gratia habitualis, cæ- teræque supernaturales virtutes, tametsi illa istas ex natura rei depostulare. 469. 96  
 Cum his cohæret, posse dici gratiam habitua- lem cæterasque virtutes à Maternali gratia physicè emanauisse, non absimiliter ac in- tellectus, & voluntas, proprietates ab es- sentia dicuntur media emanatione oriri. ibid. 97. & 98  
 Probatur prædicta emanatio gratiæ & ex eo, quod non repugnat Maternitati, & ex eo, quod physicam dignitatem Deiparæ illu- stre. 470. 102  
 Spiritualitatem gratiæ, & cæterorum donorum non impedire emanationem illorum à re corporea, qualis est maternalis gratia. ibid. 104  
 Ex eo quod corporea sanctitas & sit, princi- pium emanationis gratiæ habitualis, & alio- rum donorum, non bene deducitur, illam posse esse principium actuum supernatura- lium vitalium. 471. 106  
*Ephesina Synodus.*  
 Ephesina Synodus monet, vnionem Verbi di- uini cum humanitate factam fuisse in eo- dem instanti, & momento, quo perfectè fuit formata in vtero Virginis. 12. 53  
 Ephesina non primum nomen hoc, *theothocos*, Virgini ascripsit, sed ex Patribus accepit. 11. 51  
*Epiphanius.*  
 Explicatur sancti Epiphaniij pronunciatum de Virgine, quam gloriæ radicem appellauit. 255. 198  
*Æternitas.*  
 Vt perpetuitatem in Virginitate Virginis san- ctus Ildesonus commendaret, ei æternita- tem versus incorruptionem ascripsit. 58. 317  
*Eua.*  
 Euam gratiam sanctificantem habuisse origi- nalem medijs actibus propriis, quibus ad il- lam preparata fuit. 281. 428  
 In hypothesi, quod peccaret Adamus, si vero non laboretur personaliter Eua, hæc origi- nalem iustitiam non amitteret, nec Adami peccatum contraheret. ibid. 427

Probatur ex iniuria, quæ irrogaretur Eua, vi quæ proprijs actibus acqulitum possideret, ex voluntate alterius, in qua tunc voluntas Eua non contineretur, amitteret. ibid. 429  
 Id ipsum ex paritate de Adamo non peccantem etsi peccaret Eua, ille iustitiam originale non amitteret; munitur. ibid. 430  
 Caro Eua non ex carne Adæ, sed ex eius costa traxit ortum; & ideo peccante illo si per- sonaliter Eua non delinqueret, iustitia origi- nali hæc minime orbaretur. 282. 431  
 Sicut Adam independenter ab Eua origina- lem iustitiam obtinuit, ita Eua indepen- denter ab Adamo illam infusam habuit. ibid. 432  
 Eua non solum ablata fuit originalis iustitia post fructus esum, sed ante illum, dum pri- mum habuit voluntatem illum comedendi. ibid. 435  
 Euam non statim post fructum esum erubuisse cum nuda ad virum suum accessit. ibid.

*Euthiches.*

Euthichetis error eo connitebatur, quod ante vnionem in Christo duas naturas admitteret, post vnionem vero vniam ex illis natu- ram coalitam resultasse. 10. 46

*Euthymius.*

Euthymius expressè profiteretur, Virginis po- tentiam diuinitus eleuatam fuisse ad Dei generationem. 29. 153

F

*Fœcunditas.*

**A** Ntecedenter ad Trinitatem formalem Personarum extat fœcunditas absolu- ta ad intra, vi cuius natura diuina esse in tribus Personis essentialiter petit. 70. 388  
 Ex infinitate essentia Dei ante relationes constituti negatio sterilitatis colligitur in essentia. ibid. 389  
 Fœcunditas ad intra supernaturalitatis est ra- dix. 81. Vbi ostenditur, quod licet fœcunditas conueniat Deo, vt vnus, annectit sibi essentialiter ordinem ad pro- ceSSIONES.  
 Sicut repugnantia non datur in participan- do formaliter lumine diuino, visione bea- ta, & beatifica fruitione, ita non im- plicat, fœcunditatem diuinam, prout in Patre æterno inuenitur quatenus princi- pium est generationis filij, à pura creatura participari. 83. 463  
 Ostenditur fœcunditatem Paternam ad Deum generandum nullam repugnantiam habe- re cum conceptu finito creaturæ. Vel quia talis fœcunditas expressè actum purum non dicit, nec ens independens, vel per- fectionem Abyssum. ibid. 464  
 Mariæ sanctissimæ de facto communicatam fœcunditatem ad generandum substantiali- ter Deum, & hominem. ibid. 465

Fœcunditatem illam prout in Patre esse supremam perfectionem in diuinis, & ratione illius Deum creaturam excedere, impedimentum non esse, ut à creatura sui participabilis. *ibid.* 467

Ex eo, quod naturalibus potentis generatiuis fœcunditas paterna communicetur, optimè deducitur, fœcunditatem paternam non inuoluere secum quidquam repugnans participabilitati illius à pura creatura. *ibid.* 468

Licet ad intra sit fœcunditas generatiua incommunicabilis, tamen accidentaliter saltem Virgini sanctissimæ fuit communicata. 84. 470

Fœcunditas generatiua Patris communicabilis est creaturæ non ad generandum Deum, ut in propria natura, sed ut in aliena natura subsistentem. *ibid.* 472. prope finem.

Fœcunditatem diuinam à creatura minimè esse participabilem secundum omnem excellentiam, quæ in illa reperitur. *ibidem.* 474

*Fœmina.*

Fœminam efficienter influere in generationem, formationem, & organizationem fœtus. 116. 651

Probat ex emissionem prolifici seminis, quod in generationem effudit fœmina. *ibidem.* 654

Fœmina & mas comparantur ad fœtum, ut ad subiectum passiuum taliter, quod tria hæc supposita distinguantur, mas scilicet, fœmina, & fœtus. *ibid.* 655

Stante aſſiuitate maris compatitur fœminam influxum effectiuum in fœtus generationem præstare. *ibid.* 656

Probat influxus fœmineus effectiuus ex eo, quod organa fœminæ sunt eiusdem rationis cum organis viri. 117. 659

Ostenditur, cur concessio influxu effectiuo in fœmina non sit dabilis casus, in quo sola fœmina fœtum generare possit. 118. 660

& ibi aduertitur, utrumque parentem esse causas parciales essentialiter desideratas ad prolis generationem.

Fœminam immediatius, quam marem concurrere ad fœtus organizationem. *ibid.* 664

*Fœstum.*

Fœstum Dominicæ Incarnationis tria sibi in Hispania nomina arrogasse. Primum, fœstuitas Virginitatis. Secundum, fœstum Annunciationis. Tertium, fœstum Incarnationis Verbi diuini, nunquam vero fœstum Immaculatæ Conceptionis fuit solitum vocari. 380. 768

Fœstum in cultum purissimæ Conceptionis ab Ecclesia statutum magnum esse argumentum Deiparæ puritatis. 539. 383

*Fœtus.*

Fœtum vinculis variis alligari, & vniri matri. *ibid.* numerantur ligamina, quibus fœtus Matræ adhæret.

Fœtum habere rationem passiuam in ipsius generatione. 117. 658. *ibidem* ostenditur, formatam organicam educi de potentia passiuam fœtus.

*Fides.*

Fidem diuinam lumen diuinum participare secundum certitudinem, & non secundum claritatem. 84. 474. prope finem.

Vide *propositio.*

*Filiatio, & Filium.*

Triplicem Filiationem dari: naturalem, quæ Verbum diuinum dicitur, & est filius substantialis. Secundam, accidentalem, quæ Angeli, & iusti homines dicuntur Dei filij. Tertiam, quæ illa Persona dicitur filia, quia recipit singulari modo naturam diuinam à Patre, taliter, quod terminus illius generationis sit substantia. 91. 504. & 250.

Prædicta hæc tertia filiatio Maria sanctissima dicitur Patris æterni Filia. 300. 505

Vide *Maria, Mater.*

Filij adoptiuum humani ab adoptiuum diuinum differunt, quod isti naturam intrinsecè habent participatam à Trinitate; illi naturam humanam extrinsecè, ab adoptante solum emendant. 259. 520. prope medium. Cætera de filiatio.

Vide *adoptio.*

Filio deberi Patris hæreditatem. 254. 193. Vnde *ibidem* colligitur, in Maternitate Virginitatis prout dicitur peculiaris filiatiois Patris conceptum, necessario fundari vis ad Patris æterni hæreditatem. *ibid.* 193

*Flammus Dexter.*

Flammus Dexter antiquissimus, & eruditissimus vir; hæc habet, ut Conceptum Virginitatis purissimæ suadeat, à Jacobi prædicatione celebratur in Hispania festum Immaculatæ, & libatæ Virginitatis Dei genitricis Mariæ. 374. 749. Sed ad huius testimonij enodationem: Vide *Franciscus Viuarius.*

*Fomes.*

Fomes definitur ex Sanctissimo Thoma, est inordinata concupiscentia sensibilis appetitus, habitualis tamen, quia actualis concupiscentia est motus peccati. 446. 13. prope finem.

Fomitem peccati, aut concupiscentiam contentam non esse vnica forma, sed secum necessario afferre eunctas hominis potentias procliuas ad iustitiæ originalis ablationem ratione primi peccati Adami. 447. 18

Probat ex eo quod conformitas, quæ portio superior, & inferior in statu Innocentiæ florebant, vnica & indiuisa forma non erat. 448. 19

Fomitem peccati non esse morbidam quandam qualitatem ex originali peccato nobis aduentam. *ibid.* 20

Nec fomitem esse formaliter inclinationem naturalem, & habitualement appetitus sensitui prout tendentis absolute ad bonum sensibile. *ibidem.* 21. & probatur *ibidem*, ex tendentia ad malum, ad quod fomes peccati propendet.

Fomitem peccati consistere in appetitu sensitiuo, ut inuolente inclinationem habitualement ad sensibile bonum præter aut

contra rectam rationem, ex ablatione originalis iustitiæ in nobis existentem. 449.

Probat ex eo, quod fomes peccati sit quoddam vitium naturæ in nostra carne ex peccato originali relicto. *ibid.* 24

In baptizatis manere peccati fomitem Tridentinum docet. 549. 26

Fomitem peccati extingui importat, non quod sensituius appetitus euaneat, sed quod inclinatio illa in bonum contra rationem virtutis causæ, siue intrinsecæ, siue extrinsecæ in totum pereat. *ibid.* 27

Ligari, verò fomitem sonat, inordinatos motus ab appetitu profilientes nunquam oriri. *ibid.* 28

Fomitem in via ligari posse, num. 28. similiter posse fomitem peccati, funditus extingui. 451. 29. Quodque probatur auctoritate sanctorum Patrum. *ibid.* 30. Et ratione efficaci. 452. 32

In Maria sanctissima ratione supernæ illius virtutis, qua genuit Christum fomes non extitit, qui ligari aut extingui posset. *ibid.* 35

Semel admissio peccati fomitem in Maria fieret, illam aliquando non fuisse dignam quæ Christum conciperet. 453. 38

Si aliquando fomes in Maria esset extinguentis, oportunitas eius extinctio concederetur, tempore antecedenti ad incarnationem, quam post illam. 454. 39. Et probatur. *ibid.*

Si in Virgine concedenda esset rebellio appetitus cum ratione, ut incrementum gratiæ sibi acquireret, fieret, fomitem in Virgine fuisse solum, cum rebellio actualis non sit, nisi motus exurgant inordinati. *ibidem.*

In hypothesi, quod repellendus sit à Virgine, fomes in actu secundo, negandus est illi fomitem in actu primo. *ibid.* 41

Ex eo, quod Maria præseruata fuerit ab originali, & non ab illo mundata, optime inferitur, ipsam præseruatam fuisse à fomitem peccati. *ibid.* 43

Radix, ex qua fomes formalissimè sumptus auulsus est à Virgine, fuit virtus illa superna, qua Mater Dei in actu primo est constituta, annexendo sibi alteram qualitatem residentem in voluntate. 455. 45

Probat ex eo, quod ratione talis virtutis appetitus sensituius Mariæ plenissimè fuit rationi subiectus. *ibid.* 46

Deducitur fomitem post sanctificationem primam Mariæ nullo modo fuisse solum. 456. 47

Deducitur, nec in Maria fomitem ad fuisse quoad difficultatem, quam fomes affert, ad bonum. *ibid.* 49

Optime stare posse appetitum sensituium perferre quoad entitatem illatum, & inclinationem quæ in illo ad bonum inuenitur contra rationem, extingui, quippe imperfectiorem appetitus. 457. 43

Ex eo, quod passibilitas in Maria admittatur, non ideo admittendus est fomes in illa. 458. 56

Extinctionem fomitem in Maria ante incarnationem tam procul esse, ut Christi Domini derogaret dignitati, quinimo magnopere illustraret. *ibid.* 58

Tametsi nemo antecedenter ad Christum assequutus fuerit, corporis immortalitatem non arguitur dedecuisse Virginitatem antecedenter ad Christum fomitem extinctione floruisse. *ibid.* 58. prope finem.

Ex eo, quod de plenitudine sanctitatis carnis Christi ortum sumperit sanctitas carnis Mariæ, non bene arguitur, in Christo prius fuisse corpoream hanc sanctitatem. 459. 60

In Virgine admittendum fore fomitem ad virtutem plura SS. PP. oracula commendant. 460. 65

Fomitem hunc consistere non posse in virtute supernaturali, qua Virgo est in actu primo condita; nec in moralibus virtutibus Virginitatis sanctissimæ in gradu heroico per accedens infusus: probabiliter tamen defendi potest, fomitem hunc ad bonum constituisse in quodam habitu innominato appetitui inharrenti. *ibid.* 65

Deducitur, fomitem hunc ad bonum non posse statui in virtutibus superis heroice in voluntate Mariæ sanctissimæ inueniri. 461. 66

*Forma.*

Formarum diuersitas, quædam contrarium habent, aliæ carent illo: illarum subiectum solum in priuatione formæ sibi conuenientis malum, quod patitur, reponit, subiectum verò istarum duplex patitur malum, vnum, nempe carentiam formæ propriæ, aliud, scilicet formæ aduersariæ receptionem. 62. 336

Vide *Franciscus Viuarius.*

Franciscus Viuarius Carpentanus Mönachus Cisterciensis assertum Flavij deveci pro puritate Conceptionis, sedam commentitium autumavit, sed suspicari est ausus, totam Dexter historiam fuisse falsi grapham. Rursum adeo desipuit, ut assereret in libris Granatensibus Conceptionem Mariæ purissimam minime contineri, sed solum doctrinam illam (sic loquitur ipse) quæ Apostolis digna sit. 372. 744. & 377. 759

**G**

*Galatinus.*

Galatinus lib. 7. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 4. docuit, homines in Adam peccasse, nihil aliud esse, quam massam singulorum humanam fuisse originantem peccato infectam; Mariam verò ab illo exemptam, quia Deus particulam quandam illius massæ segregavit, quæm fœdari noluit, & ex illa Virginitatem formandam præfixit. 283. 438

*Generatio.*

Sicut in naturalibus generatio completa non est, quousque homo adsit subsistens, tametsi generans subsistentiam non causet; ita generatio Christi non aderit completa vsque

dum humanitas fuerit verbo copulata. 16.  
71  
Nullum generans est potens generare personam seipso antiquiorem media communicatione naturæ propriæ, quam possidet bene tamen generando aliquid, in quo illud antiquius subsistat. 17.76  
Mariam sanctissimam omnia munera exercuisse in generatione Christi, quæ in generatione filiorum cæteræ Matres exequi sunt solitæ. 20.94  
Supposita Virginis elevatione ad generationem Christi transcendentalem ordinem Virginem importare ad Spiritum sanctum, similem illi, quàm aliæ Matres imbunt ad virtutem actiuam virorum. 21.95  
Generatio Christi Domini non solum fuit expertis virilis materis, sed etiam vmbra illius, & nedum naturali modo decisa, sed alias à Deo creatæ, & in vtero infusa. ib.96  
Ad generationem concurrere contingit dupliciter, aut efficienter solum, aut efficienter, & materialiter simul. 22.106  
Mariam sanctissimam integrum effectuum concursum in Christi generationem non præstitisse. ib.107  
Duplex diuini Verbi generatio; diuina scilicet & humana; per illam Deus in propria, per secundam in aliena natura generatur, ad illam corporea virtus nihil, ad istam multum contulit. 56.304  
Generatio Christi absolute dicendam esse supernaturalem. ibidem. 307. prope medium.  
*Gloria.*  
Mariam sanctissimam ius speciali habere ad specialem gloriam ratione Maternalis gloriæ, & singularis filiationis illius respectu Patris. 254.192. & 193  
Gloriosissimum enim Virgini est, virilem influxum ab Spiritu sancto suppleri. 27.134  
Et permissio, quod Virgini maior fuisset gloria, virilem & fæmineum influxum in Christi generationem præstare, non exinde inferitur, de quo prædictum geminum influxum Virginem perhibuisse, sicut quod generosius esset Mariæ habere potestatem extra-facerdotalem transsubstantiandi panem in Christi Corpus non arguit de facto illi exhibitam. ibid.  
*Gratia excitans.*  
Gratiam excitantem esse illustrationes, & diuinas inspirationes à Deo intellectui, & voluntati infusas. 110.621  
Explicatur quid denotet gratiam excitantem pro illustratione acceptam à nobis sine nobis fieri. ibid.  
Vegæ sententiam docentem illustrationes, & inspirationes supernaturales nullo modo effici à nobis vitaliter operantibus. 111.623  
Expenditur Alvarez mens sinistra à Recentibus intellecta, ipse diserte profiretur auxilium supernum, quo intellectus ad illustrationes faciendas munitur à nobis efficienter produci. ibid.624

*Gratia habitualis.*  
Gratiam habitualement operatiuam non esse, sed mediis virtutibus supernis suas operationes elicere. 27.139  
Gratiam habitualement esse diuinæ naturæ participationem, etiam si in se accidens sit, & natura Dei substantia. 84.474. & 191.1035  
Gratia habitualis humanitati Christi collata non fuit illi adhibita animo reddendi illam adoptatam. 191.1034  
Gratiam habitualement quippe accidentalem in nuda potentia naturali subiectari. 192.1037  
Gratiam habitualement eminentia eximia vigere, & quali. 218.14  
Duplicem dari gratiam iuxta receptam opinionem, vnam absolute sanctificantem. Aliam iustificantem, illam peccatum non supponere, bene vero hanc. 387.796  
Non omnem gratiam supponere peccati existentiam in subiecto, cui infunditur. 389.806  
Gratiam quamlibet ex meritis Christi hominibus conferri. ibid.807  
Augmentum gratiæ vere hominem viuificare. ibid.808  
Quomodo defendi possit gratiam habitualement Mariæ in primo instanti sui conceptus datam, fuisse illi per modum naturæ collatam. 463.77  
Permissio quod inter substantiam Mariæ, vt Dei est Mater, & gratiam habitualement mediarer aliquis actus libere à Virgine elicitus, adhuc gratiæ infusio posset dici collatio per modum naturæ respectu Mariæ. ibidem.78  
Maria sanctissima media præparatione libera gratiam habitualement in suo primo Conceptu recepit. 464.80  
Probabile defenditur, gratiam Maternitatis, & gratiam habitualement Mariam sanctissimam per propriam dispositionem recepisse. ibidem.81  
Tamen si in Christo accipere gratiam sine dispositione maiorem perfectionem arguat, illam media dispositione propria Virginem recepisse, perfectionem maiorem in Mariam induxit. ibid.82  
Sanctificari Mariam per gratiam media dispositione nullam imperfectionem intulit in ipsa, quippe talis dispositio in eodem instanti fuit informata gratia. 465.84  
An & quomodo gratia habitualis physicè à gratia Maternitatis producat? Vide Emanatio.  
Mariæ sanctissimæ intensiorem, & perfectiorem gratiam in primo sui Conceptu fuisse præstitam, quàm Angelo supremo. 473.111  
Gratia Virginis consummata in intentione, & perfectione gradualem omnem Sanctorum, & Angelorum gratiam, nedum diuine, sed & collectiue mirum in modum superauit. ibid.112  
Nec ex eo, quod gratia Mariæ vsque ad finem suæ viæ in immensum creuerit, colligere

gere licet illam infinitudinis actu artigisse metas. ibid.113  
Incrementum gratiæ vsque ad finem vitæ in Mariâ sanctissimâ probatur. ibid.  
Hæc duo esse coherencia, & Deum gratiam omnium Sanctorum simul sumptam in vno Angelo, vel homine recipere posse, & talem Angelum intra creaturæ limites contineri. 474.115  
Immensitatem gratiæ, quæ Virgo floruit, probant numeri 116. & deinde.  
Perseuerantiam, & consistantiam in gratia contulit Deus Mariæ sanctissimæ. 477.126  
*Gratia Maternalis.*  
Vide Dignitas.  
*Gratia capitis.*  
Gratia capitis est sanctitas influens in personas sibi theologicè vitas per influxum tendentem ad supernaturalem earum bonum. 402.849. prope finem.  
Ex influxu quem Virgo physicè præstitit in sanctitatem Christi non infertur, illam fuisse fontem primum gratiæ, aut caput illius morale.  
*Granadus.*  
Magister Granadus affirmat sententiam piissimam de puritate Conceptus Mariani aliquando fuisse creditam fide diuina; vbi explicat, quomodo propositio vna in primitiua Ecclesia sufficienter posset fidelibus esse proposita; & in aliis ætatibus prædictam propositionem amittere valeat. 561.439  
**H**  
*Habitus.*  
Habitus supernaturales physicè produci à virtute, qua Maria sanctissima in actu primo potens generare Christum constituitur.  
Vide Emanatio.  
An educantur, vel non? Vide Eductio.  
*Hypostaticum Ordo.*  
Hypostaticus ordo in executione cæteris ordinibus est posterior. 275.299  
Adducitur discrimen illius à reliquis. ibid.  
Ea omnia quæ quouis modo ad mysterium incarnationis conducunt, spectant ad hypostaticum ordinem. ibid.298  
*Homo & Humanitas.*  
Si homo conciperetur ex Adamo per generationem, & Deus emanationem voluntatis ab animâ impediter, licet contraheret priuationem iustitiæ originalis non vero peccatum originale formalissime sumptum. 294.387  
Deducitur, quod in hypothese, quod Adamus non peccasset, & iustitiam originale non amitteret, Deusque in generatione vnus hominis emanationem voluntatis impediter, (quæ subiectum est in aliquorum sententia gratiæ cum charitate identificate) nullo modo contraheret iustitiam originale. 295.388

In hypothese, quod aliquis homo ex femine viri, & fæminæ inter se commixtis miraculose produceretur, quin actus generationis mediarer, homo ille peccatum originale non contraheret. 280.422  
In hypothese, quod homo à fæmina descendente per naturalem propagationem ab Adam, & ab homine miraculose producto originem traheret, peccatum originale non contraheret. ib.423  
In hypothese quod aliqua fæmina virtute diuina, & sine opera viri ex proprio semine generaret hominem, hic nullo modo originali labe inficeretur. ibidem. prope finem.  
Hominem in Adam peccasse, nec est illum originale peccatum contrahere, nec illius naturam originali iustitia in eo esse orbata. 285.445  
Examen subeunt propositiones istæ causales. Prima: Propterea gratiam originale homines amisimus, quia in Adamo peccauimus. Secunda: Propterea homines in Adamo peccauimus, quia in illo gratiam originale amisimus. ibid.447  
Hominem in Adam peccauisse, non est illos simul cum Adamo eandem inobedientiæ actionem fuisse operatos, taliter quod illa numero actio transgressiua ab ipsis simul cum Adamo fuisset elicita. ibid.448. & probatur exinde.  
Si homines in Adamo peccare esset eandem actionem ipsius illos elicere, sequeretur, nos propria, & non aliena voluntate peccasse. 286.452  
Egydio respondent. 287.453. Occurritur. ibidem.  
Homines igitur peccasse in Adamo, nihil esse aliud, quàm peccatum eius primum illis esse voluntarium, quippe supposita ratione principij physici, & vniuersalis, Deus primi parentis voluntati alligauit, & Posterorum voluntate coniunxit in illa actione, vt secundum prudentum æstimationem actionem illam à propria vniuersali que voluntate procedere præsumeretur. ibid.454. quodque exinde explicatur.  
Modus, quo homines debitum contrahendi originale peccatum, & ipsum. Vide Debitum.  
In hypothese in qua homo existens gratia præseruatus à contractione originalis productus, tamen per generationem iterum veta generatione produci, verè cum peccato originali nasceretur. 293.481  
Dirimitur controuersia: Cur Deum hominem primum sexta die rebus omnibus iam antea creatis produxerit, cum Princeps omnium animalium videretur futurus? 218.566  
Dirimitur questio: Cur scilicet homo plus debeat diligere uxorem, quàm Patrem & Matrem? 314.608  
Ex eo quod homo in Adamo peccasset. an nexa fuit illi inchoata captiuitas, & seruitus. 392.814  
Qui defendit Christi humanitatem esse instrumentum diuini Verbi ex sola vnione ad Verbum, illam docet esse permanentem constitutam in actu primo ratione prædictæ vnio

vnionis, in actu vero secundo ex applica-  
ne principalis agentis, nempe Dei rationem  
instrumenti sortitur. 163.902  
Inintelligibile esse humanitatem Christi ex  
propria rei natura exigere à Parentibus des-  
cendere, qui ab Adamo originem non tra-  
hant. 196.493  
Si humanitas Christi talem exigentiam habe-  
ret, etiam illi adscribenda esset exigentia  
procedendi à duobus Parentibus. 296.494

I

Identitas.

Identitas realis Prædicatorum non infert  
identitatem actionis per quam producantur  
286.349. quod probatur ex ministerio Tri-  
nitatis. ibid. 550. solutio huic data. 287.351.  
Occurritur. ibid.  
Probatur id ipsum ex almo Eucharistiæ Sacra-  
mento. ibid. 352  
Munitur hoc ipsum ex doctrina Recentiorum  
Thomistarum defendentium, Deum scilicet  
prædefinire materiale peccati non solum  
materialiter, sed & formaliter sumptum,  
nullo tamen modo formalem malitiam  
cum materiali ipso identificatam. 287.  
354  
Probarur hoc ipsum ex doctrina de claudica-  
tione tibiæ communiter recepta. 288.355

Immunitas.

Virginis conceptum fuisse ab originali immu-  
nem. 305.524  
Probatur immunitas hæc ex eo, quod Scriptu-  
ra sacra veritatem immunitatis huius ex-  
presse non referauerit ex ibid. vsque ad num.  
528  
Immunitas ista munitur ex primis verbis capi-  
tis primi lib. Geneseos: *In principio creauit  
Deus, &c.* à num. 529. vsque ad 538  
Ex eodem testimonio Angelorum Genesi, &  
calamo sapientiæ litterali immunitas hæc  
comprobatur à num. 539. vsque ad 551  
Hæc eadem immunitas roboratur ex speculo,  
quod sine macula Mariæ Salomon ascribit.  
313.548  
Immunitas ista ex illo Genesi 2. *Formauit sci-  
licet Dominus Deus, &c.* mirifice fulcitur à n.  
551. vsque ad 559  
Immunitatem hanc locus ille Genes. 3. *Multi-  
plicabo arumnas tuas, &c.* irradiat à num. 560.  
vsque ad 567  
Immunitas hæc ex loco Geneseos 1. *Spiritus  
Dei ferebatur super aquas, &c.* à num. 568. vs-  
que ad 578  
Expenditur talis textus ex Tertulliano. 570. &  
321. 571  
Hæc ipsa immunitas splendet ex illo textu  
Cantici Canticorum cap. 4. num. 5. 6. & 7.  
num. 572. Sed pro immunitate conceptus  
prædictus locus euehitur ex singulari ani-  
maduersione Authoris addendo sextum ver-  
sum ad septimum. 321. 573  
Ex augustissimo Mariæ nomine Matthæi pri-  
mo immunitas hæc annuntiat à num. 578.  
vsque ad 582. Vbi expenditur Margaritæ fi-

gura, & coloris, contextura. num. 562. &  
deinde.  
Ex versu primo Cantici illius, nempe *Magni-  
ficat, &c.* talis immunitas protegitur à num.  
587. vsque ad 589  
Immunitas eadem ex secundo versu: *Et exulta-  
uit Spiritus meus, &c.* arguitur à num. 590.  
vsque ad 394.  
Ex tertio versu: *Quia respexit, &c.* à num. 594.  
vsque ad 599. Vbi expenditur locus ille Psal-  
mi 44. *Omnis gloria, &c.* 330. 596. & ibidem  
num. 598. illusorium redditur argumentum  
illorum qui vt Mariæ darent materiam suæ  
humilitatis, illam sub peccato originali con-  
ceptam euulgauerunt.  
Eadem immunitas prædicatur ex versu 4. *Quia  
fecit mihi, &c.* à num. 600. vsque ad 605. &  
ex versu 5. *Misericordia eius, &c.* à num.  
606. vsque ad 609.  
Eandem immunitatem versus 6. *Fecit poten-  
tiam, &c.* à n. 610. vsque ad 612. ex versu 7.  
*Deposuit potentes, &c.* à num. 613. vsque ad  
616. & ex versu 8. *Esurientes impleuit, &c.* à  
num. 617. vsque ad 622. Necnon ex versu  
9. *Suscepit Israel, &c.* à num. 623. vsque ad  
628. Necnon ex versu 10. *Sicut locutus est,  
&c.* à num. 629. vsque ad 631. disertissime re-  
ferant.  
Ex Apostolis immunitas deducitur. 342. 631.  
vbi mens diui Iacobi ponderatur. 342. 632  
Ex Ecclesiæ autoritate decernente festum  
conceptionis immunitas prædicta colligitur.  
343. 634  
Siluio respondenti numero 635. occurritur  
ibid.  
Dubitationi Recentium ambigentium, quid  
nomine Conceptionis intelligeret Ecclesia,  
cum festum sub inuocatione Conceptionis  
præfixit? Respondetur explicatione Grego-  
rij decimi quinti, qui nomen sanctificationis  
relegandum præcepit, & retinendum solum  
Conceptionis nomen decreuit. ibidem.  
635  
Si immunitas hæc non subsisteret, duo absurda  
in Ecclesia verificarentur. Primum, Ecclesiam  
Deum orantem mentiri. Secundum, diu si-  
bi imprecari in oratione pro immaculato  
Conceptu. 344. 636  
Probatur immunitas ex Conciliorum, & Pon-  
tificum ponderibus à numero 637. vsque ad  
649  
Eadem immunitas ex reuelationibus diuinis  
probat à num. 650. vsque ad 659. Authori-  
tate sanctorum, & veterum Patrum immu-  
nitas hæc communitur à numero 660. vsque  
ad 671  
Patres Græci, & Latini hanc eandem immuni-  
tatem euulgant à num. 572. vsque ad 687  
Expenditur Origines singulari meditatione.  
354. 672  
Alij Patres ab Authoribus prætermissi citan-  
tur. ibid.  
Enucleatur Chrysologus pro immunitate, à  
num. 689. vsque ad 690  
Examinatur sanctus Fulgentius Ruperensis. 357.  
691  
Sanctissimus Th. Aquinas mirum in modum  
pro immunitate vocatur à n. 693. vsq; ad 701  
Sanctus

Sanctus Bonauentura immunitatis protector. à  
n. 602. vsque ad 704  
Sanctus Bernardus examini traditur, sed diser-  
te immunitatem tuetur, à num. 705. vsque  
ad 709  
Rupertus Abbas immunitatis protector, à n.  
710. & 711  
Albertus Magnus pro immunitate adducitur, à  
n. 712  
Alexander Alenus immunitatem euulgauit.  
362. 713  
Richardus de sancto Laurentio immunitatem  
hanc antumauit à numero 714. vsque ad  
716  
Sanctus Antoninus vocatur in suffragium im-  
munitatis à num. 717. vsque ad 719  
Ostenditur ex toto discursu istarum sectionum  
nullum sanctorum Patrum constanter de-  
fendisse Mariam sanctissimam in originali  
conceptam fuisse. ibid.  
Probatur immunitas hæc ratione ex eo, quod  
Deus Mariam sine originaria macula concipi-  
ere potuit. 364. 720  
Confirmatur ratione sanctissimi Doctoris, qua  
usus fuit ad relegandum à Maria sanctissima  
actualia peccata, quippe eandem vim haber,  
vt conceptus immunitas ab originali per-  
purgaretur ex priuilegio. ibid. 721  
Ex immunitate conceptus Christi immunitas  
conceptus Mariæ sanctissimæ communitur.  
365. 722  
Ex eo, quod Mariæ conceptio sit processus pri-  
mus gratiæ legis deducitur eius immunitas.  
ibid. 723  
Ideo immunitas ab originali, quia in primo in-  
stanti sui conceptus habuit sanctitatem cum  
illo impossibilem, nempe virtutem illam  
ad generandum hominem Deum. 366.  
724  
Si immunitas ab originali Virgo sanctissima non  
esset, Dei Mater non esset. ibid. 726  
Elucefcit immunitas hæc ex eo, quod ad nul-  
lum finem potuit à Deo permitti, Deiparam  
originali peccato turpari, vbi recitatur  
motiua, quæ talem permissionem ratam ar-  
chitectari possent. 728  
Occurritur argumentis contra piissimam sen-  
tentiam à n. 730. vsque ad 741  
Explicantur sancti Patres, dum asserunt, car-  
nem Mariæ esse carnem peccati. 369. 734  
Argumentum contra piissimam sententiam ex  
Baptismo desumptum esse inue. 370.  
737  
Ostenditur Iacobum Apostolum fuisse immu-  
nitas huius defensorem. 376. 754. &  
deinde.  
Etiam si corpus beatæ Mariæ vnico contextu  
subito fuisset organizatum, non exinde in-  
ferretur immunitas illius ab originali. 381.  
771  
Ostenditur nullam esse connexionem inter  
formaliter continuam, & successiuam,  
& peccati originalis contractionem. ibid.  
772

Immunitatis modus.

Ideo Mariæ immunitas ab originali contigit,  
quia illi fuit præstata qualitas physica con-  
stituens eam in actu primo potentem pro-

ducere hominem Deum, quæ sanctitas est.  
381. 774  
Vt persona Virginis dicatur simpliciter sancta  
necesse non fuit, vt in illius carne ha-  
bitualis adfuerit. 382. 775  
Et ideo immunitas Maria ab originali, ratione  
scilicet habitualis gratiæ, quam in primo sui  
conceptus instanti præstitit illi Spiritus san-  
ctus. 383. 780  
Piissimum esse, Mariam sanctissimam fuisse ab  
originali immunem ratione visionis beatæ  
diuinæ essentiæ, quam in primo instanti sui  
conceptus clare intuita est. ibid. 781  
Mariam in primo instanti sui conceptus essen-  
tiam Dei vidisse.  
Vide *Visio*.  
Ideo immunitas hæc ab originali, & eius de-  
bito adfuit Mariæ, quia vere fuit Mater mo-  
ralis, mystica, & spiritualis Adami. 402.  
849

Immunitas promerita.

Immunitas Mariæ ab originali non fuit ex  
meritis eo quod prius esset Christus decre-  
tus, & expectaretur eius postulatio à Patre,  
vt ab hac, & non ab illa fæmina nasceretur.  
900. & deinde.  
Ex isto modo promerendi immunitatem Ma-  
riæ fieret incarnationem Christi, & electio-  
nem Mariæ dignitatem Dei genitricis esse  
occasionem actualis transfusionis peccati  
originalis in feminas omnes. 411. 907. &  
deinde.  
Nec immunitatem istam Christus promeruit,  
quia ipse suis meritis à Deo impetraret, vt ex  
faminis possibilibus aliam fæminam desti-  
naret Deus ad sui generationem, quæ antea  
non præuidebatur futura, quaque impetra-  
tione exaudita, producit Deus in decreto suo  
Mariam, quæ in Adamo non peccauit, & il-  
lam voluit esse Matrem Christi. 412. 910  
Impugnatur talis merendi modus, quippe ex  
illo euidenter sequi, Virginem non fuisse ab  
originali immunem ex meritis Christi. ibid.  
912  
Nec ex eo meritum immunitatis Christo da-  
tur, quia Virgo semel inclusa in pacto Deus  
ex meritis Christi daret gratiam habitualem  
originalis præseruatiam. 413. 916  
Præcluditur modus hic quippe immunem à  
necessitate proxima originale contrahendi  
non suadeat Mariam ex meritis Christi, licet  
ex illius meritis ab actuali contractione ori-  
ginalis eius immunitatem deinceps. ibid. &  
deinde.  
Nec ex eo Christus immunitatem promeruit,  
quod deceret Mariam includi in pacto de  
contrahenda gratia, & indeceret illam in-  
cludi in pacto de contrahenda originali la-  
be. 416. 930  
Quippe ex modo isto nullo modo deducitur  
immunitas ex Christi meritis promerita.  
ibid. 931  
Author proponit modum merendi Christum  
immunitatem Mariæ, nempe quia vnico, &  
indiuisibili decreto, quo Deus statuit incar-  
nari Verbum, & mori, & eodem quo pactum  
Adamo determinauit, decreuit ex meritis  
Christi, & dependenter ab illis, Virginem  
Mariam



Mariam, quam præfignebat Matrem illius futuram, cam non includere in pacto illo generali cum primo Parente inito. 420. 946  
 Explicat Author modum istum. ib. 947. & probat ex n. 948. & deinde.  
*Immunitas etiam in alia providentia.*  
 In hypothesi quod Maria in maternitatem Dei eligeretur, nec de potentia absoluta posset Deus permittere Mariam sanctissimam labi in peccatum originale. 425. 970  
 Probat Author sanctorum Patrum oraculis. ibidem. Solutioni illis datis. 426. 971. Occurrit. ibid.  
 Etiam in hypothesi quod in primo conceptus instanti Mariæ Deus gratiam habitualement non daret, si tamen illi tunc gratiam maternitatis conferret, adhuc de potentia absoluta non posset non esse ab originali immunis. ibid. 973  
 In hypothesi, quod Maria in Adamo non peccavit, nec de potentia absoluta potuit non esse immunis ab illius contractione. ibidem. 974  
 In hypothesi quod Mater Dei eligeretur Maria, liberum non fuit Deo illam immunem ab originali concipere. ib. 975  
 Probatur hypothesi hæc à numero 976. vsque ad 979  
 Probatur item ex sex sacræ Scripturæ textibus à n. 980. vsque ad 983  
 Idipsum munitur ex quatuordecim SS. PP. oraculis à n. 984. vsque ad 997  
 Roboratur ex eo, quod non posse Mariam originali infici, nec dignitatem Matris suppetrat, nec Christi merita excedit, nec perfectam Christi Redemptionem euacuat. 433. 998. vsque ad 1001  
 Eadem hypothesi fulcitur ratione sancti Anselmi lib. de parturitione Mariæ. 434. 1002. & 1003  
 Rursum si Maria posset etiam de potentia absoluta peccato originali temerari fieret, Deum peccati directam causam euasurum. 435. 1004  
 Idipsum ostendit ratio Anselmi. ibidem. 1006. & 1007  
 Eadem impossibilitas originalis ratione sanctissimi Thomæ 3. part. quæst. 27. art. 4. illustratur. 438. 1008  
 Ex eo, quod Maria non possit etiam absoluta non esse Mater Dei idonea, colligitur nec eadem potentia posse non esse immunem. ibid. 1009. & 1010  
 Ex eo, quod Maria fuerit vnica Mater Dei, & non plures deducitur illam, nec de potentia absoluta posse originali infici. 347. 1012  
 Eadem impossibilitas deuincitur ex eo, quod productio Mariæ à sanctis nuncupatur creatio. 438. 1013  
 Talis impossibilitas originalis in Maria demonstratur ex doctrina sanctissimi Thomæ. 3. p. q. 27. art. 3.  
 Prædictam impossibilitatem fulsit impossibilitas exequendi in Deo id, quod ipsum dedit. 438. 1016  
 Allatam impossibilitatem protegit doctrina

sanctissimi Thomæ. 1. part. quæst. 50. art. 1.  
 Impossibilitas hæc ex ratione Tertulliani lib. de carne Christi cap. 8. vires haurit. ib. 1018.  
 Tametsi immunitas ista cum prædicta impossibilitate sit donum liberaliter concessum Mariæ, prout filia Adami considerata, tamen vt Mater Dei insumitur, fuit donum illi debitum. 440. 1020  
 Immunitatem istam in Virgine procedere posse, vel ab ipsa physica maternitate reddente carnem Mariæ sanctam, vel à gratia habituali in primo instanti illi infusa. 446. 1021.  
*Impeccabilitas.*  
 Etiam in hypothesi quod Mariæ sanctissima non præberetur gratia hebitalis in primo instanti Conceptionis, adhuc esset originaliter impeccabilis. 440. 1122  
 Idem esse eligi in Matrem Dei, ac impeccabilem constitui. ibid. 1123  
 Tametsi Deus nequeat facere, quod beatus sit radicaliter impeccabilis, potest tamen efficere, quod ab intrinseco, & ex vi visionis beatæ non habeat expeditam potentiam ad peccandum. 441. 1125  
 Sacra Deipara simpliciter, & absolute ex diuina gratia est impeccabilis à primo suæ Conceptionis instanti. 486. 1155  
 Probatur impeccabilitas hæc auctoritate Sanctorum. ibid. & n. 1165. & 1157  
 Impeccabilitas ista perfectior fuit illa, quæ cæteris confirmatis in gratia perhibetur. 487. 1161  
 Mariam sanctissimam habuisse principium intrinsecum confirmationis in gratia, quod secum affert affluentiam fere immensam gratiæ sanctificantis, & supernaturalium donorum, quæ ad gradum excellentissimum Confirmationis cupiuntur, quæque in aliis iustis minime reperiuntur. 487. 1162  
 Hæc enim impeccabilitas Mariæ non bene ostenditur ex negatione, vel extinctione fœmitis, nec exemplo Ioannis Baptistæ munitur. ibid. 1160  
*Intellectus.*  
 Intellectus creatus quantumuis perfectus eget lumine gloriæ, quo ad visionem beatam eleuetur. 25. 1125  
 Intellectum perfectiorem cum æquali lumine gloriæ visionem perfectiorem non elicere. 175. 961  
 Intellectus & lumen gloriæ non dicuntur instrumenta propria Dei. 180. 981  
*Inemmerabilis.*  
 Vox inemmerabilis denotat Mariam non solum post partum virginitatem conseruasse, sed nec illam amittere posse: ita vsus Patrum. 61. 330  
*Irrationalis.*  
 Irrationalem naturam à Deo inassumptibilem esse in vnitate suppositi. 222. 26  
 Naturam irrationalem aptam non esse attingere Deum per operationem. 223. 27  
 Corpus Christi in triduo, etsi rationalis natura vere fuit Verbo vnitum, quippe ordinem ad animam rationalem importabat. 224. 29  
 Vide *Assumptio.*

*Ius & Iustitia.*  
 Mariam speciale ius habere erga specialem gloriam.  
 Vide *Gloria.*  
 Iustitia originalis supra gratiam addit rectitudinem in voluntate, & habitum frangentem sensitiuum appetitum, ne contra rationem rebellet. 267. 266  
 Iustitiæ originalis statum, dum durauit, nedum tranquillus, sed omni deliciarum aggregatu refertus, taliter vt ibidem, nec læguoris vmbræ auguraretur. 268. 270. & deinde vsque ad 279  
 Iustitia originalis non mutaret propria, & peculiaria motiua virtutum. 272. 286  
 In discursu huius vestigationis gratia, & iustitia originalis distinguuntur realiter inter se distinctione includentis ab inclusio. ibidem. 287  
 Iustitiam originalem non esse simplicem, sed includere plurium donorum collectionem in se. 273. 288  
 Iustitiam originalem quoad habituum collectionem, quam in parentibus primis continebat, maiori ex parte fuisse supernaturalem, non solum ex parte efficientis, sed etiam secundum substantiam. ibid. 289  
 Iustus habet vnitatem cum Deo in natura 93. 518. & 529

L

*Lapis.*

Lapis sepulcralis comprum Virginitatis Mariæ solum. 75. 310

*Laurentius Aponte.*

Laurentius Aponte ex verbis illis, quæ fudit Maria sanctissima Angelo loquenti: *Quid modo fiet istud, quoniam virum non cognosco*, asseuerat dici posse Ioachinum, & Annam ad vsque generationem Mariæ Virgines permansisse, neque conuenisse vnquam ob proles etiam generationem. 262. 228  
 Laurentius Aponte irridetur, ex eo quod intendens auctoritatem librorum Granatenisium eleuare connitens asserit, eos magnæ auctoritatis censendos ex eo, quod viri doctissimi, & eruditissimi in lingua arabica, de quorum sanctitate nullam esse dabilem suspicionem, dixerunt, in prædictis libris contineri doctrinam hæreticam, & mahometanam. 553. 414. prope finem.

*Libri Granatenfes.*

Libri Granatenfes, (quorum auctoritatem nec eleuat, nec minuit Author) antiquissimi, inuenti in monte sacro, hæc verba de puritate conceptus Mariæ continent exarata: *Mariam non tetigit primum peccatum.* Vbi dictio Arabica correspondens Latinæ voci, *tetigit*, non solum tactum & peccati infectionem negat, sed etiam maximam distantiam, & vix infinitam intercapedinem inter Mariam, & maculam originariam, innuit. 312. 544  
 Authores illi, qui apud Arabiam debebant vi-

ram, & regia auctoritate missi, vt verba illorum librorum Granatenisium interpretantur, non ita sanctitate perfusi, quod eorum virtus apud prudentes suspecta non fuisset. 553. 414. prope finem.

*Liberum arbitrium.*

Liberum arbitrium ad opera supernaturalia efficienter concurrere, & non mere passiuè se habere esse de fide. 165. 912  
 Liberi arbitrij facultatem naturalem insufficientem esse ad actus supernos, necessarioque indigere auxilio Dei, & eleuatione ad illos elicendos. ibid. 913  
 Alia deliberatio.  
 Vide *Voluntas.*

*Libertini.*

Libertini dicebantur, quia iusta seruitute manumissi erant, hoc est, qui cum antea serui essent, & mancipia, per manumissionem libertati donabantur. 332. 601  
 Diuersificabantur libertini ab ingenuis non solum vestitu, sed etiam stegmate corporibus immisso, auris videlicet perforatione. ibid.  
 Libertis & libertatis id est seruo manumisso, & filiis illius apud Romanos aderat infelicitas ex prima infelicitate seruitutis deriuata. 394. 825

*Limus.*

Limus terræ ex cuius materia parens primus architectatus est, vilissimum puluerem minime significauisse, sed defecatissimum, & veluti immaculatum puluerem. 315. 552

*Locutio.*

Locutio propria præsumitur ea, quæ exprimit, quod in rebus inuenitur, præcipue si termini illius sint impositi primo, ad illud, quod in illis inuenitur, significandum. 101. 572.  
 ibidemque annotatur, translationem minime primæ uam significatioem eneruare.  
 Locutio male sonans formaliter sumpta est, in qua nullus error contrarius fidei inuenitur, neque manifeste potest notari, sed absolum quid continet, atque absurdum, quod aures pijs offendit.

*Lumen gloria.*

Vide *Intellectus.*

*Luna Androgina.*

Luna Androgica etsi Mariæ phantastica eruditione ascribatur, quid interest, vt exinde inferat Poza, Mariam sanctissimam esse Patrimatrem Christi. 26. 127

M

*Maria vt mater.*

Maria mater Iesu æquiualeat Deiparæ. 16. 74  
 Rationem maternitatis in Maria non solum sibi annectere Mariæ administrationem, sed quidquid maternitates aliæ præstare sunt solita. 33. 175. & 56. 306  
 Maternitatem radicalem Mariæ, ex qua parte supernaturalis est, esse formalissimam participationem naturæ diuinæ, quatenus hæc  
 D d d fœcun

**fœcunda ad generationem reperitur in æterno Patre.** 83.462  
**Colligit Author participationem hanc ex verbis Lucæ 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c.** 85.476  
**Eandem participationem deducit ex Paulo ad Ephesios, cap. 3. num. 14. Huius rei causa fœcunda genua, &c.**  
**Eandem participationem maternitatis infert ex illo 2. Petri: Per quem maxima, & pretiosa, &c.** 86.479  
**Idipsum comprobatur ex Athanasio homilia de Deipara. ibid. 480. & solutioni adhibetur. num. 481. Occurritur ibidem. & numero 482**  
**Expenditur singulariter Magnus Albertus in suffragium prædictæ participationis. ibid. 483.484. & 485**  
**Bernardinus Senensis egregius huius participationis assertor assertur num. 486. quodque satis licet obscure idem Senensis indicat tomo 1. sermone 61. articulo 3. capite 3. 87. 487**  
**Vocatur in huius veritatis munimen sanctus Augustinus in quæstione noui Testamenti. 2. part. quæst. 51. ibid. 488. & eius ponderatio n. 489**  
**Producitur in testem Andreas Hierosolymitanus homilia 1. de Dormitione Deiparæ apud Gerardum Moyfanum tom. 4. bibliothecæ homiliarum. 87.490**  
**Dionysium Richelium huius participationis disertum euulgatorem fuisse lib. 1. de præconiis Mariæ. 88. 491. quamque veritatem amplificatam docuisse. ibid. 492**  
**Sanctum Bernardum allegat Author. ibid. 494**  
**Sanctus Chrysologus prædictæ assertionis traditur præco. ibid. 495**  
**Ratione munitur ex eo, quod dignitas matris radicalis sit virtus illa, qua Maria ad Deum generandum fuit eleuata. 89.496**  
**Mariam in virginitate potius æterno Patri, quam Spiritui sancto simillima, siquidem licet vterque virgo, solus ille, & non hic est virgo simul & fœcundus. ib.499**  
**Tamet si Maria à Verbo dicatur concipi, non exinde infertur, illam fœcunditatem filij participasse, quippe in illa sola fœcunditas aderat ad filij generationem, cuius filius est expers. ib.501**  
**Mariam sanctissimam vt Matrem censendam solum æterni Patris Filiam edocent Laurentius Iustinianus serm. de Purificatione Mariæ, & Simon de Cassia lib. 2. de Maria, cap. 1. Quo inquam genere filiationis Patris censetur Virgo Mater. Vide Filiatio.**  
**Ex eo, quod Maria Mater sit singulariter Patris æterni filia, deducit singulariter Author, Mariæ Maternitatem radicalem esse participationem formalem diuinæ naturæ, prout fœcunda reperitur in Patre æterno. 91. 507**  
**Eadem formalis participatio fœcunditatis paternæ demonstratur ex eo, quia si radicalis maternitas talis participatio non esset, fieret, Mariam sanctissimam non esse matrem Dei, meliori & perfectiori modo, quo potest; ibid. 508**  
**Rursum idipsum roboratur ex non repugnantia, quam habet potentia generatiua Patris in ordine ad filium generandum, vt participetur formaliter à creatura. ibid. 509**  
**Hoc idem protegitur ex eo, quod Maria mater cum Patre æterno conueniat in actu generandi substantialiter filium diuinum. ib. 511**  
**Ex eo, quod Maria vt mater participet formaliter naturam diuinam, prout fœcunda reperitur in Patre, solum deducitur, illam esse propinquissimam Deo Patri dignitate, & vnitatem naturæ analogicè, & inæqualiter, nam æqualiter solum Verbo diuino competit. 92. 514**  
**Explicatur modus iste, quo Maria mater ex vi huius participationis formalis fœcunditatis, censenda sit eiusdem naturæ cum patre. ibid. n. 515. 516. 517. vsque ad 523**  
**Non esse inintelligibile, quod ratione illius participationis formalis fœcunditatis Mariæ censetur filia simul & mater. 94. 525. & 526. & deinde. 92. 514**  
**Tamet si filio incommunicabilis sit formalis fœcunditas Paterna ex eo non deducitur, Mariæ matri talem fœcunditatem incommunicabilem esse. 95. 530**  
**Quomodo autem sit possibilis multiplex adoptiua filiatio in eadem persona, & repugnet talis multiplicitas in filiis naturalibus. Vide Adoptio.**  
**Maternitatem hanc radicalem esse distinctam à gratia habituali. ibid. 536**  
**Mariam vt matrem perfectissimo modo possibile, & quantum in se suffert naturæ creatæ conceptus, esse in ordine diuino repositam, & intra celsissimam Trinitatis spheram collocatam. ibid. 539**  
**Vide alia in Potentia generatiua.**  
*Maria vt influens in generationem.*  
**Mariam effectiuum influxum in generationem filij præstitisse. 118.665**  
**Probat Author ex eo, quod Maria sanctissima perfectissimæ matris erga Christi generationem ferta fuit vere lucrata. 119.666**  
**Ex eo enim quod Maria actiue in filij generationem influxerit, inutiliter infertur, illam Patris munere perfunctam fuisse. ib.668**  
**Stante influxu actiuo in Maria respectu Christi generationis saluatur assertum Augustini, lib. 10. de Genesi ad litteram, cap. 20. afferentis Christum contentum non esse in Abraham secundum feminalem rationem, quippe loquentis solum de virili semine. ib. 670**  
**Influente actiue Maria in filium generandum, nec umbra suam integritatem violans fuit sequuta, quippe talis influxus factus fuit obumbrante Spiritu sancto sine vlla concupiscentia, voluptate, aut impulsu moroso. ibid. 671**  
**Mariam sanctissimam vere effectiue attigisse formationem, & organizationem corporis Christi. 123.695**  
**Probat ex eo, quod non repugnet de potentia absoluta actiua, vis supernaturalis formatiua corporis Christi. ibid. 696. & 697. & deinde.**  
**Confirmatur hoc ipsum ex eo, quod formationem Corporis Christi dici de Spiritu sancto non abstulit à Virgine influxum actiuum in illam. 127.713**  
**Munitur placitum hoc octo Patrum oraculis à n. 718. vsque ad 728**  
**Rursum ratione idipsum ostendit Author ex non repugnantia scilicet virtutis corporeæ erga talem Christi organizationem colligendum fore esse Mariæ communicatam. num. 733. necnon quia Maria debuit influere actiue in ea omnia, quæ cæteræ veræ Matres effectiue præcausant. 130.734**  
**Secundò idipsum ostenditur, quia virtus illa supernaturalis est complementum actiue virtutis ordinatæ per se ad naturalem organizationem filij, quæ in Maria residebat. 131.736**  
**Sumit vires influxus actiuus Mariæ ex eo, quod forma organica corporis secundum quod deseruit ad nobilissimam generationem Christi educitur de potentia materiæ. ibid. 737**  
**Incrementum haurit prædictus influxus, quia virtus generatiua Maris est participatio fœcunditatis Paternæ. ibid. 738**  
**Paritas Angelorum potentum supernaturaliter influere ad instantaneam organizationem corporum in resurrectione, præstat vim influxui Mariæ sanctissimæ ad instantaneam organizationem Corporis Christi. 132.743. & 133.744**  
**Rursum, nam semel Virgini concessio influxu effectiuo in generationem Christi, perfectiori modo daretur illi, si prædictam organizationem efficienter causaret. ib.745**  
**Aliud esse influxum hunc esse ortum in Maria ex virtute sibi indebita, & aliud propriè ab illa efficienter, licet indebitè non emanasse. 134.754**  
*Maria vt influens in vnionem.*  
**Mariam sanctissimam instrumentalem influxum præbuisse in hypostaticam vnionem. 140.789**  
**Permiso, quod partes humanitatis Christi prius ordine intentionis sterint Verbo vnitæ, quàm humanitas vniretur eidem, Maria influxum hunc effectiuum instrumentaliter in vnionem hypostaticam præstare valuit. 141.794**  
**Et probatur primo ex eo, Maternus influxus Mariæ in generationem Christi disparatè confertur cum vnionis hypostaticæ productione.**  
**Idipsum protegitur ex non repugnantia sumendæ creaturæ instrumentum effectiuum vnionis hypostaticæ, quin inuoluatur ibi concursus vllus maternus. ibid. 795**  
**Non rectè deducitur repugnare Mariæ influxum instrumentalem effectiuum in vnionem hypostaticam, ex eo quod repugnet cuilibet creaturæ inclinatio ad mysterium incarnationis efficiendum. ibid. 796**  
**Probat talem influxum in vnionem instrumentaliter esse de facto exhibitum à Maria**

**ex eo, quod vnio est quid finitum, & aliàs minimè exigens essentialiter esse creationis terminum. 142.797**  
**Nec prædictam vnionem esse infinitam ex parte vnus extremi scilicet Verbi, obesse poterit influxui instrumentali Mariæ in illam. ibid. 798**  
**Nec necessarium est quod vt Mariæ talis influxus instrumentalis in vnionem perhibeatur, illi præstare potestatem in vtrumque extremum per illam vnium. ibid. 799**  
**Inter Mariam, & hypostaticam vnionem sufficiens proportio datur, qui ppe vtraque spectans ad lineam hypostaticam. ibidem. 800**  
**Assignatur subiectum, circa quod instrumentalis influxus Mariæ versari queat. ibidem. 801**  
**Authoritate sancti Ambrosij epistola 82. & sapientissimi Hicichij homilia 2. de Maria, tomo 2. bibliothecæ, & sancti Bernardi talis influxus roboratur à numero 801. 803 & 804. Mariam sanctissimam istum influxum instrumentalem præstitisse in vnionem, vt eleuatam per qualitatem maternitatis, media qua ipsa fuit cuncta, vt hominem Deum gigneret, quin vltra illam necessaria sit alia qualitas eleuans. 144.807**  
**Colligitur, influxum hunc in vnionem præter dignitatem Matris solum desiderari peculiarem Spiritus sancti influxum, sicut desideratus fuit ad generandum hominem Deum, vbi notatur in his discrimen valde attendendum. ibid. 808**  
**Aliud dari connaturale instrumentum in illam propendens, & aliud dari creatam virtutem naturam creatam ad influendum in vnionem eleuantem. ib.809**  
**Admisso, quod inter generationem Dei hominis, & vnionis influxum non intercedat necessaria connexio, poterit ab vna forma vterque influxus suboriri. ibidem. numero 810**  
**Tamet si possibilis non sit creatura ex natura sua exigens vnionem hypostaticam, possibilis tamen est, quæ perat, quod ex suppositione talis vnionis futuræ, respicere illam, vt formalem rationem influendi in illam. 145. 813**  
**Ratio, cur influxus hic Mariæ ascribitur, non est, vt matris munera saluarentur in illa, sed vt perfectissimæ matris gauderet excellentia. ibid. 814**  
**Mariam influxisse in vnionem corpus Christi cum eius anima necentem. 146.816**  
**Et permisso, quod Mariæ sanctissimæ negaretur influxus in vnionem corpus, & animam Christi copulantem, adhuc concedendus est illi influxus hic instrumentalis in vnionem. ibid. 817**  
*Maria influens in gratiam Christi*  
**Beatissima Maria efficienter physice attigit gratiam sanctificantem, immunitatem à peccato originali in Christi conceptu, & illius supernaturalia dona quæ ad illam ex natura rei sequuntur. 154.857**

Declaratur prædictus influxus in Christi sanctitatem. 153.856  
 Et probatur ex verbis illis Lucae 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, &c.*  
 Deinde talis influxus commendatur ex sancto Augustino lib. 13. de Trinit. cap. 8.  
 Rursum aperitur ex Damasceno lib. 3. de fide, cap. 2. 155.862  
 Idipsum probat ex Leoné sermone 5. ibidem. 863  
 Ex Odo Episcopo Camaracensi, quem Magarinus appellat virum vetustate, religione venerabilem. ibid. 864  
 Ex Alberto Magno in cap. 1. Lucae. ibidem. 865  
 Munit efficaciter influxum hunc in sanctitatem Christi ex influxu quem Maria sanctissima præstitit in vnionem. 156.869  
 Ex eo, quod influxus hic Mariæ nullo modo dignitati Christi deroget, quin potius eius excellentiam commendet. ibid. 871  
*Maria ut influens in aliorum gratiam.*  
 Maria sanctissima per veram efficientiam instrumentalem gratiam in homines minime deriuat. 160.887  
 Probat ibid. ex sancto Iacobo, & sancto Bernardo de Natiuitate Mariæ.  
 Si Virginem efficienter in nobis gratiam causare denotet, Mariam sanctissimam efficienter in Christi productionem influxisse, qui fons primus est, vnde in omnibus nominibus deriuatur gratia, potest defendi, Mariam sanctissimam effectiuum influxum in gratiam nostram præstare. ibid. 890  
*Maria influens moraliter in alios.*  
 Maria vim habuit influendi in Adamum, & posteros influxu pertinente ad illorum supernaturale bonum. 402.850  
 Quodque probatur ex Ephren Syro de laudibus Mariæ. ibid.  
 Ex Hefichio concione 2. ibid. 851  
 Ex Thaumaturgo oratione 1. de Annuntiatione. ibid.  
 Ex Augustino lib. de quinque hæresibus. cap. 6. ibid. 852  
 Ex Bonauentura in speculo Virginitatis, cap. 8. ibid. 853  
 Ex Chrylostomo homil. de interdictione arboris. 403.854  
 Ex sancto Bernardo serm. de verbis Apocalypsis. ibid. 856  
 Et ex Richardo de sancto Victore. ibidem. 857  
 Influxum istum Mariæ moralem in gratiam hominum asserit Author esse mediatum, quatenus Maria genuit Christum qui causa est physica, & moralis salutis nostræ. ibid. 859  
 Sacram Deiparam aliquo modo posse defendi influxisse in vniuersalem Redemptionem Filij. 404.862  
 Maria sanctissima moraliter non influxit in gratiam, & sanctitatem Christi. 156.872. & deinde. Posse aliis de condigno mereri primam gratiam peccati remissionem. 534. 254. & deinde.

*Maria ut sibi merens.*

Maria sanctissima non meruit, nec de congruo, nec de condigno maternitatem, vt significat illam supernaturalem virtutem, quæ fuit illi ratio formalis generandi Deum, & hominem, illique in primo sui conceptus instanti infusam. 494.188  
 Maria non potuit sibi mereri maternitatem conceptam ante animationem. ibidem. 189. & probatur num. 190. & notatur nec de congruo maternitatem sic acceptam mereri posse. 495.191  
 Nec virtutem hanc maternitatis vt infusam Mariæ in ipsa Conceptione purissima potuit de condigno mereri sanctissima Virgo. ibid. 192  
 Probat Author ex eo, quod Christus vnionem hypostaticam de condigno mereri non valuit. ibid. 193  
 Nec illam potuit mereri Maria per opera subsequencia ad ipsam maternitatem. 496.195, quippe principium meriti sub meritum cadere nequit. ibid.  
 Nec Virginem habuisse vim ad merendum de condigno maternitatis augmentum; ob defectum scilicet proportionis, tamen si de congruo illud mereri esset compos. 497. 198  
 Nec de condigno sibi mereri potuit Maria maternitatem sumptam in actu secundo pro exercitio actuali generationis Christi. ibid. 199  
 Non ex eo, quod exinde fieret Abrahamum de condigno mereri potuisse incarnationem. 498.220  
 Nec ex eo, quod maternitas sit extra spheram gratiæ habitualis. ibid. 201  
 Nec ex eo, quod feret eidem merito duplex de condigno corresponderet premium, nimirum augmentum gratiæ, & ipsa maternitas. ibid. 202  
 Efficacius probat Author, aliàs Maria posset de condigno mereri incarnationem Verbi. 499.204  
 Maria sibi non meruit de condigno actualem generationem Christi, seu Maternitatem in actu secundo, ex suppositione etiam incarnationis futuræ ex alio decreto. ibidem. 206  
 Sacra Maria sibi meruit de facto sanctitatem, & eum puritatis gradum qui desiderabatur, vt Virgo fuisset idonea, & congrua Deipara. ibid. 207  
 Ibi notatur Authorem non loqui de gradu illo puritatis, qui primus Mariæ sanctissimæ infedit. 500.208  
 Explicat Author modum, secundum quem Maria de congruo maternitatem in actu secundo sibi mereri posset. ibidem. 212, vsque ad 220  
 Etsi de facto Maria sanctissima non meruerit continuationem, & conseruationem illius virtutis maternalis post incarnationem, de potentia tamen absoluta potuit illam de condigno mereri. 505.232. vsque ad 235  
 In hypothesi quod Maria gratia habituali effect destituta ex vi solius dignitatis maternalis de potentia absoluta posset vitam æternam de condigno promereri sibi. 507. 240  
 Quippe merita illa sub dicta hypothesi essent facta à persona grata, & sancta. ibidem. 241  
 Etiam in hypothesi, quod gratia esset orbata, & cæteris habitibus supernis destituta, & solum auxiliis supernis munita; adhuc Maria de condigno, licet non ita connaturaliter æternam felicitatem sibi promereri valeret. 508.242  
 In hypothesi quod Maria esset prænaturaliter sine gratia producta, posset illam sibi de condigno mereri. ibid. 243  
 In talibus hypothesibus meritum Mariæ non esset miraculosum de nouo, & præter naturale. ibid. 244  
*Maria immunis ab originali.*  
 Vide *Immunitas.*  
*Maria filia.*  
 Vide *Filius, & Filiatio.*  
*Margarita.*  
 Margaritæ etsi in mari congenitæ similiores celo, quam mari conspiciuntur. Præterea Margaritam cælum redolere multiplex eius cutis commendat, quodque purissimum Mariæ conceptum symbolicè præ se ferre. 323. 578  
*Mahometus.*  
 Mahometus, qui sacris litteris non studuit, & Mahometani, qui eas vix scrutati sunt, in suo Alcorano asserunt, quod nullus nascitur ex Adam, quem non tangat Sathan præter Mariam. 322. 575  
*Magnificare.*  
 Magnificare idem, ac defendere, & protegere personas iuxta phrasim sacram. 327. 588  
*Marcus Maximus.*  
 Marcus Maximus Episcopus Cæsaraugustanus floruit ad imperium Heraclij Imperatoris anno 613. purissimæ Conceptionis Mariæ euulgator. 379.766  
*Martyrium, & Martyr.*  
 Martyrium definitur, est testimonium, quo morte ipsa pro Deo testificatur quis aliquam fidei veritatem, vel seipsa, vel aliquo veritatis opere relucens. 568. 466. & ibidem notatur, non solum fidei veritates, iuste ad martyrium subeundum mouere queunt, sed quæuis opera à qualibet virtute elicita dummodo ex charitate imperata.  
 Qui sanguinem fuderit in defensionem istorum, nempe Ecclesiam festum Conceptionis immaculatæ celebrare, & sine falsi cultus permixtione illam Catholicis celebrandam proponere, vbi martyrij reportaret seruum. ibidem. 467. & probatur ibidem ex doctrina sanctissimi Thomæ. Non minus martyr verus esset nuncupandus, qui subiret mortem pro tuenda immaculata Conceptione sumpta præcisè, vt veritas est speculatiua, & vt à praxi præscindens. 569. 470  
 Limitandam resolutionem istam proponit Author, in eo videlicet, qui certo sciret, vel iudicaret prædictam veritatem esse à Deo reuelatam, & formaliter de fide; si autem quis siue doctus, vel indoctus opinatiue solum præsumeret reuelatam esse, & pro ea sic tuenda fudisset sanguinem, martyr non esset existimandus. ibid. 471  
*Materia.*  
 Materia etsi inter omnia entia sit perfectissimum, exigit per creationem produci. 109. 613  
 Virtus organizandi superna in Virgine non sumitur à materia illa, quam ad formationem corporis Christi exhibuit, materia enim solum illius fuit instrumentum, & suam causalitatem dependenter ab vtraque Mariæ virtute exercuit. 137.769  
 Vt Maria censeretur vere Mater Christi necesse non est, quod materia, quam ministravit Maria, influxisset actiue, sed quod Virgo efficienter ad Christi Domini generationem efficienter concurrisset. ibidem. 769  
 Materia, ex qua formatur fœtus ex latere feminae realiter est distincta à materia maris, & vtraque est idem realiter cum fœtu. 116. 655  
*Mediator.*  
 Vide *Redemptor.*  
*Meritum.*  
 Meritum duplex, de condigno vnum, de congruo aliud, illud fundatur in opere, cui de iustitia debetur merces; illud quod ex voluntate acceptantis admittitur ad premium. Primum adhuc diuiditur in id, quod de rigore iustitiæ est, & in id, quod solum æqualitatem cum mercede capit in opere. 494.187  
 Explicat Author exacte proloquium illud, nempe principium meriti nullo modo cadere posse sub meritum. 496. 195. & deinde.  
*Motus, & mutatio.*  
 Non esse contra rationem motus localis, quod sine transitu per medium exequatur in instanti, quod exemplo Angelici motus Author munit, & ratione. 124.700  
 Probat hoc ipsum Author ibidem num. 702. exemplo sacramenti Eucharistici. Rem trahenti desiderat, esse in potentia ad aliquam perfectionem, cuius priuatio pro instanti reali in illa antecesserit, necnon ordinem importare ad agens, à quo talis mutatio esse incipiat. 16.72  

N

*Natura.*

**N**aturæ acceptiones variæ. 97.540  
 Diuinam naturam constitui intellectuualitate, quatenus vim habet cognoscendi quidquid, & qualiter in diuinis est cognoscendum. D d d 3 cibi

cibile. 70.389  
 Christum naturam diuinam minime habuisse primus qui impudenter asseruit, fuit Ebion, qui tempore Apostolorum floruit. 9.40  
 Duplicem esse diuinæ naturæ participationem formalem vnam, virtuales aliam, illam 71.391. istam num. 392. vtramque iterum numeris subsequenter.  
 In Maria reperiri duplicem naturam, humanam, & substantialem, & accidentalem supernam; vnam illi debitam secundum prædicata propria, alteram indebitam ei, prout Adami filia. 67.569  
 Aliter ac saliter sumenda est duplex ista natura in Maria ac dicitur de Christo duplicem naturam habuisse. 101.570  
 Nec impropiè potest offerri de Maria tres habuisse naturas. Alteram humanam, in qua subsistit, & quæ substantia est. Alteram celestem virtutem, qua in esse Deiparæ constituitur. Tertiam, gratiam sanctificantem, quæ à Thelesio Monacho Hecatondas natura appellatur, & à sanctissimo Doctore. 103.578  
 In diuinis tres dari naturas adhuc relatiuas non audeat admittere Author. 104.583  
 Natura humana.  
 Vide *Caro*.

*Nestorius.*

Controuersia Nestorij cum Ecclesia eò deuoluebatur, an scilicet in Christo duplex natura substantialis esset, humana vna, diuina altera, & ea, quæ in Patre æterno reperiebatur? Negauit blphemus Nestorius. 103.579

*Necessitas.*

Quinque necessitates ad peccatum originale contrahendum expendit Author. Prima est quasi conditionata ex flexibilitate naturæ, tanquam ex conditione suborta. 397.832  
 Secunda ex peccati primi existentia hauritur. 398.833  
 Alia consequens appellata, & posteros non intrinsecè, sed extrinsecè alligat. ib.834  
 Quarta, quæ in materiali Petri conceptione, & seminis virilis & feminei commixtione fundatur. ibid.835  
 Quinta est quæ inuenitur intrinsecè in quouis, dum primum animatur. ibid.836  
 An Maria sanctissima ab omnibus his necessitatibus fuisset libera?  
 Vide *Immunitas*.  
 An auxilium efficax, seu physica prædestinatio, necnon & æterna, absoluta & efficax prædestinatio necessitatem in liberum arbitrium inducat.  
 Vide *Auxilium, & prædestinatio*.

**O**

*Offensa.*

Offensam Deo per peccatum irrogatam simpliciter infinitam non esse. 513.270  
 Probat Author ex inæqualitate offenderum,

quam sanctissimus Doctor admittit. ibidem. 271  
 Ex quo deducit, Deum per nullum peccatum infinitè offendi. ibid.272  
 Idipsum probat ex eo, quod gratia habitualis seipsa depellat è subiecto peccatum. 514.274  
 Rursum munit intentum ex superabundantia, quæ pro omnibus offensis regnat in Christi satisfactione. ibid.275. solutio adhibita. ib.276. præcluditur. ibid.  
 Præterea idem roborat ex eo, quod homo in actu primo constitutus non habet malitiam infinitam. ibid.277  
 Araujo respondenti ibid. 278. Occurritur. ibid.  
 Datur disparitas cur concesso actiones Christi, quia à dignitate eiusdem profectæ censentur simpliciter infinitæ, & offensæ peccati quamuis respicienti dignitate infinitam, infinitudinem simpliciter negemus. 516.284

*Oppositio.*

Oppositionem extremorum ex natura rei non exigere extrema esse in eodem subiecto, si in eadem persona extiterint. 230.56  
 Ostendit Author oppositionem eandem cum peccato habere sanctitatem corpoream in carne Mariæ residentem, ac habeat cum illo gratia habitualis in eius anima existens. ibid.57

*Ordo.*

Virginis substantia ordinem transcendentalem importat solum ad Spiritum sanctum tanquam ad vnicam causam vitilem propter absentiam maris. 26.128  
 Tres esse rerum ordines. Primus naturalia cuncta amplectitur. Secundus supernaturalia continet. Tertius hypostatice, & illa simul ambit. 55.298. & 299  
 Inter vtrumque parentem reperiri ordinem transcendentalem. 194.1049  
 Ordo positius, quem actus dicit ad obiectum rationi dissonum, nec formaliter, nec materialiter potest bonitatem contrahere. 284.340  
 Inter diuina decreta nullum ordinem prioris, & posterioris reperiri. 518.295. & deinde.

*Organizatio.*

Organizationem Corporis Christi virtute Spiritus sancti architectatam fuisse est de fide. 126.712  
 Organizationem corporum in resurrectione futuram esse in instanti, quamuis cinerum collectio successione admiserit. 132.742  
 In organizatione corporis Christi aliquas fuisse interiectas morulas tamen breuissimas, non multum fidei consonat. 133.747  
 Ostenditur modus, secundum quem organizatio corporis Christi facta fuerit in instanti à n.748. & deinde.  
 Organizationem corporis Virginei non fuisse in instanti absolutam, sed successiuè perfectam

etiam probat Author autoritate Damasceni oratione 1. de Natiuitate. 263.236. & ibid. præcluditur Poza respondens.  
 Probat ratione à paritate contraria: desumpta, nempe ex eo, quod Christi corporis organizatio facta fuerit in instanti. ibid.237  
 Quod vero talis organizatio facta fuerit breui temporis interuallo, id est, intra ipsam octauam Decembris, probat ex reuelatione facta B. Amedeo Franciscano. ibid.238  
 Munit hoc ipsum ratione desumpta ex Hugone de sancto Victore. 264.243. Solutioni huic rationi datæ occurrit Auctor. ibid.244

*Originale peccatum.*

Originale peccatum nullo modo esse actionem à persona illud habente profectam. 274.293  
 Accipitur tamen pro malo morali non per modum operationis, sed ad instar habitualis dispositionis ex actione morali initium summentis. ibid.  
 De fide esse originale peccatum existentiam habere in Posteris Adami traditam. ibid.  
 Explicatur modus, secundum quem originale peccatum sit voluntarium. 275.299  
 Ad transfusionem originalis peccati in Posteris necessarium fuit, Deum pactum cum Adamo hoc vel illo modo Deo sibi bene viso inire. ibidem 301. & deinde.  
 Originale peccatum in Posteris Adæ, transfusum verum esse peccatum. 276.304  
 Peccatum originale, & actuale esse vniuocè peccatum. 277.306  
 Secundum fidem, peccatum originale vnus paruuli distinctum esse ab eo, quod alterum paruulum inficit. ibid.307  
 Originale peccatum nullo modo consistere in priuatione gratiæ, quouis modo talis priuatio expendatur. 278.310. vsque ad 327  
 Priuationem iustitiæ originalis aliquo modo, imò necessario connecti cum peccato originali. ibid.328  
 Notatur peccatum commissionis neque consistere formaliter in priuatione rectitudinis debitæ inesse, neque illam secum consequenter afferre. ibidem 329. vsque ad 333  
 Malitiam actus commissionis esse positium ordinem ad obiectum rationi, & legi dissonum. 338. vsque ad 340  
 Expenditur locus Concilij Tridentini. sess. 6. cap. 6.  
 Explicatur quomodo Deus non sit causa peccati, tamen ordinem illum, in quo consistit formaliter malitia, præcauset quoad entitatem. 286.348. vsque ad 359  
 Originale peccatum, vt à cæteris peccatis differat, nihil aliud esse, quam habituales conuersionem ad bonum commutabile illi si-

millimam, quæ resultauit in Adamo ex estu pomi prohibiti. 289.361  
 Probat, in originali dari habituales hanc conuersionem. 290.365. & Curiel, respondenti. 366. occurritur. ibidem. & 367  
 Secundo idipsum ostendit. 469. & tertio illud confirmat. 370  
 Probat Author tribus rationibus originale consistere in tali conuersione habituali. à 371. vsque ad 375  
 Peccatum originale esse tanquam in subiecto in essentia animæ, & in voluntate, necnon & in appetitu sensitiuo. 293.385. & 386  
 Dupliciter intelligi posse genus humanum peccato originali deturpari. Primò sufficienter, secundò efficaciter. 277.407  
 Peccatum originale per naturalem propagationem in Posteris transfundi. ibid.409. & probatur exinde vsque ad 411  
 Pueros non ideo originali maculari, quia in semine morbida qualitas producatur semen ipsum inficiens, & deinde animam. 412. quodque probatur ex eo, quod non sit assignabilis causa, à qua talis qualitas morbida ortum habeat. ibid.  
 Solutioni Primæ 413. occurritur ibid. Alteri solutioni 414. occurritur. ibid.  
 Ideo dicitur peccatum originale transfundi in Posteris per generationem, quippe hæc necessaria est, vt contrahatur peccatum originale. 279.415  
 An vero peccatum originale in Posteris transfunderetur, si Eua non peccaret? & alia.  
 Vide *Eua*.

*Originalis iustitia.*

Mariam sanctissimam ex vi dignitatis matris iustitiam originale habuisse. 443.3. & omittis rationibus desumptis ex repugnantia peccati originalis in Virgine probat author ex eo, quod Maria sanctitate in operationes omnes cuiuslibet virtutis summa cum alacritate erumpebat. ibid.4  
 Iustitiam originale sumptam pro rectitudine appetitus sensitui in Maria censeri maternalem illam virtutem Dei hominis generatiuam. 444.5  
 Probat author ex principiis suis, quippe iuxta illa virtus hæc fuit Mariæ eminentissima sanctitas etsi corporea. ibid.  
 Iustitia originalis Mariæ prout voluntatem rectificat, præter gratiam, & cætera supernaturalia dona fuit supernaturalis habitus ad operandum cum summa alacritate propendens. ibid.6  
 Originali iustitia in primo sui conceptu instanti viguit Maria. Probat Author ex principiis à se iactis, secundum quæ sanctitas corporea aut Virginitas fuit collata in primo sui conceptu momento, vel caro Virginea ante eius animationem fuit sanctificata. ibid.7  
 Originalem hanc iustitiam vocari originale, non quia Mariæ fuerit per originem, & generationem exhibita, qualiter Adam non peccante illi communicaretur, sed quia si-

# Index Rerum,

milis est iustitiæ illi, quæ si Adam non peccaret, transfunderetur in ea. *ibid.* 8  
Alia de iustitia originali.  
Vide *iustitia, & fomes.*

## Ossa.

Ossa Christi corporis, & cartilagine (quæ in substantia simillima esse teste Aristotele) ex sanguine sacræ Deiparæ fuisse constructa. 339. 621  
Ossa cadauerum multo tempore integra, tametsi desiccata perdurare. *ibid.*

## P

### Pallas.

**P**allas, & Vulcanus apud Gentes Androgini dij. Quid interest, ut exinde Baptista Poza imprudenter deducat Mariam sanctissimam Christi fuisse Patri-Matrem. 24. 117

### Pater.

Pater æternus habet ex proprietate characteristica Verbum Deum producere, esseque Patrem naturalem illius. 32. 172  
Tripliter Patrem æternum posse naturam divinam communicare. Primo, media generatione Personæ, quæ verè & substantialiter sit Deus, & Verbum verum, & filius. Secundo accidentaliter, ita ut in subiecto, cui natura diuina communicatur, reperitur diuina natura, non substantialiter, sed tantum participatiuè, non ita ut ex vi communicationis producat Persona, sed ad hunc sensum, quod Personæ iam existenti diuina natura infundatur per qualitatem quandam. Tertio modo ita ut natura diuina communicetur secundum aliquem modum, qui per proprietatem characteristicam inuenitur in Patre. 90. 503

### Patrimater.

Virginem sanctissimam nullo modo posse dici Patrimatrem esse Catholicam veritatem. 21. 98

Probat ex septem Sanctorum Patrum oraculis à 98. vsque ad 103

Munitur ex eo, quod exinde fieret Mariam sanctissimam absolutè dicendam Patrem Christi absolutè. 22. 105

Secundò, probat Author ex eo, quod Maria sanctissima est expers totius ordinis transcendentalis ad aliquam puram creaturam tanquam Patrem generationis filij. 23. 108

Terriò roborat istam veritatem ex eo, quod si Virgo influxum virilem haberet in Christi generationem, sequeretur, illam per se esse Matrem alterius hominis cuiuscumque, & etiam ipsius Christi ex alia nascentis femina. 109

Sumit veritas hæc vires ex eo, quod efficacia hæc virilis superaddita Mariæ est intelligibilis. 24. 116

Baptistæ Poza respondentem. *ibid.* 117. occur-

ritur. 118. & 119. & deinde.  
Respondetur motiuis Poza, & ostenditur esse leuissima. à num. 126. vsque ad 135

### Partus.

Partum Mariæ ipsius puritati minimè obfusile. 58. 318  
Ad partum Mariæ nedum ipsam, sed eius sacratum foetum concurrisse. 195. 1055  
Vbi ostenditur in foelicissimo illo partu nihil effecisse alimenti penuriam, nihilque facultatis imbecillitatem.

### Paulus.

Explicatur locus Pauli 2. Corinth. 5. quo abutuntur Hæretici, ut negent, Christum humanum corpus & humanam carnem habuisse. 13. 60. 61. & 62

### Peccatum.

Nullum peccatum commissionis consistere posse in priuatione iustitiæ, & reititudinis gratiæ. 61. 329. & deinde.

### Perfectio.

Perfectionem, aut imperfectionem formæ nihil conferre ad perfectiorem aut imperfectionem illius productionem. 109. 613. ibi expenditur pluribus exemplis.

Perfectio illa diuina formaliter est creaturæ communicabilis, quæ in proprio conceptu abstractissimo non importat aliquid cum ente creato repugnans. 83. 464

### Penetratio.

Maria sanctissima, quia Mater Dei petit generare filium, qui non nisi per penetrationem possit ex illa prodire. 59. 321

Aliud esse Christum Dominum vim miraculosam habere suum corpus penetrandi cum alio corpore; & aliud Mariam esse priuilegio diuino à corruptione carnis immunem. *ibid.* 323

Fœlicitas Mariæ in partu filij in aliis corporibus, quæ Christus penetrauit, quippe quæ minimè ex natura sua penetrari petebant. 63. 346

### Pœna.

Nequit Deus iuste commutare æternam pœnam, in pœnam infinitam in intensione. 515. 282

Vbi notatur, rationem Deum mouentem ad pœnam æternam non esse malitiam infinitam odij Dei, sed illius perseuerantiam, & durationem.

### Persona.

Persona Virginis secundum carnem vnicebatur realiter, sed non personaliter carni, cui personaliter inmediate Verbum fuit vnitum. 489. 169

Personæ diuinæ sunt indiuisæ in influxu, quem præstant in effectus ad extra producidos. 508. 242

An Persona vna sit eleuabilis ad effectum aliquem

# & Verborum.

quem ad extra eliciendum, necne?  
Vide *Eleuatio, & Relatio.*

### Potentia vitalis.

Ex eleuatione potentia vitalis naturalis eius modus proprius operandi immanenter minimè destruitur, sed perficitur. 56. 306  
An potentia vitalis sit instrumentum Dei, dicenda in exercitio operum supernaturalium? Vide *intellectus.*  
Quomodo in supernaturales actus suos effectus vitalis potentia exhibeat?  
Vide *virtus.*

### Potentia obedientialis.

Potentiam obedientialem etsi cum gratia conexam minimè supernaturalem censer. 68. 373  
In sententia Caietani obedientialis potentia partim est naturalis, & partim superna. 110. 619  
Potentiam obedientialem siue formaliter naturalem, siue supernaturalem, formaliter formas supernas continere posse, ut ex eius potentia educantur. *ibid.* 620  
Potentiam obedientialem nihil aliud esse quam ipsam naturam, & creaturæ entitatem, ut subiectionem ad Deum necessario importantem. 175. 959  
In diuinis minimè concedendam esse potentiam obedientialem.  
Vide *Eleuatio.*

### Potentia peccandi.

Potentiam peccandi nihil aliud esse, quam liberi arbitrij flexibilitatem, vi cuius deuiare valet à regula prima, cui subicitur. 478. 128  
Potentiam peccandi posse à Maria sanctissima auferri. 480. 135  
Alia.  
Vide, *impeccabilitas.*

### Potentia generatiua.

Potentiam generatiuam filij Dei, non substantialiter, sed accidentaliter fuisse Mariæ sanctissimæ communicatam. 84. 470  
Vbi notatur, incommunicabilitatem potentia generatiuæ esse ad intra, non vero ad extra.  
Mariæ fuisse communicatam potentiam hanc generandi filium diuinum. *ibid.* 474  
Probat huius potentia generatiuæ communicationem in Virgine ex verbis illis Lucæ 1. *Spiritus Domini superueniet*, &c. 85. 476  
Secundò munit id ipsum ex verbis Pauli ad Ephes. cap. 3. *huius rei causa*, &c.  
Alias probationes:  
Vide *Maria, ut Mater.*  
Datur ratio, cur non Filio, sed Virgini communicata sit potentia Patris generatiua filij diuini. 95. 530  
Vide plura alia, *fecunditas.*  
Potentia generatiuæ aliarum fœminatam non solum transcendentaliter respiciunt foetum, sed & Matrem. *ibid.* 1049. & deinde.  
Vide *fœmina.*

### Principium.

Principium meriti.  
Vide *Meritum.*  
Principium vitale.  
Vide *Potentia vitalis.*  
Principium generatiuum.  
Vide *Potentia generatiua.*

### Promissiones.

Promissiones de Christo Domino factas, de illiusque mirabili Incarnatione minimè de carne phantastica, cælesti, elementari, aut diuina assumenda, sed de humana carne eiusdem rationis cum nostra. 4. 16  
Pluribus illustratur hoc ipsum. *ibid.*

### Propositio.

Propositio hæc: *Omnes in Adam peccauerunt* expenditur. 288. 457  
Propositionem aliquam esse de fide dupliciter sumi. Primo propriè & formaliter, & est, quæ à Deo iam est reuelata, tametsi reuelatio nec sit proposita ab Ecclesia, nec à nobis sit cognita. Secundo causaliter, ratione scilicet obligationis illam credendi diuina fide. 548. 409  
Discrimen inter istos duos modos assignatur. 549. 410. & ibidem datur doctrina, ut quis cognoscat, quando aliqua propositio sit de fide causaliter inducens obligationem illam, vbi adducuntur quatuor requisita ut propositio aliqua talem obligationem inducat. *ibid.*  
Ex eo quod propositio aliqua sit proximè diffinibilis ab Ecclesia an necessario inferatur illam iam esse à Deo reuelatam.  
Vide *diffinitio.*  
Alia.  
Vide *Ecclesia.*

### Prædefinitio.

Prædefinitioem absolutam, & efficacem ad gloriam ante præuisa merita nullo modo libertatem lædere. 525. 325. & deinde.  
Deducitur, prædefinitioem cognitam non magis aduersari libertati Christi, & Virginis, quam si lateret. 482. 141

### Pupilla.

Pupillam esse medium punctum oculi, in quo est vis videndi, teste Isidoro lib. 11. *etymolog.* cap. 1. 340. 625  
Pupillam significare imaginem viri iuxta Hebræorum *Ishon batharaim*, quod simulacrum viri denotat. *ibid.* 626

## Q

### Qualitas.

**Q**ualitas illa, qua Maria sanctissima constituta est Mater Dei ad ordinem hy-

E E e postati

postaticum, & diuinum spectat. 55.  
 301  
 Effectus formales istius qualitatis sunt constituere Mariam intemerabilem, & reddere illam potentem producere hominem Deum. 61. 334  
 Etiam in hypothesi, quod qualitas hæc non importaret permanentiam in ordine ad reddendam Mariam potentem filium diuinum producere, tamen illam exigeret, vt eam redderet sanctam, & immaculatam. ibid. 335  
 Probat author permanentiam hanc. 62. 336  
 Dari qualitatem corpoream supernaturalium. 54. 295  
 Qualitas hæc, in qua supponitur, maternitatem consistere, esse supernaturalem, quoad substantiam. 75. 419  
 Qualitatem istam esse formalem participationem naturæ diuinæ vt fecundæ, quæ in Patre inuenitur ad generationem. 83. 462  
 Vide *Maternitas*.  
 Aliud esse qualitatem hanc esse Virginis naturam, & aliud esse naturam existentem in Maria. 104. 585  
 Qualitatem hanc esse eductam de potentia humanitatis Mariæ, in qua recepta fuit. 108. 608  
 Probat author ex eo, quod qualitas hæc sit immerfa corpori Virginis. 109. 612. & deinde.  
 Qualitatem hanc Mariam Deiparam constituentem naturaliter, vel suapte pondere in Mariam sanctissimam propendisse. 113. 634  
 Qualitatem hanc vt productiuam vnionis hypostaticæ, & cæterorum supernaturalium esse in æternum etiam in cælo duraturam. 162. 897  
 Permanentiam istam probat Auth. ex Athanasio. ibid. 898  
 Qualitatem istam esse formam sanctificantem corpoream supponitur. ibidem. 898  
 Etiam si repugnaret in Virgine qualitas permanens effectiua gratiæ possibilis, esset qualitas Mariam sanctissimam Deiparam reddens. ibid. 899  
 Alia.  
 Vide *fecunditas, Maternitas, Dignitas, Virginitas*.

Quaternitas.

Ex eo quod admittatur anima vera rationalis in Christo, impudenter, & ignoranter quaternitatem Personarum in diuinis hæretici intulere. 18. 83

R

Redemptor, & Redemptio.

Redemptio duplex verissime existimatur. Vna, qua quis actualiter captiuus

ope alicuius à captiuitate, quam suffert, eruitur. Altera, qua imminente captiuitate à periculo in illam recidendi eximitur. 371. 742  
 Veritatem istius duplicis Redemptionis probat author singularissimis SS. PP. auctoritatibus. ibid. 743  
 Redemptoris munus, quo Christus functus fuit, in morte subeunda, & fundendo sanguine, quibus à captiuitate Satanz, & periculi in eam labendi, liberavit nos, consistere. 391. numero 812  
 Si per possibile, vel impossibile alius decerneretur Christus vniuersalissimus Redemptor Christum nostrum minimè redimere posset, quippe impeccabilem; nihilominus tamen Christus præsens Mariam sanctissimam tametsi impeccabilem redimere fuit compos, & redemit. 441. 1024  
 Redemptores Beatæ Mariæ de Mercede. 390. 810

Relationes.

Si Maria sanctissima esset Christi Patri-mater, fieret, Virginem duplici relatione referri ad Filium, & hunc alia relatione duplici referri ad Maiorem. 23. 112  
 Inter Virginem, & Christum nullam intericiendam distinctionem realem ab vtroque extremo distinctam. 135. 762. & 197. 1062  
 Et probat Author validissima ratione. 198. 1063  
 Ex eo, quod in diuinis constituentur reales Relationes ab essentia virtualiter & ab extremis actualiter distinctæ, non bene infertur, in creatis dandas esse relationes reales ab extremis realiter distinctas. ibid. 1065  
 Relatio transcendentalis non refert subiectum ad terminum, vt determinatè possibilem, vel vt determinatè existentem, sed ad illum vno ex his modis disiunctiuè. 199. 1068  
 An Relationes diuinæ seorsim sumptæ eleuabiles sint ad effectum ad extra producendum in concurrentibus aliis?  
 Vide *Eleuatio*.

Resurrectio.

In Resurrectione corporum organizationem in instanti futuram fore. 133. 747  
 Vide *Organizatio*.

Richardus.

Richardus à sancto Laurentio, Monachus Cisterciensis tametsi pluribus in locis Mariam sanctissimam originali deturpauerit, tamen expressè aliis in textibus ab Authore collectis eam ab illo immunem profertur.

retur. Quod fuit in causa, vt loca illa, in quibus Mariam labe originali infectam euulgat, inserta ab aliis existimauerit Authorem hanc in Bullam 127. 714. & 715. 712. *Ripalda*.  
 Ripalda Iesuitanus Author fuit, qui primus differuit de eleuandis diuinis relationibus, vt vna effectum ad extra producere valeret in concurrentibus aliis. 44. 240

S

Sanctitatis varæ acceptiones; sed illius acceptio propria, est forma qua dicuntur grati, & filij Dei. vestigat. 2. per tot.  
 Sanctitatem non includere in suo conceptu essentiali intellectualitatis gradum. 225. 33  
 Non repugnare sanctitatem corpoream, ibid. & exinde.  
 Sanctitatem corpoream cum peccato oppositionem habere ex natura rei. 230. 54  
 Quodnam genus oppositionis sit inter gratiam hanc corpoream, & peccatum. ibid. 57  
 Duplex sanctitas in Deo, altera, quæ Deo per suam naturam competit, & altera, quæ illi ratione suæ rectitudinis in actibus diuinis, inuenitur. ibid. 55  
 Probabiliter defendi posse, sanctitatem corpoream esse radicem virtutum supernaturalium. 231. 58  
 Probabile esse plures esse sanctitates corporeas specie distinctas. ibid. 59. & probatur exinde.  
 Queritur, an sit subiectum sanctitatis corporeæ? ibid. 61  
 Sanctitatem hanc corpoream infusam fuisse Virgini, vt minimum in primo sua Conceptionis instanti. 255. numero 200  
 Probat Author SS. PP. ponderibus. à n. 201. & deinceps.  
 Sanctitatem corpoream optime posse in carne Virginis, licet ei non præstiterit denominationem generantis. 382. numero 778

Sanguis.

Sanguis purissimus Virginis ingressus fuit Christi Domini corpus. 26. numero 131  
 Maria sanctissima bene potuit Maternitatis nomenclaturam ostendere, si sanguinem purissimum potentia sua elaboratum ministrasset corpori formando, etiam aliam materiam non præbisset. 137. 779  
 Via est inuenta, qua sine seminis effusione

virtus actiua Deiparæ, in Christi Domini generatione protegi possit. ibidem. 772  
 Varietas sanctorum in defendenda materia quam Beata Maria in generatione Christi ministravit. Quidam scilicet, vt Anselmus & Beda, quos sequuntur plures. 138. 773  
 Alij sanguinem vocant talem materiam, vt Sophronius, Damasenus, Arcopagita. ibid. 774  
 Cæteri Virginis carnem, vt materiam immediatam Christi corporis designant. Sex. 13. Synodus, Petrus Blesensis. ibidem. 775  
 Non solum sanguinem purissimum Virginis materiam fuisse destinatum ad Christi carnem formandam, sed etiam intra venas illius corporis, sanguinem ipsum Virgineum esse repositum, vt esset sanguis illius. 339. 610  
 Christus Dominum infirmitate minimè laborasse, ne sanguinem Virgineum Mariæ effunderet, sine fundamento dici. ibidem.

Semen.

Christi generationem factam fuisse sine virili semine, esse de fide vestigat. 2. 240. 122  
 Semen iuxta placita medica esse portionem optimam, & validissimam totius humoris residentis in corpore, corpus humidum, spumosum, & album ex reliquis alimenti ultimo elaboratum. 351. 661  
 In semine femine reperiri vim igneam, quippe prolificam. 352. 662  
 Partes subtiliores, & igneas virilis seminis in non calidas, & crassiores agere. 349. 656  
 In generatione semen non emittitur, qualitate morbida infectum, vicius & maculetur anima originali peccato. 278. 412  
 Explicatur vulgare asseritum, quo appellatur semen infectum. ibidem, numero 413  
 Queritur, an in semine illo, ex quo Virginis corpus est architectatum, aliquid extiterit miraculosum & supernum? & relicta solutione Laurentij Aponte. ibidem.  
 Respondet Auctor, quod vt semen illud dicatur immaculatum, & purissimum sufficit, fuisse ordinatum ex diuino decreto ad Virginis sanctissimæ generationem. 266. 256

Sententia piissima.

Sententiam defendentem Immaculatum Mariæ conceptum, necesse ita certam, vt contrariam inferat hæreticam, nec erroneam, aut temerariam. 534. numero 353

Sententiam piissimam verisimiliorem, & probabiliorem contraria censendam. *ibid.* 354

Sententiam piissimam Virginem ab originali præservantem hac nostra ætate ita esse veram, & certam, vt nullo modo à parte rei possit falsitatem subire. §44. 392. & probatur exinde:

Probabile esse sententiam hanc piissimam esse ita veram, vt falsa esse non possit, fuisse iam ab Ecclesia determinatum. §45. 396

Hoc intelligi debere de determinatione mediata, & virtuali annotat Auth. *ibidem.* 397

Probat Author ex eo, quod Ecclesia errare est impos in his, quæ ad cultum Dei concernunt reipsa, & aliunde determinavit Ecclesia diem, in quo sanctitas Conceptionis à Catholicis veneretur. *ibid.* 397

Protegit hoc ipsum ex ipsa institutione festi Conceptionis immaculatæ. *ibid.* 398

Queritur, an hæc declaratio vera sit canonizatio sententiæ piissimæ. §46. 399

Alia de sententia piissima.

Vide *definitio.*

Profitetur Author, sententiam piissimam esse de fide (iuxta priorem modum accipiendi veritatem aliquam esse de fide ab ipso explicatum non semel) & sententiam contrariam de fide non esse; sed negat exinde inferri, sententiam contrariam esse aut hæreticam, aut erroneam, aut contra fidem. *ibid.* 445

An qui pro tuenda piissima sententiam sanguinem fuderit, Martyrij proprii reportaret coronam?

Vide *Martyrium.*

*Serpens.*

Serpens vectis, tortuosus appellatur ille, quem in primo Virginis conceptu trucidavit Maria; vectis, quia in hominum generatione gratiæ ianuas, & gloriæ valvas occludit. Tortuosus, quippe fallax & fraudulenti. Ex victoria hacce magnum hauriti pondus pro tuenda Conceptione purissima. 337. 614

*Servitus, & Seruus.*

Hominum servitutem includere sub Diabolo iure esse. 390. 811

Christum nullo modo fuisse dicendum seruum cum proprietate sermonis. 17. 75

*Simon de Cassia.*

Non bene scripsisse Simonem de Cassia, libro 2. de Beata Virgine capite 16. dum vt defenderet Iosephum Virginem Mariam gravidam percipientem, protulit hæc: *In exterioribus gestis, quia squalidæ habebat facies Virginis, & asseruatur in carne.* 18. 1109

Essentiam vni intellectui per modum speciei intelligibilis difficilius explicari, quam vnionem verbi cum humanitate. 211. 1017

Quomodo species impressa in actiones intellectuales influat?

Vide *Causa.*

*Spiritus sanctus.*

Spiritum sanctum, & Mariam sanctissimam ratione maternitatis, ita in generationem verbi hominis influere, quod tota fuerit à Maria sanctissima, & tota ab Spiritu sancto. 194. 1050

*Stella.*

Stellam ortam ex Iacob fuisse Mariam post Alanum insolentem notavit Richardus de sancto Laurentio, libro 1. de laudibus Mariæ capite 3. Vbi proprietates omnes stellæ Virgini ascripsit. Ex quibus mirum in modum Maternitas illius commendatur. 337. 615

*Subiectum.*

Subiectum supernaturalium formarum nullam causalitatem materialem ratione alicuius eleuationis in illas exequi, sed eam in eadem exercet, quia habet potentiam obedientialem supernam agens respicientem, per quod in actum secundum reducit. 111. 625

Fœminam in prima omnium actione, quæ ad generationem est præuia, rationem subiecti passivi propriissime exercere. 116. 656

Subiectum necessitatis contrahendi peccatum originale non carnem, sed Posterorum Personas. 292. 474

Probat Author, ex eo, quod Persona, & non caro in Adamo peccauit. *ibid.*

Secundo id ipsum fulcit, quia si sola caro esset huius necessitatis subiectum fieret, Posteros personaliter non habituros necessitatem originale contrahendi. *ibidem.* 475

Tertio, & validus protegit, quippe solum in personis, & non in carne, vt tempore supposita ante vnionem animæ rationalis, humana natura inuenitur. *ibidem.* 476

*Substantia.*

Substantiam supernaturalem esse impossibilem etiam de absoluta potentia. 77. 427

Quodque probat Author *ibidem*, ex repugnantiâ creatæ substantiæ, ex natura rei potentis in tribus suppositis subsistere.

Fasolio respondent. *ibid.* 428. occurritur. 429. & 430

Secundo

Secundo responder Ripalda. 78. 431. & satisfit. *ibid.*

Probat rursus, quia ex possibilitate talis substantiæ fieret, illam esse radicem supernaturalium accidentium, quæ de facto naturam eleuant. *ibid.* 434

Solutioni adhibita. *ibid.* 435. Occurritur *ibid.* 436

Non inferri bene, Mariam in generatione Christi dedit substantiam, quam præstasset vir, si eius generatio esset humana. Ergo habuit Virgo virilem efficaciam. 26. 128

*Supernaturalitas.*

Quidditatem superni entis, quoad substantiam nullo modo consistere in connexionem, quam ratione perfectionis supernaturale ens exigit. habere cum Deo, vt est in se, siue mediate, siue immediate. 65. 355. vsque ad 360

Nec supernaturalitatis essentiam esse collocandam in connexionem quidditatiuam cum gratia sanctificante, physica, aut intentionali, mediata, aut immediata, antecedenti, aut consequenti. *ibid.* à numero 371. vsque ad 377

Supernaturalitatem in Deo consistere in fecunditate ad processiones diuinas. *ibidem.* numero 384. & illam esse primam in Deo etiam in linea intelligibili. 70. 386

Rationem entis supernaturalis creati consistere in formali participatione diuinæ naturæ, quatenus essentialiter deposcit esse vna in tribus suppositis. 71. 395

Renocat in hanc sententiam Author doctores innumeros. 72. 396. vsque ad 403

Probat Author illam à numero 410. vsque ad 417  
Marianam virtutem ad Deum generandum hominem supernaturalem esse, non verò Virginem sanctissimam. 75. 419

**T**

*Temeritas sententiæ.*

**T**Ria desiderari, vt opinio aliqua temeritatis intingatur nota. Primum, quod sit contra communem sententiam Patrum, & Theologorum, qui concordēs positue contrariam opinionem tueantur. 79. 341  
secundum, quod materia, in qua versatur opinio, sit, quæ fidem & bonos mores lædere videatur. *ibid.* 342

Tertium, quod propositio contra communem sententiam adhibita Doctorum, sine auctoritate, vel ratione probabili, quibus fidat, adducatur. *ibid.* 343

*Terminus.*

Terminum eleuationis Mariæ ad Deum hominem generandum esse virtutem realem, & physicam primo & per se ad dictam generationem ordinatam. 47. 253

Probat veritatem hanc Author auctoritate sanctorum PP. à numero 255. vsque ad 267.

Secundo probat ratione ex fine, in quem talis eleuatio Mariæ fuit à Deo destinata à n. 271. vsque ad 277.

Explicantur quedam verba sancti Bonaventuræ. 51. 279

Terminum creationis illum esse, qui omnino absolutus est: recedens à nihilo, nullam supponens causalitatem antecedentem, quæ ad constitutionem rei creatæ pertineat. 112. 630

Actionem esse supernaturalem necessario minime inferre supernaturalitatem in termino. 136. 765

*Trinitatis mysterium.*

Trinitatis mysterium esse principale quasi constitutum Dei, ratione cuius collectionem creaturarum superat. 69. 382

Ad formale mysterium sanctissimæ Trinitatis præcisa intellectualitate diuina nihil supponitur in Deo habens rationem naturæ à creaturis participabilis. 73. 405

In hypothesi, quod non esset Trinitas personarum, supernaturalitatis conceptus funditus euertendus. 81. 450

Vide *Supernaturalitas.*

Trinitatem non excedere vnitatem in perfectione. *ibid.* 457

*Sanctissimus Thomas.*

Sanctissimus Thomas adduci solitus contra sententiam Authoris docentis Mariam sanctissimam esse sanctificatam ante animationis instans examinatur. 258. 211

Sanctissimus Thomas allatus pro sententia constituente peccatum originale in priuatione gratiæ, vocatur interpretandus. 296. 403

Sanctissimus Thomas si nunc viueret, in piissimam se conferret sententiam. 564. 451

Probat Author ex doctrina sanctissimi Doctoris 3. parte, questione 27 articulo 1. Quodque id ipsum confirmat ex alia doctrina eiusdem Angelici Magistri. 565. 456

Solutioni Arauij *ibid.* 457. Occurrit Author. *ibid.*

Adducit Author plures rationes non parum efficaces. à num. 459

Notatur, quod si sanctissimus Thomas nunc viueret, nouas scrutaretur rationes pro Conceptione immaculata tuenda. 566. 461

Deum cognoscere materiale huius propositionis conditionatæ: *Si sanctissimus Thomas viueret nunc, piam sententiam amplecteretur* *ibid.* 463

*Thomas Nerius.*

Frater Thomas Nerius Ordinis Prædicatorum, qui scripta sanctissimi Doctoris cuedenda curauit, abstulit forsitan verba aliqua sanctissimi Thomæ, in quibus sententia piissima defendebatur ab Angelico Præceptore. 358. 696

Tertullianus.

Tertullianus libro de carne Christi, capite 17. disertissimis verbis piissimam sententiam edocuit. 317. 560
Vbi notatur Pamelium docentem, verba Tertulliani citata esse caute legenda, imtemperantiae locutum fuisse.

V

Vega error.

Vega libro 6. in Trident. cap. 8. edocuit nullomodo effici a nobis vitaliter operantibus illustrationes, & supernaturales inspirationes, sed erravit. 141. 623

Venus barbata.

Barbatam venerem a Baptista Poza allatam, vt exinde Patri-matrium in Virgine suaderet, sed nedum catholice, sed adhuc profane illustrationem esse factam. 26. 127

Vbi.

Eucharisticum vbi supernaturale, quoad substantiam non esse. 80. 441
Permissio quod vbi Eucharistiae supernaturale quoad substantiam sit, mediate saltem, sed formaliter naturam diuinam participabit. ib. 446

Virginitas, & Virgo.

Virginitatem Mariae cum eius maternitate mirabili nexu copulari. 57. 310. vsque ad 328
Rursum eius virginitas post partum commendatur. 61. 329. vsque ad 340.
Quid intelligant Patres dum asserunt, virginitatem Mariae sanctissimae in partu creuisse. 62. 338.

Virtus.

Virtus vegetatiua Mariae, tametsi ratione complexionis optimae, quoad munia naturalia fuerit eminentissima, tamen ad eliciendum operationes supernas, nullam vim habuit sibi propriam. 25. 125
Virtus eleuans potentiam generatiuam Mariae fuit superna, & permanens.
Vide Qualitas.
Adco fuit eminentis virtus, quae Mariam constituit Matrem Dei, quod est vna, & indiuisa fuerit, ratio formalis extitit, ad producenda plura, & plura specie distincta. 3. 12
Virtutes morales infusas esse mediatas, licet formales participationes Dei, vt est vnus, & trinus. 80. 447
Virtutes morales infusas esse eductas ex potentia subiecti. 108. 609
Virtutes morales supernaturales in appetitu inueniuntur ad moderandas passiones necessario sunt corporeae, & distinctae ab illis, quae in rationali appetitu resident. 6. 24

Virilis concursus.

In Corpore Christi nullo modo virilem concursum terminari. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214.
Quidquid sit de possibilitate virilis concursus in Corpore Christi, nullam esse connexionem inter communicationem substantiae Mariae, & influxum virilem actiuum. ibid. 233
Gloriosissima fuisse in Virgine, quod virilis influxus suppleatur a Spiritu sancto. ibid. 2134

Visio.

Visio beata educitur de potentia intellectus. 109. 613
Visio beata qualitas est, licet sit participatio formalis intellectiois diuinae, quae substantialis creditur. 84. 474
Visio beata, perfulsa, fuit beatissima Virgo in primo instanti sui conceptus. 139. 785
Et probatur, quia licet Maria sanctissima non fuerit substantia supernaturalis, habuit tamen proprietates omnes, quae substantiae supernae (si esset possibilis) fuissent comites. ibid. 786
Beatum ex vi visionis videre plura in Deo tanquam in speculo voluntario. ibid. 788

Vnio, & Vnitas.

Diuerfimode Virginem esse vniam cum diuina natura, ac Christum. 58. 315
Vnionem hypostaticam educi de potentia humanitatis assumptae. 23. 224
Vnionem hypostaticam esse sanctificantem formam. 146. 319
Vnioni hypostaticae conuenire sanctificandi rationem per respectum transcendentalem, quem importat ad verbum. 147. 326
Probat hoc primo ex euerfione fundamenti contrariae sententiae. ibid. 327
Solutioni adhibita. 146. 328. Occurritur ibid.
Secundo probat Author ex discrimine inter inherenciam gratiae habitualis, & hypostaticam vnionem. 148. 329
Quaeritur cuius perfectionis diuinae sit participatio formalis hypostatica vnio? ibidem. 331.
Vnionem hypostaticam esse radicem physicam habitualis gratiae, & supernaturalium charismatum. 150. 343
Probat Author ex eo, quod pariter vnio ad ista dona comparetur, ac natura diuina ad attributa. ibid. 346
Secundo ex eo, quod vnio ad praedicta dona conferatur, sicut esse ad operari. 151. 347
Supponitur ad maiorem gloriam Mariae sanctissimae suadendam partes humanitatis ordine executionis prius fuisse a Verbo assumptas, quam vniretur totum. 142. 793

Voluntas.

Voluntatem diuinam adco eminentia florere, vt

vt mutuo connectere ea, quae disparate se gerunt, valeat. 418. 240
Deum efficaci voluntate voluisse condere legem illam conuentionalem cum Adamo ad omnes extensam, non tamen post conditam legem habuisse voluntatem efficacem comprehendendi vniuersos in lege illa. 297. 496
Voluntatem semper ex se inclinari ad bonum rationis. 449. 23

Aliud esse, Deum velle vnum esse propter aliud, & aliud velle vnum, qui vult aliud. Primum Deo competit, non secundum. 518. 296

Z

Zenon.

Zenonis difficilis locus expenditur. 196 1057

F I N I S.

